
BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XV
F
22
NAPOLI



CONTROVERSARVM
IVRIS VTRIVSQVE
RESPONSIONVM IN FORO CAVSARVM

Ecclesiastico præsertim, discussarum, & ad Pias Causas,

TVM ETIAM BENEFICIALES, Pensionum, Matrimoniales, Iurisdictionales, Spoliorum, Appellationum, ac Criminales, ad Sanctum etiam Officium spectantium.

Nec non Testamentorum, vltimarumq; Voluntatum, & Sepulchrorum.

PARS QVINTA,

IN QVIBVS EX VTRIVSQVE IVRIS FONTIBVS, ATQVE EX SACRATA Scriptura, & Patribus, ex Sacra Theologia, & Philosophia rationes deducuntur,

NEC NON EX POETIS, EX ERVDITIONIS AVCTORIBVS, ET EX HISTORIIS ordine differuntur omnia concinno, florentiq;, atque argumentoso.

IN FORO VERSANTIBVS, IVRISDICTIONEM ECCLESIASTICAM EXERCENTIBVS Episcopis, eorumq; Vicarijs, excipiendis etiam peccatorum confessionibus expositis, nec non verbi Dei Concionatoribus apprimè vtile, frugiferum, nec iniucundum Opus,

PER

CAROLVM MARANTAM
V. I. D. COMITEM PALATINVM,

AC SANCTI OFFICII SANCTISSIMÆ GENERALIS, atquè vniuersalis Inquisitionis de Vrbe contra hæreticam prauitatem, à triginta & sex annis ordinarium Consultorem,

EPISCOPVM IVVENACENSEM, REGIVM A CONSILIIS:

Argumentorum, Rerumq; omnium, atquè verborum duplici syntaxi distinctum.

REGIVMQ; ACCESSIT PRIVILEGIVM.








NEAPOLI, Ex Regia Typographia Ægidij Longhi MDCLII.

EXPENSIS IO. DOMINICI BOVE.





MARIAE SEMPER VIRGINI.

Mari Gratiarum Altissimo.

TOTIVS TRINITATIS NOBILISSIMO TRICLINIO.

Omnipotentis Dei Throno.

DEI, ET HOMINVM MEDIATRICI.

Angelorum, Hominumq; Imperatrici.



CAROLVS MARANTA V. I. D.
Iuuenacensis Ecclesiæ Sanctæ Mariæ insignis, Episcopus,
deditissimus seruus, supplexq; ad pedes Orator.



SApientissimus ille Rex Salomon, Dauid Regis filius, ex tua stirpe prognatus. (Præclarissima Cœli, Terræq; Imperatrix, Virgo Sãctissima Maria) spiritu illustratus diuino, de tua sanè magnificẽtia loquutus videtur, cùm, post abiuratas Mundi vanitates: (*Vanitas vanitatũ,* (inquiẽs) Ecclesiastes 1. 2. *& omnia vanitas*) sic demùm intulit: *Omnia flumina in-* Ibid. 1. 7.


§ *trant*

trant ad Mare, & Mare non redundat: ad locum vndè exeunt flumina, reuertuntur, vt iterùm fluant. Ab ipso quippè
Gen. 1. 1. initio creati Mundi, quando *In principio creauit Deus Cælum, & Terram.* Die secundo creationis, dixit
Eodem 1. 9. & 10. Deus: *Congregentur aquæ, quæ sub Cælo sunt in locum vnum: & appareat arida. Et vocauit Deus aridam Terram; Congregationesq; aquarum appellauit Maria.* Quasi ab ipso initio; sicut ab æterno statuerat incarnari Filium suum; atquè Mariam eius Matrem elegerat, Virginem fœcundissimam, in qua carnem sumeret humanam, non ex virili congressu, sed Spiritu Sancto
Lucæ 1. 35. obumbrante. Nàm (*Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.*) Angelus tibi dixit: Virtutum omniũ, gratiarumq; cunctarũ proflumina in te vna congregarẽtur, decreuit, vt Congregationes aquarũ appellarit Maria. Mariam videlicèt, Amaritudinis Mare. Cui dixit Gabriel An-
Eod. Lucæ 1. 28. gelus: *Aue Maria gratia plena. Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus.* Iure quàm meritissimo itaquè omnia flumina intrant ad Mare, & Mare nõ redundat: Quia Congregationes aquarum Deus appellauit Maria. Mariam, quæ Dominum secum ha-
Ester 13. 9. bet: *Dominus tecum.* Deum videlicet omnium Factorem, & Regem. In cuius ditione cuncta sunt posita, & nõ est, qui eius possit resistere volũtati. Qui fecit Cœlum; & Terrã, & quidquid Cœli ambitu

ambitu continetur, Dominus omnium. Nec eſt, qui eius reſiſtat Maieſtati. Et in quã Spiritus Sanctus ſuperuenit, vt plenã ſibi ſuperimpleret omnibus. vt ſeruus tuus Bernardus contẽplans id, & ipſe ſuperloquutus fuit. *Quis enim vacuam dixerit, quã ſalutat Angelus gratia plenam? Nequè hoc ſolùm, ſed adhùc in eam ſuperuenturum aſſerit Spiritum Sanctum. Ad quid putas, niſi, vt etiam ſuperimpleat eam? Ad quid, niſi, vt adueniente iàm ſpiritu, plena ſibi; eodem ſuperueniente, nobis quoquè ſuperplena, & ſupereffluens fiat?* Ad Mare igitur intrant flumina, vt iterũ fluant. Et nõ debui Ego ad Mare intrare, vt iterùm fluerem, qui etiam Maranta ex familia nuncupatus fui, quaſi antè Mare, antè Mariæ pedes peruolutus, ſeruus antè Dominã? A Mare fluunt flumina, & ad Mare reuertũtur, vt iterùm fluant. Et Ego, ſi quid boni habui, vt Quintam etiam Reſponſionum partem, ex ingenij flumine, quaſi verborum, cogitationumq; aquas effunderem, à Te habui, quæ Mare es. *Congregationes*, namquè *aquarum* Dominus Deus, *appellauit Maria*: Mariam videlicèt. Ad Te itàq; reuerti debebant, quæ à Te exierunt, vt iterùm fluant. Quæcunquè mea (ingenij parui monimenta) quæ lucem aſpexere Solis, ad Te intrauerunt, vt fluerent. Nàm Tibi dicaui, ſacraui; deuoui. Tibi ergò & hæc ipſa deuouenda erãt,

Sermone 2. de aſſumptione, paulò poſt principiũ. K.

Tibi ſacranda, atquè dicanda. Tua nempè ſunt. vt tua accipe, quia ad Te reuertuntur. Maria es, Domina vniuerſorum. Inter vniuerſa hæc agnoſcuntur. Tua ergo ſunt. Accipe itàq; (Benigniſsima) obſequentiſsimi ſerui tui munus à Te profectum, & Vnigenito tuo Paſtorum Pa-
1. Petri 2. 25. ſtori, & Epiſcopo animarum noſtrarum IESV Chriſto Seruatori omnium redona. vt tua agnoſcens dona, Tui gratia miſereatur mei.



Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Domino


D. ASCANIO PHILAMARINO

S. R. E. CARDINALI DE ARACOELI,

Archiepiſcopo Neapolitano,

Domino ſuo Colendiſſimo.

SALVTEM, NESTORIOSQ; ANNOS.





Eculi huius Mare tranaturus (Eminentiſſime Princeps) periculoſum illud, atquè infidum. Nulla quippè cum illo ſponſio, nulla fides intercedere poteſt. Quin ipſa eius facta, cùm demortuos natantes ad littora, reliquiaſq; nauium videris deiectas antennas, proras, malos, non aliud dicunt, niſi,

Vt videantur, & indicium mortalibus edant: Lucret. lib. 2.
Infidi maris inſidias, vireſq;, dolumquè
Vt vitare velint; neuè vllo tempore credant,
Subdula cùm ridet placidi pellacia Ponti.

Maxima proindè cum ratione Anacharſis, cùm rogaſſet quendam; quanta eſſet ſpiſſitudo tabularum nauticarum? Iſquè reſpondiſſet; quatuor digitorum. *Tantillum* (inquit) *abſunt à Morte, qui nauigant.* Semper enim cum morte certant, qui Mare nauigant. Admonuit idcircò iuſtiſſimè Iuuenalis omnes, nè Mari ſe fidant: Saty. 12.

I nunc, & ventis animam committe dolato
Confiſus ligno, digitis à morte remotus
Quatuor, aut ſeptem ſi ſit latiſſima tæda.

Non ergo nauigandum. Non ergo fidendum Infido. Cùm nullus tutus nauibus eſſe poſſit. Delphinem excipe dicentem: Apud Alciatũ emblem. 157.

Delphi-

Delphinem inuitum me in littora compulit æstus
Exemplum : Infido quanta pericla mari.
Nàm si nec proprijs Neptunus parcit alumnis ;
Quis tutos homines nauibus esse putet ?

Audendum tamen, nequè periculis cedendum. Nàm, etsi inter multas difficultates Veteres nauigationem posuerint ; vndè precepta de fugiendo Mare, & Terra incolenda tradiderunt ; fidendum quandoquè voluere Mari, cùm nihil superet aliud, vt perue-
Ionæ 1.3. nias. Nonne Mari se tradidit Ionas, vt à facie fugeret Domini ? Opportunum propterea tempus expectant Nautæ, nè se ventis committant. Tranant postmodùm Maria : Et qui fœlicitèr, qui verò infœlicitèr. Tranaturus itaquè seculi huius Mare, partum, hunc ferens, nè procellis obruar, fœlicitèrq; cursum consumem, Tuo illum committere auspicio (Benignissime Princeps) putaui. Animos mihi fecit : & summa tua benignitas ; & quod Maris Amicus es. Quid enim φιλομαρῖνον te nuncupatum nouimus, nisi Maris amicum ? Fidendum itaquè, qui rectè noueris procellarum sedare fluctus, atquè nauem recto dirigere itinere Amicus Maris, Philomarinus. Et non sedasti semper ? vtiquè. Qui nouere dicant. Sed qui non nouere ? Qui obiere iàm. Vel magis, quòd Mariæ (***amaritudinis Marè***) amator sis. Vt iurè φιλομαρίαν, te quidam appellarint. nec ab re. Cardinalis enim creatus à Summo illo Monarcha Mundi, sanctissimæ ; ác gloriosissimæ memoriæ VRBANO Papa VIII. qui amplissima tua rectè nouerat merita; & Sanctæ Mariæ de Ara Cœli titulo donauit ; & Sanctæ Mariæ de Assumpta Neapolitanum Archiepiscopum fecit. Vtroquè titulo te Mariæ amatorem ostentans. Non iniuria itaquè Ego, Maranta nuncupatus, hunc Quintæ Partis Responsionum fœtum, in sene-
Genesis 1.10. ctute natum, Mariæ Mari gratiarum Altissimo : (***Congregationes*** enim ***aquarum*** Deus ***appellauit Maria.***) antè Mare, Mariæ videlicèt peruolutus pedes Dominam eam agnoscens, dicaui, deuoui, sacraui. Tibi quoquè post illam, nè in fluctibus demergeretur Maris, qui Maris, & Mariæ amator es, dicandum putaui. Debueram sanè. Vt ex acceptis tua benignitate beneficijs, propensi erga te animi mei signum aliquod darem. Et vt Maranta, antè Mare, Te videlicèt, (Maris Amicum ; vel Mariæ amatorem) stans pedes, qui persequi fœtum iàm emissum auderent, vt deuorarent illum, & perderent, fluctibusq; obuoluerent, tua obterriti Maiestate, detrectarentur. Vel ab ASCANII nomine, Amo-

ris,

ris, benignitatisq; signo allecti, persequi desisterent, quod à tua benignitate protectum illum aspiciant. Suscipe igitur (Princeps Gloriosissime) munus hoc paruum, sed magno ex affectu profectum. Nequè minimi æstimandum, quòd Puerum in senectute genitum, tuo commiserim imperio. Amabat Patriarcha Iacob Ioseph filium suum; *Eò, quòd in senectute genuisset eum, fecitq; ei tunicam polymitam*. Ornaui hunc filium, quo potui, modo, vt pulcher appareret. Sed quid dare potui pauper, ac nudus ingenio? Dedi tamen, quod potui Hoc verò ex omnibus, quod tuo dicaui Dominio. Dilectum ergo filium dedi. Vel ex hoc vno suscipe illum.

Genesis 37. 3.

Dominationis tuæ Eminentissimæ, ac Reuerendissimæ

Humillimus, deditissimusq; seruus
Carolus Maranta Episc. Iuuenacen.

DOMINI

DOMINICI ANTONII GALLI

Artium, & Medicinæ Doctoris,

SACRÆQ. THEOLOGIÆ PROFESSORIS.

Epigramma.

CAROLE quid dubitas tanto sub Principe cuncta
Subdere, quæ folijs sunt tibi parta tuis?
Ingenio polles: sed in hoc magis emicat altum,
Dùm tua sub tanto hoc Auspice scripta sacras.
Quam bene; quam prudens dare docta volumina nosti,
Cuius ad imperium subditus Orbis erit.

Aliud eiusdem.

ROma triumphatrix totum sibi subdidit Orbem
Armis olim, at nunc Relligione potens.
Est, nisi Roma suis faueat cum plausibus, impos
Quilibet optato doctus honore frui.
CAROLE vis nè tuis meritis gaudere triumphis?
Protegat ASCANIVS PHILAMARINVS opus.
Nàm si sola potest decus hoc tibi Roma referre,
Quàm mage, vti sacro sub pede Roma cadet.

Aliud eiusdem.

LEta sub auspicijs veniunt mea scripta libelli
Nobilis Antistes PHILAMARINE tuis.
Nec modo naufragium metuunt, quin fortitèr audent,
Perq; bonum sperant hoc mare laudis opes.
Inuida quid poterunt ventorum perdere castra,
Si tua, quam cupiunt, aura secundat iter?
Optatum folijs promittit gloria portum;
Si fauet, atque bono hæc iungitur aura Mari.

ELO;

ELOGIVM.

Eminentiss. ac Reuerendiss. Domino
D. ASCANIO S.R.E. CARDINALI
PHILAMARINO
Titulo Sanctæ Mariæ de Ara Cœli,
ac Neap. Ecclesiæ Archiepiscopo.

Qui
Patriæ lares, titulis decorus, maternaq; Regna, triumphis ornatus
Moderaris.
Quis tantæ virtutis, tot honorum appellationibus par calamus?
In pueritia, in qua tanquàm in flore futuræ virtutis fruges apparent,
Nil antè oculos, nisi cultum Religionis habebas.
Ideò altiùs exurges, dum DEO Opt. Max. genua submittebas.
Vna custodia Pietas, pium virum, non Fatum deuincit.
Cœlum ipsum militat pro Principe Pio.
Fauet Pietati Deus, per quam ad tantum fastigium peruenisti:
Ingressus adolescentiam rectum veræ laudis ita iter tenuisti, vt
Nullum labis vestigium impresseris, sed insuitatæ grauitatis, ac
Inauditæ prudentiæ signa cum omnium admiratione dictis, & factis
Dederis, & in vtrorum euentibus magno in aduersis rebus Parentibus
Solatio, in secundis voluptati fueris.
Iuuentutem inconditam stipendijs senectutis ornabas, & in minori
ætate prudentiæ immaturà cana vigebant consilia, adeò vt poteras
Cum Sapiente dicere. *Flores mei, flores honoris, & honestatis.*
Nimirùm in florido ætatis vere, precoci morum fructu præmaturè
Autunnabas, dùm inter Sapientiæ gloriam legationibus cum
EM. FRANCISCO CARD. BARBERINO S. Sedis Apostolicæ Legato à Latere
Ad Hisp. ac Galliarum Reges, misso, educasti negotijs.
Quarè Dynastarum corda, Optimatum beneuolentiam, omnium plausu
Mirabili fœlicitate promerita est, dùm contigit cum tot Principibus
congredi, cum tot colloqui eruditis, cum tot Magistratibus conuiuere,
Tot Gentium, Nationum, Ciuitatum, linguas, cultus, ingenia, mores, instituta
Spectare, atq; vna cum vniuersis demonstrare in aduersis constantiam,
In prosperis æquitatem.
Iurè Roma, quæ est omnium officina, & dignitatum Regia Te
ASCANIVM PHILAMARINVM
Erudiuit ad gloriam, & assecutus es nomen, quod ad alium transire
Non potest, sine recordatione ad Tuum.
MARE,
Quod indidit cognomentum, murices nutriuit ad Purpuram, quam
VRBANVS VIII. P. O. M.
Religionis Arbiter supremus Tibi contulit, & ad Pastoritiam
In hac Vrbe euexit.

SS In qua

In qua datus videris in Ecclesiæ tutamen, in Populi leuamina,
In Dynastarum Caduceatorem, in Orbis exemplar,
Vt innotesceret in opere vir immensus.
Sciet quoq; MARE gemmas tergeminam compingentes *coronam nutrire*, &
PHILAMARINO præstare Pastori,
Et ex Pastoritio ad Piscatorium efferre munus, & tunc mittes fidelibus diplomata
SVB ANVLO PISCATORIO
Ipse etiam triplex fasciarum in stemmate color, triplicem tiaram
Capiti inauguratur sacro.
Hanc ipsa *VIRGO MARIA AMORIS MARE* Tibi impetrabit, cum illam
Diligas, & *ipsa*, ait, *diligo diligentes me*, verè diligis, nam
Dedicasti splendidissimè magnæ Matris Ædem,
Mormoream quidèm, at tua Religione fecisti auream in SS. Apostolorum
Templo, vbi videtur Sacellum simile illi Salomonis
Præcipua Dei presentia inclyto,
O Cælo dilecta Domus, postesq; beati.
VIRGO ipsa efficiet, at domum non manufactam habeas in Cœlis,
Qui in terris *dilexisti decorem domus eius*, sed efficiet adibile Cœlum,
Vt vtriusq; Ecclesiæ militantis, & triumphantis consequaris sedem.
Interim hunc laborem priùs Cœlorum *Reginæ*, *Maris Amori*,
Deindè *Tibi Terreno Principi in terris* vices Dei agenti dicatum;
Accipe,
Neq; mireris id factum, in Cœlum priùs fuerit directum
Opus, vt maius donum oblatione euaderet, sicq; aptiùs
Redderetur, quod Tibi sistit
CAROLVS MARANTA EPISCOPVS IVVENACEN.
Occupatus in tollendis abusibus, vt remaneat legitimus vsus.
Officiorum memor Tibi benemerenti, præcipuòq; Patrono dicat, & sacrat.
Ideò Opus Tibi iurè dicatum aspicere, & inspicere digneris
Orat, sicut læta omnia; & diuturnum clauum Neap. Ecclesiæ
TIBI RESTAVRATORI CLERI
FVNDATORI ARÆ ANNVNTIATÆ,
AVCTORI PACIS
ORBIS NEAP. AMORI.
D. IOAN. PETRVS MASSARIVS
S. Sedis Apostolicæ Protonotarius
Humillimus seruus Elogij Auctor apprecatur.
Et dicit Te admirabilem reddere, & claues, & clauum,
Hoc Syrenum mare moderari, illis Cœlum, ad quod
Plures paras vias, armatus pluribus virtutibus
In commune bonum, vt prospicias pluribus, quò à pluribus conspiceris
Videri quippè, & prodesse,
eximiæ virtutis est,
Vt noua excipias vota, noua audias Elogia.



EMI-

EMINENTISSIMO DOMINO

D. ASCANIO CARD. PHILAMARINO

Archiepiſcopo Neapolitano.

ELEGIACVM CARMEN.

D. Io. Petri Maſſarij Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Prothonotarij,
I. V. D. & Sacræ Theologiæ Profeſſi.



STrenis Proceres armis, opibuſq; ſuperbos
Aſpicio, & varijs fixa trophæa locis:
Inter mille triumphos, & mille inter honores
Aſpicio ASCANIVM *conſtituiſſe ſuos.*
Te varijs Patriam purgaſſe erroribus omnem,
Aurea Saturni ſecula, vt eſſe putem.
Te priſca ingentem minitantia tecta ruinam,
Et Templis ritus reſtituiſſe ſacros.
Tu ſacra reparas Ædes, Pallatia firma
Conſtituis Princeps, ne labefacta ruant.
ASCANII *hæc egit Pietas, quò prouidus Vrbi,*
Et decor, & Templi ſit reparatus honor.
In ſacris Templis auro fulgentia tecta
Ædem Virgineam, ſacraq; Templa paras.
In his Virgo Deum concepit numine plena,
Facta Parens hominum, facta Parenſq; Dei.
Virginea Sponſa in terris Templa aurea tollis,
Et Tibi cœleſtem conſtruet illa Domum.
Hæc vult ipſe loqui, quid ſi iam muta loquuntur
Marmora? quid faciet lingua diſerta virûm?
Quis non audiret reſonantia marmora nomen
ASCANII? *ſaxo ſurdior ipſe foret!*
ASCANIVM *reſonant felicem cuncta, receſſus,*
Sylua, Agri, Montes, Flumina, Prata, Poli:
ASCANIVS *Sanctis confirmat legibus Vrbem,*
Auctorem vt teneat debita pœna ſuum.

Quaq; exul terris in Cœlum Astræa volarat,
Arbitror è Cœlis Te reuocasse Deam.
Mirum in aduersis rebus, mirumq; secundis,
ASCANII *ingenium Pallas, Apollo timent.*
Magnus enim ingenio est, maior sapientia, & vsu
Maximus: ista simul iungere rarus honor.
Quantus & in Patria sit libertate tuenda,
Parthenopæa Parens testis, & Ausonia.
Ars tua turbatos dictis componere Ciues.
Ars tua Pontificis maxima iussa sequi:
Auctorem agnoscunt Pacis, Patriaq; Parentem:
Et columen dicunt, Præsidiumq; suum.
Ergo nulla tuos ætas reticebit honores,
Et pius, & felix optime semper eris:
Gratantur Proceres, CAROLVS MARANTA *peritus*
Te petit, inuento Te; quod amauit habet:
Suscipe pacato librum, qui mittitur, ore.
Sunt hæc MARANTÆ *munera grata tui.*
Te sua scripta petunt. MARE *sunt tua pectora purum;*
Influat huc nitidis limpidus omnis aquis.
Agnoscas, Princeps, proprium sapientia Alumnum
MARANTAM, *& plausu munera grata notes:*



D. IO.

D. IO. PETRI MASSARII S. SEDIS APOSTOL. PROTON. & Sacræ Theologiæ Profeſſ, Oratinen. & Neap.

ENCOMION.

Illuſtriſſimo, ac Reuerendiſſimo Domino

D. CAROLO MARANTÆ COMITI PALATINO,

ac S. Officij Sanctiſſimæ Generalis Inquiſitionis de Vrbe contra hæreticam prauitatem Conſultori,

EPISCOPO IVVENACEN. AC REGIO CONSILIARIO.

QVI



EI ſapientiam adamans, vxorem fructuoſam, cum ea tanquàm virginiore, puriore, & illibatiorę conuiuens, plures procreauit mentis liberos, & eò factùs in partu caſtior, quò plures edidit fętus, nec tamen parenti nimis eſt oneroſa proles, cũ omnes ſuperfluant diuitijs, quas alijs aperiunt vberrimas; & editos nullus Saturnus exedit, imò omnes doctrinæ ſoliditate, & ingenij dotibus florent, quòd raró cuipiã indulget Natura. Parens Adamus ex Abele felix, ex perditiſſimo Caino infelix factus, Iſaacus Iacobum, dictum, ſuas delitias, Eſaù turbidum ex eodem partu accepit. Iacobus duodecim filiorum numero auctus, vnum vix Ioſephum bonũ expertus eſt. Dauid excordem, & ſine amore filium in lucẽ edidit Abſalonem; At liberi ab hoc Pręſule, mentis fętus editi, ſui Parentis feliciſſimi virtutẽ commendant. Hos enim videmus tanquàm tapetes mirabili varietate diſtinctos, in quibus ſicut fila aurea, argentea, holoſerica, in multiplices ducta, reductaq; ambages, aſſurgunt in montes, ſpatiantur in valles, frondeſcunt in nemora, liquantur in fontes; prominent in fulgores, formantur in milites enſibus digladiantes, efformãtur in naues, currentes aduerſis roſtris, innodãtur in ceruos, venatorum ſtimulis agitatos, in apros ſęuientes cõtra canes, in Leones ad cędem per bipennes hiantes. Omnia in quaſcunq; formas implicantur; vt ingenioſior ars in imitando, quàm natura in fabricando videatur. Ita hi liberi ſplendent, vt videantur acu depicti, vti tapetes, dùm in illis ſapientia tàm viuas rerum imagines erudito calamo efformat. Vndè ſibi ſcribere poteſt ea inſignia, quæ ſibi ſola vindicauit Minerua, nempè multicolorem cultum, ac pallam, quæ ſic erat picturata, vt quidquid bellorum contigiſſet, & pacis, in clamyde adumbratũ, ſeu collocatũ videretur. Sic MARANTA Mineruæ altricis imitatus ingeniũ, rerum, quas ſcit pictas, figuratas, & exculptas affert imagines multicolores in ſuis libris. Cherubin videtur quodammodò, qui aditũ Paradiſi obſidebat, nè qua fieret in locum tranquillæ fęlicitatis hoſtilis impreſſio. Ità hi liberi Ecelеſiam tanquàm militari præſidio coronant, nè qui præcipites ad audendũ iuſtitiæ, ac religionis domiciliũ oppugnare, nè dicam, expugnare, aggrediantur. Quarè Deus poſuit hunc virum ſapientem. *Iaſpidem, propugnaculum, ac Solem ſuum.* Sol eſt qui falſitatis tenebras diſpellit, veritatis lucem impertitur; propugnaculum eſt, quod hoſtiles impetus retundit, ciuiles animos tuetur. Sol, & propugnaculũ, quod pulchritudine intelligentia reſplendeſcens, tanquàm propugnacula impijs, vt ſcurrilibus ex legum nugis acritèr obſiſtens, illuſtrat, exccecat alienos, notos alit, nothos abigit, fouet, ciues, terræ hoſtes, domeſticos allicit doctrinæ muneribus, externos conficit rationis vulneribus; ſuis alumnis delicias proponit, quæ ſenſus reficiunt, mentem acuunt, tumultuantes in pectore vitiorum turbines ſerenant. Videntur tot Arones, fęcundi ad eloquendum, ſubtiles ad diſputandum, parati ad promerendam Orbis beneuolentiã, & hac ſapientia nobilitati, quantò optabiliores Iudices in catholicos, tantò terribilio-

res

res Vindices in exleges. Iurisperitorum cętus doctrinis exornant, & veluti Cherubini Ecclesiæ circūstant, irruentes, propulsantesq; hostes, nè quid detrimenti patiantur subditi, strenuè calamo præliantur, & si armentur in cędes Tyrannorum manus; induātur in flagitia perditorum hominum cogitatus, vni tamèn sapientiæ, quæ hostibus eat obuiam, quæ clauam gerat, quæ prouideat, quæ rem totam moderetur, omnia pugnatrici parebunt. Cœlum potiùs corruet, quàm sapientiæ vires euertantur. Et non solū viuentes hi liberi, at mortuo eorum Parente, excubabunt adhùc arcendis malis, adhùc Terrarum se clypeos exhibebunt. Et viuus, mortuusq; hominum in tutelā clypeo doctrinę armabitur MARANTA, cuius merita, etiam dùm libri tacent, clamabunt, & aures cordium efficacitèr pulsabunt viua virtutum, ac doctrinæ voce, quam in tumulo etiā spirabunt, & quod Hierosolymæ præstitit demortui virtus, & vnius sapientiæ consulit Alexandriæ; præstabunt hi liberi mentis fętus, qui erunt Ciuitatum arma, Regnorum monumenta, terrarum Orbis inexpugnabilia propugnacula, in quibus sunt tot scuta, quot verba, quot capita, tot scuta, & Reip. etiam post funera proderunt, & erunt Patris vera effigies.

EIVSDEM MASSARII

Elegiacum Carmen.

Ad eundem Illustrissimum, & Reuerendissimum Præsulem.



QVàm benè nunc CAROLVM MARANTAM Mundus Alumnum
Ornat, quo toto doctiùs Orbe nihil.
CAROLVS hic adsit, inuit, pallescere chartis
Suetus iura Dei, voluere iura virùm.
Hic calamo docto clarus fuit, ore verendo
ANTISTES CENSOR fulmine, Amore Pater.
Parthenope dat plaudentes ad sydera voces,
Et gaudet tantùm promeruisse decus.
Felix, ò Præsul felix, ò Præsule Syren,
Quæ CAROLI docti tot monumenta tenes.
Mirificè ipse suis scriptis palmam cum laude reportat,
Dùm rigidi præbet iura sacrata foro.
Iustitia est clarus, sic lucens lumine Iuris,
Vt sua iàm cunctis tot monumenta probant.
Merificè soluit dubiarum enigmata legum.
Et stabunt scriptis nomina clara viri.
Ipse Deus summos CAROLI miratur honores
MARANTAE, quem nunc Orbis vterq; colit.
Vnus oues docto pascit, qui nectare Diuum,
Quiquè pio diros vi ferit ense lupos.
Accipe, quod Carmen fundit MASSARIVS, istud
Exiguum munus, pignus amoris erit.

PRV-



PRVDENTI, AMICO, BENEVOLOQ; LECTORI.

Non Zoilo, non Momo:
Aures enim habent, & non audiunt.
Ex carnibus residuum eorum sunt ossa.





Iste gradum. nè ad nauseam venisse mea existimes. Noua nullus dabit. Nàm nihil noui super terram. *Nihil sub Sole nouum, nec valet quisquam dicere: Ecce hoc recens est: iàm enim praecessit in seculis, quae fuerunt antè nos.* Ecclesiastes 1. 10. Spiritus Sāctus sapientissimi Regis Salomonis ore protestatus fuit. Res omnes humanae suis includūtur finibus, quia finitae. Scientiae finitę sūt. Sola facta infinita dicuntur, quia multiplicantur. Cùm itaq; ad facta respondemus, quae multiplicantur, & varia sunt; ex legibus vtiquè, ex Sacris Canonibus, ex Sacrata Scriptura, ex scientijs, ex Theologia, ex Philosophia, respondendum erit. Nàm & Iuris nostri Periti, qui Iuris vocantur Consulti, Philosophi fuere. Quae ergo ex scientijs, ex legibus, ex Canonibus, ex Diuina Scriptura percepimus, secundùm haec respondemus. Non igitur noua tradi possunt; sed quae ex scientijs accepimus, haec nouis, varijsq; factis applicamus, congruentemq; damus responsionem. Noua verò sunt: modus dicendi, rationes applicandi ordo, doctrinae ratio, in respondendo contrarijs ex ingenij acumine inuenta, argumentorum inflexio, legum ipsarum, & Canonum perpensio, non alienorum transcriptio. Sed insurgit Zoilus. Praedicationes affers. Vt quid cum Iurgijs Praedicatio? Et Iurgia, litesq; legibus rescinduntur. Indè quippè Digestorum, seù Pandectarum libros se didisse Iustinianus Caesar Augustus in prooemio Digestorum protestatus fuit, vt praestò essent leges, quibus iurgia, litesq; terminarentur. Si legibus vident finem humanis: cur diuinis, quę in veteri, nouoq; testamento traduntur, non rectiùs videbunt? Et quidèm, sacris Canonibus lites decidūtur. Sacri Canones Theologię moralis pars sunt. Tota Theologia in speculatiuam, & moralem comprehenditur. Theologia verò in Sacrata Scriptura fundamentum obtinet; quam Spiritus Sanctus Deus reuelauit, & lex est diuina, siuè in veteri testamento data, siuè in nouo à Christo Domino, Patris verbo (Deus de Deo, homo factus pro nobis) in quatuor Euangelijs; siuè à Sanctis eius Apostolis reuelata. Cur igitur fastidio habere debebis, quòd in respōdendo ex Sacrata Scriptura, in nouo, ac veteri testamento, rationes excerpimus, quibus ad iustitiam ministrandam animus ad veritatem sequendam rectiùs informatur? Deus enim veritas est. Cùm itaq; leges in veteri testamento Patribus dedit,

dit, & in nouo per Filium suum; veritatem vtiquè dixit. Spiritus enim Sanctus Spiritus est veritatis. Sic nempè Chistus Apostolis: *Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Si veritatem nos docuit Deus in veteri, atquè nouo testamento, & veritatem nos proferimus ex Scriptura, quam nos docuit Spiritus Sanctus: fastidio erimus alijs, quod respondendo factis temporalibus, ex Sacrata Scriptura, Diuina lege, rationes excerpimus? Et si veritatem persuadet tibi Papinianus, Vlpianus, Paulus, Caius, Marcellus, Tribonianus, alijq; huiuscemodi Viri; cur non Spiritus Sanctus, qui docet omnem veritatem, non rectiùs, vtiliùsq;, atq; efficaciùs persuadebit? Qui Sacratam enucleant Scripturam Gregorius fuere, Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, Hilarius, Doctor Angelicus Sanctus Thomas, Bonauentura, alijq; ex Latinis. Gregorius Nanzianzenus magnus Theologus, (per anthonomasiam Theologus nuncupatus, quo Doctore sacras litteras didicisse Hieronymus gloriatur) Basilius, Ioannes Chrysostomus, & Athanasius, ex Græcis, & sexcenti alij. Hi Spiritu Sancto edocti locuti sunt. Hos deferimus, qui loquentem Spiritum Sanctum in sacrata Scriptura nobis aperiunt, vt verba audiamus eius. Et hos fastidis? Ex suauibus, perfectissimisq; Cœli cibis nauseam capis? Sthomaci hic est defectus humoribus pleni, qui optima, ac perfectissima nauseat. Et hoc pessimum. Prætereà, si multa discere poteris, quę ad manus tibi veniunt, & fastidis: quid si per te hæc quærere oporteret? Ars est longa, vita breuis. Non omnibus datum est adhire Corinthum. Promisimus Decreti Medullam; sed quia liber excreuit Responsionum, præstare non adhùc potuimus. At (Deo fautore) quàm primùm præstabimus (si vita comes fuerit) & fortassè maximo cum tui fœnore. Ad manus enim eam habemus locupletantes illam (sapientis est enim mutare consilium in melius.) nec displicebit. Deo Optimo maximo gratias age, si quid boni protulimus. Ab eo namquè omne bonum. Sed si quid ex ingenij infirmitate minus arriserit, ignosce. Homines sumus. Ex tuo quod defuerit adde. Vale.

Ioannis 16, 13.

Grauiores in opere lapsus sic corrige.

In Responf. IV. num. 8. Vbi dicitur, vt Episcopus familiarem suum triennalem ordinando teneatur eidem statim beneficium conferre. Adde, dummodò beneficium illud non sit tenue, iuxtà decretum Sacræ Congr. S.R.E. Card. S. C. Trid. interpretum.

In Resp. XI. Quæ dicta sunt circa iurisdictionem Illustrissimi Nuntij Apostolici, intellige, quoad tuitionem priuilegiorum, & iurium ad Abbatiam S. Antonij huius Ciuitatis Neap. spectantium tantùm; respectu verò subditorum Abbatis, ac aliorum, quorumcunque iura Abbatiæ occupantium, vbi eos ciuiliter, vel criminaliter conueniri contigerit, Dominus Vicarius Generalis Archiepiscopalis Curiæ Neap. esset adeundus, & ita seruatur in praxi, nec posse aliter Illustrissimum Nuntium causas subditorum Abbatiæ, à Curia Archiepiscopali ad se auocare.

In Resp. XIII. Vbi dicitur, Episcopum non posse simpliciter prohibere, nè matrimonium domi contrahatur, multoq; minus sub graui pecuniaria pena. Adde, quòd contrarium est de iure verius, ac ita in praxi seruatur, maximè in hac Ciuitate Neap. attenta Constitutione Synodali, idq; optima ratione statutum, cùm Ecclesia sit verè locus Sacramentorum.

In Resp. XV. In qua resoluitur, Constitutionem Clementis IV. de non extruendis nouis Ecclesijs, Monasterijs, vel Oratorijs propè Monasteria, & Ecclesias Fratrum Minorum per tercentum cannarum spatium, Sacerdotes, & alios de Clero seculari non comprehendere, minusq; attento decreto Sacri Concilij Tridentini sess. 25. cap. 3. in fine, de Regul. ac attentis pariter Constitutionibus Clementis VIII. & aliorum Summorum Pontificum. Adde in fine, quod contrarium fuit decisum per Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam, Sententiamq; prędictam in Vrbe confirmatam.

In Resp. XVII. in fine, Adde, dummodò Confessarij sint ab Eminentissimo Cardinali Archiepiscopo ad confessiones Monialium audiendas approbati, & cùm illos intra septa Monasterij ingredi contingerit, id contingat præuia licentia Domini Vicarij Monialium huius Ciuitatis, de ordine Eminentissimi Cardinalis Archiepiscopi deputati, iuxta declarationem Sacræ Congregationis, in actis Curiæ Archiep. Neap. registratam.

In Resp. XXXV. Adde, Archiepiscopalem Curiam Neap. posse pro libito prohibere Oeconomis Ecclesiæ Sancti Blasij Maioris, ne questuare faciāt intra fines *della Giodeca*, in cuius pertinentiis alia Ecclesia eiusdem Sancti constructa est.

In Resp. LII. in fine, adde, Contrarium esse de iure verius, semperq; seruatum in Archiep. Curia Neap. declarando, quando casus contingit, incidisse Regulares in sententiam excōicationis, contentam in Can. Si quis suadente Diabulo 17. q. 4. & in alias censuras in iure contentas.

In Resp. LXXXV. In qua habetur, laicum de proximo clericandum posse præsentari in beneficio, quod est de iure patronatus. Adde, quòd contrarium seruatur in praxi, & est de iure verius; nisi Author intelligeret de nominatione tantùm, iuxtà allegationem Lapi.

Liber, cuius titulus est, *Controuerf. Iuris vtriusq;* &c. *D. Caroli Marantæ Episc. Iuuenacen. par. 5.* cum censura supradicta in principio libri apponenda, potest Imprimi, & Publicari; & non aliter; si videbitur Eminentiss. & Reuerendiss. D. Cardinali Archiepiscopo Neap. hac die 9. Nouemb. 1652.

Aloysius de Ianuario Canonicus Dep. & Fisci patronus Cur. Archiepiscopalis Neap.

Cum supradicta censura Imprimatur, & Publicetur, quia sic conceditur, & non aliter, iuxtà decretum latum in Congregatione habita coràm Præfato Eminentiss. & Reuerendiss. D. Cardinali Archiep. Neap. sub die 19. Ianuarij 1652.

Gregorius Peccerillus Vic. Gen. Neap.

F. Ioseph de Rubeis Ord. Min. Con. S. T. D. Eminentiss. & Reuerendiss. Card. Philamarini Theolog. Congregationis Secretarius, & Consult. S. Off.



Illuſtriſsimo, & Eccellentiſsimo Signore.

GIo.Domenico Boue ſupplicando fà intendere à V.E. come tiene da fare ſtampare la Quinta Parte delli Reſponſi del Veſcouo di Giouenazzo Carlo Maranta, con le Additioni all'altre parti ſtampate. Per tanto la ſupplica di commettere la reuiſione di quelle, acciò poſſa ottenere il Regio Imprimatur, & lo riceuerà à gratia, vt Deus, &c.

Magnif. V.I.D. Io. Iacobus Anichinus videat, & referat:

Capycius Latro Regens.

Prouiſum per S.E.Neap.die 16.Iunij 1645.

Barilius.

Illuſt.me & Excell.me Domine.

LEGI ex decreto Supremi Senatus Reſponſionum Partem Quintam, aç Additiones, quas ad Volumina eiuſdem tituli iàm edita elaborauit D Abbas Carolus Maranta Epiſcopus Iuuenacen. Vir eruditione, longoq; Eccleſiaſticarum rerum vſu, non vno munere comparato Excellens, cùmq; repererim opus hoc pluribus nominibus commendabile, & neceſſarium, tàm ad implendas voluntates defunctorum, quàm vt Miniſtri, Tribunalis præſertim Fabricæ S.Petri de Vrbe, inſtruantur & perficiantur in Regno, quod moderaris, non exiguo Reipublicæ commodo eſſe cenſeo, ſi prælo committantur, etiam quia non continent quod Regiæ, quam regit Excellentia Tua, aduerſetur, Iuriſdictioni, ſed eam potiùs fouent, atquè tuantur, & ex Reſponſionibus iſtis Fatorum Solatia erunt, ſi fatemur cum *Lypſio lib. 2. de Cruce*, quòd Solatium Fati eſt voluntas vltrà Fatum. Neap ex Ædibus noſtris 19. Ianuarij 1646.

Excellentiæ Tuæ

Seruus deditiſſimus

Io. Iacobus Anichinus.

Vidit Reg. Conſil. Io. Baptiſta Amendola, ſuper Reuiſione librorum Commiſſarius ſpecialiter delegatus per S. E.

Io. Baptiſta Amendola.

Viſa ſupraſcripta Relatione IMPRIMATVR.

Zuſia Reg. Sanfelicius Reg. Caracciolus Reg. Capycius Latro Reg.



ARGVMENTORVM OMNIVM,

Quæ ſingulis præponuntur Reſponſionibus, Argumentoſus Elenchus.

I.

Donatio, vt firma ſit, debet fieri ab eo, qui donatę rei dominus eſt, alioquin donatio erit inualida, nullumq; pariet effectũ. Fundationis tenor in iure patronatus ſeruandus. Quid verò, ſi ius patronatus certis ſit perſonis, eorumquè ſucceſſoribus à Fũdatore deſtinatum, nûm poſſit is, ad quem peruenit, illud in alium non deſignatum, donatione transferre, vocatorum in præiudicium, præſertim verò in Eccleſiam? Et quid ſi Ordinarij conſenſus acceſſerit? Et nûm in donatione præfata, nouum adijcere poſſit onus miſſarum, vltrà à Fundatore adiectum?

II.

Electio non ritè facta inter Regulares nõ tenet: neq; ſi non à maiore eligentium parte facta fuerit. Et quid, ſi per vim, & metum, ſiuè etiam per ſimoniam facta fuerit? an confirmari debeat? & quid ſi per ſimoniam electus fuerit?

III.

Nûm ſub eiuſdem nomine Sancti erecta ſtare valeat vna Cõgregatio, ſiuè Confraternitas in Ciuitate; & altera in Suburbio? Et nûm ſi ſit hoc vetitum ex Conſtitutione fœlic. mem. Clementis Papæ VIII. quæ incipit: *Quæcunq; à Sancta Sede*. de Confraternitatibus erigendis, vel aggregandis? Agitur proindè de Cõſtitutionis prædictæ interpretatione, & intellectu. Hanc ob cauſam de Sancto Patriarcha Ioſepho Sanctiſſimæ MARIÆ Virginis Sponſo plura, eiuſq; interceſſione.

IV.

Quiſnàm familiaris triennalis dicatur, vt ab Epiſcopo promoueri poſſit? & quæ requiratur, vt familiaris ad hunc effectum habeatur; & nûm triennium continuum eſſe debeat? Beneficium autẽ debet ei ſtatim omni fraude ceſſante conferri. Beneficij verò ratione quis ſubditus efficitur. An verò beneficium ſufficiens eſſe debeat, vel ſat quoq; ſit, quodcunq; beneficium?

V.

Cenſus annuus vt iuſtè ematur, neq; fœneratitius ſuſpicetur, ſuper certo fundo, certis, præfinitiſq; limitibus deſignato, illoq; fructifero imponi debet. Remanet autẽ fundus in dominio Domini cenſum conſtituentis. Quam ob cauſam alienare fundum non vtiquè prohibetur. Tranſit verò cum fundo onus cenſum ſoluendi; quia remanet fundus hypothecatus pro cenſu illius emptori. Sed quid, ſi ad maiorem emptoris cenſus ſecuritatem, vẽditor ſuper omnibus alijs bonis ſuis hypothecam innexerit generalem, cum clauſula tamen: *ità vt generalitas ſpecialitati non deroget, & è contrà, & ad omnem ementis electionem*. nûm nè valeat emptor pro cenſibus decurſis, nec ſolutis, ac etiam pro capitali aduerſus tertium agere poſſeſſorem bonorum, in generali hypotheca comprehenſorum, relicto certo illo fundo, ſuper quo cenſus impoſitus fuit? & nûm clauſula illa

illa naturā mutet contractus? Perpenditur proindè *text. in l. 2. C. de pignorib.* atq; *Vincentij de Franchis d ecis. 5.*

VI.

Mandatum de manutenendo non datur, nisi in possessione existenti de tempore motæ litis. Possessio verò facti est, nec præsumitur, nisi probetur. Episcopus nullum ius obtinet fundatum, decimas immediatè à laicis exigendi, sed ius est Parochis, nisi exactionem præscripserint Episcopi, & in hac sint possessione. Quid autē, si Episcopi in possessione sint à conductoribus exigēdi, non autem à Dominis territoriorum, nùm ab ipsis Dominis postmodū exigere poterint, vt manuteneri possint in exigendi possessione, quæ contra Dominos non est? In materia quippè decimarum ad locorum consuetudinem recursus habetur. Feudale æstimari nè debeat, quod feudi intrà latitudinem est? & an Greges Ouium, & Caprarū, qui intrà fundos feudales depascūtur, feudales iudicari debeāt, itá vt ex eis decima debeantur, nec ne, iuxtà locorū consuetudines? Barones primi sunt ciues locorum, quorum Terras, & Ciuitates obtinent. Quid ergo, si decimę ex Gregibus ab Incolis natis non debeantur, an Barones, vt primi ciues eiusdem rationis, ac nati, æstimari debeant?

VII.

Mandatum de manutenēdo ei datur, qui in possessione reperitur de tēpore motæ litis, nequè denegari potest ei, qui in possessione est. Quam ob causam instans, declarari ad se spectare, &c. petitorium intentasse videbitur, nō possessorium. Petitorium autē dicit, possessionem penès aduersarium esse. Donatio sub conditione facta cum pacto potissimùm resolutiuo, resoluitur, conditione non existente, & res ad priorē statum reuertitur. Pius dicitur locus, in quo pia exercentur opera. Homo nulli accedit rei, ob humanam super omnes res dignitatem. Episcopus ex quo superintendens dicitur; quo pacto mediatè ne, an immediatè, bona omnia Ecclesiastica, & Ecclesias ipsas administrare, ac regere dicatur? Et nùm possit Administratores ipse deputare, si illi à Fundatoribus, vel donatoribus dati fuere?

VIII.

Matrimonium, quod ad humanum genus propagandum necessarium fuit, non potest inter virum, & fœminā in omni gradu consistere. meritò gradus quidam ex iure, nè matrimoniū inter eos contrahatur, sunt interdicti. Quòd si illis detenti matrimonium, vel etiam ignorantèr cōtraxerint, copulauē obfirmauerint; & matrimonium est nullum; & dispēsatio perquiritur Apostolica. Quid verò, si dispensatio sit subreptitiè obtenta, non tamen quòad substantialia, & tamen per Delegatū dispensatio concedatur; & matrimoniū de facto in facie Ecclesiæ contractum fuerit: nùm nè validum sit matrimonium? Et quid, illo dissoluto per supræma viri funera; nùm lucra maritalia mulier cōsequatur; an verò obijci eidem possit, matrimonium nullum fuisse? Propter hoc *decisio* perpenditur *Vincentij de Franchis 52.* illaquè expenditur.

IX.

De executione obligationis Cameralis, & clausula in commissione adiecta (*si quid exequendum*) & quo pacto illa exaudiatur, differitur, & de exequutione mandati exequutiui. Et quid de solutione per cedulam bancariam cū fide crediti, nùm illa suum operetur effectum, à tempore consignationis, vel verò ad diem vsq; factę exactionis differatur? Quid verò de quietatione finali facta, cùm verè finalis non fuerit? Et an iuramentum obsit ei, qui illud fecit, cùm intentionem minimè iurandi habuerit, nisi pro quantitatibus receptis? Et an periurus dicatur?

X.

Lege dicta à testatore hæredi, vt cōpromissarios eligat, qui lites dirimant inter ipsā, aliamq; vertentes, pœna adiecta priuationis hæredi, si compromissariorum determinationi non steterit: Si semel electionem fecerit, neq; compromissarij lites decreuerint, definierintquè, an iterùm eligere teneatur; vel pœnæ subijci debeat priuationis?

In qua

In qua re *Baldi* expenditur sententia in *l.1. siuè vnic. C. de his, quæ pœna nomine in testamēto, vel codicillis scribuntur.* atquè *pragmat. 1. Re de arbitris.* & ibidem *Borrelli de compromissis.* Et an semper perduret Arbitrorū potestas, qui testatoris lege electi fuere, ac decidendi potestatem nacti, vel tempore finiatur? Cùm illi sine temporis præfinitione electi fuerint?

XI.

Abbatia, seù perceptoria Generalis Sancti Antonij de Vienna in hoc Regno ius habet in omnes alias Ecclesias, seù Capellas sub eiusdem Sancti nomine celebres, eæq; sunt illi ex Pauli Tertij Constitutione annexæ, & incorporatæ. Quisquis igitur eas occupat, in censuras dat, tàm in Sacro Tridentino Concilio *sess. 22. cap. 11. de reformat.* quàm in *Bulla in Cœna Domini* §. 17. contra occupantes inflictas. Ad tuenda verò dictæ Abbatiæ Generalis iura Illustrissimus Dominus Nuntius Apostolicus, pro tempore existens, Conseruator perpetuus à Sanctissimis sanctæ memoriæ Gregorio XIII. & Vrbano VIII. est deputatus. Hanc proindè ob causam eiusdem *Sacri Concilij Tridentini* decretū *sess. 14. cap. 5. de reform.* expenditur. Spoliator verò audiri minimè potest, nisi spolium primò purgauerit.

XII.

Religio Congregationis Montis Virginis statuto detinetur, vt nullus ad sacros ordines promoueri possit, nisi de biennio in bienniū. Quidam Religionis eiusdem professus à Papa dispensationem obtinuit, vt in tribus diebus festiuis promoueri posset, nulla tamen per eum facta memoria Constitutionis, siuè dicti Religionis Statuti; nùm nè obstet eidem, nè promoueri valeat? vel alterū obtinere eum breue oporteat, in quo expressè in tempore biennij, à Constitutione perquisito dispensetur? Quiduè clausulæ operentur (*nō obstantibus, &c.*) Papa supremam obtinet potestatem; quia Dei Vices in terris gerit, & vnum eum eo Tribunal facit. vt nec ei, sicut & Deo, dicere quis valeat: Cur ità facis?

XIII.

Possit nè Parochus, non præcedentibus denunciationibus matrimonio assistere, mortis vrgente necessitate vnius ex contrahentibus, quòd illi in concubinatu reperiantur? vel clandestino assistere matrimonio videatur? Nùm verò tunc temporis, in illo extremæ necessitatis casu, in quo ad Episcopum recursus non pateat, quòd mors in iauis stringat, Ecclesia ipsa Mater, filiorum suorum vicem dolens, dispensare videatur? ad ornatū *Textus* Sacri Tridentini Concilij *sess. 24. cap. 1. de reformat. matrim.* & intellectum *Text.* Concilij Lateranen in *cap. fin. de clandest. desponsat.* & nùm necessitas legi subijciatur? Valeat nè Episcopus pecuniaria statuta pœna, Synodali Constitutione, Domi nè matrimonium contrahatur, prohibere? Et matrimonij Sacramentum necessitatis nuncupari Sacramentum possit, quòd in mortis articulo vt contrahatur, præmat. Mori in peccato, damnationem est subire æternam.

XIV.

Matrimonium eum eo contractum, qui per quatuor menses à decimoquarto ætatis suæ anno distabat, an validum fuerit? & quid si necessitas vrgebat? & quando pubertati proximus quis dicatur; vel malitia ætatem suppleat? Quiduè sit: malitiam supplere ætatē?

XV.

Ad interpretationem Constitutionis Clementis IV. de non extruendis nouis Ecclesijs, Monasterijs, vel Oratorijs propè Monasteria, & Ecclesias Fratrum Minorum per tercentarum cannarum spatium, an Sacerdotes, & alios ex Clero seculari comprehēdat? Et quid ex decreto Sacri Tridentini Concilij *sess. 25. cap. 3. de regularib.* & Constitutione Clementis VIII. latè differitur.

XVI.

Fideicommissum personale filijs factum, eorum non transgreditur personas, neq; in substitutum transit, quem à fideicommisso liberum testator fecit, qui amplam disponendi, alienandi, distribuendiq; facultatem ei dedit. Alie-

nationisq; verbum dissolutè accipitur. Quid autem, si in casu mortis substituti sine filijs, in alios testator dispoſuit, excepta tamen re certa, quam in piam reliquit causã; & illa per substitutũ, dùm in humanis ageret, distracta fuerit; nùm locum habeat pia causa? Et nùm in expressa testatoris voluntate cõiecturis detur locus? Et dictio perpẽditur omninò *(onninamẽte)* quæ amplam interpretationẽ retinet, omnemq; modum, & omnem casum, omneq; comprehendit tempus.

XVII.

Monasterium Monialium Sanctæ Claræ Ciuitatis Neapolis erectũ fuit à Sancia Serenissima vtriusq; Siciliæ Regina, eiquè regulæ datæ, atq; Monasterium Fratrum Minorum de Obseruãtia pro Monialium directione, & seruitio eidem adiunctum. Confirmationemq; obtinuit à Ioanne XXII. Nùm itaquè, qui in illo degunt Regulares, sint à totius Religionis Generalis moderatoris obediẽtia exempti? Et nùm Officiales ipse Generalis dabit, vel Eminentissimi Cardinalis Protectoris ex arbitratu in illo ponentur?

XVIII.

Sepellire mortuos inter misericordiæ opera agnoscitur, magneq; pietatis est opus, laboris, ac meriti. An verò permitti valeat, vt pro sepultura Peregrini pluris exigatur, quã à ciuibus percipiebatur? Nùm verò dùm cadauer per loca transfertur aliorũ de loco ad locum, liceat exigere permissionis causa transitus, aliud quidquam? Et quid sanè, si consuetudine sit inductum ex vtroquè capite, vt ità exigatur: erit nè toleranda consuetudo, vel corruptela habenda simoniaca? Iarè disseritur. Meritum vndè dicatur, & quòd opus sit meritorium? A gratia initiũ sumit.

XIX.

Qui nàm ad dignitates, Ecclesiasticas præsertim, eligi valeant? Qui maioribus vtiq; fulcitur meritis. Non ergo eligi debent iniqui, peruersi, Dei timore carentes; nè in præceps ipsi, & quibus præficientur populi ad deteriora ruant. Maximam autem patiẽtur damnationem, qui peruerso exemplo alijs perfidiæ sunt causa.

XX.

Iura patronatus ideò permittit Ecclesia, vt deuotionẽ excitet fidelium ad fundandas, construendas, atquè Ecclesias dotandas. postquàm autem ipsas fundauerint, dotauerint, cõstruxerintq; Iusq; illis cõcesserint præsentandi, fidem seruare illis oportebit. Quid verò si libertatem beneficium obtinuisse asseratur, atq; semel tantùm Ordinarius, vt liberum, beneficium contulerit, nùm sanè vltimus attendẽdus status erit? Et quid si euidenter ex fundatione contrarium apparuerit? Præualebit nè fundatio, ità vt vsurpatio illa dicatur Ordinarij? Nùm verò necessitate teneatur Episcopus patronorum præsentationes admittere, atquè præsẽtatum, idoneum tamen, instituere, vt nisi admiserit, grauare videatur, vt appellari ab eo iurè possit? Et nùm contra eum sine causa repellentem ad interesse agi valeat?

XXI.

Euictione sequuta super territorio, quod per multorum manus transijt, quorum vnusquisq; suum laudat authorem. Vnus verò ex his in primi vendentis bona, sui authoris quoq; iura exercẽs, actiones dirigit; creditores autem primi emptoris, se, vt vnusquisquè suum habeat, præferri acclamant. Sint nè dandæ aures creditoribus, vel verò excludendi, quòd sine actione experiantur? Cùm nullum ipsi in primi vendẽtis bona ius obtineant; neq; damnum accedat aliquod in creditoris patrimonium, super quo satisfactio ipsis competit. Et quis eorum potiora habere iura in primi vendentis bona, qui de euictione tenetur, dicatur?

XXII.

Beneficia simplicia residentiam ex consuetudine generali recepta, minimè requirunt. Non igitur cogi poterit ad residendum talia obtinens beneficia. Quid verò in Fratribus Capellanis Sacræ Religionis Hierosolymitanæ, nùm obtinentes beneficia simplicia Religionis, ad residendum in illis cogi valeant? Et nùm præcipere id valeat

leat Commēdatarius Commendæ, vel Prioratus, siuè Bailliuatus, in quo sunt beneficia? Et num beneficia Religionis sint ad nutum amouibilia? & quid si cōfirmatio accesserit Papæ? Plenèq; discutitur de intellectu Constitutionis Pij Papæ IV. super dicta amouibilitate beneficiorum, ad formam Stabilimentorum dictæ Religionis, nec non Gregorij XIII.

XXIII.

Compendiosa substitutio plura comprehendit tempora, atquè sub verborum compēdio casus includit plures; quia communibus facta verbis, vulgarem quoq; complectitur, & sicuti in casu decreta, si noluerit, ità & si non potuerit, infert. Vtroq; enim modo testatoris eluditur voluntas, si ea non exeat. Velle posse non dicitur, qui, nè velit, vel iure retinetur, vel vi. Et vt velle, nolleq; dicaris, non materialis dumtaxat exquiritur potētia, sed etiam moralis, atq; formalis. Nàm velle, & posse, vt diuersa habentur. Hæredis institutio sub qualitate aliqua nuncupata, illa deficiēte qualitate, vti caduca habetur. Eaq; qualitas adhitionis quoq; tempore desideratur, quæ rem, cui desideratur, in aliam transfert speciem. Patribus Religionis relicta hæreditas, nō Patribus singillatim, sed Religioni acquisita dicitur. Veluti si ciuibus relinquatur, Ciuitati relicta videtur. Conditio nihil in esse ponit, donec extiterit, neq; scindi valet, cùm formam inferat. Præsertim verò si conditio resolutiua fuerit, atq; priuatiua. Nàmq; nullitatē operatur dispositionis, eamq; rescindit. *Text. in l. si cognatis 20. ff. de rebus dubijs*. expenditur, eiusq; affertur germanus intellectus. Substitutus admittitur, instituto deficiente. Religio Scholarum Piarum per Innocentium Papam X. annullata fuit, & in Congregationem Clericorum Secularium reuocata, Ordinarijs supposita. Institutio Religioni facta, si illa reuocetur, & annulletur, firma num esse valeat?

XXIV.

Litteræ Apostolicæ iustificatæ exequendæ sunt ob reuerentiam Summi Pontificis, qui dedit illas. Vtrum verò post appellationem, cùm agitur in materia pensionis, Sacra Sanctissimi Signatura debeat causam committere, cum clausula (*non retardata solutione, & citrà præiudicium vlterioris executionis*) Et quid clausula prædicta operetur? Semel verò causa cum dictis clausulis commissa, repetitæ censentur in alijs commissionibus, quamuis non apponantur. Clericus matrimonium cōtrahens, pensionem, quā obtinebat, amittit, quamuis vxor antè consummationē, ad Religionem transierit; Et quid si dispensationē habuerit, retinendi pensiones, quamuis matrimonium cum quacunq; muliere contraxerit. Quid si contrahat cum vidua? Et an mulieris appellatione vidua quoquè contineatur? Quid verò si cum consanguinea contrahat, etiam cum Apostolica dispensatione? quiduè dispensatio operetur? Indebitum repetens se vtiquè soluisse probat.

XXV.

Testamentum, supremaq; hominis dispositio, ex quibus constare debeat, vt firmum, validumq; æstimetur? Quid illud sit? Duo sunt præsertim, quibus testamentum, hominisq; supremum elogium cōstare debeat; voluntas, & verba. Cauillus tamen in verbis testatoris quærēdus minimè erit. Ideò quid sit? Et quid aliquid esse in actu primo factum, & in actu secundo? Posthumus iurè hæres institui valet; Quia in actu primo natus videtur. Pias ad causas vt dispositio dicatur, sat quidem erit, si in honorem Dei, vel Sanctorum conferatur. Certum quid dicitur, vel ex nomine, vel antecedentèr, vel subsequentèr. Nomina indè imposita rebus, vt inuicem discernantur; atq; certa reddantur. Fabrica Sancti Petri incerta persequitur, si modò in totum incerta sunt, secus si ex post facto certa reddi valeāt, etiam per relictos Executores. Potestq; quis prohibere, nè datus Exequutor, seu Montis Administrator, rationes reddere teneatur. Neque Fabrica intrat, nisi data Exequutorū negligentia, & socordia.

Mona-

XXVI.

Monasterium sub Regula Sanctæ Claræ erigi mandatum, si ex suæ erectionis initio, facultate Summi Romani Pontificis, sine qua Monasterium Monialium nullum erigi valet, bonorum in communi capax erectum fuerit, tàm à Fundatore relictorũ, quàm à quibuscunq; Christifidelibus relinquendorũ, nùm ex Monialium persona, suorum parentum, & cõsanguineorum in successionem iure illis apertam ingredi valeat? Et nùm sine dote ingressa, quæ ex Fundatoris lege, vti ex sanguine prognata, in Monasteriũ admissa fuerit, Monialis nihilominùs legitimam in parentum bonis consequi possit, & debeat? Et an ei Cõstitutio Regni obstet *(In aliquibus?)* vndè iure Constitutio ipsa expenditur. Damnatus ad mortem nùm testamenti supremas tabulas dare possit? Et quid pietatis ergò? Et nùm Constitutio *(Foriudicatorum bona)* Fisco in Regno successionis quidquam tribuat? Quàm ob causam Constitutio ipsa perpenditur.

XXVII.

Ecclesia pactis initis stare tenetur, atquè ab omni iniustitia se temperare. Pessimum proindè periurium habetur. Nequè poterit Ecclesia rem, & pretium retinere. In rebus Ecclesiæ alienandis assensus perquiritur Apostolicus. Semel autem si legitimè intercesserit, & res alienabilis semel effecta fuerit, perdurat semper alienabilis. Assensus verò Apostolicus ex lapsu præsumitur triginta annorum, intercessisse. Obseruantia potissimùm sequuta illum conualidante. Emphyteusis Ecclesiastica poterit concedi cum potestate affrancandi. Quæ verò requiratur, vt Ecclesiasticæ res iure alienari valeant, & an data in commissione forma seruanda sit, vt si non seruetur, sit alienatio nulla? Differitur.

XXVIII.

Contribuere nè debeat pensionarius ad onera beneficio innexa: Subsidij charitatiui, Seminarij, & Decimarum Papalium? Et quid iure antiquo, quid nouissimo, quo nunc vtimur; vt pensiones ab omni onere exempto concedantur? Quid verò, si Pontifex pensionem *integrè* solui debere mandauerit? Et quid, si pensio in seruitiorum remunerationem, atq; premium laborum reseruata fuerit? & quid sanè, si Regularis ex Ordine Mendicantium pensionarius fuerit? Et quid, si super fructibus Mensæ Episcopalis, nùm ad subsidium charitatiuum teneatur, cùm illud in beneficium cedat Episcopi, illudq; lucretur, non soluat ipse? Et an interim manuteneri pensionarius debeat in possessione integrè exigendi pensionem vt priùs?

XXIX.

Ius patronatus ei debetur, qui à maiori patronorum parte fuerit præsentatus, & cum vniuersitate transit bonorum, etiam per permutationem vniuersorũ bonorum. Vox vnius ex Compatronis per maiorem partem eiusdem stirpis absorbetur. Poterit tamen fieri compensatio vocis, & vocis. Possũt Compatroni inter se se concordare de alternis vicibus præsentando, modò tamen omnes consenserint. Nàm vnius eorum dissẽsus, concordiam dissoluet, ad mentem *clement. plures 2. de iure patronat.* Beneficia sine diminutione cõferri debent, nec inter præsentatos diuidi, etiam Episcopi accedente consensu. Vndè *textus* expenditur Innocentij III. in *cap. nisi essent 21. de præbendis.*

XXX.

Præsentatio in stirpes nè facta fuerit, vel in capita, multum inter se differunt. & quando in stirpes, & quando in capita competat? Quid autem sit, in capita aliquid spectare? *Clem. plures 2. de iure patronat.* plenè dispenditur. Is autem instituì debet, qui à maiori patronorum parte præsentatus fuit. Testamentum an subsistineatur, coràm Parocho, & duobus testibus factũ? Præsertim verò in casu necessitatis, & si in loco nullus adsit Notarius? Vocati ad ius patronatus proximiores *(da bene descendendo)* an vocati vti hæredes fuerint, ità vt in stirpes vocati censeãtur, non in capita? Ius patronatus legato relictum, an primis vocatis in capita relictum videatur, & an stirpes? Et quid

quid si alitèr ex voluntate pateat defuncti Fundatoris?

XXXI.

Donatio facta, vt post mortem effectum sequatur, interim vitali perfruente aura donante, donatarius agere minimè potest gentium. Donatio causa mortis multis fieri modis dicitur; & quæ dicatur? Et quæ propria, & quæ conditionalis? Et quid, si donatarius donanti fati die præcedat? Dies mortis incertus dicitur; quatè conditionem operatur. Antè diem agens, malè agit. Donatio conditionalis, conditione nō exeunte, deficit. Conditio formam tribuit. Sine verò forma nihil subsistit; Quia rei dat esse. Legatum deficit, si res legata dispereat; vt volūtas quoquè mutata dicatur. Donatio causa mortis inter vltimas agnoscitur volūtates. est proindè reuocabilis. Testamentum, quàmuis iuramento firmatū de non reuocando illud, reuocari tamen poterit. Pater tenetur filio, vt ad sacros ordines promoueri valeat, donationem facere. Quòad legitimę tamen portionem, quæ in collationem non venit. Cessionarius cedentis iure vtitur. De liquido nō datur compensatio ad illiquidum. Actor rei forum sequitur.

XXXII.

Bonorum Ecclesiæ alienatio Sacrorum est Canonum cēsura omninò interdicta. Quæ autem perquirantur, vt alienatio iure fieri possit; quæuè solemnitates, & requisita? Et nùm in perpetuum rerum Ecclesiæ alienatio concedi valeat? Et nùm Vicarius Generalis Episcopi ex sola generali permissione alienationi rerū Ecclesiæ assensum prębere valeat, absq; speciali Episcopi facultate? Et nùm rerum Ecclesiæ alienatio in sanguine coniunctos facta, suspecta habeatur? Sicuti & modicitas canonis? & quæ perquirātur, vt ex permissu *can. Terrulas 53. 12. q. 2.* alienatio iure fiat?

XXXIII.

Quisnàm Apostata, quis Fugitiuus dicatur? Et nùm qui extrà Conuentum mansit, ex quo eum Superior recipere noluit, & posteà infirmitate captus extrà Monasterium morari necessitate compulsus est, quia nec etiā Superior recipere eū voluit: nùm sanè ex hoc, vel apostatarum, vel fugitiuorum saltim nota carpi valeat?

XXXIV.

Nominādi facultate facta certæ personæ pro tribus Commendatarijs ad Commendam erectam in Sacra, & Illustrissima Religione Sancti Ioannis Hierosolymitani, & Sāčti Sepulchri pro lingua Italica; si obierit persona illa, nominatione nō vtiq; facta: nùm extincta facultas illa fuerit nominandi, & Religio libertatē acquisierit? & nùm concordare Religio valuit cum hærede Fundatoris, vt alios nominet, si ille ex Fundatoris familia nō nominauerit? Et quid porrò sit ius ad rem, vel in re habere? Nùm simonia commissa videatur ex correspectiuitate actus, & facultate nominādi Commendatarios facta, si nullum in dantem commodū accedat, neq; proindè pretium; cùm sine pretio formalitèr, vel re pretio æstimabili, simonia non committatur? Et quid, si ex antidorali quadam inclinatione id fiat? Cùm Ecclesia quoquè ad antidora teneatur, neq; necessitatem inferat.

XXXV.

Decretum, quod præiudicium parit irreparabile in possessorio, quòad vtrumq; effectum appellabile est; de iure præsertim Sacrorum Canonum. A possessione quæstuandi, in qua quis reperitur, remouēdus non est interim, donec in petitorio de iuribus cognoscatur vtriusq;. Appellatio defensionis est species. Defensio autem à natura nobis, cunctisq; insita est animantibus. Status cùm immutatur alicuius, vt in pristinum restituatur, agere, nec iniuria potest. Iudex iniustè procedēs, spoliare dicitur, quia facit vt priuatus, ciq; resisti poterit. Quæ à mera pendent concedētis facultate, imprascriptibilia sunt, quod pluribus declaratur.

XXXVI.

Fundanda est iurisdictio ab eo, qui exercere illam tentat, nisi sit is Ordinarius Iudex, tunc nempè, qui exemptionem præsu-

præsumit, illā saltim allegaturus comparere debet. Nàm Iudicis est, existimare, an sua sit iurisdictio. Delegati verò non præsumitur, nisi proberur, eaq; ex scripto. Quia res est odiosa; atquè pressè semper, non expansè exaudiri debet. Obiecto aduersus delegationē, nihil superest cognoscere Delegato, nisi, an sua sit iurisdictio. Appellatione deserta perindè se habet negotiū, atq; si appellatum non fuisset. Debebit igitur de desertione ipsa primùm cognosci. Nàmq; appellatione deserta, non appellatum fuisse fingitur: & completa dicitur iurisdictio Iudicis ad quem; suoq; facto non appellans, vel appellationem deserens, iudicatum confirmare dicitur. Quàmuis pro non desertione sit in dubio tenendū. Appellatio verò coràm Iudice à quo interponenda erit, neq; sufficiet apud Notarium Actuariū Curiæ appellationis cedulam reliquisse. Eritq; iustificanda appellatio, vt effectum operetur. Neq; appellationi nuncium misisse dicitur, qui censurarū metu illam prosequutus minimè fuit.

XXXVII.

Beneficium, seù Capellania amouibilis erecta, si semper tamen postmodùm per sexaginta annorum spatium sine amouibilitate data fuerit, atq; simpliciter Capellanus per præsentationem institutus: nùm per tot annorū obseruantiam subsequutam amouibilitatem perdiderit? Et quid, si de facto processum fuerit, non audito primo prouiso, nùm facta secunda prouisio teneat, atquè ritè processerit?

XXXVIII.

Mortuaria, quæ? & quæ Vacantiæ in Sacra, Illustrissimaq; S. Ioannis Hierosolymitanæ Religione? Terminis quod signatum est, ità præfinitum dicitur, vt in illis subsistendum sit, non vltrà progrediendum, neq; transgrediendi terminis, quos rebus posuere Patres nostri. Transgredientibus verò non iniuria pœnæ sunt inflictæ. Fructus alij naturales, industriales alij, & alij ciuiles, qui dietim cedunt. Nouo Commendatario, post expletum Vacantiarum annū, statim fructus acquiruntur, eiq; cedunt. Nùm verò pro non exactis Mortuarijs, atq; Vacantijs Religionis Cessionario prælatio detur aduersus noui Commendatarij iura, quasi quòd prior in hypotheca sit Religio, vt potior esse debeat? Quid verò, si negligentes illi fuerint in exigēdo? Exceptio vti regulam in non exceptis firmam, sic planè in exceptis destruit illam, priuationiq; assimilatur. Et de clausula: *saluo iure Mortuarij, & Vacantiarum*.

XXXIX.

Defunctorum volūtates, quas elogijs declarauere scriptis, modis omnibus implere hæredes oportet, nè legem violent defuncti; seq; indignos hæreditate faciant. Quasi contrahunt quippè de voluntati faciendo satis defuncti, cùm hæreditatem subeunt. Capellani, quos testator deligit, vita eorum durante tantùm, nùm argumento sint, vt quos hęredes in posterùm deligere debebunt, amouibiles iudicētur? Possint nè hæredes, qui Capellanos deligere debebunt, aliud eis iniungere onus, quàm quod à testatore demandatum est, sacris quotidiè operandi certa statuta stipe? Et nùm furtum facere iudicentur? An verò simoniæ in crimen impingant? Vel iudicetur testator, vt munificentiam, & liberalitatem in illos ostenderet, stipem illam ampliorē reliquisse, vel in familiæ suæ splendorem? Nùm in sepulchris, & Statuis ius esse possit creditoribus?

XL.

Cessionarius Cameræ Apostolicæ in ius succedit Cameræ, eiusq; iure, & personam repręsentat. Ex conditionali verò concessione, conditione non excunte, quia falsa fuere expressa, ius nullum cessionario acquiritur, vt neq; præferri alteri possit, qui, quàmuis posteriùs transegit, veritatem tamen expressit; neq; pro eodē pretio. Discutitur proindè regula: Prior in tempore, potior in iure est. Nominisq; nuda denominatio rerum essentias non peruertit.

XLI.

Fideicommissum factum cùm M. sine filijs decesserit: Fatis cedente illo cum filijs, extinctum videtur. Donatio, etiā

Ecclesiæ facta per deceptionem, fraudem, dolumuè, nulla est. Quia donatio ex libera procedit donantis voluntate. Præsertim verò, si in domo facta fuerit donatarij, & post prandium donanti factum. Vndè quàmplures in hoc acceruantur coniecturæ, perpenduntura; siuè quoq; si donatio lite facta fuerit pendente, vel à muliere, illaq; vetula, quæ facili decipi negotio potuit.

XLII.

Legatum pro malè ablatis certæ Ecclesiæ, certisq; personis relictum, nùm ad Fabricam S. Petri vti incertũ spectet? Et quæ legata incerta ad Fabricã spectent? Nùm nè idẽ omninò sit, legatũ incertũ pro malè ablatis, & in genere pro malè ablatis relictum. Quomodò verò restitutio facienda sit eorum, quæ malè quis abstulit? & nùm sufficiat pro malè ablatis in genere, atq; incertis relinquere, si certæ personæ sint, à quibus ablatum fuit?

XLIII.

Relicta pro malè ablatis incertis Fabricæ Sancti Petri attributa sunt. Verùm si omninò incerta illa sint; secùs si certę relinquantur personæ, à qua ablatum quidquam fuit. Hanc ob causam declaratio Sacri Collegij pro Fabrica prædicta deputati expeditur. Et quid, si in beneficiũ illius animæ in Purgatorijs pœnis purgãtis, cui, dùm in humanis ageret, testator aliquid debebat, relictum fuerit; nùm nè incertum legatum dicetur, vt ad Fabricam Sancti Petri spectet; vt per illam vti incertum vindicari possit? Quid verò, si sub dubio, atquè conditionaliter testator locutus fuerit, atq; certæ Ecclesiæ, vel Pio loco reliquerit, vt pro anima illa, cui fortassè deberet, & certus nõ erat, oraret, precesq; funderet, nùm incertum relictum dicatur? Incertus quis nàm dicatur? Donatio semel perfecta, reuocari minimè potest; ad pia præsertim facta, atq; translato dominio in donatarium. Dispositioni proindè testatoris, eiusq; verbis firmiter inhærendum erit, neque cauillus eius in apertis verbis perscrutandus, vt eius dissoluatur dispositio.

XLIV.

Legatum certæ Ecclesiæ ex obligatione, atq; exoneratione conscientiæ relictũ, pro malè ablatis incertis relictum nõ videtur. Quam ob causam ad S. Petri Fabricam, quæ omninò incerta persequitur, & pro malè ablatis incertis relicta, minimè spectabit. Latiùs quippè patet legari pro exoneratione conscientiæ, quàm pro malè ablatis incertis. Suffragia, quæ facienda sibi testator reliquit, & si ex ipso initio, si ingratia fuit, profecerit ei, quoad meritũ ex opere operantis, non tamen effectu proficiunt ex operato ad pœnarũ Purgatorij solutionẽ, liberationemq;, nisi actu soluantur. Neq; debet, qui ad incerta pro exoneratione conscientiæ tenetur hoc testamento exprimere, nec etiam verbo, sed potest, post diligentẽ indagationem ad certos reperiendos dominos, à quibus ablatum fuit, eisq; non inuentis, simpliciter Ecclesiæ, vel pauperibus relinquere.

XLV.

Beneficia iuris patronatus, in actu quidẽ primo, à voluntate dependent fundari illa mandantium; in actu verò secundo, & exercitio, ab Episcopi assensu, & voluntate, à qua complentur, & perfectionem accipiunt. Beneficia quippè non nascuntur, sed fiunt. Non itaq; sufficit beneficium esse mandatũ erigi, & fundari, nisi erectum, & fundatum fuerit. Ex tunc ergo cùm fundatũ fuerit, dicitur factum, atq; beneficium. Lex proindè in fundatione data seruari debet. Qui igitur se ex fundatione vocatum asserit, probare id oportebit. Factum esse, & fieri debere, differunt; nec factum dicitur, quod nõ durat factum. Sat est autem Beneficiario per ius non suum Aduersarium excludere. Liberum autem esse præsentare quem maluerint, quid importet, expenditur. Veluti etiam, quid domus, quid linea, quid familia denotet à Fundatore nuncupata? Præsertim, si pronomine (*propria*) restricta fuerit. Quod autem non est, effectum nullum producit. Beneficium, quod non vacat, conferri alteri non potest. Sufficit autem ad excludendum oppositorem.

quod quo tempore collatum fuit, idoneus non esset. Beneficia quippè in perpetuum conferuntur. Aliud verò est collatio, aliud institutio.

XLVI.

Emphyteusis Ecclesiastica nùm transmitti per testamentũ possit? & quid si ad certas personas determinata fuerit, potuerit postmodùm emphyteuta, ex facultate sibi facta (*Et eo deficiente, & non disponente, neque in vita, neque in morte, ex nunc, &c.*) in extraneos disponere, præsertim in Ecclesiam? Nùm verò Ecclesia, quæ manus mortua dicitur, emphyteuticariã rem vendere cogi valeat, nè alia damnum patiatur Ecclesia? Cessio rei emphyteuticę lite pendente facta, nùm valida sit? & an cedens alienare dicatur, ita vt à Iure cadat Ecclesiæ?.

XLVII.

Decretum diffinitiuum dicitur, quod toti controuersię finem imponit; & proindè ab eodem Iudice reuocari minimè potest: Quia functus tùnc videtur officio suo Iudex. Præsertim verò post acquisitum Ius parti, pro qua decretum latum fuit. Iuris verò quæsiti nomine omne ius comprehenditur, siuè in re, siuè etiam ad rem. Multòq; magis si in contractum decretum transierit. Cùm contractus vltrò, citròq; fit obligatio. Contractus verò postquàm initi fuere, vna parte reluctante, rescindi minimè possunt gentium. Quia etiam inimico fides seruanda est præstita. Pactis autẽ non stare, duplex est peccatum, & infidelitatis, & iniustitię. Merces laboranti debetur. Mercedem proindè operario denegare graue facinus est, vt homicidio comparetur. Quia merces ex iustitia debetur, & debitum est, non quid gratuitũ. est itaq; decretum hoc pacto interpositum irreuocabile.

XLVIII.

Præsentatus ab existẽtibus in quasi possessione iuris præsentandi, institui debet. Quid verò, si Fundator mandauerit, præferri Clericum de casata corũ, quibus ius patronatus, & præsentandi reliquit; an sufficiat esse genericè de casata, vel stent restrictiuè verba illa (*in la casata loro?*) Præsentatio, quæ per institutionem effectum sortita minimè fuit, ius nullum tribuit præsentandi; præsertim verò, si reiecta, vel semel fuit. Vocatum verò, qui se dicit, probatione id ostendere debet.

XLIX.

Lineæ nuncupatione omnes comprehẽduntur, siuè masculi, siuè fœminæ. Quid verò, si testator diuisim lineas vocauit, masculinam primò, & in defectum fœmininam? & à quo linea incipiat? & quid, si à masculo fœmina descenderit; nùm ex ea descendentes de linea æstimentur masculina, vel verò fœminea? Et qui nàm ex linea numerentur fœminina? Nùm verò sat fuerit, se ex linea descendentem probasse, ni quoq; ex masculina se probauerit? Sententia in causa status, nùm quoàd omnes ius faciat? Quiduè, si ea mendacio coarguatur, nùm in iudicatum transeat? Quid verò in facto iurispatronatus, si descendens ex linea vocatus fuerit masculina, & in defectum fœmininæ, quo pacto computatio detur?

L.

Clericus nùm voluntariè habitum excutere valeat clericalem, atq; seculari se militiæ ascribere? Et quid, si se de facto militiæ dederit seculari, illiq; ascribi fecerit, nùm etiam pro Clerico habendus sit, si ille Clericum agere nolit? & quid, si beneficium obtineat Ecclesiasticum, nùm illud amittat? Quiduè, si seuis se immiscuerit, irregularis effectũs? Et nùm Clericus habitum dimittens clericalẽ, apostata nuncupari valeat? & quæ requisita habere debeat ex Sacrosancta Tridentina Synodo, vt fori gaudeat priuilegio?

LI.

Monachos fieri eos, qui criminibus, vel etiã ratiocinijs reddendis astricti sunt, Sixti V. Constitutione est ità interdictum, vt emissa quoq; nulla reddatur professio, possintq;, cùm in cognitionẽ id venerit, iurè expelli. Religio Discalceatorum S. Mariæ de Monte Carmelo hoc peculiare in suis Constitutionibus, à Sãcta Sede Apostolica approbatis, habet statutum, vt si quis criminibus irretitus, vel ratiocinijs reddendis

dis astrictus in scrutinio, de eo antè professionem emittendam, perquirendo, quidquam eorum occultauerit, celauerit, non manifestauerit, postquàm in cognitionem peruenerit, eo ipso expellatur. Quidam eorum ratiocinijs astrictus, professionem emisit, sed celauit defectū, in notitiam peruenit Religionis; possit nè iurè nunc expelli? Et quid nàm sit; ratiocinijs esse astrictum reddendis? Nùm, qui officia publica exercuit, nec syndicatum dedit, ratiocinijs reddendis astrictus dicatur? Quidnè sit celare? Et quid, si bona fide non manifestauit, celauit, occultauit?

LII.

Possit nè Episcopus Capellas, & Beneficia visitare, quę intus Bailiuatus Religionis Hierosolymitanæ sūt; quàmuis in illis secularium personarum nulla exerceatur animarum cura? Quid verò, si de facto velit procedere, nùm ei non pareatur impunè? Et nùm possit Episcopus incurrisse declarare Regularem, ob excommunicationem à Canone inflictam? Et nùm Regularem Religionis prędictæ Hierosolymitanę? Et quibus ex causis in *canonem si quis suadente Diabolo* 29. 17. *quæst.* 4. incidisse quis nō dicatur? Quid nè sit: manus violentas, suadente Diabolo in Clericum, seù Monachum injicere? Quæ verò citatio requiratur, vt declarari quis iure possit?

LIII.

Eiusdem Responsionis materiam prosequitur. Et nùm Illustrissimus Nuntius Neapoli sit iurè Conseruator Religionis Hierosolymitanæ, à Sancta Sede Apostolica datus? Et nùm in illa Constitutio locum habeat Gregorij XV. de Conseruatoribus edita? Quando quis Episcopalem iurisdictionem occupasse videatur, vt in cēsuras in Bulla in Cœna Domini dedisse iudicetur?

LIV.

Quibus modis forum quis sortiri dicatur? Et nùm ratione rei sitæ forum quis sortiatur, vt citari valeat à Iudice loci rei sitæ? & nùm cōpelli ad comparendum valeat, & si non comparuerit, contumax haberi, vel dari immissio Agenti debeat in bonis? & sententia dilucidatur Goffredi Tranen. ad intellectum *cap. sanè* 3. *& fin. de foro compet.* & *cap.* 1. *§. contrahētes, de for. compet. in* 6.

LV.

Absolui debet Couentus Actore nō probante. Probatio autem per fides non est sufficiens. Debent autem fides recognosci formitèr per eos, qui illas dedere. Nec testis referens se ad fidem ipsam quidquam probat. Quemadmodùm testis interesse habens in causa ipsa, nec probat. Debent recipi de mandato Iudicis, & in loco iudicij, atque parte citata ad certum tempus, & locum.

LVI.

Iudicium aliud petitorium, possessorium aliud. hoc summarium, illud plenum. Decimæ quo iure debeātur, & an præscribi valeant? Et quid de priuato? Quid verò de Ecclesia aduersus alteram Ecclesiam?

LVII.

Camera Apostolica in Episcopatibus ad præsentationem Regiæ Maiestatis Catholicæ, illis vacantibus, super fructibus ius nō habet, sed ad successorem spectant. Quid si Camera de facto saltim exegerit pro rata, nùm pro rata ad onera teneatur, & ad pensionum solutionem, quæ super Ecclesiæ fructibus alijs reseruatæ repetiuntur? Pensionarij pro pensionibus decursis fructus hypothecatos habent, atq; etiam aduersus successorem agere possunt. Et nùm Camera ex ipsa rata salarium soluere teneatur Vicario Apostolico à Sacra Congregatione deputato, ob malam Vicarij Capitularis electionem à Capitulo non suo tempore factam?

LVIII.

Regulares nullo modo se ingerere possunt in causis ad Sanctū Officium spectantibus contrà eis subiectos, cùm sit eis hęc ablata facultas ex Constitutione Pauli V. *Romanus Pontifex.* Vndè ad eius interpretationē multa deducuntur; quando videlicèt causa ad Sanctum spectare dicatur Officium. Et nùm sanè Studiorum Præfecti Patrum Lectorum propositiones expendere, censurateuè possint, cuius farinæ

illæ sint, in ordine quidèm ad doctrinam? Nùm verò simplex verbum (*Absoluo*) sufficiens sit in Sacramento Pœnitentiæ, vt forma dicatur Sacramenti? Hereticus quisnàm dicatur? Et nùm paratus corrigi hæreticus dicatur? Opinione à communi recedere licet, vbi vel ratio euidens, vel textus contrarium suadeat. Meliùs est tandè, nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare.

LIX.

Corrumpentis testes ad falsum dicendū, in Sancto Officio præsertim, crimen, sit nè distinctū ab ipso corrupti testis facinore? Et quid, si corruptus, antequā crimen perficiat, pœnitentia ductus, corruptionis detegat technas? An verò in omni crimine de corpore cōstare debeat delicti, siue de delicto in genere? Et quæ transeuntis facti dicuntur, quæuè permanētis? Nùm nè mandatarius aduersus mandantem indiciū faciat, si præsertim mandatum non acceptauerit? Et quid in crimine assassinij? Confessarius, qui pœnitentem in confessione solicitauit, iàm per solicitationem facinus perfecit nefandū, Sacramentoq; iniuriam intulit, quàmuis solicitata consensum non præstiterit, vel ipsumet statim pœnituerit. Testi verò corrupto an credatur aduersus corrumpentem, nō habita priùs de eo quæstione? Et quid, si corruptioni non crediderit, neq; assensum præstiterit? Testis primo dicto an stetur in fauorem fidei? Et quid, si in mortis articulo dictum reuocauerit testimoniū?

LX.

Missarum faciendarum oneri non fecisse satis Beneficiarium dùm in humanis ageret, an ex libro probetur, in quem satisfactio deferri consueuerat, si in illo descriptus non reperiatur? Et nùm ex illis negatiua probetur? Quid verò, si deputati ad hoc munus, non descripserunt? Et quid, si exemptus ille à iurisdictione esset Ordinarij Subcollector Apostolicus? An in dubio absolutum esse debeat iudicium? Quid verò, si certum fortasse sit, non fecisse illum satis missarum oneri, nùm hæres teneatur? Et nùm in sancta visitatione compelli per Episcopum possit, vel saltim, quòd de executione piarum agatur dispositionum pro missarum celebratione? Et nùm ad pœnam teneatur hęres, ad quā defunctus dedit fortassè, dùm vitalem traheret auram, si ad illam viuens adhùc damnatus non fuit? Et nùm iurè pro illis cum Fabrica S.Petri compositio admittatur?

LXI.

Ius patronatus aliud hæreditarium, gentilitium aliud, siuè familiare, aliud ex pacto, & prouidentia, siuè gentilitium, siuè hæreditarium. Nàm ad instar feudorum, & emphyteusis quòad successionem defertur. Hæreditarium quidē in stirpes, gentilitium verò in capita. Ex pacto, & prouidentia, si excludantur fœminæ, earum quoq; filij exclusi videntur. Declaratio nil noui facit, sed quod erat, detegit. Ius patronatus ab Episcopi consensu pendet. & forma in fundatione data, seruanda est. Hæreditarium sine qualitate hęreditaria nō transit. Neq; ad hæredes transfertur sine possessione. Impetrans derogationem pro medietate, se præsentatum ab altera medietate probare debet, atquè suas iustificare Bullas. Sententia ex quibus nulla reddatur; si ex falsa causa, si sine citatione, si non lecta lata, & publicata fuit. Negatiua ex reuolutione probatur actorum.

LXII.

Vsuraria prauitas pessima. Ex vsura dominium non transfertur. Quia ex re aliena ob mutuū fructus percipit, propter dilatum tempus, vt restituere vsuras debeat, quia furtum fecit: Cùm pecunia ex se fructus non pariat. Eoq; pessima vsura sit si ab initio, & anticipatò vsurę propter mutuū taxatę fuerint. Est enim vsura & diuino, & naturali interdicta iure, vt qui peccatum non esse dixerit, hæreticus habeatur. Quid verò, si damni emergentis, vel cessantis lucri causa vltrà sortem quid exigatur: sit nè fortassè vsuraria exactio? Quæ autem requirantur, vt lucrum cessans iure probari valeat, vel damnū emergens ob moram? Et nùm nè extraiudiciali vsurarij confessione vsura probata dicatur? Et nùm per testes singu-

singulares; si singularitas cumulatiua fuerit, non obstatiua? Et num sanè iuramentum impedimẽto sit, nè de vsuraria prauitate dici valeat?

LXIII.

Eandem prosequitur vsurarum materiã, atq; *text.* expenditur in *l. testium* 17. *C. de testibus.* & *Afflict. decis.* 105. *num.* 4. Deq; extraiudiciali cõfessione, in crimine præsertim vsurarum. Quiuè testes omni maiores exceptione dicantur? Excõmunicatus, vt euitetur, publicè denunciatus esse oportet. Ob quam causam Martini V. extrauagans *Ad euitanda.* in Concilio Constantiensi expenditur. Et num gesta ab excommunicato, Interim nulla sint, & inualida? Et quid de eo, qui factis monitorijs pro reuelationibus habendis, suo tempore non reuelauit? Et an notitiã, nec nè habuerit? Et num cõfessio extraiudicialis ex æquitate canonica coràm duobus testibus facta saltim, admittatur? Quid verò in ciuilibus? Celebraturq; Rex noster Catholicus Philippus IV. quòd Rex sit Catholicus Defensor Fidei.

LXIV.

Corpore vitiati ab altaris ministerio repelluntur. & quid in promouendis, qd verò in promotis? Num verò oculo Canonis ex aliqua impeditus infirmitate inhabilis reddatur, nè factis operari valeat, sitq; proindè irregularis? Et quid in infirmitate illa, quam Medici *Porrum* vocant, num nè vti irregularis remoueri debeat, nè Sacrosancta in altaris ministerio offerat Deo sacrificia? Irregularitas quid? & num sit quis in dubio irregularis habẽdus?

LXV.

Saluianum interdictum aduersus emptorem non datur, datur tamen vtile, etiã aduersus extraneum. Contractus resoluitur ex pactis initis. Emptorẽ rem, & pretium retinere, æquitatis ratio nõ patitur. tenetur proindè interim ad vsuras compensatiuas, etiam Iure Canonico. Contractus ex conuentione legem accipiunt. Contractus etiam cum pacto resolutiuo firmus manet ex voluntate partium. Dominij reseruatio contractum conditionalem facit. Saluianum etiam contra tertium possessorem datur propter hypothecam. Est enim remedium adipiscẽdæ, & datur contra possidentem. Est simile iudicio assistentiæ, neq; in eo appellatio admittitur. Præscriptio nullo tempore currit cum mala fide. Præsertim verò à debitore contrà creditorem: accedente potissimùm Sacramento. & aduersus census debitorem. Census alter cõstitutiuus, alter reseruatiuus, siuè compensatiuus. Solutio ex lapsu temporis ex *l. Procula* 26. *ff. de solut.* an facta præsumatur, & quæ requirantur? Vitium litigiosi quomodò locum habeat aduersus alienantẽ, iudicio pendente: & quid ex causa necessaria?

LXVI.

Num emptio crediti exigendi, minoris tunc temporis facta, ad annum fortassè exigendi, licitè procedat: quòd videatur ex dilatione tẽporis pluris aliquid exigere? Et quid ratione laboris, expensarum, & periculi? Num nè vsurarius contractus æstimetur, vel verò iustus, atq; legitimus?

LXVII.

Ad interpretationem Cõstitutionis Fratrum Tertij Ordinis de Pœnitentia Sancti Francisci, qua Magistri in Sacra Theologia simplicibus Sacerdotibus, etiam professione prioribus præferuntur, etiã ijs, qui Diffinitores fuerunt, nõ verò actu Diffinitoribus. Quid si vnus ex Diffinitoribus sit Magister, num alijs simplicibus Sacerdotibus actu Diffinitoribus ex Magisterio præferatur? Num verò odiosa dicta Constitutio habeatur, & an strictè exaudiẽda? Viris litteratis indiget Ecclesia. Multaq; sunt priuilegia illis indulta. Duæq; qualitates sibi inuicem non contrariæ, possunt insimul in eodem subiecto reperiri. Neq; incongruum æstimatur, vt quis vno respectu minor, altero maior æstimetur.

LXVIII.

Diffinitorum, & Abbatum electio, si intrà annum aliquis eorum ex humanis discesserit, abieritq; num per Generalem cum altero, qui residuus est, fieri Diffinitore potuit in Congregatione Montis Virginis? Ex Constitutionibus

bus discutitur. Et ad duos si peruenit, electio legitimè fiat?

LXIX.

Facta non præsumuntur, nisi probentur: Qui igitur Clericum aliquem esse dicit, vel Beneficiarium, probare id debet. Præsertim verò ad fundandam iurisdictionem. Quia homines nequè Clerici, neq; Beneficiarij nascuntur; sed fiunt. Probari proindè debet, atq; per litteras, Bullasq; Episcopi. Beneficia Ecclesiastica sine canonica institutione obtineri non possunt. Collatū verò beneficium Clerico putatiuo, nō verè Clerico, non suffragatur, nequè communis error suppetias feret eidē. Capella potest obtineri, vt merè res laicalis, vel vt legatum pium, quod à laico retineri potest, etiā in perpetuū. Notario non creditur, nisi de his, de quibus rogatus fuit. Clericus beneficium obtinens, si habitum excutiat, & pro laico se gerat, ex Sixti V. Constitutione, beneficium amittit.

LXX.

Instituendus is ad beneficiū est iuris patronatus, qui à maioribus patronorum suffragijs est præsentatus. Ius patronatus in primos à Fundatore in capita transit, in descendentes verò eorum in stirpes. Mathematica, & ocularis demonstratio multùm proficit ad descendentiam probandam eorum, qui ad ius succedunt præsentandi. Vocatus à Fundatore, qui est, ne dùm ad rem, sed in re quoq; ius habere dicitur. Falso qui innititur principio, & falsa inferat, oportet. Familia vocata ipsius Fundatoris, per pronomen illud *(ipsius)* restricta videtur ad ipsā Testatoris, siuè Fundatoris familiam, non ad aliam dimanata alterius stipitis; præsertim si verbis vtatur Fundator restrictiuis, & in casu contrarij liberum dimitrat quemcunq; aliū præsentandi. Nam nominum distinctio, rerum denotat distinctionem. Descendentiam, qui asserit, ipse probare tenetur, atquè explicitè, non æquiuocè, & per ambages, neq; probatione dubia, & incerta. Præsertim, si illi, in quasi possessione præsentandi non fuerint: quia vltimus status attenditur. Præsentatio per errorem facta, potest licitè reuocari: quia errans, consentire non videtur. Præsentatio, siuè nominatio facta, beneficio adhùc pleno, nec vacante, non tenet. sicuti etiam donatio exercitij pro illa vice tantùm.

LXXI.

Pecunia plus numeratò valet, quàm in creditum, & habenda. Mercatori præsertim. Potest itaq; aliquid accipi pro solutione anticipata. Proxeneta, & Mediator an idoneus sit testis, & quid si aduersarius eum corrumpere tentauerit, si ipse corruptioni assensum non præstiterit, nùm idoneus sit testis? Duorum testium dicto statur in omni negotio. Pecunias, qui accepit in sui commodum, ipse restituere tenetur. Apochas qui emit anticipata pecunia, si deperdatur pecunia, nùm in emptoris pereat damnum, vel venditoris? Res, & ius ad rem, distinguntur. Contractus non ex initio, sed ex perfectione dignoscitur. Testibus maioribus, dignioribus, & qui pro veritate meliùs deponunt, magis standum. Testis in in vno falsus, in omnibus falsus habetur. Testes super formalitate verborum deponentes, concordes esse debent, alioquin fidem non faciunt. nec testes, quibus imperari potest, idonei sunt. Nemo se ipsum ignorare præsumitur.

LXXII.

Religionis Nouitius dùm in probatione adhùc est, nùm promoueri ad ordines possit, ad sacros præsertim, presbyteratus etiam? Et nùm Superioris Regularis dimissoriales perquirantur, vt promoueri possit; vel ad Episcopum spectat Ordinariū, vt eum promoueat? Hanc proindè ob causam Constitutio perpèditur Pij Papæ V. *Romanus Pontifex sacrorum*. Et quid, si Nouitius Religionis fuerit Sacræ Hierosolymitanæ? Est enim hæc illustrissima Religio verè Religio, ex approbatis à Sācta Sede Apostolica, in qua tria profitentur Religionum omnium substantialia vota, Obedientia, Paupertas, Castitas. Vota, qui vouit Deo, reddere tenetur. Displicet enim ei stulta, & infidelis promissio. Refellitur proindè

proindè *Dianæ*, atquè *Bordoni* sententia, qui Constitutionis Pij Quinti nec meminere.

LXXIII.

Derogationẽ impetrans à Summo Pontifice Romano pro medietate compatronorum, habilis debet esse tempore impetrationis, atquè præsentatus, suamq; iustificare gratiam. Præsentatio, Beneficio adhùc pleno, non tenet; ità quoquè donatio pro vna vice tantùm. Donatio semel facta, temerè reuocari non potest. Maior suffragiorũ pars, minorem absorbet, & is debet institui, qui à maiori patronorum parte præsentatus fuit. Nec tenet donatio, sub conditione facta, conditione non exeunte, & is præterri debet, qui ex genere est Fundatorum, sicut etiam pauper. Descendentia probari debet ab existentibus in quasi possessione, & vltimus status attendi. Iuris patronatus translatio sine Episcopi assensu, non tenet. nec potest Vicarius, absquè speciali facultate assensum præstare. nec requiritur, si in compatronum fiat.

LXXIV.

Eandem prosequitur materiam, atquè Aduersariorum respondet obiectionibus, præsertim præsentationem aliorum patronorum ex eodẽ stipite præseruare iura alterius non præsentatis, atquè etiam possessionem, nisi illi spoliandi habuerint animũ, quod tamen probandum. Descendentia, sicut & filiatio, per communem æstimationem probatur; atquè tractatum, & sufficit, quem esse in gradu successibili in beneficio de iure patronatus hæreditario. *Text. in l. duo sunt Titij 30. ff. de testament. tutel.* expenditur. Derogationem impetrans à Papa pro medietate patronorum, iustificare debet, se de illo tempore præsentatum fuisse, alioquin derogatio non proficit. Et *decisio* expenditur *Card. Seraphin. 1165. num. 10. & 11.* Patronorum consensus vel præcedere, vel subsequi potest, si litteræ cum clausula expeditæ fuerint: *Accedente consensu Patronorum.*

LXXV.

Beneficium iuris patronatus hæreditarium, siuè ex pacto, & prouidentia Fundatoris, non acquiritur, nisi quis se hæredem, & ex vocatis à Fundatore probauerit. Præsentare non potest, qui in possessione non est iuris præsentandi, neq; ij, à quibus descendit; quàmuis aliàs patronus esset. Ius habens in actu primo ad beneficium, non in exercitio, neq; in actu secundo, interim donec declaretur, ad se spectare beneficium, inutilitèr præsentare tentat. Sententiæ tres conformes, executioni demandantur. Petitoriũ quando intentatũ dicatur? Vocari ad iudicium debet quilibet, qui in negotio interesse habet, & qui lædi ex eo potest. Sententia, quæ sine citatione profertur, nulla est; vel quæ non publicato processu pronunciatur. Publicatio defensionis est species. Citatio ad sententiam circunducta videtur, si post illã ad vlteriora procedatur, instruendo processum. Nàm citatio ad sentẽtiam præcisa esse debet. Quæ fides sit adhibenda testibus, Iudicis remittitur arbitrio. Institutio sine præsentatione sequi non potest. Præsentatio lite pendente facta, nihil prodest. Est quid spirituale? Quam ob causam simonia est, si ob temporale commodum fiat in pretium. Census quid? & nùm ius patronatus, & præsentandi, in conductorem, vel eum, qui ius habet percipiendi censum super bonis patroni transferatur? Possessio iuris patronatus sine actuali apprehensione non transfertur, sufficit autem, descendentiam probare.

LXXVI.

Præcedentiarum materia latè tractatur. Et nùm hi præcedere debeant Canonici, qui à dextris sunt, an qui à sinistris? Quàmuis hi ex parte sint Archidiaconi; illi verò Archiprèsbyteri? Quiduè in hoc consuetudo præstet? Et cui mandatum dari debeat de manutenendo? Et nùm possessio præferatur cum titulo? Archidiaconus quãuis sit prima dignitas, & præferatur Archipresbytero, quoad personam, & dignitatem, non tamen quoad stolam,

atquè

atquè Sacramentorum administrationem. Est enim illo actu Episcopi Vicarius. Possessio per confessionem probatur Aduersarij. Testes pro se examinatos producens, approbasse illos videtur. Possidere rem eandem duo insimul eodem modo, & eodem tempore non possunt. Quam ob rem, si pro vno est possessio, pro altero esse illa minimè potest. Quia contradictoria, quæ se contrudunt mutuò. Dextera dignior semper æstimatur. Status attenditur vltimus in possessione, nisi liti actus causam dederint.

LXXVII.

Fideiussor in omni obligatione accedere potest, etiam in contractu censuali. Saluianum interdictum vt locum obtineat, quæ requirantur? Simile æstimatur iudicio assistentiæ. Instrumentum vt probet, fidemq; faciat, in forma probanti extrahi debet. Quid verò si copia Iudicis mandato cum prothocollo comprobatū fuerit? Bastardellum, siuè Boliardum Notarij an probet, si eius nomine, & subscriptione, signouè signatum non sit? Notario asserenti de gestis alterius Notarij non creditur. Facultatem habens extrahendi instrumenta ex scheda Notarij demortui, nihil addere potest, nec diminuere, sed ità extrahere, vt iacent. Nomina indè hominibus imposita, vt dignoscantur. Census annuus decimam partem pretij excedere non potest. erit igitur contractus vsurarius, ac nullus, qui sanè per capitalis solutionem extinguitur, & hypotheca resoluitur. Præscriptio currit aduersus creditorem hypothecaria suffultum, & nùm annuus census præscribi possit vnica præscriptione? Creditum si liquidatum coràm Iudice non fuerit, tertio non præiudicat. Creditor potest sibi deligere, quem velit ex pluribus insolidum obligatis.

LXXVIII.

Filiationis materia, in Religione præsertim Sācti Augustini Heremitarum, discutitur. & an scriptura ex aliquo originali extracta, probet, originali non exhibito, si illa in dubium vertatur? Quid verò si scriptura ex libro lacerata inueniatur, appareat verò ex libro defectus per lacerationem, nùm ei imputabitur, qui ex laceratione commodum exhaurit? Falsum quid nàm dicatur? Et quæ differentia inter verum, & falsum? Nouitiatus annus integer esse debet, vt professio indè sequi valeat, alioquin non proficit, si interrumpatur, ni denuò integer protrahatur annus. Capitulariter quid fieri, quomodò dicatur? Et nùm aliud sit, proponi capitulariter, & proponi in loco Capituli? Actus primus, & potentialis quomodò ab actu secundo, & in exercitio distinguatur? Testes post didicita testificata examinati, non probant, sicuti neque qui per fides anteà subscriptas deposuerunt. Quia spontanei præsumuntur. Fides per se fidem non facit, nisi fiat ab eo, qui de suo testificatur officio. Testis in vno falsus, in omnibus falsus habetur, quia vnicum, & indiuisum est iuramentū. Testibus quanta sit adhibenda fides, Iudicis remittitur arbitrio. Liber publicus probat de eo, de quo quis in illo descriptus inuenitur, siuè affirmatiuè, siuè negatiuè. Consensus, vbi expressus perquiritur, tacitus non proficit, nec taciti, & expressi eadem semper est virtus. Filius is definitur, quem nuptiæ ostendunt. Nemo duarum matrum filius esse potest.

LXXIX.

Feudorum refutatio successuro iàm filio facta, an ità habeatur, vt per mortem fillus successisse videatur, atq; ad Releuij solutionem teneatur? Mortuum esse, & pro mortuo reputari differunt. Mortuum esse, de morte exauditur naturali, quæ verè mors est; nàm aliæ mortes dicuntur per denominationē extrinsecam. Quid si feudi refutatio cum reseruatione fiat, de aliqua summa disponendi? Releuium quid sit? & ex consuetudine soluitur. non itaq; vltrà consuetudinem dimanandum. Accidens sine subiecto esse non potest, quo substentetur. Feudi refutatio cum causa facta, tenet, etiā in proximè successurum. & quæ causa sufficiat, ad excludendū potissimùm fraudis

dis suspitionem? Permissum censetur, quod prohibitum non inuenitur. Pecunia in refutatione feudi reseruata, feudum non dicitur, neque quid feudale. Factum quod est, vt factum non sit fieri, neque per Diuinam potest Potentiam. Quia repugnat in adiecto.

LXXX.

Constitutio Regni In aliquibus, pluribus perpenditur, siuè viuentibus parentibus filia dotata, nuptuiq; tradita fuerit, siuè illis ex humanis abreptis à fratribus de paragio dotetur. Paragium verò loco sufficitur legitimę portionis iure naturæ debitæ. Ità quidèm, vt dotata à patre præterita, de nullitate dicere testamenti minimè valeat. Tutor tutelæ iudicio rationes reddere tenetur. Cessionarius iure vtitur cedentis, eiusquè personam repræsentat, & verè creditor habetur. Actione, qui caret, iurè, nè iudicio agat, repellitur. *Auth. ex causa, C. de liber. præter.* Nùm locum habeat in testamento Clerici? latè discutitur. Et nùm Clericus de bonis, quibus testari potest, legitimam parentibus relinquere debeat? Et quid si illos prætererit, nùm nullum testamentum parentes dicere poterint. ex *d. Auth. ex causa*? Legitimam petendi ius personale est.

LXXXI.

Ius patronatus hæreditarium, ac gentilitium; siuè familiare, quomodò differant? Et quid sit in stirpes deferri, & quid in capita? In capita deferri, est in personam deferri, vt extincta perimatur persona. Et nùm donari possit, vt in donatarium in perpetuum transferatur, etiam donatore extincto? Et quid si donatarius eiusdem sit familię? In familiam vt quis ascisci possit, an omnium de familia consensus perquiratur; & quid in alterius præiudiciū? Et nùm Episcopi cōsensus præiudicare alijs possit in iure patronatus, Gentilitio præsertim? Nùm possessio suffragetur præsentandi, si illa clanculū, neq; scientibus patronis facta fuerit? Forma in fundatione data seruari deber.

LXXXII.

Monachi indè terrenis renunciāt, vt cœlestibus expeditiùs attendant. Nàm Monachus à vita solitaria sic dictus est. Quia Mundo est mortuus, nec velle, nec nolle habens. Tria propterea profitentur vota, Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ. Testari proindè haud poterunt, ni ipsis specialis hæc facultas à Summo Romano fiat Pontifice. Quàmuis ad Episcopatum aliquis fuerit eorum assumptus. Quid verò in Regularibus Militarium Religionum? Et quid in Militibus S. Ioannis Hierosolymitani? Est hoc illis vetitū ex Stabilimentis Religionis. Multòq; magis in Fratribus Capellanis obedientiæ professis. Quæ perquirantur, vt quis testari posse dicatur? Actione sine qui experitur, iurè nè sit in iudicio repellitur. Bulla Gregorij XIII. *(Quò magis, ac firmiùs)* Confirmatoria Priuilegiorum Religionis Hierosolymitanæ expeditur, nè vltrà disposita distendatur. Sententia ex fundamento nullo lata, nulla dicitur, vt reuocatione non indigeat.

LXXXIII.

Homicidium quod nàm casuale, & quod appensatum dicatur? Quiq; fortuiti casus dicantur, vt præuideri non poterint? Maleficia ex volūtate discernuntur. Quod verò quis ob tutelam corporis sui facit, iure fecisse videtur: Quia defensio à natura ipsa insita nobiscum est. Aggressorem licitè occidere possumus. Ipse quippè præuenit. Vt imputet sibi malum. Clericis arma portare vetitum est, nisi necessitas id exposcat. Satis verò est, iustam adesse causam, vt à dolo quis excusetur. Irregularitas iure humano inuecta, non vltrà promananda, quàm iure sit expositum. Mortuum vulnerans, vel trucidans, irregularis non est. Quia hominem non necauit.

LXXXIV.

Hæreditatis aditione bona proprium efficiuntur hæredis patrimonium. Hæres fiduciarius quis nàm dicatur, & nùm sibi, vel nomine possideat alieno? Hæres relictus cum conditione, vt ex bonis Monasterium erigeret, hæres videtur fiduciarius, & non sibi, sed exædificando Monasterio, acquisita bona videntur. Gabellæ ob publicam imponuntur

nuntur vtilitatem. Et nùm propterea latè interpretanda, an verò pressè. Et quid fauore Dei? Et nùm odiosæ? Vxor relicta Domina, & Patrona, nùm absolutum rerum dominium obtineat, vel honorabili titulo alimēta? Dictio *(interim)* expenditur. Sacris qui iniuriam inferunt, timeāt, nè ira Dei super eos descendat, sicuti in Balthassar Regem Caldeorum.

LXXXV.

Fundationis lex in beneficijs iuris patronatus laicorum seruāda, nec dissoluenda. Tempus quadrimestre & si indultum patronis laicis ad præsentandum, nullum tamen certum ad instituendū datum. Vocatus à Fundatore beneficij, pro præsentato habetur. Quàmuis aliqui non illum præsentauerint. Aliàs, verò facta præsentatio pro nulla habetur. Beneficium Ecclesiasticum vt consequi Clericus valeat, quatuordecim annos natus esse debet, ex decreto Sacri Concilij Tridētini. Quid verò in beneficijs de iure patronatus laicorum certo personarum generi ex familia debitis? Sacræ Congregationis afferuntur declarationes. Nùm verò mox clericādus præsentari valeat? Et quid si tempore institutionis sit in ætate quatuordecim annorum, præsentatus verò non ità?

LXXXVI.

Sacræ Hierosolymitanæ Religionis Seruientes, Ordinariorum ab iurisdictione vt sint exempti, quæ habere requisita eos oporteat, tàm ex Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi decreto *sessione 24. cap. 11. de reformat.* quàm ex sanctæ memoriæ Gregorij XIII. Constitutione non inaccuratè expenditur. Et nùm requisita ipsa coniunctim omnia esse debeant? An verò extrà territorium ius dicenti, non pareatur impunè? Et nùm peccet Iudex, qui iurisdictione sine ius dicit? Exceptio, vt regulam in non exceptatis firmat, ità perimit illam in his, quæ excepta sunt, atq; destruit, sicut negatio.

LXXXVII.

Possessio facti est. non propterea præsumitur, nisi probetur. & vndè dicta? Pensionarius, vt in possessione constituatur percipiendi pensionē, duo perquiruntur: scientia videlicèt, & patiētia Titularij. Et nùm solutio per tertium facta, quem in possessione constituat exigendæ pensionis? Nepos ex filio præmortuo sub aui potestatem reincidit. Pater legitimus administrator bonorum filij non est, si filius beneficium obtineat Ecclesiasticum. Sicuti neq; auus paternus. Poterit proindè filius à patre, nepos ab auo, fructuū beneficiorum administrationis rationem exposcere. Voluntas super incognitum non fertur, neque consensus. Obligatio sine voluntate non datur. Mandatum de manutenendo sine possessione non procedit. Pensionem pro alio soluens, mandatum habuisse an præsumatur? *Decisio* declaratur *Rotæ 2. de causa possessionis, & proprietatis, in antiquis.* Rectores non Titularij Abbati præiudicium facere haud possunt.

LXXXVIII.

Fideicommissa quo sint iure introducta, & quid illa sint, & quotuplicia? Fideicommissum, siuè substitutio reciproca, filijs masculis facta, vt vnus succedat alteri, si sine filijs decesserit, nùm per fœminas intercipiatur? Et quid si illæ ex subsequenti matrimonio legitimæ factæ fuerint, nùm factam intercipiant substitutionem? Quid verò, si Testator fœminas nō habuerit, & masculos tantùm hæredes instituit? & demùm in agnationem animum habuerit, & familiam? Plurimæ perpenduntur coniecturæ. Præsertim verò, si rebus suis non personis perpetuum innexerit fideicommissum. Quam ob rem *textus* dilucidantur *in l. cùm acutissimi, 30. C. de fideicommiss. & text. in l. cùm auus, 102. ff. de condit. & demonstrat.*

LXXXIX.

Religio S. Ioannis Hierosolymitani verè, & propriè Religio est per tria vota, substantialia, Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ. Sunt ergo eius Professi verè Religiosi, atq; Mundo mortui, nequè velle, nequè nolle habentes vt ceteri Regulares. Dominium proindè bonorum non habent, etiam patrimonialium, sed Religio. Quam ob causam

ſam ſe obligare alijs non poſſunt, nec etiam obligatione Camerali. Sicuti neq; de perſona, ob votum Obedientiæ, ſe alicui obſtringere poſſunt. Quia non ſui iuris, ſed Religionis sūt. Obligatio, ſicuti cōtractus omnes, ſine mutua cōtrahentium, illaq; libera voluntate, non conſiſtunt. Paupertas Religioſa ex diametro cum dominio pugnat. Equites Hieroſolymitani nulla ex cauſa extrà Religionem conueniri poſſunt. Priuilegia Religioni Hieroſolymitanæ conceſſa, ob remunerationem laborum, in vim transfiere contractus. ſunt ergo irreuocabilia. Clauſula, *ſublata*, quid operetur. Exceptio, quæ ex ventre oritur obligationis, etiā Cameralis, & ex vi pactorum, eam reſtringit. Mandatum ſine obligatione relaxatum, eſt nullum, vel ſi ſit exceſſiuum. Iuramentum viam executiuam non tribuit, & nō plus operatur, quàm obligatio principalis.

XC.

Fideicommiſſa indè rogantur, vt bona conſeruentur in familia. ſeruanda proindè, atq; religiosè habenda. Hominum tamen marte inducenda non sūt, ſed ex diſponentium voluntate cuſtodienda, neq; vltrà expreſſa protelanda. Fideicommiſſum, ſiuè reciproca ſubſtitutio, ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerint, illis cum liberis decedentibus, extinguitur, atquè finem videt. nepote quoq; ex filio exiſtente, vel nepte. Prohibitio alienandi bonis innexa, perpetua videtur. ſecus ſi perſonis indicta ſit, neque in perpetuum. Non enim extenderetur ad perſonas nō comprehenſas. Hanc ob cauſam *text.* perpēditur Iuſtiniani Cæſaris in *§. nos igitur. in authent. de reſtit fideicommiſſ. collat. 9.*

XCI.

Quis nàm Aggreſſor dicatur, & vndè id dignoſcatur? Nùm valeat aggreſſus ſe defendere, etiam occidendo? Et nùm exceſſiſſe videātur, ſi aggredientem vulnerauit? Defenſio de iure eſt naturæ, nec excedere videtur, qui ſe defendit, atq; vim repellit vi. Clericum percutiens ad ſui defenſionem, Diabolo ſuadente feciſſe non videtur, nequè violentas in eum manus inijcere, ſed ſe defendere. In nullam proindè dat pœnam. Teſtibus quanta ſit adhibenda fides, Iudicis remittitur arbitrio.

XCII.

Hæreditates, qui captant aliorum, vt voluntates peruertāt teſtatorum, peſſimi. Quam ob rem quid captare hæreditatem ſit, aperitur. quauè multa is feritur, qui hoc auſus fuerit. Teſtati cauſa inteſtati proruit cauſam. Subſtitutio ſecunda eſt inſtitutio. Vulgaris ſubſtitutio id operatur, vt teſtamentum ab ea vires ſumat, & caducorū ratio aboleatur, ſiuè teſtatore viuente, ſiuè eo defuncto, hæres inſtitutus occaſum videat. Sufficit verò, conditionem exiſſe, ſub qua vulgaritèr quis fuerat ſubſtitutus. Namq; vulgaris ſubſtitutio, inſtitutio dicitur, & per eam teſtatori ſuccedi tur. Hanc ob cauſam *text.* perpenditur in *l. toties videtur 80. ff. de acquir. vel omitt. hæredit.* Clauſulæ codicillares quid operentur, & quid ſi ex ſtylo adijciātur Notariorum? Nàmq; ex voluntate adiectæ præſumuntur teſtatorum, & illorum voluntati ſunt proficuæ.

XCIII.

Voluntas teſtatoris res eſt difficilis, vt comprehendatur. ſubtili igitur indagine procedendum. Charitatis ordo ſeruandus. ad Domeſticos præſertim, & Ciues. Ciuis quis nàm dicatur. & nùm ciuilitatem contrahat, vt natus dicatur, qui data opera ex accidenti naſcitur, & pertranſeundo? Teſtatoris voluntas ex affectu interpretationem admittit. Hanc proindè ob cauſam interpretationes, quæ menti repugnant teſtatoris, abijciēdæ. Quia lex ſeruanda eſt teſtatoris. Virginitas præſumitur. Quia Virgines natura puellæ naſcuntur. Ex aſpectu comprobatur. Virgo dici poteſt corrupta, quę vi oppreſſa fuit, nec animo conſenſum præſtitit. Pauper quis nàm dicatur, quiuè pauperior? Iudicis id remittitur arbitrio. Pluraq; de legato pauperibus puellis ſoluendo, ſanguine præſertim iunctis, quæ Viris tradi valeant.

XCIV.

Cedula bancaria cum fide crediti Banci creditori data, nùm nè solutionis vim habeat, vel magis mandati ad exigendum. Et quid si interim donec pecuniæ à Banco exigantur, Bancum defecerit; cuius nàm damno defecisse videatur? Et an per cedulæ consignationem nouatio facta fuerit, & quando? Et quid sit soluere, & liberari. & quid in actu primo, & quid in actu secundo solutionem factam fuisse? Vndè declaratur *decisio 157. Regentis Sanfelicij, & Afflicti 353.* Nùm per cedulam bancariam satisfactum videatur menti Constitutionis Pij V. de censibus, numeratam pecuniam in emptione census perquirētis? Et nùm cessare faciat cursum censuum, in extinctionem sortis principalis tradita? Sententia iustè dicta per Iudicem à quo, confirmari debet per Iudicem ad quem.

XCV.

Electio, & nominatio inter se se differũt; nàm nominatio particularitèr fit, vniuersalitèr verò electio. Omnes verò vocari debēt, quos intercedere oportet, alioquin electio nulla. Quia meliùs prouidetur per plures, quàm per vnum. Vnius verò contemptus, qui præsens sit, nullam electionem facit. Maior pars, quod efficit, ab omnibus factum æstimatur. Vndè *text. in l. quod maior pars, 19. ff. ad municip.* expenditur. Nomine, qui eligunt alieno, non suo (vtputà Syndici Ciuitatis) pro vna æstimantur voce. Præsentantes in stirpes, pro vna præsentant voce. Quia vnum corpus faciunt, vnamq; obtinent vocem. Iustitia in æqualitate cõsistit, in inæqualitate iniustitia, quæ aufert, non dat. Iurisdictio vna æstimatur, siuè in multos, siuè in paucos exerceatur vasallos. ex accidenti hoc enim est. Magis, & minus non faciunt differre rem in specie, sicut nec magnum, nec paruum. Natura suis medijs destituta esse non debet, quæ nihil frustrà facit. *Textus* proindè expenditur *in l. in tres 20. ff. de recept arbitr.* Obseruantia subsequuta, firma haberi debet. quod expenditur. Præscriptio in facultatiuis non procedit. Iure, qui vtitur suo, nemini iniuriam facit. quia cum ratione facit.

XCVI.

Alienatio prohibetur bonorum Ecclesiasticorum, non acquisitio pro Ecclesia. Damnum enim prohibuere Sacri Canones, non commodum in acquisitione. In alienatione igitur assensus perquiritur Apostolicus, nè bona dilapidentur, non verò in acquisitione. Dos quę Monialibus datur, à Vitalitio differt, illa perpetua est, hoc temporale. Temporale verò, & perpetuum differunt. Diuersæ sunt res, quę nomine nuncupantur diuerso, atq; propterea diuersi effectus. Dotis quantitas, quæ Monialibus datur, secundùm locorum diuersitatem taxatur, atquè numeratò solui debet, ex Sacræ Congregationis decreto. Alienationis nomine quid comprehendatur? Alienare distrahere est. Assignare quid? Et nùm per assignationem assignatæ rei dominium transferatur? Res Domino suo perit, quàmuis deterior sit effecta. Res suo affecta onere, ad Ecclesiam quoq; transit. Delegare quid? Dominium cum sua transit causa.

XCVII.

Delictum in genere, siuè delicti corpus nisi extet, non habetur de inquisito quæstio. Testes singulares nùm probent? Et nùm inditium faciant? Et quid in crimine hæresis? Quotuplex verò singularitas dicatur. Et quid si vnum in genere probetur? Quid verò si testes ipsi Viri sint nobiles, & adminiculis fulciantur? Et quid in crimine simoniæ, quæ hæresis crimen est? Testis vnus in quacunquè re non probat, sed duo, vt minimum, perquiruntur. Confessio qualificata nùm diuidi possit? Et quid in criminalibus? Hæresis crimen causam habet successiuã. Cœcus torqueri an valeat? Hanc ob causam *textus* expenditur Vlpiani in *l. 3. § subuenitur ijs. ff. de Senat. Consult. Syllan.* & nùm senes torqueri valeant? Quiuè senes dicantur? Vndè *textus* expenditur in *l. manifesti iuris est 3. C. qui ætate, vel professione se excusant. lib. 10.* quid verò surdus? Torqueri omnes

nes possunt, qui prohibiti non inueniuntur ex regula generali.

XCVIII.

Forum sortiri duplici modo quis potest, & vt ad ordines promoueri ab Episcopo valeat, & vt ab eo distringi, atq; iudicari, quæ inter se differunt. Ratione originis paternæ potest quis ad ordines promoueri. Iudicari verò, neq; excommunicari quis potest, nisi subditus sit Episcopi, nequè etiam visitari. Excommunicatio siuè iusta, siuè iniusta, timenda. Secus verò, si nulla, quod pluribus declaratur. Eodemquè modo *text. in cap. sacro 48. de sent. excommun. extrà.* & in *cap. cùm medicinalis 1. eodem in 6.* & num in Episcopis locum habeat eorum dispositio? Et quid ex *cap. quia periculosum 4. de sentent. excommun. in 6.* num propterea Episcopi in dicto *cap. cùm medicinalis* comprehendantur, cùm illud de Prælatis loquatur Ecclesiæ, & Episcopi sint Ecclesiarum Prælati? Episcopus tamen, qui alienos subditos iudicare præsumpserit, in suspensionem dabit.

XCIX.

Sacerdotale nè dicatur beneficium, ità vt actu Sacerdotem præsentari oporteat, si Fundator onus iniunxit celebrandi in Capella erecta, vel alibi? Et num possit per alium celebrare? Et quid si Fundator onus adijecerit celebrandi, vel celebrari faciendi? Quiduè si onus præsentantibus adiectum fuerit, vt Sacerdotem præsentent? & Clericus, qui habitu Sacerdos dicitur, num præsentari valeat? Quid verò si Fundator vt presbyterum de missa præsentent dixerit; ipse verò non Sacerdotem, neq; Clericum, sed laicum pro Capellano nominauerit? Quiduè, & obseruantia subsequuta? Clericus annos natus quatuordecim, ad beneficium obtinendum est aptus ex Sacro Tridentino Concilio. Quid si Capellania simplex fuerit cum onere celebrandi, vel celebrari faciendi? Beneficia simplicia ex generali totius Orbis consuetudine residentiam non requirunt. Quis verò præferendus, præsentatis duobus ad beneficium simplex; Ciuis nè, vel exterus? Et quid si de familia sit vnus, & ex compatronis? Beneficij status attendendus. & quanto tempore status hic perpenditur? Sententia, à qua non fuit appellatum in iudicatū transit, & pro veritate habetur. Iusq; tribuit inconcussum.

C.

Substitutio facta filijs, siuè fideicommissum eis impositum, vt vnus succedat alteri, vno eorum cum filijs decedente euanescit, atquè dissoluitur fideicommissum. Quid si cū fœminis moriatur? Et quid si nepos, vel neptes ex filio superfuerint? Filiorum prima est causa ob parentum commune votum erga filios, vt eorum ad illos bona perueniant. Fideicommissum num deficiat, si grauatus Monasterium ingrediatur, illudq; hæredem in supremis dicat tabulis? Testator iuris se conformem dispositioni reddere æstimatur. Dos matrimonio dissoluto ad mulierem reuertitur, siuè supersint, siuè non supersint filij. Mulier matrimonio dissoluto, soluta est & ipsa à lege viri, cui vult nubere poterit, tantùm in Domino. Filius, matre superstite de dote disponere minimè potest, illa remanente Domina. vndè secundum suscipere potest vitum, eiquè bona omnia in dotem dare, illumq; meliorare, sicut vnum ex filijs, si plures fuerint, & si vnus, æqualitèr, & ad Monasterium transiens, legitimam tantummodò filijs debet. Filius grauari non potest in eo, quod ex iuris dispositione lucratur, viuente patre, & si testari non possit, potest tamen, patre permittente, causa mortis donare.

CI.

Cessionarius in locum succedit cedentis, vnàq; cum illo persona putatur, eiusquè iuribus vtitur. quod tamen exauditur, si cessio firma fuerit. Quid verò, si cessio facta fuerit, debito iàm per solutionem extincto? Et quid, si tertius ius emat lvendi? Vndè materia hæc transcurritur. Solutione eius, quod debetur, omnis tollitur, atq; extinguitur obligatio. Et quid, si per tertium solutio fiat? Pecunia soluta dicitur, quàmuis alteri, iussu tamen soluatur creditoris, quia statim, ac soluta

luta fuerit, debitor liberatur, & obligatio extinguitur. Cedi non potest, quod non est. Debitor, & creditor correlatiua sunt, vndè mutuò se respiciunt, sicut emptor, & venditor. Census annui venditio vsuraria est, si decimam excedit partem sortis principalis. Præstationes annuæ singulis cedunt annis. anterioritatem proindè ex singulis obtinent annis.

CII.

Præsentatus à maiori compatronorum parte, ad beneficium iuris patronatus institui debet. & sat erit, esse illos in possessione iuris præsentandi. In paritate verò votorum ei gratificari potest Episcopus, qui maioribus, & studijs iuuatur, & meritis. Ius patronatus hæreditarium in hæredem, & cum vniuersitate transit bonorũ. Iuris præsentandi possessio per vnicum quoquè actum acquiritur, modò non per errorem fiat, & effectuatione sequuta. Errans consentire non videtur. Animus ne dùm verbis, sed factis declaratur, quæ præualent. Status attenditur vltimus in beneficijs. Renunciatione facta difficilè quis ad renunciata reuertitur. Manuteneri quis debet in possessione iuris præsentandi, qui in illa reperitur. Actione carens experiri non potest, quin iudicis repelli officio debet.

CIII.

Consuetudo Neapolitana *(Si qua moriens)* licèt excludat à successione fœminas, masculis extantibus fratribus, si illas de paragio intrà decimumsextum annum ætatis dotauerint, eo tamen completo vti masculiatas ad virilem admittit, dotatæ ni fuerint. præteritæq; à parentibus, licèt non rumpant testamentũ, fratribus extantibus; illas tamèn dotare tenentur, nõ tamen dotatæ illis extinctis rumpunt. Succedunt in medietate bonorum antiquorum ex Consuetudine vti proximiores. Antè nouem dierum spatium, quo quis obierit, molestia affici consanguinei non possunt, à creditoribus etiam, neq; in iudicium vocari. Quia inhumanum habetur. Neq; defunctorum cadauera à creditoribus iniuria affici. Spolians in pristinum statum spoliatum tenetur restituere. Nequè spoliat, qui suam, suiquè antecessoris continuat possessionem. Citatio de iure esse Diuino censetur: quia Deus per se Adam in iudicium interpellare dignatus est: Adam vbi es? necnon naturali; cùm defensionis sit species. Actor rei forum sequitur. Possessio confessione probatur aduersarij. qua nulla maior probatio. Nihil in alium transfert, qui donat, quod non habet. Ius proprium ius excludit familiaritatis. Quarè iure familiaritatis possidere non dicitur, qui proprio possidet iure. Causa testati, intestati secludit causam, si testamentum firmum fuerit. Caducatur testamentum, si filius hæres dictus, morte patrem præcedat. Sequestrum possessionem suspendit. Vulgaris expressa continet sub se pupillarem tacitam, & sub pupillari expressa continetur vulgaris tacita; sed non contra mentem defuncti, contra quam de casu ad casum extensiò non datur. Nequè contra defuncti voluntatem pia causa locum habet, nequè in bonis, de quibus defunctus disponere retinebatur, vt in medietate bonorum antiquorum ex Consuetudine Neapolitana.

CIV.

Ius patronatus pro se, suisq; hæredibus, & successoribus, primogenitis reseruatum, & in defectu primogenitorum alij succedere debeant, si deficiant primogeniti, nùm finem videat, vt Ecclesia libertatem acquisierit? Vel verò ad hæredes transeat? Quid verò ius patronatus sit hæreditarium, quid gentilitium, siuè familiare; & quid ex pacto, & prouidentia, siuè simplex, siuè hæreditarium, siuè mixtum, secundùm Rotam? Ius patronatus quibus modis transferri possit? Quid verò. si in proximè successurum donatione transferatur, nùm assensus perquiratur Ordinarij? De subreptione audici possit gratiæ iàm exequutæ, verificatis, iustificatisq; expositis, & post multa tempora? Hanc ob causam de decreto agitur *Sacri Tridentini Concilij sess. 25. cap. 9. in fin. §. similitèr quo-*

què

què patronatus. de reformet. Gratia Papæ semel iustificata, paratam obtinet executionem, nequè contra illā opponi amplius potest. De iure patronatus ad *Sacri Tridentini Concilij* præscriptum semel cognitū fuisse sufficit, neq; noua exquiritur cognitio. Litibus finem esse sacrę decreuere leges, sacriq; Canones.


CV.

Professione existente nulla ob tacitum impedimentum infirmitatis contagiosæ, ob morbum gallicum, ex vi Constitutionum Religionis, cùm non alias consensum Religio præstiterit, nequè professus, an iure eijci sic professus potuerit: & nùm locum habeat dispositio *Sacri Tridentini Concilij sess. 25. cap. 19. de regularibus*, ad interpretationem, & mentem Constitutionis Sixti Papæ V. *Cùm de omnibus Ecclesiasticis.* & nùm materialitèr professio, non formalitèr effectum producat? an verè Nouitius adhùc perseueret? Et nùm Vrbani Papæ VIII. Constitutio anno 1631. edicta in hoc casu locum habeat?

CVI.

Eadem materia dilucidiùs declaratur; respondeturq; Aduersariorum oppositionibus. & quomodò quis denominatiuè, & materialitèr professus dicatur, non formalitèr, vt pro Nouitio, non verò professo habeatur. Decretumq; *Sacri Tridentini Concilij sess. 25. cap. 19. de regular.* ad cognitionē refertur ex Sacræ Congregationis declaratione. & eadem *sess. cap. 15.* de eisdem Regularibus. Peccat verò professus, qui morbo laborat, nec interrogatus, aperit. vndè graue Religioni infert damnum, vt ad restitutionem teneatur. Reus quis nàm dicatur, quisquè actor? Et quid ampliùs actor præstate debeat, quàm reus? Correlatiuorum regula expenditur.

FINIS.





CAROLI MARANTAE

V. I. D. NEAPOLITANI EPISCOPI IVVENACEN.

Regij Consiliarij.

ET SANCTI OFFICII ORDINARII CONSVLTORIS, Olim Causarum Patroni,

Vagas complectens iuris vtriusq; controuersas Responsiones in foro causarum datas, earumque decisiones.

MATRIMONIALES, BENEFICIALES, Iurisdictionales, Spoliorum, Criminales.

Cui addita est Medulla ex Decreto, & Decretalibus.



SVMMARIVM.

1 *Ingratitudinis illud pessimum est vitium, beneficiorum obliuisci.*

Ingratitudinis quosdã gradus ex Seneca n. 2.

3 *Fœmina iners animal.*

Prodigit omnia in suum ornatum.

Mulieribus, qui fidit, is etiam furibus fidem habet. ex Hesiodo num. 4.

4 *Vxorem pusillam cur quidam suscepisset, interpellatus, festiuè respondit.*

5 *Donatio vt persistat, ab eo debet fieri, qui donatæ rei dominus est.*

Alioquin frustrà donat.

Quia nihil in donatarium transfundit.

Nec pro dato habetur, quod ab illo datur, qui donare non potest. num 6.

7 *Fundationis tenor seruandus in fundatione iurispatronatus adiectus, nec immutandus.*

Ne alias retrahantur homines à fundandis, dotandisq; Ecclesijs. num. 8.

Vt neque fundator ipse possit illam mutare. num. 15.

Etiam Episcopi accedente consensu.

A *Multoq;*

Multoq; minus id successor poterit. nu. 16.
Qui verò legem infringit in fundatione adiectam, contra iustitiam facit, & peccat. num. 20.
Eamque seruare etiam debet Episcopus, num. 24.
9 *Dat nemo quod non habet. & num. 12.*
Non itaque ius, quod quis non habet, in alterum transferre potest.
10 *Patroni possunt inter se se pacisci de alternis vicibus præsentando.*
11 *Iuspatronatus donatione transferri in alios nõ potest in præiudicium eorum, qui ex iure fundationis vocati sunt.*
Habent enim illi ex fundatione, ius saltim ad rem.
Neque etiam Episcopi accedente consensu. num. 17.
13 *Donare est rem à dominio proprio remouere, & in alterius transferre personam.*
Nihil ergo donat, qui nihil transferre potest. num. 14.
18 *Iurispatronatus Ecclesias ordinare ad Episcopum spectat.*
Non tamen in præiudicium primæuæ fundationis. num. 19.
21 *Peccatum qui facit, contra Deum operatur.*
Et ex Diabolo est.
Nec vidit Deum. num. 22.
Peccatum est, quod legi aduersatur.
Nec est peccatum, quod legi non aduersatur.
23 *Peccator eo ipso, quod peccat, Dei esse non dicitur.*
25 *Nominatio à fundatore iurispatronatus facta eorum, ad quos ius ipsum peruenire debebat, translationis est species,*
Ex nunc, & in actu primo saltim. & nu. 28.
Quia isti magis dilecti præsumuntur. nu. 26.
27 *Nominatus primo loco, magis dilectus præsumitur.*
29 *Seminarium puerorum in Cathedralibus, Ecclesia æstimatur.*
Datum proindè Seminario, ad manus mortuas deuenisse videtur.
30 *Ecclesia manus mortua dicitur.*
Quia nunquàm moritur.
31 *Iudith, sancta illa mulier, quæ Holopherni caput truncauit, fecit confusionem in domo Regis Nabucodonosor.*
32 *Beneficio iurispatronatus iam erecto, & fundato, nouum onus adijcere minimè potest successor.*
Est enim adijcere onus rei alienæ, non suæ.
Quod fieri non vtique potest.
33 *Causa effectum parit.*
Non est causa, ergo neque effectus.
34 *Conditio cùm non exit, effectum videlicet non habet, operatur, ac si res non fuisset, quæ sub conditione designata fuerat.*
Quia nihil interim in esse ponit, num. 35.
36 *Dictio,* & non alitèr, *dispositionem comprimit, vt nullo modo alitèr exire valeat.*

ARGVMENTVM.

Donatio vt firma sit, debet fieri ab eo, qui donatæ rei dominus est, alioquin donatio erit inualida, nullumq; pariet effectũ. Fundationis tenor in iurepatronatus seruandus. Quid verò si iuspatronatus certis sit personis, eorumq; successoribus à fundatore destinatum; nùm possit is, ad quem peruenit, illud in alium nõ designatum, donatione transferre, vocatorum in præiudicium; præsertim verò in Ecclesiam? & quid si Ordinarij cõsensus accesserit? & nùm in donatione præfata nouum adijcere possit onus missarum, vltrà à fundatore adiectum?

RESPONSIO I.

1 Nter ingratos omnes, illud grauissimum ingratitudinis est vitium, acceptorũ obliuisci beneficiorum, neque eorum meminisse. Commemorat id *Seneca*
2 in Philosophicis, ingratitudinis distinguẽs genera, loquens: *Ingratus, qui beneficium se negat accepisse, quod accepit: ingratus, inquam, qui dissimulat: rursum ingratus, qui non reddit: at omnium ingratissimus, qui oblitus est.* Apud improbissimos hoc enim vsu venit (Menander loquitur.)

Post dationem celerrimè senescit beneficium.

Senuit planè in animo huius mulieris, de qua factum narratur, acceptum beneficiũ, vt omninò memoria deperiret eius, qui beneficiũ fundauerat de iurepatronatus laicorum in Ciuitate Nolæ. Et quid mirum, cùm à muliere id factum fuerit? Nam vt Alciatus cecinit emblemate 92.

3 *Fæmina (iners animal) facilis congesta marito*
Lucra rapit, mundum prodigit inque suum.

nec dissimilitèr Iuuenalis Satyra 6.

Prodiga non sentit pereuntem fæmina censum,
Ac velut exhausta rediuiuus pullulet arca
Numus,

Numus, & è pleno semper tollatur aceruo:
Non vnquā reputat quanti sua gaudia constent.
4 Iure itaq; quā meritissimo Hesiodus dixit: *Qui fidit mulieribus, is etiā furibus fidē habet.* festiuè sanè. Lacon quidam quærentibus amicis, quam ob rem vxorem duxisset adeò pusillam, & paruulam? Respondit: *E malis, quod minimum esset, eligendum.*

Supremum proindè trahens spiritum Ioannes, quidā, Antonius Maffettonus Ciuitatis Nolæ anno 1494. supremis datis tabulis heredē sibi dixit Capellam extruendam sub celebri nomine S. Mariȩ, intus Cathedralē Ecclesiam Nolanam, onere adiecto Capellano missarum quatuor in singulas hebdomadas. Ius verò præsentandi Capellanum reliquit Pacello Giramonti eius compatri, & Petro Maffettono eius nepoti, adiecto etiam; quod *hæredes, & successores eorum habeant potestatem, & iuspatronatus, & præsentandi Capellanum in eadē Capella. Ita quòd dictum iuspatronatus, & præsentandi Capellanum in eadem Capella ab inde in antea, et in perpetuū sit, & esse debeat dictorum Pacelli, & Petri insimul, & hæredum, & successorum suorum, & cuiuslibet ipsorum in perpetuum, altero tamen eorum decedente sine legitimis hæredibus.* Vita iam functo testatore, beneficijq; fundatore, post multa tēpora ius præsentandi ad Antoniam Nerbonam vti hæredem, neptemq; deuenit D. Ioannis Laurentij Giramontis; hæc vacante beneficio Capellanum ad illud præsentauit Subdiaconum Ioannem Baptistam Griffum, qui ad illud institutus fuit. Antonia verò fœmina iners animal, damnū parum perpendens aliorū; anno 1610. Beneficium prædictum, ac iuspatronatus, & præsentandi illud, per publicum instrumentū donat Seminario Cathedralis Nolanæ, adiecto eidē nouo onere, præter illud à fundatore iniunctum, duodecim missarum in singulos, annos, vt semel scilicet in singulos menses sacra fiant Altissimo Deo pro anima ipsius donantis, & parentum suorum, & non alitèr. Antonia ex humanis sublata, nouissimum clausit diem Ioannes Baptista Griffus, qui beneficium obtinebat. Hinc surrexere Vulturij, vt corpus deuorent. Beneficium vt obtineant. In difficultatem proindè reuocatur; fitque causæ status: sit ne firma donatio ab Antonia Seminario facta, vel verò infirma, vt pro non facta haberi debeat? Infirmam illam esse, & pro non factam habendam, respondendum censuimus. Præstamus autem sic.

5 Donatiò quippè vt firma sit, id habere debet, vt ab eo fiat, qui possit donare, qui scilicet rem obtineat, dominus videlicet sit eius rei, quam dono alteri dat; alioquin si dominium non habuit, nihil donatione in alium transfusit; rationem hanc tradit Vlpianus lib. 29. ad Sabinū in *l. traditio 20. ff. de acquirend. rerum domin.* quia (inquiēs:) *nihil amplius trāsferre debet, vel potest ad eum, qui accipit, quàm est apud eum, qui tradit.* Antonia verò non poterat hoc iuspatronatus iure donare, quia alteri iam acquisitū post eius suprema funera erat. Nihil ergo in Se-
6 minarium transtulit: *quia pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non potest de iure donare.* Alexander Tertius disponit *in cap. quod autem 5. in fin de iurepatronat.*

Iam enim in ipsa iurispatronatus fundatione per fundatorem, ad quod ius ipsum patronatus, & præsentandi dimanare debebat, firmatum fuerat; vt scilicet *esse deberet dictarum Pacelli, & Petri insimul, & hȩredum, & successorum suorum, & cuiuslibet ipsorum in perpetuum, altero tamen eorum decedente sine legitimis hæredibus.*

7 Hanc autem legem diruere minimè poterat Antonia, ad quam vti hæredem Ioannis Laurentij Giramontis, ius ipsum patronatus, & præsentandi deuenerat. Quia nimirum seruanda, firmaq; habenda est lex, quam fundator erectioni dixit iurispatro-
8 natus; ne alioquin retrotrahantur homines ab Ecclesijs fundandis, dotandisq; ex Pelagio Papa in *can. Eleutherius 30. in fin. 18. quæst 2.* Alexandro Tertio *in cap. porrò 7. & cap. præcipimus 8. de priuileg. extra.* ex Clemente V. in Concilio Viennen. in *clement. quia contingit 2. de relig. domib. Sacrosancta Tridentina Synodo sess. 25. cap. 5. de reformat. Rota part. 1. in recentiorib. decis. 112. num. 5. & decis. 496. num. 2. & part. 2. in eisdem decis. 254. nu. 2.* apud *Card. Caualer. decis 639.* siue *640. num. 6.* apud *Duranum decis. 8. num. 3. part. 1. & decis. 276. num. 1. part. 2* diximus pluribus *respons* nostra 81. *num 8. & seq. part. 4.*

Vel enim illis de Maffettonis prȩiudiciū hæc fecisset Antoniæ donatio, vel illis de Giramontis. Illis quidem de Maffettonis præiudicium inferre minimè poterat; quia nihil ad illam de portione, quȩ pro integra medietate, ad illos spectabat. Neque enim ipsa vti à Giramontis, à Ioanne Laurentio videlicet ius obtinens, eius hȩres, Maffettonis præiudicare poterat: quoniam in ipsā ius hoc pro illa medietate translatum mi-
9 nimè fuerat. Quam ob causam ius, quod in ipsa nō erat, in Seminarium transferre minimè poterat. Dat quippè nemo, quod nō habet. *regula nemo potest 79. de regulis iuris in 6. can. Daibertum 24. in fin. 1. q. 7.* ad Africani sensum *in l. si seruus legatus 11. §. qui quinque, ff. de legat. 1.* apertissimisq; verbis Vlpianus lib. 29. ad Sabinum in *d. l. traditio 20. ff. de acquirend. rerum domin.* sic enim rei nostræ ad amussim entimemate respondet ille: *Traditio nihil ampliùs transferre debet, vel potest ad eum, qui accipit, quàm est apud eū, qui tradit. Si igitur quis dominium in fundo*

habuit,id tradendo transfert. Si non habuit, ad eum,qui accipit,nihil transfert. ita Vlpianus.
concinitq; Imperaror in *l.si vniuersa* 15. *C. de legatis.* sequitur noster *Maranta cons.* 56. *num.*7.& *Ioan.Cephal.cons.*312.*num.*69.*vol.*3. *Aemil.Ferrett. cons.*22. *num.*1. *&* 2. *Gratian. forens,par.*5.*cap.*988.*num.*1.*& seq.*& sequuti nos fuimus *respons.* nostra 93.*num.* 27. 28, *&* 29. *part.*4.

Preterquàm quòd, iam ipsa non multo
ante, qnàm donasset,cum Fabritio Maffet-
tono ex altera parte à Petro hærede, & de-
10 scendente, eiusq; successore de alternis vi-
cibus præsētando anno 1602. concordiam
inierat, quæ etiam Episcopi assensu robur
obtinuerat, quod fieri vtiq; poterat ex *cle-*
ment.plures vnic.de iurepatronat. Iuribus ita-
que Fabritij, suorumq; hęredum,& succes-
sorum damnum donatione prædicta infer-
11 re minimè potuit. Neque etiam præiudi-
cium illis de Giramontis inferre donatio-
ne potuit:vel enim illi post suprema sua fu-
nera supererant; & præiudicare illis non
potuit,qni à fundatore vocabantur, eiusq;
ex dispositione,ius illis,ad rem saltim erat.
iuxtà Rotæ decisionem apud *Puteum de-*
*cis.*253.*num.*3.*&* 4.*lib.*3. quam sequuta fuit
*Rota par.*2.*in recentiorib. decis.*253.*nu.*1.*&* 2.
vel nulli supererant,omnibus de medio su-
blatis, & iam ad Maffettonos ius omne,
fundatoris voluntate, legeq; transfusum
erat. Altero quippè eorum Pacellio vide-
licet, & Petro sine legitimis hæredibus de-
cedente,ad superstitem ius totum deuenie-
bat. Ad Maffettonos proindè ius totum
patronatus,& præsentandi deuenisset. Illis
propterea præiudicium inferre donatione
sua haud poterat Autonia. fuit proindè
12 nulla. Quoniam quod non habebat, hoc
donauit. inutilitèr ergo; quia nemo dat,
13 quod non habet, vt diximus. Donare autē
est rem à dominio proprio remouere,& in
alterius transferre personam, *§.per traditio-*
nem, Instit.de rerum diuisione. nihil autem
14 transferre potuit,quia nihil habebat.nihil
ergo donauit. *can.presbyterum* 16.*dist.*28.*&*
can.ventum est 18. *§.sed è contrario* 1.*quæst.*1.
diximus *d.respons* nostra 93.*num.*27.*part.*4.
est ergo donatio nulla.

15 Et quidem, si neque fundator ipse, post
opus iam perfectum, & Episcopi consensu
firmatum,mutare illud valet, neq; leges in
fundatione præscriptas, neque si Episcopi
nouus accesserit consensus,eludere.ad *tex.*
in cap.cùm dilectus 8.*§.dictus verò procurator,*
ibidemq; *Gloss.*verbo *constitutū,& Abb.n.*5.
in 5.*notab. de consuetud. cap.nos quidem* 3. *de*
testam.l.si quis ad declinandam 38. *C.de Episc.*
*& cleric.Crescent.decis.*7.*de iurepatronat. Ve-*
*rall.decis.*290.*num.*2.*&* 3.*part.*2. *Rota par.*1.
*diuers.decis.*228.*num.*1.*Mar.Antonin.variar.*
*resolut.lib.*1.*resolut.*3.*num.*14.*Garsias de bene-*
*fic.part.*5.*cap.*9.*num.*68.*& seq.*diximus *d.re-*
*spons.*nostra 81. *num.*12. *&* 13.*part.*4. Multò
minus vtique id successor poterit,in præiu-
16 dicium presertim à fundatore vocatorum.
*Garsias d.cap.*9.*nu.*69.*&* 70. *Rota apud Card.*
Mantic. decis 86. *num.*11. *Gratian. part.*3.*fo-*
*rensium disceptationum cap.*577. *num.*40. 42.
& 43. Nos *d. respons.*81. *num.*15. *part.*4.

17 Neque suffraginm feret vllum,quòd do-
natio hęc pro Seminario facta Episcopi ro-
18 borata consensu fuerit. Ad Episcopum
enim Ecclesias de iure quoque patronatus
ordinare cōuenit. Ex Concilio Lateranen.
in cap.quoniam in quibusdam 3.*de iurepatron.*

19 Quia nimirum in præiudicium à funda-
tore vocatorum,& contra fundationis for-
mam, assensum præstare haud potuit,qnod
si præstitit, nullum fuit. verba perpendas
oportet ex Concilio Lateranen. *d.cap. quo-*
niam in quibusdam 3. *in fine, de iurepatronat.*
quia ipsa pro nobis rem decernunt. *Si au-*
tem (inquiēs) *hoc sine scādalo esse nequiuerit,*
ordinet Antistes Ecclesiam; sicut meliùs eam
secundùm Deum viderit ordinandam.

Secundum Deum (dixit) viderit ordi-
20 nandam. Secundum Deum verò non est,
quod contra fit legem à fundatore latam,
vocatorum in præiudicium,quia iniustitia
est; & consequentèr peccatum.ex *S.Thom.*
2.2.*quæst.*58.*art.*4 *Nauar.man,cap.*25.*num.*5.
in fin. diximus *respons.*nostra 53.*num.*16.*&*
21 *respons.*96.*num.*51.*part.*4. Qui autem pec-
cat secundùm Deum nō operatur,sed con-
tra Deum. *Qui enim facit peccatum ex Dia-*
bolo est: quoniam ab initio Diabolus peccat.
S. Ioannes loquitur 1.*epist, cap.*3. 8. quin
22 omnis, qui peccat, non vidit Deum, nec
cognouit eum, *ibid,* 7. nec est peccatum
quod legi non aduersatur. Contra nempè
legis authoritatem peccat, omnis,qui pec-
cat. ex Augustino contra litteras Petiliani
in *can. qui peccat* 40. *in princ.*23,*quæst.*4. ar-
gumento *tex.in l.Gracchus* 4. *C.ad legem Iu-*
liam de adulter. Hanc ob causam peccator,
23 eò ipso,quòd peccat,Dei esse non dicitur,
ex Gregorio in *can. disciplina* 9. *§.certè eum,*
distinct. 45. non itaque secundùm Deum
operatur, qui peccat, & in damnum tertij
peccat; fuit proindè nullus Episcopi assē-
sus in re nulla, & cōtra iustitiam præstitus:
24 quia cōtra legem à fundatore datam præ-
stitus fuit, quam seruare, non sanè infrin-
gere,Episcopum oportebat.ex *can, vltima*
voluntas 4. 13.*quæst.*2.*cap.nos quidem* 3.*de te-*
*stament. l.*1. *C. de sacrosanct. Eccles.* diximus
*d.respons.*81.*num.*30.*part.*4.

Est perpendendum prętcrea, nec dimit-
tendum; quòd Antonia,non ante iuspatro-
natus, & præsentandi in Seminarium tran-
stulit,quàm ipsa fatis concederet: nomina-
uit enim, & declarauit suum successorem,
& patronum in dicta Capella sic enim in-

qnit

quit Notarius in dicto instrumēto: *ex nunc libere nominauit, & declarauit, ac nominat, & declarat suum immediatum successorem, & patronum ab hodie dicti iurispatronatus, & praesentandi Rectorem, seu Capellanum in dicta Capella S. Mariae de Septembre toties, quoties casus vacationis occurrit, &c.* successorem verò illam nominare ad eam non vtique spectabat: quia nimirum iam in fundatione fundator ipse heredes, & successores nominauerat. ad illos vtique spectabat iure proprio. Eis proindè praeiudicium inferre haud potuit. fuit propterea nulla nominatio per ipsam facta, & inualida. quia potestatem hanc ipsa minimè habebat, vt dixi-
25 mus. Nominatio quippè à fundatore facta trāslatio fuit iurispatronatus in nominatos ipsos ex tunc in actu primo, atque signato, exituta tamen in exercitio cùm casus accideret successionis. ex *Puteo decis. 252. lib. 3. Mandos. cons. 51. nu. 9. vers. videmus enim. Rota decis. 253. num. 1. & seq. part. 2. in recentiorib. & decis. 57. num 5. & 6.* apud *Viuianum de iurepatronat. in praxi.* diximus *respons.* nostra 28. *n.* 4. 5. 6. & 7. *par.* 3. Quia isti
26 dilecti magis praesumuntur, quàm quicunque alij per alios fortasse nominandi. testē accipe propositionis huius Celsum lib. 29. digestorum in *l. qui soluendo non erat 60. ff. de haeredib. instituend.* sic nempè Celsus fatur: *Qui soluendo non erat, seruum primo loco, & alterum secundo loco haeredes scripsit, solus is, qui primo loco scriptus est, haereditatem capit. Nam lege Aelia Sentia ita cauetur, vt si duo, pluresuè ex eadem causa haeredes scripti sunt,*
27 *vti quisque primo scriptus est, ita haeres sit.* Quasi maiorem ad eum affectionē habeat. *Gloss.* ibidem verbo *qui primo.* subnectit. Hoc quippè nominatio operatur, quā testator facit. Modestinum adiungimus doctorem in *l. eum ita legatur 33. §. in fideicommisso, ff. de legatis 2.* sic & ipse contestatur. *In fideicommisso* (inquiens) *quod familiae relinquitur, ij ad petitionem eius admitti possunt, qui nominati sunt; aut post eos omnes extinctos, qui ex nomine defuncti fuerunt, eo tempore, quo testator moreretur, & qui ex his primo gradu procreati sunt: nisi specialitèr defunctus ad vlteriores voluntatem suam extenderit.* hoc er-
28 go nominatio facit, quia ius in nominatū transfundit. *Puteus decis. 274. lib. 3. Rota in Cornetana bonorum 20. nouembris 1598.* corā *Comitulo decis. 71. num. 1. in fin. post 1. volum. consiliorum Farinac. Cardin. Mantica de coniectur. vltimar. volunt. lib. 6. tit. 11. num. 13. & lib. 8. tit. 4. num. 12.* diximus *respons.* nostra 7. *num.* 1. *par.* 2. Praeterquàm quòd ex hac nominatione in Seminarium per Antoniam facta, & aliud illis de Maffettonis succedet praeiudicium, illudque irreparabile, quod nunquam euenire ampliùs casus poterit, quo ex defectu eorū de Giramontis, ius totum patronatus, & presentandi ad ipsos de Maffettonis testatoris lege, ac dispo-
29 sitione deuoluatur: quia nimirum Seminarium Ecclesia aestimatur, cōsequentèrq;
30 manus mortua. nō enim moritur Ecclesia. iuxta *Gloss.* receptam *in cap. potuit 4.* verbo *prohibentur, de locato, & conducto.* ibidemq; *Imol. num. 25. cap. 1. de alienatione feudi. in vsibus feudorum.* ibidemq; *Afflict. Rota part. 1. in recentiorib. decis. 603. num. 2.* & apud *S. memor. Gregor. XV. decis. 520. num. 11.* ibidemq; *Beltraminus num. 14. & decis. 529. per totam.* nec moritur pari modo Seminarium. fuit proindè ex hoc vno capite, quādo non alia prodessent, nulla haec donatio, notabile ob praeiudicium, quod successoribus, ac praesertim illis fiet de Maffettonis, qui ab ipso deriuantur fundatore. de eius vtique familia, Quid igitur tantum huic mulieri tribuendum est, vt ipsa omnibus alijs praeiudicare valeat, alijsq; auferre, non dare? vt dicatur de ea, quod Assirij quandoque de
31 sāctissima, castissimaq; Iudith dixere: *vna mulier hebraea fecit confusionem in domo Regis Nabucodonosor:* Iudith 14. 16.

Accedit, quod Antonia nominationi huic, siue donationi Seminario factae de iurepatronatus, & praesentandi, onus adiecit duodecim missarū in singulos annos pro eius anima, & parentum suorum. semel scilicet vt sacra fierent in singulos menses, praeter onus quatuor in singulas hebdomadas offerendi, quod fundator in fundatione iusserat. sub hac autem conditione, & non alitèr, donationem praedictam fecit, vt missae dictae duodecim celebrarentur. verba subijcimus eius, sic mentem quoque tenebimus: *Sub hac tamen conditione, sub qua dicta Antonia fecit donationem praedictam, & nō alitèr, &c. quod Rector, qui pro tempore fuerit praesentatus, & immissus per dictum Seminariū in beneficio praedicto, celebrare, ac celebrari habeat, & facere habeat in Capella praedicta missas duodecim pro quolibet anno, hoc est missam vnam in mense in perpetuum de requiem pro anima parentum ipsius Antoniae, celebrandas verò à die, quo dictum iuspatronatus peruenerit in posse ipsius Seminarij.* fuit itaque conditionalis haec donatio (*Sub hac conditione, videlicet, & non alitèr,* celebrandi missas
32 praedictas.) Onus autem praedictum beneficio adijcere Capellano praesētando, haud potuit Antonia; quia rei alienae onus adiecit, non suae. argumento ducto ex *text. in §. disponat, in auth. de nuptijs, collat. 4.* Disponat (inquit) testator in suis, & sit lex eius voluntas. in *suis* dixit, nō in alienis. Concinitq; perpensioni huic Cōstantinus Caesar Augustus in *l. in re mandata 21, C. mandati.* rationem reddens: *Nam sua quidem quisq; rei* (inquiens) *moderator, atque arbiter est.* suae (dixit) non alienae. In suis itaque modera-

tabitur

rabitur quisque, non in alienis. nec longè
abit perpēsio ex Diocletiano,& Maximia-
no Imperatoribus in l.testādi causa 13. C.de
testament. sic enim illi loquuntur: Testandi
causa de pecunia sua, legibus certis facultas est
permissa. de pecunia sua, (dixere) non vti-
que de aliena. Antonia verò rei alienæ, nō
suæ, onus adiecit. non ergo tenuit oneris
hæc adiectio. ergo nulla. nullum itaque
33 parere effectum poterit. quod enim effe-
ctum parit causa est: sed causa nulla est.
ergo nullus effectus. ad Vlpiani sensum in
l.non putauit 8. § non quæuis exhæredatio, ff.
de bonarum possessione contra tabulas. argu-
mento etiam ducto ex Caij sensu lib. 2. re-
rum quotidianarū in l.adeo quidem 7. §.cùm
quis ex aliena materia. ff.de acquir.rer.domin.
à quo nec recedit Paulus lib.3. ad Paulu-
tium in l.quod edictum est 33.in fin. ff.de pa-
ctis. cap.ad dissoluendum 13. de desponsat. im-
puber. Gloss.in cap.cum nostris 6. verbo de fa-
cto. de concess. præbend. diximus respons. no-
stra 55. num. 48. part. 4. Nulla igitur, ex
hoc etiam donatio hæc redditur; quia
conditio, sub qua facta fuit, exitum habe-
re minimè potest. effectus scilicet celebra-
34 tionis missarū duodecim in singulos an-
nos. Conditio verò, cùm non exierit, hoc
ipsum operatur, ac si res non fuisset, quæ
sub conditione facta fuit, quæ exitum non
35 habuit, nec habere potest, quia nihil inte-
tim in esse ponit. ex l.cedere diem 213. §.vbi
sub conditione. ff. de verb. signific. l.si quis sub
conditione 8. ff. si quis omissa causa testamenti.
l.si hæredi plures 5. ff.de condition.instit. Rota
apud Cardin. Mantic. decis 244.num.4. & de-
cis.257.nu.2.& apud Card.Canaler. decis.561.
num.1.2.& 3. & apud sanctæ memoriæ Gre-
gor.XV. decis.187 num.5. & decis.428. nu.4.
& seq. & decis.555. num.3. diximus respons.
nostra 34.num.60.& respons.37.nu.19.par.4.
36 attenta præsertim dictione illa (& non ali-
tèr) quæ dispositionem ita comprimit, atq;
retinet, vt nullo modo exire valeat, nisi ita
fiat, vt dispositum fuit. ex Gloss. in l. si qui-
dem 9.& ibidem Bald.num.3.C.de exception.
Surd.cons.143.num.43.vol.1.Barbos.de offic.&
potest.Episc.par.2.alleg.32 num.147.diximus
respons.nostra 10 num.60.& 61. par.1.& re-
spons.32.num.37 par 3. Non itaq; aliter ef-
fectum habere poterit donatio, ni adiectū
onus executioni demandetur. Illud verò
non tenet neque firmum persistit. ergo nec
donatio tenuit, neque firma persistet. Nulla
proindè, & inualida; vt nec nominetur in
vobis. Atque ita ex his, Aristarchi super-
cilio non abiecto, respondendū censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 Eligi is debet ad dignitates, Ecclesiasq; in quem maior, & sanior eligentium vota consentiunt.
Alitèr verò facta nulla est electio. nu.2.
Quod etiam intra Regulares procedit. nu.3.
Quia dispositio in cap.quia propter 42.de elect. omnibus in electionibus, seruanda venit.
4 Lezana eclebratur.
5 Confessione proprij oris probatio nulla maior.
6 Nullum quod est, sub alicuius generis specie subijci non potest.
Vnde nihil, & ex illo nihil. num.7.
8 Dispositioni text. in cap.quia propter 42.de electione. derogari nullo modo potest.
Quia dispositio Conciliaris est in Concilio Generali Lateranen. per Innocentiū III. rogata.
9 Votum per metum in electione datum est nullū.
Quamuis metus verbalis fuerit.
Consequentèrq; electia nulla.
Neque confirmari potest, quia defectu notatur iurisdictionis. num. 11.
10 Voluntas coacta, voluntas est.
Sed phisice, & materialitèr, non sanè formalitèr, & moralitèr.
12 Nullum quod est, nullum producit effectum.
Et ad non esse deducitur. nu.13.
Consequentèrq; ad non causam.
13 Effectus sine causa esse minimè potest.
14 Prouerbium. Receptui canere. de eo, qui alteri cedit, atque discedit.
15 Honoratiori locus dandus. ex Euangelio.
16 Christus Dominus cū gladijs, & fustibus comprehensus.
17 Iudas fuit Dux eorum, qui comprehenderunt Iesum.
18 Electio precibus, subornatione, & minis facta, nulla est in Religione Carmelitarum. ex regula,
Ex sola solicitatione, etiam amicorum interuentu, nulla est. num.19.
Electionum omnium pestis ambitio. nu.20.
Quia peccant sic eligentes. num 21.
Et qui alienis peccatis in hoc communicant.
Sicuti quisquis ita factam electionem prouexerit. num.29.
22 Textum Sacri Tridentini Concilij sess. 24. cap.1. de reformat. quoad eos, qui male eligunt ad dignitates, & Ecclesias.
Vndè peccant.
Confirmauit Gregorius XI. Constitut. sua.
23 Ambitionis improbitas modum inuenire non nouit, sæuaq; cupido.
Et nihil est, quod non audeat execrabilis ambitio. num.24.
Fitque eo magis insatiabilis, quò sibi ampliùs indulgetur.
Omniumq; vitiorum fons est. ex Ambrosio. num.25.

Atque

Atque discordiarum, & schismatum productiua. num.26.
Virorumq; etiam probatorum oculos excæcat. num.27.
Occupare tentant etiã sibi prohibita. nu.28.
30 *Facientes, & consentientes facientibus, digni sunt morte.*
Et bis peccat, qui peccanti consensum accomodat.
31 *Simonia est,cùm quid spirituale pro temporali datur.*
32 *Simoniaci pœna est, vt acquisitas dignitates ipso iure perdat.*
Et inhabilis in futurum reddatur ad quascunque alias obtinendas.

ARGVMENTVM.

Electio nõ ritè facta inter Regulares,non tenet, neque,si non à maiori eligentium parte facta fuerit. & quid si per vim, & metum, siue etiã per simoniam facta fuerit? an confirmari debeat? & quid si per simoniam electus fuerit?

RESPONSIO II.

VTI nulla, atque non firma, quin irrita electio est in personam facta Patris Magistri Dominici in proximo Capitulo Calabriæ Ordinis S. Mariæ de Carmelo celebrato; ita firma,stabilisq; electio est in eodem Capitulo facta in personam
1 Patris Magistri Theodori. Quia nimirum à maiori, sanioriq; parte hæc facta fuit,illa verò à minori,atque per concussionem, & vim, & metum incussum, non proindè saniori. Is autem,collatione habita,eligi debet, in quẽ omnes,vel maior,&,sanior pars Capituli consentit. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali edito in Lateranen Palatio,relato in *cap.quia propter 42. de ele-*
2 *ctio.* aliter verò facta nulla est electio, nec valet.vt *ibidem* Innocentius decernit.atque hæc in Generali Concilio habita,traditaq;
3 forma,in electionibus quoq; Regularium, firma semper,& vbique haberi debet, neq; modo vllo pretermitti:quia de forma sunt, atque de substantia electionis. ex *Gloss.*ibidem. verbo *sanior*. & sequuta fuit *Rota in vna Treueren. Abbatiæ S.Maximi* coràm *Domino Coccino bonæ memoriæ 20. Nouembris 1624. & in Meten.Monasterij* 1621.coràm eodem.quas refert *Nouarius in lucerna regularium,*verbo *electio, num.*12. & in alia *Treueren.24.Ianuarij* 1625. coràm *eodem*, quam refert *Tamburrin. de iure Abbatum, tom.* 1. *disput.5.quæst.*1.*nu.*6.& refert *Pater Lezana,*
4 doctissimus sanè vir, ex eadem Carmelitana Religione *in summa qq regularium tom.*3. verbo *electio inter regulares,num.*3.

Et quidem nulla est, atque irrita electio in personã facta dicti Patris Magistri Dominici; & quia non à vocalibus legitimis, neque à maiori parte; atq; per vim, & metum incussum; ac deniqué quia simoniaca.

Non à vocalibus legitimè electis, atque à minori consequenter parte. Pater enim Ioseph Prior Monasterij Cusentiæ ab eligendo iam ceciderat: quia falsò socij electionem scripserat, vt proprio quoque ore fassus fuerat,nec reticuerat, cõuictus men-
5 dacio. nulla verò maior probatio esse poterit, quam proprij confessio oris. ex Alexandro Cæsare in *l. cum te* 5. *C. de transact. Rota* apud *Cardin, Caualer. decis.* 21. *num.*3. *Mancin.de confessionib.cap* 1.*nu.*2.*& seq.Surd. cons.*61.*num.*1. *lib.*1.*Gratian.disc.forens.par.*5. *cap.*981.*num.*34. diximus *respons.*nostra 10. *num.*1.*par.*4. Fuit tamen in electione admissus, quia minis restatus fuit, se magis mortem subiturum, quam pari ab eligendo secludi,etiam armis minando. Materialis itaque,non formalis admissio fuit. Certa ergo eius est exclusio: cum ex Constitutione Religionis *part.4.cap 24.de electionib. in cõmuni num* 8. expelli huiuscemodi debent,ne suffragium in Capitulo ferant. Sequentibus nempè Constiturio:

Item nullus subornator,qui induxerit prece, aut pretio, siue minis, aut quacunque violentia Fratrem habentem vocem in electione Prioris, Subprioris, Socij, aut Vicarij, aut alterius cuiuscunque, vt tali, vel tali det vocem suam, singulatim eos nominando, sit admissus in Capitulo, sed expellatur, priuatus voce, & loco, vsque ad Capitulum Generale sequens. Fuit igitur materialis tantùm admissio. nõ formalis. nullum proindè eius votum,qui voce,& loco ceciderat,atque vt expelleretur, commeruerat. Perindè propterea se habet
6 votum, ac si minimè fuisset. quia nullum, atque proindè sub alicuius generis speciе subijci nullo potest modo. ex *S.Thom.*2.2. *quæst.94.in 3.argumento. Sanchez de matrim.*
7 *lib.3. disput.2.num* 5. quia nullum nihil est, & ex illo nihil. *Aristot.7.metaphis.cap.7.can. Daibertum* 13.*prim.q.*7.*Nauar.cons.*5.*num.*6. *lib.4.de sponsalib. Petr.Gregor. syntaxeos artis mirabilis in commentar.lib.*2.*cap.*17 *in fin.* diximus *respons.* nostra 88.*nu.*77.*&* 78. *par.*3. Parer verò Fräciscus Prior S Blasij, eadem ex causa,quia falsò socium legerat,vnum pro alio supponendo, & maliriosè;vt ipse quoque ore proprio confessus fuit, nec negauit

gauit, omnimodò à Diffinitorio, siue Capitulo seclusus fuit, sed postmodum, cùm vis armorum intercessisset, & minę, (mortis quoque) fuit misericorditèr admissus. Hoc autem præstare Adm. Ren. Pater Magister
8 Præsidens minimè potuit: quia derogare vel dicti *cap. quia propter.* dispositioni in Concilio Generali rogatæ, vel Constitutionis decreto paulò ante relato, minimè potuit. neque enim derogatum vnquam dispositioni dicti *text.* censetur, neque etiā per clausulas generales: quia dispositio Conciliaris est. *Pater Sigismundus à Bononia de electione, & potestate Prælatorum regularium, dub. 4. Tamburrin. de iure Abbatum, tom. 1. d. disput. 5. quæst. 1. nu. 7. Lezana tom. 3 d.* verbo *electio inter regulares. d. nu. 2.* Vt multò minùs derogasse potuerit Pater Magister Pręsidens: cùm hic Pater admitti minimè posset, etiam de facto expulsus; sed misericorditèr postmodum ob minas, armorumque terrorem admissus, non voluntariè, sed coa-
9 ctè. nullum proindè eius fuit suffragium, ac nulla consequentèr electio per incussū metum sequuta, quamuis metus verborum fuisset. *Gloss.* vt aduertit *in can. si quis autē 1.* verbo *timore. in fin. 1. q. 6* Præterquàm quòd enim nō volūtaria admissio fuit. Et si quip-
10 pè voluntas coacta, voluntas est; est quidē phisicè, ac materialitèr, & denominatiuè volūtas, nō sanè formalitèr, atq; moralitèr. ex Paulo in *l. si mulier 21. §. penult. ff. de eo, quod met. caus.* ibidēq; *Gl. ff.* & *Glos. in can. vbi ist 17.* verbo *honorē. dist 74.* & *in can. meritò 1.* verbo *vult 15. q. 1. eadem Gloss. in cap. maiores 3. §. ite quæritur.* verbo *conditionalitèr, de baptismo, & eius effectu.* diximus plenè *respons.* nostra 4.
11 *num. 4. & seq. par. 3.* Neque tamen si voluntaria fuisset, potuisset Pater Magister Præsidens cum illo dispensare, (etiam misericorditèr) quia hæc eidem deerat potestas. vt Lezana aduertit dicto verbo *electio inter regulares. num. 2. circa finem.* ad *tex. in l. fin. ff. de iurisd. omn. Iudic. cap. 2. alias fin. de constit. in 6.* fuit itaque vtriusque horum nullum suffragium, nullum votum. Idem proindè est, ac si minimè horum duorum votum interces-
12 sisset. Neque enim quod nullum est, aliquē producere valet effectum. ex Paulo Iureconsulto in *l. quod dictum 33. ff. de pactis. l. 4. § condemnatum. ff. de iudicijs. l. fin. in fin. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. Gloss. in cap. cum nostris 6.* verbo *de facto. de concess. præbend.*
13 Quia quod nullum est, ad non esse reducitur, consequentèrq; ad non causam, sine qua effectus haud producitur. præter Philosophos ex Vlpiano lib. 40. ad edictum in *l. non putauit 8. §. non quævis exhæredatio. ff. de bonor. possess. contra tabul.* ex Paulo lib. 3. ad Paulutium in *d. l. quod edictum est 33. in fin. ff. de pactis.* ex Caij etiam sensu lib. 2. rerum quotidianarum in *l. adeò quidem 7. §. cum quis ex aliena materia. ff. de acquir. rer. domin. cap. ad dissoluendum 13. de desponsat. impuber. Gloss in d. cap. cum nostris 6.* verbo *de facto, de conceß. præbend.* diximus *respons.* nostra 55. *num. 48. & 49. par. 4.* Non sunt itaque pro Magistro Dominico quatuordecim vota, (vt præsupponunt Aduersarij) sed duodecim. Pater autē Magister Theodorus tresdecim obtinet vota. ipse ergo confirmandus, qui à maiori, sanioriq; votantium parte electus fuit, iuxta disposita *d. cap. quia propter.* Ab his verò duodecim, si Patrem Magistrum Ioannem Iacobum Prouincialem, reduxeris, atq; retraxeris, quòd & ipse in priuationem vocis actiuè, atque passiuè dederat, & tamen per vim etiā votum præstitit; erunt pro Patre Magistro Dominico vndecim vota. à minori proindè eligentiū numero electus. Cedet propterea Patri Magistro Theodoro ab tredecim electo. à maiori idcircò eligentium numero, ac saniori. ipse itaque confirmandus. Accedit & Pater Prior Mottę, qui & ipse ex defectu socij non legitimè electi, eligendi voce ex Constitutionibus priuatus erat: quod & dicto Patri Prouinciali prudētię ascribendum erit: quia vt Prouincialem dictum Patrem Magistrum Dominicū haberet, paucis antè diebus Fratrem Alexandrum studentem Tropeæ ad studium ascriptum, in dicta Motta S. Demetrij collocauerat. quod ex Constitutionibus *par. 4. cap. 24. § 7.* facere minimè poterat. Et hæc itaque vox à numero demitur vndecim, & decem tantummodo pro Magistro Dominico remanent. est ergo inferior Magistro Theodo-
14 ro. Canat proindè receptui oportet, atque
15 à Prouincialatu discedat, detque locum honoratiori se, Euangelicum iuxtà præceptum. *Lucæ 14. 9.*

Quod verò per vim, metumq; incussum dicti Patris Dominici electio facta fuerit, id apertissimè patet, ex hominibus, etiam laicis, qui Monasterium tormentis igniuomis protecti, circumdederāt; nec deerāt ex ipsis Fratribus, qui intra septa Monasterij essent armis (etiam laicis vetitis) onusti. cum armis itaque, & fustibus venerant à Prouinciali missi, vt Prouincialem eundē Patrem Dominicum (non sanè Dominicū)
16 haberēt. Sicuti cum gladijs, & fustibus accesserant illi missi à Principibus Sacerdotum, & Senioribus populi, vt Iesum cōpre-
17 henderēt. *Matthæi 26. 47.* quorum Princeps Iudas erat, & antecedebat eos. *Lucæ 22. 47.* Nam fuit Dux eorum, qui comprehēderūt Iesum. *Actuum 1. 16.* Fuit ergo per vim fa-
18 cta electio. ergo nulla. Atque precibus, subornatione, ac minis, quin non addideris pretio, promissione, ac violentia inducti vocales, hunc Dominicum, nominatim, vt eligerent. priuati propterea eligendi voce.

ab ijs

ab ijs ergo electio huius processit Domi-
nici,qui eligendi voce priuati erant,nec in
Capitulo adesse poterāt.ergo nulla electio.
Repetamus (quæso te) verba Constitutio-
num in superioribus relata d.cap.24.nu.8.
part.4.

Item nullus subornator, qui induxerit prece,
aut pretio, siue minis, aut quacunque violentia
aliquem Fratrem habentem vocem in electione
Prioris, Subprioris, Socij, aut Vicarij,aut alte-
rius cuiuscunque , vt tali , vel tali det vocem
suam,singulatim eos nominando, sit admissus in
Capitulo, sed expellatur priuatus voce,& loco,
vsque ad Capitulum Generale sequens. Sic
Constitutio.

19 Si verò ex sola solicitatione ad electiōnē
faciendam,amicorum quoque interuentu,
electionē Archiepiscopi Tholosani decla-
rauit nullā Innocentius Tertius in *cap. per*
inquisitionem 26.de electione extrà. & notauit
Diana in summa verbo *electio. num.4.* Quia
20 electionum omnium pestis ambitio est.Vt
ex solo inordinato processu , nullā electio-
nem habuerit Honorius Tertius *in cap. cū*
post petitam 46. de elect. Multo magis hæc ,
quæ tot vitijs notata processit , habenda
electio erit .

21 Quin ex sacrosancta Tridentina Synodo
sess.24. cap.1.de reformat. mortalitèr pecca-
re eos habetur, qui alienis peccatis comu-
nicantes,eos promoueri curauerint, atque
dignitatibus, Ecclesijsq; præfici,qui ambi-
tione ad id trahuntur: *Eosq;* (sancta inquit
Synodus) *alienis peccatis comunicantes mor-*
talitèr peccare, nisi quos digniores, & Ecclesijs
magis vtiles ipsi iudicauerint, non quidem pre-
cibus, vel humano affectu, aut ambientium su-
gestionibus, sed eorum exigentibus meritis pre-
22 *fici diligentèr curauerint.* Quem text. Sacri
Concilij quoàd regulares quoque innoua-
uit Gregorius XI. Constitutione sua, quæ
incipit : *Onus Apostolicæ seruitutis*, circa fi-
nem , quam refert *Quaranta in summa Bul-*
lar. verbo *electio, fol.226.& 231.*

Videant ergo ipsi , qui Patrem Domini-
cum in Prouincialē ita pessimè elegerunt,
& qui eligi fecerunt , si mortali se macula
infecerunt, atque non solum proprijs , sed
alienis comunicauere peccatis.Neq;portò
23 modū inuenire nouit sæua cupido, dam-
nandeq; ambitionis improbitas . ex Inno-
centio Tertio in *cap. cum iam dudum 18. de*
prabend. & Alexandro etiam Tertio in *cap.*
ita quorundā 6. de Iudæis. & Bonifacio VIII.
in *cap detestanda 2. de conceß prabend.in 6.* &
cap.auaritiæ cæcitas 5. de elect.eod.lib.6.& ex-
trauaganti Execrabilis. vnica Ioannis XXII.
de præbend. in princ. plura nos cumulaui-
mus *respons.*nostra *2. num.2.& seq.part.3.*

Inde sanè factum est , vt etiam armis ad
electionem faciendam aliorum animos so-
24 licitauerint.Et quid porrò non audet exe-
crabilis ambitio,quę semper plus ambiens,
eo magis fit insatiabilis , quò sibi ampliùs
indulgetur?vt idem Ioannes XXII. *d extra-*
uaganti Execrabilis. loquitur . Quia nimirū
25 omnium vitiorum fons est ambitio . ex S.
26 Ambrosio. Et discordiarum, ac schismatū
productiua . ex Clemente V. in Concilio
Viennensi in *Clem. Et professores. 1.in princ.*
27 *de regularib.* Et vitorum etiam probatorū
oculos excæcat. ex Bonifacio VIII.in *cap.*
quorundam oculos.24.de elect.in 6. Adeo qui-
28 dem, vt eos,quos peruaserit,in illam teme-
ritatem impellat,vt quæ sibi à iure interdi-
cta nouerint, exquisitis fraudibus occupa-
re conentur . vt Gregorius X. in Generali
Concilio Lugdunen loquitur in *d.cap. Aua-*
ritiæ cæcitas 5. in princ.de elect.in 6.

29 Quisquis igitur hanc prouexerit electio-
nem,vel firmam habuerit, vt alienis pecca-
tis comunicās, & ipse mortalitèr peccabit.
ex dicto Sacro Tridentino Concilio *d. c.1.*
30 *sess. 24. de reforma.* Quia nimirum digni
sunt morte nō solum,qui faciunt,sed & qui
consentiunt facientibus . ex Paulo ad *Ro-*
manos 1. 32. sequiturq; Alexander III. in
cap.1. de officio delegati. Quin , vt in veteri
Mimo est .

Bis peccat,qui peccanti auxilium accomodat.
sequiturq; *S.Thom. 2.2. quæst 40.art.2. in 3.*
argumento. diximusq; *respons.* nostra 36. *nu.*
56,57 58.*&* 59.*part.3.*

Fuit denique hæc electio per simoniam
celebrata : quia promissiones intercessere
31 electoribus,de officijs eisdem dandis . Si-
monia verò est,cum quid temporale pro spi-
rituali datur. ex *Gloss.in suma in princ.1.q.1.*
& can. saluator 8. 1.quæst.3. & S.Thom 2.2.
q.100.art.1. Nauar man.c.23.nu.100.& cons.
88. *num.1.lib.1. de Simonia.* diximus *respons.*
nostra 39.*num.12.par.3.*Hæc autem est pœ-
na ex Pij Papæ V. Constitutione, quæ inci-
pit:*Vt simoniaca prauitatis labes.*quam refert
Quaranta in summa verbo *simonia.* in huius-
modi statuta simoniacos : *Vt, qui dignitates*
32 *Ecclesiasticas simoniacè acquisierit,illis sit ipso*
iure priuatus,et in futurum inhabilis ad eas,&
quascunque alias obtinendas. Fac ergo iure
aliàs hunc Patrē ad Prouincialatus digni-
tatem electū fuisse, esset tamen ex hoc vno
capite ipso iure priuatus. non ergo confir-
mandus. Prætereà quod neque legitimè,
neque à sufficienti votorū numero electus,
vt ostendimus. Omni itaque iure Magistro
Theodoro,& legitimè,atq; à maiori votan-
tium suffragio electo, cōfirmatio debetur .

Atque ita ex his, Aristarchi non abiecto
supercilio, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Aemulatio facilis est inter pares eiusdem exercitij.*
Dum vnus, ne ab altero superetur, timet.
Quare sunt sibi ipsis contrarij.
Sed contrà esse deberet, vtputa inter consocios, & familiares. num.2. ex Nazianzeno.
3 *Confraternitas vnica in vnaquaque Ciuitate, Terra, & Oppido sub eiusdem Sancti nomine erigi potest, ex Clementis VIII. Constitutione, verum declaratur Constitutio. num.9. & 10.*
Qui verò distinctis in locis vt in Ciuitate, & Suburbijs degunt, distinctam quoque Confraternitatem vt habeans, non repugnat. num.13.
4 *Confraternitates, quæ nam dicantur, siue Confratriæ.*
5 *Diuersa, quæ sunt re, & nomine. in vnum vniri non possunt.*
Quam ob causam quod de vna dicitur, de alterca exaudiri minimè poterit.
Et inde diuersimodè nuncupantur, quia diuersæ sunt res. num.7.
6 *Separatum quod est, non coniungitur.*
Quia vnum ab altero diuersum est.
8 *Constitutionis Clemētis VIII. verba referūtur. Et expenduntur. num.9. & 10.*
9 *Confraternitates à Regularibus erigendæ, quomodo erigi valeant, & quomodo Archiconfraternitatibus aggregandæ. num.10.*
11 *Verba vbi non conueniunt Constitutionis, neque Constitutio ipsa conuenire debet.*
Vt sufficiat dicere de re Constitutio nō loquitur. num.12.
Et quod Constitutio non dicit, neque nos dicere debeamus.
12 *Constitutio quod non dicit, neque nos dicere debemus.*
14 *Ciuitatis appellatio muris finitur.*
15 *Distinctio nationum, vt Iudæi, & Græci apud Deum non est, sed omnes saluat.*
16 *S. Ioseph Beatissima Virginis Mariæ Sponsus pro omnibus Aduocatus intercedit.*
Deus enim omnium Deus est.
Quia ipse vnus est.
Potens est enim. habet enim Christum subiectum sibi. num.21.
Commune itaque est omnibus hunc sibi Patronum asciscere. num.24.
Et ipse omnibus se propitium ostēdet. nu.31.
Ex nomine augumentū interpretatur. n.32.
17 *Deus omnium est Deus.*
Quia ipse vnus est.
18 *Diuersitas rerum, diuersitatem temperamentorum tribuit.*
19 *Quod nullo iure prohibetur, stare quare prohiberi debet?*
20 *Dei manus abreuiata non est, vt saluare non possit.*
Quod multiplicatæ sunt gentes.
22 *Deus diues est in omnes, qui inuocant illum.*
Et potens est omnem gratiam abundare facere in omnibus. num.23.
24 *Sanctorum comunio in hoc est, quod omnibus communis eorum intercessio est, eorum merita omnibus sunt communia.*
25 *Commune quod est vnius non est.*
Communia omnibus naturali iure sunt, aer, aqua profluens, mare, & per hoc littora maris.
26 *Vita communis omnibus necessaria est.*
Maximè verò his, qui vitam Apostolorum imitari cupiunt.
27 *Homines, qui sibi solis omnia habere volunt, inquieti viuunt.*
Vt contrà quietissimi viuerent si de mundo sublata essent duo illa verba (meum, & tuum.)
Quietissimè verò Apostolorum tempore viuebant illi, quorum omnium erat cor vnū, & anima vna. num.28.
Quia erant vniti in vinculo charitatis.
29 *Eleemosyna non ex necessitate, neque ex tristitia facienda erit, sed hilariter.*
Datorem enim hilarem diligit Deus. nu.30.
Propterea ipse abundare facit omnem gratiam in omnibus.

ARGVMENTVM.

Nūm sub eiusdem nomine Sancti erecta stare valeat vna Congregatio, siue Confraternitas in Ciuitate; & altera in Suburbio? & num sit hoc vetitum ex Constitutione fœlicis memoriæ Clementis Papæ VIII. quæ incipit: *Quæcunque à sancta Sede.* de Confraternitatibus erigēdis, vel aggregandis? agitur proindè de Constitutionis prædictæ interpretatione, & intellectu. hanc ob causam de Sancto Patriarcha Ioseph Sanctissimę Marię Virginis Sponso plura, eiusque intercessione.

RESPON-

RESPONSIO III.

1 VSu venire consueuit, vt facilis inter pares, eiusdemq; exercitij, emulatio intercedat, ne vnus alterum superet,& vincat. quemadmodum affabrè nobis Hesiodus Græcus Poeta descripsit, inquiens:

Et faber est fabro, figulo figulusque molestus.

2 Cùm contrà esse deberet,vtputa inter consocios,& familiares.vt optimè Magnus ille Theologus *Nanzianzenus epist.38.* Sic sanè accidisse nūc videtur inter cōfratres Confraternitatis sub inuocatione Sācti Ioseph Beatissimæ Mariæ Virginis Spōsi in Suburbio Sauignani Auersanen Ciuitatis intus Parochialem Ecclesiam Sancti Ioannis Baptistæ, & Oeconomos Capellæ sub eiusdē nominis, & Sancti inuocatione intus Cathedralem Auersanam temporibus longè decursis erectam. Emulatio quippè inter eos exorta est, dum quęsturam eleemosynarum per Ciuitatem exercerēt dicti Confratres dictæ Parochialis Sauignani, tētantes præfati Oeconomi illos prohibere, quòd eorum Capella artis Fabrorū lignariorum antiquior sit, nec potuerint prædicti Confratres in Suburbio Sauignani nomen assumere prædicti Sancti Ioseph,ne ex multiplicatione nominis damnum in eleemosynarum quæstura dictæ Capellæ antiquiori artis Fabrorum lignariorum exurgat. Præstare verò hoc se posse putant ex Constitutione fœlicis memoriæ Clementis VIII. publicata Romæ die 24. Decembris 1605. quæ incipit: *Quæcunque à sancta Sede Apostolica*, apud *Quarant. in summa Bullar.* verbo *Confraternitates*. Quasi velint

3 vnicam tantum Confraternitatem in vnaquaque Ciuitate erigi posse, tum etiam ex indulgentijs huic Capellæ per felicem memoriam Vrbanum VIII. concessis. In interpretanda itaque, atque bene Constitutione præfata Clementis VIII. exaudiēda, status præsentis vertetur causæ.

Supponendum propterea in facto: Capellam præfatam sub inuocatione Sanctissimi Patriarchæ Ioseph Beatissimæ Virginis Mariæ Sponsi intus Cathedralem Auersanam (& si ab antiquissimo tempore erectam, quod nec inficias imus) sub Confraternitatis nomine erectam minimè fuisse: illa quippè neq; faccis vtitur, neque almutijs, neque ad processiones publicas accedit,neque quid aliud peculiare extrà facit, neque regulis qualibuscunque regitur, dirigiturue; nostram autem hanc Confraternitatem sub eiusdem Sancti Ioseph inuocatione ab Illustrissimo Domino Auersano Episcopo nouissimè in Parochiali Ecclesia Sancti Ioannis Baptistæ in Suburbio Sauignani eiusdem Ciuitatis Auersæ anno 1644. canonicè erectam, faccis vti, atque almutijs, erectaq; Cruce ad processiones publicas accedere, regulisq; ab Ordinario eodem approbatis regi, dirigiq; esse proindè propriè, verèq; Confraternitatem, iuxta communem vsum totius penè

4 Orbis,& Vrbis, quo Confraternitates, siue laicorum Confratriæ,eæ inuocantur, nuncupanturq;, quæ faccis indutos fratres sub alicuius Sancti inuocatione certo habitu, atque distincto foris educit, emittitq; religionisq; causa coeunt. iuxta Martiani sensum lib.3.institutionum *in l.1.§.sed religionis causa. ff.de collegijs, & corporibus illicitis. Nauar. cons.3.lib.2.de foro compet. Anton. Fabrit. in praxi benefic.ior.tit.de locis collegialibus,& confratrijs.num. 34.35.& 36. Marius Antonin.lib.1.resolut.66.num.2.& 3. Barbosa ad Sacrum Tridentinum Concilium in collect. cap.13.sess.25.de regular.num.15.* in nouissima impressione Venetijs anno 1643. Cum itaque hæc sit Confraternitas,illa vero non æquè. nulla vtique comunio inter hanc, &

5 illam esse poterit. Quam ob causam quod de vna dicitur, de altera nullo exaudietur modo, quæ nomine, & re pariter diuersa sunt. ex Vlpiano lib.29. ad edictum in *l. procuratoris 5. si plures. ff.de tributor.action.* Quia nempè separatim negotiationē exercuerat,in diuersis mercibus; separatim eos in creditum vocari respōdit ibi Vlpianus. rationem reddit *Ioss.* ibidem verbo *separa-*

6 *tim.* Quia,quod separatum est,non coniunguntur. ergo diuersa sunt,nos dicimus. ex Imperatore Cęsare Constantino in *l.si idem codicilli 7.C.de codill.* illis ex verbis: *Si idem codicillis, quod testamenta possent; cur diuersum his instrumentis vocabulum manda-*

7 *retur, quæ vis, ac potestas vnā sociasset?* Inde porrò diuersimodè nuncupātur; quia diuersæ sunt res,diuersiq; effectus. *Natta cons.672.nu.37. Rota* apud *Cerrin. decis.289. num.1.* diximus *respons.* nostra 44. *num.20. part.3.*

8 Verba propterea Cōstitutionis Clementis in mediū afferamus, quæ pro se Aduersatij deferunt, ex illis quippè malè illa eos exaudiuisse apparebit. Cum enim ad abusus, qui irrepserant, abolēdos Constitutionem rogaret Summus Pontifex Clemens, exordio præmisso sic subiungit.

Cum itaque a pluribus Romanis Pōtificibus, prædecessoribus nostris, & forsan etiam à nobis, nonnullis Regularibus Ordinibus, Religionibus, Institutis, ac etiam Christifidelium sæcularium Archiconfraternitatibus, & Congregationibus diuersarum nationum, nominum,& institutorū, tàm in Alma Vrbe nostra, quàm in alijs Ciuitatibus, & locis Christiani Orbis institutis, facultas erigendi,& instituēdi in eorum, & alijs Ecclesijs, & Collegijs; necnon etiam sibi aggregan-

di Confraternitates, & Cōgregationes in eadem Vrbe,& in alijs eis existentes,eisque priuilegia, & indulgentias, aliasque spirituales gratias,& indulta sibi concessa respectiuè comunicādi attributa fuerit; ac nulla certa forma, vel ratio præscripta sit, quæ huiusmodi erectionibus, institutionibus, aggregationibus, & communicationibus faciēdis seruari debeat, propterea, &c, subiungitq; disponendo.

Nos pro commisso nobis Apostolicæ solicitudinis officio,paternaq; erga omnes Christifideles charitate prospicere volentes, hac nostra Constitutione perpetuò valitura decernimus, atque statuimus,vt in posterum,tàm huius Almæ Vrbis nostræ, quàm aliarum Ciuitatum, & Locorum totius Christiani Orbis Regularium ordinum, Religionum, & Institutorum, quibus in eorum, & quibuscunque alijs Ecclesijs,& Collegijs,Confraternitates sęcularium erigendi, & instituendi facultas concessa est; necnon etiam Archiconfraternitatum, & Congregationum, cuiuscus nationis, nominis, & instituti illę sint, & in quibuscunque Ecclesijs,Domibus,& Oratorijs,tàm sęcularium, quàm vt præfertur quorumcunque, etiam Mendicantium Ordinum, Religionum,& Institutorum Regulariū,quamuis tàm ordinaria, quàm Apostolica authoritate erectæ, ac institutæ existūt, seù aliàs quouis modo introductæ reperiātur, quibus alias Confraternitates,& Congregationes instituēdi, & erigendi, ac sibi aggregandi, illisq; priuilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias,& indulta prædicta elargiendi, & communicandi à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, vel à nobis, & Apostolica Sede attributa fuit: Magistri, Priores, Præpositi, Rectores, Gubernatores, Præceptores, Primicerij, Prælati,Custodes,Guardiani,Præfecti, Administratores, & alij Officiales, seù Superiores quouis modo nun-upati, Regularium siquidem Ordinum, Religionum, seù Institutorum vnā tantum Confraternitatem, & Congregationem, de consensu tamen Ordinarij loci, & cum litteris eius testimonialibus, quibus Confraternitatis, & Congregationis erigendæ,& instituēdæ pietas, & Christianæ charitatis officia,quæ exercere cupit,apud eos commendentur, in eorum,& quibuscunque alijs Ecclesijs, & Collegijs erigere,& instituere: cæterarum verò Archiconfraternitatum, & Congregationum in singulis Ciuitatibus, Oppidis, vel locis,vnam etiam Confraternitatem, & Congregationem dumtaxat, quæ Apostolica, vel ordinaria authoritate prius erecta nulli alteri Ordini, Religioni, Instituto, Archiconfraternitati, & Congregationi eiusdē, vel alterius nationis,nominis,& instituti aggregata sit,præuio similitèr loci Ordinarij consensu, & cum litteris testimonialibus,quibus eiusdem Confraternitatis, & Congregationis aggregādę institutum,pietas,& Christianæ pietatis officia, quæ exercere consueuit apud eos commendetur, sibi adiungere,& aggregare possit,&c.

9 Patet igitur ex his Constitutionis Clementinæ verbis. Primo illam non loqui de Confraternitatibus, & Congregationibus, Ordinaria,vel Apostolica authoritate erigēdis: sed de Confraternitatibus à Regularibus,siue in eorum Ecclesijs, siue in alijs quibuscunque, vigore facultatum eis indultarum erigendis.

10 Deinde de Confraternitatibus, & Congregationibus alijs Archiconfraternitatibus, & Congregationibus eadem authoritate, facultateq; eis facta aggregandis; vt vnicā tantum in singulis Ciuitatibus, Oppidis, & locis erigere, seù aggregare valeant. Nullam vero memoriam facere de Confraternitatibus, & Congregationibus alijs in singulis Ciuitatibus,Oppidis,locis, & Ecclesijs Ordinaria, siue etiam Apostolica authoritate vel erectis,vel erigendis.

Hanc proindè ob causam succedere, vt
11 cum facto, de quo nunc disceptatio habetur, verba non conueniant Constitutionis huius,nec eius cōuenire debeat dispositio. *cap.indemnitatibus* 43. §.*penult.de elect.l.b.6. l.ita tamen* 5. *ff.de administrat. & peric. tutor. l.4.§.toties.ff.de damn.infect Rota* apud *Card. Mantic. decis.163.num.5. Gonzal. ad regul.8. cancell.gloss.5.in princ.nu.24. Nauar.cons.12. in fin. lib.1. de maiorit. & obedient. & cons.6. nu. 2. lib.3.de statu regularium. Rota in recentiorib. part.1.decis.697.num.7.& part.2.decis.* 502.sub *nu.3.*& apud *Coccin. decis.460.nu.5.*

Frustra itaque prosę hanc Constitutionē Clementis deferunt,qui pro Congregatione sunt Fabrorum Lignariorum intus Cathedralē Auersanam in Capella S. Ioseph, quamuis ab antiquissimo tempore (vt ipsi volunt) erecta; cùm de illis Constitutio
12 non loquatur; vt sufficiat illis dicere: de te Constitutio non loquitur. vt quod Constitutio non dicit,neque illi, neque nos dicere, assererēq; debeamus. *can. quod si dormierit* 13. 31. *quæst.* 1. ex verbis Augustini dicentis: *Nec nobis definiendum est, quod nō definit Apostolus*. ibidemq; *Gloss.* verbo *nec nobis.& can.liquidò apparet* 54.vbi *Gloß.*verbo *seruaret. de consecrat.dist.2. l.diffidentis* 5. *C. de repud. l.si seruum* 70 § *prætor ait. ff.de acquir.hæred.l.item apud Labeonem* 15. §.*ait prætor. ff. de iniur. Sanchez de matrim. lib.6. disput.36.sub num.2. Nauar. cons.6.num.11. lib.3.de donationib. Cardin.Tusc. tom.2.lit.D, conclus.517.num.30.31.& 32.*

Neque enim improbatur, ne Confraternitas sub Sancti Ioseph inuocatione in Parochiali Ecclesia Sācti Ioannis Baptistæ in Suburbio Sauignani extrà Ciuitatis menia erigi ordinaria authoritate potuerit,quod intus Cathedralem Auersanam sit erecta Capella sub eiusdem Sancti inuocatione pro Congregatione Fabrorum Lignario-
13 rum. Hi nempè,qui in Suburbio sunt Sa-

uignani

uignani distinctam habent Parochialem Ecclesiam, distinctumq; Parochum, qui eis Sacramenta ministrat: atque intra Ciuitatem illi, hi vero extra muros in Suburbio degunt. Cur ergo distinctam non poterũt habere Confraternitatem sub Sãcti Ioseph inuocatione; quamuis illa in Ciuitate saccis vteretur, & ad processiones accederet, cum illa Ciuitatis sit, hæc vero in Subur-
14 bio? Etenim Ciuitatis appellatio muris, finitur. vt Paulus lib. 1. ad edictum in *l. vrbis appellatio* 2. & Marcellus lib. 12. digestorum in *l. Alphenus ait* 87. & *Gloss.* in eisdem *ff. de verbor. signif.* docuere. Quatenus enim vtraque earum ad processiones accederer, distinctam vnaquæque appellationẽ haberet; cum illa Ciuitatis vocaretur, hæc verò
15 Suburbij. *Non enim est distinctio Iudęi, & Græci apud Deum, sed omnis quicunque inuocauerit nomen Domini saluus erit.* Apostolus nos docet Paulus ad *Romanos* 10. 12. An
16 pro ijs, qui in Ciuitate sunt Sãctus Ioseph Aduocatus, & Protector datus est tantùm, & non etiam pro ijs, qui in Suburbijs sunt Ciuitatis? & quidem. sicut idẽ Apostolus ad *Romanos* scribens 3. 29. de Iudæis dixit:
17 *An Iudæorum Deus tantùm? non ne & Gentilium? imò & Gentilium, quoniam quidem vnus est Deus, qui iustificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidem.* Quia nimitum Deus, quod ad beneficium attinet salutis æternæ, non solum Iudęorum Deus est, sed etiam Gentilium; æquè enim eius sũt creaturæ, rationis capaces, & ad supernam fœlicitatem ordinatæ. vt ex *Estio*, & *Cornelio à Lapide* sequitur *Ioannes à Gorcum ibid.*

Omnis quippe ratio, quæ esse posset, ne duę Confraternitates sub eiusdẽ Sancti nomine erigerentur, ea perpendi posset, ne ex ex adem inuocatione cõfusio generaretur. sed hæc ipsa abiegatur excogitata ratiò: Cùm quòd hæc Congregatio saccis non vtitur, quod & ipsi, qui Congregationis sũt Rectores, inficias non eunt: propter quam causam extrà ad processiones non progreditur: Tum quòd quatenus vteretur; satis tamen distincta essent nomina: Cùm illa
18 Ciuitatis, hæc Suburbij appellaretur. Ex diuersitate propterea temperamentum acciperet, quod confusionẽ generare posse autumabatur. ex Gregorio in *can. regulæ Sanctorũ* 2. *dist.* 29. & sũmario eiusdẽ canonis, quatenus habet: *Pro diuersitate rerũ temperãtur regulę Sanctorũ Patrũ.* & ex Hieronymo in *can. necesse est* 3. *eadẽ* 29. *dist.* Hieronymi percipe verba: *Necesse est,* (dicentis) *vt iuxta diuersitates locorũ, & temporũ, & hominum, quibus scripta sunt; diuersas & causas, & argumenta, & origines habeant.* ne fortasse sequatur, si aliàs fiat; quod ipse subnectit: *ne ad instar imperiti medici vno collyrio omniũ oculos velit curare.* ibiq; *Gloss.* verbo *collyrio* quę ad rem nostram argumentũ infert; non omnes opposit, oues, vna responsione soluendas esse.

Nullum proindè superest impedimentũ, quin firma persistere debeat hæc ipsa Confraternitas in Suburbio Sauignani legiti-
19 mè ordinaria authoritate erecta, quod nullo id iure prohibeatur. ad *tex. in l. sancimus* 27. *C. de testament.*

Nullum est ergo excogitatum eorũ fundamentum: hanc Christifidelium vtriusq; sexus Congregationem sanctarum Indulgentiarum thesauro per Vbanum Papam VIII. anno 1623. Pontificatus sui primo decoratam fuisse.

Nihil enim hoc ad rem hanc, quam instituimus. Neque sanè abnuimus, illã Congregationem esse ex vtriusque sexus fidelibus ad Sancti deuotionem augendam congregatam; non tamen ex hoc nobis impedimento esse poterit, quin in Suburbio Sauignani sub eadem inuocatione Sancti, authoritate Ordinaria Confraternitas erigi potuerit, quæ saccis vtitur, & almutijs, & ad processiones publicas progreditur, eadem
20 Ordinarij authoritate. Neque enim abreuiata est manus Dñi, vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris eius, vt non exaudiat. sicuti ipse nobis loquitur *Isaiæ Prophetæ* voce 59. 1. Eadem est enim potestas eius nunc, quę fuit quando populum suum de Ægypto liberauit. neque aggrauata est auris eius, si purè inuocauerimus, sicut Moysen, & alios olim audiuit. sicut *Gloss.* interlinearis adnotat. Intercedet proindè Sanctus Ioseph, & pro fidelibus in Congregatione intus Cathedralem erectam; & pro Cõfraternitate in Suburbio Sauignani eius
21 nomini dicata. Potens est enim. An non de eo quoq; scriptum legitur (Lucæ 2. 51.) *Et descẽdit cum eis,* (Ioseph videlicet, & Maria) *& venit Nazareth, & erat subditus illis?* Quis? quibus? Deus. hominibus. *Bernardus* commentum agit. Nihil ergo ei Dei Filius intercedenti; neque quidquam eidẽ Beatissima Maria Virgo eius Sponsa negabit. Nihil proindè, quod conquerantur, ijs remanebit, qui de Congregatione sunt, quando Aduocatum, & Patronum habent Potentem, ni ipsi modicæ fuerint fidei, vt
22 de potentia dubitent. Et quidem *diues est Deus in omnibus, qui inuocant illum. Omnis enim quicunq; inuocauerit nomẽ Domini saluus erit.* Paulus nos docet ad *Romanos* 10. 12. & 13. ipse enim liberalis, affluens, munificus, & copiosè suas gratias, suaq; dona clargiẽs est omnibus, qui ex fide inuocauerint eũ. vt ex *Estio*, & *Cornelio à Lapide Ioãnes Gorgum.* ibidẽ aduertit. In omnes igitur inuocantes
23 eum, S. Ioseph intercessione, suã effundet gratiam. Potens est enim Deus omnem gratiam abundare facere in omnibus. ex Paulo

Paulo Gentium Doctore 2. *ad Corinth.* 9. 8. Non ergo deficiet eis, quod & hi, qui in Suburbio sunt, sub Sancti huius protectio-
24 ne viuant, eiusque nomine glorientur. In hoc quippe communio est Sanctorum, vt in articulo fidei confitemur. quòd omnibus communis Sanctorum intercessio est, eorumque merita omnibus sunt communia. Commune igitur est omnibus hunc sibi patronum
25 asciscere. Si commune; non igitur vnius tantùm Congregationis. Per iniquitatē porrò alius hoc suum esse dixerit, & alius illud. Cùm contrà communis vsus omnium, quæ sunt in hoc mundo, omnibus esse homini-
26 bus debuit. Sic communia omnibus sūt aer, aqua profluēs, mare, & per hoc littora maris. hoc autem naturali iure. ex Imperatore Iustiniano. *§. & quidem naturali iure. Instit. de rerū diuisione.* & ex Martiano lib. 3. institutionum in *l. quaedam naturali 2. ff. de rerum diuisione.* Rationē reddit Imperator d. §. & quidem. *Nemo igitur ad littus maris* (inquiens) *accedere prohibetur.* Quia commune omnibus est mare, nec vnius solū. Quin communis vita omnibus necessaria est, & maximè ijs, qui Deo irreprehensibilitèr militare cupiunt, & vitam Apostolorum, eorumq; discipulorum imitari volunt. ex Clemente V. in *can. dilectissimis 2. 12. quaest. 1.*
27 Hinc sanè ex Philosopho (vt *Gloss. eod. can. dilectissimis.* verbo *omnium.* refert) inquieti viuunt homines, (dicēte) quod quæ communia sunt, sibi solis habere volunt. Quietissimè viuerent homines in hoc mundo, si de medio sublata essent duo verba, *meum, &*
28 *tuum.* Quietissimè propterea in charitate viuebant illi apud acta Apostolorū 4. *Quorum omnium erat cor vnum, & anima vna.* quia erant vniti in vinculo charitatis. vt *Gloss. d. can. dilectissimis.* verbo *cor vnum.* commentum facit.

Hanc ob causam non officiet, si in charitate fundati erunt, quod hi, qui ex Suburbio Sauignani sunt, eleemosynàrum quæsturam in Ciuitate facient, sicuti neque si illi in Suburbio; distinctim enim pro codē
29 Sācto petent; isti de Ciuitate, illi de Suburbio; & quilibet fidelium, *prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate,* da-
30 bit. secundum Apostolorum 2. *ad Corinth.* 9. 7. hilarem enim datorem diligit Deus. ***Potens est autem Deus abundare facere omnē gratiam in omnibus, vt in omnibus omnem sufficientiam habentes, abundent in omne opus bonum sicut scriptum est: Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in sęculum sęculi.*** manet scilicet in Dei memoria, & æterna mercede, quasi segete, & messe. *Ioannes Gorcum.*

Experiantur itaque in charitate funda-
31 ti; quoniam suauis est Dominus: & Sanctissimus Patriarcha Ioseph pari vultu, pariq; affectu, & eos respiciet, ei addictos, qui ex Ciuitate sunt; & eos, qui ex Confraternitate, quæ saceis vtitur in Suburbio Sauignani. Augebit enim incrementa iustitiæ vniuscuiusq; sua petenti intercessione, qui
32 ex nomine augumentum interpretatur, & nobis omnibus, nulla intercedente differētia, vt alter ille Ioseph in Ægypto, panem vitę, & frumentum electorum Christum Iesum cōseruauit, conseruabitq; Quod Deus nobis sua benignitate præstet.

Atque ita ex his, Aristarchi non abiecto supercilio, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus familiarem suum triennalem ad ordines promouere potest.*
Modo ei beneficium statim omni fraude cessante conferat. num. 2. 6. & 8.
2 *Familiaris vt quis dicatur ad effectum, vt promoueri valeat ab Episcopo, continuitas in seruitio per triennium requiritur.*
Hoc autem, vt Episcopus notos habeat mores ordinandi. num. 3.
Triennium verò inceptum esse non sat erit. num. 5.
Sed completum perquiritur.
4 *Familiaritas vt contrahatur, vt q; is promoueri valeat ad ordines, duo perquirūtur mens, & dens.*
Intentio scilicet, & conuictus, siue mensa.
7 *Forum quis triplici iure sortitur.*
Originis, Domicilij, Beneficij.
9 *Dictio* (statim) *hoc est paulò post. exponitur.*
10 *Beneficij ratione subiectus quis efficitur, & forum sortitur.*
Non tamen requiritur, vt beneficium sufficiens sit ad victum.
Sufficiens namq; erit ad forum sortiendum. num. 11.
Poterit tamen ex patrimonio beneficij insufficientia suppleri num. 12.

ARGVMENTVM.

Quis nam familiaris triennalis dicatur, vt ab Episcopo promoueri possit? & quæ requirantur, vt familiaris ad hunc effectum habeatur, & an trienniū continuum esse debeat? Beneficium

ficium autem debet ei statim omni fraude cessante conferri. Beneficij vero ratione quis subditus efficitur. An verò beneficium sufficiẽs esse debeat, vel sat quoque sit quodcunq; Beneficium?

RESPONSIO IV.

CLericus Carolus de Mauro ab anno 1642. ad præsentem vsque annum 1647. Illustriss. Dño meo Episcopo Puteolorum deseruiuit, & deseruit in Cappella eiusdem, suo munere fungens Cantoris (suprani enim voce canit, optimus in suo officio) vbicunque, & quandocunque dictus Illustrissimus Capellã habuerit, idq; pluries in singulos annos; expẽsis tunc viuens dicti Illustrissimi ad octauum quoque diem Puteolis in domo Episcopi moram trahens; ordinariè verò in domo Patris
1 Neapoli, vbi etiam natus, demoratur. Petit nunc ipse; vti familiaris triennalis vigore decreti Sacri Tridentini Concilij *sess. 23. cap. 9. de reform.* ad sacros ordines etiam Presbyteratus, vt promoueatur. In difficultamen tamen ei vertitur, an possit? Et an dici familiaris valeat, vt in eum dicti Tridentini Concilij *d. cap. 9.* dispositio cadat, vt vti familiaris promoueri valeat?

Vti familiarẽ illum promoueri minimè posse respondendum censuimus.

2 Quia profectò, vt quis familiaris dici valeat hunc ad effectum, vt promoueri ad ordines possit ex dicto Sacri Tridẽtini Concilij decreto continuitas perquiritur per trienniũ in seruitio Episcopi: Concilij verba in mediũ afferamus oportet: *Episcopus* (inquit Concilium) *familiarem suum, non subditum, ordinare non possit, nisi per triennium secum fuerit commoratus, & beneficium quacunque fraude cessante statim re ipsa illi conferat, consuetudine quacunque, etiam immemorabili in contrariũ non obstante.* sic Conciliũ.

3 Et sanè continuitas exigitur triennij, vt ex tempore notos Episcopus mores habeat ordinandi, promouendiq; quamuis ille extra domum habitet Episcopalẽ, modo con-
4 tinuus familiaris existat, atque impensis viuat Episcopi. Duo quippè ad familiarem constituendum perquirũtur, mens scilicet, & dens; inrẽtio videlicet, & conuictus, siue mensa. ex *text. in cap. sicut nobis 5. alias fin. de verbor. signific. in 6.* ibidemq; *Geminian. nu. 9. & Francus num. 14.* sequuta fuit *Rota in Hispalen. Portionis 2. May 1614.* coram *D. Andrea decis. 584. num. 3. part. 1. in recentioribus Beltram. ad decis.* sanctæ memoriæ *Greg. XV. 166. nu. 10. vers. probatur autem familiaritas.* eadem *Rota part. 1. diuersor. decis. 731. num. 3. Henricus Henriquez in summa lib. 10. cap. 12. §. 1. Barbosa in collectan. ad Sacrum Tridentinum d. cap. 9. sess. 23.* verbo *familiarem. num. 5. & num. 8. Pater Diana*, qui alios, vt morale est ei, refert *part. 8. tract. 2. de ministro Sacramenti ordinis. resolut. 31. & 32.* Sat itaque mi-
5 nimè erit inceptum triennium fuisse, sed completum desideratur, quia continuum esse oportet. ex *Ioanne Præposito ex Societate Iesu in 3. part. de Sacramento ordinis. q. vnic. dub. 14. nu. 142* quẽ sequitur *Diana d. tract. 2. resolut. 29. part. 8.*

6 Beneficium verò perquiritur, vt subditus
7 fiat. Triplici quippè iure forum quisq; sortitur Episcopi, vt promoueri valeat, vel ratione Originis, (paternæ quoque) vel Domicilij, vel Beneficij. ex Bonifacio VIII. in *cap. cum nullus clericus 3. de tempor. ordinat. lib. 6.* diximus *respons.* nostra 4. *per tot. part. 4.*

Nullo itaque pacto Carolus vti familia-
8 ris promoueri poterit. Verum estò familiaris diceretur, tamen beneficium *statim quacunque fraude cessante* Illustriss. Dñus meus
9 Episcopus Puteolorum conferre illi deberet. *statim* hoc est pauló post. vt sequitur *Barbosa* post alios *d. cap. 9.* verbo *& beneficium. num. 10.* atque *Diana d. tract. 2 resol. 33. part. 8.*

10 Conferat itaque eidem beneficium, & sic beneficij ratione subiectus erit, atque forũ sortietur, quamuis beneficiũ, quod ei conferet, sufficiens non fuerit ad victum. Suffi-
11 ciens porrò erit ad forum sortiendum. Dissolutè nempè, & sine præfinitione Bonifacius VIII. *d. cap. cum nullus 3. de temporib. ordinat. in 6.* loquitur. *Seù* (inquiens) *in cuius Diœcesi beneficium obtinet Ecclesiasticum.* vt sine præfinitione exaudiri debeat. vt *Gloss.* ibidem in verbo *Ecclesiasticum. in fin.* exaudit. diximus nos latè hoc differentes *respons.* nostra 29. *part. 2. Dian. d. tract. 2. resolut. 21. par. 8.* Quod si beneficium sufficiens erit, è re magis erit Caroli. At si sufficiens
12 non erit, ex patrimonio supplebit. vt nos dicta *respons. 29. part. 2.* satis, superq; deduximus.

Atque ita ex his respondendum censuimus. iudicio nec abiecto saniori.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.



SVM

SVMMARIVM.

1 *Pertransceunt vniuersa in mundo, nec quidquam sub sole firmum est, suisque spatijs transeunt vniuersa sub Cælo. num.2.*

3 *Census annuus, ne fœneratitius æstimetur super certo fundo, illoq; certis limitibus designato, atque fructifero imponendus. & quare? num.8.*

Census annuus quid? nu. 4. & vnde vocetur? num.6.

Census accidens est, quod sine subiecto esse non potest. num.5.

Pro forma autem adiectum est, vt certo fundo supponatur. num.20.

Standum proindè contractui erit. num. 28.

Alioquin erit contractus fœneratitius.

5 *Accidens sine subiecto esse non potest, super quo substentatur.*

7 *Census annui emptor restitui sibi sortem ad omnem animi sui motum, paeisci minimè potest.*

Alioquin esset mutuum.

Neque vt venditor fundum censui suppositum, alienare non possit. num.24.

Alioquin grauaretur census venditor.

Neque etiā ex clausula generali; ita vt generalitas specialitati non deroget. *num.25.*

9 *Terminos præfinitos transgredi nemo potest.*

10 *Saluianum vtile interdictum, quod in Regno assistentia vocatur, propter specialem hypothecam, & suppositionem datur.*

11 *Fundus speciali hypotheca pro censu annuo affectus, onere inustus ad quemcunq; etiam tertium possessorem transit.*

Quamuis in Ecclesiam transferatur. nu.12. & num.30.

13 *Clausula generalis hypothecæ super omnibus alijs bonis imposita pro censu,* ita vt generalitas specialitati non deroget.

Potest firma esse ex Nicolai V. Cōstitutione, quæ de stylo apponitur Notariorū. nu.15.

In subsidium apposita videtur. num.16. & num.27.

Nec operatur, nisi fundus censui appositus deficeret. num.17.

Quia ad vberiorem ementis censum securitatem imposita videtur. num.19.

Neque naturam mutat contractus. num.31.

14 *Constitutio Nicolai V. de censibus in Regno Neapolitano recepta est, atque seruatur.*

18 Decisio Vincentij de Franchis 5. *ad text.* in l.2.C.de pignoribus. *expenditur, & declaratur. & num.27.*

21 *Forma per dispositionem data, seruanda erit, neque transgredienda.*

Alioquin euanescit actus.

22 *Fundus certus pro censibus designatus, si in totum, vel pro parte pereat: in totū census, vel pro parte deficit.*

Et ab eo discedi non potest. num.23.

Donec alter fundus eidem censui supponatur. num25.

26 *In iudicijs personarum acceptio haberi minimè debet.*

29 *Dominium fundi censui suppositi penès vendentem remanet.*

Poterit proindè illum alienare.

ARGVMENTVM.

Census annuus, vt iustè ematur; neq; fœneratitius suspicetur, super certo fundo, certis, præfinitisq; limitibus designato, illoq; fructifero, imponi debet remanet autem fundus in dominio domini censum constituentis; quam ob causam alienare fundum non vtique prohibetur. transit verò cum fundo onus censum soluēdi, quia remanet fundus hypothecatus pro censu, illius emptori. Sed quid si ad maiorem emptoris census securitatem, venditor super omnibus alijs bonis suis hypothecam innexit generalē, cum clausula tamen (*ita vt generalitas specialitati non deroget, & è contra, & ad omnem ementis electionē*) num ne valeat emptor pro cēsibus decursis, nec solutis, ac etiam pro capitali, aduersus tertium agere possessorē bonorum in generali hypotheca comprehensorum, relicto certo illo fundo, super quo census impositus fuit? & num clausula illa naturam mutet cōtractus? Perpenditur proindè *text. in l.2. C. de pignorib.* atque *Vincentij de Franchis decis. 5.*

RESPON:

RESPONSIO V.

1 QVæcunqne in mundo sunt pertranseunt, neque firmum quidquam sub Sole est, &

Nihil est toto quod perstet in Orbe,
Cuncta fluunt, omnisq; vagās formatur imago,
Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu,
Non secus ac flumen, neq; enim cōsistere flumen,
Nec leuis hora potest.

Ouidius cecinit 15. metamorphoseos.
2 Fluunt itaque omnia, quæ in mundo sunt; *Suisque spatijs transeunt vniuersa sub Cælo.* Salomon sapientissimus ille Rex quondam (*Ecclesiastes 3.1.*) dixit.

Sic sanè factum videtur in eo, quod accidit. Annis nō longè decursis. Quidā Æmilius de Angelo Casalis Casandreni Auersanen diœcesis vēdidit annuos ducatos vnū, & viginti cuidam N. Petito, capitali recepto pretio ducarorum tercentum, cum pacto tamen de retrouendendo. Censui verò fundum supposuit territorium modiorum trium in dicto Casali Casandreni suis certis finibus designatum cū speciali obligatione, & hypotheca, addidit verò (securiorem ementem vt redderet) generalem hypothecam suorum bonorū omnium ad electionem creditoris, clausula adiecta: (*Ita, quòd specialis obligatio generali non deroget, & è contra*) vt sunt tempora mutationi subiecta, nihilq; firmum sub Sole. antequam fatis concederet Æmilius, territorium præfatum (Capellam erigens de iurepatronatus) eidem donauit. sic tandem supremam clausit auram, scriptisq; tabulis supremis hæredē sibi in omnibus suis bonis Dominicum filiū dixit, qui hęreditate adita, territoriū quodam modiorū sex, in hæreditate existēs in pertinentijs Casęputanæ Auersanen quoque diœcesis, Horatio Banderario vendidit, eique finito inter eos pretio, tradidit. Huic defuncto R. D. Franciscus Banderarins filius successor extitit, atque bonorum possessor. Æmilij hæredes à solutione census annui ducatorum vnius supra viginti plures per annos cessauere. Illi de Petito, ne censum perderent, & pro eo capitale, Assistentiæ Iudicium, siue Saluianū vtile interdictū in Curia Episcopali Auersana aduersus dictum D. Franciscum Banderarium possessorē territorij in loco Casepuzanę pro capitali, & tertijs decursis intentauere. Excipit Franciscus; iudicium non ritè institutum, quòd territorium hoc modiorum sex, censui annuo suppositum minimè fuerit, sed territorium modiorum trium in loco Casandreni. hoc esse speciali hypothecæ subiectum, non illud, licet quidem generali. Succedere proinde in subsidium, non simplicitèr sit, propterea causæ huiuscæ status: fuerit nè iustè, rectèq; actum Assistentiæ iudicio aduersus Banderarium ad hoc sex modiorum territorium auocandum, ex clausula illa generali: *Et super omnibus alijs bonis ad electionē creditoris, &c.* vel debuerit primò aduersus territorium illud agi, quod pro fundo censui suppositum fuit?

Non iure actum esse ex clausula illa generali: *Et super omnibus alijs bonis, &c.* aduersus Banderarium tertium possessorem, è veritate magis respondendū censuimus.

Propositionem firmamus. firmamus au-
3 tem sic. Census annuus, vt vsurariæ prauitatis effugiat suspitionem super certo fundo, certisq; finibus terminato, & definito, atque fructifero constitui oportet. tàm ex Martini V. & Calisti III. Constitutionibus in *extrauagant. 1. & 2. de emptione, & venditione inter comunes.* quàm etiam Nicolai V. atque Pij Papæ V. quas refert *Quaranta in summa Bullar.* verbo *contractus censualis, fol. mihi 208. Couar. variar. resol. lib. 3. cap. 7. vers. est igitur communis omnium. Nauar. tract. de vsur. num. 81. & seq. & num. 86. Francisc. Milanens. decis. 2. num. 116. cum seq. lib. 2. Alex. Trentacinq. variar. resolut. lib. 3. tit. de censib. resolut. 1. nu. 2. & nu. 17. vers. circa quartam conditionem. Carolus Tapia decis. Sacr. Consil 25. num. 26. 27. & seq. Hector Capycius Latro Regens decis. 116. num. 19. & 24. Franc. Viuius decis. 369. per tot.* diximus *respons.* nostra 82. *num 4 & 8. part. 4.*

4 Cùm enim census ius sit percipiēdi redditus ex re alterius fructifera, oneriq; non subiecta. vt post alios nos tradidimus *d. respons.* nostra 82. *num. 9.* Certa vtique, atque
5 finibus præfinita, & fructifera esse debebit. Quia nimirum census accidens est, quod sine subiecto esse non potest. præter Philosophos, ex Pauli lib. 5. ad Sabinum sensu in *l. si seruus mihi 4. § si modus agri. ff. de actionibus empti, & venditi.* argumento quoque petito ex *can. cùm Paulus 26. 1. quæst. 1. & cap. veniens 3. de presbytero non baptizato ministrante.* diximus *d. respons. 82. num. 10. & respons. 96. num 37. & 38. part. 4.* Si itaque præfinita, atque finibus terminata, & certa; quia in illa re immobili, præfinita, certa, atque fructifera, fructus constituuntur, qui
6 per pecuniam emuntur, & census vocantur, & ex illa percipiuntur. Quare propter hāc vnam causam, census permissi dicuntur, & ab omni vsurariæ prauitatis labe seclusi æstimantur. ex dictis Summorū Pontificum Cōstitutionibus Martini V. Calisti III. Ni-
7 colai V. & Pij V. vnde etiam est, vt emptor census restitui sibi sortē ad omnē animi sui motum, pacisci minimè possit: quia emptio est fructuum, non mutuum. quod perpendit *Mastrill. decis. Sicil. 95. num. 2.* sequiturq; *Carolus Tapia d. decis. 25. nu. 23. & seq.*

8 Præfinitum vtique fundum transgredi nõ
poterit. Inde quippè limitibus circundatus, præfinitus, atque conclusus est, vt
transgredi illum non oporteat; sed intra
9 eius limites, atque datos fines se retinere,
qui transgredi minimè poterunt. *Deuteronomij 19.14. & 27.17. Prouerbiorum 22. 28. can. si quis Episcopus.31. in fin. 7. quæst. 1. can. Ecclesias singulas 1. 13. quæst. 1. & can. inter memoratos 6. 16. quæst. 3.* Non itaque potuere illi de Petito dimisso fundo, qui fuit ipsis pro cẽsibus designatus, vt ex illo fructus perciperẽt, census videlicet, ad Banderarij territoriũ se conuertere. Inde quippè Sal-
10 uianum vtile interdictum, (quod nostrates
in Regno assistentiam vocant) cõceditur, propter specialem scilicet hypothecam, & suppositionem. ex Iuliano *in l. si colonus 1. ff. de Saluiano interdicto. l. 1.* ibidemq; *Gloß.* verbo *competit. C. de precario, & saluiano interdicto. Angel. in §. item seruiana. num. 9. Instit. de actionib. Natta cons. 532. num. 1. & seq. lib. 3. Menoch. de adipisc. possess. remed. 3. nu. 18. Rota part. 1. diuersor. decis 44. num. 4. & in Senogallien. prædij 27. Aprilis* 1583. coram *Cardinali Bubalo decis. 15. num 1.* & in *Romana Saluiani interdicti 8. Maij* 1601. corã *Ottinbergo decis. 29. num. 1.* apud *Statilium Pacificum de Saluiano interdicto.* & in *Romana Saluiani de Caffarellis 13. Martij* 1637. coram *Buccabella decis. 204. num. 1. & 2. par. 7. in recentiorib.* per *Rubeum.* Vt ad tertium quoq;
11 possessorẽ territorij præfati specialitèr hy-
pothecati transeat, quia onere inustum ad eum pertransit. *Puteus decis. 199. lib. 1.* siue *201. in nouiß. impress. Neguſ. de pignor. par. 8. membr. 1. num. 6. & membr. 3. num. 19. Rota in ead. Senogallien. prædij* corã *Bubalo d. decis. 15. num. 2.* apud *Pacific. de Saluian. interdict.* & in dicta *Romana Saluiani* coram *Buccabella d decis. 204. num 3. par. 7. recentiorum.* Transi-
12 uit proindè, & onus hoc census persoluen-
di in Capellam, in quam donatione territorium translatum fuit: quia inustum hoc onus, atque impactum territorium fuit, cũ censui addictum, atque designatum, & præfinitum fuit. ex Vlpiano lib. 19. ad edictum in *l. si quis putans 6. §. si fundus communis. ff. communi diuidundo.* ibidemq; *Gloß.* verbo *creditori. & Bart. nu. 1. & 4.* & ex Papiniano lib. 3. responsorum in *l. creditor 3. cum duobus §§. seqq. ff qui poc. in pign. hab. Rota in d. Romana Saluiani de Caffarellis* corã *Buccabella d. decis. 204. nu. 3. p. 7. in recent.* per *Rubeum.* Non ergo ad Bãderarij bona, relicto fundo pro cẽsu designato, trãsire potuere Petiti. Male ergo ab instituto proinde decidẽt iudicio.
13 Neque obstaculum facit clausula illa ge-
neralis, *& super omnibus alijs bonis ad electionem creditoris, ita quòd specialis obligatio generali non deroget, & è contra.* cum potue-
14 rit firma esse ex Constitutione præfata Ni-
colai V. quæ (in Regno presertim) recepta est, & viget, præscriptaq; fuit centum annorum lapsu, vt perpendit *Trentacinq. variar. resolut. lib. 3. de censib. d. resolut. 1.* sub *num. 2. vers. prima est. vt seruetur Constitutio Nicolai V. & num 17. vers. nota in hac materia. Regens Carolus Tapia d. decis. 25. num. 28. & num. 31.*

Quia nimirum clausula prædicta de sty-
15 lo apposita fuit Notariorum, ad maiorem
annui census securitatem, & ne molestijs in illius exactione emptores afficiantur. ad regulam *text. in l. mà. et tua 3. C. de rei vend. c.* perpenditq; satis ad rem dictus *Reg. Caro-*
16 *lus Tapia d. decis. 25. num. 30.* non verò vt di-
misso certo corpore cẽsui supposito, & specialitèr obligato, & hypothecato, ex quo fructus percipiuntur, possit pro suæ libito voluntatis emptor super omnibus alijs bonis agere, sed in iuris subsidium, si corpus ipsum cẽsui suppositum deficeret. vt idemmet perpendit *Tapia d. decis. 25. num. 29. 30. & 32.* perpenderatq; ante ipsum, quem tamen sequitur *Mastrill. d. decis. 95. num. 2. in fin. & num. 3. & Milanens. d decis. 2. num. 8 & seq. & num. 91. cum seq.* Satis profectò aper-
17 ta dispositio est Imperatorum Seueri, &
Antonini in *l. quamuis constet 2. C. de pignoribus, & hypothecis*, qui ex clausula illa generali: *& super omnibus alijs bonis*, temperandam iurisdictionem edixere Iudicãtis; ne aduersus eos, qui generalitèr hypothecata possident, quandiù specialitèr obligata non deficiunt, agatur. eorum verba in medium nos afferamus, oportet, vt pateant vniuersis: *Quamuis constet specialitèr quædã, & vniuersa bona generalitèr aduersarium tuũ pignori accepisse, & æquale ius in omnibus habere; iurisdictio tamen temperanda est. Ideoque si certum est, posse eum ex ijs, quæ nominatim ei pignori obligata sunt, vniuersum redigere debitum, ea, quæ postea ex ijsdem bonis pignori accepisti, interim tibi non auferri, Præses Prouinciæ iubebit.* his apertissimè Imperatores illi. Quia nimirum in subsidium specialis hypothecæ, generalis accessisse videtur, nõ verò, vt dimissa speciali, ad generalẽ transeas, atque possessores tertios, qui bona fide acceperunt, molestia afficere valeas; quod æquitas minimè patitur, vnde temperandã iurisdictionem edixere Cæsares prædicti. & perpendit *Magon. decis. Florentina 124. num. 2. & Riccius ad decis. Vincentij de Franchis 5. in 1. ampliat. in fin.* & idem *de Franch. decis. 519.*
18 Neque obstaculũ affert vllum *decis.* præ-
dicta *5. de Franchis.* cõprimentis dispositionem *d. l. 2. C. de pignorib.* si in obligatione intercesserit clausula; *ita vt specialitas generalitati non deroget, & contrà.*

Termini porrò non aptantur, nec pares sunt, quin satis in diuersa re nos versamur.

In

In hoc nempè contractu censuali ex necessitate certus fundus constituitur, certisq; finibus designatur, illeq; fructifer, quia fructus emuntur fundi, vt diximus ex Constitutionibus dictorum Summorum Pontificum, etiã Nicolai V. alioquin esset contractus fœneratitius. & clausula illa *(ita vt generalitas specialitati non deroget, & è contra)*
19 ad maiorem, vberioremq; censum emẽtis securitatem accessit; non quod operari valeat, ne certus fundus pro exempto annuo censũ designatus non sit; attenta presertim Pij Papæ V. Constitutione. Quam ob causã ex sola emẽtis voluntate, à speciali fundi
20 designatione, recedi minimè poterit. Quia pro forma adiecta designatio fuit, vt certus fũdus, certisq; finibus terminatus, illeq; fru-
21 ctifer censui supponeretur. Forma verò per dispositionem tradita, seruãda omnimodò erit, ni actus subuersionẽ operari voluerint. *cap. 1. de Baptismo, & eius effectu.* & ibidem *Gloss. fin. cap. Pisanis* 19 ibidemq; *Gloss.* verbo *irritũ. de restit. spoliat. cap. dilecta filia 22. §. cũ enim. de rescript. cap. prudentiã 21. de off. deleg. in fin. princ. ex reg. quæ contra 64. de reg. iur. in 6. ex reg. qui ex timore 8. de reg. iur. extrã. Gloss. in clem. vt constitutio 1.* verbo *inhibentes, de iur. patr.* & ex Vlpiani sẽsu lib. 24. ad edictum in *l. Lẽpoiibus 1. §. fin. ff. de ventr. inspic. l. non dubiũ 5. C. de legib. Rota* apud *sanct. mem. Gregor. XV. decis. 23. nu. 2. & decis. 518. nu. 3. &* 4. diximus *respons.* nostra 87. *num. 10. & 12. par. 4.* perpenditq; *Nauar. d. tract. de vsur. num. 98. gloss. 17.*

Si ergo certus fundus, certis, definitisq; finibus designatus, illeq; fructuosus supponi censui debet, vt ex eius fructibus censui annuo fiat satis; ita quidem, vt si in totum,
22 vel pro parte fundus casmate pereat, vel infructuosus euadat, census quoque, vel in totum, vel in parte perimatur. attenta præsertim Pij Papæ V. Constitutione prædicta. vt post alios aduertit quoque *Tapia d. decis. 25. num 31. Reg. Capycius Latro d. decis. 116. num. 24.*

23 Ipse vtique certus, designatusq; fundus censui semper suppositus erit. ab ipso ergo sic designato fundo recedere non oportebit. non itaque dimisso illo, ad alium nunc transuolare licitum censuarijs fuit, vt in Banderarium conuerterentur. Quemad-
24 modùm si census annui contractui pactum adijciatur, vt nullo vnquam modo vendens, fundum censui suppositum, vendere, vel alienare valeat, non vtique firmum perstabit. Grauaretur enim ipse venditor, ne suæ rei liber moderator esset, & arbiter. ad *text in l. in re mandata 21. C. mandati, vel contra.* attenta quoque Bulla Nicolai V. vt sequitur *Trentacinq. d. lib. 3. variar. resolut. tit. de censib. resolut. 1. nu. 17. §. quæsito quando apponeretur pactum.* & ante cum perpenderat *Nauar. d. tract. de vsur. nu. 91. in gloss. 6.* Qua-
25 re ergo nunc ex sola clausula illa generali: *ita vt generalitas specialitati non deroget, & c.* ita grauamen tertio inferretur, vt possit ab eo fundus auocari, ex sola illa clausula generali; cum specialis fundus censui suppositus firmus sit, ac stabilis, & ex cuius fructibus census emptus fuit, qui ita perseuerare debebit, donec nouus fundus ad formam, pro censibus constituatur? In iudicijs ve-
26 rò personarũ acceptio haberi minimè debet. *regula in iudicijs 12. de regul. iur. in sexto.*
27 Quia profectò clausula illa in subsidium fuit adiecta, vt perpendit quoque *Vincent. de Franch. decis. 519. num. 3.* quatenus videlicet fundus suppositus in totum deperiret. vti etiam in superioribus animaduertimus. & declarat pluribus *legem* præfatam *2. C. de pignoribus, & hypothecis. Paris. cons. 103. per tot. vol 3.* cuius meminit etiam *Dom. de*
28 *Franchis d. decis. 5. num. 2.* Standum proindè cõtractui erit, qui ex natura sua hoc refert, vt super certo, finibusq; designato corpore constituatur, alioquin fœneratitius contractus ipse extimabitur, quia fructus ex illo singulis nasci turi annis emuntur. attenta potissimum Pij Papæ V. Constitutione, qui aliter initos censuales contractus, fœneratitios declarauit. & perpendit *Nauar. d. vsur. num. 98. in gloss. 17.* & post hæc scripta prælo præssus *Carolus Brancacius* nunc Regis à Consilijs apud *Lagauarium in additionibus ad Rouitum in rubr. de censibus. num. 25.*

Nec quidquam officit, territorium illud modiorum trium censui suppositum, donatum fuisse Capellæ de iurepatronatus erectæ. non posse proindè ab illa euocari.

Quia nimirum voluntariè alienatio facta fuit; neque nunc in difficultatem vertimus: tenuerit nec ne facta donatio? quam teuere asserimus; & quòd rei suæ quisque
29 moderator est iustus. & quod rei dominiũ per censũs venditionem penès vendentem dominum remaneat. secundùm *Gloss. in cap. constitutus 6. §. cum autem.* verbo *iuxta ratã. circa fin. de relig. domib.* ibidemq; *Abb. nu. 20. Nauar. de vsur. q. 22. nu. 116. Tapia d. decis. 25. n. 23. Rota in Romana census 30. Octobris 1602.* coram *Card. Mellino*, apud *Cencium de censib. decis. 1. nu. 2. par. 1.* deduximus nos pluribus
30 *respons.* nostra *50. nu. 2. 4. & seq. part. 3.* transisse tamen in Capellã territorium suo inustum onere, censum soluẽdi annuum. ad illam proindè onus spectauisse, & spectare
31 censum soluendi. neque ex donatione naturã permutasse, qua hypothecatus fundus census emptori fuit. accessisse tamen clausulam illam post specialem hypothecã, *ita vt generalitas specialitati non deroget, & è contra.* ad maiorem, vberioremq; emẽtis securitatem, vt in superioribus perpendimus, nõ quòd naturam demutauerit obligatio-

nis, vt prò annuo censu certus, certisq; finibus designatus, terminatusq; fundus constituatur, illeq; fructuosus. vt si aliter fiat, contractus fœneratitius reputetur.

Atque ita ex his, censotis non auulsa virga, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Locus Hieremiæ 15.19. si separaueris pretiosũ à vili, quasi os meum eris.*
Expenditur, & elucidatur ad rem.
2 *Æquinoce distinguenda sunt prius, postmodũ desinienda.*
Alioquin inferre nihil rectè poterimus. nu.3.
4 *Illatio nulla fit à diuersis, & separatis. & n.19.*
5 *Ius ex facto oritur.*
6 *Mandatum de manutenẽdo ei datur, qui in possessione est exigendi de tempore motæ litis.*
Debet autem possessio probari.
Et quæ inuariata sit, nec dubia.
7 *Manutentio sine possessione non datur.*
8 *Possessio facti est, plurisq; facti habet quã iuris.*
Nec præsumitur, nisi probetur. num.9.
Probatur tamen per partis confessionẽ. nu.14.
Sicuti eodẽ modo quis in non possidere. nu.15.
10 *Episcopus nullum ius fundatum habet decimas immediatè à laicis exigendi.*
Neque in petitorio, neque in possessorio.
Potest tamen ex consuetudine illas obtinere. num.12.
Atque ex legitima præscriptione.
Quòd si in possessione erit exigendi eas à cõductoribus, non proindè poterit eas à Dominis exigere. num.17.
Nisi in possessione fuerit. num.20.
Quia conductores suo nomine soluũt ex fructibus, quos percipiunt. num.21.
Non potuerunt proinde præiudicium inferre dominis. num.22.
11 *Decimarũ perceptio ad Parochiales Ecclesias de iure comuni pertinet.*
13 *Præscriptio à possessione normam accipit.*
Vt tantum præscriptum dicatur, quantum possessum.
Nec præscriptio sine possessione procedit.
16 *Contrariorum eadem est disciplina.*
Vno proindè eorum cognito, rectè cognoscitur & reliquum.
18 *Conductor alieno nomine possidet.*
23 *Mandatum speciale requiritur ad soluendum.*
Et ad præiudicandum domino.
Debet autem probari mandatum, aliàs non præsumitur. num.25.
24 *Procurator dicitur, qui domini mandatum obtinet.*
26 *Decimarum exigendarum in materia consuetudini insistendum erit.*
Et ad consuetudinem sit recursus in dubio, cui soluendæ sint decimæ.
Illisq; decimæ soluendæ sunt, quæ debẽtur ex lege diuina, vel loci consuetudine approbata. num.27.
Contra igitur consuetudinem, vel si scandalũ immineat, decimæ exigendæ minimè sunt. num.29.
Standum idcirco consuetudini erit. num.30. & num.62.
28 *Consuetudo, quæ approbata est, legi comparatur diuinæ.*
Standum proinde consuetudini. num.30.
31 *Feudale existimatur omne id, quod intra latitudinem feudi est.*
Potissimùm verò si contradictor non sit.
Vel si maior pars terrarum feudalis sit.
Nam omnia feudalia præsumuntur. nu.32.
Hoc verò propter inhærentiam, & vicinitatem. num.33.
Quam ob causam feudales dicentur fructus, qui ex gregibus Ouium, & Caprearũ percipiuntur, qui in Terris feudalibus depascuntur. num.36. & num.40.
Respectu quidem Dominorum Terrarum ratio affertur. num.37.
34 *Pecudum in fructu etiam fœtus est.*
Sicut lac, pili, & lana.
35 *Decimas ex feudalibus exigere nõ potest Episcopus, nisi in possessione sit exigendi.*
A Dominis quidem.
Secus verò à conductoribus.
38 *Fructus non iure seminis, sed iure soli percipiuntur.*
Ratio affertur. num.39.
Fructus terragiorum, seù decimarum, quæ Domino debentur feudi, fructus æstimantur feudi. num.41.
42 *Baro primus est ciuis loci, Terræ, vel Ciuitatis, cuius est Baro.*
Et caput eorum habetur, & honorabilius totius corporis membrum.
Vnde non simplicitèr ciuis habetur, sed inter omnes primus, & aliorum caput. nu.46.
Et in Regno Neapolitano, ex Pragmatica Caroli V. vti primiciues habẽtur. nu.47.
43 *Membra caput sequi oportet, non verò ab illo dissidium habere.*
Quin quale caput est, talia censentur membra. num 44.
Non itaque diuerso iure caput, & membra à toto corpore censeri debebunt. nu.48.
45 *Ciues origo, manumissio, allectio, vel adoptio facit.*
Alij dicuntur originarij.
Ascititij alij.
49 *Obseruantia ex multo tempore subsequuta optimam dat rerum interpretationem.*
Et argumentum ab obseruantia ductum optimum. num.51.
Estque argumentum à posteriori.
50 *Resupinus nemo ita præsumitur, vt nolit, quod sibi*

sibi debetur, exigere. & num 61.
Hinc optimum desumitur argumentũ à posteriori. nu. 51.
Hoc sibi non deberi. & num. 55.
Manifestissimumq; æstimatur argumentum. num. 56.
Præsertim verò si aliàs diligens sit, atque studiosus paterfamilias. num. 52.
53 *Diligentẽ, et industriũ hominẽ, non est verisimile, errare, in re præsertim propria. & nu. 61.*
Quamuis sit ætate minor. num. 54.
57 *Sententia, quæ in iudicatum transijt reuocari minimè potest.*
Quia ius tribuit inconcussum.
Et pro veritate habetur.
Et per illam lis finita dicitur. num. 58.
Et de albo nigrum facit.
Et exceptio litis finita dicitur. nu. 59.
Præsertim verò post longa tempora. nu. 60.
62 *Decimas exigere desinit Ecclesia quando consuetudo non est, vel timor subsit scandali.*

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo nõ datur nisi in possessione existẽti de tempore motæ litis. Possessio vero facti est, nec præsumitur, nisi probetur. Episcopus nullum ius obtinet fundatum decimas immediatè à laicis exigendi, sed ius est Parochis, nisi exactionẽ præscripserint Episcopi, & in hac sint possessione. Quid autem si Episcopi in possessione sint à conductoribus exigendi, nõ autem à Dominis territoriorum, nùm ab ipsis Dominis postmodùm exigere poterint, vt manuteneri possint in exigẽdi possessione, quæ contra Dominos non est? In materia quippè decimarum ad locorum consuetudinẽ recursus habetur. Feudale æstimari ne debeat, quod feudi intra latitudinem est? Et an greges Ouium, & Caprarũ, qui intra fundos feudales depascuntur, feudales iudicari debeant, ita vt ex eis decima debeatur; nec ne, iuxta locorum consuetudines? Barones primi sunt ciues locorum, quorum Terras, & Ciuitates obtinẽt. Quid ergo si decimę ex gregibus ab incolis natis non debeantur, an Barones vt primi ciues eiusdem rationis, ac nati æstimari debeant?

RESPONSIO VI.

1 SI separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. *Hieremiæ voce* 15. 19. Dominus Deus dixerat. quia qui veritatem ab ijs, quæ vera non sunt, distinxerit, ac separauerit, nec loquetur mendaciũ ex ore suo; hic quasi os Dei æstimabitur. quia loquitur quasi sermones Dei. ex *Martino del Rio in adagialia sacra par. 1. adagio 64. fol. mihi 60.* Si igitur, quæ pro Ill. Domino meo Archiepiscopo Rossanen dicta sunt, distincta fuerint, atque diuisa, & vile à pretioso separatũ fuerit; perspicietur vtiq; non ita firma ea, quæ pro ipso in materia decimarũ dicta fuere, esse, vti, qui dixere, puta-
2 uerũt. Et quidẽ, ex ipso Aristotelis pcepto: æquiuoca distinguenda primitùs, postmodùm definienda sunt. & ex nostratibus in *rubr. Institut. de iure naturali, gentium, & ciuili.* ad *text. in cap. cùm Ioannes* 10. *§. ad hoc autem.* ibidemq; *Abbas sub num. 16. de fide instrument. cap. in præsentia 8. §. quare cùm constitutio. de probationib. Mandos. cons. 51. nu. 4.* diximus *respons.* nostra 43. *num. 56. & re-*
3 *spons. 80. num. 1. & seq. part. 4.* Non enim inferre quidquam rectè poterimus, ni distincta sint nomina, de quo scilicet eorum sermo exaudiatur, qui profertur. Nomen Canis, nomẽ est æquiuocum, quia tam de terrestri, quàm de maritimo, atq; cœlesti astrorum signo, intelligitur. erit ergo confusio, ni quæ dixeris, de quo exaudieris, distinxeris. alia nempè vnius, atque alterius definitio est, atque natura. sunt igitur distinguẽ-
4 da primitùs, definienda postmodùm æquiuoca; cùm alioqui à diuersis nulla recta ducatur sequela. ex Papiniano lib. 2. respons. in *l. Papinianus exuli 21. ff. de minoribus.* diximus *d. respons. 80. num. 3. part. 4.* Supponunt proindè multa, qui pro Ill. Dño Archiepi-

scopo

nis, vt pro annuo censu certus, certisq; finibus designatus, terminatusq; fundus constituatur, illeq; fructuosus, vt si aliter fiat, contractus fœneratitius reputetur.

Atque ita ex his, censotis non auulsa virga, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.

Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Locus Hieremiæ 15.19. si separaueris pretiosũ à vili, quasi os meum eris.*
Expenditur, & elucidatur ad rem.
2 *Æquiuoca distinguenda sunt prius, postmodũ definienda.*
Alioquin inferre nihil rectè poterimus. nu. 3.
4 *Illatio nulla fit à diuersis, & separatis. & n. 19.*
5 *Ius ex facto oritur.*
6 *Mandatum de manutenẽdo ei datur, qui in possessione est exigendi de temporè motæ litis.*
Debet autem possessio probari.
Et quæ inuariata sit, nec dubia.
7 *Manutentio sine possessione non datur.*
8 *Possessio facti est, plurisq; facti habet quã iuris.*
Nec præsumitur, nisi probetur. num. 9
Probatur tamen per partis confessionẽ. nu. 14.
Sicuti eodẽ modo qui se non possidere. nu. 15.
10 *Episcopus nullum ius fundatum habet decimas immediatè à laicis exigendi.*
Neque in petitorio, neque in possessorio.
Potest tamen ex consuetudine illas obtinere. num. 12.
Atque ex legitima præscriptione.
Quòd si in possessione erit exigendi eas à cõductoribus, non proindè poterit eas à Dominis exigere. num. 17.
Nisi in possessione fuerit. num. 20.
Quia conductores suo nomine soluũt ex fructibus, quos percipiunt. num. 21.
Non poterunt proinde præiudicium inferre dominis. num. 22.
11 *Decimarũ perceptio ad Parochiales Ecclesias de iure comuni pertinet.*
13 *Præscriptio à possessione normam accipit.*
Vt tantum præscriptum dicatur, quantum possessum.
Nec præscriptio sine possessione procedit.
16 *Contrariorum eadem est disciplina.*
Vno proindè eorum cognito, rectè cognoscitur & reliquum.
18 *Conductor alieno nomine possidet.*
23 *Mandatum speciale requiritur ad soluendum.*
Et ad præiudicandum domino.
Debet autem probari mandatum, aliàs non præsumitur. num. 25.
24 *Procurator dicitur, qui domini mandatum obtinet.*
26 *Decimarum exigendarum in materia consuetudini insistendum erit.*
Et ad consuetudinem fit recursus in dubio, cui soluendæ sint decimæ.
Illisq; decimæ soluendæ sunt, quæ debẽtur ex lege diuina, vel loci consuetudine approbata. num. 27.
Contra igitur consuetudinem, vel si scandalũ immineat, decimæ exigendæ minimè sunt. num. 29.
Standum idcirco consuetudini erit. num. 30. & num. 62.
28 *Consuetudo, quæ approbata est, legi comparatur diuinæ.*
Standum proinde consuetudini. num. 30.
31 *Feudale existimatur omne id, quod intra latitudinem feudi est.*
Potissimùm verò si contradictor non sit.
Vel si maior pars terrarum feudalis sit.
Nam omnia feudalia præsumuntur. nu. 32.
Hoc verò propter inhærentiam, & vicinitatem. num. 33.
Quam ob causam feudales dicentur fructus, qui ex gregibus Ouium, & Caprearũ percipiuntur, qui in Terris feudalibus depascuntur. num. 36. & num. 40.
Respectu quidem Dominorum Terrarum ratio affertur. num. 37.
34 *Pecudum in fructu etiam fœtus est.*
Sicut lac, pili, & lana.
35 *Decimas ex feudalibus exigere nõ potest Episcopus, nisi in possessione sit exigendi.*
A Dominis quidem.
Secus verò à conductoribus.
38 *Fructus non iure seminis, sed iure soli percipiuntur.*
Ratio affertur. num. 39.
Fructus terragiorum, seu decimarum, quæ Domino debentur feudi, fructus æstimantur feudi. num. 41.
42 *Baro primus est eius loci, Terræ, vel Ciuitatis, cuius est Baro.*
Et caput eorum habetur, & honorabilius totius corporis membrum.
Vnde non simpliciter ciuis habetur, sed inter omnes primus, & aliorum caput. nu. 46.
Et in Regno Neapolitano, ex Pragmatica Caroli V. vti primicerius habẽtur. nu. 47.
43 *Membra caput sequi oportet, non verò ab illo dissidium habere.*
Quin quale caput est, talia censentur membra. num 44.
Non itaque diuerso iure caput, & membra à toto corpore censeri debebunt. nu. 48.
45 *Ciues origo, manumissio, allectio, vel adoptio facit.*
Alij dicuntur originarij.
Ascititij alij.
49 *Obseruantia ex multo temporè subsequuta optimam dat rerum interpretationem.*
Et argumentum ab obseruantia ductum optimum. num. 51.
Estque argumentum à posteriori.
50 *Resupinus nemo ita præsumitur, vt nolit, quod sibi*

sibi debetur, exigere. & num. 61.
Hinc optimum desumitur argumentũ à posteriori. nu. 51.
Hoc sibi non deberi. & num. 55.
Manifestissimumq; æstimatur argumentum. num. 56.
Præsertim verò si aliàs diligens sit, atque studiosus paterfamilias. num. 52.
53 *Diligentẽ, et industriũ hominẽ, non est verisimile, errare, in re præsertim propria. & nu. 61.*
Quamuis sit ætate minor. num. 54.
57 *Sententia, quæ in iudicatum transijt reuocari minimè potest.*
Quia ius tribuit inconcussum.
Et pro veritate habetur.
Et per illam lis finita dicitur. num. 58.
Et de albo nigrum facit.
Et exceptio litis finitæ dicitur. nu. 59.
Præsertim verò post longa tempora. nu. 60.
62 *Decimas exigere desinit Ecclesia quando consuetudo non est, vel timor subsit scandali.*

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo nõ datur nisi in possessione existẽti de tempore motæ litis. Possessio vero facti est, nec præsumitur, nisi probetur. Episcopus nullum ius obtinet fundatum decimas immediatè à laicis exigendi, sed ius est Parochis, nisi exactionẽ præscripserint Episcopi, & in hac sint possessionẽ. Quid autem si Episcopi in possessione sint à conductoribus exigendi, nõ autem à Dominis territoriorum, nùm ab ipsis Dominis postmodùm exigere poterint, vt manuteneri possint in exigẽdi possessione, quæ contra Dominos nõn est? In materia quippè decimarum ad locorum consuetudinẽ recursus habetur. Feudale æstimari ne debeat, quod feudi intra latitudinem est? Et an greges Ouium, & Caprarũ, qui intra fundos feudales depascuntur, feudales iudicari debeant, ita vt ex eis decima debeatur, nec ne, iuxta locorum consuetudines? Barones primi sunt ciues locorum, quorum Terras, & Ciuitates obtinẽt. Quid ergo si decimæ ex gregibus ab incolis natis non debeantur, an Barones vt primi ciues eiusdem rationis, ac nati æstimari debeant?

RESPONSIO VI.

1 SI separaueris pretiosum à vili, quasi
os meum eris. *Hieremiæ voce 15. 19.*
Dominus Deus dixerat. quia qui veritatem ab ijs, quæ vera non sunt, distinxerit, ac separauerit, nec loquetur mendaciũ ex ore suo; hic quasi os Dei æstimabitur. quia loquitur quasi sermones Dei. ex *Martino del Rio in adagialia sacra par. 1. adagio 64. fol. mihi 60.* Si igitur, quæ pro Ill. Domino meo Archiepiscopo Rossanen dicta sunt, distincta fuerint, atque diuisa, & vile à pretioso separatũ fuerit; perspicietur vtiq; non ita firma ea, quæ pro ipso in materia decimarũ dicta fuere, esse, vti, qui dixere, puta-
2 uerũt. Et quidẽ, ex ipso Aristotelis pcepto: æquiuoca distinguenda primitùs, postmodùm definienda sunt. & ex nostratibus in *rubr. Institut. de iure naturali, gentium, & ciuili.* ad *text. in cap. cùm Ioannes 10. §. ad hoc autem.* ibidemq; *Abbas sub num. 16. de fide instrument. cap. in præsentia 8. §. quare cùm constitutio. de probationib. Mandos. cons. 51. nu. 4.* diximus *respons.* nostra 43. *num. 56. & re-*
3 *spons.* 80. *num. 1. & seq. part. 4.* Non enim inferre quidquam rectè poterimus, ni distincta sint nomina, de quo scilicet eorum sermo exaudiatur, qui profertur. Nomen Canis, nomẽ est æquiuocum, quia tam de terrestri, quàm de maritimo, atq; cœlesti astrorum signo, intelligitur. erit ergo confusio, ni quæ dixeris, de quo exaudieris, distinxeris. alia nempè vnius, atque alterius definitio est, atque natura. sunt igitur distinguẽ-
4 da primitus, definienda postmodùm æquiuoca; cùm alioqui à diuersis nulla recta ducatur sequela. ex Papiniano lib. 2. respons. in *l. Papinianus exuls 21. ff. de minoribus.* diximus *d. respons. 80. num. 3. part. 4.* Supponunt proindè multa, qui pro Ill. Dño Archiepiscopo

ſcopo ſcripſere, quæ non ita ſunt in facto
5 firma,& certa. Ex facto vero iuris regitur
diſpoſitio. ex Paulo in *l. ſi ſeruus 49. in fine, ff. ad legem Aquiliam.* & Alfeno in *l. in plagis 53. §. in Cliuo Capitolino.* & Iuliano in *l. item vulneratus 52. §. eiuſdem ergo. ff. eodem.* Diuidenda igitur erunt, vt poſtmodùm definiātur. Supponunt itaque Ill. Dominum Archiepiſcopū in poſſeſſione eſſe (ab immemorabili) decimas exigēdi ex caſeo, recottis, & ex Agnis vigeſimam, ſicuti ex capellis hœdos, ab omnibus quidē indiſtinctè, qui in territorijs paſcua ſumunt intra diœceſim, ſiuè exteri ſint, ſiuè ciues; modò in eodem loco, ſiue in eadem Terra nati illi non fuerint. ab his enim, qui nati ſunt horum decimam non exigit. Ex hac vniuerſali exigendi decimam ex his rebus poſſeſſione, (vt ipſi putant) hanc ipſam decimam ab Excellentiſs. Domino Principe Tarſiæ in Terra Coriliani, ac Terrę nouæ, ſui Status, exigere pertentāt. Opponitur proindè ei, in hac poſſeſſione decimas ex hiſce rebus, neq; prædeceſſores Dominos Archiepiſcopos, neque ipſum modernum Dominum Archiepiſcopum vnquam fuiſſe in dicta Terra noua ab Excellentiſs. Principe Tarſiæ exigendi. Fit idcircò cauſæ huiuſce Status: Dandum ne ſit mandatum de manutenendo dicto Ill. Domino Archiepiſcopo etiam aduerſus dictum Dominum Principem decimas ex his rebus exigendi. vel liber ab hoc onere dimitti debeat dictus Dominus Princeps, qui nuſquam aliàs ſoluit, neque ipſe, neque anteceſſores eius? Liberum Dominum Principem ab hac ſolutione eſſe, ſicuti anteceſſores omnes eius antea fuerunt; nec mandatum de manutenendo dicto Ill. Archiepiſcopo dari poſſe, reſpondendum cenſemus.

6 Et profectò, mandatum de manutenēdo ei dandum eſt vni, qui de tempore motæ litis in poſſeſſione reperitur, illaq; vniformi, neque dubia; idque per probationes in promptu oſtendatur. *§. retinenda, & § hodie, Inſtitut. de interdict. l. 1. §. interdictum autem, ff. vti poſſidetis. Rota* apud *Coccinum deciſ. 46. num. 1. & ſeq. & deciſ. 378. num. 1. & in recentiorib. par. 2. deciſ. 591. num. 1.* & apud *Cardin. Caualer. deciſ. 238. num. 1.* & apud *ſanct. mem. Gregorium XV. deciſ. 100. & deciſ. 160.* & apud *Duranum deciſ. 21. num. 1. & ſeq. part. 1.* In hac verò poſſeſſione ita diſſolutè ab omnibus, atq; potiſſimū à dicto Domino Principe, eiuſque anteceſſoribus, Ill. Dominus Archiepiſcopus non eſt exigendi. Non itaque debetur eidem manutenentia. Quia
7 profectò manutentio ſine poſſeſſione minimè datur. *d. §. retinenda, Inſtitut. de interdict. Rota* in hiſce noſtris terminis in *Toletana decimarum 5. Decembris 1631.* coram *Durano* Epiſcopo Vrgellen *deciſ. 320. nu. 1. part. 2.* & apud *Cardin. Caualerium deciſ. 209. nu. 1. deciſ. 228. num. 1. deciſ. 242. num. 1. & deciſ. 359. num. 1. & ſeq.*

8 Minor verò probatur: quia poſſeſſio facti eſt; vt pluris proindè facti habeat, quā iuris, ex verbis Innocentij III. in *cap. cùm noſtris 6. §. auditor igitur, de conceſſ. præbend.*
9 Non itaque præſumitur, niſi probetur. ex Triphonio lib. 4. digeſtorum in *l. in bello 12. §. facta autem cauſa, ff. de captiu. & poſtlimin. reuerſ. Rota* apud *Cardin. Caualer. deciſ 429. num. 1.* nulla proindè manutentio debetur eidem.

10 Et planè apertiſſimum id eſt, & in petitorio, & in poſſeſſorio, nullum ius eſſe fundatum Epiſcopo decimas immediatè à laicis
11 exigendi. Quia perceptio decimarum ad Parochiales Eccleſias de iure comuni pertinet. verbis loquimur Innocentij III. in *cap. cùm contingat 29. de decimis* ibidemque *Gloſſ.* verbo *de iure comuni*. & ipſe idem Innocentius in *cap. cùm in tua diœceſi 30. in fin. eodem.* qui ſequentibus fatur: *Alioquin Parochialibus Eccleſijs exſoluantur, ad quas de iure comuni ſpectat perceptio decimarum.* & ex Anaſtaſio Papa in *can. ſtatuimus 55. 16. q. 1. Panormitan. in cap. conquerente 16. num. 2. in fin. verſ. duodecimo habet. de officio Ordinarij.* quem ſequitur *Rota* apud *Cantucium part. 2. diuerſ. deciſ. 31. nu. 1.* & apud *Card. Seraph. deciſ. 1449. num. 5. & 6.* & apud *ſanct. mem. Gregor. XV. deciſ. 519. num. 2.* & in *Placentina decimarum de Tuxillo 15. Nouembris 1621.* coram *Buratto deciſ. 572. num. 5.* & in *Nouarien decimarum 7. May 1627.* coram *Pirouano deciſ 64. num. 2. 11. & 12. part. 5. in recentiorib. Moneta de decim. cap 7. num. 15. & 16. Barboſa de offic. & poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 86. nu. 34. in fin. & num. 35. Gaſp. Ant. Theſaur. forenſ. lib. 3. quæſt. 86. num. 3.*

12 Ius itaque omne, quod Ill. Domino Archiepiſcopo decimas exigendi ex caſeo, recottis, & vigeſima Agnorum, & hœdorum prætendunt Aduerſarij, in conſuetudine fundamentū habet, conſequenterq; in pre-
13 ſcriptione. Preſcriptio verò à poſſeſſione normam accipit, atque regimen, vt tantum præſcriptum dicatur, quantum poſſeſſum, nec ſine poſſeſſione præſcriptio procedat. *reg. la ſine poſſeſſione 3. de regul. iur. in 6. Bart. in l. cenſus. ff. de vſucapionib. Pariſ. conſ. 27. num. 101. lib. 1. Rota* apud *Cardin. Seraphinum deciſ. 1295. num. 7* apud *Coccinum deciſ. 346. num. 9.* apud *Cardin. Caualer. deciſ. 487. nu. 4.* & in *Oritana decima Oliua 13. Maij 1636.* coram *Carrillo deciſ. 591. nu 20. & 24. in ſupplemento 5. partis recentiorū per Rubeum.*

Nullam verò poſſeſſionē habet Archiepiſcopus decimas has exigendi ab Excell. Principe Tarſiæ, tàm in Terra Coriliani, quàm etiam Terræ nouæ, ſicut etiam ab anteceſſoribus Baronibus neq; etiam exegit.

Nullam

Nullã proindè habere in hoc præscriptio-
nem poterit,quæ à possessione fomentum
accipit, & vim, (vt diximus) & possessio
pro ipso non est.

Hoc autem (difficultate omni semota,
quin facillimè) probatur ex ipsamet eius-
dem Illustrissimi Domini Archiepiscopi
confessione,qua exegisse se decimas has in
dictis Terris confitetur, sed à conductori-
bus,vel Ouium, & Caprearum, vel etiam
Terrarũ. Sicuti verò per ipsam partis con-
14 fessionem aduersarij probatur possessio.
ex *Bart.in l. Aurelius Symphorius 29. §.idem
quæsijt. num.2.ff.de liberat legat. Rota part.1.
diuers.decis.*802.*num.*2.3.*& seq.* & apud *Coc-
cin.decis.*14 *num.*4.& apud *Durauum d.decis.*
21.*nu.*2.*part.*1.& apud *sanct.mem.Greg.XV.
decis.*200.*num.*2. ibidemq; *Beltramin addẽs.
& decis.*458.*nu.*3.4.*&* 5. diximus in nostro
*Apologetico pro iuribus Ecclesiæ num.*345. Ita
15 planè,& eius contrarium,quem scilicet nõ
16 possidere. Contrariorum quippè eadem
est disciplina, vt vno eorum cognito, rectè
cognoscatur,& reliquum. ex Caio lib.1.In-
stitutionum in *l.*1. *in princ. ff.de his, qui sunt
sui, vel alien.iur.* §.1. *Institut.eodem. Gloss.in
clem.*1 verbo *obseruare. de sent.excom. Perez
de Lara de capellanijs lib.*1.*cap.*11.*n.*14.*& seq.
Gonzalez ad reg.*8.*cancell.gloss.*43.*nu.*171.di-
ximus *respons.* nostra 66. *num.* 22. *part.* 4.
17 Non est autem par ratio conductorum,
atque Baronum,cùm distinctę sint personę,
atque distincta munia;quia hi quidem Do-
18 mini,illi verò conductores,qui alieno pos-
sident nomine. ex Paulo lib.12. ad Sabinũ
in *l.quamuis* 32.*§.si conductor.ff.de acquirend.
possess.* diximus alios referentes *respons.* no-
stra 56.*num* 27.*&* 29. *part.*4. Erunt proin-
19 dè diuersi termini: à quibus nulla recta
infertur illatio. ex Papiniano *d. l. Papinia-
nus exuli* 21.*ff de minoribus.* Cuius in initio
20 quoque meminimus. Pessima igitur con-
sequentia,ab exactione facta decimarum à
cõductoribus,ad possessionem inferre ten-
21 tant aduersarij, exigendi quoque à Baro-
nibus. Suo quippè nomine soluerunt con-
ductores ex fructibus,quos ipsi perceperũt,
& quorum Domini erant. ex Vlpiano lib.
32.ad edictũ in *l.ex conducto* 16.*§.si vis tem-
pestatis.ff.locati,& conducti*, & alij, quos nos
d.respons nostra 50.*nu.*30.deduximus *par.*4.
22 Nullum itaque Baronibus præiudicium
intulere,neque inferre potuere: & quòd nõ
Baronũ nomine soluerunt, cùm ex propria
tenerentur persona: & quòd si soluissent,
neque etiam ipsis præiudicium inferre va-
luissent,cùm mandatum in hoc minimè ad
23 soluendũ habuerint; sicuti speciale requi-
rebatur,cùm de alienando,atque soluendo
24 ageretur. Is nempè procurator dicitur,qui
Domini mandatum obtinet. ex Vlpiano
lib.30. ad Sabinum in *l.vero procuratori* 12.
in princ. & ex Iuliano lib.54. digestorum
in *l. qui hominem* 34. §. *si Titium. ff.de solut.
Felin.in cap.quoniam contra. nu.*53.*de probat.
Tiraq.de retractu lignagier. gloss.vlt.*§.9 *nu.*7.
*Grilenzon. cons.*10.*per tot. Rota in Messanen.
seù nullius feudi* 22. *Iunij* 1635. coràm *Card.
Verospio decis.*57 *num.*7.*part.*7. *in recent.* per
25 *Rubeum.* Hoc verò probandum esset, cùm
aliàs mandatum nõ pręsumatur. *Card. Man-
tica de tacit.& ambig.lib.*7.*tit.*4 *num.*1.*& seq.*
& dixit *Rota in Romana scutorũ* 4000. 4.*Iu-
lij* 1635. coràm *Mellino decis.*69. *nu.*11. *ead.
part.*7.*recent.per Rubeum.*

Remanet itaq; sine possessione Illustriss.
Dominus Archiepiscopus decimas exigẽ-
di has à Baronibus, ac præsertim ab Excel-
lentiss. Domino Principe Tarsiæ,cùm nus-
quam (eius quoq; confessione) ab illo exe-
gerit,sed à conductoribus, qui proprio sol-
uerunt nomine,& ex propria persona, quia
conductores fuerunt. Nulla proindè præ-
tendi pręscriptio poterit,quę (vt diximus)
26 à possessione normam accipit,& vim. Vt
in hac decimarum materia consuetudini
incumbendum sit, quæ possessionẽ tribuit,
illaq; consequentèr præscriptionem. Cùm
verò in dubiũ reuocatur, cui soluendæ sint
decimæ, & à quibus, ad consuetudinem fit
recursus, vt id perspiciatur, quod recepta
præstiterit consuetudo. Rei huius,& pro-
positionis Doctorem non alium excipias,
quàm Lucium Tertiũ Strigonien Archie-
piscopo in *cap.ad Apostolicæ Sedis* 20. *in fin.
de decim.* scribentem,dicentemq;: *Quoniam
à diuersis diuersa consuetudo tenetur, tu eligas
in hoc casu, quod per consuetudinem diù obten-
tam ibidem noueris obseruatum.* neque alitèr
respõdit Alexander Tertius in *cap. cùm sint
homines* 18. *de decimis.* Quæsitũ quippè fue-
rat ab Alexandro (quod facto huic nostro
sedet ad amussim) si alienæ Parochiæ ho-
mines,terras in alia Parochia excolant,cui
Ecclesiæ de terris illis decimas soluere de-
beant? his respondet verbis Summus Pon-
tifex: *Sanè* (inquiens) *non est nobis facilè su-
per hoc certum dare responsum: cùm authori-
tates Sanctorum Patrum etiam sint diuersa. Et
ideò in huiusmodi dubitatione ad consuetudinẽ
duximus recurrendum.* Ad consuetudinem
itaque recurrendum in vasta hac decimarũ
percipiendarum materia. quod & *Gloss.* ad-
notauit *d.cap. cùm sint homines* 18. verbo *ad
consuetudinem.* dicens & ipsa: *nota quòd in
decimis persoluendis consuetudo attenditur.*
Quia vt Innocentius Tertius in Concilio
generali decreuit, relatus in *cap. in aliquibus
27 regionibus* 32.*§.fin. in fin.de decimis.* Illę quip-
pè decimæ (inquiens) necessariò soluendę
sunt, quæ debentur ex lege diuina, vel loci
consuetudine approbata. Legi itaque diui-
28 næ,consuetudo,quæ approbata est,compa-
ratur, non itaque contemnenda. quod &
Gloss.

Gloss.fin. verbo *loci consuetudine.* ibidem ani-
maduersum non dimisit. quo argumenti
genere vsus videtur. Stephanus quoque
Papa in *can.quod dicitis* 14.aliàs *fin.*& ibidẽ
Gloss. verbo *regionibus. dist.*16. nec longè
quoque abijt Sanctus Doctor *Thomas Aqui-
nas* 2.2. *quæst.*43.*art.*8.*ad* 5. quin propè; præ-
29 sertim verò si scandalũ immineret, si con-
trà fieret. *Et ex simili causa* (inquiẽs scan-
dali videlicet effugiendi) *Ecclesia abstinet à
decimis exigendis in terris, in quibus non est
consuetudo decimas soluere*. A locorum itaq;
consuetudine pendet ratio decimas exigẽ-
di. quemadmodùm ex consuetudine factũ
est, vt has decimas (exceptis tamen quibus-
30 dam) Archiepiscopus exigat. Standum
proindè consuetudini, sicuti pro se, pari
quoque,& contra se,modo. ex *Feliu. in cap.
nihil. de præscript. Marcus Anton. Genuens.*
Montis Marani Episcopus in *Manuali pasto-
rum cap.*5. *num.*2.*in fin. Marius Antonin. va-
riar.resolut.lib.*1.*resolut.*77.*num.*9.& *seq. Rota*
apud *Card.Caualer. decis.*73.*num.*2.& *seq.*&
*decis.*95.*num.*1.& *seq.* & *decis.*356 *num.*2. &
apud *Card.Manticam decis* 341.*num.*8.*Bona-
cina tom.*2. *de legibus disput. vlt. de quinque
præceptis Ecclesiæ q.*5.*punct.*3.*num.*1.

Hinc itaq; factum est, atque consuetudi-
ne inductum, vt à feudalibus decima non
exigatur, sicuti neque ab ijs, qui ciues sunt,
nati in loco, in quo vel Oues, vel Capreæ
morantur, vt pascua assumant. quod sanè &
Illustris. Dominus Archiepiscopus nõ dif-
fitetur, quin spontè asserit, & confitetur.
Vtroque autẽ modo Dominus Tarsię Prin-
ceps pro Terris Coriliani, & Terręnouæ,
quæ in Diœcesi sunt Rossanen, exemptus à
decimis est huiusmodi soluẽdis; & quia de
feudalibus Oues,& Capreæ æstimãtur, quæ
in terris depascuntur feudalibus; & quia
ciuis est ipse,& primus inter alios.

Adstruimus primum. Inde porrò deci-
mas has exigit Illustris. Archiepiscopus;
quia in Terris depascũtur, quæ intra Diœ-
cesim sunt, quamuis exteri sint, qui depa-
scendos greges deferũt Ouium, & Caprea-
rum. hoc enim in facto suo ipsemet con-
fitetur. non equidẽ alitèr ipse decimas exi-
geret has, nisi intra Dięcesim greges illi de-
ferrent depascendos. Sed qui Domini sũt;
Principis Tarsiæ greges Ouium,& Caprea-
rum, in Terris depascuntur feudalibus, &
31 proprijs. Quia feudale æstimatur omne
id, quod intra latitudinem feudi est; potis-
simùm verò cùm nullus sit alius contradi-
ctor, qui id non esse, refricet. ex *Afflict. de-
32 cis.*267.*num.*2.& 3. atque Terrarum maior
pars feudalis sit, vt omnia feudalia præsu-
mantur. secuta fuit *Rota* apud *Card. Caua-
33 ler.decis.*93.*num.*6. Ratio autem est: quia
naturæ præsumuntur eiusdẽ bona propter
inhærentiam,& vicinitatem. vt fuit perpen-
sum per *Rotam* apud eundem *Card.Caualer.
decis.*121.*num.*3.plenè *Menoch. de præsumpt.
lib.*3.*præsumpt.*100.*per tot.* potissimũ *nu.*11.
Rota apud *Puteum decis.*321. *nu.*3.*lib.*2. quæ
in impressione nouissima Romana est *decis.*
314. *Ioannes Koppen.decis.Germaniæ* 3. *nu.*6.
7. & *seq.part.*2.*Minadous decis.*32.*nu.*1. Non
itaq; has decimas exiget Archiepiscopus,
qui cõsuetudine retinetur, ne à feudalibus
illas extrahat. Sine possessione quippè est
has decimas à feudalibus extrahendi. non
ergo præscribere eas potuit sine possessio-
ne, sine qua præscriptio non procedit, vt in
initio diximus.

Sed instabis: non ex feudalibus has ex-
trahere decimas Dominum Archiepisco-
pum, sed ex fructibus Ouium,& Caprearũ,
qui sanè fructus feudales minimè sunt. Ve-
rùm in promptu responsio est; nõ extrahe-
re decimas Archiepiscopũ, ex Ouibus, Ca-
preisq; ex fructibus scilicet earũ, ex caseo,
recoctis, ex Agnis, hœdisq;, sic in genere,
quia Oues sunt, & Capreæ; sed quia intra
territoria introducuntur Diœcesis Rossa-
nen, vt in illis depascantur. ex pastu igi-
tur fructus pariunt. Ni pascerentur por-
rò, fructus non parerent, sed deperirẽt, mo-
rerentur. Depascũtur itaque herbas in ter-
ritorijs enatas feudalibus, aquasq; in illis
bibunt; concipiunt, pariunt, fructusq; col-
ligunt pastores Ouium, Caprearumq;. nam
34 in pecudũ fructu etiam fœtus est, sicuti lac,
pili,& lana. Caius vt loquitur lib. 2. rerum
quotidianarum in *l. in pecudum fructu* 28.
ff.de vsur. & ex ijs decimas accipit Archie-
piscopus. occasione ergo feudalium terri-
toriorum, quæ intra Diœcesim sunt, deci-
mas excipit ab alijs omnibus exteris,& ci-
uibus aliundè ascitis, non planè natis, & in
hac est consuetudine, vt ipse confessus est,
& non negauit. vti de Ioanne Baptista S.
testatur Euangelista Ioannes 1.20. interro-
gatus namque: *Tu quis es?* & *confessus est,*
(sequitur) & *non negauit. Et confessus est:*
35 Quia ex feudalibus decimas ipse non ac-
cipit,& in hac est cõsuetudine, ne à feuda-
libus decimas extrahat. Feudalia autem
territoria hæc habentur respectu Domino-
rum feudorum, non verò aliorum aduenië-
tium,& qui decimas exsoluũt Archiepisco-
po. Solus itaque feudi Dominus excipitur,
ne decimas has soluat, quia ex feudalibus
soluere illas non tenetur. Feudi quippè fru-
36 ctus est, quod Oues, Capellæq;, quæ in Ter-
ris feudalibus enascuntur, depascãtur her-
bas, quæuè decurrũt fluenta bibant aqua-
rum, indèq; concipiant,& pariant, lac quo-
que dent, ex qua caseus, atq; recoctę, Agni,
hœdiq; habentur. non itaque ex his fructi-
bus, qui quòad feudi Dominum, feudales
æstimãtur, decimas percipiet Archiepisco-
pus, sicuti non accipit; & in hac est con-

suetu-

suetudine. Seruanda igitur, vt in superioribus diximus.

37 Et quidem à veritate videri haud debet alienum, quòd feudi fructus nuncupauerimus, quòd Oues, Capellasq; feudalibus in Terris depascātur, vt ex his feudi Dominus decimas, vti ex feudalibus, soluere (consuetudine id faciēte) minimè debeat. non enim gratis id asserimus, sed ex Vlpiano magno illo Iureconsulto lib. 7. digestorum in l. qui scit fundū 25. de vsuris. mutuati fuimus. do-

38 cet quippè ipse; fructus non iure seminis, sed iure soli percipi. non enim quia feuisti, inde fructus facis tuos, sed si soli Dominus es. alioquin si in alieno feciēs, volentiq; feueris, non facies fructus tuos. ex solo igitur fructus æstimantur, non iure seminis.

39 *Quoniam in percipiēdis fructibus* (Vlpianus loquitur ibidem §. in alieno fundo) *magis corporis ius, ex quo percipiuntur, quàm seminis,*

40 *ex quo oriuntur, inspicitur.* Feudales itaque hi æstimabuntur fructus, qui ex pastu percipiuntur territoriorum feudalium, quia corporis ius magis inspicitur, quàm Oues ipsæ, quæ depascuntur herbas. & hanc perpensionē ex *d. text.* Vlpiani post Florianum ibidem magnifacit *Ioan. de Amic. consf. 69. num. 12. Gratian. forenf. part. 4. cap. 614. nu. 4. Rota* apud *Cardin. Caualer. decif. 136. num. 2.* Decimas proindè ex illis nō debebit Baro, sicuti neque vnquam soluit in præteritum, consuetudine id faciente, eaque iam recepta, & viua. Quia fructus feudi æstimantur.

41 Quemadmodum fructus terragiorum, seu decimarum, quæ Domino debentur feudi, fructus æstimantur feudi. vt sequitur *Fabius Capycius Galeota controuersiarum lib. 1. controuerf. 59. num. 8 & 9.* facit *decif. de Franch. 124. num. 2. & seq.*

Secundum autem, quod probandum remanet, esse Baronem, & ipsum ciuē, natisq;

42 æquari: præstamus sic. Baro in Ciuitate, siue Terra quacunque, primus est ciuis, atq; vti primus inter omnes alios ciues habetur ad quoscunque effectus, quibus alij ciues vtuntur, siue nati in loco illi sint, siue aliundè asciti: quia nimirùm caput eorū habetur omnium, atque honorabilius totius ipsius Ciuitatis corporis membrum. non itaque diuerso iure à toto corpore haberi debebit, cùm cetera membra ab ipso capite

43 influentiā trahant, accipiantq;. illud proindè sequi magis ea oportet, quàm quòd ab illo dissidium patiantur. ex Calisto Papa in *can. 1. dist. 12.* & Victore etiam Papa XIII. à Sancto Petro in *can. celebritatem 21. in princ. de consecrat. distin. 3.* sequutaq; fuit *Rota* apud *Coccinum decif. 3. nu. 4. & decif. 93.*

44 *num. 83. part. 5. in recent.* Quin quale caput est, talia censentur membra. ex *Rota* apud *sanct. mem. Gregor. XV. decif. 370. nu. 3. in fin.* diximus *respons.* nostra *69. nu. 19. & 20. p. 3.*

45 Et licèt quidèm ciues, origo, manumissio, allectio, vel adoptio faciat, ex Diocletiano, & Maximiano Augustis in *l. ciues 7. C. de incol. lib. 10.* vt alij ciues dicantur originarij, qui in loco scilicet nascuntur; alij verò ascititij, qui aliundè ad ciuilitatem ascisceuntur ex eisdem, & *Gloss.* ibidem verbo *allectio.* plenè *Ioan. Cephal. consf. 451. n. 16. & seq. vol. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 30. nu. 21. & 22. Thom. Carleual. de iu-*

46 *dic. tom. 1. disput. 2. q. 2. nu. 82.* Baro tamen nō simpliciter ciuis habetur, sed inter om-

47 nes primus. atq; aliorum caput æstimatur. Et in Regno quidèm ex *prag. 12.* Caroli V. Barones vti primi ciues habētur. & in eam comminiscitur *Ioan. Francisc. Capibl. part. 1. pragm. 12. num. 1. & seq.* Non ergo in distinctione comprehendentur, quam Aduersarij admittunt, vt alij sint originarij, alij verò ascititij, qui aliundè aduenerunt, & ciues facti sunt, vt etiam paulò ante distinximus. Quia isti vti caput aliorum, omnes alios comprehendunt, & vnum faciunt corpus.

48 vt diuerso iure à toto ipso corpore censeri minimè debeāt. ex Iaboleni sensu in *l. cum, qui ædes 23. ff. de vsucapionib. cap. cùm in tua 30. in fin. de decim.* diximus *d. respons.* nostra *69. num. 21. part. 3.* Et hinc factum esse discernitur, vt Barones ex hac interpretatione iustissima decimas minimè vnquàm has soluerint pro præterito, vt neque in futurū soluere debeant. Dat quippè satis aptè

49 interpretationem hanc ex tanto tempore subsequuta obseruantia. ex *Aym. consf. 211. num. 8. Rota par. 2. diuersorum decif. 39. nu. 12.* & apud *Card. Seraphin. decif. 456. num. 5. & in recentiorib. part. 2. decif. 482. num. 10.* & apud *Coccin. decif. 436. num. 1.* & apud *sanct. memor. Gregor. XV. decif. 280. num. 5. & decif. 502. nu. 10.* diximus *respons. 91. num. 38. & 39. par. 4.*

50 Neque profectò resipuiti ita fuissent prędecessores Archiepiscopi, vt ab his quoque Baronibus decimas non extraxissent, exegissentq;, ni hęc eorum fuisset sententia, & ita nobiscum sensissent, atque vti nos ar-

51 gumento ducto à posteriori) ab obseruantia ipsa argumentati, atque philosophati fuissent: Barones ad dictas decimas; & vti ex fructibus feudalium; & vti ciues, ipsosq; primos, atq; aliorum caput, debitores mi-

52 nimè fuisse. potissimùm verò si ipsi prædecessores diligentes fuissent, ac studiosi patresfamilias, quorum personas incredibile est in aliquo facilè errasse. verbis loquimur Pauli lib. 3. quæstionum in *l. cùm de indebito 25. § qui enim solutt. ff. de probat.* Quia nimi-

53 rum, diligentem, non est verisimile, errare. *Gloss.* commentum ibidem agit. verbo *diligens.* quam perpensionem mutuata sibi fuit ex Alexādro Cæsare in *l. 1. C. qui, & aduersus quos in integrum restitui non possint.* Qui de minore verba faciens, an is restitui

D semper

ſemper debeat? Iudicantem reſpondit, ri-
54 mari oportere: *Nàm is, qui ſe minorem annis læſum eſſe dicit, diligēs patrisfamilias fuerit, actibuſq; publicis induſtrium ſe docuerit, vt lapſum eum per ætatē veriſimile non ſit.* Quis
55 enim induſtrium alioqui virum, atque prudentem, diligentemq; facilè reſupinum in ſui commodū arguet fuiſſe, æſtimabitq;? Cùm videlicet à conductoribus has extrahere decimas non dimiſerint, à Baronibus
56 verò nō extraxerint. Argumentum igitur manifeſtiſſimum hoc eſt, illos ad has ſoluēdas minimè teneri, propterea non ab illis exegiſſe. quemadmodum & *Rota* ſimili vſa argumēto fuit, apud *Card. Caualer. deciſ.* 109. *num.* 10. & apud *Duranum deciſ.* 27. *num.* 17. & apud *ſanct. memor. Gregor. XV. deciſ.* 521. *num.* 1. *Gratian. forenſ. part.* 5. *cap.* 925. *num.* 8. & 10. & nos *reſponſ.* noſtra 59. *nu.* 22. *part.* 3. In hac ipſa decimarum materia reſpondētes. Hanc proindè ob cauſam manifeſtiſſimè patet, quàm optimo iure Hieronymus tunc Biſiniani Princeps, qui ſe nullo iure ad decimas has ſoluendas teneri nouerat, pro maiori ſuæ ſecuritate conſcientiæ, ſanctiſſimum tunc tēporis Sixtum IV. adierit, vt cauſam hanc Epiſcopo delegaret alicui ex vicinioribus, qui vocatis ad id intereſſe habētibus, eum ad decimas non teneri ſoluendas decerneret, ſed ſi quid ſolueret ex ſua exſolueret animi liberalitate, nō autem neceſſitate. Demandauit idcirco cauſam per Breue Sanctitatis Suæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1473. quinto idus Februarij anno Pontificatus ſui tertio ſub annulo Piſcatoris Epiſcopo Biſinianen. qui vocatis vocandis etiā Archiepiſcopis, etiā Epiſcopis, atque Parochialiū Eccleſiarum Rectoribus, potiſſimum verò Archiepiſcopo Roſſanen cauſa cognita dictum Biſiniani Principem ad decimas ſoluendas minimè teneri decreuit; ſed ſi quid ſolueret, pro ſuo ſolueret libertatis arbitrio. Quę ſanè ſentētia in iudicatū tranſijt, nemoq; ab illa vnquàm proclamauit. effluxere ab illa lata, centū, & ſeptuaginta anni.
57 Nunquid in irritum ſententiam hanc reuocabis, quę in iudicatum tranſijt, vndè ius tribuit inconcuſſum ei, qui obtinuit illam, & pro veritate habetur? ex Vlpiano in *l. res iudicata* 208. *ff. de regul. iur. cap. cùm inter* 13. *§. fin. de ſentent. & re iudic.* Non vtique quia
58 per illam lis finita dicitur. *Rota* apud *Card. Canaler. deciſ.* 208 *num.* 1. Et de albo nigrū facit. vt *Cagnol. in d. l. res iudicata.* loquitur *Afflict. deciſ.* 373. *nu.* 2. & nos latè *reſponſ.* noſtra 41. *num.* 14. *cum ſeq. & reſponſ.* 81. *nu.* 87.
59 *part.* 3. Obſtabit proindè agentibus litis finitę exceptio. per ſententiam quippè liti finis imponitur. re præſertim in iudicatum tranſacta. Modeſtinus hoc docet lib. 7. pandectarum in *l.* 1 *ff. de re indic.* ſic enim inquit ipſe. *Res iudicata dicitur, quæ finem controuerſiarum pronunciatione Iudicis accepit.* Quibus in ſententia finis eſt. vt *Gloſſ.* ibidem verbo *accepit;* ſubnectit. ſequitur *Rota deciſ.* 10. *ante lite pen. in:e in nouis. Vrall. deciſ.* 173. *num.* 2. & 3. *part.* 2. *Lancellott. de attent. par.* 2. *in præfat. nu.* 230. diximus *reſponſ.* 40. *nu.* 36. *part.* 3. Finem igitur impoſuit; per ſententiam Ēlo legatus Apoſtolicus Epiſcopus Biſinianen. declarando, Principem Biſiniani ad deci-
60 mas de prouentibus fondorum non teneri. ex illo tēpore tot effluxere anni, eandemq; ſequentes legē, neque qui in his Terris ſucceſſere, decimas ſoluere. Vel itaque veritatem ita eſſe prędeceſſores omnes cognouere Archiepiſcopi, & non illas vnquàm petiere, & hoc vnum ſatis pro nobis eſt fundamentum, in tacita ſaltim partis aduerſæ confeſſione innixum: Vel reſupinos illos in hac re fuiſſe arguemus. hoc verò non ita facilè præſumptionem habet, cùm potiſſimum à conductoribus decimas exegerent. extraxiſſent vtique illas, & à Baronibus, ſi
61 debitores & ipſi fuiſſent. Nemo verò in re ſua reſupinus præſumitur, vt iactare quod ſuum eſt æſtimetur. vt in ſuperioribus etiā philoſophati fuimus ex Paulo in *l. cùm de indebito* 25. *§. qui enim ſoluit. ff. de probat.* Non itaque prædeceſſores omnes alios diligentia, atque induſtria vincet Illuſtriſſimus Dñus modernus Archiepiſcopus, vt quod illi nō fecere, ipſe vnus nunc velit fa-
62 cere; vt turbas proindè excitet; quando: *Ex ſimili cauſa Eccleſia abſtinet à decimis exigendis, in quibus non eſt conſuetum decimas ſoluere.* Sāctus loquitur *Tho.* 2. 2. *d. quæſt.* 43. *artic.* 8. *ad quintum.* & ſupra nos quoque retulimus.

Liber ergo cùm ſit Dominus Princeps Tarſiæ ab his decimis ſoluendis; & quia ex feudalibus decimæ non ſoluuntur; & quia ciuis, ac primus eſt ciuis, vndè obſtaculum Illuſtriſſimo Domino Archiepiſcopo conſuetudo ipſa facit, quæ ab his decimas non extrahit; nullum eidem Archiepiſcopo mandatum de manutenendo competere poterit, quod non niſi poſſidenti relaxatur, vt in ſuperioribus demonſtrauimus. Separauimus ergo pretioſum à vili, quaſi os Dei erimus.

Atque ita ex his, quæ iudicio lubentèr ſupponimus acriori, meliori, purgatioriq; reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Epiſcopus Iuuenacen.



SVM-

S. V M M A R I V M.

1 *Veritas vna est.*
Quia vnus est, & incommutabilis Deus, qui veritas est.
Et vna est, simplicitatisq; amica: num. 5.
Non est itaque fucis adumbranda, vt lateat. num. 6.
Latere quippe non potest.
2 *Iesus est via, veritas, & vita.*
3 *Spiritus sanctus spiritus est veritatis.*
Et à Patre, Filioq; procedit. num. 4.
7 *Ius ex facto oritur.*
Quia ipsum in causa est.
Mutato ergò facto, & ius mutatur. num. 8.
9 *Aequiuoca distinguenda priùs, definienda postmodùm.*
10 *Voluntas hominis mutabilis. & ex Ioan. 11. 6. illustratur non ne duodecim sūt horæ diei.*
11 *Principali sublato, & accessorium aufertur.*
12 *Mandatum de manutenendo ei dandum, qui in possessione erat da tempore motæ litis. præsertim verò ex partis instantia. num. 20.*
Nec manutentio ei deneganda, de cuius possessione constat da tempore motæ litis. num. 13.
Etiam si per vnicum actum de possessione doceat. num. 14.
15 *Possessio probatur per locationem.*
Et partitas exactionum locationis.
Præsertim verò si de dominio quoque constet. num. 16.
Neque aduersarius eat inficias.
Etiam contra tertium.
Præsertim petitorio intentato per Aduersarium, tunc enim possessio penès conuentū præsumitur. num. 19.
17 *Possidere simul eandem rem, eodemque iure, & tempore duo non possunt.*
Hoc nempè contra naturam est.
18 *Petitorium intentatum videtur, non possessorium, cùm petitur declarari, &c. nec petitio nudam respicit possessionem.*
Vel si petitio facta fuit super re, quæ non extat, & probatione indiget. nu. 29. & 46.
21 *Priuatio habitum præsupponit.*
22 *Bona sua regere, & gubernare cuilibet licet.*
Alioquin iniquum æstimatur. num. 23.
Et quilibet res suas moderari, & dirigere ex suo arbitrio potest. num. 48.
24 *Donatio sub conditione facta, conditione defecta, & donatio deficit.*
Bonaq; ad donantem reuertantur.
Adiecto potissimùm pacto resolutiuo. nu. 25.
Namque donatio sub conditione facta, conditione non existente, perindè habetur, ac si facta minimè fuisset. num 53.
Potissimùm verò si conditio resolutiua fuerit donationis. num. 54.
25 *Pactum resolutiuum, præsertim per verba directa, & tituli resolutiua, vt res ad pristinam causam redeat, operatur.*
Perindè est enim, ac si stipulatio non interuenisset. num. 26.
27 *Non entis nulla sunt partes, nec qualitates.*
Quia deperit substantia qualitatum receptiua. num. 28.
28 *Qualitas est accidens, quæ sine substantia substentante non datur.*
30 *Contradictoria simul, eodemq; tempore, & in eodem subiecto stare non possunt.*
Quia se inuicem contrudunt.
Et ridiculum est velle illa ita ponere. nu. 31.
32 *Contraria petens non admittitur.*
33 *Prouerbium. Tota aberrat via.*
Vel toto aberrat Cælo. num. 35.
34 *Impij in inferno, errasse se à via veritatis, deplorant.*
36 *Aedificium, quod super arenam fundatum est, corruat oportet.*
37 *Distingue tempora, & concordabit scriptura.*
38 *Locus Ecclesiasticus dicitur, qui Episcopi authoritate constructus est.*
Et in eo persona degūt Ecclesiastica Deo sacra. num. 39.
40 *Nemo mittēs manum suam ad aratrum, & respiciens retro aptus est Regno Dei.*
Sic Angeli Loth dixerunt, ne respiceret retro. num. 41.
42 *Vxor Loth in statuam salis reuersa, quòd retro respexit.*
Cuius rei meminisse debere Dominus nos admonit.
43 *Pius dicitur locus, in quo pietatis opera exercentur.*
Verùm non hoc simpliciter, & absolutè procedit. num. 44.
Sequitur tamen consequentia negatiua, non exercentur in eo opera pietatis, ergo pius non est locus.
45 *Testatoris prudens consilium ex verbis deprehenditur.*
Quemadmodùm & cuiuscunque alterius.
47 *Postliminium fingit rem semper in eodem statu permansisse, sicut per priùs erat.*
49 *Locus propter gentem electus, non gens propter locum, non enim locum sanctificat hominem, sed homo locum. num. 50.*
51 *Homo æstimari debet, non locus.*
Ne homo ad rem accedere videatur.
Quia homo superior est.
Propter suam scilicet dignitatem. num. 52.
Namque dominium rerum omnium homini dedit Deus.
55 *Conditio est futurus euentus, in quem dispositio differtur.*
56 *Episcopus græcè, latinè speculator interpretatur.*
Quia speculari, & prospicere debet populū sibi commißum.
Non tamen rerum omnium, & Ecclesiarum immediatè ipsi administrationem habent, sed mediatam per ministros. num. 57.
Præsertim verò si administratores immedia-

ti, per fundatores, vel dotantes dati fuere. num.58.

Vel inter viuos.

Vel in vltima voluntate.

Ne alioqui retrahantur homines ab Ecclesijs ædificandis. num.59. dotandisq;.

Quod obseruare debet Episcopus. ex decreto Sacri Tridentini Concilij.

60 *Dispositiones vltimæ testatorum, quæ iustę sūt, vti lex, seruari mandarunt sacræ leges.*

61 *Locus Oseæ 2. 7. vadam, & reuertar ad virum meum priorem, &c. ad rem perpenditur.*

62 *Prouerbium Ecclesiasticum. assumet plantum in excelsis, nec consolabitur, quia nō sunt. de eo cuius spes deplorata est.*

63 *Fundamento sublato, ædificium vt corruat, opus est.*

64 *Consequentia ex falsis principijs ducta, falsa ipsa quoque erit.*

65 *Falsum ex falso sequitur.*

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo ei datur, qui in possessione reperitur de tempore motæ litis. neque denegari potest ei, qui in possessione est. Quā ob causam instās declarari ad se spectare, &c. petitorium intentasse videbitur, non possessorium. Petitorium autem dicit possessionem pęnès aduersariū esse. Donatio sub conditione facta, cum pacto potissimùm resolutiuo, resoluitur, conditione nō existente, & res ad priorē statum reuertitur. Pius dicitur locus, in quo pia exercentur opera. Homo nulli accedit rei, ob humanam super omnes res dignitatem. Episcopus ex quo superintendens dicitur, quo pacto, mediatè ne, an immediatè bona omnia Ecclesiastica, & Ecclesias ipsas administrare, ac regere dicatur? & nùm possit administratores ipse deputare, si illi à fundatoribus, vel donatoribus dati fuere?

RESPONSIO VII.

1 VNa, & inuariabilis est veritas; quia vnus, & incommutabilis est Deus, qui veritas est. *can. fraternitatis* 1.
35. *q.* 10. Dixit proindè Iesus Filius Dei,
2 Dominus noster. *Ioannis* 14.6. de se ipso loquens: *Ego sum via, veritas, & vita. nemo venit ad Patrem nisi per me.* & de Spiritu sancto verba faciens. *Ioannis* 15. 26. nosq; do-
3 cens: *Cùm autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium peribebit de me: & vos testimonium peribebitis, quia ab initio mecum estis.* & ipsemet Dei Filius. Ioan. 16.7. *Sed Ego veritatem dico vobis: expedit vobis, vt ego vadam: si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos.* Veritas itaq; est Filius, veritas Pater, veritas Spiritus sanctus, qui à
4 Patre, Filioq; procedit: Tres Personæ: vnus Deus. Veritas igitur est Deus, isque incommutabilis. Inuariabilis proindè veritas,
5 atque vna, simplicitatisq; amica. vt Clemens cōtestatur Tertius in *cap. veritatis* 14. *in princ. de iure iurand.* concinit proindè, quod Comicus Plautus in Mustellaria dixit:
6 *Ego verū amo, verū volo mihi dici, mendacē odi.* Non est itaque fucis adumbranda veritas, vt lateat: cùm ipsa latere nusquam possit. vti de ea Seneca in Traged. contestatur. *Veritas nunquam latet.* inquiens. Ex facti itaque veritate ius in hac re patebit, quod
7 nec diffugiunt Aduersarij, qui ex facto ius oriri contestantur: quia in *causa ius est.* ex Alfeni sensu in *l. in plagis* 53. *§. in Cliuo Capitolino. ff. ad legem Aquiliam.* In causa, hoc est in facto. *Gloss.* ibidem loquitur, & Paulus in *l. si seruus ante* 49. *in finalibus verbis. ff. eodem.* quare ipse, diuersimodè responsionem secundùm ea, quæ proponebātur, reddidis-
8 set, rationem referens: *Quia alterius, & alterius facti hæ res sunt.* Pariq; modo Iulianus & ipse in *l. item vulneratus* 52. *§. eiusdem ergo ff. eodem.* rationem reddens, quare variè respondisset in hominis interēpti vnico facto: *Cùm vterque eorum* (dicēs) *ex diuersa causa, & diuersis temporibus occidisse hominem intelligatur.* Diuersa proindè, quæ sunt, diuersimodè decernenda: ne confusio in
9 respondendo generetur. Hanc ob causam cùm æquiuoca nomina fuerint, distinguenda primitùs, quæ æquiuoca sunt, (Aristotelis est doctrina) postmodùm definienda,

an in

ne in incerto laboremus. & tradidere nostrates in *rubr. Institut. de iure naturali, gentium, & ciuili.* ad *text. in cap. cùm Ioannes* 10. & ibidem *Abb. sub num. 16. de fide instrument. Mandos. cons. 52. num. 4. Rota* apud *Viuian. in praxi iurispatronatus, in Mediolanen. iurispatronatus* 8. *Iunij* 1618. coràm *Pirouano decis. 74. num. 4.* diximus *respons.* nostra 80 *num. 1. part. 4.*

Cùm itaque satis æquiuoca sint, quæ Fiscus in hac re proposuit, nè veritas appareret, eorum, quæ gesta fuere, essetq; confusa responsio: vt illa certa esse valeat, rerũq; veritas appareat erunt æquiuoca à certis secernenda. Narrationis ergo veritas sic se habet.

Vincentius Califanus Sacerdos anno 1633. Archiepiscopo Neapolitano Eminentissimo Cardinale Francisco Boncompagno bonæ memoriæ, volens Congregationem Presbyterorum sęcularių̃ in hac Vrbe erigere; per priuatum albaranum bona sua eidem Congregationi erigendæ dono dedit. Erecta postmodùm Congregatione præfata, & nonnullis Sacerdotibus in vnum congregatis, quam Congregationẽ *Sanctæ Mariæ de Vigilantia* nuncupauit, cùm aliquandiù ita vixissent; anno 1635. idem Vincentius per publicum instrumentum acceptando, atque iterum, quæ per priuatũ albaranum Congregationi præfatæ dederat, ratificando, ac nominatim bona, & pecuniarum quantitates exprimendo, præsertim verò domũ, siue Palatium, quod à Fratribus de Eugenio emerat, quæ illi dono dabat; transferendo in dictam Congregationem *(della vigilanza)* omne dominium, & possessionem, quæ ipse habebat. Voluit autẽ vt Congregatio prædicta curam ageret puellarũ pauperum, quas ipse Vincẽtius in pręfatis domibus ab ipso emptis à dictis Fratribus de Eugenio, & Congregationi donauerat, in vnum congesserat. Verùm pactum adiecit donationi prædictæ, sic loquens.

Con altra dichiaratione, e patto insieme, che non andando auanti, (quod absit) detta Congregatione della Vigilanza in tal caso, così l'albarano fatto nell'anno 1633. come il presente instrumento siano nulli, & inualidi, e non debbano hauere nessuno vigore, come mai fussero stati fatti; del che si debba stare à semplice fede di detto D. Vincenzo in scriptis.

Quia verò humana omnia sunt vicissitu-
10 dini subiecta, & voluntas hominum mutabilis est. iuxtà illud Domini ad discipulos. *Ioan.* 11. 6. cùm ipsis dixisset: *Eamus in Iudæam iterum. Dicunt ei discipuli: Rabi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? Respondit Iesus: Non ne duodecim sunt horæ diei?* non multò post instituta Con-
11 gregatio defecit, & in nihilum reuersa est. Principali propterea è medio sublato, accessorium quoque eius, Conseruatorium videlicet puellarum defecit. (Conseruatorium dicimus, quia sic illum vocat Fiscus) perijtq; memoria eius cum sonitu. ad regulam *accessorium 42. de regul. iur. in 6. can. decernimus 32. 16. quæst. 7.* Defecta Congregatione, desertoq; Conseruatorio, Califanus in possessione permansit bonorum suorum, domorumq; præsertim prædictarum, quæ à Fratribus de Eugenio emerat, illas locando, atque pensiones percipiendo. Persentiens verò, quòd Curia Archiepiscopalis intendebat deputare personam pro administratione bonorum Ecclesiæ, prætensiq; Conseruatorij nuncupati Sancta Maria de Vigilantia, vt ipse Fiscus asserit, ad A.C. recursum habuit, & ab illo monitorium super iactationibus obtinuit. Fiscus pro moderatione institit, quę denegata eidẽ fuit: Cùm esset Curia Archiepiscopalis suspecta, in propria causa iudicare tentans. Quam ob rem per Signaturam Sanctissimi, instante Fisco, Illustrissimo Domino Archiepiscopo Surrentino causa commissa, & delegata fuit. Coràm eodem itaque Illustrissimo Delegato Califanus manuteneri instat in sua possessione bonorũ omnium, ac domorum potissimùm dictarum, quas à Fratribus de Eugenio emerat, quod nec Fiscus it inficias, & à molestijs liberari, quas Fiscus eidem infert. stat contrà Fiscus; sibiq; pro Curia Archiepiscopali manutentionẽ dari tentãs, quòd manuteneri debeat Eminentissimus Dominus Archiepiscopus in quasi possessione iuris administrandi per personam ab eo deputandam dictam domum Conseruatorij, Capellam, seù Ecclesiam, eiusque bona. Causæ igitur sic status. Quis manutenendus, cuique mandatum de manutenendo dandum: Califano, an Fisco?
12 Mandatum de manutenendo Califano dandum nos dicimus: Quia, & ante, & motæ litis tempore Califanus, & bonorum, & domorũ in possessione erat. quod nec Fiscus abnegare potest. Indè quippè, cùm pro moderatione Monitorij ad A.C. recursum habuisset, illaq; ei denegata fuisset ob Iudicis suspitionẽ; ad Signaturam Sanctissimi pro commissione ad Illustriss. Dominũ Archiepiscopum Surrentinum gressus reuoluit; quia bonorum possessionẽ ipse nactus minimè adhuc fuerat, neque ei (vt putauerat) opportunè acciderat, vt personam deputaret pro administratione Domus Conseruatorij, Capellæ, seù Ecclesię, eiusq; bonorum. Quòd Califanus per recursum ad A.C. Monitorio notificato cum præuenerat, ne suã exequeretur voluntatem. Erat itaque in possessione bonorum tunc temporis Califanus, ac domorũ præsertim. Ipsi proindè manutentio, atque mandatum debetur de

manu-

nis, vt pro annuo censu certus, certisq; finibus designatus, terminatusq; fundus constituatur, illeq; fructuosus. vt si aliter fiat, contractus fœneratitius reputetur.

Atque ita ex his, censoris non auulsa virga, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Locus Hieremiæ 15.19. si sepa; aueris pretiosū à vili, quasi os meum eris.*
Expenditur, & elucidatur ad rem.
2 *Æquiuoca distinguenda sunt prius, postmodū destruenda.*
Alioquin inferre nihil rectè poterimus. nu.3.
4 *Ratio nulla sit à diuersis, & s. paratis. & n.19.*
5 *Ius ex facto oritur.*
6 *Mandatum de manutenēdo ei datur, qui in possessione est exigendi de tempore motæ litis.*
Debet autem possessio probari.
Et quæ innariata sit, nec dubia.
7 *Manutentio sine possessione non datur.*
8 *Possessio facti est, plurisq; facti habet quā iuris.*
Nec præsumitur, n si probetur. num.9.
Probatur tamen per partis confessionē. nu.14.
Sicuti eodē modo qui m non possidere. nu.15.
10 *Episcopus nullum ius fundatum habet decimas immediatè à laicis exigendi.*
Neque in petitoria, neque in possessorio.
Potest tamen ex consuetudine illas obtinere. num.12.
Atque ex legitima præscriptione.
Quòd si in possessione erit exigendi eas à conductoribus, non proindè poterit eas à Dominis exigere. num.17.
Nisi in possessione fuerit. num.20.
Quia conductores suo nomine soluūt ex fructibus, quos percipiunt. num.21.
Non poterunt proinde praiudicium inferre dominis. num.22.
11 *Decimarū perceptio ad Parochioles Ecclesias de iure comuni pertinet.*
13 *Præscriptio à possessione normam accipit.*
Vt tantum præscriptum dicatur, quantum possessum.
Nec præscriptio sine possessione procedit.
16 *Contrariorum eadem est disciplina.*
Vno proindè eorum cognito, rectè cognoscitur & reliquum.
18 *Conductor alieno nomine possidet.*
23 *Mandatum speciale requiritur ad soluendum.*
Et ad præiudicandum domino.
Debet autem probari mandatum, aliàs non præsumitur. num.25.
24 *Procurator dicitur, qui domini mandatum obtinet.*
26 *Decimarum exigendarum in materia consuetudini insistendum erit.*
Et ad consuetudinem sit recursus in dubio, cui soluendæ sint decimæ.
Illiq; decimæ soluendæ sunt, quæ debetur ex lege diuina, vel loci consuetudine approbata. num.27.
Contra igitur consuetudinem, vel si scandalū immineat, decimæ exigendæ minimè sunt. num.29.
Standum idcirco consuetudini erit. num.30. & num.62.
28 *Consuetudo, quæ approbata est, legi comparatur diuinæ.*
Standum proinde consuetudini. num.30.
31 *Feudale existimatur omne id, quod intra latitudinem feudi est.*
Potissimùm verò si contradictor non sit.
Vel si maior pars terrarum feudalis sit.
Nam omnia feudalia præsumuntur. nu.32.
Hoc verò propter inhærentiam, & vicinitatem. num.33.
Quam ob causam feudales dicentur fructus, qui ex gregibus Ouium, & Caprearū percipiuntur, qui in Terris feudalibus depascuntur. num.36. & num.40.
Respectu quidem Dominorum Terrarum ratio affertur. num.37.
34 *Pecudum in fructu etiam fœtus est.*
Sicut lac, pili, & lana.
35 *Decimas ex feudalibus exigere nō potest Episcopus, nisi in possessione sit exigendi.*
A Dominis quidem.
Secus verò à conductoribus.
38 *Fructus non iure seminis, sed iure soli percipiuntur.*
Ratio affertur. num.39.
Fructus terragiorum, seu decimarum, quæ Domino debentur feudi, fructus æstimantur feudi. num.41.
42 *Baro primus est ciuis loci, Terræ, vel Ciuitatis, cuius est Baro.*
Et caput eorum habetur, & honorabilius totius corporis membrum.
Vnde non simpliciter ciuis habetur, sed inter omnes primus, & aliorum caput. nu.46.
Et in Regno Neapolitano, ex Pragmatica Caroli V. vti primi ciues habētur. nu.47.
43 *Membra caput sequi oportet, non verò ab illo dissidium habere.*
Quin quale caput est, talia censentur membra. num 44.
Non itaque diuerso iure caput, & membra à toto corpore censeri debebunt. nu.48.
45 *Ciues origo, manumissio, allectio, vel adoptio facit.*
Alij dicuntur originarij.
Ascititij alij.
49 *Obseruantia ex multo tempore subsequuta optimam dat rerum interpretationem.*
Et argumentum ab obseruantia ductum optimum. num.51.
Estque argumentum à posteriori.
50 *Resupinus nemo ita præsumitur, vt nolit, quod sibi*

sibi debetur, exigere. & num. 61.
Hinc optimum desumitur argumentū à posteriori. nu. 51.
Hoc sibi non deberi. & num. 55.
Manifestissimumq; æstimatur argumentum. num. 56.
Præsertim verò si aliàs diligens sit, atque studiosus paterfamilias. num. 52.
53 *Diligentē, et industriū hominē, non est verisimile, errare, in re præsertim propria. & nu. 61.*
Quamuis sit ætate minor. num. 54.
57 *Sententia, quæ in iudicatum transijt reuocari minimè potest.*
Quia ius tribuit inconcussum.
Et pro veritate habetur.
Et per illam lis finita dicitur. num. 58.
Et de albo nigrum facit.
Et exceptio litis finitæ dicitur. nu. 59.
Præsertim verò post longa tempora. nu. 60.
62 *Decimas exigere desinit Ecclesia, quando consuetudo non est, vel timor subsit scandali.*

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo nō datur nisi in possessione existēti de tempore motæ litis. Possessio vero facti est, nec præsumitur, nisi probetur. Episcopus nullum ius obtinet fundatum decimas immediatè à laicis exigendi, sed ius est Parochis, nisi exactionē præscripserint Episcopi, & in hac sint possessione. Quid autem si Episcopi in possessione sint à conductoribus exigendi, nō autem à Dominis territoriorum, nùm ab ipsis Dominis postmodùm exigere poterint, vt manuteneri possint in exigēdi possessione, quæ contra Dominos non est? In materia quippè decimarum ad locorum consuetudinē recursus habetur. Feudale æstimari ne debeat, quod feudi intra latitudinem est? Et an greges Ouium, & Caprarū, qui intra fundos feudales depascuntur, feudales iudicari debeant, ita vt ex eis decima debeatur, nec ne, iuxta locorum consuetudines? Barones primi sunt ciues locorum, quorum Terras, & Ciuitates obtinēt. Quid ergo si decimę ex gregibus ab incolis natis non debeantur, an Barones vt primi ciues eiusdem rationis, ac nati æstimari debeant?

RESPONSIO VI.

1 SI separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. *Hieremiæ voce 15.19.* Dominus Deus dixerat. quia qui veritatem ab ijs, quæ vera non sunt, distinxerit, ac separauerit, nec loquetur mendaciū ex ore suo; hic quasi os Dei æstimabitur. quia loquitur quasi sermones Dei. ex *Martino del Rio in adagialia sacra par. 1. adagio 64. fol. mihi 60.* Si igitur, quæ pro Ill. Domino meo Archiepiscopo Rossanen dicta sunt, distincta fuerint, atque diuisa, & vile à pretioso separatū fuerit; perspicietur vtiq; non ita firma ea, quæ pro ipso in materia decimarū dicta fuere, esse, vti, qui dixere, puta-
2 uerūt. Et quidē, ex ipso Aristotelis pcepto: æquiuoca distinguenda primitùs, postmodùm definienda sunt. & ex nostratibus in *rubr. Institut. de iure naturali, gentium, & ciuili.* ad *text. in cap. cùm Ioannes 10. §. ad hoc autem.* ibidemq; *Abbas sub num. 16. de fide instrument. cap. in præsentia 8. §. quare cùm constitutio. de probationib. Mandos. cons. 51. nu. 4.* diximus *respons.* nostra 43. *num. 56. & re-*
3 *spons. 80. num. 1. & seq. part. 4.* Non enim inferre quidquam rectè poterimus, ni distincta sint nomina, de quo scilicet eorum sermo exaudiatur, qui profertur. Nomen Canis, nomē est æquiuocum, quia tam de terrestri, quàm de maritimo, atq; cœlesti astrorum signo, intelligitur. erit ergo confusio, ni quæ dixeris, de quo exaudieris, distinxeris. alia nempè vnius, atque alterius definitio est, atque natura. sunt igitur distinguē-
4 da primitus, definienda postmodùm æquiuoca; cùm alioqui à diuersis nulla recta ducatur sequela. ex Papiniano lib. 2. respons. in *l. Papinianus exuli 21. ff. de minoribus.* diximus d. *respons. 80. num. 3. part. 4.* Supponunt proindè multa, qui pro Ill. Dño Archiepiscopo

ſcopo ſcripſere, quæ non ita ſunt in facto
5 firma,& certa. Ex facto vero iuris regitur
diſpoſitio. ex Paulo in l. ſi ſeruus 49. in fine,
ff.ad legem Aquiliam, & Alfeno in l. in plagis
53. §.in Cliuo Capitolino. & Iuliano in l.item
vulneratus 52.§.eiuſdem ergo. ff.eodem. Diui-
denda igitur erunt, vt poſtmodùm definiã-
tur. Supponunt itaque Ill. Dominum Ar-
chiepiſcopũ in poſſeſſione eſſe (ab imme-
morabili) decimas exigẽdi ex caſeo,recot-
tis, & ex Agnis vigeſimam, ſicuti ex capel-
lis hœdos, ab omnibus quidẽ indiſtinctè,
qui in territorijs paſcua ſumunt intra diœ-
ceſim, ſiuè exteri ſint, ſiuè ciues; modò in
eodem loco, ſiue in eadem Terra nati illi
non fuerint. ab his enim, qui nati ſunt ho-
rum decimam non exigit. Ex hac vniuer-
ſali exigendi decimam ex his rebus poſſeſ-
ſione,(vt ipſi putant) hanc ipſam decimam
ab Excellentiſs. Domino Principe Tarſiæ
in Terra Coriliani, ac Terrę nouæ, ſui Sta-
tus, exigere pertentãt. Opponitur proindè
ei, in hac poſſeſſione decimas ex hiſce re-
bus, neq; prædeceſſores Dominos Archie-
piſcopos, neque ipſum modernum Domi-
num Archiepiſcopum vnquam fuiſſe in
dicta Terra noua ab Excellentiſs. Principe
Tarſiæ exigendi. Fit idcircò cauſæ huiuſce
Status; Dandum ne ſit mandatum de ma-
nutenendo dicto Ill. Domino Archiepiſco-
po etiam aduerſus dictum Dominum Prin-
cipem decimas ex his rebus exigendi. vel
liber ab hoc onere dimitti debeat dictus
Dominus Princeps, qui nuſquam aliàs ſol-
uit, neque ipſe, neque anteceſſores eius? Li-
berum Dominum Principem ab hac ſolu-
tione eſſe, ſicuti anteceſſores omnes eius
antea fuerunt; nec mandatum de manute-
nendo dicto Ill. Archiepiſcopo dari poſſe,
reſpondendum cenſemus.
6 Et profectò, mandatum de manutenẽdo
ei dandum eſt vni, qui de tempore motæ li-
tis in poſſeſſione reperitur, illaq; vniformi,
neque dubia; idque per probationes in
promptu oſtendatur. §.retinendæ, & § hodie.
Inſtitut. de interdict. l.1. §.interdictum autem.
ſ ff.vti poſſidetis. Rota apud Coccinum deciſ.46.
num.1.& ſeq.& deciſ.378.num.1.& in recen-
tiorib. par.2. deciſ.591.num.1.& apud Cardin.
Caualer. deciſ.238.num.1.& apud ſanct.mem.
Gregorium XV. deciſ.100.& deciſ.160.& apud
Duranum deciſ.21.num.1.& ſeq. part.1. In
hac verò poſſeſſione ita diſſolutè ab omni-
bus, atq; potiſſimũ à dicto Domino Prin-
cipe, eiuſque anteceſſoribus, Ill. Dominus
Archiepiſcopus non eſt exigendi. Non ita-
que debetur eidem manutenentia. Quia
7 profectò manutentio ſine poſſeſſione mini-
mè datur. d.§.retinenda. Inſtitut. de interdict.
Rota in hiſce noſtris terminis in Toletana
decimarum 5. Decembris 1631. coram Dura-
no Epiſcopo Vrgellen deciſ.320. nu.1. part.2.
& apud Cardin. Caualerium deciſ. 209. nu.1.
deciſ.228.num.1. deciſ.242.num.1. & deciſ.359.
num.1.& ſeq.
8 Minor verò probatur: quia poſſeſſio fa-
cti eſt; vt pluris proindè facti habeat, quã
iuris, ex verbis Innocentij III. in cap. cùm
noſtris 6. §. auditor igitur, de conceſſ. præbend.
9 Non itaque præſumitur, niſi probetur. ex
Triphonio lib.4. digeſtorum in l.in bello 12.
§.facta autem cauſa. ff.de captiu. & poſtlimin.
reuerſ. Rota apud Cardin. Caualer. deciſ 4:9.
num.1. nulla proindè manutentio debetur
eidem.
10 Et planè apertiſſimum id eſt, & in petito-
rio, & in poſſeſſorio, nullum ius eſſe funda-
tum Epiſcopo decimas immediatè à laicis
11 exigendi. Quia perceptio decimarum ad
Parochiales Eccleſias de iure communi per-
tinet. verbis loquimur Innocentij III. in
cap.cùm contingat 19. de decimis ibidemque
Gloſſ. verbo de iure communi. & ipſe idem In-
nocentius in cap.cùm in tua diœceſi 30. in fin.
eodem. qui ſequentibus fatur: Alioquin Pa-
rochialibus Eccleſijs exſoluantur, ad quas de iu-
re communi ſpectat perceptio decimarum. & ex
Anaſtaſio Papa in can. ſtatuimus 55. 16.q.1.
Panormitan. in cap. conquerente 16. num.2. in
fin. verſ. duodecimo habet. de officio Ordinarij.
quem ſequitur Rota apud Cantucium part.2.
diuerſ. deciſ.31. nu.1. & apud Card. Seraph. de-
ciſ.1449. num.5.& 6. & apud ſanct.mem. Gre-
gor. XV. deciſ.519. num.2.& in Placentina de-
cimarum de Tuxillo 15. Nouembris 1621. co-
ram Buratto deciſ.572. num.5. & in Nouarien
decimarum 7. May 1627. coram Pirouano de-
ciſ 64. num.2.11.& 12. part.5. in recentiorib.
Moneta de decim. cap.7. num.15.& 16. Barboſa
de offic. & poteſt. Epiſc. part.3. alleg.86. nu.34.
in fin. & num.35. Gaſp. Ant. Theſaur. forenſ.
lib.3. quæſt.86. num.3.
12 Ius itaque omne, quod Ill. Domino Ar-
chiepiſcopo decimas exigendi ex caſeo, re-
cottis, & vigeſima Agnorum, & hœdorum
prætendunt Aduerſarij, in conſuetudine
fundamentũ habet, conſequenterq; in pręſ-
13 ſcriptione. Pręſcriptio verò à poſſeſſio-
ne normam accipit, atque regimen, vt tan-
tum præſcriptum dicatur, quantum poſſeſ-
ſum, nec ſine poſſeſſione præſcriptio pro-
cedat. regula ſine poſſeſſione 3. de regul. iur.
in 6. Bart. in l. cenſus. ff.de vſucapionib. Pariſ.
conſ.27. num.101. lib.1. Rota apud Cardin. Se-
raphinum deciſ.1295. num.7 apud Coccinum
deciſ.346. num.9. apud Cardin. Caualer. deciſ.
487. nu.4.& in Oritana decima Oliua 13. Maij
1636. coram Carrillo deciſ.591. nu.20.& 24.
in ſupplemẽto 5. partis recentiorũ per Rubeum.
Nullam verò poſſeſſionẽ habet Archie-
piſcopus decimas has exigendi ab Excell.
Principe Tarſiæ, tàm in Terra Coriliani,
quàm etiam Terræ nouæ, ſicut etiam ab an-
teceſſoribus Baronibus neq; etiam exegit.
Nullam

Nullã proindè babere in hoc præscriptio-
nem poterit,quæ à possessione fomentum,
accipit, & vim, (vt diximus) & possessio
pro ipso non est.

Hoc autem (difficultate omni semota,
quin facillimè) probatur ex ipsamet eius-
dem Illustrissimi Domini Archiepiscopi
confessione,qua exegisse se decimas has in
dictis Terris confitetur, sed à conductori-
bus,vel Ouium, & Caprearum, vel etiam,
Terrarũ. Sicuti verò per ipsam partis con-
14 fessionem aduersarij probatur possessio.
ex Bart.in l.Aurelius Simphorinus 29. §.idem
quæsijt. num.2.ff.de liberat legat. Rota part.1.
diuers.decis.802.num.2.3.& seq. & apud Coc-
cin.decis.14 num.4.& apud Duranum d.decis.
21.nu.2.part.1.& apud sanct.mem.Greg.XV.
decis.200.num.2. ibidemq; Beltramin addēs.
& decis.458. nu.3.4.& 5. diximus in nostro
Apologetico pro iuribus Ecclesiæ num.345. Ita
15 planè,& eius contrarium,quem scilicet nõ
16 possidere. Contrariorum quippè eadem,
est disciplina, vt vno eorum cognito, rectè
cognoscatur,& reliquum. ex Caio lib.1.In-
stitutionum in l.1. in princ. ff.de his, qui sunt
sui, vel alien.iur. §.1. Institut.eodem. Gloss.in
clem.1 verbo obseruare. de sent.excom. Perez
de Lara de capellanijs lib.1.cap.11.n.14.& seq.
Gonzalez ad reg.8.cancell.gloss 43.nu.171.di-
ximus respons. nostra 66. num. 22. part. 4.
17 Non est autem par ratio conductorum,
atque Baronum,cùm distinctę sint personę,
atque distincta munia;quia hi quidem Do-
18 mini,illi verò conductores,qui alieno pos-
sident nomine. ex Paulo lib.12. ad Sabinũ
in l.quamuis 32.§.si conductor.ff.de acquirend.
possess. diximus alios referentes respons. no-
stra 56.num 27.& 29. part.4. Erunt proin-
19 dè diuersi termini: à quibus nulla recta,
inferiur illatio. ex Papiniano d. l. Papinia-
nus exuls 21.ff de minoribus. Cuius in initio
20 quoque meminimus. Pessima igitur con-
sequentia,ab exactione facta decimarum à
cõductoribus,ad possessionem inferre ten-
21 tant aduersarij, exigendi quoque à Baro-
nibus. Suo quippè nomine soluerunt con-
ductores ex fructibus,quos ipsi perceperũt,
& quorum Domini erant. ex Vlpiano lib.
32.ad edictũ in l.ex conducto 16.§.si vis tem-
pestatis.ff.locati,& conducti, & alij, quos nos
d.respons nostra 50.nu.30.deduximus par.4.
22 Nullum itaque Baronibus præiudicium,
intulere,neque inferre potuere: & quòd nõ
Baronũ nomine soluerunt, cùm ex propria
tenerentur persona: & quòd si soluissent,
neque etiam ipsis præiudicium inferre va-
luissent,cùm mandatum in hoc minimè ad
23 soluendũ habuerint; sicuti speciale requi-
rebatur,cùm de alienando,atque soluendo
24 ageretur. Is nempè procurator dicitur,quẽ
Domini mandatum obtinet. ex Vlpiano
lib.30. ad Sabinum in l.vero procuratori 12.
in princ. & ex Iuliano lib.54. digestorum,
in l. qui hominem 34. §. si Titium. ff.de solut.
Felin.in cap.quoniam contra. nu.53.de probat.
Tiraq.de retractu liguagier. gloss.vlt.§.9 nu.7.
Grilenzon. cons.10.per tot. Rota in Messanen.
seù nullius feudi 22. Iunij 1635. coràm Card.
Verospio decis.57 num.7.part.7. in recent. per
25 Rubeum. Hoc verò probandum esset, cùm
aliàs mandatum nõ pręsumatur. Card. Man-
tica de tacit.& ambig lib.7.tit.4 num.1.& seq.
& dixit Rota in Romana sentorũ 4000. 4.Iu-
lij 1635. coràm Mellino decis.69. nu.11. ead.
part.7.recent.per Rubeum.

Remanet itaq; sine possessione Illustriss.
Dominus Archiepiscopus decimas exigẽ-
di has à Baronibus, ac præsertim ab Excel-
lentiss. Domino Principe Tarsiæ,cùm nus-
quam (eius quoq; confessione) ab illo exe-
gerit,sed à conductoribus, qui proprio sol-
uerunt nomine,& ex propria persona, quia
conductores fuerunt. Nulla proindè præ-
tendi pręscriptio poterit,quę (vt diximus)
26 à possessione normam accipit,& vim. Vt
in hac decimarum materia consuetudinĩ
incumbendum sit, quæ possessionẽ tribuit,
illaq; consequentèr præscriptionem. Cùm
verò in dubiũ reuocatur, cui soluendæ sint
decimæ, & à quibus, ad consuetudinem sit
recursus, vt id perspiciatur, quod recepta,
præstiterit consuetudo. Rei huius,& pro-
positionis Doctorem non alium excipias,
quàm Lucium Tertiũ Strigonien Archie-
piscopo in cap.ad Apostolicæ Sedis 20. in fin.
de decim. scribentem,dicentemq;: Quoniam
à diuersis diuersa consuetudo tenetur, tù eligas
in hoc casu, quod per consuetudinem diù obten-
tam ibidem noueris obseruatum. neque alitèr
respõdit Alexander Tertius in cap. cùm sint
homines 18. de decimis. Quæsitũ quippè fue-
rat ab Alexandro (quod facto huic nostro
sedet ad amussim) si alienæ Parochiæ ho-
mines,terras in alia Parochia excolant,cui
Ecclesiæ de terris illis decimas soluere de-
beant? his respondet verbis Summus Pon-
tifex: Sanè (inquiens) non est nobis facilè su-
per hoc certum dare responsum: cùm authori-
tates Sanctorum Patrum etiam sint diuersa. Et
ideò in huiusmodi dubitatione ad consuetudinẽ
duximus recurrendum. Ad consuetudinem,
itaque recurrendum in vasta hac decimarũ
percipiendarum materia. quod & Gloss. ad-
notauit d.cap. cùm sint homines 18. verbo ad
consuetudinem. dicens & ipsa: nota quòd in
decimis persoluendis consuetudo attenditur.
Quia vt Innocentius Tertius in Concilio
generali decreuit,relatus in cap.in aliquibus
27 regionibus 32.§.fin.in fin.de decimis. Illę quip-
pè decimæ (inquiens) necessariò soluendę
sunt, quæ debentur ex lege diuina, vel loci
consuetudine approbata. Legi itaque diui-
28 næ,consuetudo,quæ approbata est,compa-
ratur, non itaque contemnenda. quod &
Gloss.

*Gloss.fin.*verbo *loci consuetudine.* ibidem ani-
maduersum non dimisit . quo argumenti
genere vsus videtur . Stephanus quoque
Papa in *can.quod dicitis* 14.aliàs *fin.*& ibidẽ
Gloss. verbo *regionibus . dist.*16. nec longè
quoque abijt Sanctus Doctor *Thomas Aqui-
nas* 2.2. *quæst.*43.*art.*8.*ad* 5. quin propè;pre-
29 sertim verò si scandalũ immineret, si con-
trà fieret . *Et ex simili causa* (inquiẽs scan-
dali videlicet effugiendi) *Ecclesia abstinet à
decimis exigendis in terris , in quibus non est
consuetudo decimas soluere* . A locorum itaq;
consuetudine pendet ratio decimas exigẽ-
di. quemadmodùm ex consuetudine factũ
est,vt has decimas (exceptis tamen quibus-
30 dam) Archiepiscopus exigat . Standum
proindè consuetudini , sicuti pro se , pari
quoque,& contra se,modo. ex *eclin. in cap.
nihil . de præscript. Marcus Anton. Genuens.*
Montis Marani Episcopus *in Manuali pasto-
rum cap.*5. *num.*2.*in fin. Marius Antonin. va-
riar.resolut.lib.*1.*resolut.*77.*num.*9.*& seq. Rota*
apud *Card.Caualer. decis.*73.*num.*2.*& seq.&
decis.*95.*num.*1.*& seq. & decis.*356 *num.*2. &
apud *Card.Manticam decis* 341.*num.*8.*Bona-
cina tom.*2. *de legibus disput. vlt. de quinque
præceptis Ecclesiæ q.*5.*punct.*3.*num.*1.

Hinc itaq; factum est, atque consuetudi-
ne inductum,vt à feudalibus decima non
exigatur,sicuti neque ab ijs,qui ciues sunt,
nati in loco , in quo vel Oues , vel Capreæ
morantur,vt pascua assumant. quod sanè &
Illustriss.Dominus Archiepiscopus nõ dis-
fitetur , quin spontè asserit , & confitetur.
Vtroque autẽ modo Dominus Tarsię Prin-
ceps pro Terris Coriliani , & Terrænouæ,
quæ in Diœcesi sunt Rossanen, exemptus à
decimis est huiusmodi soluẽdis; & quia de
feudalibus Oues,& Capreæ æstimãtur,quæ
in terris depascuntur feudalibus ; & quia
ciuis est ipse,& primus inter alios .

Adstruimus primum . Inde porrò deci-
mas has exigit Illustriss. Archiepiscopus ;
quia in Terris depascũtur , quæ intra Diœ-
cesim sunt, quamuis exteri sint , qui depa-
scendos greges deferũt Ouium, & Caprea-
rum. hoc enim in facto suo ipsemet con-
fitetur . non equidẽ alitèr ipse decimas exi-
geret has,nisi intra Diœcesim greges illi de-
ferrent depascendos . Sed qui Domini sũt;
Principis Tarsiæ greges Ouium,& Caprea-
rum, in Terris depascuntur feudalibus , &
31 proprijs . Quia feudale æstimatur omne
id, quod intra latitudinem feudi est ; potis-
simùm verò cùm nullus sit alius contradi-
ctor, qui id non esse, refricet. ex *Afflict. de-
32 cis.*267.*num.*2.*&* 3. atque Terrarum maior
pars feudalis sit, vt omnia feudalia præsu-
mantur . secuta fuit *Rota* apud *Card. Caua-
33 ler.decis.*93.*num.*6. Ratio autem est: quia
naturæ præsumuntur eiusdẽ bona propter
inhærentiam,& vicinitatem.vt fuit perpen-
sum per *Rotam* apud eundem *Card.Caualer.
decis.*121 *num.*3.plenè *Menoch. de præsumpt.
lib.*3.*præsumpt.*100.*per tot.*potissimũ *nu.*11.
Rota apud *Puteum decis.*325. *nu.*3.*lib.*2. quæ
in impressione nouissima Romana est *decis.*
314. *Ioannes Koppen.decis.Germaniæ* 3. *nu.*6.
7. *& seq.part.*2.*Mинadoi decis.*32.*nu.*1. Non
itaq; has decimas exiget Archiepiscopus ,
qui cõsuetudine retinetur , ne à feudalibus
illas extrahat . Sine possessione quippè est
has decimas à feudalibus extrahendi . non
ergo præscribere eas potuit sine possessio-
ne, sine qua præscriptio non procedit,vt in
initio diximus .

Sed instabis : non ex feudalibus has ex-
trahere decimas Dominum Archiepisco-
pum, sed ex fructibus Ouium,& Caprearũ,
qui sanè fructus feudales minimè sunt. Ve-
rùm in promptu responsio est ; nõ extrahe-
re decimas Archiepiscopũ,ex Ouibus, Ca-
preisq; ex fructibus scilicet earũ , ex caseo,
recoctis,ex Agnis,hœdisq; , sic in genere
quia Oues sunt, & Capreæ; sed quia intra
territoria introducuntur Diœcesis Rossa-
nen, vt in illis depascantur . ex pastu igi-
tur fructus pariunt . Ni pascerentur por-
rò, fructus non parerent,sed deperirẽt,mo-
rerentur. Depascũtur itaque herbas in ter-
ritorijs enatas feudalibus , aquasq; in illis
bibunt ; concipiunt,pariunt, fructusq; col-
ligunt pastores Ouium,Caprearumq;. nam
34 in pecudũ fructu etiam fœtus est, sicuti lac,
pili,& lana. Caius vt loquitur lib. 2. rerum
quotidianarum in *l. in pecudum fructu* 28.
ff.de vsur. & ex ijs decimas accipit Archie-
piscopus . occasione ergo feudalium terri-
toriorum , quæ intra Diœcesim sunt , deci-
mas excipit ab alijs omnibus exteris,& ci-
uibus aliundè ascitis,non planè natis, & in
hac est consuetudine, vt ipse confessus est ,
& non negauit . vti de Ioanne Baptista S.
testatur Euangelista Ioannes 1.20. interro-
gatus namque : *Tu quis es ?* & *confessus est*,
(sequitur) *& non negauit . Et confessus est :*
35 Quia ex feudalibus decimas ipse non ac-
cipit,& in hac est cõsuetudine, ne à feuda-
libus decimas extrahat. Feudalia autem
territoria hæc habentur respectu Domino-
rum feudorum,non verò aliorum aduenię-
tium,& qui decimas exsoluũt Archiepisco-
po. Solus itaque feudi Dominus excipitur,
ne decimas has soluat , quia ex feudalibus
soluere illas non tenetur.Feudi quippè fru-
36 ctus est,quod Oues,Capellæq;, quæ in Ter-
ris feudalibus enascuntur, depascãtur her-
bas , quæuè decurrũt fluenta bibant aqua-
rum,indèq; concipiant,& pariant,lac quo-
que dent,ex qua caseus, atq; recoctę,Agni,
hœdiq; habentur . non itaque ex his fructi-
bus , qui quòad feudi Dominum , feudales
æstimãtur, decimas percipiet Archiepisco-
pus , sicuti non accipit ; & in hac est con-
suetu-

stetudine. Seruanda igitur, vt in superio-
ribus diximus.
37 Et quidèm à veritate videri haud debet
alienum, quòd feudi fructus nuncupaueri-
mus, quòd Oues, Capellaq; feudalibus in
Terris depascâtur, vt ex iis feudi Dominus
decimas, vti ex feudalibus, soluere (consue-
dine id faciēte) minimè debeat. non enim
gratis id asserimus, sed ex Vlpiano magno
illo Iureconsulto lib. 7. digestorum in *l. qui*
scit fundū 25. *de vsuris*. mutuati fuimus. do-
38 cet quippè ipse; fructus non iure seminis,
sed iure soli percipi. non enim quia seui-
sti, inde fructus facis tuos, sed si soli Domi-
nus es. alioquin si in alieno sciēs, volensq;
seueris, non facies fructus tuos. ex solo igi-
tur fructus æstimantur: non iure seminis.
39 *Quoniam in percipiendis fructibus* (Vlpianus
loquitur ibidem §. in alieno fundo) *magis*
corporis ius, ex quo percipiūtur, quàm seminis,
40 *ex quo oriuntur, inspicitur*. Feudales itaque
hi æstimabuntur fructus, qui ex pastu per-
cipiuntur territoriorum feudalium, quia
corporis ius magis inspicitur, quàm Oues
ipsæ, quæ depascuntur herbas. & hanc per-
pensionē ex *d. text.* Vlpiani post Florianum
ibidem magnifacit *Ioan. de Amic. cons.* 69.
num. 12. *Gratian. forens. part.* 4. *cap.* 614. *nu.* 4.
Rota apud *Cardin. Canaler. decis.* 136. *num.* 2.
Decimas proindè ex illis nō debebit Baro,
sicuti neque vnquam soluit in præteritum,
consuetudine id faciente, eaque iam rece-
pta, & viua. Quia fructus feudi æstimantur.
41 Quemadmodum fructus terragiorum, seù
decimarum, quæ Domino debentur feudi,
fructus æstimantur feudi. vt sequitur *Fabius*
Capycius Galeota controuersiarum lib. 1. *con-*
trouers 59. *num.* 8 *&* 9. facit *decis. de Franch.*
124. *num.* 2. *& seq.*

Secundum autem, quod probandum re-
manet, esse Baronem, & ipsum ciuē, natisq;
42 æquari: præstamus sic. Baro in Ciuitate,
siue Terra quacunque, primus est ciuis, atq;
vti primus inter omnes alios ciues habetur
ad quoscunque effectus, quibus alij ciues
vtuntur, siue nati in loco illi sint, siue aliun-
dè asciti: quia nimirùm caput eorū habe-
tur omnium, atque honorabilius totius ip-
sius Ciuitatis corporis membrum. non ita-
que diuerso iure à toto corpore haberi de-
bebit, cùm cetera membra ab ipso capite
43 influentiā trahant, accipiantq;. illud pro-
indè sequi magis ea oportet, quàm quòd
ab illo dissidium patiantur. ex Calisto Pa-
pa in *can.* 1. *dist.* 12. & Victore etiam Papa
XIII. à Sancto Petro in *can. celebritatem* 21.
in princ. de consecrat. distin. 3. sequntaq; fuit
Rota apud *Coccinum decis.* 3. *nu.* 4. *& decis.* 93.
44 *num.* 83. *part.* 5. *in recent.* Quin quale caput
est, talia censentur membra. ex *Rota* apud
sanct. mem. Gregor. XV. decis. 370. *nu.* 3. *in fin.*
diximus *respons.* nostra 69. *nu.* 19. *&* 20. *p.* 3.


45 Et licèt quidèm ciues, origo, manumis-
sio, allectio, vel adoptio faciat, ex Diocle-
tiano, & Maximiano Augustis in *l. ciues* 7.
C. de incol. lib. 10. vt alij ciues dicantur ori-
ginarij, qui in loco scilicet nascuntur; alij
verò ascititij, qui aliundè ad ciuilitatem
asciscuntur ex eisdem, & *Gloss.* ibidem ver-
bo *allectio*. plenè *Ioan. Cephal. cons.* 451. *n.* 16.
& seq. vol. 4. *Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *præ-*
sumpt. 30. *nu.* 21. *&* 22. *Thom. Carleual. de iu-*
46 *dic. tom.* 1. *disput.* 2. *q.* 2. *nu.* 82. Baro tamen
nō simpliciter ciuis habetur, sed inter om-
47 nes primus. atq; aliorum caput æstimatur.
Et in Regno quidèm ex *prag.* 12. Caroli V.
Barones vti primi ciues habētur. & in eam
comminiscitur *Ioan. Francisc. Capibl. part.* 1.
pragm. 12. *num.* 1. *& seq.* Non ergo in distin-
ctione comprehendentur, quam Aduersarij
admittunt, vt alij sint originarij, alij verò
ascititij, qui aliundè aduenerunt, & ciues
facti sunt. vt etiam paulò antè distinximus.
Quia isti vti caput aliorum, omnes alios
comprehendunt, & vnum faciunt corpus.
48. vt diuerso iure à toto ipso corpore censeri
minimè debeāt. ex Iaboleni sensu in *l. cum*
qui ades 23. *ff. de vsucapion.* *cap. cùm in tua*
30. *in fin. de decim.* diximus *d. respons.* nostr.
69. *num.* 21. *part.* 3. Et hinc factum esse di-
scernitur, vt Barones ex hac interpretatio-
ne iustissima decimas minimè vnquàm has
soluerint pro præterito, vt neque in futurū
soluere debeant. Dat quippè satis aptè
49 interpretationem hanc ex tanto tempore
subsequuta obseruantia. ex *Aym. cons.* 211.
num. 8. *Rota par.* 2. *diuersorum decis.* 39. *nu.* 12.
& apud *Card. Seraphin. decis.* 456. *num.* 5. *& in*
recentiorib. part. 2. *decis.* 482. *num.* 10. & apud
Coccin. decis. 436. *num.* 1. & apud *sanct. memor.*
Gregor. XV. decis. 280. *num.* 5. *& decis.* 502. *nu.*
10. diximus *respons.* 91. *num.* 38. *&* 39. *par.* 4.
50 Neque profectò resupini ita fuissent præ-
decessores Archiepiscopi, vt ab his quoque
Baronibus decimas non extraxissent, exe-
gissentq;, ni hęc eorum fuisset sententia, &
ita nobiscum sensissent, atque vti nos (ar-
51 gumento ducto à posteriori) ab obseruan-
tia ipsa argumentati, atque philosophati
fuissent: Barones ad dictas decimas; & vti
ex fructibus feudalium; & vti ciues, ipsosq;
primos, atq; aliorum caput, debitores mi-
52 nimè fuisse. potissimùm verò si ipsi præ-
cessores diligentes fuissent, ac studiosi pa-
tresfamilias, quorum personas incredibile
est in aliquo facilè errasse. verbis loquimur
Pauli lib. 3. quæstionum in *l. cùm de indebito*
25. *§ qui enim soluit. ff. de probat.* Quia nimi-
53 rum, diligentem, non est verisimile, erra-
re. *Gloss.* commentum ibidem agit. verbo
diligens. quam perpensionem mutuata sibi
fuit ex Alexādro Cæsare in *l.* 1. *C. qui, & ad-*
uersus quos in integrum restitui non possint.
Qui de minore verba faciens, an is restitui

ſemper debeat? Iudicantem reſpondit, ri-
54 mari oportere: *Nàm is, qui ſe minorem an-
nis lęſum eſſe dicit, diligẽs patrifamilias fuerit,
actibuſq; publicis induſtrium ſe docuerit, vt
lapſum eum per ætatẽ veriſimile non ſit.* Quis
55 enim induſtrium alioqui virum, atque
prudentem, diligentemq; facilè reſupinum
in ſui commodũ arguet fuiſſe, æſtimabitq;?
Cùm videlicet à conductoribus has extra-
here decimas non dimiſerint, à Baronibus
56 verò nõ extraxerint. Argumentum igitur
manifeſtiſſimum hoc eſt, illos ad has ſoluẽ-
das minimè teneri, proptereà non ab illis
exegiſſe. quemadmodum & *Rota* ſimili vſa
argumẽto fuit, apud *Card. Caualer. deciſ.* 109.
num. 10. & apud *Duranum deciſ.* 27. *num.* 17.
& apud *ſanct. memor. Gregor. XV. deciſ.* 521.
num. 1. *Gratian. forenſ. part.* 5. *cap.* 925. *num.* 8.
& 10. & nos *reſponſ.* noſtra 59. *nu.* 22. *part.* 3.
In hac ipſa decimarum materia reſpondẽ-
tes. Hanc proindè ob cauſam manifeſtiſſi-
mè patet, quàm optimo iure Hieronymus
tunc Biſiniani Princeps, qui ſe nullo iure
ad decimas has ſoluendas teneri nouerat,
pro maiori ſuæ ſecuritate conſcientiæ, ſan-
ctiſſimum tunc tẽporis Sixtum IV. adierit,
vt cauſam hanc Epiſcopo delegaret alicui
ex vicinioribus, qui vocatis ad id intereſſe
habẽtibus, eum ad decimas non teneri ſol-
uendas decerneret, ſed ſi quid ſolueret ex
ſua exſolueret animi liberalitate, nõ autem
neceſſitate. Demandauit idcirco cauſam
per Breue Sanctitatis Suæ apud S. Petrum
anno Incarnationis Dominicæ 1473. quin-
to idus Februarij anno Pontificatus ſui ter-
tio ſub annulo Piſcatoris Epiſcopo Biſi-
nianen. qui vocatis vocandis etiã Archie-
piſcopis, etiã Epiſcopis, atque Parochialiũ
Eccleſiarum Rectoribus, potiſſimum verò
Archiepiſcopo Roſſanen cauſa cognita di-
ctum Biſiniani Principem ad decimas ſol-
uendas minimè teneri decreuit; ſed ſi quid
ſolueret, pro ſuo ſolueret liberatis arbi-
trio. Quę ſanè ſentẽtia in iudicatũ tranſijt,
nemoq; ab illa vnquàm proclamauit, efflu-
xere ab illa lata, centũ, & ſeptuaginta anni.
57 Nunquid in irritum ſententiam hanc re-
uocabis, quę in iudicatum tranſijt, vndè ius
tribuit inconcuſſum ei, qui obtinuit illam,
& pro veritate habetur? ex Vlpiano in *l. res
iudicata* 208. *ff. de regul. iur. cap. cùm inter* 13.
§. fin. de ſenten. & re iudic. Non vtique quia
58 per illam lis finita dicitur. *Rota apud Card.
Caualer. deciſ.* 208 *num.* 1. Et de albo nigrũ
facie. vt *Cagnol. in d. l. res iudicata.* loquitur
Afflict. deciſ. 373. *nu.* 2. & nos latè *reſponſ.* no-
ſtra 41. *num.* 14. *cum ſeq. & reſponſ.* 81. *nu.* 87.
59 *part.* 3. Obſtabit proindè agentibus litis fi-
nitę exceptio per ſententiam quippè liti fi-
nis imponitur. re præſertim in iudicatum
tranſacta. Modeſtinus hoc docet lib. 7. pan-
dectarum in *l.* 1 *ff. de re iudic.* ſic enim inquit
ipſe. *Res iudicata dicitur, quæ finem controuer-
ſiarum pronunciatione Iudicis accepit.* Quibus
in ſententia finis eſt. vt *Gloſſ.* ibidem verbo
accepit; ſubnectit: ſequitur *Rota deciſ.* 1 *de re
lite pendente in nouis. Verall. deciſ.* 173. *num.* 2.
& 3. *part.* 2. *Lancellott. de attent. par.* 2. *in præ-
fat. nu.* 250. diximus *reſponſ.* 40. *nu.* 36. *part.* 3.
Finem igitur impoſuit; per ſententiam Ep. De-
legatus Apoſtolicus Epiſcopus Biſinianen.
declarando, Principem Biſiniani ad deci-
60 mas de prouentibus feudorum non teneri,
ex illo tẽpore tot effluxère anni, eandemq;
ſequentes legẽ, neque qui in his Terris ſuc-
ceſſere, decimas ſoluere. Vel itaque verita-
tem ita eſſe prędeceſſores omnes cognoue-
re Archiepiſcopi, & non illas vnquàm pe-
tiere, & hoc vnum ſatis pro nobis eſt fun-
damentum, in tacita ſaltim partis aduerſæ
confeſſione innixum: Vel reſupinos illos in
hac re fuiſſe arguemus, hoc verò non ita
facilè præſumptionem habet, cùm potiſſi-
mum à conductoribus decimas exegere,
extraxiſſent vtique illas, & à Baronibus, ſi
61 debitores & ipſi fuiſſent. Nemo verò in
re ſua reſupinus præſumitur, vt iactarę
ſuum eſt æſtimetur. vt in ſuperioribus etiã
philoſophati fuimus ex Paulo in *a. l. cùm
de indebito* 25. *§. qui enim ſoluit. ff. de probat.*
Non itaque prædeceſſores omnes alios di-
ligentia, atque induſtria vincet Illuſtriſſi-
mus Dñus modernus Archiepiſcopus, vt
quod illi nõ fecere, ipſe vnus nunc velit fa-
62 cere; vt turbas proindè exciteт; quando:
*Ex ſimili cauſa Eccleſia abſtinet à decimis exi-
gendis, in quibus non eſt conſuetum decimas ſol-
uere.* Sãctus loquitur *Tho.* 2. 2. *d. quæſt.* 43. *ar-
tic.* 8. *ad quintum.* & ſupra nos quoque retu-
limus.

Liber ergo cùm ſit Dominus Princeps
Tarſiæ ab his decimis ſoluendis; & quia
ex feudalibus decimæ non ſoluuntur; &
quia ciuis, ac primus eſt ciuis, vndè ob-
ſtaculum Illuſtriſſimo Domino Archiepi-
ſcopo conſuetudo ipſa facit, quæ ab his
decimas non extrahit; nullum eidem
Archiepiſcopo mandatum de manutenen-
do competere poterit, quod non niſi poſſi-
denti relaxatur, vt in ſuperioribus demon-
ſtrauimus. Separauimus ergo pretioſum à
vili, quaſi os Dei erimus.

Atque ita ex his, quæ iudicio lubenter
ſupponimus acriori, meliori, purgatiori;
reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Epiſcopus Iuuenacen.



SVM-

SVMMARIVM.

1 *Veritas vna est.*
Quia vnus est, & incommutabilis Deus, qui veritas est.
Et vna est, simplicitatisq; amica. num.5.
Non est itaque fucis adumbranda, vt lateat. num. 6.
Latere quippe non potest.
2 *Iesus est via. veritas, & vita.*
3 *Spiritus sanctus spiritus est veritatis.*
Et à Patre, Filioq; procedit. num.4.
7 *Ius ex facto oritur.*
Quia ipsum in causa est.
Mutato ergò facto, & ius mutatur. num.8.
9 *Aequiuoca distinguenda priùs, definienda postmodùm.*
10 *Voluntas hominis mutabilis. & ex Ioan.11.6. illustratur non ne duodecim sũt hora diei.*
11 *Principali sublato, & accessorium aufertur.*
12 *Mandatum de manutenendo ei dandum, qui in possessione erat de tempore mota litis. præsertim verò ex partis instantia. num.20.*
Nec manutentio ei deneganda, de cuius possessione constat de tempore mota litis e num.13.
Etiam si per vnicum actum de possessione doceat. num.14.
15 *Possessio probatur per locationem.*
Et partitas exactionum locationis.
Præsertim verò si de dominio quoque constet. num.16.
Neque aduersarius eat inficias.
Etiam contra tertium.
Præsertim petitorio intentato per Aduersarium, tunc enim possessio penes conuentũ præsumitur. num.19.
17 *Possidere simul eandem rem, eodemque iure, & tempore duo non possunt.*
Hoc nempè contra naturam est.
18 *Petitorium intentatum videtur, non possessorium, cùm petitur declarari, &c. nec petitio nudam respicit possessionem.*
Vel si petitio facta fuit super re, quæ non extat, & probatione indiget. nu.29. & 46.
21 *Priuatio habitum præsupponit.*
22 *Bona sua regere, & gubernare cuilibet licet.*
Alioquin iniquum æstimatur. num.23.
Et quilibet res suas moderari, & dirigere ex suo arbitrio potest. num.48.
24 *Donatio sub conditione facta, conditione defecta, & donatio deficit.*
Bonaq; ad donantem reuertuntur.
Adiecto potissimùm pacto resolutiuo. nu.25.
Namque donatio sub conditione facta, conditione non existente, perindè habetur, ac si facta minimè fuisset. num 53.
Potissimùm verò si conditio resolutiua fuerit donationis. num.54.
25 *Pactum resolutiuum, præsertim per verba directa, & titulo resolutiuo, vt res ad pristinam causam redeat, operatur.*
Perindè est enim, ac si stipulatio non interuenisset. num.26.
27 *Non entis nullæ sunt partes, nec qualitates.*
Quia deperit substantia qualitatum receptiua. num.28.
28 *Qualitas est accidens, quæ sine substantia substentante non datur.*
30 *Contradictoria simul, eodemq; tempore, & in eodem subiecto stare non possunt.*
Quia se inuicem contrudunt.
Et ridiculum est velle illa ita ponere. nu.31.
32 *Contraria petens non admittitur.*
33 *Prouerbium. Tota aberrat via.*
Vel toto aberrat Cælo. num.35.
34 *Impij in inferno, errasse se à via veritatis, deplorant.*
36 *Aedificium, quod super arenam fundatum est, corruat oportet.*
37 *Distingue tempora, & concordabit scriptura.*
38 *Locus Ecclesiasticus dicitur, qui Episcopi authoritate constructus est.*
Et in eo persona degũt Ecclesiastica Deo sacra. num.39.
40 *Nemo mittẽs manum suam ad aratrum, & respiciens retro aptus est Regno Dei.*
Sic Angeli Loth dixerunt, ne respiceret retro. num.41.
42 *Vxor Loth in statuam salis reuersa, quòd retro respexit.*
Cuius rei meminisse debere Dominus nos admonit.
43 *Pius dicitur locus, in quo pietatis opera exercentur.*
Verùm non hoc simpliciter, & absolutè procedit. num.44.
Sequitur tamen consequentia negatiua, non exercentur in eo opera pietatis, ergo pius non est locus.
45 *Testatoris prudens consilium ex verbis deprehenditur.*
Quemadmodùm & cuiuscunque alterius.
47 *Postliminium fingit rem semper in eodem statu permansisse, sicut per priùs erat.*
49 *Locus propter gentem electus, non gens propter locum, non enim locum sanctificat hominem, sed homo locum. num.50.*
51 *Homo æstimari debet, non locus.*
Ne homo ad rem accedere videatur.
Quia homo superior est.
Propter suam scilicet dignitatem. num.52.
Namque dominium rerum omnium homini dedit Deus.
55 *Conditio est futurus euentus, in quem dispositio differtur.*
56 *Episcopus græcè, latinè speculator interpretatur.*
Quia speculari, & prospicere debet populũ sibi commissum.
Non tamen rerum omnium, & Ecclesiarum immediatè ipsi administrationem habent, sed mediatam per ministros. num.57.
Præsertim verò si administratores immedia-

ti, per fundatores, vel dotantes dati fuere. num. 58.
Vel inter viuos.
Vel in vltima voluntate.
Ne alioqui retrahantur homines ab Ecclesijs ædificandis. num. 59. dotandisq;.
Quod obseruare debet Episcopus. ex decreto Sacri Tridentini Concilij.
60 *Dispositiones vltimæ testatorum, quæ iustę sūt, vti lex, seruari mandarunt sacræ leges.*
61 *Locus Oseæ 2. 7. vadam, & reuertar ad virum meum priorem, &c. ad rem perpenditur.*
62 *Prouerbium Ecclesiasticum. assumet planctum in excelsis, nec consolabitur, quia nō sunt. de eo cuius spes deplorata est.*
63 *Fundamento sublato, ædificium vt corruat, opus est.*
64 *Consequentia ex falsis principijs ducta, falsa ipsa quoque erit.*
65 *Falsum ex falso sequitur.*

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo ei datur, qui in possessione reperitur de tempore motæ litis. neque denegari potest ei, qui in possessione est. Quā ob causam instās declarari ad se spectare, &c. petitorium intentasse videbitur, non possessorium. Petitorium autem dicit possessionem penès aduersariū esse. Donatio sub conditione facta, cum pacto potissimùm resolutiuo, resoluitur, conditione nō existente, & res ad priorē statum reuertitur. Pius dicitur locus, in quo pia exercentur opera. Homo nulli accedit rei, ob humanam super omnes res dignitatem. Episcopus ex quo superintendens dicitur, quo pacto, mediatè ne, an immediatè bona omnia Ecclesiastica, & Ecclesias ipsas administrare, ac regere dicatur? & nùm possit administratores ipse deputare, si illi à fundatoribus, vel donatoribus dati fuere?

RESPONSIO VII.

1 VNa, & inuariabilis est veritas; quia vnus, & incommutabilis est Deus, qui veritas est. *can. fraternitatis 1. 35. q. 10.* Dixit proindè Iesus Filius Dei,
2 Dominus noster. *Ioannis 14. 6.* de se ipso loquens: *Ego sum via, veritas, & vita. nemo venit ad Patrem nisi per me.* & de Spiritu sancto verba faciens. *Ioannis 15. 26.* nosq; do-
3 cens: *Cùm autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me: & vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.* & ipsemet Dei Filius. Ioan. 16. 7. *Sed Ego veritatem dico vobis: expedit vobis, vt ego vadam: si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos.* Veritas itaq; est Filius, veritas Pater, veritas Spiritus sanctus, qui à
4 Patre, Filioq; procedit: Tres Personæ: vnus Deus. Veritas igitur est Deus, isque incommutabilis. Inuariabilis proindè veritas,
5 atque vna, simplicitatisq; amica. vt Clemens cōtestatur Tertius in *cap. veritatis 14. in princ. de iure iurand.* concinit proindè, quod Comicus Plautus in Mustellaria dixit:
6 *Ego verū amo, verū volo mihi dici, mendacē odi.* Non est itaque fucis adumbranda veritas, vt lateat: cùm ipsa latere nusquam possit. vti de ea Seneca in Traged. contestatur. *Veritas nunquam latet.* inquiens. Ex facti itaque veritate ius in hac re patebit, quod
7 nec diffugiunt Aduersarij, qui ex facto ius oriri contestantur: quia in *causa ius est.* ex Alfeni sensu in *l. in plagis 53. §. in Cliuo Capitolino. ff. ad legem Aquiliam.* In causa, hoc est in facto. *Gloss.* ibidem loquitur, & Paulus in *l. si seruus ante 49. in finalibus verbis. ff. eodem.* quare ipse, diuersimodè responsionem secundùm ea, quæ proponebātur, reddidis-
8 set, rationem referens: *Quia alterius, & alterius facti hæ res sunt.* Pariq; modo Iulianus & ipse in *l. item vulneratus 52. §. eiusdem ergo ff. eodem.* rationem reddens, quare variè respondisset in hominis interēpti vnico facto: *Cùm vterque eorum* (dicēs) *ex diuersa causa, & diuersis temporibus occidisse hominem intelligatur.* Diuersa proindè, quæ sunt, diuersimodè decernenda: ne confusio in
9 respondendo generetur. Hanc ob causam cùm æquiuoca nomina fuerint, distinguenda primitùs, quæ æquiuoca sunt, (Aristotelis est doctrina) postmodùm definienda,

ut in incerto laboremus. & tradidere nostrates in *rubr. Institut. de iure naturali,gentium,& ciuili.* ad *text.in cap.cùm Ioannes* 10. & ibidem *Abb.sub num.16.de fide instrument. Mandos. cons.52.num.4. Rota* apud *Viuian. in praxi iurispatronatus, in Mediolanen. iurispatronatus* 8. *Iunij* 1618. coràm *Pironano decis.74.num.4.* diximus *respons.*nostra 80.*num.1. part.4.*

Cùm itaque satis æquiuoca sint, quæ Fiscus in hac re proposuit, nè veritas appareret,eorum,quæ gesta fuere, essetq; confusa responsio vt illa certa esse valeat, rerùq; veritas appareat erunt æquiuoca à certis secernenda. Narrationis ergo veritas sic se habet.

Vincentius Califanus Sacerdos anno 1633. Archiepiscopo Neapolitano Eminentissimo Cardinale Francisco Boncompagno bonæ memoriæ, volens Congregationem Presbyterorum sęcularium in hac Vrbe erigere; per priuatum albaranum bona sua eidem Congregationi erigendæ dono dedit. Erecta postmodùm Congregatione præfata,& nonnullis Sacerdotibus in vnum congregatis, quam Congregationē *Sancta Maria de Vigilantia* nuncupauit, cùm aliquandiù ita vixissent; anno 1635. idem Vincentius per publicum instrumentum acceptando,atque iterum, quæ per priuatū albaranum Congregationi præfatæ dederat,ratificando, ac nominatim bona, & pecuniarum quantitates exprimendo,præsertim verò domū, siue Palatium,quod à Fratribus de Eugenio emerat, quæ illi dono dabat; transferendo in dictam Congregationem *(della vigilanza)* omne dominium, & possessionem, quæ ipse habebat. Voluit autē vt Congregatio prædicta curam ageret puellarū pauperum,quas ipse Vincētius in pręfatis domibus ab ipso emptis à dictis Fratribus de Eugenio, & Congregationi donauerat, in vnum congesserat. Verùm pactum adiecit donationi prædictæ, sic loquens.

Con altra dichiaratione, e patto insieme, che non andando auanti, (quod absit) detta Congregatione della Vigilanza in tal caso, così l'albarano fatto nell'anno 1633. come il presente instrumento siano nulli,& inualidi, e non debbano hauere nessuno vigore, come mai fussero stati fatti; del che si debba stare à semplice fede di detto D.Vincenzo in scriptis.

Quia verò humana omnia sunt vicissitu-
10 dini subiecta,& voluntas hominum mutabilis est.iuxtà illud Domini ad discipulos. *Ioan.* 11. 6. cùm ipsis dixisset: *Eamus in Iudæam iterum. Dicunt ei discipuli: Rabi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? Respondit Iesus: Non ne duodecim sunt horæ diei?* non multò post instituta Con-
11 gregatio defecit, & in nihilum reuersa est. Principali propterea è medio sublato, accessorium quoque eius, Conseruatorium videlicet puellarum defecit. (Conseruatorium dicimus, quia sic illum vocat Fiscus) perijtq; memoria eius cum sonitu. ad regulam *accessorium 42. de regul. iur.in 6. can. determinamus 32. 16.quæst.7.* Defecta Congregatione, desertoq; Conseruatorio, Califanus in possessione permansit bonorum suorum, domorumq; præsertim prædictarum,quas à Fratribus de Eugenio emerat, illas locando, atque pensiones percipiendo. Persentiens verò, quòd Curia Archiepiscopalis intendebat deputare personam pro administratione bonorum Ecclesiæ, prætensiq; Conseruatorij nuncupati Sancta Maria de Vigilantia,vt ipse Fiscus asserit,ad A.C. recursum habuit,& ab illo monitorium super instationibus obtinuit.Fiscus pro moderatione institit,quę denegata eidē fuit:Cùm esset Curia Archiepiscopalis suspecta, in propria causa iudicare tentans. Quam ob rem per Signaturam Sanctissimi, instante Fisco, Illustrissimo Domino Archiepiscopo Surrentino causa commissa, & delegata fuit. Coràm eodem itaque Illustrissimo Delegato Califanus manuteneri instat in sua possessione bonorū omnium, ac domorum potissimùm dictarum, quas à Fratribus de Eugenio emerat.quod nec Fiscus it inficias, & à molestijs liberari, quas Fiscus eidem infert. stat contrà Fiscus; sibiq; pro Curia Archiepiscopali manutentionē dari tentās,quòd manuteneri debeat Eminentissimus Dominus Archiepiscopus in quasi possessione iuris administrandi per personam ab eo deputandam dictam domum Conseruatorij, Capellam, seù Ecclesiam,eiusque bona. Causæ igitur sit status. Quis manutenendus,cuique mandatum de manutenendo dandum:Califano,an Fisco?
12 Mandatum de manutenendo Califano dandum nos dicimus: Quia,& ante,& motæ litis tempore Califanus, & bonorum, & domorū in possessione erat. & nec Fiscus abnegare potest. Indè quippè,cùm pro moderatione Monitorij ad A.C. recursum habuisset,illaq; ei denegata fuisset ob Iudicis suspitionē; ad Signaturam Sanctissimi pro commissione ad Illustris.Dominū Archiepiscopum Surrentinum gressus reuoluit; quia bonorum possessionē ipse nactus minimè adhuc fuerat,neque ei (vt putauerat) opportunè acciderat, vt personam deputaret pro administratione Domus Conseruatorij,Capellæ,seu Ecclesię,eiusq; bonorum. Quòd Califanus per recursum ad A.C. Monitorio notificato eum præuenerat, ne suā exequeretur voluntatem. Erat itaque in possessione bonorum tunc temporis Califanus, ac domorū præsertim. Ipsi proindè manutentio, atque mandatum debetur de manu-

13 manutenendo. Quia nimirum manutentio
denegari haud potest ei, de cuius possessio-
ne constat, de tempore præsertim motæ li-
tis. *§. hodie. & §. retinenda. Instit. de interdict.*
Cùm sufficiat ei, quod possideat. Vlpianus
vt loquitur lib. 69. ad edictum in *l. 1. §. inter-*
14 *dictum autem. ff. vti possidetis.* etiã si per vni-
cum actum de possessione doceat: quia in-
terdictum vti possidetis possessorẽ tuetur.
vt idem *Vlpianus* ibidem loquitur, sequi-
turq; *Ripa in cap. cùm Ecclesia Sutrina 3. nu.*
53. de caus. possess. & propriet. Vinc. Anna alle-
gat. 131. nu. 1. & seq. Rota part. 2. in recentior.
decis. 591. num. 1. & apud *Coccin. decis. 46. nu. 1.*
decis. 286. num. 5. & decis. 497. num. 4. & apud
Card. Caualer. decis. 238. num. 1. & decis. 565.
num. 2. & apud *sanct. memor. Gregor. XV. decis.*
200. & decis. 160. & in *Arboren. Canonicatus*
8. Martij 1632. coràm *Merlino decis. 337. n. 2.*
apud *Postium ad calcem tract. de manutenen-*
do. Io. Francisc. de Ponte decis. 18. nu. 10. & seq.
Rota Maceraten apud *Marc. Anton. Thomati*
decis. 15. num. 14. & 15. & decis. 16. num. 5. di-
ximus *respons.* nostra *63. num. 2. 3. & 4. par. 3.*
& respons. 7. num. 1. & num. 54. & 55. par. 4.
15 Se verò in possessione esse Califanus sa-
tis apertè probauit, & per locationes do-
morum, atque pensionum exactionem per
partitas in actis productas, & per examina-
tos testes, qui omnes deposuere, Califanum
in possessione sẽper fuisse, & esse, & per do-
mus locationem, & per pensionum exactio-
nem. ex Paulo lib. 12. ad Sabinum in *l. quã-*
uis pupillus 32. §. si conductor. ff. de acquirend.
possess. qui sanè modi satis optimè possessio-
nem probant. vt plenè deduxit *Menoch. de*
retinend. possess. remed. 3. num. 561. & 567. cum
seq. longa serie ad nummerum vsque 576. & re-
med. 4. num. 572. Gabr. de locat. conclus. 4. nu. 2.
3. & 7. Rota apud *sanct. memor. Gregor. XV.*
decis. 200. num. 1. & decis. 318. nu. 2. Beltramin.
ad decis. eiusdem Gregor. 6. nu. 6. & 7. & apud
eundem Gregor. XV. decis. 500. num. 2. & apud
Cardin. Caualer. decis. 5. num. 1. & apud *Dura-*
num Episcopum Vegellen *decis. 366. num. 1.*
& decis. 407. num. 1. & seq. part. 2. & in Roma-
na Domorum de Roncionibus 1. Iulij 1616. co-
ràm *Buratto decis. 62. nu. 3. & 4.* apud *Statil.*
Pacif. de saluiano interdicto, cuius meminit
quoque *Beltram. d. decis. 6. Gregor. XV. nu. 7.*
16 Accedente potissimum, quod constat etiã
de dominio Califani, qui domos præfatas à
Fratribus de Eugenio emit, quod nec Fi-
scus diffitetur, easque semper possedit, &
Congregationi S. Mariæ de Vigilantia do-
no dedit, & ipse vti Fundator, & Pater Con-
gregationis possidebat. Quando etiam ac-
cedentibus adminiculis, tantùm locatio,
cum effectuatione perceptionis pensionis,
possessionem, etiam cõtra tertium probat.
vt notauit *Rota* apud *Gregorium XV. d. decis.*
318. nu. 2. & 3. Dominium itaque, atq; pos-
sessionem probauit Califanus, qui etiam à
nunc possidet. non potest propterea manu-
tentionem prætendere Fiscus in quasi pos-
sessione administrandi, regẽdi, & protegen-
di, & gubernandi, etiam per personam ab
17 eo deputandam, bona prædicta, vt ipse pe-
tijt. Cùm quòd duo insimul eandem rem,
eodemq; tempore, eodemq; iure, possidere
minimè possunt. Paulum audias lib. 67. ad
edictum in *l. possideri autem 3. §. ex contrario.*
ff. de acquiren. possess. qui sic loquitur: *Ex con-*
trario plures eandem rem insolidum possidere
non possunt. Contrà naturam quippè est, vt
cùm aliquid ego teneam, tu quoque id te-
nere videaris. & contestatur eisdem penè
verbis Innocentius Tertius in *cap. licet cau-*
sam 9. §. ex præmissis igitur. de probat. rationẽ
reddens: *Cùm duo insimul* (inquiens) *candẽ*
rem, & eodem modo insolidum possidere nõ pos-
sint. & sequuta fuit *Rota in Vratislauien. spo-*
lij 1610. coràm *Pirouano decis. 289. nu. 3. post*
2. volum. consilior. Farinac. & apud *Cardin. Ca-*
ualer. decis. 48. in princ. & decis. 158. num. 2.
Tum quod ipso in re satis diuersa iudiciũ
intentauit. Institit quippè apud Illustrissq;
Dominum Archiepiscopum delegatum, ad
Eminentissimum Dominum Archiepiscopum
declarari, administrationem spectare bonorum
Conseruatorij per Vincentium Califanum ere-
cti in loco pio in quadam domo propè Eccle-
siam Sanctæ Annæ Lombardorum, quæ puellæ
nuper translatæ fuerunt ad Conseruatorium
18 *Sancti Ianuarij.* hæc verò petitio petitoriũ,
non sanè possessorium respicit. non enim
ad nudam possessionem refertur petitio.
Cùm ipse de Conseruatorio erecto docere
debeat, atque domos Conseruatorio dona-
tas fuisse. quare petitorium respicit. vt post
Contardum de momentan. possess. quæst. 13. nu.
24. & seq. sequuta fuit *Rota in Gerunden. Heb-*
domadariæ 3. Iunij 1613. coràm *Card. Pam-*
philio, nunc Sanctissimo D. N. Innocentio
Papa X. *decis. 455. sub num. 2. par. 2. in recent.*
19 Quam ob causam petitorio intentato ex
hoc ipso, quando probationes aliæ defece-
rint, possessio penès Conuentum esse præ-
sumitur. *Anna d. alleg. 131. num. 3. & 4. Pra-*
ctica Ferrarien. in forma libelli pro turbata
possessione. verbo *ad cessandum, & desistendũ*
sub num. 7. fol. mihi 432. in maiori impressione.
20 vt ex hoc vno manutẽtio Califano debea-
tur. ex *Rota* apud *Cardin. Caualer. decis. 206.*
21 *nu. 1. & 2.* Quia priuatio habitum præsup-
ponit. ex Vlpiano lib. 1. Institutionum in
l. manumissiones 4. ff. de instit. & iure. & Papi-
niano lib. 4. quæstionum in *l. decem stipula-*
tus 116. ibique summarium *Bart. ff. de verb.*
oblig. Rota apud *sanct. memor. Gregor. XV. de-*
cis. 458. num. 2. 3. & 4.
Verùm Fiscum compellabo, vt dilem-
mati huic mihi respondeat. Vel viget ad-
huc per Califanũ erecta Congregatio Pres-
bytero-

byterorum ſecularium ſub innocatione
Sanctæ Mariæ de Vigilantia; vel non viget,
& diſſoluta eſt. Si viget, adhuc Cõgregatio
eſt vtique domina bonorum, atque domo-
rum, quas à Fratribus de Eugenio Caliſa-
nus emit; & ad eam gubernatio, directio, &
22 adminiſtratio ſpectat. Cuilibet enim ſua
regere, & gubernari ab ipſa quoque natu-
ra demandatum eſt. ad *textu l. in re manda-*
ta 21. C. mandati. ex ratione, quam Impera-
tores Arcadius, & Honorius in *l. nemo exte-*
rus 8. C. de Iudæis tradidere, dicentes: *Iuſtū*
eſt enim ſua cuique committere, ſequiturq;
Gloſſ. in cap. abolendæ 13. in gloſſ. 1. in princ. de
23 *ſepultur.* Quia iniquũ æſtimatur ingenuis
hominibus non eſſe liberam rerum ſuarũ
adminiſtrationem. ex Caio in *l. non uſque*
adeò 1. ff. ſi quis à patre manumiſſus ſit. Aſſl.
deciſ. 281. num. 10. Rota apud Coccinum deciſ.
367. nu. 10. & apud *ſanct. memor. Gregor. XV.*
deciſ. 29. num. 1. diximus *reſponſ.* noſtra *9. nu.*
57. & ſeqq. part. 4. Si verò non viget adhuc
Congregatio, illaq; iam diſſoluta eſt; diſſo-
lutum quoque, & puellarum Conſeruato-
rium fuit, quod acceſſoriè ad Cõgregatio-
nem puellæ illæ, vt pauperes, in illum locũ
congregatæ fuerant, vt ſub Congregatio-
nis cura, & directione alerētur, inſtitueren-
turq;. Atque propterea donatio ipſa Con-
gregationi facta, euanuit, & reſoluta fuit.
Sic nempè Caliſanus in inſtrumento anno
1635. ipſe ſibi reſeruauit, & tali conditione
diſpoſuit: *Che nõ andando auanti (quod abſit)*
detta Congregatione della Vegilanza, in tale
caſo, così l'albarano fatto nell'anno 1633. come
il preſente inſtrumento ſiano nulli, & inualidi;
e non debbano hauere niſſuno vigore, come mai
fuſſero ſtati fatti. Eo ipſo momento nempè,
24 quo Congregatio defecit; & donatio eua-
nuit; ac ſi nuſquam facta fuiſſet, & in ſuum
priſtinum ſtatum bona omnia ad Caliſanũ
reuerſa fuere. ad Iaboleni ſensũ lib. 1. epi-
tomes in *l. ſi hominem emiſti 19. ff. de vſucap.*
atque etiam Aphricani lib. 9. quæſtionum
in *l. ſi duobus 6. §. vendidi tibi ſeruum. ff. de di-*
25 *uerſ. & temporal. præſcription.* Potiſſimùm,
cùm pactum præfatum reſolutiuũ, per ver-
ba directa, ac tituli reſolutiua fuerit: *ſiano*
nulli, e non debbano hauere niſſuno vigore, co-
me mai fuſſero ſtati fatti. ex ratione, quam
Paulus lib. 3. quæſtionum in *l. voluntate cre-*
ditoris 10. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolua-
tur reddit; *Quia* (dicens) *in priſtinam cau-*
ſam res redit, ſoluta venditione. donatione di-
cas, illaq; iam reſoluta, ac ſi nulla fuiſſet.
ex *Gloſſa finalis* ibidē annotatione. & ipſe-
met Paulus in *l. neceſſariò 8. §. quod ſi ſub cõ-*
ditione, & §. ſequenti ff. de peric. & commod. rei
vend. ſimilemq; rationem Iabolenus lib. 1.
epiſtolarum in *l. pecuniam 36. ff. de reb. cred.*
reddidit, de ſtipulatione ſub conditione
26 facta, quæ exitum non vidit, loquens. *Perin-*
dè eſt enim (inquiens) *ac ſi ſtipulatio minimè*
interueniſſet. ſequiturq; *Menoch. conſ. 26. n. 4.*
& 33. vol. 1. Panſ. conſ. 19. nu. 48. & ſeq. lib. 2.
Roland. à Valle conſ. 6. nu. 7. & conſ. 58. nu. 14.
& ſeq. lib. 3. Gratian. forenſ. part. 2. cap. 307. n. 3.
& 4. Ioan. Bapt. Larrea deciſ. Senat. Granatenſ.
40. num. 21. part. 1. & deciſ. 97. num. 21. in fin.
part. 2. Rota apud Card. Mantic. deciſ. 245. n. 9.
Inanis eſt ergo Fiſci prætēſio, ſiuè vno, ſiuè
altero modo res cedat. Primo quidem,
quia ſuperſunt iam, qui Congregationem,
atque propterea acceſſorium regant, di-
rigantq; Conſeruatorium, illiuſq; curam
gerant. Secundo verò, quia diſſoluta eſt
Congregatio, ac diſſolutum ſubſequens
27 Conſeruatorium; quia non eſt. Non entis
autem nullæ ſunt partes, nullæq; qualitates.
præter Philoſophum, apud Aphricanum in
l. eius, qui in Prouincia 41. ff. de rebus creditis.
& ex Vlpiano in *l. verùm 64. §. fin. ff. pro ſocio.*
dicente, rationemq; reddente. *Non enim*
eius rei, quæ iam nulla ſit, quiſquam ſocius eſt.
28 Quia nimirum (dicimus nos) deficit ſub-
ſtantia, ſine qua accidēs (quæ qualitas eſt)
non ſubſtētatur. ex Celſo in *l. eſt enim vſuſ-*
fructus 1. ff. de vſufr. Gloſſ. in cap. ad diſſoluendũ
13. verbo accuſati de deſponſat. impuber. Bec-
cius conſ. 37. nu. 16. lib. 1. diximus *reſponſ.* no-
ſtra *88. num. 72. part. 3.* Quomodo ergo di-
riget Fiſcus Conſeruatorium, quod nõ eſt,
non ſubſiſtit, diſſolutum fuit? neque ipſe
hoc negat, quin in petitione, quam coràm
Illuſtriſs. Domino Delegato dedit, ſpontè
(etiam nolens) faſſus eſt: *Et quia nuper* (in-
quiens) *puellæ, quæ erant in dicto Conſeruato-*
rio, fuerunt tranſlatæ ad Conſeruatorium San-
cti Ianuarij. Vel ergo ipſe puellas quærit; &
iam habet, tranſlatas in Conſeruatorium
Sancti Ianuarij; vel verò bona, & domum,
& nunquam probare ipſe poterit, Conſer-
uatorio, quod ipſe de Vigilantia nuncupat,
bona, vel domum à Caliſano donata fuiſſe;
ſed Congregationi, quę iam defecit: defe-
citq; conſequenter Conſeruatorium prædi-
ctum de Vigilantia, atque diſſolutum fuit.
quatenus illud fuiſſet, vt perperàm Fiſcus
29 ſupponit. Reſpicit proindè petitorium, ſi
probare voluerit, vel erectum Conſeruato-
rium fuiſſe, vel extare adhuc, vel bona ei-
dem donata per Caliſanum fuiſſe. Et ipſe-
met varius inuenietur, atque contradicto-
ria loquetur; extare, & non extare aſſerens.
30 Contradictoria verò ſimul, eodemq; tem-
pore, & in eodem ſubiecto ſtare nequaquã
poſſunt. Quia ſe inuicem contrudunt, & vel
vnum, vel alterum ſubſiſtit, vt Philoſophi
docent. Ridiculum autèm eſt, Fiſcum ad-
mitti; Conſeruatorium non extare dicen-
tem, quia puellæ ad Sancti Ianuarij Cõſer-
uatorium iam translatę fuere: & ex altera
extare aſſerentem; quatenùs vult perſonam
deputare ad illius curam, regimē, & bono-
rum

rum administrationẽ. Quemadmodùm in
non absimili casu, eodem argumento Papi-
nianus lib. 7. responsorum *in l. Titia si non*
nupserit 99. ff. de condit. & demonstr. vsus fuit.
Ridiculum est enim (inquiens) *eandem, vt vi-*
duam, & vt nuptam admitti. Quia contradi-
ctoria sunt, & aut vnum, vel alterum verum
35 erit. *Vnde non admittitur contraria petens*. vti
commentum ibidem *Glos. final.* agit. nec
longè Celsus lib. 17. digestorum abijt *in l.*
vbi repugnantia 149. ff. de regulis iuris. & tex.
in l. hac verba ille, aut ille 124. ff. de verbor. si-
gnificat. cap. inter dilectos 6. §. caterum memo-
rati. de fide instrument. Rota apud Card. Man-
tic. decis. 225. num. 9. diximus *respons.* nostra
15. *nu. 58. par. 4.* Decipitur proinde, quin
33 decipitur via Fiscus, quemadmodum in
Eunucho Terentius cuidam dixit: *Tota er-*
rat via. Quia in instituta disputatione ni-
mis longè à veritate aberrauit, atq; ab ea
diuertit, exorbitauitq; veluti à via depul-
sus: dixitq; ex Aristophanis Pluto quidam.
Via ne tota prorsus exerrauimus?
34 Decipitur porrò, *totoq; aberrat Cœlo*. vt al-
ter dixit. (& dixerũt impij in inferno apud
35 Salomonem Sapientiæ 5. 6. *Ergò errauimus*
à via veritatis, & iustitia lumen non luxit no-
bis, & Sol intelligentia non est ortus nobis.)
in duabus suis cõclusionibus, quas veritati
subnixas asseꝛit. verùm parum firmè. Cor-
36 ruit proinde ædificium super arenam fun-
datum. quod corruere necesse sit, cùm des-
cenderit pluuia, & venerint flumina, & fla-
uerint venti, & irruerint in ædificium illud.
vt non quiuis hominum, non Aristoteles,
non Plato, non Demostenes, non Cicero;
sed Christus, verbum Patris, Dominus no-
ster nos docuit. *Matth. 7. 26.*

Et quidem Prima Conclusio: *Hanc Con-*
gregationem, Ecclesiam, & Domum Conserua-
torij, fuisse, & esse locum pium. Et quia accessit
consensus Ordinarij; Et quia ad hoc vt dicatur
locus pius, sufficit si in eo exercentur opera pie-
37 *tatis*. Distinctione in certum sensum redi-
gitur, vt scriptura concordet, iuxta Augu-
stini dictum: *canone si peccauerit 19. §. atten-*
de quemadmodũ, in fin. 2. q. 1. Distribue tẽpora,
& concordabit scriptura. sequiturq; *Glos. in*
can. si Ecclesia 42. circ. fin. verb. tẽporibus 23. q. 4.
Si enim de preterito loquitur Fiscus (dato
ex hypothesi, ꝙ fuerit locus Ecclesiasticus,
quod omninò negamus; cùm nusquam Ec-
38 clesiasticus fuerit, neq; Ordinarij authori-
tate fundatus, *cap. ad hac 4. de religiosis do-*
mibus. quod per Fiscum probari debet. quã
ob causam petitorium respicit) atque
de Congregatione verba facit; vtique di-
ctis annuimus: fuit vtique Congregatio ip-
sa Presbyterorum, & Ecclesia, ac domus, ne-
39 dùm locus pius, sed Ecclesiasticus, quia in
domibus illis Deo Altissimo Sacris, dege-
bant ministri, in sortem addicti Dei, *can.*
Clerot, & Clericos 1. dist. 21. & can. duo sunt
genera 7. 12. q. 1. S. Tho. 3. p. q. 63. art. 2 in corp.
Si verò de præsẽti, locum prophanum dici-
mus; quia Congregatio non est, defecit. Et
domorum, ac bonorũ donatio eatenùs fir-
ma fuit, quatenùs Congregatio proficeret,
anteriùsq; progrederetur, nõ respiceret re-
40 trò. iuxtà illud Domini Lucæ 9. 62. *Nemo*
mittens manum suam ad aratrum, & respiciens
41 *retrò aptus est Regno Dei.* & Loth Angeli di-
xerunt *Genesis 19. 17.* cùm illum è Sodomis
educerent; (eijcerent magis;) *salua animam*
tuam, noli respicere post tergum. Alioquin
Non audando inanti (quod absit) detta Cõgre-
gatione della Vigilanza, in tal caso con l'alba-
rano fatto nell'anno 1633. come il presente in-
strumento siano nulli, & inualidi, e non debbano
hauere veruno vigore, come mai fussero stati
fatti. dixit Califanus, qui bona sub condi-
tione donauit. At retrò post tergum respe-
xit Congregatio, in statuam salis reuersa
42 vt vxor Loth, quæ *respiciens post se, conuer-*
sa est in statuam salis. Genes. 19. 26. cuius rei
memoriam vt teneremus, nos admonuit
Christus Dominus noster (Lucæ 17. 31.)
Memores estate (inquiens, ac præcipiens)
vxoris Loth. vt vnius pœna sapiamus multi.
ex *Martino del Rio Sacrorum Adagialium*
part. 1. adag. 26. in fin. Non igitur permansit
sit donatio, conditione resoluta, sub qua
rogata fuerat. Nõ est igitur locus pius am-
pliùs domus illa ad inhabitandum vel Sa-
cerdotibus, vel puellis concessa, cùm nulli
in illa ex illis nunc inhabitent; neque pie-
tatis opera, vt antea, exerceantur. vt verum
43 sit Fisci assioma: Pium dici locum, in quo
pietatis opera exercentur. à posteriori sal-
tim, quatenùs per opera (quasi ab effectu
causa, locus, & ipse pius dicatur. ex *Ioanne*
Andrea in cap. Ioannes 19. de testament. Abb.
cons. 31. col. 1 circ. fin. part. 1. Cardin. Zabarell.
cons. 11. in princ. & cons. 13. in p int. Quaranta
in summa Bullar. verbo *alienatio bonorum Ec-*
cles. num. 28. in 13. ampliat. Mar. Antonin. Ma-
ceraten. variar. lib. 1. resolut. 6. nu. 3. & seq. Gri-
denzon. cons. 2. nu. 1. & seq. Paris. cons. 34. nu. 43.
& seq. lib. 4. Barbosa in cap. ad hac 4. de relig.
domib. nu. 3. Mar. Muta decis. 58. nu. 19. & seqq.
44 Licèt quidem non simpliciter, & absolutè
verũ sẽper sit, (strictè, præsertim)
pium dici locũ, ex quo pietatis in eo opera
exerceantur, vt aduertit *Quaranta d. ampl.*
13. num. 28. vt sequatur, nec ab re à contra-
rio argumentum ex ipsamet Fisci proposi-
tione, quam negare nec poterit: Non exer-
centur opera pietatis in illo. nõ ergo pius
est locus.

Secunda verò cõclusio magis erronea, &
ipsa videtur. Inquit enim. *Secunda conclusio*
est, quod dum Conseruatorium prædictum exta-
bat, & in eo puella morabantur, Eminentissimus
Dominus erat illius administrator, illudq; re-
gebat

gebat

gebat per easdem puellas ; & alias personas ibi
destinatas . nunc verò quod puellæ prædictæ de
ordine eiusdem sunt translatæ ad alium locum ;
& Conseruatorium est dismissum, cùm illud vti
destinatum ad pios vsus , non possit ad propha-
nos vsus redire , consequentèr idem Ordinarius
habet intentionem fundatam, ac iuris assistentiã
pro se, &c. sic Fiscus plura . Plura enim sũt
in hac conclusione , quæ firmitatẽ nullam
obtinent : præterquam quòd sibi ipsi repu-
gnantia loquatur is , qui illam proposuit .
Ait enim: Conseruatorium iam esse dismis-
sum, consequentèrq; non extare . & tamen
illud regere, & administrare intẽdit, atque
personam deputare pro illo administran-
do . Si Conseruatorium iam est dismissum,
quia nõ extat, quod ipse inficias ire nõ po-
test, cũ id spontè fateatur, & asserat; & puel-
læ in alium locum translatæ sunt, Quid est
ampliùs , quod administrare intendit ? Ni
fortassis pro Conseruatorio ipse domum
illam exaudiat , in qua materialitèr puellæ
degebãt, vt hac sub pietatis imagine, quòd
pius locus etiam materialis effectus sit, ipse
domos carpat . Animaduerto nunc planè
45 prudens consilium eius ; quemadmodùm
ex verbis prudens testantis consilium Sce-
uola lib.2. responsor. in *l. Lucius Titius* 85.
in fin. ff. de hæredib. instituend. quandoque
animaduertit . Sed animaduertere, & ipse
debet, vt in superioribus diximus ; domos
has non fuisse per Califanum conseruato-
46 rio datas, quod erectũ nusquã inueniatur.
(quod si id probare Fiscus optauerit , vti
tenetur, petitorium respicit) sed Congre-
gationi ; & quatenùs illa ante progrede-
retur, atque proficeret; puellás verò in do-
mum illam materialitèr ad inhabitandum
intromissas, non quod locum pium, neque
temporalem , neque perpetuum efficere
voluerit. Quam ob causam cùm defecerit,
Congregatio; & Conseruatorium quoque
defecit, atq; domus, & bona omnia ad do-
nantẽ postliminio quasi reuersæ sunt. Quia
47 postliminiũ fingit, eum , qui sub conditio-
ne donauit, conditione non existente, sub
qua donauit, sẽper ipsum possedisse. iuxtà
postliminij finitionem , quam tradit Impe-
rator *§. si ab hostibus. Institut. quibus modis ius*
patriæ potestatis soluitur. & Paulus lib.16. ad
Sabinum in *l. postliminium 19 ff. de captiu. &*
postlimin. reuers. Nec pius igitur habetur
ampliùs locus , nec pietatis in eo opera
exercentur . nihil ergo ampliùs residuum
est, quod ipse sub Conseruatorij nomine,
quod in esse fuit , domum administrare cu-
ret, atque personam deputare, qui domum,
bonaq; alia administret ; cùm sat vnus sit
48 Califanus, qui sua regat, dirigat, atque mi-
nistret; suoq; ex arbitrio disponat , mode-
returq; ad *tex. in d. l. in re mandata 21. C. man-*
dati .

Ex hoc itaque principio procedit & il-
lud aliud , quod sibi, vti nimis sciolo, satis
firmum videtur : *quod dùm Conseruatorium*
prædictum extabat, & in eo puellæ morabãtur,
Eminẽtissimus Dominus erat illius administra-
tor , illudq; regebat per easdem puellas , & per
Confessarios , & alias personas ibi destinatas .
Distinctionem quippè facere ipse videtur
inter Conseruatoriũ, materialitèr , & puel-
las, quæ in Conseruatorio morabantur for-
malitèr : nam per puellas Conseruatorium
administrabat Eminentissimus Dominus ;
domum itaque illam materialitèr perpen-
dit , quasi finis Conseruatorij materialitas
fuerit illa domorum , quas vt nunc carpat,
prudens est eius consiliũ , vt tot consequu-
49 tiua, etiã tam rectè, inferat ; quasi propter
locum gentem, non propter gentem locum
elegerit Deus. iuxtà illud 2. Machabeorum
5. 19. *Non enim propter locum gentem ; sed*
propter gentem Deus locum elegit Namque
vt aureum os illud Chrisostomus relatus
can. multi sacerdotes 12. dist. 40. disertissimis
50 verbis loquitur : *Non locus sanctificat homi-*
nem , sed homo locum . vt homo æstimari de-
51 beat, non planè locus ipse materialis : ne
homo ad rem accedere, atq; minoris habe-
ri, (quàm res) videatur. quod perpẽdit per
quàm optimè *Gloss. d. can. multi sacerdotes .*
verbo *sed homo locum* . dicens : *Res accedere*
debet hominibus, & non homo rebus . Quia ri-
diculum esset , tunicæ fundum accedere ;
& rem inferiorem maioris esse æstimatio-
nis, quàm rẽ superiorẽ . cuius sensus, præter
Glossã prædictã, Paulus quoq; fuisse videtur
lib.2. ad edictum Edilitij Curulis in *l. iustis-*
simè 44. ff. de ædilitio edicto. eruditissimis, pru-
dentissimisq; satis loquens verbis : *Iustissi-*
mè (inquiens) *Aediles noluerunt, hominem ei*
rei, quæ minoris esset, accedere. rationem red-
52 dit, propter dignitatem hominum. *Ridicu-*
lum namq; esset (inferens) *tunica fundum ac-*
cedere. Dominium propterea rerum omniũ
homini dedit Deus . Genes. 1. 28. *Crescite*
(inquiens) *& multiplicamini , & replete ter-*
ram, & subijcite eam ; & dominamini piscibus
maris, et volatilibus Cæli, & vniuersis animan-
tibus, quæ mouentur super terram. & nos in si-
mili perpendimus *respons.* nostra 73. *num. 9.*
10. & seq. part. 4. Conseruatorium itaq; non
materialitèr perpendendum fuerit , quod
nusquam vt Conseruatorium, vt sic, in esse
fuit ; sed formalitèr, quatenus puellas illas
ad conseruandum eas in sancto proposito,
recipiebat , vt per Patres Congregationis
prædictæ conseruarentur , dirigerenturq; ,
sed Cõgregatio (vti diximus) iam defecit;
defecit quoq; Conseruatorium , eidem ac-
cessorium . Conseruatorium nos nuncupa-
mus, non quod vsquam Conseruatorium
erectum fuerit, vt Conseruatoriũ; sed quod
ita Fiscus illud nuncupat , cuius fundamẽ-

tis respondemus, illaq; diluimus. Et do-
mus, bonaq; alia ad illum finem conditio-
naliter donata, conditione non existente,
ad suum rediere principium, vndè proces-
53 sere. Perindè quippè donatio ipsa sub cō-
ditione facta, habetur, illa non existente
cōditione, ac si donatio facta minimè fuis-
set. *l. 1. siue vnic. §. si autem sub conditione. C.*
de caduc. tollen. cap. fin. in fin. de translat. Epist.
Rota par. 1. diuersorum decis. 47 nu. 7. Fusar. de
substit. q. 454. num. 1. & seq. & q. 455. num. 2.
Rota apud *Cardin. Mantic. decis 242. num. 4.*
54 Potissimùm verò conditione existente re-
solutiua donationis, vel contractus; quia
ipsa (vt etiam diximus) ipso iure donatio-
nem resoluit, ac si facta minimè fuisset. ex
Sceuolæ sensu lib. 7. digestorum in *l. mulier*
fundos 7. aliàs fin. ff. de lege commissor a. ibi-
demq; *Gloss. fin.* eiusdemq; sensus est Pau-
lus lib. 16. ad edictū in *l. si quis hac lege eme-*
rit 42. ff. de rei vendic. nec longè Iabolenus
abijsse videtur lib. 1. epitomes in *l. hominem*
emisti 19 ff. de vsucapionib. rationem & ipse
reddens ex conditione resolutiua. *Quoniā*
(inquiens) *ea venditio dici propriè non potest.*
55 quæ scilicet cum pacto resolutiuo facta
fuit. Est nempè conditio futurus euentus,
in quem dispositio differtur. ex Papiniano
lib. 1. definitionum in *l. cùm ad præsens 37.*
ff. de rebus creditis. ibique *Gloss.* verbo *con-*
fertur. & *Bart. in summario.* ipsemet Papinia-
nus in *l. itaque 39. ff. eodem. & §. sub conditio-*
ne. & §. conditiones. Institut. de verbor. oblig.
Modestinus lib. 8. regularum in *l. conditio in*
præteritum 100. ff. de verbor. oblig. Card. Man-
tica de coniectur. vltimar. volunt. lib. 10. tit. 5.
num. 2. diximus *respons.* nostra 20. *num. 131.*
& 132. part. 1. Delatum porò fuit & domi-
nium, & possessio domorum, aliorumque
bonorum Congregationi donatorum, in
ipsam Congregationem, cum ea etiam
conditione, vt Conseruatorij puellarū cu-
ram gereret; in tempus vsque, quo illa dis-
soluta fuit, atque progredi cessauit, quin
retrò post tergum prospexit. vndè & Con-
seruatorium quoq; defecit, atque cessauit,
atque dismissum fuit, vt ipse fatetur Fiscus.
Ipso verò momento, ipsoq; instanti tempo-
ris, quo Congregatio defecit, & cessauit; nō
fuit; defecit consequenter Conseruatoriū,
quod à Congregatione dependebat; & cō-
ditio extitit non progressus Congregatio-
nis, bona ipsa, & domus, & omnia, quæ do-
nata fuerant, donatione resoluta, in Califa-
num quasi postliminio reuersa fuere, (vt
diximus) & in ipsius dominiū, & proprie-
tatem consolidata. Nihil igitur aliud su-
perest, quod administret Fiscus, neque per-
sonam aliam pro administratione deputet;
cum nihil sit ampliùs, quod administrare,
nec ministrare valeat. Præter quàm quod
satis durum, & illud est, quod ipse asserit;

Quod dum Conseruatorium prædictum exta-
bat, & in eo puellæ morabātur, Eminentissimus
Dominus erat illius administrator. Quia nimi-
rum administrator, & conseruator, & quæ
curam gerebat illius, eique (puellis videli-
cet in loco coactis, & conseruatis) alimen-
ta præbebat, Congregatio erat: quamuis
superintēdentiam quandam etiam media-
tam Eminentissimus Dominus habere vi-
deretur ex generalitate, quam Fiscus sup-
56 ponit. *Episcopi enim Græcè, Latinè specula-*
tores interpretantur: nam speculator est præ-
positus in Ecclesia, dictus, eo quod speculetur, et
prospiciat populorum infra se positorū mores,
& vitam. Isidorus vt docet lib. 7. ethimolo-
giarum cap. 12, à Gratiano relatus *d. can.*
cleros, & clericos 1. §. Episcopatus autem. di-
stinct. 21. & Hieronymus ad Euagriū Epi-
scopum epist. 85. tom. 3. in *can. legimus in*
Esaia 24 §. sed & Petrus. dist. 93. diximus *re-*
spons. nostra 83. *num. 9. part. 4.* Neque enim
57 Episcopi omnium rerum Ecclesiarum im-
mediatam ipsi administrationem per seip-
sos habent, sed mediatam per ministros.
58 Præsertim verò in rebus à dispositione eo-
rum, qui sua reliquere bona, depēdentibus,
quique eorum administratores decreuere,
vel inter viuos, vel in supremis eorū volun-
tatibus, cùm cuilibet liberū sit, rebus suis,
quam maluerit legem dicere. ex Gregorio
Papa in *can. vltima voluntas 4* ibidemque
Gloss. 1. 13. quæst. 2. can. Eleutherius 30. 18. q. 2.
cap. verùm. de condit. appos. deduximus nos
latè *respons.* nostra 20. *num. 11. & seqq. part. 1.*
59 Ea potissimùm ratione *nu. 15.* ne alioquin
si contrarium fiat, retrahantur fideles à pijs
rogandis legatis, Ecclesijsq; fundandis,
construendis, dotandisq;, ex *Gloss.* penulti-
ma, & recepta in *cap. cùm dilectus 28. de iure-*
patronat. quod præcipuè perpendit Sacro-
sancta Tridentina Synodus *cap. 8. sess. 25. de*
reformat. §. quod si hospitalia. illis sanè verbis:
nisi alitèr fortè, etiam in hunc euentum, in eorū
fundatione, aut institutione fuerit expressum: ·
quo casu quod ordinatum fuit, obseruari curet
60 *Episcopus.* Ita hominum dispositionibus,
quæ aliàs iustæ sint, se conformare semper
voluere sacræ leges, vt legem eorum dispo-
sitionem putauerint, & vti legē seruandam
sanxerint; *Disponat vnusquisq; in suis, vt di-*
gnum est, (inquiētes) *& sit lex eius voluntas.*
§. disponat. in auth. de nupt. collat. 4. *l. 1.*
C. de sacrosanct. Eccles. d. can. vltima volutas 4.
13. quæst. 2. Dixit autem legem Califanus
rebus suis, quando illa Congregationi do-
nauit, vt defecta Congregatione ad ipsum
bona reuerterētur. seruanda proindè. cùm
iam Congregatio defecerit, & non sit, re-
trorsum abierit, & in suis statuam reuersa.

Superintendentiā verò hanc, neq; nunc
habere Eminentissimus Dominus potest,
cùm locus cessauerit, Cōgregatioq; defece-
rit.

rit. Conseruatorium abijerit, non est. Et fac fuerit, quod verè non fuit, Domus, & bona ad suum priorem dominum reuersa fuere.
61 vt dicere visa fuerint, iuxtà illud Oseæ 2.7. *Vadam, & reuertar ad virum meum priorem; quia benè erat mihi tunc magis, quàm nunc.* Quid igitur superintendet Episcopus? & quam personam depurabit, vt administret bona, & domos, quæ iam abiere, & ad virū suum priorem reuersa sunt? & non sunt?
62 Assumet igitur plantū in excelsis, nec consolabitur Fiscus, quia non sunt. ad *Ieremiæ* sensum 31. 15. quem locum Sanctus Euangelista *Matthæus* 2. 16. de Innocētibus ab Herode occisis vsurpauit: *Vox in Ramà audita est, ploratus, & vlulatus multus: Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.*

Disiiectis iam duabus Fisci conclusionibus, quæ veluti fundamentum videbantur esse ab eo extructi ædificij, sui discursus
63 fundamento sublato, ædificium vt corruat super eo extructum, opus est. *can. cùm Paulus* 26. 1. *quæst.* 1.
64 Quam ob causā omnes eius consequentiæ ex falsis principijs ductæ, falsæ & ipsæ erunt; sicuti erroneæ sunt, ex erroneis deductæ principijs. Aristotele quippè Præ-
65 ceptore: Ex falso, non nisi falsum sequitur, & sentire ex nostratibus visus est Paulus lib. 21. ad edictum in *l. & ex diuerso* 36. §. 1. *ff. de rei vendicat.* Nulla itaque alia responsione indigent, cùm iam satis apertè ex superioribus nos omnia eius extinxerimus tela, spicula retunderimus, iacula disiecerimus. Erit proindè omni remoto scrupulo dandum mandatum de manutenendo Califano, qui dominus est, & possessor bonorum, domusq; in actis deductorum, de tempore quoque motę litis, vt ostendimus, vt veritas, quæ vna, & innatiabilis est, incommutabilis persistat, sicuti Deus, qui veritas est, vnus, & incommutabilis est.

Atque ita ex his, quæ ab Aristarchi non abscondimus supercilio, respondendum censuimus, mutare consilium in melius parati, si qui ostendat, & lumen præbeat, viāq; ostendat, affuerit.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Mulier propter virum creata est.*
Eamq; de costa Adæ formauit Deus. num. 3.
Et à viro virago dicitur. num. 4.
Nihilq; appetunt mulieres, quàm cum viro esse.
2 *Homo de limo terræ formatus est.*
Sed ad imaginem Dei.
Et de ligno scientiæ boni, & mali ne comederet, præceptum accepit.
5 *Matrimonium quid?*
Et perpetuò debet contrahi. num. 6.
Quia non nisi morte dissoluitur. num. 7.
8 *Mulier magnam debet parentibus reuerentiā, gratiam, & pietatem.*
Maritum autem debet præ cæteris sequi, & obseruare.
Quia caput mulieris est vir.
Contra bonos itaque mores æstimatur, si mulier contra debitam reuerentiam, quæ maritis debetur, venire voluerit. num. 9.
Mulier virum gubernatorem accipit. numer. 10.
Tenetur proindè eam regere.
10 *Vir caput est mulieris.*
11 *Vir, & vxor non in omni gradu matrimonialitèr coniungi possunt.*
Nam vsque ad quartū consanguinitatis, vel affinitatis gradum inter eos matrimonium prohibetur iure sacrorum Canonum.
12 *Dispensatio quoad matrimonia contrahenda in forma ordinaria, quæ nam sit?*
13 *Matrimonium si nullum fuerit, lucra maritalia ex illo minimè debentur.*
Exaudi tamen si verè matrimonium nullum fuerit. num. 54. & 55.
14 *Dispēsatio verè subsistit, si substantia, & causa consisterint.*
Vel si causa firma sit, quamuis modus causæ non coniungatur. num. 16.
15 *Mulier ex copula extra matrimonium diffamata remanet.*
Et ex illa scandala oriri valent.
Meritò dispensatur in gradibus prohibitis.
16 *Causa, & modus causæ differunt.*
Non tamen essentiali distinctione. nu. 17.
Sed modali.
18 *Ens, & modus entis, non essentialitèr, sed modalitèr distinguuntur.*
19 *Causa facti potiùs, quàm ipsum factum considerari debet.*
20 *Phinees hominem occidit, & reputatum est ei ad iustitiam.*
Quia zelo honoris Dei hoc fecit.
21 *Veritatem rerum vt assequi valeamus, quæ nos perpendere oporteat?*
22 *Causa, propter quam, quis meruit cędi fustibus, infamat, non ipsa cęsio.*
23 *Dispensatio ob copulam in gradu prohibito habita, causa finalis dispensationis æstimatur.*
Et ne mulier diffamata remaneat.
Proindè matrimonium inter eos permittitur. & num. 28.
24 *Matrimonium per verba de futuro contractū in sponsalia transit. & num.* 27.
25 *Dispensationes ad matrimonia contrahenda inter sanguine iunctos ob copulam indè secutam, faciliùs antiquitùs concedera*

consuenere Summi Romani Pontifices.
Non ita tamen post decreta Sacrisanctę Tridentinæ Synodi.
Modò tamen scienter in gradu prohibito cõtraxerint. num.26.
Vt etiam indispensabiles sint.
29 *Matrimonium per dispensationem Apostolicã in facie Ecclesiæ contractum, praua executione Delegati, verum dicitur matrimonium.*
Et firmum habetur, quia suum sortitum fuit dispensatione effectum. num.38.
Nam per dispensationem sublatum est impedimentum, quo ne contraherent, detenebantur. num.33.
Est ergo firmum matrimonium. nu.34.
Neque quisquam illud dissoluere poterit. num.35.
30 *Iure quod fit, bene fit.*
31 *Dispensatio quid?*
Legem tollit, atque impedimentum amouet. num.32.
35 *Matrimonio quos Deus coniunxit, non dissoluet homo.*
Et mutuo amborum contrahentium consensu firmatur. num.36. & num.50.
Non vtique dissoluet illud homo.
Soluitur tamen morte. num.37.
37 *Mors dissoluit omnia.*
39 *Dispensationis matrimonialis causæ si plures proponantur, & vna ipsarum, quæ minus principalis est, falsa sit,*
Si vna tantùm, quæ primaria est, vera reperiatur, dispensatio tenet.
Et matrimonium inde sequutum, firmũ æstimatur.
Sufficit enim matrimonium postmodùm contractum. num.42.
40 *Subreptionis; atque obreptionis exceptio per opponentem illam probari debet.*
41 *Matrimoniũ in gradu prohibito de facto contractum nullum est.*
43 *Delegati Apostolici iudicio standum est in dispensationibus à Sancta Sede indultis.*
44 *Matrimonium, quãuis nullum potest Summus Pontifex ratum habere, atque in radice dispensare.*
Et pro matrimonio standum. num.45.
46 *Sententia Iudicis iusta præsumi debet.*
Et pro ea standum.
47 *Delegati arbitrium regulatum præsumi debet.*
Neque reprehendus in suo arbitrio.
48 *Matrimonium, impedimento ablato, quod obstabat, iustum, ac firmum præsumitur.*
49 *Lazarum è monumento exeuntem solui iussit Dominus.*
Abire igitur liberè potuit.
52 *Dispensationes Apostolicæ cũ delegantur non strictè, sed latè interpretandæ.*
53 *Beneficia Principum sunt latè interpretanda.*
54 Decisio de Franchis 52. *declaratur.*
55 *Epulo ille diues, qui epulabatur quotidiè splẽdidè, sepultus est in Inferno.*
56 *Matrimonialium causarũ cognitio ad Episcopos spectat.*
57 *Consequentia à diuersis, & separatis, non iure infertur.*
58 *Vxor viri supremo funere maritalia lucra consequitur.*
59 *Soluere quilibet, quod debet, tenetur.*
Alioquin peccat, detinendo iniustè, quod alterius est. num 61.
60 *Locus Matthæi 18. 28. de seruo illo nequam expenditur.*

ARGVMENTVM.

Matrimonium, quod ad humanũ genus propagandum, necessarium fuit, non potest inter virum & fœminam in omni gradu consistere merito gradus quidam ex iure, ne matrimoniũ inter eos contrahatur, sunt interdicti. Quod si illis detenti, matrimonium, vel etiã ignoranter, contraxerint, cupulauè obfirmauerint; & matrimoniũ est nullum; & dispensatio perquiritur Apostolica Quid verò si dispẽsatio sit subreptitiè obtenta, non tamen quoad substantialia, & tamen per Delegatum dispẽsatio concedatur, & matrimonium de facto in facie Ecclesiæ contractũ fuerit: nùm ne validũ sit matrimoniũ? & quid illo dissoluto per suprema viri funera; nùm lucra maritalia mulier consequatur, an verò obijci eidem possit; matrimonium nullum fuisse? Propter hoc *decisio* perpenditur *Vincentij de Franchis* 52. illaq; expenditur.

RESPON-

RESPONSIO VIII.

1 PRopter virum creata est mulier. Cùm
enim vniuersum terrarum Orbem
in principio creasset Dñus Deus, &
cuncta fecisset, siuè quæ in Cœlo, siuè quæ
in aquis; siuè quæ in terra sunt; eaque val-
2 dè bona esse vidisset; atque hominem de
limo terræ formasset, & inspirasset in faciē
eius spiraculum vitæ, eumque in Paradiso
voluptatis posuisset, atque præceptum eidē
dedisset: *Ex omni ligno Paradisi comede: de*
ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas.
in quocunque enim die comederis ex eo, mor-
te morieris. Videns verò Dominus Deus
non esse bonum, esse hominem solum: fe-
cit ei adiutorium simile sibi. Genes.2. *Im-*
misit ergo Dominus Deus soporem in Adam:
3 *cùmque obdormisset, tulit vnam de costis eius,*
& repleuit carnem pro ea. Et ædificauit Domi-
nus Deus costam, quam tulerat de Adam in
mulierem, & adduxit eam ad Adam. Dixitq;
Adam: Hoc nunc, os ex ossibus meis, & caro de
carne mea: hæc vocabitur Virago, quoniam de
viro sumpta est. Quam ob rem relinquet homo
patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, &
4 *erunt duo in carne vna*. Est itaque propter
virum mulier creata, vt à viro virago dica-
tur. Nihilq; magis appetit mulieres, quàm
cum viro esse, & se cum viro coniungere,
à quo sumpta mulier, & pars eius est. Quā
sanè coniunctionem tàm sacræ, quàm pro-
5 fanæ leges, matrimonium appellauere.
Quod viri, mulierisq; coniunctio (dicitur)
indiuiduam vitæ consuetudinem retinens.
secundùm Gratianū in *sum. 27.q.2.§.eos au-*
6 *tem*. Quia nimirū perpetuò debet contrahi
matrimoniū. vt *Gloss.* ibidē verbo *indiuiduā*.
7 aduertit. vt non nisi morte dissoluatur. ex
Augustino in lib. de bono cōiugali cap. 5.
relato *can. solet quæri 6.32.q.2.* tunc enim
vterq; eorum à lege soluitur alterius. *Nam*
quæ sub viro est mulier, viuēte viro, alligata est
legi: si autē mortuus fuerit vir eius, soluta est à
lege viri. Paulus docet Apostolus ad *Roma-*
nos 7.2. & *1.ad Corinth.7.39.* *Mulier alliga-*
ta est legi quanto tempore vir eius viuit. quod
si dormierit vir eius, liberata est: cui vult nu-
bat: tantùm in Domino. Idque iuris de viro
8 est. Quamuis itaq; debet mulier magnam
parentibus gratiam, & pietatem; sed mari-
tum debet præ cæteris sequi, & obseruare.
Quia caput mulieris est vir. ex Hieronymo
in *can. cùm caput mulieris 15.33.quæst.5.* De-
bet itaque sequi virum: & relinquet homo
patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ.
9 Vt contra bonos mores esse putarit Vlpia-
nus (lib.36.ad Sabinū in *l. alia causa est 15.*
§.elegantèr quærit Pomponius.ff.solut.matrim)
si contra receptam reuerentiam, quæ mari-
tis exhibenda est, vxor venire voluerit, atq;
virum etiam per speciale pactum grauare,
vt conueniatur vltrà id, quod facere possit.
10 Magna ergo à mulieribus debetur reuerē-
tia viris. Virum enim gubernatorem acci-
pit mulier. ex Ambrosio *can. Adam per Euā*
18. 33.quæst.5. Appetit id ergo mulier, vt
viro per matrimoniū coniugatur. vt à quo
regatur, & gubernetur, habeat. Quia vir ca-
put est mulieris. ex Paulo ad *Ephesios 5.23.*
tenetur proindè vxorem regere. sequiturq;
Nauar. cons.1.num.3. ad quintam quæstionem
11 *lib.4.de diuortijs*. Verùm non in omni gra-
du coniungi cum eo potest. Ex lege enim
Sacrorum Canonum vsque ad quartum
consanguinitatis, vel affinitatis gradum in-
ter virum, & vxorem coniunctio interdicta
est. ex Alexandro Tertio in *cap. ex literis 1.*
ex Innocentio Tertio in *cap. non debet 8. de*
consanguinitate, & affinitate. Nauar. cons.4. Ia-
cobus, & Lettia in fin. lib.4.de sponsalib. Fuit
ergo nefaria coniunctio, quæ carnali sub-
sequuta copula inter Ioannem Franciscū,
& Antoniam intercessit; cùm essent quar-
to affinitatis gradu inuicē coniuncti. Apo-
stolica proinde dispensatione eguerunt, vt
matrimoniū inter ipsos firmum esset. Cùm
enim ipsi, non aduertentes fortasse, se quar-
to affinitatis gradu inuicem attinere; siue
etiam id ignorantes, matrimonium inter
se se contrahere statuissent; quod sanè de
futuro contraxere, nō de præsenti, atque in
hac firmitate copulam inuicem habuissent:
detecto postmodùm impedimento; ne An-
tonia infamata remaneret, grauiaq; inde
exorirentur scandala; Sanctam adiere Se-
dem pro dispensatione. Procurator verò,
lippis perlustrans oculis propositum factū,
dispensationem in forma ordinaria impe-
12 trauit, iuxtà decimamtertiā causam, quam
refert *Quarant. in summa Bullar.* verbo *ma-*
trimoniales dispensationes. fol. mihi 299. quæ
sic se habet: *Quòd ipsi aliàs ignorantes ali-*
quod impedimentum inter eos existere, quo mi-
nus possent inuicem matrimonialitèr copulari;
matrimonium inter se, per verba de præsenti,
publicè factis proclamationibus in eorum Paro-
chiali Ecclesia, iuxtà formam Concilij Triden-
tini, nulloq; detecto, neque denunciato impedi-
mento, contraxerunt, illudq; in facie Ecclesiæ
solemnizarunt, & carnali copula consumarunt:
postmodùm verò, cùm ad eorum peruenit noti-
tiam, eos quarto affinitatis gradu inuicem esse
coniunctos, &c. Accepta ipsi dispensatione
Apostolica in hac prænarrata forma, illam
coràm Ordinario loci, Vicario Generali
Episcopi præsentauere, qui vigore dispen-
sationis cum illis dispensauit, atque matri-
monium inter eos contrahi posse, decreuit
in quarto affinitatis gradu dispensando.
Fuit propterea matrimonium inter eos so-
lemni Ecclesiæ ritu firmatum, atque in illo
permansērūt. Nouissimè verò Ioannis Frā-
cisci

cisci supremo funere dissolutum est matri-
monium. Antonia lege soluta viri, cōgruo
tempore cum alio contrahit Ioanne Ferdi-
nando. Petit autē à primi viri hæredibus
lucra maritalia sibi dari. Illi, ne soluant,
inualiditatem obijciunt matrimonij cum
13 priori viro Ioanne Francisco; quòd dispē-
satio subreptitia fuerit. nulla propterea
deberi lucra maritalia matrimonio nullo
detecto. afferunt pro se decisionem in ter-
minis Sacri Neapolitani Consilij per Præ-
sidem *de Franch. decis. 32.* Fit itaque causæ
status: Fueritne nullū matrimonium præ-
fatum, nullum scilicet, ex prætensa dispē-
satione subreptitia, quod falsa proposita
causa fuit obtenta? Matrimonium præfatū
validum, firmumq; fuisse respondendum
nobis videtur, neque subreptione, vel obre-
ptione, dispensationē notari potuisse. Fir-
14 mamus autem, quod dicimus: Quia pro-
fectò dispensationis ipsa substantia, & cau-
sa, illaq; finalis; non assertū fuit matrimo-
nium, quod inter eos, ex impedimento, il-
loq; contractum etiam, dirimēte, consiste-
re minimè poterat; sed cōiunctio in quar-
to affinitatis gradu, & copula inter ipsos
15 subsecuta. Ex copula quippè diffamata
remanebat Antonia, atque scandala timeri
iure inde poterant. quæ vna sanè ratio per-
pensa fuit, vt matrimonium firmum habe-
retur, quod insinuatum fuerat, vt dispensa-
ret Innocētius Tertius in *cap. quia circa 6. de
consanguinit. & affinit.* perpenditq; *Ioan. Sta-
phil. de literis gratiæ, & iustitiæ. part. vlt. super
commissionibus, & litteris iustitiæ. tit. de rescri-
ptis in forma breuis. nu. 30. in fin. tom. 15 part. 1.
tractat. fol. 301. col. 3. Rota in Pampilonen. ille-
gitimitatis 10. Iunij 1609. corām Iusto decis.
191. num. 8. part. 1. in recentiorib.* Matrimoniū
16 namq; assertum, non causa fuit, sed modus
causæ. Causa verò copula fuit; & propter
hanc, quæ finalis erat, dispēsatio subsequu-
ta est. Quamuis itaque modus ipse in ex-
pressione falsus fuit; non tamen causa fal-
sa, sed vera permansit: quia nimirum verè,
atque realitèr copula intercessit, quæ sola,
ne diffamata Antonia remaneret, atque ex
eā scandala sequerentur, dispensationi cau-
sam tribuit. fuit ergo vera causa expressa,
atq; proindè dispensatio firma, consequen-
tèrq; firmum matrimonium. Nulla itaque
subsistit ratio, vt nullum illud, inualidumq;
habeatur; vt nō rectè, quin calumniosè, no-
17 stri asseruere Aduersarij. Et sanè perpen-
sio hæc inter causam, & modū causæ, qui
planè modus in causa inferitur, neq; distin-
ctionem facit essentialem, sed modalem,
non parui hac in re facienda erit. veluti, ex
18 Philosophis, ens, & modus entis, non essen-
tialitèr, sed modalitèr, atq; formalitèr dif-
ferunt; vndè propterea modus entis in ipso
includitur ente, neq; enim homo, qui ens
est, siue stans, siue sedens à seipso essentiali-
tèr differt, sed modalitèr. Non ex nostro
hoc deducimus marte, sed ex Sacris Cano-
nibus, iurisq; Peritis. Gregorium, Magnū
illum Romanæ Ecclesiæ Pontificem, tene-
damus. hic ad Clementiam Patritiam scri-
bens, relatus *can. Diaconum verò. 3. dist. 89.*
distinctionis huius memoriam fecit. sic lo-
quens: *Hoc nos facere non posse, causa magis
modus, quàm rigoris austeritas facit.* Ecce
tibi, causam, & modum causæ. Similiq; mo-
do Gregorius IX. in *cap. Pisanis 19. §. porrò
duo. de restitut. spoliator.* hoc ipsum asserit il-
lis verbis: *Quorum primum ad factum, alte-
rum verò referebatur ad modum.* habes ergo
distinctionē inter factum, & modum facti.
sic erit inter causam, & modum causæ. de-
ducitur hoc idem ex *Gloss. in cap. Vniuersi-
tatis 24 verbo etiam si causa subesset. de sen-
tent. excommun. in fin.* dicente: *Et sic neque
in facto, neque in modo faciendi debet esse pec-
catum.* allegatq; dictum *text. in cap. Pisanis.*
& dùm inferiùs, contra argumentando, in-
19 fert. *contrà: quòd potiùs causa facti, quàm ip-
sum factum considerari debet.* ex Ioanne Chri-
sostomo super Mattheum homilia 17. rela-
20 to in *can. occidit 14. 23. quæst. 8.* qui factum
perpendēs Phinees, qui hominem occidit,
(*Numeror. 25.*) & reputatum est ei ad iusti-
tiam. *Non sola igitur* (inquit) *respiciamus
opera, sed tempus, & causam, & voluntatem,
& personarum differentium: & quantacunque
alia ipsis operibus acciderint, diligentissimè in-
21 quiramus. Non enim possumus ad veritatem
alitèr peruenire.* Erit itaque perpensio ha-
benda aliqua inter causam, & modum cau-
sæ. Quia causa facti potiùs est inquiren-
da, quam ipsum factū. *Gloss. ibidem* (inquit)
verbo *& causam.* neque ab hoc eodem sen-
su discedit Isidorus in *can. ferendū est. 1. di-
stinct. 29.* concinitq; nec ineptè Martianus
lib. 2. Publicorum in *l. ictus fustium 22. ff. de
his, qui notantur infamia* dùm sequentibus
22 loquitur: *Ictus fustium infamiam non impor-
tant: sed causa, propter quam id pati meruit,
si ea fuit, quæ infamiā damnato irrogaret.* Cau-
sa igitur est, quæ attenditur, magis, quàm
modus causæ. Causa ergo, quæ ad dispen-
sandum in hoc facto Pontificem mouit, co-
pula fuit, non assertum matrimonium con-
tractum, quod quatenùs verum fuisset, nul-
lum erat, neq; inter eos consistere poterat,
23 quarto affinitatis gradu impediente. Co-
pula ergo vera existēte, vt vera fuit, dispē-
satio firma permansit; quia ea sola finalis
causa fuit, non in pulsiua tantùm; ne dif-
famata hæc remaneret mulier, & scandala
inde orirentur. hæc ergo attendi debuit;
quamuis falsa assertio fuerit asserti matri-
monij in facie Ecclesiæ, ob imperitiam for-
tasse eius, qui eam expressit, ob patentem
formulam in regula rescriptam: ducto quo-
que

que motiuo ex eo, quòd matrimonium cō-
24 tractum fuisse asserebatur, per verba tamen de futuro, quæ post Sacri Tridentini Concilij decreta in sponsalia transibant, quamuis illa de præsenti fuissent. ex Alexandri Tertij sensu in *cap. de illis, qui 7. & 9. de sponsat. impuber.* & Innocentij Tertij in *cap. tuæ nobis 14. aliàs fin. eod. tit. & cap. 1. § idem quoque si puberes. eod. tit. lib. 6. & cap. ex parte M. mulieris 14. de restitut. spoliator.* & ex Sacrosancta Tridentina Synodo *sess. 24. cap. 1. & 5. de reformat. matrim. Nauar. consil. 2. nu. 1. lib. 4. de desponsat. impuber.* Potissimùm verò cùm inter ipsos matrimonium, ob dirimens impedimētum quarti gradus affinitatis, consistere absque dispensatione Apostolica minimè posset, & in hoc iam dispēsatio obtenta fuerat, quod vnum satis, superque erat, ob expressam præsertim causā subsequutæ copulæ, vt post alios quàmplures, quos suo refert more, sequitur doctissimus *Pater Sanchez de matrimon. tom. 2. lib. 8. disput. 21.* qui tres refert Doctorum sententias, easque declarat, & post eum sequitur ex eadem Societate IESV *Gaspar Hurtado tract. de matrim. disput. 26. difficult. 4. nu. 16. 17. & seqq. Couarru. variar. resolut. lib. 1. cap. 20. Diana part. 4. tract. 4. miscellan. resolut. 53. in 1.*
35 *dicto.* Licèt enim antè Tridentini Concilij tēpora faciliores se Summi Romani Pontifices ad dispensandum reddere sueuissēt, propter matrimonium iam contractum; at non ita post dicti Concilij tempora, & disposita per illud *sess. 24. d. cap. 5. de reform. matrim.* notat *Nauar. in manual. cap. 22. n. 86. vers. quinto dicendum est. Sanchez de matrim. d. lib. 8. disput. 25. num. 23.* perpendit *Rota in Parmen. Status* 27. Aprilis 1622. coràm *Coccino decis. 430. nu. 82. 83. & 84. in supplemento 5. part. recentiorum per Rubeum, & Pampilonen. illegitimitatis* coràm *Iusto d. decis. 191. nu. 8. part. 1. recentior.* Hinc propterea euidentissimè deducitur, expressionem matrimonium inter Ioannem Franciscum, & Antoniam in facie Ecclesiæ solemnitèr contractum fuisse, per mandatarij inaduertentiam adiectam fuisse, magis, quam quod faciliùs dispensationem obtinere speraret; Cùm ob hanc ipsam causam difficiliores esse soleant Summi Romani Pontifices ad dispensationes similes concedendas. quòd
36 apertissimè Sacrum Concilium *d. cap. 5. sess. 24. de matrim.* huiusmodi matrimonium in gradu prohibito scientèr, ac de facto cōtrahentes, omnimodis inhabiles ad dispensationes in hac re obtinendas, faciat. perpenditque *Rota in d. Pampilonen. illegitimitatis* coràm *Iusto d. decis. 191. num. 8. part. 1. recentior.* loquiturque de illis, qui scientèr in gradu prohibito matrimonium contrahe-
37 re præsumpserint. Contraxisse verò ipsos inter se, cùm gradum nescirent quartum affinitatis, quoto inter se se attinebant, per verba de futuro matrimonium, magis autē sponsalia. ex Bonifacio VIII. in *d. cap. vnic. §. idem quoque si pubes. de desponsat. impuber. in 6.* & Alexandro Tertio in *cap. à nobis 8. eod. tit. extrà. Rota in Hispalen. sponsaliorum 6. Martij 1637.* coràm bonæ memoriæ *Coccino decis. 603. nu. 1. in supplemento ad 5. part. recentiorum per Rubeum.* Illaque copula confirmasse, magis verò, quod sæua libidine superati fuerant, quàm quòd faciliorem causam dispensationis efficere intendissent; certissimum est; cùm potissimùm se quarto affinitatis impedimento, nè matrimonium contrahere insimul valerent, detineri nescirent. Vera itaque causa fuit exposita: & quarto se detineri affinitatis impedimēto, & matrimonium per verba (de futuro tamen) contraxisse; & copulam inter eos intercessisse; dispensationem autem petiuere; quia indigebant illa, nè Antonia diffamata remaneret, atque exindè scandala orirentur. quam vnam causam, ne mulier
28 diffamata remaneret, & vt impedirentur scandala indè exoritura, perpendit in simili *Rota* coràm *Manzanedo decis. 687. nu. 22. 23. & 24. part. 2. in recentioribus.* mox infra referenda. & sequutâ quoque antea fuerat eadem *Rota* apud *Aldobrandinum*, postmodùm Clementem VIII. *decis. 207. nu. 3. & 4. part. 1. diuersorum, & d. decis. 191. nu. 1. part. 1.* Fuit ergo firmum matrimonium subsequētèr in facie Ecclesiæ celebratum, postquàm dispensationis Apostolicæ exequutionem per decretū Domini Vicarij Generalis Delegati Apostolici obtinuerunt. Verificauere namque ipsi coràm eodem Delegato. & se quarto affinitatis gradu connexos, idque ignorasse; & inter se matrimoniū (per verba tamen de futuro) iniuisse, quòd impedimentum nescissent; atque copula se commiscuisse carnali, priusquam dispensationem obtinuissent, ignorantia ductos, qua se quarto affinitatis gradu connexos esse, de-
29 tinebantur. Fuit ergo verum inter eos subsequutum matrimonium, atque firmum, dispensatione intercedente Summi Romani Pontificis, atque Domini Delegati decreto, & permissione, qui ex facultate sibi tradita per Summi Romani Pontificis diploma, eum ipsis quòad quartum affinitatis gradum dispensauit, illumque non obstare declarauit. ex traditis per *Rotam* coràm *Manzanedo d. decis. 687. nu. 12. part. 2. in recent.* Fuerunt ergo à vinculo soluti, quo ne matrimonium insimul contrahere possent, retinebantur. Vinculo proindè disrupto, liberi euaserunt, vt contrahere valerent: & de facto ad iuris contraxere præscriptum.
30 ergo bene ad Augustini sensū in *can. quid dicam 11. in fin. 14. quæst. 4.* & Gregorij in *can. ad eius verò 4. §. si igitur benè. distinct. 5.* sequiturque;

quiturq; *Federicus de Senis conf. 36. num. 2.*
31 Dispensatio quippè iuris communis est relaxatio cũ causæ cognitione, ab eo, qui ius habet relaxandi, facta. ex *Gloss. in can. requisitis 5 § nisi rigor disciplinæ.* verbo *vt plerisque. 1. quæst. 7. can. vt constitueretur 25. dist. 50. Cardin. cons. 35. sub nu. 3. Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 8. disput. 1. nu. 1. Hurtado de matrim. d. disput. 26. in princ. num. 1. & 2.* diximus *re-*
32 *spons.* nostra *45. num. 27. part. 4.* & legem tollit, atque impedimentum amouet. ex Modestino lib. 7. regularum in *l. patrono consẽtiente 5.* aliàs *fin. §. libertinus. ff. de natalibus restituendis.* & Iustiniano Cæsare in *l. Imperialis beneuolentiæ 24.* per totam legem. *C. de nuptijs. Ioannes Scobar à Corro de vtroque foro. artic. 6. reg. 15. num. 153. Rota* apud *Cardin. Seraphin. decis. 325. num. 20.* Potuit pro-
33 indè inter eos matrimonium esse, & licitè, impedimẽto sublato quarti affinitatis gradus, quo vno ne cõtraherent, detinebantur, ante quàm eum ipsis dispensaretur, quod sublatum, dispensatione sequuta, fuit. vt post *Cardin. cons. 57. num. 2.* sequitur *Rota in d. Hispalen. sponsaliorum* coràm *Coccino d. decis. 603. num. 30. in supplemento 5. part. recen-*
34 *tiorum* per *Rubeum.* Si ergo matrimonium inter eos esse potuit, & de facto in facie Ecclesiæ contraxerũt. fuit ergo validum matrimonium, ac firmum. quod satis accuratè perpensum in simili causa fuit in dicta *Hispalen. legitimitatis 11. May 1615.* coràm *Manzanedo decis. 687. num. 2. 3. 5. & 7. part. 2. in recentior.* paulò antè relata *per totum.* & in simili Sacram declarasse Congregationem refert *Barbosa in summa Apostolicarum decisionum* verbo *dispensationes matrimoniales. num. 4.* & tenuit *Rota in d. decis. 191. num. 10. part. 1. recentior.* Nullus proindè aduersus
35 illud obmussitabit. Quos enim Deus coniunxit, haud separabit homo. ex Hieronymo *can. Ebron 2. in fin. 13. quæst. 2.* & Isidoro *can. quos Deus coniunxit 18. 33. q. 2.* & Innocentio Tertio in *cap. inter corporalia 2. §. cùm ergo fortius. de translat. Episc. Matth. 19. 6. Nauar. cons. 15. num 2. in fin. de sponsal.*
36 *lib. 4.* Fuit proindè mutuo amborum consensu matrimonium hoc firmum. ex Alexandro Tertio in *cap. cùm locum 14.* & Innocentio etiam Tertio in *cap. iam apud sedem 23. & cap. tua fraternitati 25 de sponsalib. Rota d. decis. 687.* apud *Manzanedum nu. 12. in fin. part. 2 in recentior. Nauar cons. 12 nu. 3. lib. 4. de sponsal. Rota* apud *Cardin Seraphin. decis. 270. num 4.* Non vtique dissoluet illud homo. ad *text.* Innocentij Tertij in *cap. ad dissoluendum 13. de desponsat. impuber. Rota* apud *Cardin. Manticam decis. 166. num. 4.* sol-
37 uet verò mors, quæ omnia ex se dissoluit. *§. deinceps antẽ. in authent. de nuptijs collat. 4. Gloss. in §. simili modo. Instit. quibus modis tutela finitur.* verbo *morte naturali.* sicuti Ioannis Francisci morte solutum fuit. ex Augustino *can. lictè dimittitur 2 in fin. 32. quæst. 7.* & ex Lucio Tertio in *cap. dominus 2.* & Innocentio Tertio in *cap. cùm secundum Apostolũ 5. & fin. de secund. nupt.* qui illud Apostoli infert ad Romanos 7. 31. & 1. ad Corinth. 7. 29. *Mulier alligata est lege viri, quanto tempore vir eius viuit; quod si dormierit vir eius liberata est. Nauar. cons 2. num. 5. qui filij sint legitimi.* Nihil itaque in aduersum facit motiuum; opposita scilicet exceptio obreptionis, vel subreptionis Breuis dispẽsationis. Cùm illud firmum, verum, atque quòad substantialia, veritati solidũ fuerit.
38 Vndè dispensatio Apostolica suũ fuit sortita effectum per matrimonium in facie Ecclesiæ decreto Delegati contractum. ex traditis in simili per *Rotam*, atque maturè perpensis in *Hispalen. legitimitatis 11. May 1612.* coràm *Vbaldo decis. 406. num. 2. par. 1. in recentioribus.*
39 Accedit his quoque, quòd etsi plures quandoque in rescripto exprimantur causæ, atque vna earum, quæ minus principalis sit, falsa inueniatur, si vna tantum ex expressis, quæ primaria est, atque substantialis, veritate firma sit, & stabilis hęc ipsa vna causa, solida, firma, stabilis, & vera rescriptum à subreptione liberum reddit, atque firmum esse facit. docet id non sub modio, sed super candelabrum. Alexander Tertius Eboracen Archiepiscopo scribens in *cap. inter cæteras 4. de rescript. Gloss. in cap. ex parte 22* verbo *& perpetuo. eodem de rescript.* & ex *tex. in § si plures conditiones. penult. Instit. de hæredib. instituend. Felin. in cap. 2. num. 22. 23. & 24. de rescript. Lapus alleg. 22 nu. 6.* vbi *Mandos.* addens. *Bellemera decis. 280. Nauar.* optimè *cons. 7. num. 3 & 5. de consanguin. & affinit.* dicens: posse esse gratiam subreptitiam quoad vnum, & validam, ac non subreptitiam quoad aliud. ex *Nicolao Milo in repert.* verbo *gratia ad fin.* & quam peroptimè *Sanchez,* qui alios refert *de matrim lib. 8. d. disput. 21. num. 41. & 42. Pontius de matrim. lib. 8. cap. 17. §. vlt. num. 41. Diana moral. resol. part. 4. tract. 4. resol. 53. vers. dico tertio.* & in *summa* verbo *dispensatio num. 6. in fin. Petrus Gregor. Tholos. in decretales. de rescript. lib. 1. cap. 50. sub num. 2. tom. 2. operum. Rota* apud *Card. Seraphin. decis. 330. num. 1.*
40 Præterquàm quòd exceptionem hanc, dispensationem impetratam, vitio fuisse, & esse affectam subreptionis, obreptionisq; probare ipsimet asserentes deberent. ex Innocentio IV. in Concilio Lugdunen. in *cap. exceptionis peremptoriæ 1.* ibidemque *Ioan. Andr. & Geminian. num. 8. de litis contestatione in 6.* & sequuta fuit *Rota* apud sanct. memor. *Gregor. XV. decis. 108. nu. 1.* ibidemq; *Beltramin.* addens *num. 16.* & dixerat antea *Rota* apud *Card. Seraphin. decis. 857. num. 15.*

Et

Et omninò in probatione deficerent; cùm per dispensationem effectuatam, & matrimonium inde sequutum, in quo coninges ipsi per tot annos permansetunt, apertissimè ostendatur; Ordinarium Delegatum Apostolicum per effectuationem dispensationis, rationem nullam habuisse expressionis illius: *Matrimonium fuisse de facto con-*
41 *tractum in facie Ecclesiæ*. Cùm illud quatenus fuisset, nullum esset, & dispensatio erat
42 pro matrimonio contrahendo seruata forma Sacri Concilij Tridentini. vt perpendit *Rota in d. Hispalen. legitimitatis* coràm *Vbaldo d. decis. 406. num. 2. & seq. par. 1. recentior. Nauar. cons. 3. qui filij sint legitimi.*

Attendenda propereà clausula erit, qua Summus Romanus Pontifex dispēsationis exequutionem Generali Vicario Illustrissimi loci Episcopi demandauit: *Discretioni tuæ*, (inquiens) *de qua in his specialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apostolica scripta mandamus, quatenus deposita per te omni spe euiuscunque muneris, aut præmij (etiam sponte oblati) à quo te omnino abstinere debere monemus, de præmissis diligentèr informes, & si per informationem eandem preces veritate niti repereris, super quo conscientiam tuam oneramus, tunc cum ipsis Ioanne Francisco, & Antonia, dummodò ipsa propter hoc rapta non fuerit; quòd impedimento quarti affinitatis gradus huiusmodi, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs, nequaquā obstantibus, matrimonium inter se publicè seruata forma Concilij Tridentini contrahere, illudq, in facie Ecclesiæ solēnizare, & in eo postmodùm remanere, liberè, & licitè valeant, authoritate nostra dispenses. Prolem susceptā, &c.*

In quarto igitur affinitatis gradu, quo, ne matrimonium inter se contrahere valerent, detinebantur, dispensauit Summus Pontifex, ob eam sanè rationem, non aliā, quòd copulam inter se, (hoc tamen ignorantes) habuerant;& ne diffamata remaneret Antonia,& indè scandala orirētur, quæ timeri sure, nec iniuria poterant; & quæ Pontifex retinere cupiebat. Hæc autem omnia vera esse per diligentem informationem cognouit Vicarius Iudex Delegatus, & secundùm suam discretionem dispēsationem concedendam esse iudicauit. non iniuria proinde dispensationem indulsit, atque matrimonium inter se contrahere,& in illo permanere postmodū permisit. Eius
43 igitur in hoc standum iudicio erit. Iudicauit enim expressionem illam (matrimonium contractum fuisse) nihil operari (vt ostendimus) cùm non fuerit causa primaria ad dispensandum. Neque Pontifex matrimoniū sic assertum ratum habuit. Quippè non in radice dispensauit matrimonij.
44 quod fuisset, si matrimoniū ratum habuisset; quod sanè fieri per supremum Ecclesiæ vniuersalis Caput visibile, & Moderatorē, potest. vt post *Ancharan cons. 409. viso, & diligentèr inspecto. per totum.* rationes per pulchrè reddentē; sequutaq; fuit *Rota in Straeusana illegitimitatis 19. Octobris 1573.* corā *Aldobrandino* Clemente Papa VIII. in *d. decis. 207. part. 1. diuersor.* & in *d. Hispalen. legitimitatis* coràm *Manzanedo d. decis. 687. per tot. part. 2. in recentior.* & in *d. Pampilonen. illegitimitatis* coràm *Iusto d. decis. 191. per tot. part. 1. in recentiorib.* disputat plenè *Nauar. cons. 14. num. 3. & num. 8. atque per totum consilium. de sponsalibus. & d. cons. 2. per totū.* in casu satis, superq; maiori differens. *qui filij sint legitimi*. Dispensauit tamen causa cognita; & matrimonium in facie Ecclesiæ subsequutum fuit. ergo validum, firmum, ac stabile. Cùm eos solus Deus coniunxerit, vt nullus dissoluat homo, nisi Deus ipse per mortē vnius ex coniugibus (vt diximus.) quemadmodùm Ioannis Francisci supre-
45 mo die dissolutum fuit. Pro matrimonio proindè standum. Quia nimirùm Delegati dispensatio in quarto affinitatis gradu, qui solus obstaculum screbat, ne matrimonium
46 staret, iusta præsumenda est, sicut eius sententia. Ex Innocentio Tertio in *cap. cùm inter vos 13. § fin. & cap. sicut nobis 16. § fin. de sentent. & re iudic. Oldrad. cons. 89. num. 2. in fine. Rota par. 2. diuersor. decis. 178. nu. 4* & in *d. Hispalen. legitimitatis* coràm *Vbaldo d. decis. 406. num. 2. & seq. par. 1. in recent. Nauar. d. cons. 3. in fin. qui filij sint legitimi*. diximus *respons.* nostra *94. nu. 55. par. 4.* Neq; temera-
47 rium Delegati fuit arbitrium, sed regulatum, Sacrorumq; Canonum suffultum regulis; cùm sat, superq; fuerit causam substantialem, quin causas substantiales, veras fuisse; & si illa, (matrimonij videlicet iam in facie Ecclesiæ suppositi) incuria exprimentis Procuratoris inserta irrepserit, quæ neque motiuum ad dispensandum prębuit, vt ostendimus; cùm non in radice matrimonij, sed in quarto affinitatis gradu dumtaxat, quod vnum ne matrimoniū inter eos
48 stare posset, impedimentum præbebat, dispensarit. Ablato proindè impedimento, quod obstaculum faciebat, iustè, sanctèq; matrimonium inter eos intercessit, ac ritè,
49 rectèq. Sic Dominus de Lazaro ad vitam è sepulchro reddito, Apostolis dixit: *Soluite eum, & sinite abire*. (Ioan. 11. 44.) ablatis vinculis abire permittitur, quia nihil superest ampliùs, quod impedimētum faciat. & ad rem hanc aptissimè Iustinianus Cæsar *d. l. Imperialis beneuolentiæ 24. § præsenti*
50 *sanctione. C. de nuptijs.* Matrimonium verò solo vtriusq; coniugis perficitur libero, ac
51 voluntario consensu, vt ostendimus. Non itaque reprehendendus Delegatus in arbitrio, quod promulgauit, dispensandū fuisse; vt dispēsauit. ex *Abb. in cap. consuluit noi 24. num. 2.*

num.2.de offic.deleg. Rota apud sanct.memor.
Greg.XV. decis.106.n 2. Maceraten.var.resol.
lib.7.resolut.12. sub num.5. diximus alios re-
ferentes respons.nostra 43.num.32.par.4. fir-
mum ergo,atque solemne, ac stabile matri-
monium fuit. Nullis proindè conuellendũ
hominum præstigijs. Multòq; id magis as-
serendum, quod Summus Romanus Ponti-
fex, dispensationẽ Generali Episcopi loci
Vicario demandauit,vt veritate expressorũ
52 cognita dispẽsaret. Dispensationem itaq;
delegauit. non ergo pressè. vt in odiosis,
sed latè, vt in gratiosis,procedendum fuit;
53 quòd Principis (ac Supremi potissimùm)
latissimè, atq; diffusè sint beneficia inter-
pretanda. vt peroptimè in simili perpendit
Rota apud Puteum decis.117 num.3.lib.1.p.3.
diuersor. & apud eundem decis.70.nu.3.lib.2.
ead. par.3. diuersor.
54 Non itaque his nostris obstaculum fa-
ciet, allata in initio Præsidẽtis de Franchis
decis. 52. Dispares enim, ac satis disiti in-
ter nos,& illos,sunt termini. Chaos enim
magnum firmatum est inter nos, & illos.
55 quemadmodùm Diuiti illi,qui epulabatur
quotidiè splendidè, & Lazari mendici non
miserebatur, qui mortuus, sepultus est in
inferno, Pater Abraham, in cuius sinu La-
zarus demorabatur, (Luca 16.26.) dixit: Et
in his omnibus inter nos, & vos chaos magnum
firmatum est. In illa quippè decisione, illi,
cùm essent inter se affines, de facto matri-
monium contraxere, & in eo ad mortem
vsque perseuerauere; neq; vnquam dispen-
sationem obtinuere permanendi in illo;
siue in radice matrimonij dispensari obti-
nuissent, siue vt denuò verè, ritè, rectèq;
contraherent. fuit proindè nullum matri-
monium prædictũ vti per Curiam Archie-
piscopalem Neapolitanam nullum decla-
ratum fuit, per Sacrum Consilium Neapo-
litanum ad eandem Curiam declaratione
remissa.
56 Ad Episcopos enim matrimonialium
causarum cognitio spectat. ex Innocentio
Tertio in Concilio Generali in cap. acceden-
tibus 12.de excessibus prælator. Abbas in cap.1.
num.11.de consanguinitate, & affinitate, Co-
uarruuias de matrimonio.in Epitom.par.2.c.8.
num.12.Rota apud Card.Seraphin. decis.595.
num. 4. part.1. & ex decreto Sacri Concilij
sess.22.cap.20.causæ omnes.§.ad hæc causæ ma-
trimoniales. de reformat. In hoc verò nostro
facto dispensatione præuia Apostolica, ad
Sacri Tridentini Concilij prescriptum ma-
57 trimonium contractum fuit. Non appli-
cantur itaq; termini. non iure proindè ab
vno ad alium casum consequentia ducitur.
ex Vlpiano in l. Papinianus exuli 21. ff. de
minoribus. & Vlpiano in l. naturaliter 12. §.
nihil commune. ff.de acquirend. possess. can. pro-
posuisti 2. §.sed ea planè. distinct.82. illis ver-
bis: sed ea planè dispar, & diuersa sententia
est. Si diuersa, & dispar. non igitur conne-
ctetur, vt rectam inferat consequentiam,
ex Aristotelis præceptis, ne suppositio va-
rietur.perpẽdimusq; respons.nostra 80.nu.3.
part. 4. Si consequentia itaque non iure ex
illo ad hoc ducitur matrimonium: Quia
illud nullum declaratum; hoc verò vali-
dum fuit,dispẽsatione præuia Apostolica;
sequitur tamen hoc; quòd sicuti in illo;
quia nullum,donationes quoque factæ,nul-
læ fuerunt; ita, pariq;, neque diuersa ra-
tione in hoc; quia validum, quia firmum,
58 quia stabile, dos vera fuit. necessaria con-
sequentia lucra debebuntur vxori marita-
lia, quæ viri supremo die lucrata fuit. ex
Iustiniano Cæsare in Authentico de non eli-
gendo secundò nubentes mulieres. §.illud quo-
que. collat.1. Authent.dos data. C.de donation.
ante nupt. argumento sext.in authent.sed quæ
nihil. C.de pact. conuent. quæ ex d §.illud. in
fin.in Authent.de non eligendo secundò nuben-
tes. desumpta est. deduximus respons.nostra
12. num.1. part.2. Soluant idcircò, quæ de-
59 bent, ne Iudici tradantur, & Iudex tradat
eos Ministro, & in carcerem mittantur.
Matthæi 5. 25. Minister autem tenens suf-
focet eos dicens: quod debetis reddite;
ex illo 1. Regum 6. 3. sed quod debetis reddi-
te pro peccato. Sicuti seruus ille nequã apud
60 Matthæum 18.28. Cùm vnum ex conseruis
suis inuenisset, qui debebat ei centum de-
narios.tenens suffocabat eum dicens: Red-
de quod debes Damnatus sanè fuit; & quòd
non misertus fuit conserui sui; & quòd au-
thoritate id faciebat priuata,non publica.
Alioquin Apostolicum quoq; præceptum
Pauli est (ad Rom.13.7.) Reddite ergo omni-
bus debita. concludentis. consequentiamq;
61 inferentis. Quod ergo debent reddant pro
peccato. d.1. Regum 6. 3. ne videlicet pec-
cent detinendo iniustè, quod alienum est.
Non enim dimittitur peccatum, nisi resti-
tuatur, quod ablatum est. regula peccatũ 4.
de regulis iuris in 6. ex Sancto Augustino ad
Macedonianum relato can si res aliena 1. 14.
quæst.6.diximus respons.nostra 32. num.6.&
7. part 4.
Atque ita ex his, quæ Aristarchi super-
cilio,non illiberali animo supponimus, re-
spondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.



SVMMARIVM.

1 *Clausula* (si quid exequendum) *commissioni adiecta iurisdictionem limitatam tribuit.*
Suspendit tamen id solùm, donec de iustitia sententiæ exequendæ cognoscatur. nu.2.
Cessat verò suspensio iustificata causa. nu.14.
Vel etiam stante obligatione Camerali. nu.15.
Debet autem ex actis ipsis Iudicis à quo de iustitia constare sententia, non verò ex nouitèr deductis, num.3.
Ratio affertur. num.4.
Iustificata tamen videtur sententia ex instrumento in actis præsentato, cum obligatione Camerali.
Stante quòd pars aduersa instrumentũ, atq; Cameralem obligationem non negat. nu.6.
Quin confitetur.
7 *Confessio, & acceptatio instrumenti, rei iudicatæ vim obtinet.*
Nihilq; aliud post se, quàm præceptum de exequendo præstolatur.
Transitq; in habentibus causam ab eo. nu.8.
Eiusque hæredibus.
9 *Exceptio aduersus instrumentum iuratum, & confessatum, obligatione Camerali vallatum, & quæ non sit ex intrinsecis, ex ventre scilicet instrumenti, nihil proficit.*
Sed probari debet.
Quemadmodũ exceptio retentionis pro melioramentis. num.10.
Quia probari melioramenta debent.
Præsertim verò contra instrumentum iuratum. num.11.
Et obligationem Cameralem.
Vel si altiorem requirat indaginem. nu.13.
11 *Obligatio Cameralis exequutionem expeditã, paratamq; obtinet.*
Quæ ius facit certum, & indubitatũ. nu.12.
Et iudicialem inducit confessionem.
Vt executio denegari minimè possit.
16 *Cædula bancaria cum fide crediti consignata, solutionem operatur à die ipsa consignationis.*
Ac si pecunia numerata fuisset.
Videturq; pecunia iam effecta sua. nu.17.
Quòd si tardauerit in accipiendo pecuniam, sibi imputet. num.18.
Præsertim verò cùm postmodùm quando voluit, pecunias exegerit. num.19.
18 *Iure suo qui vtitur, nemini iniuriam facit.*
20 *Negligentia propria non debet esse causa damni alterius.*
Suique lucrum.
Hoc enim contra præceptum naturale est.
21 *Quod tibi non vis fieri, ne feceris alteri.*
22 *Nemo ex suo delicto meliorem conditionem suam facere potest.*
23 *Tertius non dicitur, qui non suo, sed alterius, principalis videlicet sui, nomine facit. vel etiam soluit, atque de pecunia sui principalis.*
24 *Soluere quẽ voluisse de suo sine mandato, atq; iactare suum, verisimile non est.*
25 *Periurus à iudicio repelli debet.*
Periurus verò non dicitur, qui iurat materialitèr, non formalitèr, non volens, neq; debens iurare. num.26.
Præsertim verò & præcedente, & subsequẽte protestatione. num 27.
28 *Protestatio internum protestantis manifestat animum.*
29 *Iuramentũ iniquitatis vinculum esse nõ debet.*
Sumit verò regulam ab ipsomet actu, super quo imponitur. num.30.
Et ad illum restringitur. num 34.
Sufficit autem si iuramentum effectum suum sortiatur quoad illam partem, quæ vera est. num.32.
Iuramentum de re illicita non tenet. nu.33.
Neque extendit dispositionem vltrà limites suos. num.35.
Sed maius vinculum dispositioni dumtaxat tradit. Deum in testem vocando.
31 *Iurare iniustè compulsus æquiuocare potest in iurando.*
36 *Census emptor ex Pij Papæ V. Constitutione potest censum pro parte redimere.*
Nam ex parte sui census sunt redimibiles.
37 *Solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio.*

ARGVMENTVM.

De executione obligationis Cameralis, & clausula in commissione adiecta (*si quid exequendum.*) & quo pacto illa exaudiatur, differitur. & de exequutione mandati exequutiui. & quid de solutione per cędulam bancariam cum fide crediti, nùm illa suum operetur effectum à tempore consignationis, vel verò ad diem vsque factæ exactionis differatur? quid verò de quietatione finali facta, cùm verè finalis non fuerit; & an iuramentum obsit ei, qui illud fecit, cùm intentionẽ minimè iurandi habuerit, nisi pro quantitatibus receptis? & an periurus dicatur?

RESPONSIO IX.

Est sanè locus, nec contemnendus executioni mandati relaxati per D.A.C. Argelium pro D. Emilia Spinella pro ducatis tercentum aduersus Illustrissimum Dominum Episcopum Vxentinum. Quia nimirum, quamuis Illustrissimus Dominus
1 meus limitatam ex commissione iurisdictionē habere videatur, ex clausula: *Si quid*
2 *exequendum*, vt ex aduerso pars prætendit: Suspendit tamen id solùm, donec de iustitia sententiæ exequendæ cognoscatur. vt dixit *Rota* apud bonæ memoriæ *Coccinum*
3 *decis.216.num.3.* vt non sufficiat ex nouiter deductis de iustitia docere latæ sententiæ, nisi ex actis ipsis, ex quibus lata fuit, de illa
4 appareat. Quia nimirùm hæc executio cōsequens est ad iustitiam iam latæ sententiæ ex primis actis, non ex subsequentibus coràm Iudice appellationis factis. vt pluries respondit *Rota* apud *Cardin. Canaler. decis. 165. nu.4. decis.173.nu.1. decis.164.num.1. & decis.414.num.1.*
5 Nihilominùs tamē, satis iustificata videtur sñtia, & mandatū relaxatū ab D.A.C. Argelio ad fauorē dictæ Dominæ Emiliæ, ex instrumento in ipsis actis producto cum obligatione Cameræ, & ab Illustriss. Domino Episcopo Vxētino aduersario acceptato,
6 & confessato. Non equidèm Illustrissimus Dominus Episcopus instrumentum negat, neque se debitorem annui census ob acceptam pecuniam numeratam ex cedula bancaria à principali D. Emiliæ, cuius ipsa est hæres: quin debitorem apertissimè se fatetur pro tota summa ducatorum mille
7 quingentum. vt hæc sola sufficiat, atq; rei iudicatæ vim obtineat; nihilq; aliud post se, quàm præceptum de exequendo, præstoletur. *l.vnic. C.de confessis.* noster *Maranta in speculo 6.par.in 5.actu iudicij, de confessione nu.21. Mancin.tract.de confessionib.cap.1.nu.1. Gratian.forens.part.3.cap.595.nu.13. & 14. &*
8 *par.5.cap.915.nu.14* adeò quidèm, vt etiam, ab ipso confitente causam habentibus præiudicium inferat. *Surd.consf.151.nu.19.lib 1. & decis.71. num 9. Rota* apud *Card. Canaler. decis.105.num.4.* diximus *respons.* nostra *10. nu.14. & 15.par.4.* eiusque hæredibus. ibidem *num.16.* Hanc ob causam volens se ab onere annui census prædicti redimere, depositum fecit per intermediam personam Thomæ Carlucij ducatorū mille quatuorcentum, & vndecim; videlicet mille ducentum pro capitali, residuos verò biscentum, & vndecim pro tertijs, cum assertione, & confessione dependentiæ pecuniæ vniuersæ. Verùm asseruit, residuos ducatos tercentum sibi retinere ex causa, quòd pecunia; quo tempore solutio facta fuit dictorū ducatorum mille quingentum, reprobata erat, vt puta *di zannette*, tempore quo Eminentissimus Cardinalis Zabatha pro Sacra Catholica Maiestate Regni Neapolitani
9 habenas moderabatur. Erat proindè exceptio aduersus instrumentum confessatū, obligatione Camerali vallatum, neque exceptio, quæ ex ventre oriretur, atq; ex obligationis visceribus; sed quæ aliundè ab extrinseco ex libito dicti Domini Episcopi debitoris assumebatur. Eius igitur erat probare intentionem suam in hac assumpta exceptione, ab extrinseco, & ex libito volūtatis proueniente. ex Celsi sensu lib.6. digestorum in *l. cùm de lege 17. ff. de probat. Rota* apud *Verall. decis.364.nu.2. & 3. par.2. Surd. decis.195. num 4.* diximus *respons.* no-
10 stra *43.nu 28.par.4.* & in simili in exceptione retentionis pro melioramentis illam nō admitti sine probatione. dixit *Rota in vna Perusina fideicommissi ex Alphanis 19. Iunij 1634.* coràm *Dunozetto decis. 547. nu.20. ad supplementum 5.parl. recentiorū per Rubeum.*
11 Contra instrumentum præsertim iuratum, & obligatione Camerali vallatū, quę executionem expeditā, paratamq; obtinet. *Rota* apud *Caua er.decis.28.nu.1. & decis.312.nu.1.*
12 Quia profectò obligatio ipsa Cameralis, & iuramentum ius facit certum, & indubitatum, atque iudicialem indiget confessionem, vt executio denegari minimè possit eidem. vt dixit *Rota par.2.in recentior. decis. 686.num.1. Gallesf.ad formam Cameralis obligationis par.1.quæst.2.num.11. & 18. Gratian. forens. par.5. cap 968 nu.1. Rota* apud *Durannum* Episcopum Vrgellen *decis.383 num.2. & 3. par.2.* diximus *respons.* nostra *37.nu.60. part. 4.*

Haud proindè retineri poterat executio obligationis ipsius Cameralis, per excep-
13 tionem illam ascititiam, quæ altiorem requirebat indaginē, nec probabatur. vti dictum fuit in *d.decis 686. nu.2.* coràm *Domino Andrea par.2.in recent.*
14 Fuit proindè iustum mandatum relaxatum aduersus dictum Illustriss. Dominum Episcopum ab R.D.A.C. Argelio pro residuis ducatis tercentis. hoc autem ex eisdē actis prioris sententiæ apparet. Iustificata ergò remanet clausula *(si quid exequendum)* in commissione adiecta, vt Illustrissimus Dominus meus iure, nec sanè iniuria exequi, & ipse valeat mandatum prædictū ab A.C. relaxatum, cùm cesset, & ablegetur suspensio, quam clausula illa dabat, donec cognosceretur ex eisdem actis mandatum iustificari. ex dicta *Rotæ decis.* apud *Cocci-*
15 *num d.decis.216.nu.3.* & in ipsis nostris terminis in commissione cum clausula *(si quid exequendum)* stante obligatione Camerali, dixit *Rota* apud *Card. Canaler. d. decis.38. in princ. & nu.1. & seqq.*

Decidunt

Decidunt proindè,neque obstaculum vl-
lum faciunt, quæ pars ex aduerso magno
refert appararu bellico.
Primò, quòd pecuniæ non fuere solutæ
nisi de mense Octobris 1622. Cùm instru-
mentum fuerit celebratum 27. Septembris
1622. Quia nimirùm tũc solutio facta fuit,
16 quando celebratus fuit contractus,& data
cedula Bancaria cum fide crediti, vt solu-
tio indubitata esset, quæ sanè cedulæ con-
signatio cum fide crediti, solutionis vim
obtinet, & pro solutione æstimatur, quia
nihil est intermedium, quod solutionem
impedire valeat,sicuti si pecunia numerata
fuisset. ex Iuliano lib.4.digestorum in *l.qui
Chirographum 57. ff. de legat.3.* nec longè
abit Aphricani sensus lib. 8. quæstionũ in
l.solutum 39. ibidemq; *Bart. ff. de solut. Pu-
teus decis.159. par.1.* impressionis Romanæ
nouissimè. *Rota in Iannen. Pecuniaria 7.Iunij*
1610. coràm *Cardin. Lancellotto* bonæ me-
moriæ apud *Marchesanum tom.1.fol.*883.*de-
cis.65.nu.2* & apud sanct.mem. *Gregor XV.
decis.347.nu.8.*ibidemq; *Beltramin. num.19.
Gratian.forens.part.2 cap.387 nu.39. Io.Bapt.
Gargiareus cons.92.nu.10. Io.Francisc.Sanfe-
licius decis.157.nu.4.& seq.tom.2.*
Nihil ad rem igitur,quòd postmodùm
3.Octobris pecuniæ fuerint exactæ,cùm ab
initio exigi potuerint,vtputa cùm pecuniæ
17 extarent; & iam pecunia erat effecta ipsius
per cedulæ bancariæ consignationem cum
18 fide crediti. vnde iure suo vsus fuit dictus
Illustriss. Episcopus,qui noluit tunc exige-
re,cùm potuisset, vt nemini iniuriam fecis-
se videatur: quia sic voluit. ex Paulo lib.2.
de testament. in *l.nullus videtur 56. ff.de reg.
iur.*& perpendit *Rota in Romana societatis of-
ficij 9 Martij* 1598.coràm *Peregrino decis.25.
nu.6.*apud *Zacchiam tract.de societate.* Præ-
19 sertim cùm pecunias iam exegerit, quãdo
voluit,neque conqueri possit non exegisse.
20 vt suam negligentiã,vel voluntatẽ non exi-
gendi in alterius damnum refricare haud
nunc possit, vt ipse commodum hauriat,
suamq; conditionem meliorẽ reddat,quod
iuri ipsi naturæ aduersatur.ex principio il-
21 lo. Quod tibi nõ vis fieri, alteri ne feceris.
Matth.7.12. & *can. placuit.12. in fin. 10.q.1.
cap.dilecti filij 13.de maiorit.& obedient. Gloss.
in l.iustitia* 10.verbo *lędere. ff.de instit.& iur.
dist.1.in princ.* docuitq; non ab re Vlpianus
lib.21. ad edictum in *l. non fraudantur* 177.
§.nemo ex suo. ff.de regulis iuris. illis sanè di-
22 gnissimis verbis. *nemo ex suo delicto* (in-
quiens) *meliorem conditionem suam facere po-
test.* & ipsemet lib.29. ad Sabinum in *l.itaq;
fullo 12 ff.de furtis.*
Secundum verò,quod mandatũ ab A.C.
relaxatũ fuerit iniustum, ex eo, quòd Tho-
mas Carlucius,& sic tertius,soluit aduersa-
riæ (D. Emiliæ videlicet) ducatos 1411. &
horum solutione,medio iuramento,fecit fi-
nalem quietationem, tàm pro sorte princi-
pali,quàm pro tertijs.indè fieri dictam Do-
minam Emiliam venisse contra iuramen-
tum,atque proindè in periurium dedisse.
nec debere audiri.
Verùm dilemmati huic respondeant mi-
hi Aduersarij. Vel Carlucius suo proprio
nomine duc.1411. Dominæ Emiliæ soluit,
vel nomine Episcopi. suo proprio nomine
certum est non soluisse, neque de propria
pecunia. nomine ergo Episcopi soluit, atq;
23 de Episcopi pecunia. Non est itaq; tertius
Carlucius, neque ipse in cõsideratione ha-
betur,sed Episcopus, cuius nomine soluit,
ac fecit, atque de eius pecunia,cùm non sit
24 verisimile velle quemquã iactare suum. vt
perpendit Rota apud *Caßad.* 1.*dec.3.sub n.4.
de procurat.* & apud sanct mem. *Gregor XV.
decis 275.num.3.* Contra iuramentum ergo
in instrumento adiectum, & in Camerali
obligatione venit nunc Dominus Episco-
25 pus. Vti periurus proindè à iudicio repel-
li debebit,vti debuit. ex Innocentio Tertio
in *cap. quia frustra 14. de vsur. Felin. in cap.
constitutus 19.nu 14.& 18.de rescript. Federic.
de Sen. cons 300 factum tale est,in fin. Afflict.
decis.30.nu 5.* ibidemq; *Vrsill.nu 6.* & idem
*Afflict. decis.220. num.12. in 5.dub.& Vrsill.
ibid.num.12.Maranta* nõster *cons.46.nu.18.in
fin.Rota par.2. in recent.decis.5.nu.1.*diximus
*respons.*nostra 77.*num.6.& seq.par.4.*
Et quid fortasse erit,si propter hanc cau-
sam D.A.C. Argelius multò magis manda-
tum relaxauit executiuum pro ducatis ter-
centis, quos soluere tenebatur ex summa
ducatorum 1500. pro quibus se etiam in
forma Cameræ obligauerat?
26 Contra iuramentum autẽ Domina Emi-
lia non vtique venit. Quia,vt se eximeret à
calumnijs depositi per Carlucium nomine
Episcopi, & de eius pecunijs facti; eũ coa-
cta ipsa fuerit quietantiã scribere, & iura-
re,materialitèr, non quidèm formalitèr; vt
ostenderet, quòd nolebat iurare, neque as-
serere, quod nõ poterat,(se scilicèt recepis-
se totas pecunias, cùm verè non recepisset,
vndè etiam malè iurabat) vt suam manife-
27 staret intentionem,& ante,& postea prote-
stata fuit,nolle se iuramento ligari,nisi pro
quantitatibus, quas recipiebat, & pro illis
28 quietantiam fecere, vti fecit. protestatio
enim internum protestantis animi sensum
indicat. ex Nicolao Papa. in *can. Lotharius
Rex 3. §.praterea vos 31.quæst.2.* ibidemque
Gloß. verbo *innotuit.* & verbo *violentiam.* &
Alexander Tertius in *cap. perlatum 1. de ijs,
quæ vi, metusq; causa fiunt.* vbi etiam *Glossa*
verbo *timore mortis. Rota* apud sanct. mem.
Gregor.XV.decis.7.num.10. diximus *respons.*
nostra 4.*num.44.par.3,* & *respons.65. nu.18.
& 19. par.4.*

Fuit

Fuit itaque materialitèr iuramentum,
non formalitèr pro omnibus pecunijs,quas
non omnes recipiebat,vndè nec iurare pro
illis poterat;vt iuramentum ad ipsas pecu-
nias,quas recipiebat dumtaxat referretur.
non sanè quas minimè recipiebat. Cùm
29 iniquitatis vinculum iuramentum esse mi-
nimè debeat. ex Innocentio Tertio in *cap.
quantò 18. § super quod. de iure iurando* & ex
S.Augustino in *can.inter cætera 22.22.q.4.&
cap.peruenit 3. & cap.si verò aliquis 8.de iure
iurand. cap.quamuis pactum 2. de pactis lib.6.*
30 Iuramentum autem ex ipsomet actu,super
quo interponitur, regulam sumit. ex *Tira-
quell.in tract. de constitution. in 7.limit. nu.34.*
diximus alios referentes *respons.* nostra 3.
nu.46.& 47. par 4. Apertissimè verò ex actu
ipso,super quo iuramentum intercessit.pro
dictis ducatis tercentum, D. Emiliam non
debuisse iurare apparet,quia vtique falsum
iurasset,cùm illos non vtique recepisset;iu-
rauit autem pro illis,quos receperat,& pro
illis quietantiam fecit materialitèr,& for-
malitèr. proindè,& ante,& postea protesta-
ta fuit,vt animi sui sensum aperiret,se nol-
le pro dictis ducatis tercentū iurare, quos
31 non recipiebat; æquiuocauit verò in pro-
ferendo, cùm iniustè præmeretur. secundū
Doctores, præsertim per Eminentissimum
Cardin. Toletum instructionis sacerdotalis
*lib.4.cap.21.num.5.& 6. Barbosa in collectan.
ad tex.in cap.qualitèr,& quando 18.num.4.de
accusat.Turrian.in 2.2.Diui Thomæ disput.50.
dub.4.tom.2.* ad text. *in can.si tantùm Episco-
pus 2. in fin.* ibidemq; *Gloss.* in verbo *si tan-
tùm 6.quæst.2.Nauar cons.2.num.8.in 7.argu-
mento lib.4 qui clerici, vel vouentes* In nullū
32 propterea periurium dedit: cùm iuramē-
tum præstitum iam suum operetur effectū
quòad pecunias, quas verè receperat. quò
verò ad eas, quas nō recipiebat,& pro qui-
bus iurare non intendebat,cùm illicitum
esset iuramentum,non vtique tenuit; tùm
ex parte ipsius iurantis,quia noluit iurare;
33 tùm ex parte iuramenti, quia in re illicita
non tenet. ex *can. si aliquid forte 16. 22.q.4.*
34 Et iuramentum ipsum operatur secundùm
naturam contractus, super quo interponi-
tur; & ad illum restringitur. vt dixit *Rota*
apud *Cardin.Caualer.decis.109.nu.9* neque
35 extendit dispositionem extra limites suos,
sed maius vinculum dispositioni tantum-
modò addit, vocando Deum in testem co-
rum,quæ iurantur. *Rota* apud sanct.memor.
Gregor.XV. decis.15. num.7. In testem verò
mendacij ipsa D.Emilia minimè Deum vo-
cauit pro tercentis ducatis, quos non reci-
piebat,vt esset testis,quod recepisset;nam
falsū erat; vocauit verò in testem veritatis,
quod tercenta non receperat, vndè inten-
debat, illa redhibere,apud competentem
Iudicem Episcopum vocando,vt fecit.

Hanc ob causam actio ad prædicta ter-
centa repetenda, extincta minimè fuit per
quietantiam factam,quæ effectum sortita
fuit quòad partitas verè solutas. Potissimū
36 verò cùm ex Constitutione Pij Papæ V. de
censibus, possit emptor census pro parte
illum redimere; cum ex parte sui semper
sit redimibilis. vt apertè legitur in Con-
stitutione prædicta Pij V. diximus plenè
respons. nostra 8 *nu.6.& 7.par.3* Mouet autē
Cornicula risum,cùm dicunt aduersarij: si
nolit stare D.Æmilia quietantiæ factæ,resti-
tuat id,quod accepit.

Neque enim D Emilia quietantiæ factæ
stare diffugit pro quantitatibus,quas rece-
pit; petit vero tercenta,quæ non recepit,vt
37 per solutionem omnis tollatur obligatio
eius,quod debetur. *§.1. Instit. quibus modis
tollitur obligatio. l. soluitur.5. ff. quibus modis
pignus, vel hypotheca soluatur. Rota* apud
Cardin.Mantu.decis.146.num.1.& apud *Coc-
cinum decis 211.num.3.*& apud *Cardin.Caua-
ler.decis 99.num.2 & decis.619.nu.1.*diximus
respons. nostra 59.*num.2.par.3.& respons.10.
num.24.par.4.*

Atque ita ex his,iudicio nō exploso me-
liori,respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Legibus, quæ præfinita sunt, mutari non licet.
Sic, quæ testatoris lege definita, immutabilia
perseuerant. num.2.*
2 *Voluntate suprema hominis, quæ definita sunt,
immutari non possunt.
Quia lex eius voluntas est.*
3 *Hæres voluntatem non implens defuncti testa-
toris peccato se maculat.
Quia illa modis omnibus seruari debet.nu.4.
In vtroque itaque foro ad eam seruandam
tenetur. num.12.*
5 *Hominibus nihil magis debetur,postquam hinc
demigrauere,quam quod inuiolata eorum
custodiantur iudicia. & num.33.
Et hoc publicè interest. num.6.
Naturam proindè peruertit,qui voluntatem
conuellit supremam defuncti testatoris.
num. 7. Eumque in seruitatem redigit.
num.10.
Quia cuilibet sua ex suo moderari arbitratu
libet. num.9.*
8 *Id quod nostrum est sine facto nostro ad alium
transferri non potest.*
11 *Liber quilibet naturæ manere in lucem effluit.*
13 *Hæres quasi contrahit hæreditatem subeundo,
se testatoris parere voluntati.
Honestis tamen, & iustis. num.14.*

15 *Te-*

15 *Testator pœnam adijcere hæredi valet, ni suam impleuerit voluntatem.*
16 *Hæres cogi, compelliq; potest ad defuncti testatoris voluntatem seruandam.*
Nec potest contra Auctoris sui prosilire iudicium, num. 17.
Alioquin indignũ se hæreditate reddit. nu. 18.
19 *Hæres si defuncti testatoris lege compromittere debeat, atque arbitros eligere, pœna aliqua adiecta, si elegerit, illiq; statuto tempore arbitrium non tulerint, teneatur ne iterum compromittere?*
Baldi *sententia non teneri profertur, nu. 20.*
At posse iterum cõpromittere, sequitur Borrellus. *num. 22.*
Quæ magis videtur Pragmaticæ Regni odia 1. de arbitriis *concinere, num. 23, & num. 43.*
Distinctione verò vtraque conciliatur sententia. num. 23. 24. & num. 45.
Præsertim verò si nullum testator certũ præfinierit tempus. num. 30.
Ad euitandam præsertim pœnam, Baldi *sententia substituetur, num. 44.*
21 *Verbum ab homine prolatum, semel implementum recipit, & num. 44.*
Secus à lege.
24 *Lites inter sanguine coniunctos celeriter dirimi oportet.*
Ne inter eos odia crescant.
25 *Pœnæ suos tenere debent auctores, nec vltrà progredi.*
Ratio redditur. num. 26.
Et eatenùs quis pœna feriri debet, quatenùs legibus obluctatus fuerit. num. 27.
Proportione namque iustitia sunt pœnæ relaxandæ. num. 28.
Ne quid aut duriùs, aut remissiùs constituatur. num. 29.
26 *In quo quis deliquit, in eo pœna feriri debet.*
31 *Testatoris parendum legi est.*
Ex qua & lex ipsa pendet.
Eiquè subijcitur. num. 32.
Ratio refertur. num. 33.
34 *Præfationes in dispositionibus hominum, eorũ indicant mentem, ac sensum.*
35 *Arbitri, etiam vltra tempus à Pragmatica præfinitum trium mensium, possunt ex partiũ conuentione procedere.*
Multòq; magis ex testatoris voluntate. n. 36.
37 *Voluntas suprema testatoris id omne potest, quod lex.*
38 *Lex est Constitutio scripta.*
Et à ligando dicitur, quia legitimè liget.
Iusta præcipiendo, & contraria prohibendo. num. 39.
Legis virtus quæ? num. 40.
Leges non singulas personas exprimunt, sed generaliter constituuntur, ideò omnes cõprehendunt, num. 41.
42 *Lex testatoris benigniùs interpretari debet, quò voluntas eius conseruetur.*
43 *Dictio*, quandocunque, *toties quoties, interpretatur.*
46 *Pœna non exacerbanda, neque protelanda, sed mollienda magis.*
47 *Potestate, qui vtitur sibi à testatore facta, non errat.*
48 *Legis qui facit auctoritate, non peccat.*
Neque qui legem sequitur, num. 49.
Sed iure facit, ac consequenter benè, nu. 50.
Vt quod facit, citiùs faciat. num. 51.

ARGVMENTVM.

Lege dicta à Testatrice hæredi, vt cõpromissarios eligat, qui lites dirimant inter ipsã, aliamq; vertentes, pœna adiecta priuationis hæredi, si compromissariorum determinationi nõ steterit: Si semel electionem fecerit, neque compromissarij lites decreuerint, definierintq; an iterũ eligere teneatur: vel pœnæ subijci debeat priuationis? in qua re *Baldi* expenditur sententia in *l. 1 siuè vnica. C. de his, quæ pœna nomine in testamẽto, vel codicillis scribuntur.* atque *Pragmatica prima Regni de arbitris*, & ibidem *Borrelli de compromissis*. & an semper perduret Arbitrorum potestas, qui testatoris lege electi fuere, ac decidendi potestatem nacti, vel tempore finiatur. Cùm illi sine temporis præfinitione electi fuerint?

RESPONSIO X.

1 Sicut, quæ legibus definita sunt, mutari non licet. ex Gratiano in *can. vnaquæque mulier 3. § item Ioseph moriens. in fin. vers. item quæ legibus. 13. quæst. 2.* ita
2 planè, quæ voluntate hominis in his, quæ sua sunt definita conspiciuntur, inuiolata

perma-

permanere debent. Quia profectò lex eius
voluntas eſt. *§. diſponat. in authent. de nuptijs.*
3 *rollat.* 4. peccato proindè ſe inficit, nec leui,
qui defuncti volũtati, legiq; ab eo in rebus
ſuis traditæ, qui commodum ex eis perci-
4 pit; ſiuè hæres is fuerit, ſiuè legatarius, re-
pugnare inuenitur. Cùm illa modis omni-
bus conſeruari debeat. ex Gregorio *can.*
vltima voluntas 4. 13. *quæſt.* 2. Neque porrò
5 aliud eſt, quod magis hominibus debeatur,
poſtquàm hinc ex rebus demigrauere hu-
manis, quàm quòd inuiolata eorum cuſto-
diantur iudicia. ex Conſtantino Cæſare in
6 *l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.* quin hoc publicè in-
tereſt, ſuprema hominum iudicia exitum
habere. ex Paulo lib. 8. ad Paulutium in
l. vel negare 5. *ff. quemadmodũ teſtamenta ape-*
7 *riantur.* & naturam ipſam peruertit, qui vo-
luntatẽ diuellit ſupremam, eorũ, qui ex no-
ſtris diſceſſere. argumento petito ex Pom-
ponio lib. 6. ad Sabinum in *l. id, quod no-*
8 *ſtrum* 11. *ff. de regulis iuris.* dicente; *Id, quod*
noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transfer-
9 *ri non poteſt.* Cùm aliàs quiſque ex arbitra-
tu ſuo res ſuas moderari valeat. ex Conſtã-
tino Cæſare in *l. in re mandata* 21. *C. mandati.*
10 Quiſquis igitur impedimentũ alteri affert,
ne ſua re vtatur, neque vt de ea, vt libet di-
ſponat; vel ſi diſpoſuerit; diſpoſitorum
effectus nòn exeat; naturæ oblectatur legi:
eùm in ſeruitutem diſponentis redigat li-
11 bertatem, ac facultatem. Quiſque verò na-
turæ munere liber in lucem effluit. §. 1. *In-*
ſtitut. de libertinis. ex *Gregorio can. cùm redẽ-*
ptor 68. 12. *quæſt.* 2. ſequiturq; *Nauar. conſ.* 9.
num. 9. circa fin. lib. 3. de celebrat. miſſar. quem
ſequuti nos fuimus *reſponſ.* noſtra 59. *nu.* 39.
12 *par.* 4. In vtroq; itaq; foro mulier hæc, de
qua nunc controuerſia excitatur, nexibus
retinetur, volũtati parere eius, cuius ſupre-
13 mo iudicio bonorũ eſt hæres. Quin quaſi
contraxit hæreditatẽ ſubeundo, ſe eius pa-
rituram, mãdatis. ex Vlpiano lib. 9. ad edi-
ctum in *l. apud Iulianum* 3. §. *ſi pupillus hæ-*
res. in fin. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſionem
eatur. illis verbis: Etenim videtur impubes
contrahere, cùm adhit hæreditatem. ibique
Gloſſ. verbo *contrahere.* id eſt quaſi contrahe-
re. inquiens. *§. hæres. Inſtit. de obligationib.*
14 *quæ ex quaſi contractu naſcuntur.* honeſtis
videlicet, ac iuſtis. ex Scæuola lib. 6. reſpõ-
ſorum in *l. Seius, & Augerius* 27. ibiq; iuris
lucerna *Bart. ff. ad legem falcidiam. Gomez.*
variar. reſol. tom. 1. cap. 12. de legat. ſub nu. 11.
verſ. cuius ratio vera, & fundamentalis. Rota
apud *Card. Seraphinum deciſ.* 321. *num.* 3. &
apud *Card. Caualer. deciſ.* 272. *nu.* 2. *Rota Ma-*
ceraten. apud *Marc. Ant. Thomati* nunc Epi-
ſcopum Bitetten. *deciſ.* 4 *ſub num.* 7.

Lex autem, quam teſtatrix hæredi iniun-
xit huic; de qua nunc controuerſia agitur,
ſequens fuit.

Item voglio, che hauendo Io Teſtatrice certe
liti, e differenze con Iſabella Mondo nipote del
quondam Marcello Mondo mio marito (in Ci-
uitate ſanè Melphitti) *per euitare li diſpẽdij;*
voglio, che l'herede mio vniuerſale, eliga vna
perſona idonea di Molfetta; e che la detta Iſabel-
la poſſa eligere vn'altra perſona di queſta Città;
le quali perſone poßano come arbitre, arbitra-
trice, e componitrice, decidere, e determinare
tutte le noſtre liti, e differenze; e che il ſudetto
mio herede vniuerſale habbia da ſtare in ogni
modo alla determinatione di dette perſone, ſotto
pena della priuatione dell'heredità. E non ac-
cettando detto mio herede detta heredità; che chi
ſoccederà ab inteſtato, ſia tenuto ſtare à detta
determinatione, prohibendo eſpreßamente ogni
appellatione; perche voglio, che la determina-
tione delle perſone nominande habbia d'hauere
il ſuo effetto. Sic Teſtatrix legem rogauit
15 ſuam, eamque hæredi indixit. Et quidem
potuiſſe illam pœna priuationis, quaſi cla-
uis, hæredem firmare, abſolutiſſimum de-
mandauit eſſe Iuſtinianus Cæſar in *l. vnic.*
C. de his, quæ pœnæ nomine in teſtamẽto, vel co-
dicillis ſcribuntur, vel relinquuntur.

Deindè ad duo ſeruanda Teſtatricem
ſua hæredem ſtrinxiſſe lege: vnum, *che eliga*
vna perſona idonea di Molfetta: alterum verò,
che il ſudetto mio herede vniuerſale habbia da
ſtare in ogni modo alla determinatione di dette
perſone, ſotto pena della priuatione dell'heredi-
tà. Vel itaque electionem perſonæ idoneę
fecit hæres poſt ſuprema Teſtatricis fune-
ra, atque per eàm adhitam hæreditatem;
16 vel non fecit. Si hoc ſecundum: ad facien-
dum cogi, compelliq; poterit. vt voluntas
ſeruetur defunctæ, quæ omnimodis ſeruari
debet. ex Gregorio *d. can. vltima voluntas* 4.
17 13. *quæſt.* 2. nec poteſt contra auctoris ſui
proſilire iudicium. ex Gelaſio Papa in *can.*
18 *Syluester* 13. 11. *quæſt.* 1. Alioquin indignam
ſe hæreditate reddit, quæ defunctæ Teſta-
tricis parere voluntati renuit, reluctaturq;.
Cur enim non videatur indigna, vt quæ deſtituit
ſupremas defunctæ preces, conſequatur aliquid
ex voluntate? Papiniani verbis loquimur
lib. 20. quæſtionum in *l. ſi patroni filius* 55.
§. qui fideicommiſſariam hæreditatem. circa fin.
ff. ad Senat. Conſult. Trebellian. & ex Martia-
no lib. 6. Inſtitutionũ in *l. 1. ff. de his, quibus*
vt indignis legata auferuntur. text. in §. ſi quis
autem non implens. & §. hæc quidem. in auth.
de hæredibus, & falcidia. collat. 1. cap. licet 6. de
voto, & voti redempt. diximus *reſponſ.* noſtra
11. *num.* 49. *par.* 1. plures referentes. Si verò
iam elegit; determinatio expectanda erit
electorum arbitrorum, cui auſcultare eam
oportebit, atque in omnibus parere; *ſotto*
pena della priuatione dell'heredità.

Verùm, quod mihi ſupponitur, & nego-
19 tium in hac re faceſſere videtur, eſt; quòd
elapſa ſint tempora, quibus decernere Ar-
bitri

bitri tenebantur : tenebitur ne itetum hæ-
res compromissarium deligere, vt imperfe-
ctum cum alio arbitrium compleant, & nisi
adimpleuerit pœnæ subiaceat priuationis
hæreditatis ?
20 Non teneri ampliùs, Baldi, & aliorũ, quos
ipse refert, sententia videtur *d.l.vnic. C. de
his, quæ pœna nomine, &c. nu.40. vers. dic con-
trà.* sic verba damus Baldi : *Dic contrà; quia
statim, quod hæres compromisit, liberatur à pœ-
na testamẽti, vt ff. de solut. l. in numerationibus.
& ff. de action. empt. l. si hæredes. & sufficit, quod*
21 *fuit compromissũ legitimè, & semel : quia ver-
bum prolatum ab homine, consumatur, etiam, si
postea euanuerit; secus à lege. ff. de edẽdo. l. vbi.
§. fin. & ibi per Cynum. quia lex semper loqui-
tur, &c.* sic Bald. hanc sententiam amplexũ
fuit Neapolitanum Consilium apud *Afflict.
decis 46. num. 3. & seq.* ad terminos *pragm. 1.
odia de arbitris.* Baldum sequitur *Marc. An-
ton. Blancus tract. de compromissis inter coniun-
ctos. quæst. 7. de annullatione, termino, & proro-
gatione compromissi. num. 42. tom. 3. tractatuum
par. 1. fol. mihi 184. col. 4.* sequiturq; *Donatus
Antonius de Marinis quotidianar. resolut. lib. 1.
resol. 65. num. 4.* neque refragatur *Ioan. Bapt.
Thor. in compend. decis. tom. 3. par. 1.* verbo
*compromissum petitũ quarta vice. fol. mihi 176.
Reg. Ioan. Francisc. à Ponte cons. 103. num. 3. &
5. part. 2.*
22 Licèt quidem contra Afflictum (sed non
iure fortasse) acritèr insurgat *Camill. Bor-
rell. ad dictam pragmat. odia. Gloss. 3. §. 2. de
compromissis num. 14 & seq.* & hæc sententia
fundamentũ tenere videatur in ipsis Prag-
maticæ verbis: *toties, quoties, siue quandocun-
que,* cui sententiæ *Reg. Scipio Rouitus* adsti-
pulatur *cons. 35. à num. 9. & seq. lib. 2.* & antea
Proauus noster *Robertus Maranta* perpen-
derat *in specul. par. 6. in 2. actu iudicij de com-
promisso. nu. 4. & seq.* sequiturq; *Thor. d. ver-
bo compromissum petitum quarta vice. par. 1.
tom. 3. col. 2 fol. 177.*
23 Verùm nos, in pragmaticæ terminis non
absolutè versamur. equidem ex verbis il-
lius (*toties, quoties* siue *quandocunque*) Bor-
relli magis sentẽtia adhęrerem; cùm prag-
matica, ad odia resecãda, & lites inter san-
guine coniunctos disijciendas, originẽ tra-
xerit, & fundamentum fixerit. vndè celeri-
24 tèr lites dirimi prouidit. ex Gregorio IX.
excita in *cap. irrgantium 2. de sentent. & re
iud. extra.* aduertitq; *Reg. Carolus de Tapia in
Iure Regni tom. 3.* infra quoque referendus
lib. 3. rub 2. de arbitris. verbo *odia nu. 4. fol. 24.*
quamuis ad pœnam effugiendam inflictã,
à Baldi sententia non abhorrerem; quòd in
pœnis pressissima sit interpretatio exam-
plectenda, & sat fuerit voluntatem adim-
pleuisse defunctæ in eligendo; vltrà verò
suam potestatem exigi, vt electi arbitri in-
tra statuta tempora trium mensium arbi-
triũ impleuerint, vt nisi id fiat, pœnæ subia-
25 ceat hæres : pœnas verò suos tenere aucto-
res, nec vltra progredi ex Honorij, & Arca-
dij Cæsarum sentẽtia in *l. sancimus 22. C. de
pœnis.* patet. *Gloss. in can. denique* 10. verbo
26 *neutrum. 14. q. 5.* quia in quo quis deliquit,
in eo pœna feriri debet. ex Nicolao Papa
in *can. de viro 17. 12 quæst. 2. Gloss. in can.
si qui Episcopi 43.* verbo *vnquam 1. quæst. 1.*
& Vlpiano lib. 1. ad edictum in *l. 1. ff. de abi-
geis.* & Marcello lib. 2. de publicis iudicijs
in *l. respiciendum 11. in princ. ff. de pœnis.* vt in
eo, in quo quis contra legem fecerit, pœnę
fulmine feriatur. ex Paulo lib. 9. quæstionũ
in *l. ex facto 43. §. Iulianus Longinus. ff. de vul-
gari, & pupillari.* illis verbis : *satis enim pu-
nitus est in eo, in quo fecit contra leges.* Vt ea-
27 tenùs quisque pœnam sentiat, quatenùs le-
28 gibus obluctatus fuerit. Proportione quip-
pè iustitię sunt pœnę relaxãdæ. ex *S. Thom.
2. 2 quæst. 108. art. 4. in corpore. cap. 2. de const.
Gloss. in cap. 2.* verbo *deliquerit. de his, quæ fiũt
à maiori parte capituli.* proferens illud.
Plusquam peccatur, non vltra pœna trahatur.
diximus *respons.* nostra *9. num. 32. par. 4.* Ve-
luti etiam Paulus lib. 54. ad edictũ in *l. Pe-
dius posse 4. in fin. ff. de incendio, ruina, naufra-
gio.* & ipse affabrè perpendit, aureis verè
verbis loquens : *Et omninò, vt in cæteris,* (in-
quiens) *ita & in huiusmodi causis, ex persona-
rum conditione, & rerum qualitate diligen-
29 tèr pœnæ sunt æstimandæ, ne quid aut durius,
aut remissius constituatur, quàm causa postula-
bit.* sequiturq; *Iacobus Thomingius Lipsien-
sium decis. 34. num. 8.*
30 Stamus verò in absoluta volũtate, ac Te-
statricis dispositione, quæ sine tẽporis præ-
finitione vlla præceptũ hæredi dixit, vt eli-
geret personã idoneã Ciuitatis Melphitti,
alteram eligeret Isabella; electorumq; ar-
bitrio omnino staret hæres sub pœna pri-
uationis hæreditatis. non itaq; tempus prę-
finiuit Testatrix; quin voluit, vt omnes dif-
ferentias, omnesq; lites, ipsi deciderent, fi-
nirentq; absoluta est ergo Testatricis volũ-
tas, nulloq; termino, vel tempore præfinita;
quæ effectũ tantummodò perpendit com-
pressionis litium inter hæredem, & Isabel-
31 lam. Eius proindè parendum legi erit, cũ
ex eius dispositione lex pendeat: Disponat
testator in suis, vt dignum est, & sit lex eius
voluntas. Iustinianus Cæsar *d. §. disponat. in
authent. de nuptijs collat. 4.* edixit. standum
32 proindè eius legi erit, eique parendum;
cùm leges ipsę ei subdantur, & ab illa pen-
33 deant; quòd nihil vltrà sit, quod magis ho-
minibus debeatur, quàm vt supremæ volũ-
tatis, postquam iam aliud velle nõ possunt,
liber sit stylus, & licitum, quod iterum non
redit arbitriũ. vt Constantinus Cæsar ad
populũ contestatur in *d. l. 1. C. de sacros. Eccl.*
Perdurat itaque ex disponentis defunctę

voluntate, & lege, differentias decidendi
tempus, quod absolutè illis indultum videtur, modo finem videant, atque lites dirimantur, vt stare eorum determinationi sub priuationis pœna hæres debeat. repetamus (quæso te) verba supra in initio, legis à Testatrice date per nos relata: *Le quali persone* (vtputa electæ) *possano come arbitre, arbitratrice, e cōponitrice decidere, e determinare, tutte le nostre liti, e differenze; e che il sudetto mio herede vniuersale habbia da stare in ogni modo alla determinatione di dette persone*, (vti electarum) *sotto pena della priuatione dell'heredità*.

Vel itaque (vt ad Primum reuertamur dilemma) hæres hæc personam ex se non elegit; vel illam elegit; si non eligit, vt eligat, compelli poterit, vt diximus: si verò elegit; quid sanè impedimento est, quin ad differentiarū determinationem procedant, litesq; compleant, atque rescindant odia? non electio, quia illa facta iam est; non tempus, quia cùm illud à Testatrice definitum non fuerit, perdurat adhuc. Cùm determinationū effectum amauerit Testatrix, atque litium finem, nō aliud. Sic enim ipsa: *per euitare li dispendij, voglio; che l'herede mio vniuersale eliga vna persona idonea di*
34 *Molfetta; &c.* Præfata nempè causa, euitandi litium dispendia, quæ semper durat, mentē indicat disponentis. ex Paulo lib. 6. sententiarum in *l. Pactuleus Androstenes 92.* aliàs *fin. ff. de hæredib. instituend.* illis verbis; *Noniumq; Rufum hæredem instituit hac præfatione; Quia hæredes, quos volui mihi contingere, habere non potui, Nonius Rufus hæres esto.* & ex Vlpiano lib. 28. ad edictum in *l. 1. in princ.* ibique *Bart. ff. ad Senatus Consultum Macedonianum.* Proauus meus *Robertus Maranta cons. 46. num. 7. Reg. de Ponte cons. 151. nu. 1. & nu. 7. lib. 2. Rota part. 1. in recentiorib. decis. 221. num. 3. Crescent. decis. 3. nu. 3. de procuratorib. Rota* apud sanct. mem. *Gregor. XV. decis. 158. num. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 6.*
35 *præsumpt. 2. num. 12. & 13.* Nam si ex partiū ipsa concordia possunt arbitri, etiam vltra per Pragmaticam præfinita, procedere; *d. pragmat. 1.* ibi: *nisi inter partes aliter con-*
36 *cordatum fuerit:* Cur sanè non potuit sua voluntate Testatrix, sine temporis præfinitione vlla, absolutè mandare, atq; potestatē electis arbitris præfinire, vt omnes lites, omnesq; differentias inter Isabellam, suamq; hæredem vniuersalem vertentes, deciderēt, determinarēt, definirēt, eorumq; definitioni stare teneretur eius hæres, sub pœna priuationis hæreditatis? Lex enim eius voluntas
37 est. (vt diximus.) Id omne idcircò potest, quia
38 lex ipsa potest. nam lex est cōstitutio scripta. & inde lex dicitur, quia legitimè ligat. *can. lex est 3.* ibiq; *Gloss.* verbo *lex. dist. 1.* iusta
39 præcipiendo, & contraria prohibendo. ex Isidoro *can. omnis lex 4. distinct. 3.* & ex Augustino *can. si Ecclesia 42. in fin. 2. quæst. 4.*
40 hæc est enim legis virtus, imperare, vetare, permittere, punire. ex Modestino lib. 1. regularum in *l. legis virtus 7. ff. de legib. & Senatusconsultis.* Hoc ipsum sua lege fecit Testatrix; imperauit electionem fieri arbitrorum; vetauit ne, non fieret; permisit omnes differentias, omnesq; lites inter suam hæredem vniuersalem, & Isabellam vertentes, decidere, terminare, definire. ac demum pœnam adiecit hæredi priuationis hæreditatis; nisi arbitrorū staret definitioni. Neque porrò omnia singulatim testatricem hanc sua lege dicere oportuit, cùm sat, superque fuerit, si generatim omnia compre-
41 henderit. veluti iura non in singulas personas exprimūtur, sed generaliter cōstituuntur, vti Vlpianus lib. 3. ad Sabinum in *l. iura 8. ff. de legibus, & Senatusconsultis.* decer-
42 nit. Benigniùs igitur legem hanc testatricis interpretari nos oportebit, quo voluntas eius conseruetur, non pereat. ex Celso lib. 29. digestorum in *l. benigniùs leges 18. ff. de legibus.* Vel igitur perdurat adhuc potestas arbitrorum, ex defunctæ Testatricis lege; & nihil impedimento est, quin ipsi fine litibus determinando, decidēdo, definiendoq; dicant: vel noua indigent potestate
43 partium; & quid nos retinet, quin Borrelli sequamur sententiam, & aliorum, ex Pragmaticæ verbis: *(quandocunque, ante dationē termini ad probandum, &c.)* quæ, *toties, quoties,* interpretantur Doctores, vt semper liceat, etiam quarta vice, arbitrorum facultatem prorogare, vel denuò impertiri? nec abhorret *Reg. Carolus Tapia* bone memorie in *d. Iure Regni tom. 3. lib. 3. de arbitris. rubr. 2. in prima pragmatica odia, &c.* verbo *infra duos menses. num. 11. fol. mihi 24.* supra etiam per nos relatus, & per quam optimè *Reg. Rouit.* qui in Iasonem inuehitur. *d. cons. 35. num. 9. 10. & seq. lib. 2.* alijq; superiùs relati. Neque
44 absolutè Baldi sententia accipienda erit, sed satis ad rem hanc nostram aptè. Ille nempè, an per primam electionem à pœna testamento constituta, liber effectus sit hæres perquirens: liberum euasisse respondet; quia verbis paruit Testatoris; cùm *sufficiat, quod fuit compromissū legitimè, & semel; Quia* (rationem reddit ipse) *verbum prolatum ab homine consumatur, etiam si postea euanuerit.* non verò absolutè, quod nullo modo possit aliàs compromitti, sicuti neque Afflicti decisio absoluta fuit, quin admiserit, posse iterum compromitti. vt sequitur *Reg. Tapia* loco superiùs relato *num. 11.* dictus *Reg. Rouitus d. cons. 35 num. 7. Marc. Anton. Pulucrin. in additionib. ad dictam Afflicti decis. 46.*
45 Vel itaque hac in re ad pœnam agimus aduersus hæredem, vt hæreditate priuetur. & sat est illā semel compromissarij electionem

nem fecisse, vt paruisse dicatur supremę Testatricis voluntati. ex Pomponio lib. 6. ad Sabinum in *l. boues 89. §. hoc sermone. ff. de verbor. signific.* ibique *Gloss. & Doctores.* Prżterquam quod non in electione facienda pœna priuationis adiecta est; sed in obseruantia decretorum per Arbitros: *E che lo sudetto mio herede vniuersale habbia da stare in ogni modo alla determinatione di dette persone, sotto pena della priuatione dell'heredità.*

46 Non itaque exacerbandæ pœnæ, neque de casu ad casum extendendæ, protelandæq; sed molliendæ magis, quàm exasperandæ. ex Hermogeniano lib. 1. Iuris epitomarum in *l. interpretatione legum 42. ff. de pœnis* dicente: *Interpretatione legum pœnæ molliendæ sunt prius, quàm exasperandæ.* inter sacros annumerauit Canones Gratianus *can. pœna 18. de pœnitent. dist. 1.* concinitq; regula *odia 15. de regulis iuris in 6. & Nauar. consil. 8. nu. 3. lib. 2. de iure iurando.* Nosq; *respons. 60. nu. 20. & 21. part. 3.* Vel verò hoc perquirimus, vt voluntas impleatur defunctæ Testatricis, & facilè remedium datur; si non adhuc electio facta est, vt fiat; si autē facta; cur sanè remorantur Arbitri ne definiant, ne decidant, ne finem cōtrouersijs imponant: cùm facultatem hanc ex lege à Testatrice dicta, habeant, possideant, intus retineant? Et demum, quod duriùs, vt denuò fiat electio; (quamuis nō hoc opus) cum electæ semel,

47 à Testatrice potestatem obtineant. Non itaque errabunt, si potestate vtantur, quam illis Testatrix sua lege fecit. ex Vlpiano in *l. qui autem 6. §. nec enim. ff. si quis omissa cau-*

48 *sa testamenti.* Quia nimirùm nō peccat, qui legis auctoritate facit. ex Augustino *can. qui peccat 40. 23. quæst. 4.* & Innocentio Papa in *can. deinde ponitur 3. §. quaro. & solici-*

49 *tus quaro. dist. 26.* nec peccat, legem qui sequitur. vt Ambrosius docet *can. quod Chri-*

50 *stus 26. in fin. 23. quæst. 4.* quia iure faciente facultate eis commissa vtentes, atq; benè, ex Augustino in *can. quid dicā 11. 14. quæst. 4.* & ex Innocentio *d. can. deindè ponitur 3. §. aspiciamus gentilem hominem dist. 16.* rationē reddente ad rem nostram, atque dicente: *Quia quicquid benè gestum fuerit, & secundùm pracepta legalia custoditum, non potest facientibus deperire.* Non itaq. peribit, quod fecerint, sed firmum, stabileq; erit: quia secundùm præcepta Testatricis, lege eis data, facient, custodientq;. benè igitur faciēt, seq; gerent. non remorentur proindè vt faciāt.

51 vt quod faciunt, citiùs faciant. iuxtà Dñi verba *Ioan. 13. 27.* ad Iscariotem: *Quod facis, fac citiùs.* atque defunctæ seruetur voluntas.

Et ita ex his respondendum censuimus Aristarchi non reiecta virga.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Nuntius Apostolicus in Regno Neapolis est Generalis, atque perpetuus Conseruator iurium Generalis Abbatia, seù Perceptoria S. Antonij de Vienna in Ciuitate Neapolis existentis à sancta Sede Apostolica deputatus.*
Per Gregorium XIII.
Et Vrbanum VIII. num. 2.
Qua sanè iurisdictio diffusè fuit eidem demandata. num. 3.
Vt diffusè exaudienda veniat. & num. 6.

4 *Generalis loqutio omnia comprehendit, nihilq; non comprehensum, excludit.*

5 *Omnia qui dicit, nihil excludit.*
Atque singularia quoque comprehendit.

7 Sacri Tridentini decretum sess. 14. cap. 5. de reformat. *expenditur.*
Quos nempè Conseruatores abstinlerit.
Verùm à dicto decreto exempta, nec comprehensa dicitur Abbatia Generalis S. Antonij de Vienna ex declaratione Sacra Congregationis. num. 8.
Vel si post Concilium delegatio facta fuerit. num. 9.

8 *Abbatia S. Antonij de Vienna, quandiù hospitalitatem retinebit, & actu exercuerit; nō comprehenditur in decreto* Sacri Concilij Tridentini sess. 14. cap. 5. de reformat.

10 *Verbum Volumus dispositioni Principis adiectum, nouum ius inducit.*

11 *Papa Dei Vicarius est in terris.*

12 *Temerè aduerbium perpenditur. temerè agere dicitur, qui contra iuris dispositionem, suo ex arbitratu, quod est vetitum, facit.*
Contēptis q; legibus temeritate propria quidq; quam agit. num. 13.

14 *Occupant qui bona Ecclesiarum, & beneficiorum Ecclesiasticorum in censuras dant in decreto* Sacri Tridentini Concilij sess. 22. cap. 11. de reformat. *decretas.*
Et in Bulla in Cœna Domini. §. 17. num. 16. & num. 45.

15 *Occupare quid? & quis occupare dicatur?*
Qui bona alterius sibi vendicat. & nu. 17.

18 *Fraus fieri dicitur, vbi id fit, quod fieri minimè debuit.*

19 *Nomine mutato, rei substantia mutata dicitur.*
Sed contrà: quia nominis mutatio, qua ab extrinseco est, rei essentiā, qua ab intrinseco venit, non peruertit. num. 20.

21 *Simonia substantia non mutatur, quocunque eam nomine palliaueris.*

22 *Essentia rei à nomine non dependet, sed à substantia.*
Quia à denominatione extrinseca substantia non mutatur. num. 25.

23 *Donatio, non à nomine, sed à re veritatem accipit, & sortitur.*

24 *Transactio à petitione recessio dicitur.*

26 *Lucrum, & commodum quis referre non debet ex dolo, & fraude.*

27 *Dolus neminem relenare debet.*

28 *Nemo ex suo delicto, conditionem suam meliorem facere debet.*

29 *Veritas, quæ Deus est, nunquam latet, nec latere quidquam permittit, quin splendescit in lumine.*

30 *Spoliator audiri non debet, nisi facta prius restitutione spolij.*

Namque de vi, & spolio prius cognoscendũ erit, quam de proprietate rei. num. 31.

Quamuis aliàs de bono iure spoliatoris constaret. num. 34.

Quia purgandum est ante omnia spolium.

Potissimum verò titulo pro spoliato apparente. num. 35. & cum possessione.

32 *Spolij restitutio datur, etiam quoad detentationem rei, & statum, quo spoliatus erat.*

33 *Paulus Papa Tertius Abbatiæ S. Antonij Viennensis appropriauit, & annexauit omnes alias Ecclesias vbique extructas, & extruendas sub Sancti eiusdem nomine, sua Constitutione anno 1536.*

Quæ dilucidatur. num. 36.

Contra quam non tenet præscriptio. nu. 39.

37 *Facto variato, varia succedit iuris determinatio.*

38 *Dismembratio alienationis est species.*

Et à Sacris Canonibus prohibita.

40 *Præscriptio probanda per allegantem eam.*

Quia ipsa sine possessione non procedit, à qua vt effectus à causa procedit. num. 43.

Possessio verò facti est. num. 41.

Ideò probanda.

Et contra Ecclesiam nõ procedit, nisi per 40. annorum curricula. num. 42.

Nec procedit cum mala fide. num. 44.

41 *Possessio facti est.*

Atque ideò probanda, cum aliàs non præsumatur.

ARGVMENTVM.

Abbatia, seù Perceptoria Generalis Sancti Antonij de Vienna in hoc Regno ius habet in omnes alias Ecclesias, siuè Capellas sub eiusdem Sancti nomine celebres, eæq; sunt illi ex Pauli Tertij Constitutione annexæ, & incorporatæ. Quisquis igitur eas occupat, in censuras dat tàm in *Sacro Tridentino Concilio sess. 22. cap. 11. de reformat.* quàm in *Bulla in Cœna Domini* §. 17. contra occupantes inflictas. Ad tuenda verò dictæ Abbatiæ generalis Iura Illustrissimus Dñus Nuntius Apostolicus pro tempore existens Conseruator perpetuus à Sanctissimis sanctæ memoriæ Gregorio XIII. & Vrbano VIII. est deputatus. Hanc proindè ob causam eiusdem *Sacri Concilij Tridentini decretum sess. 14. cap. 5. de reformat.* expenditur. Spoliator verò audiri minimè potest, nisi spolium primò purgauerit.

RESPONSIO XI.

QVæ proponit iura D. Thomas Guerinus, nomine proponit Generalis Abbatiæ, siuè Perceptoriæ S. Antonij Viennen. extra menia, & Portam
1 Capuanam nuncupatam Ciuitatis Neapolis. Quæ autem sunt iura omnia Perceptoriæ huiusmodi vt illibata illa conseruarentur per sanctæ memoriæ Gregorium XIII. Illustrissimo Nuntio Apostolico per Sanctitatis Suæ Breue apud S. Petrũ sub annulo Piscatoris die 10. Februarij 1573. commissa, ac demandata fuere. Iure ergo, nec sanè iniuria apud Illustrissimum Nuntij Apostolici Tribunal Patres nunc vocati fuere Congregationis Piorum Operariorum, super iuribus Perceptoriæ prædictæ responsuri. Tribunal propterea prædictũ diffugere haud poterũt Patres, quin apud illud respondeant; Cùm ipsi occupasse euidentissima manifestatione iura videantur Perceptoriæ præfatæ in membro eiusdem in Capella Sancti Antonij ad Pausilippum existente. Diffusè quippè satis per dictum Breue Illustrissimo pro tempore Nuntio iurisdictio demandata fuit: sic nempè Sanctissimus, Pijssimusq; paritèr Summus ille Pontifex.

Dilecto filio in Regno Neapolitano nostro, & Sedis Apostolicæ Nuntio Neapoli commoranti.

Gregorius Papa XIII.

Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem,

stionem, mittimus tibi supplicationem praesentibus introclusam manu dilecti filij nostri Ioannis Pauli Cardinalis ab Ecclesia in praesentia nostra signatam. Volumusq; & tibi committimus, ac mandamus, vt vocatis vocādis ad illius executionem procedas iuxtà eius continentiam, & signaturam.

2 Eademq; iurisdictio eidem Nuntio, per Breue Sanctitatis Suæ, demandata fuit per sanctæ, gloriosissimæq; memoriæ Vrbanum Papam Octauum, vt patet etiam ex litteris Eminentiss. Cardinalis Barberini ad Eminentiss. Cardinalem Boncompagnum Archiepiscopum Neapolitanum, sub datum Romæ 10. Maij 1640. & 28. Februarij 1643.

3 Diffusè igitur eiusdē iurisdictio exaudienda erit in omnibus, quæ ad Priuilegia, Iura, & Iurisdictiones Perceptoriæ prædictæ competunt. iuxtà Nicolai Papæ ad Archiepiscopos, & Episcopos per Galliam constitutos sensum in *can. si Romanorum Pontificum 1. §. quibus ad hæc asserendum. dist. 19.* ex

4 ratione præsertim, quam ibidē refert, quòd qui generaliter loquitur, omnia cōprehendit, nihilq; consequenter excludit. & *Gloss. ibidem.* verbo *dicendo.* ipsa quoque argumētum fumit. *Quòd verbo generali omnia debet comprehendi*, ex Gregorio relato *can. sunt non nulli 114. §. vnde benè 1. q. 1.* ibidemq; *Gloss.* in verbo *ab omni.* quæ rationē reddit, quare Sanctissimus ille Pontifex verbum illud *Esaiæ 33.* ab omni: *(Qui, scilicet. excutit manus suas ab omni munere)* sic minuta-

5 tim perpenderit. *Vt omnia* (inquit) *particularia, & singularia comprehenderet.* Qui igitur generaliter, diffuseq; loquitur, omnia sub diffusione, ac latitudine, generalitateq; illa comprehēdit, nihilq; non comprehensum dimittit. *Puteus decis. 266. in princ. lib. 2. Nauarr. cons. 6. num. 1. lib. 3. de statu regular. & cons. 20. nu 6. in fin. lib. 5. de sentent. excommun. Rota* apud *Card. Seraphin. decis. 583. nu. 3.* diximus *respons* nostra 42. *num. 1. par. 2.*

6 Nihil ergo Sūmi Pontifices præfati Gregorius, & Vrbanus, eorum reliquerunt, quæ ad præseruationē iurium Perceptoriæ Generalis Sancti Antonij de Viēna in Neapolitano hoc Regno faciunt, non commissum dimiserunt, qui generaliter Illustriss. Nuntio iurisdictionem omnem quoad præfata demandauere. Erunt propterea comprehensi Patres Congregationis Piorum Operariorum, ne dicti Illustriss. Nuntij iurisdictionem diffugere valeant. quamuis ipsi se

7 tutos ex decreto Sacri Tridentini Concilij *sess. 14. cap. 5. de reformat.* acclament. Cūm quod Sacrum Concilium in materia satis diuersa loquatur, de illis sanè, qui Ordinariorum iurisdictionem ante quidem Concilium, (in criminibus præsertim) vt diffugerent, Conseruatorias litteras ad certos Iudices sub prætextu bonorum impetrabant, vt ex contextu patet.

8 Tūm quod ipsummet Sacrū Concilium *in fin.* tàm Regularia loca, quàm Hospitalia actu hospitalitatem seruantia exemir. & ita quoq; Sacra declarauir Congregatio anno 1571. die Veneris 30. Maij. Abbatē, & Conuentum S. Antonij *di S. Antonio di Vienna* Ordinis Sancti Augustini, quandiù hospitalitatem actu retinebunt, non comprehendi sub generali reuocatione omniū, & singularum facultatum, exemptionum, & priuilegiorum per Sacrum Concilium Tridētinum *sess. 14. cap. 5.* quibusuis concessorum; sed esse comprehensos in exemptione dicti decreti Concilij. Quæ declaratio relata fuit in acta processus fol. 15. & 16.

9 Tūm præterea quòd hæc iurisdictionis delegatio, etiā post Concilium, demandata fuit Illustrissimo Nuntio Apostolico Neapoli tàm per Gregoriū XIII. quàm per Vrbanum VIII. Dictusq; Gregorius visus fuit

10 verbo volumus: *Volumusq;* (inquiens) *& tibi committimus, & mandamus, &c.* quod sanè verbum *(volumus)* dispositioni adiunctū

11 Summi Pontificis, Orbisq; moderatoris, Dei Vicarij in terris. iuxtà Innocentij III. verba in *cap. quanto personam 3. de translat. Episc.* & nos latè *respons* nostra 1. de hac re *part. 4.* nouū ius inducit. ex Gordiani Cæsaris mente in *l. verbum volo 10. C. de fideicommissis.* atque etiam Iustiniani in *l. omne verbū 2. C. commun. de fideicommiss.* & sequuta fuit *Rota* coràm *Manzanedo decis. 193 sub num. 6. par. 1. in recentiorib.* ex Labeonis præsertim textu in *l. apud Aufidium 20. ff. de optione legata.* & perpendit *Rota* apud *Cardin. Seraphin. decis. 1474. num. 2. & seq.* & nos deduximus plura perpendentes *respons.* nostra 80. *num. 70. 71. & seq. par. 3.*

Nullo itaq; pacto hanc Illustriss. Domini Nuntij iurisdictionē diffugere poterunt Patres præfati. Tùm maximè quòd ipsi temerè (permittant mihi hoc dicere, neque enim aberrauerim veritatē dicens) bona, iura, atque Capellam Sancti Antonij, membrum, granciam, beneficium, (quodcunque dixeris) Generalis Perceptoriæ occupauere, in propriosq; deduxere vsus, etiā amota Sancti Antonij statua. Neque amaro ferāt (quæso) animo, quod nos temerè eos occu-

12 passe diximus. (neque enim diffugere potuimus, nec hæc pro veritate perpendere-mus.) Temerè namque agit quisquis contra sacrarum legum dispositionem, suo ex arbitratu, quod est vetitum, facit. audias (quæso te) Innocentium Tertiū in *cap. per venerabilem 13. §. videbatur autem. qui filij sint legitimi.* quid sit temerè agere delineantem. *Tu verò vxorem tuam à te temeritate propria separasti*. & infrà: *sed tu in contemptum Ecclesiæ, aliam superinducere attentasti.*

13 Is itaque temerè agere dicitur, qui contē-

ptis

ptis legibus temeritate propria quidquam
agit. definit hoc etiam *Glossella* marginalis
in cap. auaritiæ cæcitas 5. in princ. in verbum
in illam temeritatem. de elect. lib. 6. sequenti-
bus dicens: *Nota optimè text. qui dicuntur
agere actum temerariè. Quia ille, qui agit scien-
ter actum sibi à iure prohibitum, sub colore
fraudulento. vide text. qui filij sint legitimi per
venerabilem*. his Glossella ad regulam è
contrario exauditam. *quod quis mandato 24.
de regulis iuris in 6.* Hoc autē modo Patres
fecerunt. Quia contra legis prohibitionē
proprio ex arbitratu in contemptum Ec-
clesiæ Sancti Antonij Capellam illam occu-
14 pauere. ergo temerè. In censuras proindè
dederunt à Sacro Tridentino Concilio in
cap. si quem clericorum 11. sess. 22. de reformat.
in eos decreta, qui bona Ecclesiarū, &c. oc
15 cupant. occupare autem est; capere, inua-
dere, arripere, sibiq; vendicare, quod alte-
rius est. quod nos latè deduximus ad ter-
minos huius decreti Sacri Concilij *respons.*
nostra 21. *à num. 6. cum seq. part. 1.* Quin
16 etiam & in censuras dederunt, eadē ex cau-
sa in Bulla in Cœna Domini legi consueta.
§. 17. *quinè iurisdictiones, &c.* Et quidē quòd
ipsi Capellam prædictā occupauere, aper-
tissimè deducitur ex donationis instrumē-
to in processu fol. 28. quo anno 1633. 25. Fe-
bruarij Pompeus Battaglinus Regiæ Ca-
meræ Præses, rus quodam eis donauit in
Pausilippi Montanea. Quia verò in territo-
rio præfato adest Capella, seù Capellutia
prædicta sub vocabulo Sancti Antonij Ab-
batis nuncupata. ne fortassis in vetitum
ipse daret. subiunxit: *Saluo, & semper re-
seruato, quatènus de iure requiratur, Benepla-
cito Apostolico respectu dictæ Capellutiæ; &
sub infrascripta tamen conditione, & nō alitèr,
nec alio modo*. Ipsi verò Patres die 27. Fe-
bruarij eiusdem anni 1633. de facto se, nul-
lo expectato sanctæ Sedis Apostolicæ bene-
placito, in dictam Capellam intrusere, fa-
cientes quoque in muris dictæ Capellæ ar-
ma dictæ Congregationis depingi per Fi-
ctorem. quod totum ex instrumento patet
capturę possessionis, vt ipsi asserunt, manu
Notarij Ioan. Potiti Volpe fol. 30.

Occupauerunt proindè Capellā prædictā
Sancti Antonij Abbatis, sibi ipsis illam vti
propriam appropriantes cum domunculis
17 annexis, paruoq; viridario. vnde iure, nec
sanè iniuria in censuras dedere in dicto Sa-
cri Tridentini Concilij decreto in occupa-
tores huiusmodi inflictas, & in Bulla in
Cœna Domini d. §. 17. demandatas. Vsur-
pationemq; maiorem fecere, quod Eccle-
siæ nomen Sancti Antonij, (ne nomen qui-
dem appareret) demutauere, nomen impo-
nentes Capellæ Sanctæ Mariæ Veri Amoris,
statuam etiam Sancti Antonij Abbatis alio
transferentes. Cùm tamen ipsi ex donatio-
ne per Battaglinum facta, tenerentur; *sub
conditione* (subnectit instrumentum fol. 28.
à tergo) *quod in dicto loco, sumptibus tamen
& expensis dictæ Congregationis construnt
Ecclesia, siue Oratorium ad honorem Dei, Bea-
taq; Mariæ semper Virginis, omniumq; San-
ctorum, sub vocabulo Sanctę Mariæ Veri Amo-
ris nuncupanda, &c.* Proprio proindè ære
Ecclesiam, siue Oratorium sub inuocatio-
ne Beatissimę Virginis Marię Veri Amoris
ipsi cōstruere tenebantur, non verò Capel-
lam pręfatā in nomen S. Mariæ Veri Amo-
ris demutare, ablato indè Sancti Antonij
nomine. Non sine fraude propterea fece-
runt nomen mutantes Capellę prædictæ
Sancti Antonij Abbatis, vt ne nomen qui-
18 dem appareret amplius. Fraus enim fieri
dicitur vbi id fit, quod fieri non debuit. ex
Paulo lib. 5. ad legem Iuliam, & Papiam in
l. contra legem 29. & ex Vlpiano lib. 4. ad edi-
ctum in *l. fraus enim 30. ff. de legib.*

Quam ob causam suffragiū haud fieret
illis, quod ipsi asserunt, mutatum iam nunc
esse statum Capellæ prędictæ; cùm non am-
pliùs sub Sancti Antonij Abbatis nomine
procedat, sed illo fruatur Sanctæ Mariæ Ve-
19 ri Amoris. nomine proindè mutato, & rei
substantiam mutatam fuisse. ad notata per
Damasum Papam in *can. corepiscopi 5. in
fin. dist. 68.* & *Gloss.* ibidem verbo *nomen non
habent*.

Nunquam porrò status ille prior muta-
20 tus fuit. Neque enim nominis mutatio, rei
essentiam peruertit. Ab extrinseco quippè
nomen venit, ab intrinseco verò rei substā-
tia est. præter Philosophos, percipe hoc ex
Alexandro Tertio in *cap. ea, quæ de auari-*
21 *tia 16. de simonia.* docet enim ibi ipse, simo-
niæ essentiam non mutari, ex eo, quod Ca-
thedraticum, vel Paschalem præstationem
vocabant, emolumentum illud, quod pro
Chrismate percipiebant. Rationem reddit
Gloss. ibidē verbo *appellatis*. Sed bona (in-
quiens) denominatio non excusat malum,
22 quia quodcunq; nomen imponas simonia
est. Essentia enim rei non à nomine pendet,
sed à substantia. simile excipe argumentū
ex Papiniano lib. 4. responsorum in *l. si vno
anno 17. in princ. ff. locati*. illis sanè verbis,
23 nec ineruditis: *Sed & si verbo donationis do-
minus ob sterilitatem anni remiserit; idem erit
dicendum: quasi non sit donatio, sed transactio.*
perpensionem manifestiorem facit *Glossa*
24 ibidem verbo *sed transactio.* Id est à petitio-
ne recessio. (inquiēs.) Et sic nota hic (sub-
nectens) ex qualitate contractus verba ac-
cipi contra propriam significationē. Quia
25 (dicimus nos) ex denominatione, quę ex-
terius venit, rei substātia mutatur minimè.
ex Pauli ratione lib. 2. ad Vitellium in *l. pe-
diculis argenteis 34. §. Labeo testamento suo.
ff. de auro, & argento legato*, ad rem nostram
satis

ſatis aptè : *Sed non mutat* (inquientis) *ſubſtantiam rerum non neceſſaria verborum multiplicatio.* & ſequitur Eminentiſs. Card. *Mantica de tacitis, & ambiguis tom. 2. lib. 13. tit. 32. num. 14.* Rationem excipe ex Vlpiano lib. 3. ad Sabinū in *l. ſiue ingenua ſit mater 2. §. ſed ſi ſint ſui hæredes, ff. ad Senat. Conſult. Tertill.* Ne nudū nomen (dicente) ſui hæredis noceat matri. *Rota in recentior. part. 2. deciſ. 254. num. 5.* & apud *Coccinum deciſ. 242. num. 5. in fin. Gonzalez ad 8. regul. gloſſ. 5. num. 18.* perpendimus *reſponſ.* noſtra *56. nu. 53. par. 3.*

Deindè quod propterea nomen mutatū
fuit, vt Sancti Antonij ipſa nuncupatio in
obliuionem verteretur, & ex hominum ex-
cideret memoria. Doloſa igitur fuit muta-
26 tio, ex dolo ergò, & fraude lucrum haud
referent. Ex Alexandro Tertio in *cap. au-
diuimus 3. in fin. de colluſione detegenda*, ibi-
27 demq; *Gloſſ. fin.* Quia nimirum non equū
eſt, dolum ſuum quemquā releuare. ſic ra-
tionem Vlpianus reddit lib. 31. ad edictum
in *l. verùm 64. Sæpius. ff. pro ſocio,* repetitq;
lib. 21. ad edictum in *l. non fraudantur credi-
tores 177. in fin. ff. de regulis iuris,* lectiſſimis
28 ſanè verbis inquiens, noſq; inſtruens: *Ne-
mo ex ſuo delicto meliorem conditionem ſuam
facere poteſt.* Spoliauere proindè Perceptoriam
Generalem Sancti Antonij hoc mem-
bro, atq; Capella ſub eius nomine tot antè
annis dicata, & ſibi ipſis illam addixere,
nomen quoque demutantes, quo nuncupa-
batur antea, vt furtum in occulto abderēt,
29 quod faciebant, ſed veritas, quæ Deus eſt,
can. fraternitatis 1. 35. quæſt. 10. quęque nun-
quam latet, quin ſplendeſcit in lumine. ex
Innocentio Papa *can. graue 7. 35. quæſt. 9.*
30 rem latere non paſſa fuit. Vti ſpoliatores
igitur audiri haud debebunt, reſtitutione
in priſtinum non facta ſtatum; quem ipſi
demutauere nomine innouato, ſub Sanctæ
Mariæ Veri Amoris nuncupatione. ex Ale-
xandro Tertio in *cap. in literis tuis 5. de re-
ſtitut. ſpoliator.* vt dicamus eis eiuſdē Ale-
xandri verbis in *cap. conquerente 7. eod. tit.* ad
Archiepiſcopum Cantuarien. *Mandamus*
(inquientis) *quatènus ſi eſt ita prædicto Cleri-
co prædictam Eccleſiam cum redditibus inde
perceptis reſtituas, & in pace eam poſſidere per-
mittas. Reſtitutione autem facta, ſi quid aduer-
ſus eum ſuper præſcripta Eccleſia, proponere
volueris, corā Exonen. Epiſcopo delegato à no-
bis per te, vel per ſufficientem reſponſalem tuū
cum eod. in R. ordine iudiciario poteris experi-
ri.* his Alexander Tertius. vt reſtituant ipſi
in priſtinum ſtatum innouata; ſi quid autē
ipſi prętendant coràm Illuſtriſſimo Domi-
no Nuntio Apoſtolico deducant, oportet.
Neque alienū ſenſum habere viſus eſt Mar-
tianus lib. 14. Inſtitutionum in *l. qui cœtu,
concurſu, turba 5. §. ſi de vi. ff. ad legem Iuliam
de vi publica.* Verba damus eius, quę erudi-
31 ta ſunt, noſtrumq; fulciunt argumentum.
*Si de vi, & poſſeſſione, vel dominio quæratur,
ante cognoſcendū eſſe de vi, quàm de proprieta-
te rei Diuus Pius reſcripſit, ſed & decreuit, vt
priùs de vi quęratur, quàm de iure dominij, ſiue
poſſeſſionis.* Prius igitur in priſtinum ſtatum
reponenda Capella erit; poſtmodùm verò
audiri Patres, non vtiq; negamus. & ſequu-
ta fuit *Rota* apud *Coccinum deciſ. 496. num. 1.*
& apud *Card. Canaler. deciſ 161. num. 3.*
32 Quæ ſanè reſtitutio datur etiam quoad
detentationē, & ſtatum, quo erat ſpoliatus.
*Gabriel de reſtitut. ſpoliator. concluſ. 1. num. 4.
& 5. & ampliat. 18. num. 40.* & ſequuta fuit
Rota apud dictum *Card. Canaler. deciſ. 446.
num. 10.*

Nullo igitur pacto obaudiendi interim
erunt, non facta primitùs reſtitutione, quod
Capella erat priuata, non publica, & quod
ad Perceptoriam non ſpectaret.
33 Quia profectò ex Pauli Tertij Conſtitu-
tione in actis deducta fol. 10. ab eodē roga-
ta anno ab Incarnatione Dominica 1536.
quinto Kalēdas Auguſti apud Sanctū Mar-
cum. Capella prædicta ad Abbatiam Ge-
neralem Sancti Antonij Viennen annexa
fuit, ſicuti omnes aliæ. Verba excipe Con-
ſtitutionis, ſic certior euades.

Ac, quòd Hoſpitalia, Capellæ, Oratoria, beneficia & alia pia loca, etiam in Vrbe, & in Curia huiuſmodi, ſeù alijs quibuſcunque Terris, & locis ſub dicti Sancti Antonij innocatione fundata, conſtructa, ædificata, & erecta, & quæ in poſterum perpetuis futuris temporibus fundari, conſtrui, ædificari, & erigi contingeret, cum eorū applicationibus, appropriationibus, vnionibus, annexionibus, & incorporationibus factis, & deinceps faciendis, ad Abbatē, & Religionem huiuſmodi ſpectarēt, et pertinerēt, illiſq; ſubijcerentur, & ſubiecta exiſterēt, & à dicto Monaſterio dependerent, &c. ita Paulus Tertius. Annexa igitur fuit Capella prædicta Generali Abbatiæ Sācti Antonij Abbatis, ex illo itaque tēpore incorporata fuit Abbatiæ præfatæ. Ad Perceptoriam ergo Generalem Neapolitanam eiuſdem Capellę gubernatio ex illo tempore pertinuit. Vndè, Generali Perceptore Abbate Mauritio de Quadra anno 1573. per ipſum Perceptorem iura, & adminiſtratio Capellæ prædictæ in Montanea Pauſilippi R. D. Ioanni Baptiſtę Martino demandata fuit, qui Capellæ pręfatæ quoque poſſeſſionem cepit. vt ex inſtrumēto patet in actis fol. 17. & nouiſſimè per Illuſtriſs. Dominum Alexandrum Magalottū dictæ Generalis Perceptoriæ Neapolitanæ Abbatem, & Perceptorem, cura prędictę Capellæ demādata fuit R. D. Thomæ Guerrino, per Bullas ſub datum extra Portam Flamineam Vrbis anno à Natiuitate 1644. die 24. Septembris Pontificatus Sanctiſſimi D. N. Innocentij Papæ X. anno primo.

primo. qui Dominus Thomas præfatarum Bullarum vigore eodem anno 1644. die 26. Martij pacificè, quietèq; , ac nemine impugnante dictę Capellę, & omnium eidem annexorum possessionem actualem cepit manu publici Notarij Apostolici D. Antonij Pizirulli in processu, fol.3.& seq.

Nihil est ergo, quod Patres præfati adversus prędicta obstrepere valeant, non facta primitùs in priorem statum repositio-
34 ne; quamuis aliàs, (quod sanè esse minimè potest) de bono ipsorum iure in petitorio constaret, quia purgandum est ante omnia spolium, quod fecere. ad *text. in cap. cùm Ecclesia Sutrina* 3. ibidemque *Abb. num. 37. de caus. possess. & propriet. Rota* apud *Coccinum*
35 *decis.* 489 *nu.* 1. Potissimùm verò titulo apparente apertissimè, ex Pauli Tertij Constitutione præfata dictę Pereeptorię, cū possessione quoque iuxtà *Rotam decis. 20. de restitut. spoliat. in antiq. & decis. 2. eodem titulo in nouis*, sequuta fuit *Rota* apud *Coccinum decis.* 312. *num.* 3. & 4.

36 Nec auxiliū illis feret vllum, excogitantes se adimpleuisse mentem Summi Pontificis Pauli Tertij in præfata sua Cōstitutione: Cùm nempè nollent ipsi sub obedientia Perceptoris viuere, titulum, & nomen Sancti Antonij à Capella abijcere, vt ne nominaretur quidem. Optima quidem excogi-
37 tatio, si sic se res haberet. Verùm aliter negotium se habet. Aliter igitur respondendum. ex Paulo in *l. si seruus antè 49. in finalibus verbis. ff. ad legem Aquiliam.* illis verbis rationem reddente: *Quia alterius, & alterius facti hæ res sunt.* & ex Iuliano in *l. item vulneratus 51. §. eiusdem ergo. ff. eodem.* diximus *respons.* 28. *nu.* 1. & 2. *part.* 3. verba proferimus Constitutionis Pauli fol. 10. à ter.

Liceretq; Theodoro, & pro tempore existenti Abbati, & Conuentui, nec non Perceptoribus huiusmodi, beneficia, Oratoria, Hospitalia, & alia loca sub nomine eiusdem Sācti Antonij pro tempore etiam in Vrbe, & Curia prędictis fundata, & dotata, quæ eidem Theodoro, & pro tēpore existenti dicti Monasterij Abbati, & Conuentui, & Perceptoribus huiusmodi obedire, seù subijci, aut annuam responsionē soluere recusare contingeret, solo æquare, & demoliri, & imagines à parietibus delere; seù per easdem Communitates, & alias personas Ecclesiasticas, & seculares solo æquari, ac demoliri, ac imagines huiusmodi deleri sub excommunicationis latæ sententiæ, & interdicti, ac alijs censuris, ac pœnis, etiam cum inuocatione auxilij brachij secularis facere. Sic Constitutio Paulina.

Facultas itaq; delendi imagines, soloq; æquandi Capellas, illasq; diruendi Abbati, & Perceptoribus pro tempore existentibus conceditur, indulgeturq;, non verò priuatis personis, quę se ab obedientia seducere Abbatis tentant. Tantum verò abest, vt illustrissimus Abbas, atque Generalis Perceptor Sancti Antonij in Vrbe Neapolis, solo æquare intendat Capellam præfatā in Monte Pausilippi existentem, illamq; diruere, vel à parietibus Imaginem Sancti delere: vt magis illam tueri, viribusq; neruisq; omnibus defendere nitatur. Vndè etiam illius curam, & gubernium, custodiamq; dicto R. D. Thomę Guerrino demandauit. Cùm enim illa per Pauli Tertij Constitutionem præfatam Generali Abbatię, siue Perceptoriæ, & Hospitali annexa reperiatur, non vtique illam dismembrare intendit, sed deti-
38 nere, atque tueri; alioquin alienaret; quia dismembratio alienationis est species, atq; proindè prohibita ex sacris canonibus, atque prę sertim Pauli II. Constitutione *in extrauag. ambitiosæ vnica, de rebus Eccles. non alienand. Rota in decis. 1. de rebus Eccles. non alienand. in nouis.* & apud *Achill. de Graff. decis. vnic. eod. tit. Rota* apud sanct. memor. *Gregor. XV. decis.* 504. *num.* 4. ibidemq; *Beltramin. num.* 8. & in *Bonauen. dismembrationis* 4. *Iulij* 1635. coràm *Ghislerio decis.* 68. *nu.* 1. *part.* 7. *recentiorum* per *Rubeum.* diximus *respons.* nostra 58 *num.* 34. *part* 4.

Vt somnium proindè habetur, quod de
39 præscriptione asserunt. Cùm quod præscriptio ipsa per eandem Pauli Tertij Constitutionem omninò sublata fuit. Tùm quod Capella præfata, ex quo Abbatię Generali per Paulum Tertium annexa fuit, & incorporata, semper in eius dominio, & possessione perseuerauit, & perseuerat, deputando etiam, qui eius curam gerant. Tùm
40 prӕterea quod neque Patres, qui plenis buccis de præscriptione se iactant, de illa quicquam docuere, vt oportet. Quia nimirum præscriptio sine possessione nō procedit. *regula sine possessione 3. de regul. iur. in 6.*
41 possessio verò plus facti, quàm iuris habet, cùm vtique facti sit. ex Innocentio Tertio in *cap. cùm nostris 6. §. auditor igitur. de concess. prabend.* Non itaq; præsumitur, nisi probetur. ex Triphonio lib. 4. digestorum in *l. in libello 12. §. facta autem causa. ff. de capt. & postlimin. reuers. Rota* apud *Card. Caualer. decis.* 429. *num.* 1. & paulò infra perpendetur.
42 Ac denique, quòd neque ipsi præscribere potuere, cùm non sint adhuc lapsa tempora quadraginta annorum, quę vna in Ecclesia procedit. ex *Auth. quas actiones. C. de sacrosanct. Eccles.* atque vndè desumpta fuit. *§. pro temporalibus autem. in auth. de Ecclesiasticis titulis. collat.* 11. canonizata apud Gratianum in *can. neque decemnij, qui est fin.* 16. *quæst.* 4. & ex Gelasio Papa in *can. placuit* 8. & *can. placuit* 15. *§. cæterum aduersus loca religiosa. & can. iubemus* 16. 16. *quæst.* 3. qui canon à Gratiano excerptus fuit ex Anastasij Cęsaris Constitutione Imperiali in *l. comperit nostra serenitas* 6. *C. de præscript.* 30. *vel* 40 *an-*

40. annorū. deduximus nos pluribus *respons.* nostra 96. *num.6.7.8.* & *seq. par.4.* Ipsi verò ab anno 1633. à Præside Battaglino donationem obtinuere (vt in superioribus deduximus) nō tamen dictæ Capellæ.pro qua assensum reseruari voluit Summi Vrbis,Orbisq; Moderatoris. nihil itaque præscribere potuere,quamuis quadraginta annorum curricula preterfluxissent, qui nullo vnquam tempore possedere; sine possessione

43 verò præscriptio, quæ effectus est possessionis, non vtique procedit. *regula sine possessione 3. de reg. iur. in 6. Rota* apud sanct.memor. *Gregorium XV. decis.283.in princ.* & *decis.332.nu.1.* & *seq.* diximus *respons.*nostra 7. *num.52.part.4.*

44 Et demùm in mala fide fuerunt, sciebāt enim ipsi,vt puta cum in instrumento donationis descripta legatur,Capella, (vel dicas Capellutia) sub inuocatione Sā̃cti Antonij Abbatis. Quid verò præscribat,qui in mala fide est? *regula possessor 2. de regul. iur. in 6. cap. fin. de præscript. Rota part.1. in recentior. decis.197.num.6.* & *par.2.in eisdem decis.164. num.3. Gratian.forens. par.1.cap.3. num.26.* & *part.2.cap.339.num.27.* diximus *respons.* nostra 97. *num.63.part.4.*

45 Occupauere propterea Capellā Sāc̄ti Antonij prædictam,sibiq; ipsis appropriauere. in censuras proindè dedere tàm in decreto Sacri Tridentini Concilij *d. cap.11. sess.22. de reformat.* quàm in Bulla in Cœna Domini legi consueta §. 17. vti in superioribus perpendimus. Illustrissimi itaque Nuntij erit Conseruatoris à sancta Sede deputati. Patres hos in censuras prædictas dedisse, declarare, publicè etiam cedulonibus affixis, atque Generalem Abbatiam Sā̃cti Antonij Abbatis, & Magni, nuncupari iura, tueri,cum sua sit iurisdictio,vt ostendimus.

Atque ita ex his, censoris non reuulsa virga, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Ingenij acris non ij existimantur, qui ad omnia dubitare nouerunt,* & *dubia refricare, sed qui dubijs factis respondere sunt prompti.*
2 *Salomon sapientissimus Rex, quod de singulis disputauerit, sapientia effertur.*
Sapientiam autem à Deo obtinuit.
3 *Scire est res per causas cognoscere.*
4 *Sapiens est,qui per se se omnia nouit.*
Proximus huic fuerit, qui credit recta monenti.
5 *Papa supremam obtinet potestatem.*
Vice Deus in terris.
Quia Dei Vices gerit.
Vndè nemo eidem dicere potest,cur ita facis? num. 6.
Sicuti, neque Deo, Vniuersorum Domino.
Et proindè omnia potest. num.7.
8 *Dispensat Papa cùm rigorem legis relaxat.*
9 *Dispensatio rigoris est relaxatio ab eo facta,qui potestatem habet relaxandi.*
Quare omnem tollit rigorem,qui ante dispensationem,impedimento erat. num.10.
10 *Maius, quod est qui concessit,* & *minus quoque concessisse videbitur.*
Et maius est dare id, ad quod quis non tenetur,quā permittere vti datis;ad quod quilibet tenetur. num.12.
Et maius vbi conceditur, minus concessum esse videtur. num.13.
14 *Tempus interstitiorum anni à Sacro Concilio, vt promoueatur quis ab vno sacro ad aliū sacrum Ordinem, de iure est positiuo.*
Hoc potest Papa relaxare. num.15.
16 *Papa potest facere,* & *de facto facit, ergo firmum est quod fecit.*
Cùm nullus ei dicere potest: cur ita facis?
Et potest dispensare de iure supra ius. nu.19. & *num.34.*
Ob plenitudinem potestatis.
Et quid in iure diuino, & *naturali? nu.35.*
Quia potestatem habet nullis limitibus restrictam. num.36.
17 *Papa de potestate disputans, sacrilegus est.*
Sicut & *alterius supremi Principis.*
Multò magis eidem obluctari.
Qui verò de Papa potestate dubitat, hæreticus est. num.20.
Ipse enim Dei Vicarius est, & *vnum tribunal cum Deo efficit.*
18 *Potestati, qui resistit, Dei ordinationi resistit.*
21 *Clausulam* (non obstantibus Constitutionibus,&c.) *proindè adijcit Papa in gratijs,quia hoc intendit, amouere scilicet eorum impedimentum, ne obstent.*
Alioquin gratia inanis esset, & *frustranea. num.22.*
Nam clausulæ prædictæ officium derogatoriarum habere dicuntur. num.23.
Omne proindè remouent obstaculum. nu.24.
Operanturq; vt gratia nequeat subreptitia iudicari.
Multoq; magis si clausula accesserit (cæterisq; cōtrarijs quibuscunque.) *nu.25.*
Nāq; hæc omne remouere videtur obstaculū.
26 *Dictio* (quibuscūque) *amplissima est,* & *omnia comprehendit, nihilq; excipit. nu.27.*
Omnesq; comprehendit modos,qui excogitari possent.
Vt gratia obstaculum ab eis facta reciperet. num.28.
29 *Dispensationem petens,vt in tribus diebus festiuis promoueri possit. non opus est.vt vel Concilij Tridentini de anno, neque alterius impedimenti super interstitijs mentionem*

H nerit,

nerit, quia hoc totum in dispensatione in tribus diebus comprehenditur,& quasi accessorium consequitur. num.30.

31 *Accessorium suum sequitur necessariò præcedens antecedens principale.*

32 *Constitutio Papæ Vrbani VIII. qua prohibuit, ne Superiores Religionis Montis Virginis, dispensare valeant in biennio ex regula perquisito in promouendis ab vno ad aliũ Ordinem sacrum declaratur.*

33 *Lex quod nõ dicit, neque disponit, neque nos dicere debemus.*

37 *Effectus posita sua causa substantiali statim sequitur.*

ARGVMENTVM.

Religio Congregationis Montis Virginis statuto detinetur, vt nullus ad Sacros Ordines promoueri possit, nisi de biennio ad biennium. Quidam Religionis eiusdem professus à Papa dispensationem obtinuit, vt in tribus diebus festiuis promoueri posset, nulla tamen per eum facta memoria Constitutionis, siue dicti Religionis statuti: nùm ne obstet eidem, ne promoueri valeat? vel alterũ obtinere eum breue oporteat, in quo expresſè in tempore biennij à Cõstitutione perquisita dispensetur? quiduè clausulæ operentur: (*non obstantibus, &c.*) Papa supremam obtinet potestatem, quia Dei Vices in Terris gerit, & vnum cum eo tribunal facit; vt nec ei, sicut & Deo, dicere valeat: Cur ita facis?



RESPONSIO XII.

1 Acris haud esse ingenij dicuntur ij qui ad singula dubitare nouere. Acris magis ingenij dignoscũtur, qui propositis respondere difficultatibus
2 nouere. Neque enim Salomon sapientissimus ille Rex, quòd ad singula dubitauerit, sapientia effertur, sed quod de singulis disputauerit, rectèq; ac sapientèr responderit. Audias quæso quid de illo sacra narret Scriptura 3. Regum 4.29. *Dedit quoq; Deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis quasi arenam, quæ est in littore maris. Et præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium Orientalium, & Ægyptiorum, & erat sapientior cunctis hominibus: Sapientior Ethan Ezrahita, & Heman, & Chalcol, & Dorda filys Mahol, & erat nominatus in vniuersis gentibus per circuitum. Locutus est quoque Salomon tria millia parabolas: & fuerunt carmina eius quinque mille. Et disputauit super lignis à cedro, quæ est in Libano, vsque ad hyssopum, quæ egreditur de pariete: & disseruit de iumẽtis, & volucribus, & reptilibus, & piscibus. Et veniebant de cunctis populis ad audiendam sapiẽtiam Salomonis, & ab vniuersis Regibus terræ, qui audiebant sapientiam eius.* Sapientissimus itaq; Rex ille, non quia dubitauit, laudatur; sed quia
3 disputauit, atque disseruit de singulis. Nam scire, est res per causas cognoscere, & quod ita sint. vt Aristoteles docet. qui verò dubitat, non adhuc scit, quia certus nõ est de re, de qua dubitat. non itaque dubitare, sed cognoscere scire est. hoc enim sapienteis est:

——— *rerum cognoscere causas.*

4 Non ergo acris ingenij est, qui dubitat, sed qui respondere propositis nouit dubijs. vel saltim huic proximus erit, qui credit recta monenti. sic Hesiodus:

Optimus ille quidem, qui per se se omnia nouit:
Proximus huic fuerit, qui credit recta monenti.
At qui nec sapit ipse, nec audierit sapientem,
Vtilis hic nulla est omnino in re putandus.

Vt itaque proposito faciamus dubio satis, sic factũ delineamus: D. Gulielmus à Neapoli monachus professus Ordinis S. Benedicti Congregationis Montis Virginis à Sanctissimo D.N. Innocentio Papa X. breue obtinuit dispensationis, vt in tribus diebus festiuis de Superiorum suorum licentia à quocunque Catholico Antistite gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habente, ad quatuor minores ordines, quatenùs illos non dùm susceperit, quatuor feriaris, vel non feriatis; & subindè ad sacros Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus ordines, tribus Dominicis, seù alijs festiuis diebus, continuatis, vel interpolatis,

etiam

etiam extra tempora ad id à iure statuta, ac interstitijs à Sacro Tridentino Concilio designatis minimè seruatis, anniq; curriculo nō expectato promoueri possit, & valeat. Romæ apud S.Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die 18.Decembris 1646. Pontificatus eiusdem anno tertio. Præsentato Breui coràm suo Superiore, vt facultatem obtineret se promoueri facere, fit ei scrupulus: Breue eidē non suffragari, quòd memoriam nullam in eo fecit: per Religionis regulas demandatū fuisse, vt nullus ad sacrum Ordinem promoueri possit, nisi de biennio in biennium. Verba damus regulæ cap.62. in declarationib. §.2.

Quauis tamen necessitate vrgēte ordinamus, vt nullus ad aliquē sacrum Ordinē promoueri possit, nisi de biennio in biennium, à die professionis, seruatis reliquis, quæ statuit sancta Tridentina Synodus quoad huiusmodi ordinandos.

Quinimo fœlicis memoriæ Vrbanus Papa VIII. in alio Breui, seu Constitutione, quam pro Religione, & Congregatione hac edidit anno 1629. Pontificatus sui anno sexto, quæ incipit *Apostolatus officium.* §.7. statuit, sequentibus mandans:

Ad hac, quod ijdem Superiores sub pœna priuationis officiorum suorum, ac vocis actiuæ, & passiuæ, vt supra incurrenda, monachos ad sacros Ordines promoueri non faciant contra formam Constitutionum Congregationis huiusmodi; quibus cauetur, vt nullus ad sacrum Ordinem promoueri possit nisi de biennio in biennium à die professionis. Fit itaq; ex his eidem dubium, an Breue suffragium sibi ferat, vt promoueri valeat; nihilq; sibi obsistat præfata regulæ, siue Constitutionis dispositio, qua de biennio in biennium ad sacros quisque Ordines promoueatur, disponitur; præsertim verò, quòd de ordinatione Constitutionis, in Breui memoria nulla fiat?

Proficere D.Gulielmo obtentum Breue, vt tribus diebus festiuis promoueri valeat,
5 sicuti Papa mandauit, respondendum censemus. Qui enim dispensat Papa est, qui supremam obtinet potestatē, Vice Deus; quique non puri hominis, sed veri Dei vicem gerit in terris. vti Innocentius Tertius loquitur in *cap. quanto personā tuam 3. de translat. Episc.* latèq; nos deduximus *respons.* nostra 1. *par.*4. Tuentes Papam Vice Deum iure nuncupari: vti nos Papam Vrbanum VIII. tertiam partē eidem dedicantes nuncupauimus. Facultate itaque Papæ nunc vtitur D.Gulielmus, vt tribus diebus festiuis ad sacros Ordines promoueri valeat.
6 Nemo ergo dicere eidem potest: cur ita facis? cum Papa hoc dixerit, secum dispēsando. Papa enim facultatem ei fecit, vt in tribus diebus ordinari valeat. Veluti, quis Deo dicere poterit: Cur ita facis? *Iob* 9.12. vniuersorū ipse Dominus, omniumq; Moderator. 2. *Macthabeorū* 14.35. Nullus itaq; ei dicet: cur ita facis? cum authoritate
7 faciat Papæ, qui omnia potest. ex Gelasio Papa in *can. cuncta per mundum* 17. 9. *quæst.*3. & *can. ipsi sunt canones* 16. *eod.* & *can. quamuis* 22. *de pænit. dist.*3. & Bonifacio VIII. in *extrauag. vnam sanctam* 1. §. *ergo si deuiat. de maiorit. & obedient. inter cōmunes. Gloss. in d. cap. quanto* 3. verbo *veri Dei. de translat. Episcopi. Gloss. in proœmio Clemētinarum. Nauar. cons.*2. *sub num.*5. *vers. pro parte affirmante. qui filij sint legitimi.* nos *d. respons.* nostra 1. *num.*
8 32.33. & 34. *part.*4. Dispensauit itaque cū eo, atque propterea rigorem relaxauit, quo tenebatur, ne ex sacrosanctæ Tridētinæ Synodus decretis *sess.*23. *cap.*11. *in fin.* & *cap.* 13. *de reformat.* Ad sacros promoueri posset Ordines nisi post annum à susceptione postremi gradus minorū Ordinum; & ad sacros, nisi post annum saltem, ad quemcunque eorū esset versatus. & non nisi de bien-
9 nio in biennium ex Religionis Constitutionibus. Dispensatio quippè rigoris est relaxatio, ab eo facta, qui potestatem habet relaxandi. ex *Gloss. in can. requisitis de ijs* 5. §. *nisi rigor disciplinæ.* verbo *vt plerisque.* 1. *q.*7. *Sanchez de matrim. tom.*2. *lib* 8. *disput.*1. *nu.*1. *Ioannes Azorius institut. moral. part.*1. *lib.*5. *cap.*15. *in princ.* alios deduximus *respons.* nostra 45. *nu.*27. *par.*4. Quamprimùm ergo cū eo dispensauit ex causa feruoris deuotionis, & vt penuriæ Sacerdotum in sua domo regulari vigenti faciliùs subuenire valeret, vt in tribus diebus festiuis cōtinuis, vel interpellatis à quocunq; Catholico Antisti-
10 te promoueri posset. rigorem vtique omnem, & à sacrosancta Tridentina Synodo, atq; Constitutionibus Religionis demandatum remouit, ablegauit, rescecauit. Qui etenim vt in tribus diebus festiuis promoueri posset, facultatē indulxit, multò magis vtique concessit, ne eidem, vel à sacrosancta Tridentina Synodo demandata temporum intestitia anni, vel à Religionis Constitutionibus biennij obstaculum faceret. Quia
11 nimirùm qui maius concessit, & minus, quod in ipso maiori includitur, multò magis indulxisse videtur. vti ex canonibus Apostolorum cap.41. registrauit Gratianus in *can. præcipimus* 24. 12 *quæst.*1. de Episcopis disponentes, atq; dicentes: *Si enim animæ hominum pretiosiores illi* (Episcopo scilicet) *sunt creditæ, multò magis oportet eum curam pecuniarum gerere.* Sic Apostoli eodemque sensu Ioannes Papa scribens Isaac Syracusano Episcopo in *can. visis litteris* 1. §. *diuinæ enim leges* 16. *quæst.*2. hoc modo argumentans: *Et si in dando, quod maius est, facilis fuit charitas, sit facilior in concedēdo, quod minus est, sancta largitas.* ibidemque *Gloss.* verbo *quod maius.* argumentatur: quod cui conceditur maius, & minus. & in *fin.* Ma-

11 ius enim est dare id; ad quod quis non tenetur, quàm permittere vti datis, ad quæ quilibet tenetur. ita Gloss. Concessit Papa Innocentius D.Gulielmo, vt in tribus diebus festiuis promoueri posset. remouit igitur obstaculum interstitiorum; & anni ex Sacro Concilio; & biennij ex Constitutionibus Religionis. & hoc quidem absolutè, & ex natura rei. his enim duobus ligaminibus detinebatur D. Gulielmus ne promoueri valeret; interstitiorũ anni à Sacro Concilio; & biennij ex Constitutione Religionis. vtrumque igitur remouit Papa, cũ primùm cum eo dispensauit, vt in tribus diebus festiuis promoueri posset. Maius cõcessit, & minus qunque concessisse videtur. quod sanè argumentum colligitur quoque ex Clemente Tertio in *cap. ex parte 21. de decimis*. & Innocentio Tertio in *cap. ex parte tua. 27. etiam de decimis*. ratione rédden-

13 te: Quia vbi maius conceditur, minus cõcessum esse videtur. ibidemq; *Gloss.* verbo *conceditur*. dictumq; textum allegat *Gloss. d. can. visis litteris 1. d.* verbo *quod maius*. & ex *regula* cui licèt quod plus, licet vti; quod est minus 53. *de regul. iur in 6. Nauar consil. 8. num. 3. in fin. de consang. & affinit. & consil. 2. sub num. 6. in fin. qui filij sint legitimi*. Quid enim (quæso te) obstaculi facere potest D. Gulielmo interstitiorum tẽpus, vel anni à Sacro Cõcilio, vel biennij ex Religionis Constitutionibus, cui à Papa, suprema sua potestate, indultum est, vt in tribus festiuis diebus, vel continuatis, vel interpellatis ad sacros tres Ordines promoueri valeat? Et

14 quidem tẽpus hoc interstitiorum anni ex Sacro Concilio, & biennij ex Constitutionibus à iure descẽdit positiuo humano; vel Sacri Concilij, vel Constitutionum. remo-

15 uit autem hoc Papa per dispensationem, ius ipsum positiuum relaxando, ac indulgendo, vt in tribus diebus festiuis à quocunq; Catholico Antistite promoueri posset: nullus itaque est, qui eidem difficultatem refricare valeat, quando authoritate hoc facit Papæ, cui nemo dicere potest: cur ita facis? vt in superioribus perpendimus.

16 Nam potuit hoc Papa facere, & de facto fecit. Quis itaque eidem inficias ibit, eiusque consensum contemnet? Iustinianum Imperatorem in *l. si Imperialis Maiestas 11. aliàs fin. C. de legibus*, dicentem audias, vt cõtremiscas: *Quid enim maius, quid sanctius Imperiali est Maiestate? vel quis tanta superbia fastigio tumidus est, vt regale consensum contemnat?* ne igitur superbię fastigio tumidus arguaris, Papæ pareas mandatis, qui fieri potuit, voluit, & dispẽsauit; at voluit. potuit ergo. vti argumẽtatur quoque *Rota* apud *Card. Seraphinum decis. 325. num. 5.* Si

17 enim de potestate Principis supremi disputans, sacrilegus æstimatur: quantò magis, qui non disputat solùm, sed eidem ausu obluctatur temerario, eiq; non paret? Dei

18 namque ordinationi resistit, qui eidem obluctatur. non mirum igitur si qui resistunt, ipsi sibi damnationem acquirant. ex Paulo Gentium Doctore ad *Romanos 13. 1. & 2.* & sanè Papa, vt Innocentius Tertius in *cap. proposuit 4. §. fin. de conceß. prabend.*

19 docet, secundùm plenitudinem potestatis de iure potest supra ius dispensare. sequiturq; *Gloss. in clem. 1.* verbo *pro infectis. de immunit. Eccles.* atque *Glossella marginalis* ibidem. *Card. de Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 2. cap. 52. col. 4. vers. nonò plenitudo potestatis Romani Pontificis. Sanch. z de matrim. d. lib. 8. disput. 6 num. 5 & seq. & disput. 7.* sequiturq; *Rota decis. 455. num. 3. par. 1. in recentior. Nauar.* satis optimè *d. consil. 2. num. 6. 7. 8. & 9. qui filij sint legitimi*. Ni fortassis de

20 suprema eius addubitent potestate, vt in hæresim propendant, qui Dei Vicarius est; vnumq; cum ipso Deo tribunal efficit. vt nos diximus *d. respons.* nostra *1. num. 26. & seq. part. 4. & respons. 24. num. 120. part. 1.*

21 Propter hanc enim causam, vt facta permaneret dispensatio, voluit non obstare Constitutiones, ordinationes Apostolicas, ac cætera contraria quæcunque. *Non obstantibus* (inquiens) *Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque*. Per quam sanè clausulam (*non obstantibus*) censetur, derogasse Papam omnibus, quæ dispensationi præfatæ obstaculum præstare possent, siue ex Sacro Tridentino Concilio, siuè ex Religionis Constitutionibus, siuè alio quocunque modo. Alio-

22 quin inanes, & sine fructu clausulæ præfatę in dispensatione, & gratia adiectæ, forent. vt perpendit *Rota in Hispa. en Præeminentiarum 17. Iunij 1613.* coràm *Pamphilio*, nunc Sanctiss mo D. N. Innocentio X. *part. 1. in*

23 *recentiorib. decis. 506. num. 5.* Quia nimirùm clausula prædicta officium derogatoriarũ obtinere videtur. ad *text. in cap. 1. de constit. in 6. & Clement. Eos, qui 1. in fin. de sepultur. Rom. in Tullen. reformationis 10. Ianuarij 1631.* coràm *Dunozetto decis. 4. num. 9. par. 6. in re-*

24 *centiorib. per Rubeum*. Vndè omne remouet obstaculum, & operatur, vt facta gratia nequeat subreptitia iudicari. vt Bonifacius Octauus decernit in *cap. non potest 21 § fin. de præbend. in 6. Caputaquen. decis. 145. nu. 6. part. 1. Gonzalez ad 8. regul. Cancell. Gloß. 15. num. 32.*


25 Attento præsertim, quod nedum Constitutiones aliàs Apostolicas factæ gratiæ, & dispensationi non obstare voluit, sed neque alia quæcunq; obstacula (*cæterisq;* (inquiens) *contrariis quibuscunque*) præter scilicet Apostolicas Constitutiones. vndè neque obstare voluit Constitutiones Religionis de biennio in biennium, vt quisque ad sacros

sacros promoueatur Ordines. Neque porrò quidquàm dimisit, quod obstaculum facesseret, qui dixit (*cæterisq; contrarijs quibuscunque.*) non obstantibus. Nihil enim ex-
26 cepit; qui dixit *quibuscunque*, veluti nihil excepisse (Innocentius Papa Tertius in *cap. solitæ 6. §. fin. de maiorit. & obedient.* vsurpauit) Christum Dominum nostrũ, cùm Petro dixit: *Quodcunque ligaueris super terram*.
27 Quia, qui dicit omnia (*Gloss.* ibidem verbo *quodcunque*, loquitur) nihil excipit. *can. si Romanorum 1. distinct. 19.* Ita nempè dilata-
28 tionem, atque laxitudinem accipit, vt omnes comprehendat modos, qui excogitari possint, qui obstaculum facere possent, ne data gratia effectũ sortiretur suum. ex *Detiano consil.27.num.16.lib.1.Rota decis.68.nu.5. post 1.volum.cons. Farinae.* ibidemq; *Ceuolinus* addens. & apud sanct. mem. *Gregor. XV. decis.167.num.5.* ibidemq; *Beltramin. nu.12.* perpendimus nos *respons.* nostra 21.*num.*13. 14 & 15 *part.*2. alios referentes.
29 Neque sanè opus erat, vt D. Gulielmus Constitutionis Religionis meminisset, qui in tribus diebus festiuis ad sacros Ordines promoueri petijt, & Summus Pontifex Innocentius eidem annuit, vt tribus dictis diebus festis, sine continuis, vel interpollatis, etiam extra tempora ad id de iure statuta, ac interstitijs à Sacro Tridentino Cõcilio designatis minimè seruatis, anniq; curriculo non expectato promoueri posset. cum derogatione quorumcunq; obstantiarum. Ita nempè Papa dispensasset, sicuti dispensauit, & cætera contraria quęcunque
30 non obstare voluit. Hoc enim totũ inclusum fuit, petendo, promoueri posse in tribus diebus festiuis; dispensari scilicet secum, vt hoc sibi liceret. Quare nec Sacri Tridentini Concilij, neque etiam Constitutionis Religionis meminit; nec enim oportebat; qui tribus diebus festiuis promoueri posse petijt, includebatur quippè hoc
31 tanquam accessorium, ad *regulam text. accessorium 42. de regul. iur. in 6. & cap. super gratia 9. de offic. deleg. in 6. & l. cùm principalis 139.* ibique etiam *Decius ff. de regul. iur.* diximus *respons.21.num.33.part.4.*
Neq; vis faciẽda est vlla in Constitutione gloriosæ memor. Vrbani Papæ VIII. in su-
32 perioribus in initio ad verbum relata. Illa quippè Superioribus Religionis prohibet, ne facultatem Monachis faciant ad sacros Ordines se promouendi contra formam Constitutionũ Congregationis. Non verò prohibet, ne monachus dispensationẽ à Papa obtinere possit, neq; impedimentũ affert aliquod, ne Papa dispensare valeat.
33 Hoc namque Vrbanus dicta Constitutione non dixit, vt neque nos dicere, vel cogitare valeamus. ex Fabiano Papa in *can. significasti 85. in fin. 1. quæst. 1.* & plura deduximus *respons.* nostra 76.*num.*24.*part.*4. Et qui alijs Religionis Superioribus impedimentum fecit, ne in Constitutione Religionis dispensarent, sibi non vtique impedimentum intulit, ne dispensare valeret, illiq; suc-
34 cessores, cùm ipsi de plenitudine potestatis etiam supra ius dispensare valeant, atq; iuris impedimentum remouere vt ex *Innocentio III. d. cap. proposuit 4. § fin. de concess. præbend.* in superioribus diximus. deducitq; pluribus *Sanchez d. disput.6. & 7. lib.8.*
35 disputans, an valeat Papa in iure diuino, & naturali dispensare? *Rota d. decis.455.n.3. part.1. in recentior. Nauar. d. cons.2. d. num.6. cum seq qui filij sint legitimi.* D. Gulielmus autem nõ à Superioribus Religionis, sed à
36 Papa dispensationem obtinuit, qui potestatem habet nullis limitibus restrictam, nullus ergo ei obsistere poterit, quin, quam à Papa gratiam, & dispensationem obti-
37 nuit, suum consequatur effectum; qui posita sua causa substantiali, statim sequi debet. præter Aristotelem ex nostratibus excipitur. ex *text. in l. generalitèr 50. C. de Episcop. & cleric.* & adnotauit satis concinnè Vlpianus lib.70. ad edictum in *l. vnde etiam 3. §. hoc autem à superiore. ff. de itinere, actuq; priuato.* rationem afferens satis ad rem de eo loquens, cui seruitus debetur, si reficere velit: *Quid enim perdit* (inquiens) *qui patitur eum hoc facere, quod hoc anno fecit?* Nihil vtique *Gloss.* ibidem verbo *hoc anno.* subnectit. hoc enim secundum, causa est illius antecedentis. posita igitur causa effectus sequitur. Nihil enim ex suo facit, neque perdit Religionis Superior, qui hoc fieri ab eo patitur, qui dispensationem obtinet Apostolicam satis amplam, nullisq; limitibus confinatam, omnibus obstantiarum causis sublatis. Permittere igitur debet, vt Papali gratia D. Gulielmus perfruatur.

Atque ita ex his, Aristarchi non abiecta virgula respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenaten.

Licentiam fecit Religionis Superior D. Gulielmo, vt ad Breuis præscriptum tribus diebus festiuis promoueri posset, vt promotus fuit. & nos eum promouimus, facta nobis facultate extra nostram Diœcesim pontificalia exercendi.



SYM-

SVMMARIVM.

1 *Debitum iniquo modo exigere, damnatur.*
Sic seruus ille nequam, nō quia debitum exegit; sed quia malo, atque iniquo exegit modo, damnatus fuit. nu.2. Matt.18 28.
3 *Locus Matthæi 18. de seruo nequam plenè perpenditur.*
4 *Fiscus augere crumenam tentat, ac locupletius patrimonium facere.*
5 *Peccator in peccato habituato existens, extra statum salutis reperitur, & in notorio perditionis statu.*
Quia auersus est à Deo, æterneq; pœnæ reatui addictus.
In supplicium proindè ibit æternum. nu.6.
Peccator de Dei misericordia abuti nō debet. num.7.
Quòd sit ille benignus, & misericors, & præstabilis super malitia.
8 *Deus nemini dat laxamentum peccandi, quamuis miserando deleat iam facta peccata. ex Augustino.*
Deus nulli est causa peccandi. num.9.
Sed peccatum odit, & peccatorem.
Ireq; in eum irascitur, & à se proijcit. n.10.
11 *Peccata homines iræ filios, & Dei inimicos reddunt.*
Hoc verò ex peccati turpitudine. nu.12.
13 *Locus Matthæi 25. 12. de virginibus fatuis. perpenditur.*
14 *Peccatores Deus nescire dicitur.*
Scientia scilicet approbationis.
15 *Peccatori veniam promisit Deus, sed pœnitenti.*
16 *Locus Ezecchielis 33. 11. nolo mortem peccatoris, &c. expenditur.*
17 *Medico non est opus valentibus, sed malè habentibus.*
18 *Prædicationi Christus Dominus à pœnitentia initium fecit.*
19 *Parochus licitè matrimonio assistit, non factis publicationibus in necessitatis (vtputa mortis) articulo.*
Duplici ratione. num.20.
21 *Consilio maturiore opus est in necessitatis articulo.*
22 *Mortis in articulo nulla est casuum, vel censurarum reseruatio. ex Sacro Tridentino.*
Et hanc laxam facultatem illo tempore per se Sancta Mater Ecclesia tribuit. nu.23.
24 *Prouerbium. Post iactam aleam, nullum reuocandi illam tempus superest.*
25 *Ecclesia Mater, ne pereat aliquis ex filijs, opportuna adhibuit remedia in mortis articulo.*
26 *Morte soluuntur omnia, quin non dissoluuntur.*
27 *Coniux solutus remanet morte, à lege alterius coniugis.*
28 *Denunciationes ante matrimonium præmittendas relaxat Ecclesia in mortis articulo.*
Etiam ex Epicheia Sacr. Trid. Conc. nu.49.
29 *Argumentum licitè sumitur; quod possibile est esse, piè præsumendum est esse. ex* Baldo.

30 *Filius septimo mense natus, iustus, atque legitimus præsumitur.*
31 *Ecclesia Sancta Mater suorum filiorum vicem dolet, quos per Baptismum generauit, eosq; diligit.*
Neque eorum obliuiscitur.
Prouidit proinde in eorum necessitatibus. num.36.
Alioquin in culpa esse videretur. nu.37.
Quod dici nullo debet modo. num.44.
32 *Mater non præsumitur, quæ filium non diligit.*
Et de filiorum salute solicita Mater est n.34.
33 *Locus 3. Regum 3. 26. de duabus mulieribus meretricibus expenditur.*
35 *Denunciationes, quando fieri ante matrimoniū non debeant, & quando vel totæ, vel aliqua earum relaxari, Ordinariorum arbitrio dimisit Sacrum Concilium Tridentinum.*
Et licitè in eis dispensat Episcopus. num.62.
De essentia matrimonij non sunt. nu.50.
Sunt tamen de solemnitate. num.52.
Et quomodo fieri debeant? num.51.
38 *Iniuriam qui à socio non repellit quam potest, in culpa esse videtur. ex Ambrosio.*
39 *Ius naturale, & ius gentium inter se differunt.*
Et quomodo?
Ius naturale quid? num.81.
40 *Liberorum procreatio, & educatio iuris est naturalis.*
41 *Religio erga Deum, & vt parentibus, & patriæ pareamus iuris gentium est.*
42 *Votum patris reale, quod sibi pater demandauit, & ipse recepit, tenetur filius exequi.*
Alioquin successione indignus euadit.
43 *Prohibere qui potest malum, & non prohibet, ipse vtique facere videtur.*
44 *Ecclesia sancta Christi Sponsa à Spiritu sancto regitur, & dirigitur.*
Et ideò errare nequaquam poterit. nu.45.
Mater est omnium Ecclesiarum. nu.47.
46 *Deus veritas est.*
48 *Locus Lucæ 22. 31. Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. de Ecclesia expenditur.*
53 *Necessitas absoluta, & simplex, in articulo mortis dicitur.*
54 *Sacrilegium est, indignum scientèr Eucharistiæ Sacramento reficere, nec leue, sed maximum. num.58.*
Quia hoc Sacramentum continet ipsū Christum. num.61.
55 *Prouerbium. Super me hæc faba cudetur.*
56 *Episcopus animarum curam obtinet, & pro illis rationem reddere compelletur.*
Quā io veniat tempus, & dicetur ei: Redde rationem villicationis tuæ. *nu.107.*
De cuius manibus omnium sanguinem exquiret iustissimus Iudex Deus. num.57.
Tunc obmutescet.
59 *Eucharistiæ Sacramentum indignè sumentes, malè se habent.*

Quia

Quia malus malè accipit, quod bonum est. ex Augustino. num. 60.

63 *Denunciationibus ante matrimonium præmittendis, si nolit Episcopus sine causa dispensare, iustè sine illis Parochus matrimonio assistit.*

Quia dispensatio tunc non est necessaria. num. 64.

Et Ecclesia dispensat.

65 *Ecclesia maior est, quàm omnes Episcopi.*

Quæ est Mater, & Magistra Ecclesiarum omnium sibi subiectarum. num. 66.

67 *Necessitas omnem legis casum auteuertit, nec sub lege cadit, neque ei subijcitur.*

Quoniam necessitas legem non habet. nu. 69.

Et necessitas licitum facit, quod aliàs licitum non erat. num. 70. ex Beda.

Necessitas nulla maior, quàm dira mortis, & ineuitabilis. num. 71.

Licitum ergo facit, quod non fuisset aliàs licitum. num. 73.

68 *Homo Deum tentare videtur, si habet quod faciat, nec sua, nec aliorum saluti consulit.*

72 *Mortem euitare nemo potest.*

Et statutum est hominibus semel mori.

Vnde nascentes morimur, finisq; ab origine pendet.

Et omnia sub leges mors vocat atra suas.

74 *Lex synodalis locum non habet, si necessitas vrgeat.*

Mortis præsertim.

Quia lex omnis cessat necessitate vrgente. num. 75.

Alioquin iusta non erit.

76 *Mortuus in peccato, ad inferos descendit.*

Quia non potest saluari. num. 104.

77 *Lex vt iusta sit, quas conditiones habere debeat?*

Quia lex ordinatur ad bonum publicū. n. 78.

Non debet proindè in publicum redundare damnum. num. 79.

80 *Iniustum esse non potest, quod naturali dictamini conforme reperitur.*

81 *Deus naturæ author est.*

A quo bona cuncta procedunt.

Et à quo, quæ facta sunt, valdè sunt bona.

83 *Natura bonum quid est.*

Quia à Deo procedit.

A quo omne bonum est.

Natura iniuriam propellere docet, & violēta per vim abijcere. num. 84.

85 *Lege quod fit permittente; iustè vtique fit, ac benè.*

Nullam proindè in pœnam dat, qui facit. num. 86.

Quia in nullam dat pœnam, qui facit, quod publicè facere licere arbitratus est. nu. 87.

88 *Pœnam non meretur, qui non peccauit.*

Pœna ex peccati quantitate metam sumunt. num. 90.

Peccatorum quippè proportioni pœna data sunt. num. 91.

Cessat proindè pœna, vbi culpa non est. num. 92. & 94.

Quia pœna debetur peccato. num. 93.

89 *Peccat, qui contra legis authoritatem facit.*

Nemo enim legis authoritate peccat.

Sed contra legis authoritatem.

95 *Matrimonium domi contrahi iure potest.*

Neque prohibere simpliciter potest Episcopus, ne domi matrimonium contrahatur; num. 98.

Præsertim verò sub graui pecuniaria pœna. num. 99.

96 *Maius quod est si licuit, debet vtique licere, quod minus.*

Quia vbi conceditur maius, minus concessum esse videtur. num 97.

100 *Matrimonium non vtique sacramentum necessitatis est.*

Simpliciter quidem, nō verò secundùm quid, & ex accidenti, & hic, & nunc, nu. 103.

Matrimonium ad generis humani institutionem primariò institutum fuit. nu. 102.

Vnde non obligat in actu secundo, sed in actu primo. si nulli sint, qui illud contrahant.

101 *Sacramenta necessitatis sunt baptisma. & pœnitentia post peccatum, quæ sacramēta dicuntur mortuorum.*

Et quare?

104 *Peccatum aduersatur Deo.*

Et sine Deo moritur quis in peccato.

105 *Peccatores digni efficiuntur, vt Deus eos castiget.*

Suisq; peccatis instituunt Deum, quomodo debeat eos condemnare.

106 *Sacerdos bene viuendo, & bene docendo, populum instruit, qualitèr debeat viuere: benè autem docendo, & male viuendo instruit Deum, quomodo eum condemnet.*

108 *In Inferno erit fletus, & stridor dentium.*

Ac pœnæ incomprehensibiles.

ARGVMENTVM.

Possit ne Parochus non præcedētibus denunciationibus matrimonio assistere, mortis vrgente necessitate vnius ex contrahentibus, quòd illi in concubinatu reperiantur? vel clandestino matrimonio assistere videatur? Nùm verò tunc temporis, in illo extremæ necessitatis casu, in quo ad Episcopū recursus nō pateat, quòd mors

in

in ianuis frigat, Ecclesia ipsa Mater, filiorum suorum vicem dolens, dispẽsare videatur? ad ornatum *text.* Sacri Tridentini Concilij *sess. 24. cap. 1. de reformat. matrim.* & intellectũ *tex.* Concilij Lateranen *in cap. fin. de clandestina desponsat.* & nùm necessitas legi subijciatur? Valeat ne Episcopus, pecuniaria statuta pœna, Synodali Constitutione, domi ne matrimonium contrahatur, prohibere? Et matrimonij Sacramentum, necessitatis nuncupari Sacramentum possit, quòd in mortis articulo vt contrahatur, præmat? Mori in peccato damnationem est subire æternam.

RESPONSIO XIII.

1 INiquum sanè, & horrendum æstimatur,
id etiam, quod iustè tibi debetur, ini-
quo modo exigere. Non enim, quia
2 quod sibi iustè debebatur, exegit; sed malo,
atque iniquo exegit modo, seruus ille ne-
quam damnatus fuit. *Matthæi 18. 28.* eandẽ
3 quippè præsuram paulò antè expertus ipse
fuerat; cùm enim ipse, qui debebat decem
millia talenta, oblatus Domino fuisset, ra-
tionem cum seruis suis ponenti: nec habe-
ret ipse vnde redderet; & iussisset Domi-
nus eius eum venundari, & vxorem eius, &
filios, & omnia, quæ habebat, & reddi. *Pro-
cidens seruus ille, orabat eum dicens: Patien-
tiam habe in me, & omnia reddam tibi. Miser-
tus autem Dominus serui illius, dimisit eum,
& debitum dimisit ei. Egressus autem seruus
ille inuenit vnum de conseruis suis, qui debe-
bat ei centum denarios: & tenens suffocabat
eum, dicens: Redde quod debes. Et procidens
conseruus eius rogabat eum, dicens: Patientiam
habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem
noluit; sed abijt, & misit in carcerem, donec
redderet debitum. Videntes autẽ conserui eius,
quæ fiebant, cõtristati sunt valdè; & venerũt, &
narrauerunt Domino suo omnia, quæ facta fue-
rant. Tunc vocauit illũ Dominus suus: & ait
illi: Serue nequam omne debitum dimisi tibi,
quoniã rogasti me: nõ ne ergo oportuit, et te mi-
serere conserui tui, sicut & ego tui misertus sũ?
Et iratus Dominus eius, tradidit eũ tortoribus,
quoad vsque redderet vniuersum debitũ.* Verè
quidem creditor erat hic seruus, neque ini-
què, quod sibi debebatur, exigebat, sed ma-
lo modo, & impiè, cũ non misereretur con-
serui sui, sicut & eius misertus Dominus
fuerat, vndè in carcerem missus fuit, donec
redderet vniuersum debitũ: sed liber, red-
dere non potuit, nùm carceribus trusus po-
terit? Quid ergò si, quod sibi non debeba-
tur, extorsisset? an non in carcerem missus
fuisset? vtique. Et quid sanè respõdisset: si
quod sibi iure debebatur, iniquè, impièq;
exigens, interpellatus, obmutuit, & non re-
spondit ei verbum? Non vtique debet Ca-
rolus centum denarios, quos pœnæ nomi-
ne ab eo poscit Fiscus, cùm nihil mortem,
pœnæq; dignum fecerit, sed extorquet ab
eo, vt suffocans dicat: *redde quod debes.* (sic
ipse putat) quin abijt, & misit eum in car-
cerem, donec redderet, quod putat debitũ.
Clamat itaque ipse auxilium petens, si for-
tè sit spes.

Duo sunt ergo, super quibus Fisco defe-
rente, augere crumenam. (Locupletius vt
4 patrimonium faciat. ad Vlpiani sensum
lib. 68. ad edictum in *l. 1. §. hoc interdictum.
ff. ne quid in loco publico, vel itinere fiat.* ad-
uertitq; *Tullius ad Alciati emblema* 147. ver-
bo *Fiscum.*) quæ aduersus Carolum Paro-
chum deseruntur: Et quòd matrimonio
interfuerit inter Pompeum, & Cathari-
nam, nullis præcedentibus publicationi-
bus. Clandestino proindè astiterit matri-
monio. Et quòd domi nulla præcedente
Episcopi facultate, scriptis facta, matri-
monio interuenerit noctis tempore. Dede-
rit propterea ex vtroq; capite in pœnas sy-
nodales, vt centum soluat.

Vtroque ex capite in nullam dedisse pœ-
nam Carolum, quin iure, rectèq; omnia per
illum gesta fuisse, interpellati respõdimus.

Ad Primum quidem, quia non clandesti-
num, sed legitimum matrimonium fuit in-
ter Pompeum, & Catharinam contractum,
quod ex ipsis Fisci testibus manifestum fit.
Cùm enim ad mortem Catharina decum-
beret, & ex Medicorum iudicio deploratũ
de eius vita esset, illaq; in concubinatu cũ
Pompeo à triennio esset; hoc autem occul-
tè, vt nesciret Parochus, qui noctis ipso tẽ-
pore, vt Sacramenta eidẽ in extremis agen-
ti administraret, euocatus fuerat, & iam sã-
ctissimum Eucharistiæ Sacramentum mul-
tis astantibus detulerat. Re cognita Paro-
chus, Viaticum eidem ministrare renuebat,
5 quòd domi quoq; concubinus adesset, erat
proindè extra statum salutis, quin in perdi-
tionis

tionis notorio statu, atque indigna, vt mi-
fericordiã consequeretur, erat quippè per
peccatum, illudq; habituatũ, auersa à Deo,
atque propterea æternæ pœnæ reatui addi-
cta, extra charitatem constituta, ex *S. Tho-
ma prima secunda. quæst. 87. art. 3. in corpore
in fin.* actumq; de ea fuisset, si illo in statu
6 obijsset. in supplicium enim iuisset æternũ.
& ibunt hi in suppliciũ æternum. (de impijs
Dominus dixit Matthæi 25. 46.) *Iusti autẽ
7 in vitam æternam*. Neque porrò abuti pec-
cator debet Dei misericordia, quòd sit il-
le *Benignus, & misericors, patiens, & multæ
misericordiæ, & præstabilis super malitia.* iuxtà
8 Ioelem Prophetã 2. 13. Deus enim nemini
dedit laxamentũ peccandi, quãuis miseran-
do deleat iam facta peccata; si non satisfa-
ctio cõgrua negligatur. Augustinus loqui-
tur in enchiridion cap. 70. relatus *can. sanè
cauendum* 18. *in fin. de pœnitent. dist.* 3. Quia
9 nimirum Deus nulli est causa peccandi. ex
S. Thom. prima secundę, quæst. 79. art. 1. Quin
adeò peccatum oderit Deus, & peccatorẽ,
vt neque in suum recognoscat ampliùs il-
10 lum, sed à se proijciat, iureq; in eum ira-
scatur; dicatq; Moysi postquam peccauit
populus. Exodi 32. 7. *Vade descende: pecca-
uit populus tuus, quem eduxisti de terra Aegy-
pti. Recesserunt citò à via, quam ostendisti eis:
Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos,
& deleam eos.* perpenditq; S. Gregorius *can.
disciplina 9. §. certè cùm Israeliticus populus.
11 dist.* 45. Nam peccata homines iræ filios, &
Dei inimicos reddũt. Sacrosancta Trident.
Synodus docet. *sess. 14. cap. 5. §. verum cum
vniuersa. de sacramento pœnitentia.* Hoc verò
12 ob peccati turpitudinem, qua homo de-
formis, & inuisus Deo fit. iuxtà illud Regij
psaltes psalm. 5. 7. *Odisti omnes, qui operantur
iniquitatẽ, perdes omnes, qui loquuntur menda-
13 ciũ.* Quin Virginibus illis fatuis, quę sumẽ-
tes lampades, non sumpserunt oleum secũ,
(*Matth. 25. 12.*) dùm instarent dicentes: *Do-
14 mine, Domine aperi nobis.* Respondens ait:
Amen dico vobis. nescio vos. nempè scientia
approbationis. refert *Henriquez lib. 4 sum-
15 ma cap. 25 §. 2. littera H.* Peccatori autem
veniam promisit Deus, sed pœnitenti. Sic
16 enim ipse Ezecchielis 33. 11. *Nolo mortem
impij* (inquit) *sed vt conuertatur impius à via
sua, & viuat. Conuertimini cõuertimini à vijs
vestris pessimis: & quare moriemini, domus
Israel?* & paulò post num. 14, *Si autem dixe-
ro impio: morte morieris: & egerit pœnitentiã
à peccato suo, feceritq; iudiciũ, & iustitiam, &c.
vita viuet, & non morietur. Omnia peccata
eius, quæ peccauit, non imputabuntur ei.* & ipse
Dominus, & seruator noster Iesus *Matth. 9.*
12. cùm in domo Matthæi, quẽ à thelonio
vocauerat, cum peccatoribus, & publicanis
comederet: indignantibus Phariseis, & di-
scipulis dicentibus: *Quare cum publicanis,
et peccatoribus mãducat Magister vester? Iesus
17 audiens, ait: Non est opus valẽtibus Medicus,
sed malè habentibus. Euntes autẽ discite quid
est: Misericordiam volo, & non sacrificium.
Non enim veni vocare iustos, sed peccatores.* ad
pœnitentiam vtique. Sic enim ipse prædi-
18 care cępit: Matth. 4. 17. *Pœnitentiam agite;
appropinquauit enim Regnum Cælorum.* Pœ-
nitentibus itaque veniam promisit, nõ pec-
catoribus in statu existentibus peccati. hæc
autem in statu erat peccati, atque proindè
extra statum Salutis. ad pœnitentiam itaq;
19 reuocanda erat, atque in statu reponenda
salutis. Licuit ergo dicto Carolo tunc tẽ-
poris in illo statu, circumstantijs vestito, vt
ipsimet Fisci testes deposuere, ne in animæ
damnatione dimisisset illam, etiam non
præcedentibus publicationibus matrimo-
nio assistere, quod illi contrahere tunc cu-
piebant, quin vt contraheretur, instabant,
atque de facto contraxerunt per verba vis,
20 & volo. hoc autem ratione duplici; & ob
animæ salutem, conscientiæq; tranquillita-
tem; & ob vitandam infamiã mulieris illius
prolemq; indè fortassè susceptam legiti-
mandam. neq; solemnitati huic denuncia-
tionum præmittendarum, necessitatis illud
tempus locum præbebat. ex Gregorij X.
mente in Concilio Lugdunensi in *cap. Con-
stitutionẽ 9. § fin. in fin. de senten. excommun.
in 6.* illis sanè verbis de denunciationibus
loquentis, quæ sententiam præcedere de-
bent excommunicationis: *Nisi facti neces-
sitas alitèr ea suaserit moderanda. & Gloss.* ibi-
dem verbo *necessitas.* rationem referens: *In-
21 terdum enim* (inquiens) *nec locus, nec tem-
pus patitur plenius deliberare consilium.* quem
text. ad rem ipsam nostram perpendit *Sar-
miento* Episcopus Astoriacen. *selectarum iu-
ris interpetrationum lib. 1. cap. 6. nu. 7. & lib. 4.
ff. de liber. & posthum. ex l. sed est quæsitum.
nu. 3. Henriquez in summa lib. 3. cap. 11. nu. 8.
Cænedus quæstion. canonicar. quæst. 30. num. 18.
19. & seq. Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 1. 10.
num. 26. & seq. Sà* verbo *matrimonium. nu. 5.
Layman Theologia moralis lib. 5. tract. 10 p. 2.
cap 4. num. 11. Gaspar Hurtado de matrim. di-
sputat. 5. difficult. 20. nu. 68. Diana resolut. mo-
ral. part. 3. tract. 4. resol. 234. in fin. vers notan-
dum tamen. & pars. 5. tract. 3. de casibus occur-
rentibus tempore mortis. resolut. 98. & in sum-
ma* verbo *matrimonium quoad denũciationes.
nu. 28. Raffael Auersa* Clericorum minorum
Regulariũ *de matrimonij sacramento quæst. 7.
de denunciationibus sect. 2. §. pluresq; sunt. &
22 seq.* Quia nimirum pia Mater Ecclesia, sicut
noluit in illo statu, (in articulo videlicet
mortis) post quem nullum aliud superest
peccatori tempus se cum Deo reconcilian-
di, atque cum eo se in gratiam reponendi;
vel casuum, vel censurarum vllam reserua-
tionem esse; sed permisit, posse Sacerdotes

omnes quoslibet pœnitentes à quibusuis
peccatis,& cēsuris absoluere. & sacrosāƈta
Tridētina Synodus disposuit *sess.14. cap.7.
in fin. de sacramento pœnitentiæ*. Eapropter
23 facultatem hanc sic plenam, & expansam,
vt nulla pro tempore illo sit reseruatio,san-
ƈta ipsa Mater Ecclesia per se tribuit; tan-
24 tùm ne ex suis filijs aliquis pereat; cùm
post iaƈtam aleam nullum reuocandi illam
tempus supersit. nam, vt Maro dixit:

*. . . . . facilis descensus Auerni:
Sed reuocare gradū,superasq; euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor est.*

25 Ita planè nec permittit,vt pereat aliquis,
qui in illo statu in concubinatu reperitur,
ne matrimonium contrahere valeat, quòd
non præierint denunciationes, cùm adiri
minimè tūc possit Episcopus,& mors in ia-
nuis est,vt ouem lupus tollat,& deuoret. Et
persuasū planè nos hoc habere poterimus,
nullum illam prouidisse remedium,ne tem-
pore sic duro, denunciationū hæc stringat
lex? Cùm potissimū supersit semper tēpus
denunciationes habendi, exequendiq;, vt
sciri valeat, an aliquod intercedat impedi-
mentū,ne matrimoniū inter coniuges illos
consistere possit. Vel equidem,qui iam ani-
mam daturus videbatur,atque supremum
efflaturus spiritum,verè suum obibit diem,
& morietur,& nullus impedimēti,fortè de-
tegendi, supererit scrupulus: Cùm morte
26 soluātur, dissoluanturq; omnia. *§.deinceps.
in authent.de nuptijs.collat.4.§.simili modo.In-
stitut. quibus modis tutela finitur.* ibidemque
27 *Gloß.*verbo *morte.*& per mortem solutus sit
superstes coniux à lege defunƈti viri, vel
mulieris. ex Paulo *ad Romanos 7.2.& prima
ad Corinthios 7.39.* & ex Augustino de bono
coniugali cap.5.relato *can.solet quæri 6. 32.
quæst.2.* Vel verò superstes erit, nec morte
morietur, (vt putabatur) & facilè denun-
ciationes fieri poterunt ex causa,illaq; gra-
ui, tunc omissæ,vt ipsa sacrosanƈta disponit
Synodus Tridentina *sess.24. cap.1.§.quod si
aliquando.de reformat.matrim.*

28 Remedium autem prouidit, vt ipsa tem-
pore illo sic duro,quādo angustiæ sunt vn-
dique, & nimis coarƈtatur homo, hanc de-
nunciationum præmittendarum legem su-
spenderit, ipsaq; facultatem Parocho præ-
stiterit matrimonio interessendi. Quod piè
præsumendum est. ex *Bald* doƈtrina in *l. se-
ptimo mense 12.super verbo credendum est. ff.
29 de statu hominum.* dicente: *Quod possibile
est esse, pium est præsumi esse.* argumento pe-
tito ex Paulo lib.19. responsorum in *d.l.se-
30 ptimo mense.*dùm ex authoritate doƈtissimi
viri Hippocratis, infert. *Et ideò credendum
est, eum, qui ex iustis nuptijs septimo mense na-
tus est, iustum filium esse.* sequiturq; hoc ar-
gumenti genus *Melchior Phœbus decis. Lusi-
tania 51.num.12.part.1.* Multò magis itaque
id ipsum de sanƈta nostra, ac pia Matre Ec-
clesia præsumendū est, ipsam tali casu pro-
31 uidisse, quæ suorum filiorum, ne pereant,
vicē dolet, eosque diligit, quos in dolore
peperit. in Baptismo enim spiritualitèr nos
generauit. *can.qui abstulerit 6. 12.quæst.2.* &
quorum ipsa non obliuiscitur, neque enim
32 præsumitur esse mater, quæ non diligit fi-
lium. ex Zeferini Papæ sensu *can. ad Roma-
norum 8. 2.quæst.6.*& *Gloss.* ibidē verbo *ma-
trem.* ex *text. in cap.afferte 2. de præsumption.*
33 desumpto ex *3.Regum 3. 26.* dùm præcepe-
rat Rex Salomon: *Diuidite infantem viuum
in duas partes,& date dimidiam partem vni,&
dimidiam partem alteri. Dixit autem mulier,
cuius filius erat viuus, ad Regem: (Commota
sunt quippè viscera eius super filio suo) obsecro
Domine, date illi infantem viuum,& nolite in-
terficere eum. E contrario illa dicebat,nec mihi,
nec tibi sit,sed diuidatur. Respondit Rex,& ait:
Date illi infantem viuum, & non occidatur:
hæc est enim mater eius.* hæc,quæ diligit,ma-
ter est, & viuentes vult filios, non mortuos.
Matrem itaque considerate,matrem cogitate. vt
cum Ambrosio dixerim *lib.5.de fide ad Gra-
tianum cap.2.post initium,* de matre filiorum
34 Zebedęi loquente. Si mater est. ergo pro
filiorum salute solicita. Cumulatiusq; vim
35 accipit hoc argumentum,quod ipsa sanƈta
Synodus Tridentina *d.cap.1.de reform. ma-
trim. sess.24.* Ordinariorum arbitrio dimi-
sit, quando iusta subsit causa dispensandi,
secundùm occurrentes casus; vel ne fiant
omnino publicationes; vel vt postponātur,
vel etiam,vt aliqua saltim earum,pręmitta-
tur, remittanturq; reliquæ. quas quidem
causas post alios enumerat *Hurtado d. diffi-
cult.20.nu.65.cum seq.* Non ergo improui-
36 sum dimisit in hoc imminentis mortis ar-
ticulo,ne denunciationes præmittantur, cū
nulla vitæ, consequenterq; salutis ætęrnæ,
supersit ampliùs spes, post iaƈtam vitæ aleā.
37 Cæteroquin,cùm filiorum occurrere saluti
posset,& non fecit, in culpa esse videbitur.
ex ratione,quam Ambrosius lib.1. officio-
rum cap.36. à Gratiano relatus *can. non in-
ferenda 7. 23.quæst.3.* refert,qui sic loquitur:
38 *Qui non repellit à socio iniuriam, si potest, tàm
ipse est in vitio,quàm ille,qui fecit.*sic Ambro-
sius. Multò magis vtiq; à filio. Cui accedit
argumentum ex Innocentio Tertio petitū
in *cap.licet 6. de voto, & voti redemptione.* &
ex Pomponio lib. singulari enchiridij in
l.veluti 2. ff.de iustit.& iure. ab hoc quidem,
39 dùm differentiam statuens inter ius natu-
rale, & ius gentium, eam refert, quòd illud
omnibus animantibus comune sit; hoc ve-
rò solis hominibus. *Veluti erga Deum reli-
gio, & vt parentibus, & patrię pareamus.* Iu-
40 ris autem naturalis est,non solùm liberorū
procreatio,verùm etiam educatio. ne quos
mundo mater edidit filios, nutrimenti de-
feƈtu

fectu pereant. prouidebit itaq; vndè infan-
tes illi educentur. Et iuris gentium est, er-
41 ga Deum Religio. non relinquet igitur il-
los, vt necessitatis illo tempore sine auxilio
sint, & Deum in æternum perdant. Ab illo
verò (quatènus Andreę Hungarię Duci re-
scribēs in mandatis ei dat) vt patris votū,
quod in extremis ille agens emiserat, Hie-
rosolymitanam Prouinciam in forti manu,
humili corde visitandi, sub interminatio-
ne maledictionis paternę eius fidei commi-
42 serat exequendum, exequi nō differret: *Ne
si onus tibi à patre iniunctum* (inquiens) *& à
te sponte susceptum, occasione qualibet detesta-
veris, paterna te reddas successione indignum,
& hereditatis emolumento priueris, cuius recu-
saueris onera supportare*. Si potuit itaq; Ma-
ter Ecclesia huic occurrere malo in mortis
articulo, & non occurrit, certè peccauit.
43 Quia, qui prohibere potest, & malum non
prohibet, fauet vtiq; ex Innocentio Tertio
in cap. quantę 47. de sentent. excommun. ibi-
demq; *Gloss.* verbo *interpretans. Nauar. man.
cap. 24. num. 15. & de oratione, & horis cano-
nicis cap. 19. nu. 91. vers. octauò quòd prædicta.
& in comment. ad dictum can. non inferenda 7.
23. quæst. 3.*

44 Absit antem hoc, de sancta Matre Eccle-
sia, Christi Sposa, vt istud de ea præsuma-
mus, quæ à Spiritu sancto regitur, & dirigi-
tur. vti promisit illi Sponsus eius Christus
Dominus, Verbum Patris, Filius Dei vnige-
nitus. Matth. 28. 20. *Et ecce ego vobiscū sum
omnibus diebus vsque ad consumatianem sęculi.*
Qui ergo cum Ecclesia semper, & omnibus
45 diebus, & omni tempore promisit esse; non
vtique illam deseret, neque errare permit-
46 tet, quia Deus veritas est. *Ego sum via* (in-
quit) *veritas, & vita*, Ioan. 14. 6. & Grego-
rius apud Gratianum *can. fraternitatis 1. 35.
quæst.* 10. Veritas igitur Deus cùm illa est.
non ergo errabit. ex *Gloss. in can. quodcun-
que 6.* verbo *reconciliat. 24. quæst. 1. & eadem
causa & quæst. canon. à recta ergo fide 9.* in
quo Lucius Papa de Ecclesia loquēs sic fa-
47 tur: *Hæc est sancta, & Apostolica Mater om-
nium Ecclesiarū Christi Ecclesia; quæ per Dei
omnipotētis gratiā à tramite Apostolicæ tradi-
tionis nunquā errasse probatur*. comprobatq;
Gloss. ibidem verbo *nouitatibus*, rationem
reddēs in fine: *Nam ipse Dominus* (inquiēs)
orat pro Ecclesia. iuxtà illud eiusdem Domi-
48 ni (*Luca 22. 31.*) ad Petrum, & in persona
eiusdem ad Ecclesiam *d. can. quādocunque 6.*
24. *q.* 1. qui est Augustini super Ioannem
tract. 50. ad cap. 12. *Ego antem* (dicentis) *ro-
gaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua.*
Quoniam Petro fuit Ecclesia committēda.
vndè quod dicitur (*vt non deficiat fides tua*)
exponitur, vt non deficiat fides Ecclesię
tibi committendæ. *Dionysius Carthusianus*
ibidem *art.* 48. commentum agit. Si non
errat, neq; errare potest, quia à Spiritu Dei
dirigitur. Prouidit ergò in illo statu extre-
mi periculi, nè animæ pereant, nè vtiquè
denūciationes fiant, atque liberè Parochus
ineundo tùnc temporis, necessitatis extre-
49 mæ, matrimonio, interesse possit, etiam ex
decreto Sacri Concilij. Quia profectò *tunc
est euidēs Epicheia intentionis Concilij pro ne-
cessitate illius articuli.* vt perpēdit, optimèq;
Diana d. part. 5. tract. 3. resolut. 58. Et quidem
50 denunciationes illæ de matrimonij essen-
tia nō sunt. alioquin nec posset Episcopus
in illis dispensare. Dispensat autem ex de-
creto præfato Sacri Concilij. de essentia
proindè non sunt. *Nauar. cons. 17. nu. 4. lib. 4.
de sponsalib. & in manuali cap. 22. num. 70.* se-
quiturq; pluribus more suo relatis *Sanchez
de matrim. lib. 3. disput. 5. nu. 3. §. tandem quia.
Barbosa in collectan. ad dictum decretum Con-
cilij cap. 1. de reformat. matrim. sess. 24. num. 21.
Hurtado d. disput. 5. de matrim. difficul. 18. n. 58.*
pluresq; recensēt *Ioan. Escobar à Corro tract.
de vtroque foro. art. 2. de effectu solemnitatis.
nu. 29 30. & 31. fol. mihi 69. Sarmiento d. lib. 1.
selectarum. d. cap. 6. num. 7. Gratian. forens. di-
sceptat. part. 1. cap. 83. num. 7*, qui ita sacram
declarasse Congregationē refert. & *d. Corro
51 num. 31.* Nihil enim Sacrum Concilium
quòad denunciationes ipsas, præter dispo-
sita in Concilio Lateranen per Innocentiū
Tertium in *cap. cùm inhibitio 3. alids fin. de
clādestina desponsatione.* innouauit aliud, nisi
vt illæ, intermissæ iam, omninò præirēt ma-
trimonium, atque tribus diebus festiuis in
Ecclesia fierent per proprium contrahere
debentium Parochum, vel de eius manda-
to. quod perpendit quoque *Hurtado d. diffi-
cult. 18. num. 60. & seq.* Ex dispositione verò
præfati Sacri Lateranensis Concilij denun-
ciationes de essentia nō erant matrimonij,
52 sed de solēnitate, vt impedimenta detege-
rentur, quibus inter contrahētes matrimo-
nium constare non posset. ergo nec etiam
post Tridentinum Concilium de essentia
erunt. vt præfati docent Doctores. *Nauar.
Sanchez, Hurtado, Escobar*, alijq; paulò ante
per nos relati.

53 Erat itaque absolutè, simpliciterq; neces-
sitatis articulus ille, quando matrimonio
Carolus astitit, nec alitèr syrtim effugere
poterat, qui noctis tempore, ad viaticum in
extremis agenti mulieri dandum, euocatus
fuerat: vel dimittendi illam in statu perdi-
tionis æternæ, & sine remedio, ne centum
pœnæ nomine soluēdi se periculo expone-
ret; vel cibandi illam sacro Viatico, quæ à
triennio, & vltra in statu erat peccati habi-
tualis, in concubinatu persistendo; (& tunc
54 domi concubinus aderat;) vndè in sacrile-
gium dedisset, scientèr indignam sacro ci-
bo reficiendo, & sanctum canibus dedisset.
Et quidem, ni matrimonio astitisset, quod

tunc iniri necessitas vrgebat,& illa obijsset,
in tarthara dilapsa fuisset, & vorax lupus
Diabolus,ignauia Parochi, sorbuisset ouẽ,
55 deglutissetq;. Et tamen super Episcopum
hæc faba cudenda erat, (vt prouerbio ha-
56 betur.) qui animarũ curam obtinet, & pro
illis rationem reddere compelletur. *can.*
nullus omninò 11. 16.*quæst*.7. *can.quacunq;* 5.
10.*quæst*.1. & ex Gregorio illo Magno. *can.*
57 *cognominus* 19.*in fin*.18.*quæst*.2. Et de cuius
manibus ouium sanguinem iustissimus ex-
quiret Iudex. *Ezecchiel*. 3. 18. *& cap.ne reli-*
giosi.24. *in princ.de regular. cap.irrefragabilis*
23.*in princ.de offic.ordin*.ibidemq; *Gloss*.1. &
extrauagãti inter cunctas 1.*in princ*.ibidemq;
Gloss. verbo *prophetas. de priuileg. inter com-*
munes. diximus *d.respons*.58.*num*.51. *part*.3.
Si verò indignam illam,& spurcissimo im-
munditiæ peccato plenam, sacro pane ci-
58 basset, sacrilegiũ, nec sanè leue, perpetras-
set. ex *S.Thoma* 2.2. *quæst*.99 *art*.3. *in corpo-*
re. *Caietan. in summa* verbo *sacrilegij crimen*.
& illa iudiciũ sibi manducasset, atq; bibis-
set. ex Pauli testimonio 1.*ad Corinth*.11.29.
59 Qui rationem reddens, quare multi malè
se habeant illum cibum, & illum panem
manducando: quia indignè manducant.
Qui enim manducat, & bibit indignè (in-
quiens) *iudicium sibi manducat,& bibit, non*
diiudicans corpus Domini,& Thomas idem
Aquinas in sequentia de tanto Sacramẽto,
Mors est malis, vita bonis. Rationemq; reddit
Augustinus ab Gratiano relatus *can. qui*
scelerate 24. *& can. Sancta* 66. *de consecrat.*
60 *dist*.2. dicens, ac docens: *Quia malus malè*
accipit, quod bonum est. pluraq; in idem ha-
bentur *can timorem* 25. *& can.quid est* 46. *de*
consecrat. distinct. 2. & ex eodem Augustino
can. per Esaiam 98. §. *sacrificia*, 1.*quæst*,1. *&*
can. fortè in populo 11.*in fin*.23, *quæst*.4. Vndè
61 sacrilegium,quod contra hoc Sacramentũ
committitur,grauissimum est inter omnia;
quia hoc Sacramentum continet ipsum
Christum. *S.Thom.d.art*.3.*in corpore circ fin.*

Astitit ergo matrimonio Carolus nullis
factis publicationibus, sed necessitate præ-
cisa, atque absoluta cogente, ob quam, ab
ipsa sancta Matre Ecclesia dispensationem
obtinebat. licitè igitur astitit. Et quidem
62 respondeant mihi, qui Carolũ calumnian-
tur: Si Episcopus denunciationibus ne
præirent, neuè omnino fierent, dispensasset,
licitè vtique matrimonio Carolus adstitis-
set; quia Episcopi authoritate fecisset, nul-
lamq; in pœnam dedisset. quando Episco-
pi arbitrio per Sacrum sit Tridentinum di-
missum, iusta ex causa dispensandi in ipsis
63 denunciationibus præmittendis. Quin, fac
Episcopus, iusta quoque exigente causa,
obfirmato pectore, nullo vellet modo di-
spensare, posset nihilominus Parochus, nec
præcedentibus denunciationibus assistere
matrimonio: quia tunc Ecclesia dispensa-
re videtur. pluribus relatis refert *Sanchez*
lib,3 *d.disput*.10,*num* 27. *in* 1,*conclus*. & quia
64 dispẽsatio non est necessaria, vbi præcepti
obligatio cessat. *Hurtado* inquit *d disput*.5.
difficult.20. *num* 72. *Auersa d.quæst*.7. *sect*.2.
§.*si tamen non poteret*. Et cur (quæso te) in
pœnam dedisse Carolum soluendi centum
asseres, qui necessitate vrgente, illaq; ex-
trema, Ecclesia tempore illo sic arto dispẽ-
sante, quin legẽ tollẽte, matrimonio astitit?
65 An non maior Ecclesia est, quàm vnus, quã
mille, quàm omnes Episcopi, qui ex Eccle-
siæ facultate hanc ipsam dispensandi pote-
statem ex Sacro Tridentino nacti fuere?
veluti de se ipso Christus Dominus dixit
Marth.12,42. *Et ecce plusquam Salomon hic*,
Eodemq; modo Sponsa eius Ecclesia, quæ
66 Mater est, & Magistra Ecclesiarũ omnium
subiectarum. *can.non licet* 1.*dist*.12.*cap.final.*
§.*fin. de foro compet. cap* 2.*in fin. de sum. Tri-*
nit. & fide cathol. Extrauag. sancta Romana 3.
de elect. & extrauag.1. *de maiorit. & obedient.*
inter communes. *l.fin. C. de summa Trinit. &*
fide Cathol. Sacrũ Tridentinum *sess*.7. *cap*.3.
de baptismo. sess 14 *cap*.3.*circ.fin de Sacramẽ-*
to Extremæ vnctionis. nos *respons*.41.*num*.25.
part. 3.
67 Necessitas autem omnem legis casum
anteuertit, nec sub lege cadit, eique nec
subijcitur. ex Nicolao Papa in *can si nulla*
vrget necessitas 15. 23.*quæst*.8. rationẽ *in fin.*
referẽte. *Ne videlicet* (inquiendo) *Deum vi-*
68 *deatur homo tentare, si habet, q̃ faciat, & suæ,*
& aliorũ saluti consulere nõ procurat, & sanctæ
Religionis detrimenta non præcauet., & Fœlix
Papa in *can. sicut non alij* 11. §.*sotius ergo. de*
consecrat.dist.1. rationẽ & ipse reddit: *Quo-*
69 *niam* (inquiens) *necessitas legem non habet*.
Innocentius quoque Tertius in *cap*.2.*de ob-*
seruatione ieiuniorum. & ipse dicens,& ratio-
nem reddens: *Quod non subiaceat legi neces-*
sitas. & ex pœnitentiali Theodori in *cap. si*
quis propter necessitatem 3. *de furtis*. & ibidẽ
Gloss. verbo *pœniteat*. Rationem quoque ex-
cipe ex Beda in homilijs, relato in *cap.quod*
non est licitum 4. *de regulis iuris extra*. sic lo-
70 quente, ac dicente; *Quod non est licitum in*
lege, necessitas facit licitum. quo loco *Glossa*
verbo *necessitas*. commentum agens sic in-
fert; *Hoc ideò dicit: Quia necessitas legi non*
subiacet. sequiturq; *Menoch. de arbitr. cent*.5.
71 *casu* 450. *num*.6. Nulla verò maior necessi-
tas esse, vel excogitari potest, quã quę tunc
aderat, mortis ineuitabilis, direq;
72 *Certè equidem finis vitæ mortalibus adstat,*
Nec euitare lethum pote, quin obeamus.
Ex Lucretio lib.5. Quando statutum est ho-
minibus semel mori, post hoc autem Iudi-
cium. *ad Hebræos* 9. 27. dixitq; Manilius
4. Astrorum
Nascentes morimur, finisq; ab origine pendet.
& Oui-

& Ouidius ad Liuiam de morte Bruti
Tēdimus huc omnes, metā properamus ad vnā,
Omnia sub leges Mors vocat atra suas.
73 Necessitas ergo ineuitabilis mortis lici-
tum fecit, ne locum haberet, neque imputa-
retur lex Sacri Lateranensis Concilij *d. cap.*
fin. de clandest. desponsat. Sacriq; Tridentini
d. cap. 1. sess. 24. de reform. matrim. de præmit-
tendis denunciationibus matrimonio con-
trahendo. potissimum verò cùm sancta ipsa
Mater Ecclesia in hoc casu dispensarit, le-
gemq; retinuerit, ne in mortis articulo,
quando nulla est retentio, nulla casuum re-
74 seruatio, locum haberet. Et locum vna ha-
bebit lex Synodalis illius Episcopatus? Vel
enim ipsa cōformis erit legi Sacrorum Ca-
nonum, Sacriq; Tridētini Concilij; vel dif-
formis. si conformis, cessabit vtique neces-
75 sitate vrgente, illaq; ineuitabili, vt isthæc
moriendi erat, atque ad inferos ob pecca-
76 tum, illudq; habituale, descendendi, in quo
diues ille mortuus, sepultus est. Lucæ 16. 22.
Mortuus est autem diues, & sepultus est in in-
ferno: Si verò difformis; iniusta omninò
77 erit. *Erit autem lex honesta, possibilis, secundū*
naturam, & secundum patriæ consuetudinem,
loco, temporiq; conueniens, necessaria, vtilis. Isi-
dorus docet Etymologiarū lib. 2. cap. 20.
relatus à Gratiano *can. erit autē lex. 2. dist. 4.*
& explicat, expenditq; *S. Thomas prima se-*
cunda. quæst. 95. artic. 3. Nauar. cons. 1. nu. 11.
78 *in fin. lib. 5. de apostatis.* Quia nimirū lex or-
dinatur ad bonum cōmune populi. *S. Tho-*
mas d. art. 3. & quæst. 90. art. 2. eadem prima
secunda. & part. 3. quæst. 70. art. 2. ad secundū.
79 Si verò in commune bonum, non vtique
in damnum, vt sanè esset; si necessitate
quoque exigente, illaq; vrgenti, & præcisa,
persisteret, obligaretuè. Contrariaretur
equidem legi sacrorum Canonum, Sacriq;
Tridentini, atque naturæ ipsi, quæ nullam
legem aliam vim habere in necessitate ex
insito naturæ docet instinctu; alioquin in-
80 iusta esset. Cùm contrà, iniustum esse mi-
nimè possit gentium, quod naturali dicta-
81 mini conforme reperitur. Naturale quip-
pè ius est, quod natura omnia animalia
docuit. *l. 1. §. ius naturale. ff. de iustit. & iure.*
§. ius naturale. Institut. de iure naturali gentiū,
& ciuili. can. ius naturale 7. dist. 1. ex Isidoro
82 d. lib. 5. Etymologiarum cap. 4. Si natura
ergo Deus, qui author naturæ est. natura
83 enim bonum est. à Deo autem bona cun-
cta procedunt. *cap. tua nobis 26. §. verùm. de*
decimis ergo & natura, quę à Deo procedit.
vidit enim Deus cuncta, quę fecerat, & erāt
valdè bona. *Genes. 1. 31.* Inter hæc autem
84 est, iniuriam repellere, & violenta per vim
abijcere. *d. can. ius naturale.* illis verbis: *Et*
violētiæ per vim repulsio. Quod sanè cuilibet
licet. ex *Gloss.* ibid. verbo *per vim.* & Florēti-
no lib. 1. Instit. in *l. vt vim 3. ff. de iustit. et iur.*

Quòd igitur Carolus matrimonio asti-
tit illo casu mortis imminentis, non præ-
missis denunciationibus, quibus tempus
85 minimè supererat præmittendis, id lege
fecit permittente. ergo iustè. ergo benè. ar-
gumēto ex Augustino in *can. quid dicam 11.*
86 *in fin. 14. q. 4.* In nullam proindè dedit pœ-
nam. Quia quod legitimè factum est, pœnā
non meretur. Alexander Cæsar testatur in
l. Gracchus 4. in princ. C. ad legem Iuliam de
adulterijs. neque ab eius sensu longè discef-
sit Vlpianus lib. 1. ad edictum Ædilitij Cu-
rulis in *l. quid sit fugitiuus 17. § apud Labeo-*
nem. ff. de ædilitio edicto. illis non ineruditis
87 verbis: *Ego puto* (inquiens) *non esse eum*
fugitiuum, qui id fecit, quod publicè facere li-
cere arbitratus est. fecit ergo Carolus, quod
publicè facere licere arbitratus est. non vti-
88 que peccauit, neque pœnam meruit. Pro-
batur id apertissimè ex Augustino contra
litteras Petiliani lib. 2. cap. 79. relato *can.*
qui peccat 40. in ipso princ. 23. quæst. 4. qui sic
89 loquitur: *Qui peccat* (inquiens) *non peccat*
legis authoritate, sed contra legis authoritatem.
At legis authoritate Carolus fecit matri-
monio assistens in mortis articulo. non er-
go peccauit: quia contra legem non fecit.
90 nullam ergo meretur pœnam. Pœna quip-
pè peccati ex quantitate metam sumit. ex
Labeone in *l. si qua pœna 244. §. ex hoc quo-*
que. ff. de verbor. significat. rationem redden-
te: *Quia certa pœna singulorum peccatorum*
91 *sunt.* Peccatorum itaq; proportioni pœnæ
datæ sunt, eisque correspondere debent. vt
si peccatum desit, & pœna deficere debeat.
iuxtà *Gloss. in clement. vnic.* verbo *eos. de con-*
sanguin. & affin. quæ sic doctam infert con-
92 sequentiam: *Tunc cessat culpa.* (inquiens)
ergo & pœna. traditq; *S. Thom. 2. 2. quæst. 108.*
art. 4. in corpore, sed contrà. ex ratione, quam
93 affert: *Quod pœna debetur peccato.* non fuit
peccatum, nec pœna erit. nam ex Horatio
lib. 1. Carminum. Ode 2.

Raro antecedentem scelestum
Deseruit pede pœna claudo.

94 diximus *respons. 58. num. 2. & 3. par. 3.* In nul-
lam ergo culpam dedit Carolus. nullam
proindè pœnam feret. ex regula *sine culpa*
23. de regul. iur. in 6. Sanchez de matrim. lib. 3.
disput. 1. num. 5. nulla propterea molestia af-
ficiendus amplius.
95 Quod autem domi matrimonio intercef-
serit, non facta sibi per Episcopum faculta-
te, id ex eodem pendet defensionis princi-
pio. Nam si matrimonio interesse licuit, nō
præcedentibus publicationibus, ob mortis
in ianuis iam existentis articulum; licuit
vtique, & domi illi assistere, in qua mulier
illa erat, quæ ad mortem infirmabatur, ne
in æternum periret; atque è faucibus reuo-
caretur Orci, & matrimonium tunc sic tu-
multuariò contrahebat, eiq; Parochus in-

terce-

tercedebat. erat igitur hoc secundum, consequens ad illud primum. Quam ob causam si primum illud licuit, quod maius est, licuit vtique hoc secundum, quod minus, & accessoriũ est ad illud. ex canonibus Apostolorum argumento petito in *can. præcipimus* 24. 12.*quæst.*1. & ex Ioanne Papa in *can. visis litteris*.1.§.*consilio itaque multorum*. 16.*quæst*.2. illis verbis: *Et si in dando, quod maius est, facilis fuit charitas: sit facilior in concedendo, quod minus est, sancta largitas*. ibidemq; *Gloss*. verbo *quod maius*. ex Innocentio Tertio in *cap. ex parte* 27. *de decimis*, qui

96

97 rationem infert: *Quia* (inquiens) *vbi conceditur maius, minus concessum esse videtur*. eodemq; loco *Gloss*. verbo *conceditur*.

98 Neque prohibere simpliciter potest Episcopus, quin domi matrimonium cõtrahatur, quamuis maximè deceat, vt in Ecclesia celebretur. hanc ob causã exhortari poterit, vt in Ecclesia fiat, non prohibere, ne do-

99 mi non contrahatur; in necessitate præsertim, multòq; minus sub graui pecuniaria pœna. quod declarauit pluries Sacra Concilij Tridentini Eminentissimorum Patrũ Interpretum Congregatio. præsertim verò in Segobien, & in altera Perusina. refert *Ioan. Francisc. Leo* Episcopus Thelesinus in *Thesauro fori Ecclesiastici part*.2.*cap*.9.*nu*.48. *Barbosa de officio Episcopi. part*.2.*alleg*.32.*nu*. 18. *& in collectan. ad Sacrum Tridentinum d. cap*.1.*de reformat. matrim. sess*.24.*nu*.35. *Diana part*.3. *tract*.4.*resolut*.279. alijq; per eosdem relati.

100 Neque obstaculũ faciat, quod obijcias; Matrimonium haud esse sacramentum necessitatis, vt sine illo iure salus possit consequi æterna, sicuti Sacramenta necessitatis

101 sunt Baptisma, & Pœnitentia post peccatum: vt propterea Sacramenta mortuorum nuncupentur: quia per illa suscipientes suscitantur ad vitam, quam per peccatũ perdiderant. *Henriquez lib.4. summa cap.26. §.3. litera K*.

102 Matrimonium verò ad generis humani propagationem primariò institutum fuisse, obligare verò nunc in actu primo, ne generatio perdatur, non verò in actu secundo, cùm adeò multiplicatæ sint gentes, & multi sint, qui matrimonium contrahãt, vt possint reliqui, qui nolunt, non illud contrahere. ex *Sanchez de matrim. lib.2. disputat.3. & Hurtado de matrim. disput.4. difficult.4. nu.13. 14. & 15*.

103 Namque, & siquidem ex se simpliciter matrimonium necessitatis Sacramentum non sit; potest tamen secundum quid, & ex accidenti, & hic, & nunc fieri necessitatis. vt puta in casu iam currenti, in eo, qui in statu concubinatus reperitur, & in articulo mortis, neque separari à concubina potest, vel etiam, vt eam ab infamia reuocet, vel susceptam prolem legitimet. in hoc enim casu ex accidenti, atque secundum quid Sacramentum dicitur necessitatis, quia aliàs non posset ei pœnitentiæ Sacramentum legitimè ministrari, atque cum fructu, cùm in statu peccati esset, & moreretur quis in peccato,

104 nec saluaretur, quia peccatum aduersatur Deo, & sine Deo moritur quis in peccato, iuxtà Ioannis illud 8.21. *Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini*. & nu. 24. ibidem subiunxit Dominus noster Iesus Christus Iudæos admonens: *Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris: si enim non credideritis, quia Ego sum, moriemini in peccato vestro*. Digni ergo efficiũtur pec-

105 catores, vt eos Deus condemnet, suisque peccatis instruunt Deum qualiter eos punire debeat. vt dixit Chrisostomus homil. 43. in Mattheum in opere imperfecto. relatus *can. multi sacerdotes* 12. *in fin. principij distinct*. 40. de Sacerdotibus lo-

106 quens: *Nam bene viuendo, & bene docendo* (inquiens) *populum instruis, quomodo debeat viuere: bene autem docendo, & malè viuendo, Deum instruis, quomodo te debeat condemnare*. sequutaq; fuit *Gloss*. in *can. omnia sacramenta* 78. verbo *dictum est*. 1.*quæst*.1. & ipsa dicẽs: *Tales* (qui scilicet Sacramenta indignè sumunt) *instruunt Deum, qualiter eos punire debeat*.

Rectè ergo, & ex re Episcopi fecit Carolus, qui matrimonio huic astitit tali tempo-

107 re, ne periret ouis, pro qua rationem redditurus erit, cùm veniet tempus, & dicetur ei: (ex illo Lucæ 16.2.) *Redde rationem villicationis tuæ*. & si reddere non poterit, obmutescet. sicuti & illi accidit misero, (*Matth*.22.12.) qui ad nuptias, non habens vestem nuptialẽ, intrauerat. *Et ait illi*: (Rex:) *Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex ministris: ligatis manibus, & pedibus eius, mit-*

108 *tite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium*. heu heu.

Non mihi si linguæ centum sint, oraq; centum,
Ferrea vox:
Omnia pœnarum comprehẽdere genera possem.

Caueat ergo quisquis ille est, tectèq; conspicetur, ne in hunc locum veniat tormentorum.

Atque ita ex his, Aristarchi non abiecto supercilio, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

Ita demùm sententia firmatum, & matrimonium validum habitum.

FIN.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium licitè contrahitur cum proximo pubertati. necessaria præsertim vrgente causa.*

Quando verò necessitas vrgeat, hoc Iudicis remittitur arbitrio. num.2.

Cùm possit etiam inter impuberes consensus sufficiēs reperiri ad matrimonium contrahendum.

3 *Pubertati proximus æstimatur, qui quatuor menses à quartodecimo ætatis suæ anno distat.*

Pubertas verò ex habitu corporis æstimatur. num.4.

Si malitia in subiecto suppleat ætatem. nu.5.

Vel circa finem sit decimiquarti anni. nu.6.

Fortè per sex menses. num.7.

Vel etiam per integrum annum. num.8.

9 *Matrimonium inter impuberes contractum in sponsalia transit.*

Quin est potentius hoc matrimoniū ita contractum, quàm sponsalia de futuro.

Non legitimè verò contractū suppletur per per nouum consensum. num.10.

ARGVMENTVM.

Matrimonium cum eo contractum, qui per quatuor menses à decimoquarto ætatis suæ anno distabat, an validū fuerit? & quid si necessitas vrgebat? & quando pubertati proximus quis dicatur; vel malitia ætatem suppleat? quiduè sit, malitiam supplere ætatem?

RESPONSIO XIV.

Augustinus Morgera, & Hieronyma Polito Terrę Forigij Isclanen diœcesis, cùm scirent tertio se cōsanguinitatis gradu esse coniunctos, insimul conuersari fuere, carnali tamen copula inter eos nullo modo intercedente; nihilominùs tamen orta suspitio est (& si falsa) quòd ipsi se carnaliter cognouerint. poterant facilè scandala ex hoc exoriri. Dispensationem proindè obtinēt Apostolicam, vt matrimonium insimul contrahere valeant, iniunctā Augustino pœnitētia, quòd quatuor saltim mensibus in alicuius Ecclesiæ, vel loci pij fabricæ, aut aliud seruitium, operam suam conferat. Præsentatur Apostolicum Breue Vicario generali Isclanen. Infirmatus interim Augustinus ad mortem vsque, cùmque in extremis decertaret, & Medici, vitam illius deploratam haberent; Hieronyma, ne, si matrimonium non contraheretur, infamata remaneret, atque ob exortam copulæ suspitionem à parentibus vitæ periculum subiret, matrimoniū inter ipsam, & Augustinum stringi postulat; sed Augustino impedimentū obijcitur, quòd in ætate sit annorum tresdecim, septemq; mensium. distat proindè à pubertate per quinque menses. Capta informatione Vicarius ob graue, quin grauissimum Augustini vitę periculum, matrimonium contrahi decernit. Contrahitur propterea ad sacrosanctæ Tridentinæ Synodus præscriptum. Augustinus verò paulatim vires recipit, & conualescit. Fit propterea Vicario scrupulus ab ipsomet Episcopo, qui tunc absens erat, nō potuisse cum Augustino à pubertate per quinque menses distante dispensare. matrimonium nullū esse: noua indigere dispensatione. Consulti propterea nos, matrimonium validum fuisse, nullaque alia indigere dispensatione respondendum censuimus.

1 Quia profectò necessitas vrgebat, vt id fieret, ne innupta Hieronyma, in fama, & æstimatione, quòd (& si quidem falsò) corrupta putaretur, damnum pateretur, atque vitæ quoque periculum subiret: quòd eam parentes corruptam putabant, atque (non in matrimonio) cū Augustino se commiscuisse. Huic proindè scandalo occurrendum fuit. Licuit propterea ex hac necessaria causa matrimonium contrahere. Nicolaum Papam in *cap. vbi non est 2. de desponsimpuber.* dicti Doctorem excipe: *Districtiùs inhibemus* (inquiente) *ne aliqui, quorū vterq; vel alter ad ætatem legibus, vel canonibus determinatam non peruenerit, coniungantur. Nisi fortè aliqua vrgentissima necessitate interueniente: vtpote pro bono pacis, talis cōiunctio toleretur.* Mortis necessitate vrgebatur Augustinus. potuit proindè matrimonium sic contrahere; ne Hieronyma vel diffamata post eius suprema funera, remaneret; vel vitæ,

2 & ipsa periculum curreret. Hoc autem Iudicis remittitur arbitrio. ex *Abb. Præposito*, & alijs ibidem. *Hurtadus de matrimonio disputat.22. difficult.12.nu.47.* Cùm possit etiā in impuberibus inueniri consensus sufficiens ad matrimonium contrahendum. vt probat *Nauarr. cons.5. Beatissime Pater. nu.4. lib.4. de desponsi. impub.* & ibidem *cons.4. tractatum est. num.10.*

3 Deindè: Quia cùm esset pubertati proximus Augustinus, quinque tantùm mensibus à decimoquarto ætatis anno distans; pubes vtique æstimari potuit. Nam certum

4 tum est, eum puberem esse, qui ex habi-
tu corporis pubertatem ostendit, & gene-
rare iam potest. Isidorus in libris Etymo-
logiarum docet à Gregorio IX. relatus in
cap. puberes 3. de desponsat. impuber. ibi-
demq; *Gloss. final.* inferens, atque dicens:
*Ergo pubertas ex vigore naturali, non ex an-
norum numero comprobatur*. sequiturq; *Na-
uarr. d. cons. 5. Beatissime Pater. num.4. versic.
secundo quod præfatum. lib.4. de desponsat. im-
pubes.* & ibidem *d. cons.4. num.12. & 13. Au-
thor syntaxis communium opinionum tom.1 lo-
co 3. de affinit. tit.1.1. cap.4 §.1. fol.196.* dicēs,
dummodò apti sint ad procreandum an-
norum numerus non attenditur.

Neque porrò (vt à posteriori argumen-
to ducamus) carnalis copulæ cum Hiero-
nyma, quæ Augustino tertio consanguini-
tatis gradu coniuncta erat in Populo suspi-
tio orta fuisset, ni ille ad copulam cum illa
habendam aptus fuisset. Supplebat quippè
5 in eo malitia ætatē, pubertati proximo. ex
Alexandri Tertij determinatione in *cap.
continebatur 6. §. si autem fuerit. & cap. de il-
lis 9.* & Innocētij Tertij in *cap. tuæ nobis 14.
alids fin. de desponsat. impuber. extrà.* idemque
statuit Bonifacius VIII. in *cap. si infantes
vnic. §. idem quoque si pubes. eod. tit. in 6. Na-
uarr. cons.2. N. & M. nu.1. de desponsat. impub.*
diximus *respons.* nostra *94. n.23. & seq. par.4.*
satisq; ad rem nostram propriùs Vrbanus
Tertius ad Cenomanen Episcopū scribens
in *cap. attestationes 10. §. consultationi tuæ. eod.
de desponsat. impuber. extrà.* illis verbis: *Quod
post decimumquartum annū ætatis suæ, vel cir-
6 ca finem decimiquarti anni, prædictus iuuenis
consensisset in eam.* ibidemq; *Gloss.* verbo *cir-
7 ca finem.* dicens: *fortè per sex menses*. & in
terminis hisce nostris, quòd pubertati pro-
ximus dicatur, qui per sex menses ab ætate
quatuordecim annorum completorum di-
stat. post *Puteum decis.65. siue 66. nu.2. lib.2.*
sequuta fuit *Rota decis.72. nu.2.3. & seq. post
1. volum. consiliorum Farinac.* quæ est repetita
*part. 4. diuersorum per eundem Farinac. decis.
246. num.4. Sanchez de matrim. lib.7. disput.
104. num.37. & seq. ad finem. Gutierrez de
matrim. cap.63. num. 42. & 43. Hurtado d.
disput.22. difficult.12. num.46.* qui *vers. nos ta-
8 men existimamus.* pubertati proximum eum
dici substinet, cui non deficit plusquam
vnus integer annus, ex Alexandro Tertio
d. cap. continebatur 6. de desponsat. impuber.
illis satis apertis verbis: *vt in vndecimo, vel
circa duodecimum annum.*

9 Verùm, fac Augustinum aptū non fuisse
matrimonium tamen hoc in spōsalia tran-
sisset. ex Bonifacij VIII. determinatione
*d. cap. vnic. §. idem quoque. de desponsat. im-
puber. in 6. Nauar. d. cons.2. de despons. impu-
ber.* dicens: esse potentius hoc matrimo-
nium, quàm sponsalia de futuro.

Quam ob causam si Augustinus supre-
mam trahens auram fatis concessisset, Hie-
ronymæ æstimationi, famæ, vitæq; consultū
fuisset: si verò (quod euenit) sanitati red-
10 ditus fuisset, potuisset suppleri matrimo-
nium per nouum consensum. *d. cap. fin. de
desponsat. impuber. extrà. & d. cap. vnic. §. idem
quoque. eod. tit. in 6.* Matrimonium autem
verum, firmumq; fuit malitia in illo sup-
plente ætatem. Iure igitur processit Do-
minus Vicarius. nulla proindè alia dispen-
satione hi sponsi indigent, qui iure contra-
xerunt.

Atque ita ex his, Aristarchi non reuulsa
virgula, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

Cessauere post hæc ipsa querelæ, & fir-
mitatem matrimonium habuit.

S V M M A R I V M.

1 *Locus Genesis 27. 27. tropologicè expenditur.*
2 *Sanctorum virtutibus mundus impletur.*
3 *Locus Canticorū 1. 3.* Trahe me post te cur-
remus in odorem vnguentorum tuo-
rum. *tropologicè enucleatur.*
4 *Sancti Caroli Borromæi odor sanctarum virtu-
tum omnes trahit ad eius sequenda ve-
stigia.*
5 *Congregatio sexaginta trium Sacerdotum sub
Sancti Caroli nomine, & protectione Nea-
poli erecta Ecclesiam ædificat.*
6 *Sanctus Carolus Borromæus bonorum suorum
hæredem dixit Hospitale pauperum.*
7 *Clemens IV. summus Romanus Pontifex Fra-
tribus Minoribus indulsit, ne propè eos per
300. cannarum spatium Monasteria Men-
dicantium extruerentur.*
*Quam distantiam pro Patribus Prædicatorū
Ordinis, moderatus fuit anno 4. sui Ponti-
ficatus ad cannas 140. nu.8.*
*Sed illam firmauit pro Fratribus Minoribus
tantùm Iulius Secundus. num.9.*
10 *Constitutionis Clementis IV. verba afferūtur.*
Quæ expenditur. num.11.
Neq; ad non Mendicantes extenditur. nu.12.
Multòq; minus ad Clerum seculare. nu.13.
*Et expenduntur etiam. nu.28. & causa ex-
penditur. num.32.*
14 *Causa cessante dispositionis, & dispositio ipsa
cessat.*
*Quæ regula generalis est, in legibus, cōtra-
ctibus, alijsq; dispositionibus. nu.15.*
Potissimùm in priuilegijs. num.16.
Et causa existente finali. num.17.
18 *Qualiter fundans iurisdictionē prel.anda prin-
cipio est.*

Et quæ-

Et qualitas à Constitutione expressa probari debet. num.19.
Præsertim si qualitas ipsa causa sit, vt effectus sequatur. num.20.
21 Asserens legem dicere, ipse probare tenetur assertum.
Neque præsumptiuè, sed cõcludentèr. nu.22.
23 Qualitate cessante à lege requisita, & ipsa lex cadit.
Sicuti qualitate deficiente obligationis, & obligatio perimitur.
24 Quantum ad te liberas ades habeo. Vlpiani scitum responsum.
25 Actor præstare debet suam intentionem, etiam aduersus iniustè possidentem.
Probando quod asserit. num.26.
27 Verba vbi conueniunt dispositionis, & dispositio conuenire debet.
29 Verborum interpretatio ex subiecta materia sumenda.
Quæ regula in quacunq; materia locum habet. num.30.
Et generalis est.
31 Fratres Minores S. Francisci altissimam paupertatem ex regula profitentur.
33 Proœmium mentem indicat disponentis.
Atque dispositionis causam finalem.
34 Indirectè fieri non debet, quod directè prohibetur.
35 Lex, eiusque conditor quod non dicit, neque nos dicere decet.
Et hoc argumentũ satis firmum æstimatur. num.36.
Confirmaturq; num.39.
36 Argumentum à lege non disponente, nec dicente, satis firmum.
37 Erubescimus sine lege loquentes.
38 Lege quod cautũ non reperitur, neque nos requirere debemus.
Ratio affertur. num.39.
40 Mendicantes, qui nam dicantur? in materia Constitutionis Clementis IV.
41 Cannæ, quibus distantia locorũ per aerem mensuratur, quot palmis constet?
42 Generalitas omnes comprehendit. & nihil excludit.
43 Generis laxitudo, atque dilatatio per speciem comprimitur.
Et per eam generi derogatur.
In materia præsertim odiosa. num.44.
Et vbi species dubitationis tollendæ causa, clariusq; demonstrandi enumerata fuit. num.45.
Quæ regula in quocunque negotio locum habet. num.46.
47 Carmelitæ gaudent priuilegio, vt alij Mendicantes non possint extruere noua Monasteria propè eos, nisi per 140. cannas distent.
48 Priuilegijs Mendicantium vtuntur alij regulares per communicationem.
49 Priuilegium, cùm facti sit, non præsumitur, nisi probetur.
Et integrum exhibendum erit, non per partes, vt legi valeat. num.50.
Ratio affertur. num.51.
Nam priuilegium in singulis verbis est ponderandum. num.52.
53 Religiosi Ecclesiasticæ sunt personæ.
54 Mulieres non dantur in Clero, & si sint Ecclesiastica personæ.
Vt sunt oblatæ.
55 Priuilegio qui vti voluerit, ipse qualitatem probare tenetur, super qua se fundat priuilegium.
56 Regulares sufficientes habẽtes redditus, ex quibus viuant, neque alteri inferant præiudicium, possunt ex Ordinarij licentia nouam extruere Ecclesiam.
Debet tamen hodie seruari Constitutio Clementis VIII. num.57.
57 Regulares non possunt extruere nouos Conuentus nisi seruata Constitutione Clementis VIII.
Quæ fuit innouata, & aucta per Paulum V. Gregorium XV. & Vrbanum VIII. numer. 58.
Et perpenduntur, quòd disponunt de regularibus, non Clero sæculari. num.65.
59 Facultatis, quæ sunt, prohiberi non possunt.
60 Orare, & alia opera pia exercere cuilibet in quocunque loco libet.
61 Locus Pauli primæ ad Timotheum 2. 8. Volo ergo viros orare in omni loco, explicatur.
62 Sepulturã eligere cuilibet liberum est, in quocunque voluerit loco.
63 Cultus Diuini fauor attendi magis debet in extruendis nouis Ecclesijs, quàm priuatum aliorum commodum.
Vel si præiudicium non est considerabile. num.64.
65 Sacrum Concilium Tridentinum sess.25. c.3. de regularib. in fin. perpenditur.
An extẽdatur ad Vicarium, cùm de Episcopo loquatur.
Affirmatiuam sequitur Author. num.70.
66 Verba vbi non aptantur dispositionis, neque dispositio ipsa locum habebit.
67 Ecclesiæ omnes de Diœcesani loci licentia ædificandæ.
68 Stare debet, quod Superioris authoritate extructum fuit.
69 Mutanda non sunt, quæ certã ab initio determinationem habuere.
71 Vicarius Generalis Episcopi Ordinarij nomine comprehenditur.



K ARGV-

ARGVMENTVM.

Ad interpretationem Constitutionis Clementis IV. de non extruẽdis nouis Ecclesijs, Monasterijs, vel Oratorijs propè Monasteria, & Ecclesias Fratrum Minorum per tercentarum cannarum spatium, an Sacerdotes, & alios ex Clero sæculari comprehendat? & quid ex decreto Sacri Tridentini Concilij *sess. 25. cap. 3. in fin. de regular.* & Constitutione Clementis VIII. latè differitur.

RESPONSIO XV.

Benedicturus sanctus Patriarcha Isaac
1 filium suum Iacob, osculo eum præuenit: *statimq; vt sensit vestimentorũ illius fragrantiam, benedicens ait: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* Genes. 27.27. In hæc verba mysticã annotationem agens *Glossa* interlinearis: vestimentorum. (*virtutum*) interpretatur. Odor. *Odore* (inquit) *nominis Christi mundus impletur.* Sicut odor agri pleni. *Sanctorum virtutibus* (ait) *mundus impletur.* Et ve-
2 rè quidem Sanctorum virtutibus mundus impletur. Quia vbi virtutibus flagrant, populorũ sequela accedit ad Christum. Sicuti vbi messorum ager plenus fuerit, ibi populorum frequentia messores sequentiũ, spicasq; colligentium, quæ messorum effugere manus. Dixit proindè iure quædam, quę
3 diligebat: *Trahe me post te, curremus in odorẽ vnguentorũ tuorũ.* Canticorũ 1.3. Rupertus. *qui veraciter diligit, & trahitur, & trahi cupit.* Curremus. *Festinabimus, dùm tempus habemus, dùm dies lucet, ne tenebræ nos comprehendant.* In odorem vnguentorum tuorum. *In fragrantiam odoris bonorum operum.* Vnguenta (inquit *Honorius*) *sunt varia spiritus charismata*. odor vnguentorum *fama bonorum operum*. Martinus del Rio *in cantica. cap. 1. sect. 1.* in Tropologia.

4 Mirum non itaque est, si vestimentorum (virtutũ scilicet) odore, ac fragrantia sanctissimi Mediolanensis Archiepiscopi, & S.R.E. Cardinalis Caroli Borromęi, mundus totus repletus est; & quasi plenus ager redundarit, & post eum imitatione abierit, multosq; post se traxerit. Vbique enim Sacerdotum, ac Deo dicatorum Clericorum Congregationes: Laicorumq; Confratriæ insurrexerunt, in quibus virtutibus se exercentes, bonorum operum redolent fragrantiam; vt Christi bonus odor facti sint omnibus in omni loco. vt *2. ad Corinth. 2. 14.* loquitur Apostolus Paulus.

5 Hanc proindè ob causam multis ab hinc annis Neapoli erecta Congregatio fuit sexagintatrium Sacerdotum sub eiusdem Sancti protectione; vt de virtute in virtutẽ euntes, Domum Dei, id est Ecclesiam, ædificent. Cùmque ad spiritualia munia exercenda congregare se consueuissent in peculiari loco propè Parochialem Ecclesiam Sanctorum Matthæi, & Francisci; tandem his proximè diebus, emptis domibus in platea dicta (*à Toledo.*) in illis, prȩeunte scriptis Reuerẽdiss. Dñi Generalis Vicarij Eminentiss. Cardinalis Archiepiscopi, facultate, paruã Capellam extruxere ad sua munia deuotiùs inibi obeunda, atque ad incruentum offerendum Deo sacrificium. Animo verò erigendi in eisdẽ Hospitale ad pauperes Sacerdotes infirmitate detẽtos, exteros, & vrbanos excipiendos, curandosuè, eo-
6 rumq; imitentur Parentem, & Protectorem Sanctum Carolum, qui pietate supra quàm dici potest in hoc excelluit; vt etiam moriens Hospitale bonorum suorum omnium hæredem dixerit. Inuidens propter hanc causam zizaniorum sator Diabolus tam sancto operi; vt deturbaret omnia, suscitauit spiritum pueri iunioris. *Daniel* 13. 45. virorum scilicet quorundam Regularium, qui suas domos non longè incolunt, vt sic pio operi se opponãt, quasi, sit eis incõmodo. Afferunt verò, suam vt firmam faciãt
7 oppositionem, priuilegium à Clemente IV. anno Domini MCCLXV. 12. Kalẽdas Decembris, Pontificatus sui primo, Fratribus Minoribus indultum, atque per communicationem regularibus alijs: quod incipit: (*Ad consequendam gloriam*) relatum à *Ioanne Baptista Confectio in compend. priuilegior. Mendicantium, & non mendicantium* in Clemente IV. *constit. 2. fol. mihi 9* impressione Colonien. anno 1619. & in *Bullar. nouo to. 1. in Clemente IV. constit. 7. fol.* 113. quo prohibetur, nouas extrui Ecclesias propè illas, quas Fratres Mendicantes habent, ni per tercentum cannarũ spatium ab illis abstine-
8 rint. Quamuis quidem distantiam hanc ipsemet Clemens anno Pontificatus quarto per aliam Constitutionem pro Patribus Ordinis Prædicatorum, (quæ incipit: *Quia plerumque.*) ab *eodem* relatam *eod. fol. 9.* ad centũ quadraginta cannas moderatus fue-
9 rit, atque reduxerit. Licet postmodùm Innoc. II. Constitutione, quæ incipit: (*Exponi*

nuper

nuper nobis fecisti.) Anno Domini MDIX. Pontificatus sexto, in Bullario nono tom. 1. constitut. 21 fol. 435. & apud Confectinum constitut. 2. fu.. 70. dictam Clementis IV. Constitutionem pro cannis tercentũ firmam esse voluerit, pro Fratribus Minoribus tantùm, confirmauitq; .

Fit itaque disputationis huiusce status in interpretanda dicti Clementis Papæ IV. Constitutione præfata. Si enim illam de his Sacerdotibus minimè loqui ostenderimus, pro nobis res, atque palma certò erit.

Verba proindè in medium afferamus licet, Summi Pontificis Clementis, qui sequentibus rem edicit vniuersam.

10 *Sanè non sine quadam turbatione animi frequentèr audiuimus, quòd inter vos, & religiosos aliquos alia de causa æmulationis, & dissentionis materia oriretur, quia ipsi Domos, & Ecclesias regulares intra loca vestra, non sine vestro graui præiudicio, & dispendio manifesto quandoque construere præsumebant. Cùm itaque ad Apostolici spectet officij dignitatem de Regno Militantis Ecclesiæ, cuiuslibet scandali materiã abolere. Nos dignè volentes, quòd huiusmodi æmulationis, & dissentionis occasio per diligentia nostra studiũ amputetur: Authoritate præsentium ordinamus, & districtè prohibemus, quòd nulli liceat amodò de Prædicatorum; Pœnitentia Iesu Christi, Beata Maria de Monte Carmelo, Eremitarum S. Augustini, S. Clara, alijsque Ordinibus in paupertate fundatis; nulliq; mulierum de prædictis, seu quibuscunque alijs Ordinibus aliquod Monasterium, Ecclesiã, vel Oratorium ædificare, seu construere. Nulliq; quoque sæculari, vel religioso cuiuscunque professionis, Ecclesiam, vel Monasteriũ, seu Oratorium iam ædificatum in aliquem transferre de Ordinibus memoratis intra spatium tercentarũ cannarum à vestris Ecclesijs mensurandum per aerem; etiam vbi aliàs rectè mensurati loci dispositio non permittit. Præterea statuimus, vt quicquid contrà huiusmodi ordinationis, et inhibitionis nostra tenorem, ex nunc in antea ædificatum fuerit, diruatur.* Sic Summus Pontifex Clemens IV.

11 Loquitur ergo Constitutio de regularibus in paupertate fundatis, illisq; prohibet, ne propè Minorum Conuentus Ecclesias, seu Monasteria, vel Oratoria, ni per tercentarum cannarum spatium longè abfuerint, vel centum quadraginta, iuxtà reductionẽ, & moderationem ab eodem Pontifice subsequentèr factam, nouos Conuentes, Monasteria, Ecclesias, siue Oratoria ædificent, vel transferant. Quod si fecerint, construxerint, ædificarint; destruantur, diruanturuè.
12 Non igitur locum habebit dispositio, si
qui ædificare voluerint, non ex Mendicantium Ordinibus fuerint, vel ex sufficienti-
13 bus vixerint redditibus. Haud ergo locũ
in his Sacerdotibus habebit, de quibus disceptatio tenetur. Quia neque regulares
sunt, neque ex Mendicantium Ordinibus;
neque Capellam extruxerunt, vt Monasterium inibi facerent, neque saltim Collegialitèr in emptis viuerent domibus. Cessat
14 proindè dispositionis causa. cessabit con-
sequentèr, & dispositio. argumento text. in cap. cùm cessante 60. de appell. cap. & si Christus 26. propè finem, de iure iuran. l. adigere 6. §. quamuis. ff. de iure patronat. l. illud 32. ff. ad legem falcidiam. Tiraquell. tract. cessante causa. & de iure primogen. quæst. 40. num. 170. & seq. Brunor. à Sole in proposit. iur. verbo causa cessante. Ioan. Bapt. Ciarlin. forens. cap. 54. num. 2.
15 Barbos. axiomate 40. num. 4. Cùm sit hæc re-
gula generalis, in legibus, contractibus, alijsque dispositionibus. vt Ancharan. docet cons. 47. pro clariori. num. 4. Cardin. Tuscus tom. 1. litt. C. conclus. 202. num. 1. Potissimùm
16 verò in priuilegijs, in quibus cessante cau-
sa, eorum cessare quoque debet effectus. secundum Ancharan. eundem cons. 394. dubium est. num. 3. Roman. cons. 404. in casu, nu. 5. & 6. vers. secunda causa. Cardin. Tusc. tom. 1. litt. C. conclus. 201. nu. 27. Barbos. d. axiomat. 40.
17 nu. 9. Causa præsertim existẽte finali dispo-
sitionis. Ancharan. d. cons. 47. num. 4. Cardin. Tusc. tom. 1. litt. C. conclus. 137. num. 14. & d. conclus. 202. num. 1. & seq. Tiraquell. eod. tract. limit. 1. num. 50. & limit. 37. Rota apud Card. Manticam decis. 131. nu. 4. Barbos. d. axiom. 40. nu. 5. diximus respons. nostra 9. nu. 20. par. 1. Ciarlin. d. cap. 54. num. 3. & 17.

18 Qualitas proindè, quæ Aduersarijs iurisdictionis fundamentum est, ad se opponendum in iudicio hos aduersus Sacerdotes, probanda primitùs fuerit: Esse vtique illos ex regularibus, atque regularibus, qui ex mendicitate viuant, vt prohibendi obtineant ius, ne construãt; vel constructam diruant Capellam, Ecclesiam, Oratorium. ad text. in l. 4. ff. de vi bonor. raptor. cap. statutũ 22. de elect. in 6. Felin. cap. 2. num. 24. & 25. de rescript. Gloss. in l. mancipia 5. verb. annotandum. C. de seru. fugitiu. Nauar. cons. 13. num. 3. lib. 3. de celebrat. missar. Surd. decis. 39. num. 1. Rota part. 3. diuersor. decis. 172. num. 1. & decis. 551. num. 1. ead. part. & apud Card. Seraphin. decis. 482. num. 5. diximus respons. 44. nu. 2. 5. & 6. part. 2.

19 Quia profectò qualitas à Constitutione expressa, ab eo, qui eius vtitur beneficio, probari debet. cap. fin. vbi Gloss. verbo ad talia. de præbend. probatur ex Sceuola lib. 33. digestorum in l. qui testamentũ 27. ff. de probat. illis præsertim verbis: *Si Titius supra scripta ex ratione sua ad testatorem peruenisse, probare potuerit, exigi.* quatènus itaque probabit, eatenus exigit. Bart. in l. 1. per illum text. §. quod autem. ff. ne quid in loco publico. sequuta fuit Rota coràm Card. Mantica decis. 258. nu. 6. & in Romana census scutorũ 18. mil-

lium 11. *Martij* 1613. coràm *Domino Coccino Decano* relato à *Pico ad statutum Vrbis decis.* 30. *nu.* 4. & apud eundem *Coccinum decis.* 117. *num.* 1. *&* 5. in impressis per eum, & sequuta fuit Rota in *Romana Quarti dotalis* 20. *Nouembris* 1634. coràm *Dunozetto decis.* 307. *num.* 10. *part.* 6. *diuersorum nouissimarum per Rubeum*, & apud eundem *Cardin. Manticam decis.* 163. *num.* 3. *Surd. cons.* 45. *num.* 14. *lib.* 1. *& d. decis.* 39. *num.* 2. *Rota Macerat.* apud *Marcum Antonium Thomati decis.* 100. *nu.* 5. præ-
20 sertim verò si qualitas ipsa vti causa influat, vt effectus sequatur dispositionis. *Rota Lucensis* apud *Ioseph. Ludouic. decis.* 2. *n.* 12. 13. *& seq.* qui plura in hanc rem deducit *Thomati d. decis.* 100. *num.* 6. Sat enim, superq; fuerit nobis ad Aduersariorum diluenda
21 obiecta respondere: Clementinam Constitutionem de sæcularibus non loqui Sacerdotibus; vt ipsorum sit asserentium, quod de his quoque loquatur, probatione deducere manifesta. Firmũ hoc facimus ex apertissimis verbis, quibus Paulus vtitur *lib.* 9. responsorum in *l. ab ea parte* 5. *ff. de probat.* qui prouerbium nullum dicens, disertissimis sic fatur verbis: *Ab ea parte, qua dicit Aduersariũ ab aliquo iure prohibitum esse specialiter lege, vel constitutione, id probari oportere.* Sic ille disertissimus inter Iure Consultos. Andiuisti iam, & percepisti. Ab ipsis itaque Aduersarijs nostris probatione præstandum erit, prohibitionem præfati Clementis IV. de Sacerdotibus sæcularibus, siue de sæculari etiam Clero, sicuti de regu-
22 laribus, & ipsis Mendicantibus, loqui etiã. Neque hoc presumptiuè, sed concludentèr. vt dictum fuit in *d. Romana census* 18. *milliũ* coràm *Coccino d. decis.* 30. *num.* 4 apud *Picum.*
23 Alioquin si hoc non ipsi prestiterint, cessante qualitate, quæ Constitutionis prohibitionem infert, & ipsa cessabit Cõstitutionis dispositio. Quemadmodùm qualitate deficiente obligationis, & ipsa deficit obligatio. secundum *Bart. in l. ex facto. ff. de vulgari, & pupillari.* & ibidem *Imol. col.* 1. *vers. nota, quod qualitas iuncta verbo dispositiuo.* & sequitur *Surd. d. decis.* 39. *num.* 3. plura alia referens in sequentibus numeris. *Brunor. à Sole in propositionibus Iuris* verbo *qualitas requisita à lege. Barbosa axiomat.* 196. *num.* 7.
24 Et satis apta, atque plana via nobis aperietur, vt non sanè illiberalitèr objiciamus eis, quod Vlpianus scitè satis in *l. loci corpus* 4. *§. competit autẽ in fin. ff. si seruitus vendicetur.* quendam docuit: *Quantum enim ad vos pertinet,* (aiens) *liberas edes habemus.* Quo argumẽti genere vsa fuit Rota in vna *Hispalen. Iuris sepeliendi* 15. *Martij* 1596. coràm *Eminentiss. Cardin. Mantica d. decis.* 366. *num.* 11. & facit ad rem *text. in l. vlt. C. de rei*
25 *vendicat.* quatènus Imperatores Diocletianus, & Maximianus decernunt: rem alienã possidentem, quamuis iustam tenendi causam nullam habeat, non nisi suam intentionem implenti restituere cogi. Præstent ergo intentionem suam Aduersarij, de sæcularibus Sacerdotibus Constitutionẽ loqui Clementinam; alioquin iniustè nos retinẽt, ne in aperta Capella, ex facultate facta per
26 Ordinarium, diuina agamus mysteria. Tũc porrò suam implebunt intentionem, cùm hoc probauerint. vt *Gloss. in d. l. fin.* verbo *implenti. C. de rei vendicat.* exponit. Implenti, id est *probanti.* (dicẽs.) sequiturq; pluribus *Ioseph. Ludouic. d. decis.* 2. *Lucens. nu.* 14. *& seq.*

At dicent ipsi facili id præstare negotio ex verbis ipsis Constitutionis Clementinæ præfatæ, quæ principio quoque ad verbum retulimus.

Nulli quoque (dicentia) *sæculari, vel religioso cuiuscunq; professionis, Ecclesiã, vel Monasterium, seu Oratorium iam ædificatũ in aliquem transferre de Ordinibus memoratis infra spatium tercentarum cannarum à vestris Ecclesijs mensurandarũ per aerem, etiam vbi aliàs rectè mensurari loci dispositio non permittit.*

Prohibetur proindè etiam sæculari, vel religioso cuiuscunque professionis Ecclesiam transferre. At transtulere eorum Capellam, siue Oratorium, vel Ecclesiam Sacerdotes hi Congregationis S. Caroli, è loco propè Parochialem Sanctorũ Matthæi, & Francisci in locum plateę nuncupatæ (*à Strada Toledo*) intra cannarum centum quadraginta latitudinem propè ipsorum opponentium Ecclesias, & Monasteria. In prohitione idcircò comprehenduntur Clementis IV. Quocirca diruant extructam
27 fabricam opus erit. Quia vt verba conueniunt dispositionis, & ipsa cõueniat dispositio oportet. *l. prospexit* 12. *cum ibi not. ff. qui, & à quibus. Cardin. Tusc. tom.* 5. *lit. L. lex qualiter sit interpretanda. conclus.* 261. *num.* 1.
28 Verùm salubri nos verborum interpretatione, neq; difficili negotio, huic Aduersariorum occurrimus obiectioni: Summũ ipsum Pontificem Clementem subiectam materiam, de qua disponebat, haud mutasse, quin magis intentionẽ suam declarasse, & confirmasse per verba præfata, quæ pro se ipsis (Aduersarij) putant facere. Quam ob causam verba ipsa secundùm subiectã materiã, de qua loquebatur, exaudienda erũt; ne videlicet ex Mendicantibus regulares propè Minores Fratres Monasteria, Ecclesias, Oratoria, ni per tercentarũ cannarũ se
29 spatiũ elonganerint, ædificare valeãt. quod planè nouũ non est, vt ex subiecta materia verborum interpretationem assumamus. ad *text. in l. si vno anno* 17. vbi *Bart. ff. locati. l. item veniunt* 22. *§. aptanda. ff. de petit. hæred. l. non aliter* 67. *ff. de legat.* 3. *cap. intelligentia verborum* 6. *& cap. præterea* 8. *de verb. signif. cap. ex litteris* 7. *de sponsalib. Abban cap. na* [illegible]

concus-

concupiscentiam 4.nu.3.& ibidem *Felin.col.1.*
de constitut. Nauar.in cap.inter verba 11.q.3.
corollar.66. num.781. Aymon consi.171.nu.13.
Rota apud *Card.Mantic.decis.4.num.1.& de-*
cis.59.num.4.& 5. apud *Cardin. Caualer. de-*
cis.437.num.4.& 5. apud *Coccinum Decanum*
*decis.350.sub num.8.& decis 436.num.7.*dixi-
mus *respons.23.num.68.part.1.& respons.42.*
num.9 part.2.Cardin.Tusc.tom.5.lit.L.conclus.
261.num.19.& seq.
30 Ita quidem vt ex sua latitudine regula
hæc in quacunq; materia, & in quibuscun-
que scripturis, & in quocunque contractu,
ac dispositione siue Constitutione, locum
inueniat. secundum *Alberic.in l.si vno anno,*
num.2.& retulimus *d.respons.23. num.69. &*
d.respons.44.num.9 part.2.
Interpretationē autem hanc ex ipso Con-
stitutionis Clementinæ procemio venamur.
Oculum enim, intentionemq; direxit Sum-
31 mus Pontifex ad altissimam paupertatem,
quā ex regula strictè Fratres Minores pro-
fitentur; noluit proindè alios Mendicantes
propè illos extruere Monasteria, vndè scan-
dala pullularent. sic nempè Summus Pon-
tifex Clemens:
Hæc enim, & alia sācta pauperrima Religio-
nis vestræ merita, nos inducunt, quod simus ex
intimo cordis affectu soliciti, vt in omnibus, quæ
ad Dei laudem, & tranquillum statum deuotio-
nis vestræ cupitis, habeamus prouidentia studiū
efficaciùs.
32 Ne igitur ex vicinitate Mendicantium
aliorum, quoad excipiendas eleemosynas,
ex quibus dietim viuunt Fratres Minores,
damnum ipsi ab alijs, etiā Mendicantibus
paterentur, vndè scandalorum excitaretur
causa; indè propè eos noua ædificari Mo-
nasteria, nouasq; Ecclesias, vel Oratoria
33 prohibuit Summus Pontifex Clemens, non
alia ex causa. Procemium nempè mentem
indicat disponentis, atq; dispositionis cau-
sam finalem ostendit. *l.fin.* vbi *Bart. & Scri-*
bent. ff. de hæredib. instituend. diximus alios
referentes *d.respons.23.nu.41.& 42.par.1.*
Hanc ob causā propterea verba illa pau-
lò ante relata, ita exaudiēda erunt: Vt nul-
li seculari, vel Religioso cuiuscunque pro-
fessionis, Ecclesiam, Monasterium, vel Ora-
torium iam ædificatum, in aliquem de Or-
dinibus memoratis, (vtputa Prædicatorū,
Pœnitentiæ, Iesu Christi, Beatæ Mariæ de
Monte Carmelo, Eremitarum S.Augustini,
aliorumq; Ordinum in paupertate funda-
torum) transferre licitū sit. Nec sanè ab re.
Cùm enim Constitutio, noua Monasteria,
nouasq; Ecclesias, vel Oratoria ædificare
prohibeat; nè fraus fieret legi, prohibuit
quoque, nè in Monasterijs propè illos Mi-
34 nores, transferri valerent, nè indirectè fa-
cerent, quod directè prohibebantur. ad
tex.in cap.quanto 26.de priuil.extra. vbi *Gloss.*
verbo sola verba. Bald.in auth.cassa.nu.7. C.de
sacrosanct. Eccles. Duard.in Bullam Cœnæ.lib.2.
in can.15.quæst.19.num.87.
Non quod equidem mentē suam exten-
dere voluerit Summus Pontifex ad Sacer-
dotes, seù Clericos seculares, qui nec men-
dicant, neque ex mendicitate viuunt; ex-
truant, quamuis & ipsi propè Minores Fra-
35 tres Ecclesias. Hoc ædepol Summus Pon-
tifex non dixit, vt neque nos dicere debea-
mus. ad *text.in l.dissidentis 5. C.de repud.can.*
consuluisti 18.§. & quod sanctorum 2.quæst.5.
cap.2.ne sede vacante. l.si seruum 70.§.prætor
ait. ibi: Non dixit Prætor. *ff. de acquirend.*
hæred. Rota apud *Cardin.Mantic. d.decis.163.*
num.3. diximus *d. respons 42. num.15. par.2.*
Tusc. d.tom.5.lit. L. d.conclus.261.nu.6.& seq.
36 Quod planè argumentū satis firmum æsti-
matur. Cum à lege, vel Constitutione di-
cente nostram dirigere intentionē tenea-
mur, vt quod illa non dixit, imaginari neq;
37 nos debeamus: quod erubescamus sine le-
ge loquentes. ad *text.in l.illam 19 circ. med.*
38 *C.de collationib.* & quod lege cautum non
reperitur, neque nos requirere debeamus.
vt ex *Roman.cons.141.præsens instrumentum.*
num.6. vers.respondeo. sequitur *Card.Tuscus*
d.tom.5.lit.L.d.conclus.261.num.13 & 14. ex
ratione, quam Innocentius III. in *cap.inter*
corporalia 2. §.vnde si circa.de translat.Episc.
39 perpendit, dicens: *Quod non est sanctorum*
Patrum decreto sancitum, superstitiosis non est
adinuentionibus præsumendum. sequiturq;
Gloss. ibidem inferens. *Quod Apostolus non*
definit, nec nos definire debemus. ex Augustino
super *primam Epistolam ad Corinthios*; relato
can.quod si dormieris.12.& fin. 31.quæst.1. di-
cente: *Nec nobis definiendum est, quod non de-*
finit Apostolus. vbi *Gloss.* verbo *nec nobis.* se-
quentibus argumentatur. *Quod non licet*
alicui definire, vel determinare, vel excipere,
quod canon non excipit, vel definit, vel deter-
minat. præsertim iniustè, & malè, & contra
rationem, & canonem. secundum *Gloss.ibi-*
dem in fine.
Videat preterea luminare maius perpēsio
hęc ex verbis Cōstitutionis ipsius Clemēti-
næ. Intentionē quippè suam apertā facere
volens Summus Pontifex Clemens, se de
Mendicantibus loqui, ne in dubium reuo-
40 caretur, qui Mendicantes in hac re essent,
subnectit: *Et ne de notitia ordinum, & quali-*
tate cannarum huiusmodi aliqua possit dubita-
tio exoriri: Illos Ordines intelligi volumus in
paupertate fundatos, qui ex regula, vel Consti-
tutionibus suis extra septa Ecclesiarum Mona-
steriorum suorum, vel officinarum eorum, &
Clausuram ipsorū nullas debent possessiones ha-
bere: quòd si aliquis de Ordinibus ipsis possessio-
nes in aliquibus membris suis habere, in alijs
verò non habere noscatur, cum quoad ordina-
tionem, inhibitionem, & statum huiusmodi præ-
dictis

dictis Ordinibus in paupertate fundatis annu-
41 *merari volumus: Et quamlibet cannarum ip-*
sarum octo palmorum longitudinem continere.
non obstantibus, &c. Sic Summus Pontifex
Clemens.

Futilis nempè, atque ludibrio data hæc
Summi Pontificis declaratio haberetur, si
de secularibus quoque Clericis, siue Sacer-
dotibus, qui nec regulares sunt, nec in pau-
pertate fundati, exaudiretur.

42 Cùm sat, superq; fuisset ipsa prohibitio-
nis generalitas ad omnes comprehenden-
dos, etiam seculares Sacerdotes. ex regula,
quod qui omne dicit, excludit nihil. *cap so-*
lita 6. §. nos autem. & ibidem *Gloß. de maio-*
rit. & obedient. can. si Romanorum 1. §. dicen-
do, vbi etiam *Gloß. 19. distinct. can. sunt non-*
nulli 115. cum his, quæ adnotat *Gloss.* verbo
ab omni. 1. quæst. 1. can. adhuc instant 30. *§. &*
quod omnibus. de pænit. dist. 3. l. à procurato-
re 13. *C. mandati.* deduximus plura *resp.* 10.
num. 59. part. 1.

Inde porrò declarationem prædictam
subiunxit Summus Pontifex, qui nam in
paupertate fundati regulares exaudirētur;
vt generalitatem, ac laxitudinem omnes
comprehendendi, per subsequentē enume-
ratam regularium in paupertate fundatorū
speciem, reprimeret, atque concluderet.

43 Quemadmodū generis laxitudo, amplitu-
do, siue potētialitas, vt Philosophi loquun-
tur, per speciem comprimitur, temperatur,
atque restringitur. ad regulam 34. Generi
per speciem derogatur. *de regul. iur. in 6. cap.*
studuisti. 2 de offic. legat. extrà. l. in toto iure ge-
neri 81. *ff. eodem.* & ibidem *Cagnol. Abb. in*
cap. sedes 15. *num.* 12. *in fin.* ibidemq; *De-*
cius num. 44. de rescript. Rota apud *Card. Ca-*
ualer. decis. 124. num. 3. diximus *respons.* no-
stra 78. *num. 49. part. 3. Cardin. Tusc. tom. 4.*
litera G. conclus. 36. num. 1. & seq. Barbosa
axiomat. 107. *num. 1. Ioan. Bapt. Ciarlin. cap. 3.*
num. 38.

44 In materia præsertim odiosa (vt isthæc
nostra est, facultatis comprimēdæ.) ad re-
gulam 28. quæ à iure communi exorbitāt,
nequaquam ad consequētiam sunt trahen-
da. *de regul. iur. in 6. regula in generali 81. eod.*
Decius in cap. 1. num. 33. 34. 35. & 36. de rescr.
Benedict. Capra reg. 102. priuilegia principum.
45 *num. 16.* Et vbi species dubitationis tollen-
dæ causa, clariusq; demonstrandi, enumera-
ta fuerit. (vti in facto hoc nostro Constitu-
tionis præfatæ Clementis. in apertissimis
illis verbis; *Et ne de notitia Ordinum aliqua*
possit exoriri dubitatio.) adnotat *Decius in d. l.*
in toto. num. 16. & in d. cap. sedes. num. 46. &
seq. & ibidem *Abb. num. 12. de rescript.* adno-
tauimus *d. respons. 78. num. 50. & 52. part. 3.*
46 Quæ planè regula in quocunque negotio
locum habet. *Castrens. cons. 476. videtur quod*
præditus. in princ. lib. 2. Cardin. Tusc. d. con-
clus. 36. num. 5. Barbos. d. axiom. 107. num. 2.
& sequuta fuit Rota in *Arimmen. nullitatis*
obligationis 10. *Decembris* 1631. corā *Queipo*
decis. 79. num. 8. & 9. part. 6. diuersor. nouissim.
per Rubeum.

Nec exultent Aduersarij dicentes: per
eundem Clementem IV. & Sixtum etiā IV.
47 concessum fuisse: *Vt non solùm Fratres Men-*
dicantes, verùm etiam alij quicunque Religiosi,
vel Ecclesiastica personę vtriusque sexus propè
domos Fratrum Ordinis de Monte Carmelo no-
uas Ecclesias, & loca construere, vel aliàs de-
nuo recipere, & habere possint intrà spatiū cen-
tum quadraginta cannarum per aerem mensu-
randarum, vbi aliàs per terram comodè mensu-
rari non possint, vt refert *Pater Emanuel Ro-*
driquez qq. regular. tom. 2. quæst. 50. artic. 5.
§. & Iulius secundus. Frater quoq; *Ludouicus*
Miranda in manual. prælator. tom. 1. quæst. 33.
48 *artic. 4. concl. 3.* posseq; dictis priuilegijs per
communicationem alios vti Mendicantes.
quod aduertit quoque *Mirand. d. art. 4. con-*
clus. 2. in fin. & Rodriq. d. art. 5. §. & Iulius Se-
cundus.

49 Primò quidem, quia priuilegium cùm
sit facti, non præsumitur, sed probari debet
per asserentem illud. *Rota* apud *Crescent.*
decis. 1. de iure patronat. num. 2. Cardin. Tusc.
tom. 6. lit. P. conclus. 762. num. 1. & seq

50 Deindè, quòd integrum priuilegiū exhi-
beudum sit, non sanè per partes, neque in
compendium; atque legendum concedi.
secundum *text.* expressum in *cap. cùm perso-*
na 7. de priuil. in 6. ex verbis Bonifacij VIII.
de exēptionis priuilegio ab Ordinarij iu-
risdictione loquente: *Ac ad legendum inte-*
graliter exhiberi. Rationem refert *Gloss. ibid.*
51 verbo *integraliter.* dicens: *Nè præcedentia,*
vel sequentia arctent articulum, de quo conten-
dit. est *text. in cap. porrò 7. de priuileg. extrà.*
vbi *Gloss.* verbo *ex inspectione. can. contra mo-*
rem 8. & ibidem *Gloss. dist. 100.* & *Gloss. in can.*
seruatis 6. verbo *inspectis. 25. quæst. 2. l. si quis*
ex aliena iurisdictione 5. in fin. ff. de iudic. Ro-
ta apud *Cardin. Mantic. decis. 82. num. 1. & de-*
cis. 163. num 2. vbi rationem affert: quia
52 (dicens) *Priuilegiū in singulis verbis est pon-*
derandum. Ioan. Bapt. *Ciarlin. forens. cap. 41.*
num. 26. Barbos. in collectan. ad d. cap. cùm per-
sona. num. 3. & 4.

Pręterea, quia ex ipsamet priuilegij sum-
ma per dictos Authores regulares relata
euidentissima apparet manifestatione, non
ita laxè verba illa accipienda esse: (*Religiosi,*
vel Ecclesiastica persona vtriusque sexus.) vt
Sacerdotes quoque seculares comprehen-
dant, ne nouas ædificare valeant Ecclesias,
propè Ecclesias, vel Monasteria Regulariū
Mendicantium. De Religiosis nempè lo-
quuntur ibi Summi illi Romani Pontifices
53 Clemens IV. & Sixtus IV. qui quidē Reli-
giosi, nulli dubium est, quin Ecclesiastica
sunt

fint personæ. non inferetur itaque ad Cle-
rum feculare per verba illa: (*vel Ecclefiafti-
ca perfona vtriufque fexus*;) fed vt fecundum
fubiectam materiam, de qua Pontifices illi
loquebantur, comprehenderent omnes,
54 etiam Moniales, cùm alioqui, in Clero non
dentur mulieres. argumento *tex. in can. dia-
coniffam 24 & can. de filia 27. & can deuotam
28. 27. quæft. 1.* Fitq; noftra hæc perpenfio
magis perfpicua, quòd ipfimet Authores,
ab Aduerfarijs in medium allati, *Rodri-
quez*, & *Miranda* (& fi minimè ab ipfis ex-
penfi) pro nobis funt. Ipfi nempè in titulo
articuli, fic habent: *Rodriquez* quidem. *Vtrū
Ecclefia, vel Monafteria poffint ædificari alijs
Ecclefijs Fratrū vicina?* Monafteria fcilicet.
dilucidiùs autē *Miranda: vtrum poffint ædi-
ficari aliqua Monafteria noftris domibus cōuici-
na?* Si enim ipfi, qui neq; priuilegia integra
viderunt, fed ex compēdijs acceperunt, ne-
que articulum inftituere aufi fuere, de Sa-
cerdotibus, vel Clericis fecularibus: Cur
nos (quæfo te) dicere audebimus: vt hi
quoque in prohibitione ædificandi com-
prehendantur? Intellexerunt profectò ipfi,
Conftitutiones præfatas de Regularibus
55 dumtaxat loqui. Qui igitur priuilegio vti
voluerint, ipfi probare debebunt, fuper qua
fe fundant, qualitatem, vi priuilegij ipfius.
vt in hifce terminis Cōftitutionis Sixti IV.
aduerfus Fratres de Mōte Carmelo difcal-
ceatos. perpenfum fuit in *Toletana reædifica-
tionis Capella coràm Eminentiff. Card. Manti-
ca d. decif. 163. num. 3.* & perpenfum quoque
fuit in *Cæfaraugustana Domus 22. Iunij 1615.*
coràm *Manzanedo decif. 745. num. 1. part. 2.
tom. 2. in recentior.* ab Aduerfarijs pro fe al-
lata, at non rectè expenfa. Dictum nempè
ibi fuit: Confirmandam effe fententiam
Ordinarij Cæfarauguftani, qui Fratribus
S. Mariæ de Carmelo difcalceatis nouam
ædificandi Ecclefiam, & Monafteriū facul-
tatem fecerat, feruata forma decreti Sacri
Tridentini Concilij *feff. 25 cap. 3. de regular.
in fin.* atque Conftitutionis fœlicis memo-
riæ Clemētis VIII. non obftantibus oppo-
fitionibus Ecclefiæ Sanctæ Mariæ del Pilar.
56 Ea nimirùm ratione, quod Regulares præ-
fati Difcalceati fufficientes habebant red-
ditus ad congruam Collegialium fubften-
tationem. Mendicare propterea minimè
cogebantur. Erit ergo multò magis hæc
fufficiens ratio pro his noftris Sacerdoti-
bus Congregationis Sācti Caroli: Et quòd
illi regulares non fint: Et quòd neque col-
legialitèr in loco eos viuere oportebit: &
quod neq; ex eleemofynis victum quærere
opus erit. vt in fuperiori difcurfu perpen-
dimus, deduximufq;. Præterquàm quòd
57 hodie feruari debeat Conftitutio Clemen-
tis VIII. pro nouis Ecclefijs, & Monafte-
tijs regularium ædificandis, nihili ductis
Conftitutionibus præfatis Clementis IV
Sixti IV. ac Iulij II. quod aduertit *Laer-
tius Cherubinus* in noua compilatione Bul-
larij *d. tom. 1. in d. 7. Conftitut. Clementis IV.*
poft fummarium dicens: *Hodie autem fer-
uanda in hoc eft forma tradita à Clemēte VIII.
in eius Conftitut. 99.* (Quoniam) poft *Boni-
faciam VIII. in cap. vnic. de exceffib. prælator.
58 in 6.* Er emanauerunt poftmodū aliæ Con-
ftitutiones, Pauli V. Gregorij XV. & San-
ctiffimi D.N. Vrbani Papæ VIII. innouan-
tes eandē Clementis VIII. Conftitutionem
quoad noua regulariū Monafteria erigēda,
quæ feruari debent fecundū formā in illis
traditā. fequiturq; *Barbof in collect. Bullarij.
verbo Monafteria 1. verf. Monafteria noua. &
feq. & de offic. & pot. Epifc. p. 2. alleg. 26. per tot.*
Ratio proindè nulla habēda erit de alijs
præiudicijs, quæ acceffura fibi fupponunt,
nec rectè Aduerfarij: & quòd fideles miffas
in dicta noua Capella celebrari curare po-
terunt: & quòd ad eam accedent diuina
59 quoque audituri: & quòd denique fepul-
turam in illa deligēt. Sunt enim hæc facul-
tatis. Quam ob caufam licitū eft cuilibet,
60 vt libuerit, in quocunque loco, & quacunq;
Ecclefia pia exercere opera, iuxtà illud
Apoftoli 1. *ad Timotheum 2. 8.* dicentis: *Vo-
61 lo ergo viros orare in omni loco. leuantes puras
manus fine ira, & difceptatione, fimilitèr &
mulieres.* quæ fanè verba *in omni loco*; ne de
oratione priuata tantùm, verùm, & multò
magis, de publica exaudiri aduertit doctif-
62 fimus *Cornelius à Lapide ibidem.* fimilitèr &
fepulturā eligere. *cap. 1. de fepultur.* deduxi-
mus plenè *refponf.* noftra *14. nu. 1. & feq. p. 2.*
63 Deinde, quòd attendendus erit diuini
cultus fauor potiùs, qui ex nouarum Eccle-
fiarum erectione accedit, & incrementum
fumit, quàm priuatum aliquorum commo-
dum. ad *text. in cap. ad audientiam 3. de Ec-
clef. ædificand. can. Ecclefiæ 43 16 quæft. 1.* &
perpenfum fuit à Rota apud *Cardin. Sera-
phin. decif. 847. nu. 3.* & diximus pluribus *re-
fponf. 28. num. 33. 34. & 35. part. 2* & hoc ipfū
perpenfum fuit in *d. Cefaraugustana domus
coràm Manzanedo d. decif 745. num. 3. part. 2.
in recent.* Quin ad rem hanc noftram fatis
accomodè additum in fin. fequentibus: *Et
64 in omnem euentum tale præiudicium non effet
confiderabile ad effectum impediendi noui Col-
legij erectionem. iuxtà doctrinam Bart. in l. quo-
minus. num. 21. in fin. ff. de flum. atb. Alexand.
conf. 194. nu. 11. lib. 2. Aymon de antiquit. par. 4.
cap. incip. circa præmiffa. num. 27.* Sic Rota.
Neque obftaculum præterea facient,
quæ pro fe afferunt Aduerfarij; parùm,
(acutus ne cufpide fit iaculus) perpenden-
tes. ex dicto *d. cap. vnic. de exceffib. prælator.
in 6.* ex facrofancta Tridentina Synodo *d.
cap. 3. in fin. feff. 25. de regular.* Ex Conftitu-
tionibus Clementis VIII. Pauli V. Grego-
rij XV.

rij XV. & Sanctiss. D.N. Vrbani Papæ VIII. quarum nos supra meminimus. Quia nimirùm tàm hæ Summorum Pontificum Constitutiones, quàm decretum Sacri Tridentini Concilij, sicuti Bonifacij VIII. Constitutio *d. cap. vnic. de excessib. prælator. in 6.* pro nobis potiùs sunt, non contra. Disponunt namque de nouis regularium Ecclesijs ædificandis, nisi illæ, seruata forma ab eis data, fiant. Nos autē extrà dispositionem hanc sumus. Non enim de Ecclesia, Capella, siue Regulariū Oratorio, multòq; minus ex Mendicantium Ordine, agimus; sed de iam Ordinarij facultate extructa Capella Congregationis secularium Sacerdotum; qui neque in dicta Capella collegialitèr viuere debebunt; neque ex mendicitate victum in dies quærere eos oportebit. Extra casum sunt ergo omnia, quæ Aduersarij nostri, tempus profundentes, & oleum, deferunt.

65 Cæterùm neque vt fatigent se, eos oportet, ex perpensione, quam satis aptam putant, ex dicto decreto sacrosanctę Tridentinæ Synodi *d. cap. 3. in fin. sess. 25. de regularib.* quòd illa Episcopi tantū meminit, vt quasi personæ industria electa esse videatur; non potuisse propterea absque speciali facultate Eminentissimi Domini Cardinalis Archiepiscopi, eius Dominum Generalem Vicarium facultatē facere dictam nouam Capellam construendi. nullā idcircò erectionem fuisse. Quamuis enim satis argumentosa hæc videatur instantia, facili tamen à nobis negotio diluitur. Sacrum quippè Concilium de nouis Regularium ædificandis Ecclesijs, (Mendicantium præsertim) loquitur; Nos verò extra rem hanc sumus, de secularibus Sacerdotibus Congregatio-
66 nis Sancti Caroli agentes. Non itaq; verba aptantur disponentis legis, vt neque eius adhæreat dispositio. *l. 4. §. toties. ff. de damno infecto. cap. indemnitatibus 43. de elect. in 6. Nauar. cons. 12. in fin. lib. 1. de maiorit. & obedient. Gonzalez ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. in princ. nu. 24. Rota* apud *Coccinum decis. 460. num. 5. & in recentior. part. 2. tom. 1. decis. 502. sub num. 3.*

67 Omnes autē Ecclesiæ de diœcesani loci Ordinarij facultate extrui debent. *can. omnes Basilicæ 10. 16. q. 7. can. nemo Ecclesiam 9. de consecrat. distinct. 1. cap. requirente 16. de offic. Ordin. cap. authoritate 4. de priuileg. in 6.* vbi *Barbos. in collectan. num. 3. & de offic. Ep. sc. d. allegat. 26. num. 1.*

68 At fuit hæc horum Sacerdotum Capella Ordinarij facultate extructa. stare igitur debebit. ad *text. in cap. constitutio 41. in fin. de elect. in 6. l. sancimus 27. in princ. C. de testa-*
69 *ment.* Minimè porrò mutanda sunt, quæ certam ab initio determinationē habuere. *l. minimè 22. ff. de legib.* Prętterquā quod Rota
70 in dicta *Cæsaraugustana domus*, de decreto prefato Sacri Cōcilij *d. cap. 3.* loquēs, illudq; trutinans: facultatem licentiam dandi Regularibus noua Monasteria, & Conuentus ædificandi, Ordinarijs à dicto Concilio indultam dicit; quicquid olim esset ex *d. cap. vnic. de excessib. prælator. in 6. & clem. cupientes 3. de pœnis.* vt sanctæ Sedis Apostolicæ facultas exigeretur. *Hodie tamen* (Rota subnectit) *huiusmodi facultas fuit Ordinarijs attributa per Sacrum Concilium Tridentinum sess. 25. de regularib. cap. 3. in fin. & renouatur per particularem Constitutionem fœlicis recordationis Clementis VIII. in qua præscribitur forma Ordinarijs circa huiusmodi licentias concedendas.* his Rota. Quòd itaque Sacrum Concilium de Episcopo loquatur *d. cap. 3.* de illo loquitur vti de Ordinario. vt Rota
71 perpēdit. Non vtique secluditur Vicarius, qui Ordinarij nomine comprehēditur. optimè *Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 3. disput. 7. num. 10. & disput. 29. num. 3.* vbi quamplures refert, *& num. 5. & 18. Barbos. de offic. Episc. part. 2. allegat. 32. num. 28. & 118. Genuens. in praxi cap. 83. nu. 9.* ad verbum referens Rotę decisionem in *Salamantina iurisdictionis coràm Seraphino.* quæ in impressis apud eum est *decis. 980. num. 6. Piasecius in praxi part. 1. art. 2. nu. 12. Gratian. decis. Marchiæ 97. nu. 15. Maria de iurisd. part. 2. cap. 8. num. 4.*

Cessare itaque debebunt Aduersarij, ne Sacerdotibus his molesti sint. Vt ex his, meliori semper prelato iudicio, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Testamentorū verba subtili indagine scrutanda esse, Imperator mandauit, ita enim ex illis facilè mentem assequemur testatoris. num. 2.*

Neque distendenda vltra quàm testator loquutus fuit. num. 43.

3 *Animus verbis aperitur.*

4 *Fideicommissum personale personas non transgreditur earum, quibus fideicommissum iudictum est.*

Probare proindè oportebit quisquis ad vlteriorē gradū transire illud asserere voluerit.

Quod ex regula est. num. 5.

Fideicommissa ex proprio ductu, & marte inducenda non sunt. num. 6.

Sed ex voluntate pendent testatorum.

6 *Testatoris voluntas lex est in bonis suis.*

7 *Hominibus ingenuis non esse liberam rerum suarum administrationē, atque distractionem satis iniquum æstimatur.*

In vl.

In vltimis voluntatibus præsertim.
In quibus nihil magis illis debetur, quàm quod firmæ sint. num. 10.

8 *Coniecturis in interpretandis supremis morientium voluntatibus, eatenus vtendum est, quatenus illis testatoris dispositio manifestè non repugnet.*
Et res sit dubia.

9 *Voluntas vltima testatoris cauillis comprimenda non est.*
Nam cùm manifestus eius est sensus; verborũ interpretatio nusquam tantùm valet, vt melior sensus existat.

11 *Omnem modum comprehendit, nullumq; rorũ excludit, qui omnia alienare posse concessit.*

12 *Alienationis nomen dissolutum, atque expansum est.*
Et omnem alienandi modum comprehendit.
Atque etiam dominium transferendi.
Etiam per hæredis institutionem. nu. 13.
Vel hypotecando. num. 15.

14 *Alienare dicitur, qui hæredem instituit.*

16 *Iure quod factum est, & iustè, benè quoque factum præsumitur.*

17 *Firmum quod est, & stabile, nec mutatur, stare prohibere non debes.*

18 *Lege quod sit permittẽte, pœnam, neque reprehensionem meretur.*

19 *Iustitia nemini facit iniuriam, sed vnicuique quod suum est tribuit.*

20 *Facultate qui vtitur testatoris, & facit, iustè facere dicitur, atq; in nullum incidit prohibitionis edictum.*

21 *Protestatio internum animi testatoris potestatis indicat*
Velle suum testamentum in omnibus firmũ esse.
Eique standum.
Etiam si abusiuè testator loquutus fuerit.

22 *Contradictoria duo in eodem subiecto simul stare non possunt.*
Eorum quippè vnum verum, alterum falsũ esse oportet.
Proindè se mutuo extrudunt.
In testamento præsertim.

23 *Virgo corrumpitur, cùm virginale signaculum per illicitum coitum frangitur.*

24 *Nuptam, & viduam eodem tempore mulierẽ dici, ridiculum.*
Quia contradictoria sunt, & simul esse non possunt.

25 *Testator non præsumitur illud testandi genus eligere voluisse, quo sua peruerteretur voluntas.*
Sed vt exitum haberet.
Quare ad rectum sensum reducenda voluntas, vt vtrumque secundùm distinctionem temporum locum haberet. num. 26.
Præsertim si hoc pluries testator declarauerit. num. 37.
Neque testator contradictoria dixisse, & voluisse repugnantia æstimandus. num. 41.

27 *Hæreditatis aditione bona proprium efficiuntur hæredis patrimonium.*
Mutatur enim persona, consequenterq; dominium.

28 *Alienationẽ sufficit tempore habili factã fuisse.*
Vt iustè facta æstimetur.
Etiam si res fideicõmisso subiecta esset. n. 30.
Cùm sat fuerit, tunc temporis testatoris voluntatem adfuisse. num. 32.
Tunc enim quod suum est alienare dicitur. num. 33.
Limita tamen, si conditionalis voluntas fuerit. num. 31.

29 *Rerum suarum quilibet moderator est, & arbiter.*

34 *Dictio* (tunc, & eo casu) *dispositionẽ restringit, in eo casu dumtaxat.*
Et quasi cancellis concludit.
Dictio nempè (tunc) *extremitatem denotat temporis. num. 35.*
Et dispositionem reprimit. num. 36.

38 *Dictio* (omnino) *præcisam obtinet qualitatẽ.*
Vt nullo modo, nullo tempore, nulloq; casu contrarium fieri valeat.
Sicuti etiam dictio omnimodo.
Et dictio (omnis.) *num. 40.*

42 *Testator quod non dixit, neque nos dicere oportet.*
Cùm enim non ipse disposuerit.
Nec voluisse videbitur.

44 *Possidet, qui benè, ac iustè, iure possidet.*
Manuteneri proindè in sua possessione debet. num. 45.

46 *Prouerbium. Cunat tanquam Delum nauigãs. de eo dictum, qui securus incedit.*

ARGVMENTVM.

Fideicommissum personale filijs factum, eorum non transgreditur personas, neque in substitutum transit, quem à fideicommisso liberũ testator fecit, quin amplam disponendi, alienandi, distrahendiq; facultatem ei dedit. Alienationisq; verbum dissolutè accipitur. Quid vero si in casu mortis substituti sine filijs, in alios testator disposuit, excepta tamen re certa, quam in piam

L reli-

reliquit causã; & illa per substitutũ, dùm in humanis ageret, in alium distraxerit, nùm locũ habeat pia causa? & nùm in expressa testatoris voluntate coniecturis detur locus? & dictio perpenditur omninò (onninamente) quæ amplam interpretationem retinet, omnemque modum, & omnem casum, omneq; comprehendit tempus.

RESPONSIO XVI.

1 SVbtili semper indagine testamentorũ verba scrutanda esse Imperator nos edocuit Iustinianus in *authent. de restitutione fideicommissi. §. nos igitur. collat. 9.*
2 Facile enim factu erit, si bene illa perpenderimus, vt mentẽ ex illis ab humanis ab-
3 stracti testatoris assequamur. Etenim verbis animus aperitur, qui alitèr in cordis penetralibus abstrusus manet. ex *Aristotele primo perihermenias.* & Celso ex Tuberonis sensu in *l. Labeo 7. §. id Tubero. ff. de suppellect. legata.* Qualis itaque mens fuerit in sua dispositione Dominici Bollettini testatoris ex verbis ipsis, si ea rectè perpenderimus, non indubiè assequemur. Hoc ergo vt nobis eueniat, factũ primitùs præiaciamus. Dominicus hic itaque Bollettinus Taurinen diœcesis Romæ incola, cùm instaret sibi dies quin hora, vt ex hoc mundo trasiret. anno Dominicæ Incarnationis 1608. de rebus suis disponens. iuxtà *Isaiæ* illud ad Regem Ezecchiam: ***Hæc dicit Dominus:** Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues.* Isaiæ 38. 2. supremas condidit tabulas. Tres autem habens filios ex Nuntia Pontina legitima coniuge susceptos, Iacobum, Victoriam, & Petrum Paulum decennem, eos in omnibus hæredes dixit. Victorię domum quandam in Rione Campi Martij reliquit; aliam Iacobo, & tertiã Petro Paulo, quibus omnibus tutores dedit. verùm, vt filios fideicommisso stringeret, sequentibus subiunxit:

Dichiarãdo, volendo, comandando, & espressamente stabilendo esso Testatore, che le dette due case sopra descritte, e confinate, nelle quali sono stati instituiti respettiuamente, e'l detto Giacomo, e Pietro Paulo suoi figli, siono, aebbano essere, e restino sempre, e perpetuamente (eccetto nel caso infrascritto, cioè, che in esse soccedesse il Signor Cesare Bollettino fratello di esso Testatore, nel qual caso vuole, e dichiara che siano, e restino libere del detto fideicommisso) sotto fideicommisso, lo quale d'adesso lo fà, constituisce, e crea sopra dette due case, con tutte, e singole clausule, cautele circa la creatione, impositione, e constitutione di simili fideicommissi da imponere solite, le quali si habbiano, e debbano hauere quì per apposte, e repetite. Prohibendo espressamente, che detto Giacomo, Pietro Paulo, nè suoi figli, e successori possino, nè alcun di loro possa vendere, impegnare, obligare, nè fare altro qualsiuoglia contratto di esse case, ò alcuna di esse cõtro, e pregiuditio al detto fideicommisso, e mente del Testatore.

Hæc quidem cùm in testamento manè disposuisset, vesperi postmodũ codicillando sequentia quoque intulit.

Item dice, dichiara, & ordina, comanda, e stabilisce, e vuole esso Signore Codicillatore, che morendo detti Giacomo, e Pietro Paulo suoi heredi, ò alcuno di loro due senza figli legitimi, e naturali, e di legitimo matrimonio procreati, quello che di essi sopra viuerà, habbia, e debba soccedere all'altro defonto nella casa, e sua portione delli beni suoi hereditarij lasciatoli da esso Codicillante in detto suo vltimo testamento, esclusa però sempre essa Vittoria, ma vuole, che sia tacita, e contenta della casa lasciatagli. Et in tal caso di morte di detti Giacomo, e Pietro Paulo nelli detti loro beni hereditarij, esso Codicillante sustituisce, e vuole, che debba soccedere l'infrascritto Signor Cesare Bollettino fratello carnale d'esso Signore Codicillante. E morendo detta Vittoria similmente senza figli legitimi, e naturali, e di legitimo matrimonio procreati, à quella, e detta sua heredità debbano soccedere detto Giacomo, e Pietro Paulo pro equali portione, ò vero quello che di essi sopravuiuerà, e non sopravuiuendo alcuno di loro, soccedi, e socceder debba detto Signor Cesare Bollettino. come anco morendo ambedua cioè Giacomo, e Pietro Paulo senza figli legitimi, e naturali come di sopra, à quelli, e tutti suoi beni (ancorche sopravuiuesse detta Vittoria, come s'è detto) debba soccedere iure substitutionis il detto Signor Cesare Bollettino fratello carnale di esso Signor Codicillante, come d'adesso per all'hora, & in tali casu iure substitutionis, & omni alio modo meliori, &c. Esso Signor Codicillante vuole, intende, & ordina, che socceda, & habbia à soccedere in detta loro heredità, e case, e ciascheduna di loro lasciate come in detto suo vltimo testamento il detto Signor Cesare Bollettino, le quali case, e ciascheduna di esse intende, vuole, & ordina esso Signor Codicillante, che in tale caso di successione al detto Signor Cesare siano, e restino onninamente libere, & esente dal detto fideicommisso per detto Signor Codicillãte fatto in detto suo vltimo testamento alii detti suoi figli, & heredi, ma che di esse, e chiascheduna d'esse

*d'esse detto Signor Cesare, e suoi heredi, e succes-
sori in perpetuum nè possa, e possino disponere,
vendere, cedere, & alienare ad ogni loro pia-
cere, e volontà.*

*Et in euento che detti figli, & heredi di detto
Codicillante, e detto Signor Cesare come sopra
ad essi sustituito morissero tutti senza figli legi-
timi, e naturali, e di legitimo matrimonio pro-
creati, all'hora, & in tali casu, intende, e vuole,
& ordina esso Signore Codicillante, che in
tutti detti beni hereditarij socceda, e socceder
debba il più prossimo, che si ritrouarà in tal tẽ-
po ad esso Signor Codicillante del vero ceppo
della casa sua de Bollettini; Eccetto però nel-
la casa, che hà lasciato nel detto suo testamento
à Pietro Paolo suo figlio, e coherede, nella quale
di presente si ritroua infermo esso Signor Codi-
cillante, la quale casa iure legati lascia alla Ve-
nerabile Compagnia del Sãtissimo Sacramento
di Santo Lorenzo in Lucina:*

Vita cùm præterijsset Testator, parentẽ
decedentem sequuti non post multa tem-
pora fuere Iacobus, & Petrus Paulus, neq;
filijs ex corpore relictis. Successionẽ pro-
indè obiuit Cæsar defuncti Testatoris fra-
ter, hæres substitutus. Hic dùm vitali ad-
huc perfruitur aura, domũ, quæ Petro Pau-
lo obtigerat, vi facultatis sibi à Testatore
factæ in Dominum Gulielmum Serenam
alienat. Nouissimè diebus istis, & Cæsar in
orcum petijt nullis ex corpore filijs reli-
ctis. Surgit proindè Societas prædicta San-
ctissimi Sacramenti intus Ecclesiam Sãcti
Laurentij in Lucina, sibi iure legati domos
prędictas relictas, & per Cęsarem alienatas,
deberi, atque in possessionem immitti con-
tendit.

Fit propterea causæ status: debeantur
ne domus Societati Sãctissimi Sacramenti,
vt à Serena auocari debeant: an tutus sit
Serena ne molestia afficiatur? Serenam
tutum esse, respondendum nobis videtur.
Apertissimè namque ex Dominici Testa-
toris dispositione, punctim in eius verbis
supra relatis, apparet, fideicommissum fi-
liorum fauore dumtaxat rogauisse Testa-
torem; ne ab illis quandoque eorum per-
uersitate bona deficerent, vndè etiam, qua-
tenùs Iacobus, vel Petrus Paulus eius filij
in aliquod se inuoluerent facinus, propter
quod bonorum confiscatio timeri potuis-
4 set, per octo dies ante hæreditate eos pri-
uatos declarauit. Personam itaque dicto-
rum filiorum, ad quos, veluti limitibus, fi-
deicommissum, cancellisq; restrinxit Te-
stator, non vtique excedet, sed in illa firma-
bitur, stabitq;. Quisquis igitur fideicom-
missum in vlteriori gradu asserere volue-
rit, id probatione præstare eum oportebit.
ex Vlpiani sensu lib. 40. ad edictũ in *l. si ita
quis substituerit* 21. atque etiam Papiniani
lib. 6. responsorum in *l. coheredi substitutus*
41. *§. cum filio, vel nepoti. ff. de vulgari, & pu-
pillari. Gloss in l. qui duos impuberes* 10. ver-
bo *superstes. ff. de rebus dubijs.* verbis satis
5 apertis dicens: *Regula est, vt neque ad hæ-
reditatem, neq; ad legatum, neque ad fideicom-
missum, vel tutelam aliquis admittatur, nisi do-
ceat casu existente se inuitatum.* sequitur Ro-
ta apud sanctæ memoriæ *Gregorium XV. de-
cis. 433. nu. 1.* & nos *respons.* nostra 22. *nu.* 38.
*& seq. part. 3. Hector Capycius Latro decis. 1.
nu. 1.* Et in his pœnè terminis de prohibi-
tione alienationis quando personalis est,
quod in personis retineatur; nec illas pro-
greditur. apertissimè post *Ripam in l. filius
familias §. diui. num* 108. *&* 111. *ff. de legatis
primo.* sequuta fuit *Rota* apud *Card. Seraph.
decis. 482. nu. 2. & decis. 1216. nu. 1. & part. 1.
in recentior. decis. 316. num. 6.* & in *Romana
fideicommissi de Formicinis 7. Februarij 1635.*
coràm *Merlino decis. 15. num. 11. part. 7. re-
recentiorum per Rubeum.*

Ad Cæsarem verò ne dùm non porrigi
fideicommissum Testator edixit, verùm &
omninò illud, casu facto, quo Cæsar succes-
sionẽ subiret, remouit. Ne graueris (quæso)
vt iterùm hic verba referamus Testatoris in
testamento scripta. Præcepit nempè ipse,
vt domus Iacobo, atq; Petro Paulo relictæ:
*siano, e debbano essere, e restino sempre, e per-
petuamente, (eccetto nel caso infrascritto, cioè
che in esse soccedesse il Signor Cesare Bollettino
fratello di esso Testatore; nel qual caso vuole,
e dechiara, che siano, e restino libere dal detto fi-
deicommisso) sotto fideicommisso, &c.* Amouit
itaque fideicommissum Testator domibus
iniunctum, quandocunq; filijs in Acheron-
tis cymbam æternum in exilium transeun-
tibus, abeuntibusq; Cæsar successionem
6 subiret. Quis igitur erit, qui aduersus Te-
statoris voluntatem testamento scriptam,
quæ lex est in bonis eius. *authent. de nuptijs.
collat. 4. §. disponat.* fideicommisso bona ipsa
subijcere audeat; quando non ex hominũ
diuinantium marte, neque proprio ductu
fideicommissa indicenda sunt? vti satis
aptè, vt assolet, perpendit *Aymon Crauetta
cons. 161. num. 12.* vt libera semper cuique
rerum suarum maneat dispositio: vel etiã
si in mare proijcere illa voluerit. Cætero-
7 quin satis iniquum esset ingenuis homini-
nis non esse liberam rerũm suarum aliena-
tionem, distractionemq;. vti Caius lib. 15.
ad edictũ prouinciale in *l. non vsque adeo 2.
in fin. ff. si à parente quis manumissus fuerit.*
satis aptè perpendit, & ad rem. sequiturq;
Castrens. cons. 125. lib. 1. col. 1. & eum Eminen-
tissimus *Cardin. Tuscus tom. 6. lit. P. conclus.
112. num. 11. Francisc. Marzar. cons. 6. num. 2.*
8 Eatenùs autem in defunctorum voluntati-
bus interpretandis, aliquid ex coniecturis
supplendum est, quatenùs voluntas patris
familias manifestissimè non refragetur. ex

Vlpiani verbis lib.6.ad Sabinum in *l. quoties volens 9. §.si duo sunt haredes. ff.de haredib. instituend.* rationē accipimus ex Venuleio lib.1.stipulationum in *l.continuus 137. §.cùm ita stipulatus.in fin.ff.de verbor.obligat.* qui sic ad rem loquitur: *Quia in eo quidem tempore*, (inquiens) *atque facto, quod finitū est; nullus est coniectura locus*, explicat magis *Gloss.ibid.*verbo *nullus*. In incertis, non certis locus est coniecturis. subnectens. sequiturq; *Menoch.de præsumpt. lib.1.præs.11. num.8. Scipio Rouitus consil.40. num.1. tom.1. Rota in Romana* Gruppi *16. Iunij* 1636. corā *Dunozetto decis.154.num.19.par.7.in recent. per Rubeum*, & apud *Coccinum decis.* 330. *num.6.* Nihil igitur hìc de fideicommisso asserendum ampliùs, cum patrisfamilias, verbis expressa voluntas, manifestissimè refragetur.

Firmioremq; perpensionem hanc facit ipsamet Testatoris volūtas, quæ in codicillis de hac ipsa re verba habens, atque de suis disponēs, quando ex hac vita Iacobus, & Petrus Paulus eius filij sine filijs ex corpore discederent, laruasq; peterent infernas, vnde Cæsar successionem nancisceretur; illum liberas domus habere voluit, omni semoto impedimēto, vel fideicommissi, vel prohibitionis alienandi, vel disponendi; inter alia dicens: repetimus verba, quia ad amussim loquuntur.

Le quali case, e ciascheduna d'esse, intende, vuole, & ordina esso Signor Codicillante, che in tale caso di soccessione à detto Signor Cesare siano, e restino onninamente libere, & esente dal detto fideicommisso, ma che di esse, e ciaschuna d'esse detto Signor Cesare, e suoi heredi, e successori in perpetuum nè possa, e possino disponere, vendere, cedere, & alienare ad ogni loro piace, e volontà. Ne dùm igitur domos remoto omni fideicommisso ad Cæsarem venire Testator disposuit, atq; impedimentum remouit quodcunque, quod ei posset esse, ne liberè disponere valeret, vel ipse, vel hæredes eius, & successores in perpetuum; sed etiam positiuè mandauit, vt de domibus, & vnaquaque earum disponere, easque vendere, & alienare valeret, ipse, & hęredes eius in perpetuum. in omnem vtique eorum li-
9 beram voluntatem. Quid itaque cauillos quæris in verbis, vt dispositionem comprimas Testatoris, quando ille sic apertè loquutus fuit, vt nullus ambiugendi esset locus? hanc non meam excipias cogitationem, sed Iustiniani Cæsaris in *l. si quis filium 3. C.de liber. præter.* qui sic fatur, non sanè lachrymans: *Cùm enim manifestissimus est sensus testatoris, verborū interpretatio nusquam tantùm valet, vt melior sensu existat.*
10 Quando nihil magis hominibus debetur, postquam hinc demigrauere, quod liber sit stylus, & licitum, quod iterum non redit arbitrium: ex Constantini Cæsaris dispositione, ac voluntate, & constitutione in *l.1. C.de sacros.Eccles.*

Dissolutissimam idcircò Cęsari, atq; amplissimam, nullisq; cancellis retentam facultatem Testator fecit alienādi, disponendi, atque vendendi, eiusque hæredibus, & successoribus in perpetuum, ad omnem eo-
11 rum liberam, atque exactam voluntatem. Omnem propter hoc comprehēdit distrahendi modum, vel per dispositionē, vel inter viuos, vel in vltima voluntate, vel per venditionem, vel alienationē. nullum proindè retinuit modum, quo Cæsari, quin distraheret, quin disponeret, quin alienaret, impedimentum fieret. ex *text. in l. si procuratore 23. C. mandati. can. sunt nonnulli 115.* ibidemque *Gloss.* verbo *ab omni. 1. quæst. 1. cap. solita 6. §.nos autem. de maiorit. & obed.* ibiq; *Gloß.*diximus *respons.32.nu.60.part.3.*
12 Præter quam quod alienationis ipsum ex se nomen expansum satis est, vt omnē dissoluendi, extra se mittendi, distrahendiq; comprehēdat modum, dominiumq; transferendi. ex Paulo lib. 21. ad edictum in *l. alienationis verbum 28. ff. de verbor. signific. & l. sancimus 7. aliàs fin. C. de reb.alien. non alienand. §. alienationis autem nomen. in authent. de non alienand. aut permutand. rebus Ecclesiast. collat 2. cap. nulli liceat 5. de rebus Eccles.non alienand.* ibidemque *Gloss.* verbo *alienationis. extrauag. vnic. Pauli II. de rebus Eccles. non alienand. Barbosa de appellatiua verbor. iuris significat. appellat.14. num.1. & seq.* diximusq; alios referentes *respons.* no-
13 stra 54. *num.65. & 66. part.4.* Per hæredis quoque institutionem; quia profectò, qui alienandi facultatem habet; hęredem insti-
14 tuendi potestate minimè retinetur. Cùm hæredem instituendo, alienare in illum dicatur. apertissimè ex Iustiniano Cæsare in *l. si quis prioris matrimonij 8. §. certum esse sancimus. C.de secund.nupt.* ibidemque *Gloß.* verbo *instituendo.* quæ concordantia refert. sequiturq; *Bald. ibid. Ioan. Francisc.de Ponte*, vir sanè sua tempestate doctrina cōspicuus legali, in materia præsertim feudali. *cons.2.*
15 *num.171. & seq. vol.1.* Vel etiam hypothecando, quia alienationis verbum omnem comprehendit modum. ex Càio lib.10. ad edictum prouinciale in *l. sed, & quo ad caeres 8. ff. de pignoribus, & hypothecis. d. l. fin. C.de reb. alien. non alienand. Hector Capycius Latro decis.23.num.5.Rota* apud *Card.Canaler.decis.290.num.5.*

Alienauit autem, atque à se, suoq; dominio domū, quæ Petro Paulo relicta fuerat, & ad se libera peruenerat, dimisit Cæsar, ex amplissima sibi à Dominico fratre, & Testatore alienādi facta facultate, illamq; in Serenam transfusit, transtulit, dimanauit.
16 Iure proindè ad illum, ac liberè, nulla

absistente

obsistente facultatis retentione, peruenit.
ergo instè . ergo bene . ex Augustini indu-
ctione in *can.quid dicam 11.in fin.14.quæst 4.*
quam nec respuit Gregorius in *can. ad eius
verò 4 §. si igitur bene. dist.5.* & nos *respons.*
17 nostra 52. *nu.4.par.4.* Quod igitur firmum
stat,& stabile, nec mutatur, cur sanè stare
prohibeas, mutariq; velis? Hoc autem Iu-
stinianus abnuit Cæsar in *l. sancimus 27. in
princ. C. de testament.* nec à iusto alienum
putauit Bonifacius VIII. in *cap. Constitutio
41. de elect.lib.6.*

Nullo igitur iure nunc facit Societas
Sanctissimi Sacramenti Ecclesiæ Sācti Lau-
rentij in Lucina, quæ vi legati, quod sibi
à Dominico testatore relictum præsumit,
domum à Serena auocare tentat, qui illam
ex alienatione per Cæsarem multò ante
18 in eum iure factam retinet. An verò pœ-
nam ab eo exigere tentat, qui testatoris le-
ge permittente, tenet, & possidet? ex Cai
sensu lib.1. ad edictum prouinciale in *l. il-
lud elegantèr 4.sine fin. ff. quod quisque iuris
in alterum statuit.* & Alexandri Cæsaris in
l.Gracchus 4.C.ad legem Iuliam de adulterijs.
& Pauli lib.64. ad edictum in *l. nemo dam-
num 194 ff.de regul.iur. Gloss.in cap.consulta-
tionibus 19.* verbo *remoueri. de iure patronat.*
19 At iustitia nemini iniuriam irrogari per-
mittit, sed quod suum est cuique tribuit,
atque conseruat. *l. iustitia 10. ff. de iustit. &
iure. §.1. Institut. eodem.* Gregorius IX. in
proœm.decretalium. §.ideò lex. vbi etiā *Gloss.*
verbo *ius suum. cap.ex ore 17.in princ.de pri-
uileg. S.Thomas 2.2 quæst.58.art.11.*
20 Nec enim ipse proprio ductu possidet,
sed ex alienatione in eum per Cæsarem fa-
cta, qui testatoris vsus facultate, atque per-
missu fuit, quam eidem testator dedit. Au-
dias (quæso te) Vlpianum lib.50.ad edictū
hanc nostram excogitationem in *l. quia au-
tem is 6. §.planè si nominatim. ff.si quis omissa
causa testamēti.* apertissimis, nec ineruditis
delineantem verbis. *Planè* (inquientem) *si
nominatim id ei permisit,* (testator vtique)
*dicemus eum non incidere in edictū: Quia vsus
est facultate ea, quam ei testator concessit.* Hac
autem facultate vsus est Cæsar in Serenam
domum alienando. in nullum itaque edi-
ctum incidit, neque ille, neque Serena. Iure
ergo possidet.

Neque obstaculum facient nouissima
testatoris verba, quibus in codicillis im-
mediatè post facultatem Cæsari alienandi
factam, subiunxit, dicens:

*Et in euento, che detti figli, & heredi di det-
to Codicillante, e detto Signor Cesare come di
sopra ad essi sustituito, moressero tutti senza fi-
gli legitimi, e naturali, e di legitimo matrimo-
nio procreati, all'hora & in tali casu, intende, e
vuole, che in tutti detti beni hereditery socce-
da, e socceder debba il più prossimo, che se ritro-
uarà in tal tempo ad esso Signor Codicillante
del vero Ceppo della casa sua di Bollettini Ec-
cetto però nella casa, che hà lasciato nel detto
suo testamento à Pietro Paolo suo figlio, e cohe-
rede, nella quale di presente se ritroua infermo
esso Signor Codicillante. La quale casa iure le-
gati lascia alla Venerabile Compagnia del San-
tissimo Sacramento di S. Lorenzo in Lucina.*

Non enim ex hoc testator ab amplissi-
ma, quam Cæsari fratri alienandi faculta-
tem concesserat, & à quo fideicommissum
omninò remouerat, & bona libera pro se,
suis hæredibus & successoribus, in ijsdem
quoque codicillis, in perpetuum relique-
rat, vllo recessit pacto, sed nouum; expen-
dit casum, quando scilicet eius filij, & Cæ-
sar, omnes sine filijs decederent; neque de
bonis disposuisset Cæsar, qui plenissimam
disponendi, alienandiq; facultatem obti-
nebat; ne bona ad extraneos permane-
rent, ad ea proximiorem sibi coniunctum
de domo sua vocauit, excepta tamen do-
mo illa, quam Petro Paulo filio reliquerat,
quam eo casu dictæ Venerabili Confrater-
nitati legari iure reliquit.

Et quidem hanc fuisse testatoris men-
tem, & sensum fit perspicuum, ex protesta-
tione, quam ipse in fine intulit codicillorū,
dicens:

*Item præfatum testamentū in omnibus, &
per omnia, omniaq;, & singula in eo contenta
plenissimè confirmauit, &c. omni, &c. declarās,
quòd per hos codicillos non intelligatur de ali-
quo præiudicatum dicto eius testamento hoc ma-
ne per ipsum facto. Imò illud vt supra confir-
mauit, & confirmat.* Idcircò nempè in no-
uissimis codicillorum verbis, quando ma-
21 gis in ianuis astans mors eum stimulis, vt
discederet, agitabat, protestationē subiun-
xit, vt penetrale suæ mentis, animiq; sensū
exprimeret, nolle se à prius dispositis per
hæc nouissima discedere. ex Marcello lib.
singulari responsor. in *l.non aliter 67 per to-
tam. ff de legat.3.* ea præsertim ratione: *Cum
præsertim aliud loquatur, nec proprijs nomi-
nibus, ac vocabulis semper vtantur.* Ita Mar-
cellus. eumq; sequitur *Gloss. in l. in concubi-
natu 3.* verbo *attestatione. ff. de concubinis.*
quam sequitur *Rota* apud sanctæ memoriæ
*Gregor. XV.decis.7.num.*10 nos alia referen-
tes *respons.*nostra 65.*num* 18. *&* 19 *part.4.*

Inter alia verò in dicto testamento di-
sposita facultas fuit, quam Cæsari fratri fe-
cit alienandi, & à quo fideicommissum fi-
lijs in bonis iniunctum, iniustum, impactū,
omnino remouit. Non itaque ex his quid-
quam de facultate Cæsari alienandi facta
mutauit. Alioquin contradictoria testa-
torem loquutum concesserimus, eiusque
subuerterimus voluntatem supremam, quæ
lex est in bonis suis; si firmum esse, & non
22 firmum testamentum ab eo rogatum ad-
miseri-

miserimus. Contradictoria autem simul
stare haud possunt, cùm eorum vnum ve-
rum, alterum falsum esse oporteat, vnde se
mutuo à subiecto extrudũt. In hismet no-
stris de testamento terminis, (præterquàm
quod decantatũ est Philosophorum axio-
ma.) excipe ex nostratibus Celsi verba lib.
17.digestorum in *l.vbi pugnantia 149. ff.de
regul.iur.* ita secundum veritatem dicens:
*Vbi pugnantia inter se in testamento inuenien-
tur, neutrum ratum est*. eiusdemque sensus
esse videtur Proculus lib.2. epistolarum in
l.hæc verba ille, aut ille 124. ff.de verb.signif.
Aut enim dies est, (inquit ipse) aut nõ est.
Aut enim corrupta est, aut virgo.(addimus
nos) si corrupta, non vtique virgo. quia
23 per illicitum coitum virginale signaculũ
fractum fuit. ex *S.Thom.2.2. q.154.art.6.* &
Gelasio Papa in *can. lex illa 2. 36. q.1.* per-
penditq; ad rem Papinianus lib.7. respon-
sorum in *l.Titiæ si non nupserit 99. ff.de con-
dit. & demonstrat.* eruditissimis verbis in-
24 quiens: *Ridiculum est enim, eandem vt vi-
duam, & vt nuptam admitti.* Contradictoria
nẽpè sunt,& simul esse non possunt.vt *Gloss.
fin.* ibidem aduertit. sequitur *Rota* apud
Cardin.Mantic.decis.225.nu.9.& nos *respons.*
nostra 15. *num.58. part.4.* sequiturq; in his
pœnè terminis *Scipio Theodorus allegat. 70.
num.5.9.& seq.& num.16.& 17. Hector Ca-
pycius Latro decis.23. num.11.* qui decisionẽ
Neapolitani Consilij in eodem facto, quo
Theodorus scripserat, postmodum emissã
refert. eodemque, quo nos argumentandi
modo,in simili pœnè casu institutionis,vsa
fuit *Rota in Romana hæreditatis de Zimenes
16. Nouembris 1636.* coràm *Motmanno decis.
174.num.18.& 19.part.7.recent.per Rubeum.*

Vel itaque firmum, vel infirmum habe-
bitur hoc testamentum. Infirmum non vti-
que, quia validum, firmumq; esse testator
voluit. erit ergo firmum, ac stabile. perse-
uerabit proindè, ne eiusdem peruerratur
vnius de rebus suis disponentis suprema
25 voluntas, quod voluerit, & non voluerit.
Quando *nemo credendus sit illud genus testã-
di elegisse, ad impugnanda sua iudicia: sed ma-
26 gis vtroque genere*. vt & firma data Cæsari
facultas staret; & illo ex hominum socie-
tate abrepto, admitteretur, vti disposuit, &
proximior de familia, & Societas Sanctissi-
mi Sacramenti. ex Vlpiani verbis, & sensu
lib.2.ad Sabinum in *l.si miles, qui destinaue-
rat 3. ff de militari testamento.*

Verum dilemmati huic respondeant nũc
nobis Aduersarij; vel facultatem à testato-
re habuit Cæsar alienandi; vel non habuit:
non hoc secundum, quia nulla ei in testa-
mento facta legitur alienandi prohibitio,
quinimò apertissima, atque positiua, atque
amplissima, atq; exactissima alienandi per-
missio, atque fideicommissi, filijs iussu, re-
motio. habuit ergo expressissimã alienan-
di facultatem. temporeq; habili dùm in
humanis adhuc nobiscum ageret domos,
quæ fuerant Petro Paulo relictæ, quibusq;
ipse successit, in Serenã alienauit. Ergo iu-
re, ac facultate sibi à testatore facta vsus
27 est, dùm domus præfatæ Cæsaris adhuc es-
sent: vt supra quoque perpendimus. Quia
nimirùm hæreditatis aditione, bona hære-
dis transeunt in dominium, propriumq; ef-
ficiuntur eiusdem patrimonium. Mutatur
enim persona, ac consequentèr dominium.
ex Paulo lib.12. responsorum in *l. per pro-
curatorem 89. ff.de acquirend.hæred.*& Vlpia-
no lib.4.ad Sabinũ in *l.sed si plures sunt.10.
§ filio impuberi. ff.de vulg.& pupill. l.fin. in
fin. C.de inoffic. testam.* plura deduximus *re-
spons.* nostra 7. *num.9.part.4.* Iustè ergo in
Serenam alienauit. Per alienationem pro-
pterea proprium Serenæ effectæ sunt patri-
monium, vel oneroso, per emptionem, vel
etiam lucratiuo, per donationem, titulo ad
eum domus peruenerint. Non itaque ab
eodẽ auocabit eas, nec vindicabit Societas
Sanctissimi Sacramenti. Quia non factus
est casus, in quo vocata à Dominico testa-
28 tore fuit. Et sat superq; Serenæ fuerit alie-
nationem in eum tempore habili factam
per Cæsarem fuisse, qui dominus erat do-
mus, liberèq; de ea disponere poterat.
29 Quando rerũ suarum quisq; liber est mo-
derator, & arbiter. ad *text.in l.in re manda-
ta 21. C.mandati.* Exaudiendum verò lega-
tum esse, quatenùs domus prædictæ tempo-
re, quo Cæsar supremam traxit auram, alie-
30 natæ non fuissent. Veluti de fideicommis-
so, cum potestate alienandi, ad habendum,
alienandum, &c. facto; exaudiri Doctores
volũt; non reuocari alienata interim qua-
tenùs fideicommissi dies postmodùm ape-
riatur. imputetq; sibi testator, qui nimis
effuso sermone loqui voluit. ad Iustiniani
Cæsaris sensũ in *l.fin.in fin. C.de dot.promiss.*
sequiturq; *Peregrin. de fideicomiss. artic. 40.
num.40. Intrigliol.de substitut. centur.3.q.73.
num.14.* qui de communi testatur. *Fusar. de
substitut.quæst.546.* multosq; plures cumulat
*Hector Capycius Latro d.decis.23. nu. 8. 9. &
seq.ad 12. Iason cons.173. lib.2. Alciat. lib.9.
responsor.cons.112.* Idem *Theodor.d.alleg.70.
31 num.4.5.6.& 7.*& siquidem ipse in illo suo
facto, obligationes per Horatiũ factas lo-
cum non habuisse dicat, quia nimirùm cõ-
ditionalitèr eidem donatio à patre facta
fuerat: & ita Neapolitanum Consilium de-
creuisse ex causa cõditionali refert *Capyc.
Latro d.deci.23.* Nos verò in absoluta dispo-
nendi facultate sumus, atq; alienandi, & in
32 perpetuum Cæsari facta. Sat itaq; superq;
fuerit, quo tempore alienatio facta fuit, te-
statoris consensũ adfuisse, qui alienare Cę-
sari permisit. ad Iuliani lib.39. digestorum
sensum

sensum in *l.si fundum per fideicommissum* 93.
*ff. de legat.*1. & sequuta fuit *Rota* apud *Cardin. Seraphin. decis.*1244.*num.*1.2.3.*&* 4. &
apud sanct.mem. *Gregor.XV.decis.*384.*nu.*5.
33 Nec ille, quod alienũ,sed quod suum erat,
in Serenam distraxit,neque contradicente,
sed exprexissimè testatore permittente. ad
Iustiniani Cæsaris sensum in *l.si duobus, vel
tribus* 3.*§. sed quia nostra Maiestas. C. communia de legatis.*& sequitur *Glos.in l.cum pater filios* 79.*§. libertis pradium*. verbo *ne id
alienarent. ff.de legat.*2. *Menoch.lib.*4.*de præsumptionib. præsumpt.*188. *num.*8. *Intrigliol.
d.quæst.*73.*num.*15.idem *Theodor.d.alleg.*70.
*num.*7. sequutaq; fuit *Rota* apud *Card. Caualer.decis.*141.*num.*5.

Et planè vt manifestiorem hanc reddamus perpensionem, animaduertendum
erit: Testatorem nullũ vinculum, nullamq;
probibitionem Cæsari adiecisse, quin omnem positiuam alienandi tribuisse facultatem: illum autem vnum casum perpendisse, si Cæsar nouissimus sine liberis moreretur, ipseq; nec disposuisset, neque facultate vsus fuisset alienandi, vt bona ad proximiores,non ad extraneos peruenirent, &
eo casu dumtaxat. *all'hora,et in tali casu,&c.*
domos Societati reliquisse Sanctissimi Sacramenti Sancti Laurentij in Lucina.
34 Restrinxit proindè suam dispositionem,
eamque quasi cancellis conclusit; tunc, &
eo casu. ex *Peregr.de fideicom. art.*29.*nu.*15.
& 28. *Rota* apud *Cardin. Caualer. decis.*454.
*nu.*7.sequuti fuimus *respons.*nostra 22.*n.*23.
35 *par.*3. Et de dictione (*tunc*) quod extremitatem denotet temporis, quãdo scilicet illud accideret, quod ipse præuiderat, non
quod facultatem,quam Cęsari satis expansam alienandi fecerat, reprimere intenderet,atque à iam decisis,atque tùm testamẽto,tùm codicillis statutis,recedere. ex *Surdo cons.*236. *num.*46.*& seqq.* perpendit *Rota*
apud eundem *Card.Caualer. decis.*441.*nu.*7.
noster *Maranta cons.*145.*num.*5.*Gonzalez ad
8.regul.Cancell.Gloss.*65.*num.*2.3.*& seq. Rota
part.*2. *in recentior. decis.*144. *num.*7.*&* 8. &
apud *Coccin.decis.*332.*num.*2.eodemque argumẽti genere *Theodorus* vtitur *d.alleg.*70.
*n.*9.10.*& seq.&* 17.*& Capye. Latro d.dec.*23.
36 *num.*11.Reprimit propterea,atque restringit, arctamq; dispositionem reddit.vt post
multos sequuta fuit *Rota in Auenionen fideicommissi* 5. *Decembris* 1635. coràm *Eminentissimo Cardin.Panzirolo decis.*77.*nu.*4.*part.*7.
recentior. per Rubeum. Temerè propterea
fecerimus, si facultatem illam ita amplam,
ita expansam, ita diffusam alienandi, cedendi, vendendi, disponendi, tàm prò se,
quàm suis hæredibus, & successoribus in
perpetuum Cæsari factam, cancellis comprimere voluerimus, atque retinere.
37 Cùm potissimùm ipse testator non semel, sed pluries, & testamento, & codicillis declarauerit, facto casu successionis ob
filiorum suorum supremum diem sine filijs
Cæsari, vt ab omni fideicommissi vinculo
bona ad eum omninò libera deuenirent: *à
detto Signor Cesare* (inquiens) *siano, e restino onninamẽte libere, & essente dal detto fideicommisso*. perpendatur (quæso te) dictio
38 illa (*omnino*) (*onninamente,*) quæ præcisam
qualitatem obtinet; adeò quidem,vt nullo
modo, nullo tempore, nullo demùm casu
contrarium fieri valeat. ex Alpheno lib.5.
digestorum in *l. in naue Saufhei* 34.*in fin.
ff. locati, & conducti.* ibidemque optimè ad
rem *Gloss* verbo *omnimodo*. hoc est, nullo
modo. explicat. similis *Gloss.in l.Græcè fideiussor* 9.*§.illud commune est*. verbo *omnimodo.
ff.de fideiussor.*quę ad verba illa Vlpiani;*pla-
39 cuit eos omnimodo non obligari*; fideiussores
scilicet,qui in duriorẽ causam,quam principalis, se obstrinxerant. *Omnimodo.*id est *in
nihilum.* exprimit *Gloss.in cap & si Christus*
26 *§.quare cum in Euangelio. de iure iurando.*
super verbis illis Christi Domini nostri
Matth. 5. *Dico vobis nolite iurare omnino*.
verbo *omnino*. hoc est *ex leui causa, vel per
omnia*. referens *text.*prædictum *in d.l.Græcè.*
similis *text.* Vlpiani lib.22. ad edictum in
l.non erit ratum 5. *ff. de iure iurand.* illis ver-
40 bis: *Omne enim omninò licitum iusiurandum.*
vt nullum sit iuramenti genus, quod non
comprehensum velit. ex Glos. ibidem verbo *idoneum est*. quæ sic infert adnotando.
*Item nota hìc, quod satis est, si fiat aliquid ad
voluntatem eius,cui fit.* Satis itaq; erit,quod
ad testatoris voluntatem, atq; dispositionẽ
domos in Serenam transfusit Cæsar, qui
omninò liberas à testàtore habuit.sequitur
*Roland.cons.*84.*num.*23. *&* 24 *lib.*1. *Gratian.
forens. disceptat. part.*5. *cap* 905.*num.*7. *Sanchez de matrim. tom* 2. *lib.*8. *disput.* 35. *num.*
12. *Parisius de resignat. benefic. in præfat.
num.* 7. *Seraphinus de priuileg. iuramenti.
priuileg.* 21. *num.* 13. idem *Gratian. forens.
part.*4. *cap.* 630.*num.*12. *&* 13. plures alios
referens.

Si itaque omninò, hoc est omni tempore, omni modo, omni casu libera ad Cæsarem deuenire bona sua voluit testator; nõ
vtiq; præsumendũ est,illa non ita ad eũ deuenire voluisse,ne contradictoria,& vellet,
& diceret, vt supra quoque perpendimus.
41 voluntatemq; propterea diuamus testatoris,quod repugnautia voluerit. Hoc verò
non vtique admittendum. ex Martiano libro 3.regularum *in l.talem institutionem* 51.
§.si quis ita scripserit.ff.de hæredib. instituend.
verba damus eius, satis quippè opportunè
argumentũ nostrum firmum reddunt. *Celsus lib.*15. *digestorum* scribit, *fieri hunc hæredem. non enim hunc casum testatorem voluisse excludere palam est; neque verba omnino*

tepu-

repugnant. nam quamuis seruus eius non est, at certe libertus est. Non itaque, vt hunc sensum sequamur, verba repugnant, quinimò satis aptè sedent, vt testatoris sequamur voluntatem, quando non in omni casu, sed in illo vno dumtaxat nouissimam illam dispositionem rogauit, si (vt frequentissimè accidit) Cæsar supremum clauderet diem, neque filios relinqueret, neq; de suis disponeret bonis; vt tunc, & eo casu, *all'hora, & in tal caso*. proximior ex familia succederet. Ille verò in domibus Petro Paulo filio relictis, successionem minimè subiret; sed Confraternitas Sanctissimi Sacramenti in Ecclesia S. Laurentij in Lucina. Alioquin non omninò libera ad Cæsarem bona deuenissent, & facultatem eidem alienandi, vendendi, cedendi, disponēdi factam compressisset per illam vnam nouissimā dispositionem, quando & eius filij, & Cæsar demùm, sine filijs omnès diem clauderent ex-
42 tremum. At hoc testator non vtique dixit. ergo nec nos. ad Iustiniani Cæsaris mentem, sensumq; in *l. vnic. §. sin autem ad deficientis. in fin. C. de cadu. tollend.* illis non ineruditis verbis, nec inadæquata ratione: *Nam si contrarium volebat, nulla erat difficultas coniunctim ea disponere*. non verò disposuit. ergo nec voluit. non itaque voluisse nos dicere debebimus. diximus *respons. nostra 41. num. 43. & seq. part. 4.*

Non oportet proindè phimbrias vt dilatemus, atq; hanc vnam nouissimam Dominici dispositionem ita laxè exaudiamus, vt omnē amplissimam Cæsari factam alienandi facultatem comprimamus, discece-
43 mus, de medio omninò tollamus: sed ita nos eius verba subtili præscrutemur indagine, ne vltra quàm ipse locutus fuit, distēdamus ea. Sic nobis Iustinianus præcepit Cæsar Augustus in *d. §. nos igitur legis, in authent. de restitutione fideicommissi. collat. 9.* quem in initio deduximus. eius hęc damus verba: *Vndè subtiliùs testamentum considerantes* (inquit Sacra Maiestas) *verbis ipsis inuenimus, hæredibus demonstratis filijs alienationem interdictam, quando futuri essent sine filijs fungi vitam: non vlteriùs verò ijs, qui forsitan eis successerint filijs: sed sufficere defunctorum vsque ad filium stare interdictionem. Si enim & ipsi filios relinquentes moriantur, quod est relictum neque in longiorem à filiorū vitā alienationis prohibitionem voluisse facere.* his Iustinianus Cæsar.

Non in longiorem filiorum vitam alienationis prohibitionem Dominicus fecit testator; sed, si ipsi sine filijs ex humanis abscederent, Cæsarem omnia habere sine prohibitione vlla, sed ea omninò libera esse voluit: Quin positiuè alienandi, vendendi, cedendi, disponendiq; facultatem satis laxam, & ab arbitrio pendentem voluntatis, fecit. Domos in Serenam dùm vitali adhuc perfrueretur aura distraxit, cessit, alienauit, vendidit. Cæsar disposuit. voluntate ergò, ac potestate sibi à testatore facta hoc fecit, quia vsus est facultate, quā sibi testator dederat. firma proinde alienatio persistit, quia potuit, quia voluit, quia
44 fecit. ergò iustè. ergò benè. Benè igitur, ac
45 iustè Serena possidet. quia iure, ac iustè possidet. manuteneri proindè in ea possessione debet, quàm iustè retinet. *§. retinendæ. & §. hodiè. Instit. de interdict. l. 1. §. interdictum autem. ff. vti possidetis. Rota* apud *Cocemum decis. 46.* & apud sanct. memor. *Gregor. XV. decis. 100. & decis. 160. num. 1. &*
46 *seq.* Canat itaque tanquam Delum nauigās Serena (vt prouerbio fertur) quia securus est, nec ab aduersarijs timet sibi.

Atq; ità ex his Aristarchi supercilio non euulso, respondendum censuimus.


Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Mundi hæc vniuersa machina ita à Deo ordinata fuit, vt nihil in ea inordinatum, atq; præpostérum conspiciatur.*
Suo verò ordine transeūt vniuersa sub Cælo.
Nam omnia ordine concinnata sunt. nu. 2.
Ex Nanzianzeno.
In Ecclesijs quoque ordo hic consistit. nu. 3.
Illum igitur venerari nos oportet. nu. 4.
5 *Hierarchia Ecclesiastica non frustra constituta.*
Sed vt confusio, inimica Deo, euitetur.
Hierarchia Sacer dicitur Principatus. nu. 8.
Debet tamen ordinata esse sub vnius Principis regimine. num. 9.
Quamuis sit diuersitas ordinum, & officiorum.
6 *Ordinata sunt omnia, quæ à Deo sunt.*
Quia sapientèr, & rationabilitèr instituta sunt.
Infernus est ergo, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. num. 10.
7 *Deus omnia in mensura, numero, & pondere constituit.*
11 *Monasterium Monialium S. Claræ in Ciuitate Neapolis ædificatum fuit à Sancia Regina vtriusque Siciliæ.*
Fundationis verò confirmationem à Ioanne XXII. obtinuis. num. 12.
Cura dicti Monasterij demùm tempore Clementis VIII. deuenit ad Patres Minores Strictioris obseruantiæ. nu. 13. & nu. 34.
Neque hoc sine prudenti Consilio. nu. 35.
Voluit tamen vt Confessarij singulis saltim triennijs mutarentur. nu. 40.
Declaratur. num. 55. & 56.

14 Pro-

14 *Professio regularis contractus est vlerò,citròq; obligatorius,quo professio religioni,& religio professo obligatur.*
Professio autem in manibus Superioris à Religione statuti emittenda est. nu. 17.
Ita quidem, vt si professio in manus emitteretur Protectoris Religionis non vtique teneret. num.53.
Quia non potest ipse absque Papæ facultate incorporare religioni.
15 *Religionis essentialia, tria sunt vota solemnia, sine quibus religio nulla est; obedientia, castitas, & paupertas.*
Obedientia tamen principatū obtinet.nu.16.
Namque alia vota implicitè in obedientia includuntur.
17 *Obedientia religioni per Superiorē promittitur.*
Vnde Superiori nomine debetur religionis.
Qui verò contrafacit, obedientiæ votum transgreditur. num.18.
Obedientia erga Superiorem nullo modo præscribi potest. num.22.
19 *Inobedientiæ peccatum idololatriæ comparatur.*
Seuerioribus proindè emendationibus subijcitur. num.20.
Ita quidem, vt excommunicari inobediens possit. num.21.
23 *Professio Regularis matrimoniū est spirituale.*
24 *Matrimonio carnali vis vxori adstringitur,& vxor viro.*
Et potestas traditur vni in corpus alterius.
Matrimonium proptereà contrahentes personam suam alienare dicuntur. nu.25.
Seruitutisq; species habetur. num.26.
Vocaturq; causa status.
27 *Matrimonij temporalis, & spiritualis, par est ratio.*
Quin multò magis spiritualis, quo homo Deo coniungitur.
28 *Anima rationalis totius humani compositi forma est.*
29 *Monachus per professionem personam suam alienare dicitur.*
Debet proindè religioni obedientiam,& seruitutem.
Et per illam Superiori per quem religio repræsentatur.
Alioquin furti tenebitur. num.32.
30 *Vxor à viri potestate, iesuitioq; se subducere minimè potest.*
Pariq; modo vir vxoris.
Quia sibi inuicem spopondere.
Alioquin adulterij,furtiq; vterque eorum tenebitur. num.31.
31 *Adulterium dicitur quasi ad alterius thorum accessio, & est furtum.*
33 *Papa supremam in Ecclesia obtinet potestatē.*
Caput visibile Ecclesiæ.
Christi Dei Vicarius.
36 *Exempla mouent intuentium animos.*
Sicuti nempè mali exempli multa est pernicies. num.37.
Ita è contra boni multa est salus. nu.38.
38 *Præsidentium integritas salus est subditorum.*
Quia in exemplum eorum transit.
Tot igitur digni sunt mortibus,quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. num.39.
41 *Papa quod sua non dixit Constitutione, neque nos dicere debemus.*
42 *Generalis Ordinis Minorum de Obseruantia, etiam super Reformatos strictioris Obseruantiæ ordinariam habet potestatem.*
Declarauit hoc Paulus V. sua Cōstitutione.
Quia sicuti illi, & hi sub vno Hierarchito Principatu Deo famulantur. nu.43.
Quia strictiori vinculo hi tenentur.
Quia strictioris sunt obseruantiæ. & nu.46.
44 *Funiculus triplex difficile rumpitur.*
Et arctius cohæret quod maiori vinculo colligatum est.
Quia quanto fortius est ligamen, difficilius rumpitur. num.45.
47 *Nomen, rei conueniens esse debet.*
Et proprietatibus rerum corresp̄odere nomina debent. num.48.
49 *Naturam,& veritatem earum rerum, ex quibus conficiuntur, continere res debent.*
50 *Vrbanus Papa VIII. gloriosa est memoriæ ob res præclarissimè ab eo gestas.*
51 *Reformati strictioris obseruantiæ eum solis statutis reformationis gubernari debent. ex Vrbani Papæ VIII. Constitutione.*
Neque ea Generalis Minister immutare, sed alterare potest.
Si opus fuerit verò reformari à Reformatis tantùm in eorum Capitulo,vel Congregatione generali fieri poterit.
52 *Fundationis lex inuiolabilis sēper est seruanda.*
Ne à fundandis, dotandisq; Ecclesijs homines retrahantur.
53 *Protectores Religionū S.R.E. Cardinales professionem profitentiū recipere non possunt.*
Quia nullam habent Religioni incorporandi facultatem.
Quia ipse religionem nō repræsentat,vt Generalis Ordinis,& alij Superiores. nu.54.
57 *Ablatiui absoluti conditionem operantur.*
Et formam inducunt. num.58.
Et finalem causam ostendunt.
59 *Inducta ad vnum finem contrarium effectum operari non debent.*
60 *Scriptura ad sensum accomodum intelligendæ, atque interpretandæ erunt.*
Secundùm illud, quod in lege scriptum est. num.61.
Et quod legimus intelligamus.



ARGVMENTVM.

Monasterium Monialium Sanctæ Claræ Ciuitatis Neapolis erectum fuit à Sancia Serenissima vtriusque Siciliæ Regina, eique regulæ datæ, atque Monasterium Fratrum Minorum de Obseruantia pro Monialiũ directione, & seruitio eidem adiunctum confirmationemq; obtinuit à Ioanne XXII. Nùm itaq; qui in illo degunt Regulares sint à totius Religionis Generalis moderatoris obedientia exempti? & nùm Officiales ipse Generalis dabit, vel Eminentissimi Cardinalis Protectoris ex arbitratu in illo ponentur?

RESPONSIO XVII.

1 VNiuersa hæc mundi machina ita à
Deo rerum omnium opifice ordi-
nata fuit, vt nihil in ea inordinatũ,
atque præposterum conspiciatur; sed suo
2 ordine transeant vniuersa sub Cœlo. Nam-
que vt Nanzianzenus ille magnus Theolo-
gus oratione vigesimasexta inquit: *Ordine
omnia concinnata, & distincta sunt, & quidem
concinnatore Verbo. Ordine enim omnia consti-
tuit, & colligauit. Ordo cœlestia, & terrestria
continet. Ordo in ijs, quæ ratione, & animo in-
telliguntur, locum habet. Ordo in ijs, quæ sensi-
bus percipiũtur, ordo in Angelis, ordo in astro-
rum motu, magnitudine, mutua relatione, &
splendore. Atque ordine quidem florente, ac
dominante mundus est. Vniuersum hoc ac pul-
chritudo certa, & stabilis. Contrà autem per-
turbatio, & confusio, in aere tonitrua, in terræ
motus, in mari naufragia, in Vrbibus, domibusq.
bella, & dissidia, in corporibus morbos, in animis
peccata procreauit. Hæc enim omnia, non pacis,
nec ordinis, sed confusionis, & perturbationis
3 nomina sunt. Ordo itaque* (vt cum eodẽ con-
cludamus) *in Ecclesijs quoque constituit, vt
alij oues sint, alij pastores, alij præsint, alij sub-
sint, ac pareant; alius velut caput sit, alius pe-
des, alius manus, alius oculi; alius aliud quod-
dam corporis membrum, ad totius Ecclesiæ con-
cinnitatem, vel vtilitatem, vel inferiùs, vel præ-
4 stantiùs.* Ordinem ergo in Ecclesia consti-
tutum reuereri nos oportet. Secundum
5 eundem. Neque enim frustra Ecclesiastica
Hierarchia constituta est: sed vt confusio
6 inimica Deo euitetur. Cum omnia, quæ à
Deo sunt, ordinata sint. vt Apostolus Pau-
lus ad *Romanos* 13. t. loquitur: Quia sa-
7 piẽtèr, & rationabilitèr instituta sunt. Om-
nia namque in mensura, numero, & ponde-
re constituit Deus. *Sapient.* 9. Commentũ
ibidẽ in d. locum Pauli agit *Dionysius Car-
8 thusianus.* Est autẽ Hierarchia, Sacer Prin-
cipatus. In nomie *Principatus* duo intelli-
guntur, scilicet ipse Princeps, & multitudo
ordinata sub Principe. ex *S. Thoma 1. part.
quæst. 108. artic. 1. in corpore*. Non esset autẽ
9 Hierarchia, si illa multitudo non esset or-
dinata sub vnius Principis regimine, sed
confusa, vt alij vnum Principem, alij alterũ
agnoscerent. Est itaque vnitas in vna mul-
titudine sub vno Principe ordinata. & si
quidem sit diuersitas ordinum, quoad di-
uersitatem actuum, & officiorum. ex eodẽ
S. Thom. ibid. art. 2. in corpore. sequiturq; per
quam optimè *Hieronymus Columbus de An-
gelica, & humana Hierarchia. prælud. 3. in præ-
fat. num. 1. & seq.* dùm ex Dionysio Areopa-
gita difinitiones tradit Hierarchiæ.

Ex facto itaq; quod proponitur, animad-
uertere licebit, nõ futuram veram Hierar-
chiam in Religione Fratrum Minorum de
Obseruantia, si omnes eius Religiosi pro-
fessi sub vno Principe (Generali videlicet)
non fuerint, eique non paruerint; secundũ
diuersitatẽ tamen ordinum, & officiorum.
Quam ob causam non minima in illa suc-
10 cedet confusio, & deturbatio. erit pro-
indè non Cœlum, sed Infernus, vbi nullus
ordo, sed sempiternus horror inhabitat, &
confusio *Iob* 10. 22. Factũ ergò sic se habet.
11 Serenissima Sancia vtriusque Siciliæ Re-
gina Ecclesiam Sanctæ Claræ in Ciuitate
Neapolis perexcelsam erexit pro Monial-
bus eiusdem Ordinis Sanctæ Claræ, in eaq;
& Conuentum extruxit pro Fratribus Mi-
noribus de Obseruantia, qui Monialium
curam gererent, & in Ecclesia diuinis insi-
sterent diu, noctuq; officijs, & sacrificia of-
12 ferrent. Confirmationem verò fundatio-
nis, & capitulorum eius, quæuè obseruarẽt
Regulares in illa degẽtes ab Ioanne XXII.
per Bullam eius, quæ incipit: *Speciosus for-
ma* apud Vuadignum *tom. 3. annaliũ fol* 116.
num. 98 anno Domini 1321. obtinuit. Inter
cætera verò capitula illud continetur: *Vt
Guardianus in tempore, & cæteri Fratres sub
obedientia viuerent Generalis Ordinis.* Tem-
poris tamen processu factum est, vt admi-
nistratio dicti Conuẽtus Monialium, amo-
tis Minoribus de Obseruantia, ad Fratres

Conuen-

Conuentuales deuenirent. Verùm anno 1568. instante Philippo II. Hispaniarum tunc Rege per Bullam Pij Papæ V. à Fratribus Conuentualibus administratio, & cura dicti Conuentus ad Fratres Minores de Obseruantia translata iterùm fuit. Et
13 anno 1598. Clemente VIII. Summo Pontifice per Breue Sanctitatis suæ sub annulo Piscatoris, Eminentiss. Domino Cardinali Mattheio tunc tituli Sācti Pancratij, totius Ordinis Minorum Sancti Francisci de Obseruantia Protectori in mandatis iniunctū fuit, vt amotis dictis Fratribus Minoribus de Obseruantia, reformatos eiusdem ordinis strictioris obseruantiæ in Monasterio præfato reponeret, qui curam animarum Monialium in dicto Monasterio Sācta Claræ degentium haberent. Mandatis paruit Apostolicis Eminentissimus Cardinalis, Fratresq; reformatos strictioris obseruantiæ in dictum Monasterium introduxit, & Guardianum ipse statuit; vsu hinc venit, vt subsequentes Protectores Guardianos ipsi deputarint, & paulatim Fratres dicti Conuentus ab Generalis Ministri obediētia pro tempore, se subducere tētarint. Reuerendissimus nunc temporis totius Ordinis Generalis Pater, hoc in damnum suæ iurisdictionis, atq; Religionis tēdere apertis oculis perspiciens, & quæ in Religione turbas tempus subsequens parere possit, intuens, in pristinum statum hunc Conuentum, & Fratres eius, vt sub obedientia viuant Generalis Ministri, reducere tētat. obluctantur hi. Fit proindè causæ status: Sint ne integra Generalis iura, vt hoc facere valeat? Integra ea esse respondendum censuimus.

14 Astruimus fundamentum, quia nimirùm per professionē monachus, qui contractus vltro citroque obligatorius est, quæ quidē professio in manibus legitimi Religionis eiusdem Superioris emittenda erit, ita Religioni obstringitur ad ea seruanda, quæ secundum regulam sunt: vt vicissim eidem obligetur Religio, obstringaturq; ad eum retinendum in Religione, eiq; alimenta, aliaq; vitæ necessaria subministrandum secundum eiusdem Religionis institutum. vt vtrinque obligatio hæc teneat, firmaq; esse debeat. Quia vtrinque promittitur, spondeturq;. ad *text. in cap. porrectum 13. & cap. ad Apostolicam 16. de regularib. Nauar. consil. 26. orta sunt grauia dubia. num. 1. lib. 3. de regularib. Decian. consil. 18. num. 9. lib. 3. Gerunt Spinius consil. 1. num. 5.* diximus *respons.* nostra *54. num. 11. part. 3. & respons. 69. nu. 1. part. 4.*

15 Inter cætera verò, quæ essentialia sunt professionis, religionisq; vota, sine quibus Religio nulla habetur, (quæ sunt obedientia, castitas, & paupertas. iuxtà *text. in cap. cùm ad monasterium 6. in fin. de statu monachor. cap. religioso 21. §. 1. de sentent. excomm. in 6. clem. 1. in princ. de relig. domib. d. cap. porrectum 13. de regular. S. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 11. & quæst. 186. art. 6. & 7. Nauar. consil. 10. & consil. 12. nu. 1. lib. 3. de regular. & consil. 2. de conuers. coniugat.* diximus plura referētes *respons.* nostra *3. num. 35. par. 4.*) Ipsa obe-
16 dientia præcipua est. Tanta quippè ipsius obedientiæ promissio virtutis, efficacitatisq; est, atque ita ipsa vna æstimatur, vt si sola per spontè profitentē, in manibus Superioris legitimi promittatur, ad alia quoque vota, & castitatis, & paupertatis extendatur, eaq; virtualitèr includat, inuoluatq;, vt post alios sequuta fuit *Rota part. 2. diuers. decis. 216. nu. 10.* coràm *Bubalo.* expresséq; deducit *Frater Ludouicus à Beia responsionū casuum conscientiæ part. 4. casu vlt. in 2. part. casus. vers. tùm quia multò magis.* sequentibus dicens: *Professio facta expressò solùm voto solemni obedientiæ est valida, nec requiritur expressio aliorū votorum, paupertatis scilicet, & castitatis, Quia in illo voto obedientiæ secundum regulam, & cōstitutiones, virtualitèr alia includuntur.* sic Beia. *Ioan. Azor. institut. moral. part. 1. lib. 12. cap. 5. quæst. 14.*

17 Obediētia autem hæc Religioni in manibus legitimi Superioris, qui pro Religione stat, promittitur, eique spondetur. Sicut itaque Religioni obedientia debetur, quia eidem promissa est, eodem pœnè modo, & Superiori legitimo debebitur, qui pro Religione stat, Religionemq; ipsam repræsentat. Vt cōtumax iure habeatur, qui ab obediētia Religionis Superiori debita se exi-
18 mit, extorremq; facit: vt contra obedientiæ votum peccet, seq; reum efficiat, qui Superiori Religionis iusta præcipienti, non
19 paret, eique iniustè obluctatur, & quidem tale peccatum inobediētia æstimatur, vt idololatriæ scelus nuncupetur. *1. Regum 15. 23.* ex ratione, quam Samuel Saulem carpens, quòd mandatis Domini obediens non fuisset, retulit: *Quoniam quasi peccatū ariolandi est,* (inquiens) *repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere.* Sequiturq; Gregorius VII. in *can. si quis deinceps 12. 16. quæst. 7.* & Gratianus *can. si qui sunt. 15. in fin. dist. 81. & can. sciendū summopere 10. 8. q. 1.*
20 Seuerioribus proindè, nec iniuria, quin iustè, emendationibus inobedientes subijciuntur. vt Calistus Papa disponit *can. iustum est. 9. 23. quæst. 3.* sequentibus verba faciens: *Iustum est, vt qui diuina contemnunt mandata, & inobedientes Patrum existunt iussionibus, seuerioribus corrigantur vindictis.* vt
21 iure excommunicationis fune innecti valeant, qui parere contemnunt, atq; per contumaciam se ab obediētia subducunt. *can. quorundā 1. in fin. dist. 34. can. absit 14. 11. q. 3.*
22 Hanc proindè ob causam fit, vt nullo pa-

cto, nulloq; iure aduersus Superiorem suũ
obedientiã prescribere subiectus valeat.ad
text.in can.fin. 9.quæst.3.& can.qui resistit 97.
11.quæst.3. Rodriquez qq.regular. part.1.q.23.
artic.3. col.1. Andr.de Isern.in prælud.feudor.
num.35.in fin. & num.36. Abbas in cap.cùm
non liceat 12.vers. venio ad tertium, quod con-
tra obedientiam. de præscript. Lancr. cons.27.
num.34.& 35.
23 Accedit his quoque,quod ipsa professio
regularis, quæ in Religione solemni voto
emittitur, matrimonio comparatur. Est
quippè spirituale matrimonium, quo pro-
fitens glutino nectitur, copulaturq; spiri-
tuali Religioni; vicissimq; illa profitenti.
ex *Gloss. in cap. Abbas Sancti Cadmundi 2. in*
Gloss.magna.in fin.vers.item in voto. de ijs,quę
vi,metusq; causa fiunt. ibidemq; *DD.Rebuff.*
cons.69.num.10.in fin. Rota in Tullen nullita-
tis professionis 7. Nouembris 1616. coràm Bu-
ratto decis.779.sub nu.10.part.1.in posthumis
24 *Farinacij.* Per matrimonium verò carnale
vnius viri mulier efficitur vicissimq; vnius
mulieris vir. cum potestas in corpus trada-
tur vnius ad alterum, vt nulli alij viro mu-
lier copulari valeat (ni adulteriò copule-
tur) nec vir mulieri. Quippè mulier sui
corporis potestatem non habet,sed vir. Si-
militèr autem & vir sui corporis potestatẽ
non habet,sed mulier.vt Apostolus Paulus
25 docet 1. *ad Corinth.* 7. 4. Vt propter hanc
causam, qui matrimonium contrahunt,suã
personam alienare dicantur, cum amplius
sui corporis potestatem non habeant. ex
Innocentio Tertio in Concilio Generali
in *cap.non debet 8. de consang. & affinit. Rota*
apud *Farinac.part.4.diuersor. decis.281.nu.2.*
26 Seruitutis nempè species est, vnde matri-
monij causa,status causa nuncupatur.apud
*Gloss.in cap.mulieri 34.*verbo *absolutio.in fin.*
de iure iurando. Gigans cons.42. nu.2.& 3. &
seq.Gayllus practicar.obseruat.lib.2.obseru.94.
num.6.7.& seq.Rota apud *Card.Mantic.decis.*
371.num.2.
27 Par autem est ratio matrimonij tempo-
ralis, quam spiritualis; quin multò præua-
let magis hæc spiritualis matrimonij, per
28 quod homo anima, quæ compositi forma
est,Deo connectitur. & fortius est spiritua-
le vinculum, quam carnale. ex Innocentio
Tertio in *cap. inter corporalia 2. §. cùm ergo*
fortius.de translat.Episc. Gayll.d.obseruat.94.
num.16.& 17.Gratian.forens.part.4.cap.601.
num.2.Molin.de ritu nupt. lib.1.comparat.16.
num.10.& seq.
29 Alienauit verò Monachus personam suã
per professionẽ in Religionem ex appro-
batis, eique se quasi matrimonio addixit,
copulauitq;, illaq; vicissim sibi.Sicuti itaq;
illa sibi, ita pariq; ratione ipse eidem te-
netur, obstrictusq; manet. Debet ergo Re-
ligioni obedientiam,& seruitutẽ, non cui-
cunque alteri. Non ergo ab obedientia
Superioris Religionis se subducere pote-
rit; quia ille Religionẽ repræsentat. Quem-
30 admodùm neque potest vxor se à viri po-
testate, seruitioq; subducere, neq; vir vxo-
ris,quia vterque sibi inuicem spopondere.
Adulterij ergo facinore vterq; eorũ tenebi-
tur,si vel vir mulieri alteri,vel vxor viro al-
teri se subijecerint. ex Gratiano in *can.lex*
31 *illa 2.§.cũ ergo.36.q.1.* Quia adulteriũ dici-
tur ad alterius thorũ accessio. aufert enim
vnusquisque eorum, quod alterius est, fur-
tumq; committit. ex Vlpiani furti finitio-
ne lib. 39. ad edictum in *l. 1. §. fin. ff. de*
furtis. quia rem alienam inuito contractat
Domino fraudulentèr. ex Gregorio IX. in
cap.dudum Ecclesia 54. §.& retinendo benefi-
cia. ibique *Gloss.*verbo *furtum.de elect.* Non
32 absimili igitur ratione furti tenebitur Re-
gularis, qui à sui Superioris legitimi obe-
dientia,quam in Religione, cui se annexit,
spopondit, damnabilitèr sese subtraxerit,
alienaueritq;. ex verbis id probamus Leo-
nis Papæ ad Rusticum Episcopum in *can.*
*puellæ 6. 20.quæst.1.*quæ sic se habent: *Am-*
bigi verò non potest (inquiendo) *crimen ma-*
gnum admitti,vbi & propositum deseritur, &
consecratio violatur. Nam si humana pacta nõ
possunt impunè calcari, quid eos manebit, qui
corruperint fœdera diuini Sacramenti? Quod
igitur per professionem promiserunt, per
inobedientiam corrumpunt.
Non proindè officiet, si obijecerint, vt
33 obijciunt: Papam supremam in vniuersã
Ecclesiam obtinere potestatem, qui capue
est visibile Ecclesiæ. Christiq; Vicarius in
terris.ex Innocentio Tertio *d.cap.inter cor-*
poralia 2. §.non enim humana. & cap.quanto
*personã 3. de translat.Episc.*diximus *respons.*
nostra 1. *per tot. part.4.* Quis enim sani ca-
pitis hoc iure inficias ibit, ni vertiginis
spiritu exagitatus fuerit? nemo vnquam,
Hoc autem nos abnuimus,non vtiq; ius-
sisse Summũ Romanum Pontificẽ Clemen-
tem VIII. fœlicis, sanctęq; memoriæ, vt
à Generalis totius Ordinis obedientia hi
Fratres subducerentur, & sub Eminentissi-
mi Protectoris subijcerentur, ipseq; Guar-
dianos, aliosq; crearet Officiales. Dumta-
34 xat verò hoc in mandatis Eminentissimo
tunc Cardinali Matthęio Ordinis Prote-
ctori dedit; *Vt remotis à Monasterio, & Ec-*
clesia Monasterij Monialium Sanctæ Claræ Ci-
uitatis Neapolitanæ Fratribus Ordinis Mino-
rum de Obseruantia Sancti Francisci,qui nunc
sunt: eorum loco,& vice pro huiusmodi Eccle-
siæ seruitio, ac Monialium cura spirituali, Re-
formatos eiusdem Ordinis,inibi poneret.
35 Nec sanè hoc sine prudenti consilio fa-
ctum fuit. Cùm enim Sãctissimus ille Pon-
tifex in dilapsarum Religionum reforma-
tione totus intenderet, atque in hanc iam
refor-

reformatam animum intendisset; vt eorum reformatione, sanctisq; moribus in Monialibus quoque, quarum illi curam gererent, reformationē induceret, illos in hoc Mo-
36 nasterio reponi, amotis illis de familia præcepit. Multum enim instructorū exempla mouent animos. iuxta Iuuenalis illud Satyra 14.

Plurimū enim intererit quibus artibus, et quibus hunc Tu
Moribus instituas. Serpente Ciconia pullos
Nutrit, & inuenta per deuia rura Lacerta
Illi eadem sumptis quærunt animalia pennis.

37 Sicuti nempè magna est exempli mali perniciés. ex Innocentio Tertio in *cap. nisi essent viri probi 21. in princ. de præbend.* Multū enim nocet exēpli mali facies. ex Leone Episcopo in *can. miramur 5. §. Principatus.*
38 *distinct. 61.* Ita planè Præsidentiū integritas salus est subditorum. *d. can. miramur 5. post princ.* Quia nimirùm in exemplum transit subditorū, quod à Prælatis agitur. ex Innocentio Tertio in *cap. magna deuotionis 7. §. quod enim agitur. de voto, & voti redemptione.* veluti & Dominus *Leuit.* 4. ad Moysen dixit: *Si Sacerdos, qui est vnctus peccauerit, faciet delinquere populum.* quippè vt Claudianus cecinit.

. . . componitur orbis
Regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quam vita regentis.
Mobile mutatur semper cum Principe vulgus.

Sequiturq; *Gloss. d. cap. magna.* verbo *agitur à prælatis.* & *Glossella* Marginalis ibidem.

Hanc ob causam Nicolaus Papa in *can. præcipuè 3. 11. quæst. 3.* ex Beato Gregorio
39 dixit: *Scire etenim Prælati debent,* (inquiēs) *quia si peruersa vnquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. Vndè necesse est, vt tantò se cautiùs à culpa custodiant, quantò per praua, quæ faciunt, non soli moriuntur.* pluribus rem hanc exagitat *Ioan. Neuizan. in sylua nuptial. lib. 3. num. 5. & seq. vol. 6. tractatuū.*

Idcircò itaque ad Reformatos transferri Monialium curam Clemens Papa VIII. mandauit, vt ex eorum exēplo Monialium
40 vita fulgeret. Voluit tamen, vt singulo saltim triennio mutarētur, ne scilicet ex conuersatione familiaritas cōtraheretur. Non propter hoc tamen, vt sub Eminentissimi Cardinalis Protectoris obedientia viuerēt, seq; ab Generalis Ministri obedientia, & subiectione subtraherent mandauit. Non
41 enim hoc dixit Papa, vnde nec nos dicere, & affirmare debebimus. ad *text. in can. consuluisti 20. §. & quod Sanctorum Petrum 2. q. 5. cap. 2. ne Sede vacante. l. diffidentijs 5. C. de repud. Rota in recentior. par. 2. decis. 660. nu. 5.* diximus *respons. nostra 60. nu. 17. & respons. 79. num. 63. part. 3.*
42 Accedente præsertim, quod anno Domini 1604. die 4. Februarij. Paulus fœlicis memoriæ Papa V. anno Pontificatus sui secundo, per Breue Sanctitatis Suæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, Ministro Generali tunc tēporis, motu proprio, & ex certa scientia, deq; plenitudine potestatis indulsit, statuit, atque ordinanit: *Vt tu, & tui pro tempore successores Ministri Generales super omnibus reformationibus, & Fratribus reformatis eandem ordinariam potestatem, quam super alijs eiusdem Ordinis Fratribus habes, & exerces, similitèr habere, & exercere liberè possit.*

Habet itaque eandem iurisdictionem in his Reformatis Generalis Minister, quā & in alios eiusdem Religionis non reformatos, & de familia obtinet. Eodem itaq; modo illi, vt hi parere in omnibus eidem
43 debent, teneanturq;. Quia sicuti hi, ita illi sub vno Hierarchico, facto scilicet, Principatu in vna Religione Seraphica, licet in diuersis officijs, militant, Deoq; in Religione Minotum famulātur, & vt hi de Obseruantia, ita strictioris illi Obseruantiæ nuncupantur. Strictiori itaque vinculo ad obedientiam eidem vni Principi in Ecclesiastica Hierarchia tenentur. Quod enim
44 maiori vinculo colligatum est, difficilius rumpitur, firmiusq; cohęret. ex illo Ecclesiastes 4. 12. *Funiculus triplex difficile rumpitur.* relato quoque ab Alexandro Tertio in Cōcilio Lateranen in *cap. 1. §. fin. de treuga, & pace.* rationem reddit ibidem *Gloss.*
45 verbo *funiculus in fin.* Quia quantò fortius est ligamen, difficiliùs rumpitur, magisq; obstringit. ex *tex. in auth. itaque mortuo,* quę est *fin. C. commun. de successiou.* & ex Iuliano lib. 40. digestorū in *l. si quis decedens 4. §. fin. in fin. ff. de liberat. legat.* illis verbis: *Interest enim creditoris duos reos habere.* Quia videli-
46 cet maiori vinculo eidem tenētur. Et quidem si hi, qui de Obseruantia sunt ad obedientiā Generali tenentur Ministro; quanto magis illi, qui strictiorē profitentur obseruantiam, ad obedientiam eidem tenebuntur? vt quod nomine pręse ferunt, in dies magis re ipsa præstent. Quemadmodùm idem Paulus V. dicta sua Constitu-
47 tione in initio loquitur. Et nomen sit conueniens rei. *§. est & aliud. Instit. de donat. l. penult. §. alumno. ff. de legat. 3. cap. cùm secundum Apostolum 16. de præbend.* illis verbis: Ipsa nominis ratio persuadet. ibidemque *Gloss.* verbo *nominis.* nec abhorruit Ouidius inquiens:

Conueniunt rebus nomina sæpè suis.

Ni non conuenire ipsi voluerint, quod strictioris vocentur obseruantiæ, quod non strictius obseruent. At deturbari per hoc rerum erit ordinem, atque Ecclesiasticam in confusionem vocari Hierarchiam; quod
48 nec cogitandum quidem. Cùm alias propriet a-

prietatibus rerum correſpondere nomina
debeant. vt Sanctus Doctor *Thomas Aquinas* docet 3.*part. quæſt.*37.*artic.*2.*in reſponſ.*
& perpendimus *reſponſ.* noſtra 59. *num.*13.
& 14.*part.*3.

Si quippè illi ex obſeruantia ad ſtrictiorem tranſiere obſeruantiam; quare (quæſo te) non obſeruantes erunt, magiſq; obſeruabunt quàm antea fecere, qui ſtrictiori
49 ſe connexere ligamine? vt illarum rerum
naturam, & veritatem in ſe contineant, ex
quibus conficiuntur. iuxtà Auguſtinum
à Gratiano relatum in *can.hoc eſt* 48.*de conſecrat. diſt.*2. At hi ſtrictiori ſe connectunt
obſeruantiæ. Strictiori proindè tenebuntur obedientiæ; vt ſuum recognoſcant caput, ſuumq; Principem in Religionis Hierarchia.

50 Neque ab hoc ſenſu abhorrere viſus eſt
Vrbanus Papa VIII. fœlicis, quin glorioſæ
ob res præclariſſimas ab eo geſtas, memoriæ, Conſtitutione ſua, quam apud Sanctam
Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris
12. Maij 1639. Pontificatus ſui anno 16.
dedit, quæ incipit: *Iniuncti nobis per abundantiam diuinæ gratiæ.* qua Eminentiſſimo
Cardinali Fräciſco Barberino, eius ex Fratre germano nepoti, Religionis Protectori
facultatem fecit, Miniſtros Prouinciales
Prouinciarum Ordinis Reformatorum
ſtrictioris Obſeruantiæ, pro illa vice tantũ
conſtituendi, & deputandi: alios tamen
Officiales in Capitulis Prouincialibus de-
51 putandi facultatem Religioni remiſit. voluitq; ipſos Reformatos cum ſolis ſtatutis
reformationum gubernari. Eaque ſtatuta
neque à Capitulo, neque à Miniſtro Generali, alterari, ſeù immutari poſſe; ſed eorũ
moderationem fieri debere à Reformatis
tantùm in Capitulo, vel Congregatione
Generali. Neque in hoc facultatem vllam
Eminentiſſimo dicto Cardinali Protectori
indulſit. Illud dumtaxat impoſuit, & in
mandatis dedit, vt ipſe Eminentiſſimus
Cardinalis Protector (Franciſcus vtique
Barberinus) per ſe, vel per alios dictas ſuas
litteras exequeretur.

Non itaque vltra expoſita quicquam de
Generalis Miniſtri authoritate, ac iuriſdictione detraxit, neq; Conſtitutionem præfatam Pauli V. reuocauit; neque facultatem vllam dicto Eminentiſſimo Cardinali
Protectori Miniſtros, vel Officiales per ſe
creandi dedit, fecitq;. Inane eſt igitur, ac
præter Summorum Pontificum facultatẽ,
quicquid attentatũ aliàs fuit, in deputando in Monaſterio Sanctæ Claræ prædicto
Guardianos, alioſque Officiales per Eminentiſſimum Cardinalem Protectorem.
Equidem, vel facultas id faciendi ad Prouinciale Capitulum ſpectabit iuxtà Conſtitutionem dicti Vrbani Papæ VIII. vel ad
Capitulum Generale, & Miniſtrum Generalem, iuxtà Reginæ Ioannæ Fundatricis
capitulationem, quæ à Ioanne XXII. alijſq;
Summis Romanis Pontificibus confirma-
52 ta, atque approbata fuit. Semper enim
fundationis lex inuiolabilis eſſe debet, ne
à fundandis, dotandiſq; Eccleſijs homines
retrahantur, ſi eorum fundationis leges
paſſim contemni perſpexerint. ex Pelagio
Papa in *can.Eleutherius* 30.*in fin.*18.*quæſt.*2.
& Alexandro Tertio in *cap. porrò quãuis* 7.
& cap.percepimus 8.*de priuileg.Clement.quia
contingit* 2.*de relig.domib.SacroſanctaTridentina Synodus ſeſſ.*25. *cap.*5. *de reformat. Rota
par.*1.*in recentiorib.deciſ.*112.*num.*5. *& deciſ.*
496.*num.*2. *& part.*2.*deciſ.*254.*nu.*2. & apud
*Cardin.Caualer. deciſ.*639. ſiue 640.*num.*6.&
apud *Duranum deciſ.*8. *num.*3. *part.*1. *& deciſ.* 276. *num.*1. *part.*2. diximus *reſponſ.* noſtra 81.*num.*8. *part.*4. Non itaque ad Cardinalem Protectorem hæc creatio ſpectare
poterit, quam nunquam vel generali, vel
etiam ſpeciali Summorum Pontificum lege obtinuit; ſi quæ vtique fuit, ex eminentia authoritatis inuexit. Et quidem ſi pro-
53 feſſio alicuius, qui Religionem ingreſſus
eſt in manibus emitteretur Eminentiſſimi
Protectoris, illa vtique nulla eſſet: Quia
profectò Eminẽtiſſimus Protector nullam
obtinet abſque ſpeciali Papæ facultate, poteſtatem profitẽdos in Religionem incorporandi, vti alij Superiores Religionis,
vnuſquiſque in ſuo Conuentu, vel Prouincia, vel in tota Religione Generalis Ordinis obtinet, qui Religionis nomine incorporare in Religionẽ poſſunt, quia ipſi Religionem repręſentant. *d. cap. porrectum* 13.
& cap.ſicut tenor 15.*& cap.ad Apoſtolicã* 16.
*de regular.Gloſſ.*1.*in cap.fin.eod tit.in* 6.*cap.*1.
& 2. *eod.tit.& lib.Nauar.conſ.*37.*B.profeſſus.
num.*2.*&* 3. *& conſ.*40.*ſub num.*2.*&* 4.*de regularib.lib.*3. *Sanchez in opere morali lib.* 5.
*cap.*4.*num.*62.*Barboſa in d.cap.porrectum* 13.
*num.*7.*de regularib. Lezana in ſumma qq. regular. tom.*4. verbo *profeſſio regularis. nu.*13.
diximus *reſponſ.*noſtra 69 *nu.*3.*&* 4.*par.*4.
54 Si itaque nullam poteſtatem obtinet, vt
profeſſum in Religionem incorporet, quia
Religionem ipſam non repręſentat; quonam pacto, ex ſola Protectionis facultate
abſque expreſſo Sanctiſſimi mandato, Superiores ipſe creabit, & ab Generalis ſuperioritate ſubiectos, ne ei pateant, iure iuſtèq; eximet?
55 Neque aduerſum quidquam his faciunt,
quæ ex dicto Clementis Papæ VIII. Breui,
ipſi perpendunt, verbis illis: *Eiſque, ſeù aliquibus ex ipſis, ſingulo ſaltim triennio mutandis, poſtquam ab Ordinario pro tempore examinati, & approbati fuerint, & non aliter, authoritate noſtra mandet, vt regimen ſpirituale curã animarũ earundẽ Monialiũ S. Claræ ſuſcipiãt.*

Videtur

Videtur quippè Summus Pontifex Cle-
mens his verbis Cardinali Protectori in
mandatis dedisse, vt ipse singulo quoque
triennio, Superiores, & Confessores mu-
taret.
56 Nihil enim minus ex his verbis id ipsum
infertur, quod ipsi volunt. sed hoc infertur,
non intẽdisse Summum Orbis, Vrbisq; mo-
deratorem Clementem, exactissimum, ocu-
latissimumq; Pontificem in Regularibus
reformandis, qui in dictum Monasterium
Reformatos introduci mandauerat, reie-
ctis ijs de Obseruantia, vt illi, qui inducti
semel iam fuerant, & post Ordinarij exa-
men, & approbationẽ ad Monialium con-
fessiones excipiẽdas deputati, perpetuò in
illo starẽt officio, sed singulo saltim trien-
nio mutarentur. (*singulo saltim triennio mu-
tandis*, dicens.) per quem autem hæc fieret
mutatio, non expressit. sub dispositione
ergo iuris communis remisit, vt per eos fie-
ret, ad quos spectat. hoc autẽ ad Religio-
nem spectat. ad illam igitur eorum muta-
tio pertinebit. Non equidem ad Cardina-
lem Protectorem verba direxit: & singulo
saltim triennio mutes: sed in genere: *sin-
gulo saltim triennio mutandis*; mandes, &c.
mandes scilicet authoritate nostra, quibus
mandari oportet, vt hæc ipsa exequantur,
illis *singulo saltem triennio mutandis*. Sub hac
forma itaque, atque sub hac conditione
illos in Monialium Confessarios dari præ-
cepit, vt singulo saltim triennio. mutaren-
57 tur. Ablatiui nempè absoluti, præter quàm
quod conditionem operantur. *l. à testatore
108.* ibidemque *Gloss.* verbo *conditio. ff. de
condit. & demonstrat. l. cultis agris 18. ff. de
vsuris. Cephal. cons. 296. num.4. lib. 2.* for-
58 mam quoque, atque finalem causam indi-
cunt, demonstrantq; *Valasc. consult. 60. nu. 7.
& 8. Rota* apud *Card. Caualer. decis. 78. nu. 3.
& decis. 428. num. 2.* diximus *respons.* nostra
12. *num. 16. 17 & 18. part. 3.*
Non sanè, quòd hæc potestas apud Car-
dinalem Protectorem remaneret, atque à
Religione, siuè in Capitulo Generali, siuè
Prouinciali, vel Generali ipso exequenda,
remoueretur. Quia hoc Pontifex Clemens
non dixit, vt neque nos dicere, assereréq;
debeamus. vt in superioribus ostendimus.
Neque quidquam contra formam in fun-
datione datam, innonare Summus Ponti-
fex voluit. Præter quàm quod, amotis Fra-
tribus de Obseruantia, Reformati ideo
inducti fuerunt; ob meliorem scilicet Mo-
nialium directionem; atque vt ita per Re-
formatos, reformatio quoque morum in
Monialibus inueheretur, vt in superiori-
bus quoque meminimus, perpendimusq;.
59 Inducta propterea ad hunc finem dumta-
xat. contrarium effectum operari minimè
debuerunt. ex Pauli sensu lib. 13. responso-
rum in *l. si mancipia 19. ff. de fundo instructo,
instrumentoq; legato*, & ex Florẽtino lib. 11.
Institutionum in *l. legata inutiliter 14. ff. de
adimend. legat.* quo loco ad rem hanc no-
stram *Gloss.* verbo *interuenit*. sic inferr di-
cens: *nota spectandum fore, quare aliquid fiat.*
refert ipsa Sceuolæ sensum lib. 16. digesto-
rum in *l. Aurelius Symphorius 29. §. testa-
mento facto. ff de liberat. legat.* & Pauli. allata
per nos *l. si mancipia 19. de fundo instructo,
instrumentoq; legato.* sequitur *Cephal. cons. 37.
num. 48. lib. 1. Surd. decis. 250. num. 10. & 11.*
Cæteroquin ad nostrum beneplacitum
leges omnes destruemus, eas ex nostro ar-
bitratu intelligentes, interpretantesq;. sed
60 non ita passim fieri debet, sed ad sensum
debitum, atque accommodum scripturæ
eas exaudiri oportet. Audias (quæso) quid
Christus Dominus, & Magister, ac Legifer
noster (*Lucæ 10. 25. & 26.*) cuidã legis pe-
rito tentanti eum, ac interroganti: *Magi-
ster quid faciendo vitam æternam possidebo?*
Respondit. *In lege quid scriptum est? quomo-
61 do legis?* Secundum illud igitur, quod in
lege scriptum est, iudicare nos oportet, vt
iustum iudicium iudicemus. & quod le-
gimus intelligamus, vti nos idem Do-
minus noster *Marc. 13. 14.* admonuit:
Qui legit, intelligat. dicens. Vt itaque scri-
ptum inuenimus, hanc interpretari dispo-
sitionem nos oportebit; vt vnus sacer sit
Principatus in vna Seraphicæ Religionis
Hierarchia.
Atque ita ex his, quæ iudicio non abie-
cto Aristarchi diximus, respondendum
censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 Sepelire mortuos inter misericordiæ opera corporalia impliciitè agnoscitur. & nu. 6.
2 Misericordiæ opera corporalia septem numerantur.
3 Sepelire mortuum non circa hominem exhibetur, sed circa cadauer.
4 Homo mortuus impropriè homo dicitur.
Cum dissolutum sit iam compositum.
Homo enim ex anima, & corpore constat.
Homo mortuus, dissoluto composito. homo nõ est. num. 5.
Homo terra est, & in terram ibit. nu. 106.
6 Sepelire mortuos inter opera misericordiæ, non numerauit Dominus.
Et quare?
Pertinet tamen ad defunctum quid de eius corpore agatur. num. 7.
Ratio affertur ex S. Thoma.

Sepelire

Et enim

Est enim exactio prohibita. num. 82.
Et simonia corruptela, num. 88,
Et auctoritate Apostolica ab Vrbano Papa prohibita in Concilio Arucruiensi. nu. 89,
68 Vestire nudum, inter misericordiæ corporalis opera agnoscitur.
69 Mortuus cùm conditur, sepulchro quasi vestitur, & tegitur.
72 Episcopi presbyteri nomine olim nuncupabantur.
Episcoporum est adiuuare pauperes, & in necessitate positos, ac peregrinos. nu. 73.
Quia pauperum, ac miserabilium personarum patres sunt. num 74
Eisque in necessitatibus occurrere debent.
Ad eum proinde pauperum, & oppressorum causa spectant. num. 75.
76 Mortui inter miserabiles personas agnoscuntur,
79 Consuetudo antiqua pro lege reputatur.
Et inducit annuas præstationes. num. 80,
Comprime, si sit vitiosa, vtpute simoniam fouens. num 81.
Quia corruptela æstimatur. & nu. 100.
83 Laici tenentur laudabiles seruare quoad Ecclesiam consuetudines.
Si ex eorum liberalitate, ac pietate processerunt.
Contrariũ asserere ex fermento procedit hæreticæ prauitatis.
Secus verò si à principio processerint coactiuo. num. 85.
84 Resurgemus omnes in eadem carne, qua morimur.
86 Sepultura gratis exhibenda.
Si quid autèm liberè donatur, recipi potest.
Peti verò nihil potest, vel exigi.
Ne ex humanis mortibus gratulari videamur. ex Gregorio.
Omnis verò taxatio, vel venditio improbatur. num. 87,
Et in casu dubio cõtra Clericos pronunciandum. num. 90.
Quia pro sepulturis, & hominibus sepeliendis nihil muneris exigi debet. num. 110.
87 Taxatio est quædam venditio, & quasi quædã pactio.
Vnde à rebus spiritualibus explodenda.
89 Venalitas omnis tàm è rebus, quàm à ministris Ecclesiæ explodenda.
90 Solutio an facienda sit Clericis pro sepultura, nec ne, in dubio, contra eos pronunciandum.
Quia ex auaritia procedere videtur.
Et simoniaca.
91 Consuetudine laudabili potest aliquid recipi in Sacramentorum administratione.
Modò à principio processerit libero dautiũ.
Neque ex ministrantium voluntate.
Vel taxatione.
92 Ministros Christi decet non solùm à malo, sed ab omni mali specie abstinere.
Ne vituperetur ministerium eorum.
93 Mortui cadaueris transportationis causa de loco ad locum, non propterea quod per eorum locum trãsferatur, possunt, nisi temerè, quicquam exigere Clerici, quia nulla apparet ratio, propter quam id permitti valeat.
Cùm id nulla lege, quin transferri possit, prohibitum inueniatur. num. 95.
Et fines Clericorum non sunt. num. 105.
94 Gratis ministranda sunt Sacramenta, quę gratis accepimus.
95 Clerici territorium non habent.
96 Parochus quòad Sacramentorum administrationem territorium habere dicitur.
Quia Iudex est animarũ suorum Parochianorum.
Extra tamen illa iurisdictionem non habet. num. 97.
98 Territorium vndè dictum? ex Pomponio.
Probatur verò ex actibus iurisdictionis: num. 99.
101 Terra Cimiteriata vendi non potest.
Neque pro sepultura pretio tradi.
Quia est terra illa concessa putrediui. num. 102.
Nec decet de alieno luctu compendium facere.
103 Simonia inuoluitur etiã in his, quæ sunt spiritualibus annexa.
Ni à principio procedat libero pietatis dario,
Vel materialitèr tantũ quid intercedat, quod vendi possit. num. 104.
104 Calix consecratus ratione materiæ tantùm vendi potest.
107 Terra non hominis, sed Dei est, etiam quam homo gerit, de qua sumptus est.
Pro sepultura proindè vendi non potest.
108 Nihil miserius est, quàm propter nummum Deum contemnere.
109 Clerici Dei in sortem addicti sunt, & sunt veluti Reges, quia se, & alios virtutibus regere debent.
Ideò coronam in capite portant, in signum Regni.
Rasuram portant in signum depositionis omnium temporalium.
111 Defuncti extra Ciuitatem possunt intra illã transferri, vt sepultura mandentur.
Nec prohiberi possunt,
Declarauit Sacra Congregatio.
112 Abraham voluit terram emere pro sepultura coniugis à filijs Ephron, sed illi recipere noluerunt.



N ARGV-

ARGVMENTVM.

Sepelire mortuos inter misericordiæ opera agnoſcitur, magnæq; pietatis eſt opus, laboris, ac meriti. An verò permitti valeat, vt pro ſepultura peregrini pluris exigatur, quã à ciuibus percipiebatur? Nùm verò dùm cadauer per loca trãsfertur aliorum, de loco ad locũ, liceat exigere permiſſionis cauſa tranſitus aliud quidquam? Et quid ſanè ſi conſuetudine ſit inductum ex vtroque capite, vt ita exigatur: erit ne toleranda conſuetudo, vèl corruptela habẽda ſimoniaca? latè diſſeritur. Meritum vndè dicatur, & quod opus ſit meritorium? à gratia initium ſumit.

RESPONSIO XVIII.

DVO à nobis petijt reſolui dubia Dominus Annibal Ferrettus Vicarius Apoſtolicus in Terrà Cerignolæ, ſequentibus ea proponens:

Primum, *an poſſit ſubſtineri de iure pro rationabili, conſuetudo, quæ in aliquibus Clericis irrepſit, extorquendi ad eorum arbitrium maiorem mercedem pro exequijs exterorum, qui obeunt in eorum Parochijs, quàm à principaliori ciue? vel tenenda ſit opinio Genuenſis in practicabilibus Eccleſiaſticis. quæſt. 638.*

Secundum, *an qui obijt Romæ, electa, verbi gratia, Neapoli ſepultura, poſſit, dùm transfertur, impediri à Clericis illius loci, per quẽ cadauer transfertur abſque vlla ſolemnitate, & pompa: & Clerici licitè valeant aliquid petere pro licentia tranſeundi ſiue aliqua alia prætextu, aut colore?*

Ad vtrumque dubium negatiuè reſpondendum cenſemus. Et profectò ad Primũ ſupponendum eſſe videtur, quaſi ab ouo
1 exordientes, vt prouerbio dici ſolet: Inter miſericordiæ opera corporalia, quamuis mortuum hominẽ ſepelire minimè expreſ-
ſim numeretur, numeratur tamen impli-
2 citè. Septem quippè miſericordiæ opera
corporalia: Paſcere eſurientem. Potare
ſitientem. Colligere hoſpitem. Operire nudum. Viſitare infirmum, & in carcere detentum. Redimere captiuum: circa homi-
3 nem exhibentur. mortuum tamen ſepelire,
quod ſeptimum eſt opus, non circa hominem, ſed circa cadauer, præſtatur hominis.
4 Impropriè enim tunc homo dicitur. Homo quippè ex anima, & corpore eſt: nam
ad eſſe hominis duo principalitèr requiruntur, corpus videlicet, & anima, ex quorum coniunctione verus homo ſubſiſtit. vt
Innocẽtius Tertius loquitur in *cap. in quadam 8. §. tres ſunt. de celebrat. miſſar.* & Athanaſius in ſymbolo: *Nam*, (inquiẽs) *ſicut ani-*
5 *ma rationalis, & caro vnus eſt homo.* Homo
igitur mortuus, diſſoluto compoſito, homo
non eſt. Poſt vitam ergo mortuis ſepultura exhibetur. vti Angelicus docet Doctor
2. 2. quæſt. 32. in corpore. & in *reſponſ. ad pri-*
6 *mum*. in quo *in fin.* ſic infert: *Vnde Dominus.* (Matth. 25.) *commemorans miſericordiæ
opera, de ſepultura mortuorum mentionem non
facit. Quod ſepultura mortui non confert ei
quantum ad ſenſum, quem corpus poſt mortem
habeat. & ſecundum hoc Dominus dicit, quòd
interficientes corpus, non habent amplius quid
faciant. Et propter hoc etiam Dominus non
commemorat ſepulturam inter alia miſericordiæ opera; ſed enumerat ſolùm illa, quæ sũt eui-*
7 *dentioris neceſſitatis. Pertinet tamen ad defunctum quid de eius corpore agatur. Tùm quantum ad hoc, quod viuit in memorijs hominum,
cuius honor dehoneſtatur, ſi inſepultus remaneat; tùm etiam quantum ad affectum, quem
adhuc viuens habebat de ſuo corpore, cui piorũ
affectus conformari debet poſt mortem ipſius.
Et ſecundum hoc commendãtur aliqui de mortuorum ſepultura, vt Tobias, & illi, qui Dominum ſepelierunt. vt patet per Auguſtinum in
libro de cura pro mortuis agenda.* his Sanctus
Doctor, & idem ipſe in 4. *diſt. 15. quæſt. 2.
artic. 3.* ſequiturq; peroptimè *Ioannes Malderus* Archiepiſcopus Antuerpien in *eaud.
2. 2. Diui Thomæ quæſt. 32. artic. 2.* & locum
Auguſtini in d. lib. de cura agẽda pro mortuis deduxit Gratianus in *can. non æſtimemus 19. §. corpori autem.* locum quoq; Gregorij ad Bonifacium Epiſcopũ in *can. animæ defunctorum 22. §. curatio verò funeris.
13. quæſt. 2.* proſequiturq; *Iulius Laurius
elucubrationum variarum tit. 2. cap. 14. num. 6.*
8 *& ſeq.* Hanc proindè ob cauſam mortuorum ſepulturę corpora tradere, iuſtitię quidam actus æſtimatur, ac religionis. Iuſtitiæ
9 namq; tria eſſe genera Plato dicebat: aliud
circa Deos, alterum circa homines, tertiũ
circa defunctos verſari. *Nam qui ſacra ſecundum leges faciũt* (infert ipſe) *ſacrarumq;
rerum curam habent religioſi in Deos, & pij
ſunt.*

sunt Qui verò mutua, depositaq; restituunt, iusti erga homines sunt. Qui autem vita functis iusta persoluunt, tertiam illam iustitiæ partem exequuntur. vti Diogenes Laertius de vitis Philosophorũ *lib. 3. in Platone fol. mihi* 150. loquitur. sequiturq; *Homobonus de Bonis de humana vita statibus part. 1. cap. 28. num. 5.*
10 *fol. mihi* 831. Et quidẽ sepelire mortuos iustitiæ pars æstimatur. Quia id tribuimus mortuis, quod eis debetur, post quàm ex hisce humanis demigrauere homines, vt eorum sepulchro condantur corpora, ne à feris discerpantur. Iure proindè, perbelleq; satis Constantinus Cæsar Augustus ad Populum scribens, in *l. qui sepulchra 4. C. de*
11 *sepulchro violato*. sepulchra *domos* appellauit *defunctorũ*. Quemadmodùm & Regius Psaltes Dauid *psal.* 48. 12. de diuitibus verba faciens: *Et relinquent alienis diuitias suas.* (inquit) *& sepulchra eorum, domus illorum in æternum.* In sepulchris scilicet, perpetuò consistent vsque ad consumationem sæculi. *In æternum.* hoc est citra spem renertendi ad suas diuitias, & facultates, quas reliquerunt. vti *Geuchbrardus* ibidem obseruat, meminitq; psalmi huius ad rem hanc *Glos. in l. 4.* verbo *domos*. sequiturq; *Borrellus in summa decisionũ omnium. tom. 2. tit. 36. nu. 177.*
12 *& seq.* Immortalitati quippè in sepulchris reseruantur corpora, in æternũ suscitanda.
13 Religionis autem pars est mortuos sepelire: Quia mortuos ipsos sepulturæ mandare opus Ecclesiasticum est; consequẽterq; Religionis. *toto titulo de sepultur. extrà.*
14 & *in 6.* atque *Clementinis*. Sicuti spiritualibus annexum est. ex *S. Thom. 2. 2. quæst.* 100. *artic. 4. in 3. argumento*.
15 Et hinc est, quòd ex ipsa exanimati corporis illatione locus religiosus efficitur. *§. religiosum. Institut. de rerum diuisione. l. 2. ff. de relig. & sumpt. funer. l. in tantum 6. ff. de rerum diuisione. Gloss. in can. in Ecclesiastico* 14. verbo *si terram* 13. *quæst. 2.* traditq; pluribus *Gregorius* ille *Tholosanus* magnis mihi suscipiendus nominibus *syntagmatum iuris vniuer. tom. 2. lib. 33. cap. 23. à num. 2. cum seq. Iulius Lauor. elucubrat. variar. tit. 2. cap. 7. n. 3.*
16 Et adeò quidem religiosus efficitur locus, in quo exanimati hominis cadauer infertur, vt non minimi pœnæ se obnoxios reddant, qui sepulchra, quibus Christianorum hominum cadauera, quasi domibus pro-
17 prijs, condita fuerunt: & quæ *Mortui Asyla*, Tertullianus in Apologetico nuncupauit, temerè violauerint. Quod nimirùm sicuti ex Asylo abduci, vel abripi confugientes ni temerè nõ possunt, ita mortuorũ cadauera è sepulchris. quod perpẽdit *Burrellus* Tertulliani locum expendẽs *d. tit. 36.*
18 *num.* 188. Neque porrò sine graui pœna eos, qui erga dormientes in sepulchris, temerè se gesserint, esse sacræ voluere leges, ex Vlpiano *l. 3. ff. de sepulchro violato*. quin toto titulo *ff. & Codice de sepulchro violato. Petr. Greg. d. lib. 33. cap. 23. num. 11. cum seq.* vt
19 infames quoque habeantur. ex Stephano Papa *can. infames* 17. 6. *quæst. 1. Lauorius d. tit. 2. cap. 7. num. 4.* Pessimiq; semper, ac deperditæ vitæ æstimati fuere, qui erga sepultos terræ iniuriosos se reddidere. Faciat
20 rem hanc manifestam de Semirami Regina historia, hæc, cum sibi viuenti adhuc sepulchrum extruxisset, hanc illi inscriptionem exterius indidit: *Quisquis Regum pecunijs indiguerit, demolitis monumentum, quotquot volet sumito.* Post multa tempora Da-
21 rius Rex pecuniarum auidus, cùm sepulchrum aperuisset, neque pecunias inuenisset: scriptum tamen reperit: *Nisi malus, & pecuniarum inexplebilis fores, mortuorum loculos nunquam mouisses*. Dixit proindè nec iniuria Seneca Epigram. 5. Senecæ Philosophi relegati.
22 *Crede mihi, vires aliquas natura sepulchris, Attribuit: tumulos vindicat vmbra suos.*
23 Et stupenda quædam, quæ sepulchrorum violatoribus accidere, narrat *Sophronius in prato spirituali. cap. 77. & 78.* Mortuũ oculos eruisse ei, qui illum spoliauerat, vndè & cœcus factus est, non videns. Nobilemq; puellam sepulchro illatam violentum spoliatorem retinuisse, nec dimisisse, donec ille multis compunctus lachrymis, se mona-
24 chum futurum, promisisset. quod & præstitit. Magna namque sepulchrorum religio est. Audias Ciceronem 2. de legibus. sic loquentẽ: *Iam tanta est religio sepulchrorum, vt extra sacra, & gentem, inferri fas negent esse; idque apud maiores nostros A. Torquatus in gente Pompilia indicauit.*
25 Inde enim religiosa dicta sunt supulchra, quòd relinquenda, nec molestia afficienda, quæ in illis cadauera conduntur.
26 Religiosum nempè (vt Manurius Sabinus apud *Aulum Gellium noctium atticarũ. lib. 4. cap. 9 circa finem.* inquit) est, quod propter sanctitatẽ remotum, ac sepositum à nobis est. & quasi à relinquendo dictum. secundum *Macrobium saturnaliũ lib. 3 cap. 3. vers. superest, vt quid sit religiosum. Iulius Lauorius variarum lucubrationum. d. tit. 2. cap. 7. num. 3.*
27 Summis proindè celebrantur laudibus, qui sepeliendis defunctorum cadaueribus operam dederunt. Nonne Sanctus Tobias, quòd mortuos curaret, & sepulturæ traderet, summis commendatur laudibus. Meritò dixit eidem non quilibet hominum, sed Raphael Angelus: *Quando orabas cum lachrimis, & sepeliebas mortuos, et derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diẽ in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.* Tobiæ 12. 12.
28 & Dauid Rex. 2. *Regum* 2. 4. gratias egit non modicas viris Iabes, quòd sepelijssent

N 2 Saulem

Saulem Regem: Ita namque facer textus: *Et nunciatum est Dauid, quod viri Iabes Galaad sepelijssent Saul. Misit ergo Dauid nuncios ad viros Iabes Galaad, dixitq; ad eos: Benedicti vos à Domino, qui fecistis misericordiã hanc cũ Domino vestro Saul, & sepelistis eum. Et nunc retribuet vobis quidem Dominus misericordiam, & veritatem, sed & ego reddam gratiam, eo quod fecistis verbum istud.*

29 Ioseph quoque ab Arimathea, & Nicodemus, quòd piè Domini nostri secratissimum corpus de Cruce depositum, aromatibus conditum, ac syndone inuolutum, nouo sepulchro intulerũt, Sanctorũ Euangelistarum cõmendantur testimonio. *Matthæi* 27.57. *&* 59. *Marci* 15.43. *Lucæ* 23.51. *ac Ioannis* 10.38.

30 Sanctæ etiam mulieres, quod valdè mane vna Sabathorum cum aromatibus ad monumentum venissent, vt vngerent Dominum, Angelorum visione donantur, qui Dominum resurrexisse nunciauerũt, & primæ fuerunt, quæ resurrectionem mortuorũ

31 audierunt. Ipsamet Maria Magdalena, quòd in nouissima Cœna habens alabastrũ vnguẽti pretiosi, & effudit super caput eius recumbentis (Christi scilicet Domini, & Seruatoris nostri benignissimi) *indignati quidam dixerunt, vt quid perditia hæc? potuit enim istud venundari multò, & dari pauperibus. Iesus autem ait illis: Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis vobiscum, me autem non semper habebitis. Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis, vbicunque prædicatũ fuerit hoc Euangelium in tota munda, dicetur & quod fecit in memoriam eius.*

32 Matth. 26.7. Enucleat verò satis affabrè ad rem, Magnus ille inter Græcos Bulgariæ Archiepiscopus *Theophilattus*, sic in hunc locum dicens: *Docet nos* (inquiens) *quod mulier hæc iuxtà diuinam dispensationem hoc fecerit, præsignans mortem illius, & corporis sepulturã. Non enim tulisset Christus vnguento vngi, nisi mysterium quoddam subfuisset. Vnde futurum, sicut Deus prædixit, quòd in gloriam eius vbique prædicaretur res, quam fecit mulier. Vide autem Dei misericordiam, quomodo mulierẽ magnis donis remuneret. Facit enim eam mirabilem vbique, quandiù suum Euangelium duraturum. Quomodo autem sepultura eius præsiguratur vnguento? Mos erat Iudæis cùm vnguento mortuorum corpora sepelire, sicut Ægyptij faciebant, vt incorrupta manerent, nec fœterent. Ostendit igitur* (inquit) *ex hoc, quod vnguentum effudit, corpus meum breui sepeliendum.* ita Sanctus Archiepisco-

33 pus rem totam aperit. Hanc propter causam certè sapientis ore *(Ecclesiastici* 7. 37.) Spiritus sanctus admonet: *Et mortuo non prohibeas gratiam.* Opera videlicet misericordiæ non viuis tantùm; sed & defunctis impende, corpora sepeliendo; animabus quoq; per orationes, eleemosynas, & oblationes subueniendo. vt *Dionysius Carthusianus* ibidem commentum agit. quem locũ ex Concilio Triburiensi reassumpsit Gratianus in *can. in Ecclesiastico* 14. 13. *quæst.* 2. sic enim Concilium: *In Ecclesiastico namq; libro est: Mortuo non prohibeas gratiam, sciès*

34 *quoniam omnes moriemur.* Et sanè mirandũ est, quod Plutarchus in libro de solertia animalium paulò ante medium de Formicis refert; dicens: *Formicis quoque à natura inditum viri prudentes obseruarunt, vt si dùm in granis colligendis toto agmine sint occupatæ, eorum aliqua vel onere, vel casu conciderit, cæteræ illam quasi ad tumulũ in ea loca, quæ sub cauernis ab horreo separata sunt, onus suscipiẽtes inferunt, comitante, ac propèmodum funus ducente alta multitudine.* Si ita Formicæ erga mortuas se gerunt, quid homines, & illi Christiani facere debebunt? Audi (quæso)

35 Christianum Ciceronem Augustinum Ecclesiæ Doctorem sermone 1. de consolatione mortuorum, dicentem, sonantem, acclamantem.

Iacet corpus exanimè, ac gelidum, homo sine homine, cadauer sine spiritu; acclamatur, nec respondet; vocatur, & non exaudit: deperditis vitalibus functionibus; qui fuit, non est; nemo suorum adiuuat, nec ipse auxilium postulare potest. Quam ob causam nos eo magis commoueri æquum est. Patest enim qui fame, aut siti laborat, vel ex puteo, vel ex profluẽte recreari; qui nudus est folijs vestes contexere; qui ægrotat, maiorẽ in alijs miseriam cogitando, se consolari; & captiuus in captiuitate, & peregrinus sub frigido Cœlo respirat. At mortuus cum anima, sensuq; careat, nec quo se vertat, nec quid implorer ampliùs, nec vim habet implorandi. Nihil mirum igitur si insit à natura in humanis pectoribus singularis erga defunctos pietas, ac miseratio. Sic Sanctus hic Doctor Augustinus.

36 Summæ itaque pietatis est opus defunctorum corpora sepulchro condere; vt qui contrarium asserere tentauerit, in fide errauerit, & si pertinax fuerit, hæreticus habeatur. *Bagues in D. Tho.* 2. 2. *quæst.* 32. *art.* 2. quem sequitur *Cened. in collect. an. ad decretũ. part.* 1. *ad can. vbicunq; sepeliantur* 26. 13. *q.* 2. *collect.* 46. *num.* 5. *in fin. Sotus in* 4. *dist.* 45. *q.* 2. *art.* 3. *vers. quapropter sepultura. Ioan. Steph. Duranius de ritibus Ecclesiasticis lib.* 1. *cap.* 23. *nu.* 16. *Barbosa de officio Parochi. cap.* 26. *nu.* 3. Eminentiss. Cardinalis *Bellarminus tom.* 2. *controuers. lib.* 2. *de purgator. cap.* 19. *de funere.* hæreticorum falsa dogmata reijciens, vtilitatesq; expendens, quæ ex sepultura fidelium impensa cadaueribus piè excipiun-

37 tur; sic infert: *Quod eo studio testantur viui fidem resurrectionis, & immortalitatis animarum*

marum. Non enim tàm diligentèr corpora mor-
tuorum curaremus, nisi putaremus ea resurre-
38 ctura. Neque cereos accenderemus, nisi animos
viuere post mortem corporum significare velle-
mus. sic ille. quem sequitur Lauorius d. tit. 2.
cap. 14. à num. 40. Caßan. in Cathal. glor. mund.
part. 2. consid. 5. præsertim vers. apud hebreos.
& consid. 6. Basbosa de iure Ecclesiastico. lib. 2.
cap. 10. de sepultur. nu. 3. Hinc sanè est, quod
funeris causa, pia dicitur. Medices de sepul-
tur. part. 2. quæst. 5. nu. 5. quem sequitur Tho-
rus de priuileg. piarum causarum. priuileg. 55.
in fine.

39 Erit propterea nec inferioris apud Deũ
meriti, ob laboriosũ opus. Audias (amabo)
quid de Sancto Tobia sacer narret textus
(Tobiæ 2.)

*Post hæc verò cùm esset dies festus Domini,
& factum esset prandium bonum in domo To-
biæ, dixit filio suo: Vade, & adduc aliquos de
tribu nostra timentes Deum, vt epulentur no-
biscum. Cumque abijsset, reuersus nunciauit ei,
vnum ex filijs Israel iugulatum iacere in pla-
tea. statimq; exiliens de accubitu suo, relin-
quens prandium ieiunus peruenit ad corpus,
tollensq; illud portauit ad domum suam occul-
tè, vt dum sol occubuisset, cautè sepeliret eum.
Cumque occultasset corpus, manducauit panem
cum luctu, & tremore, memorans illum sermo-
nem, quem dixit Dominus per Amos Prophetã:
Dies festi vestri conuertentur in lamentatio-
nem, & luctũ. Cum verò sol occubuisset abijt,
& sepeliuit eum. Arguebant autem eum omnes
proximi eius dicentes: Iam huius rei causa in-
terfici iussus es, & vix effugisti mortis imperiũ,
& iterùm sepelis mortuos. Sed Tobias plus ti-
mens Deum, quàm Regem, rapiebat corpora
occisorum, & occultabat in domo sua, & medijs
noctibus sepeliebat ea. Contingit autem, vt qua-
dam die fatigatus à sepultura, veniens in domũ
suam, iactasset se iuxtà parietem, & obdormis-
set; & ex nido Hirundinum dormienti illi ca-
lida stercora inciderent super oculos eius, fie-
retq; cæcus. Hanc autem tentationem ideò per-
misit Dominus venire illi, vt posteris daretur
exemplum patientiæ eius, sicut & Sancti Iob.*

40 Laboriosum ergo opus est mortuos humi
mandare, consequentèrq; meritorium. Me-
41 ritum autem esse non potest, nisi quis vo-
luntariè operetur; nec potest esse meritum
sine actu. ex S. Thoma primo secũdæ q. 71. ar. 5.
42 ad pimum in fin. Opus meritorium à gratia
procedit, adiuuante, atque ex libero arbi-
trio correspondente. ex S. Ioanne Chriso-
stomo homil. 32. in Matthæum opere im-
perfecto in can. sicut enim peccatũ 10. 32. q. 5.
ibique Gloss. in casus figuratione. quæ sic di-
cit: Sicut non nisi voluntate peccatur: ita
quis non nisi spontè meretur. ex S. Thom.
prima secunda. quæst. 111. art. 2. in corpore in
fin. diximus plura referentes respons. nostra
67. num. 31. ad 36. part. 3.

43 Quod igitur fit, vt meritorium sit, cum
à gratia procedat: (Namque meritum est
44 actus humanus bonus, factus ab eo, qui ha-
bet gratiam Dei gratum facientẽ. Nauar.
man. prælud. 7. num. 2. & sequuti fuimus d. re-
spons. 76. nu. 33. part. 3.) bene moralitèr fieri
debet, atque sine vllo admisto vitio. Quia
45 bonum ex integra causa est, malum autem
ex singulis defectibus: vt ex S. Dionysio de
diuinis nominibus cap. 4. sequitur, do-
cetq; S. Thomas d. quæst. 71. art. 5. ad primum.
46 Non ergo ex auaritia procedere debebit
hoc opus mortuos sepeliendi, vt bonum
sit, & meritorium facienti.

47 Auaritia quippè peccatum est. Idolorũ
est enim seruitus. ex Paulo ad Ephesios 5. 5.
& Augustino can. Idololatria 5. 28. quæst. 1. &
Vrbano II. in can. Saluator 8. §. quisquis igi-
tur. 1. quæst. 3. cum, vt Spiritus Sanctus sa-
48 pientis ore (Ecclesiastici 10. 9.) loquitur:
Auaro nihil est scelestius. Cùm gratia ergo
49 esse non poterit. Quia nimirùm peccatum
mortale tollit gratiam gratum facientem.
S. Tho. 2. 2. q. 10. art. 4. in corp. Sicut contrà,
50 gratia peccatum mortale excludit. Idem
Sanctus Doctor prima secunda quæst. 113. ar-
51 tic. 2. in corpore in fin. Opus ergo meritoriũ
facere haud poterit, qui in mortali existit,
neque ad meritum respicit, qui peccat, &
Auaritia peccat.

52 Mens quippè auari non nisi aurum re-
spicit, sẽper redditus computat: gratiusq;
aurum intuetur, quam solem videt. ex Am-
brosio can. sicut ij 8. dist. 47. Monuit proindè
53 nos Christus Dominus ac Magister noster
(Lucæ 12. 15.) docens: Videte, & cauete ab
omni auaritia; quia non in abundantia cuius-
quam vita eius est, ex his, quæ possidet. eiusq;
discipulus, ac electionis vas Doctor Gen-
54 tium Paulus ad Colossens. 3. 6. Auaritiã Ido-
lorum seruitutem nuncupauit. & Grego-
gorius ad Theodoricum Regem in can. cũ
omnis auaritia 20. 1. quæst. 1. ibique Gloss. 1.
quæ rationem reddit: Quia tamquam Deo
exhibet auarus nummo reuerentiam. ex Au-
gustino can. quæro ergo 21. 6. quæst. 1. Auari-
55 tiam Idololatriam vocante. & Alexandro
Tertio in cap. auaritiæ 10. de præbend. extrà.
& d. can. Saluator 8. §. quisquis igitur. 1. q. 3.
56 Indè quippè, qui volunt diuites fieri incidunt
in tentationem, & in laqueum Diaboli, & de-
sideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt
homines in interitum, & perditionem. Radix
enim omnium malorum est cupiditas, quam
quidam appetentes errauerunt à fide, & inser-
uerunt se doloribus multis. vt idem Aposto-
lus Paulus loquitur 1. ad Timotheum 6. 9.
Abscindere propterea pessimam hanc cu-
piditatem debent, qui Dei seruitio manci-
57 pantur, quæ malorum est omnium radix.
e Gregorio d. can. bonorum 7. dist 47. d. cap.
auaritiæ 10. de præbend. Sacrum Tridentinũ
Conci-

Concilium *seß.22. cap.11.de reform.* Porrò,
58 quod auari animus non satiatur vnquam;
quin insatiabilis est auaritia, secundum
Ambrosium *d.can.sicut ij. 8 dist.47.* &

Feruet auaritia, miseraq; cupidine pectus
Auari.

vt Horatius lib.1. epist.1. cecinit, veritatē
59 videns. Adeòq; viget hæc pestis, vt mentē
excœcet, ne videre auarus possit, quid sibi
expediat, cupiditate habendi cœcatus. ex
extrauaganti execrabilis 4. de præbendis inter
commune. quin

Crescit amor nūmi quantū ipsa pecunia crescit.

60 Quemadmodùm qui febre æstuant, ardēt
siti. Febris autē nostra auaritia est. vt Am-
brosius in *Lucam cap.4. lib.4.* sub finē testa-
61 tur. veluti hydropisi qui laborant. plus si-
tiunt, quò biberint, plusq; increscit mor-
bus. Hydropisis namq; aqua est inter cu-
tem, ex indigestione sanguinis ab hepate,
secundum *Petr.Greg. syntaxeon artis mirabi-*
lis. tom.2. lib.28. cap.17. in fin. sitimq; exci-
tat. Quia

Crescit indulgens sibi dirus hydrops,
Nec sitim pellit, nisi causa morbi
Fugerit venis, & aquosus albo
Corpore languor.

Ex Horatio lib.2. Carminum ode 2. prose-
quiturq; *Petr. Gregor. Tholosates syntagmatū*
iuris tom.2. lib.20.cap.1.à nu.3. dixitq; Oui-
dius lib.1. fastorum

Sic, quibus intumuit suffusa venter ab vnda;
Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

Ex auaritia ergo, quia peregrinus, exterq;
moritur, plus quàm à ciuibus pro sepultu-
62 ra extorquebunt Clerici? non ergo iustè,
malè proindè, quin non magis iniquè. non
piè, non meritoriè agent. vt Augustini vta-
mur argumento in *can.quid dicam 11. in fin.*
14.quæst.4 Si ita ergo creditur, vt hoc age-
re valeant, mihi credite, non modicum er-
63 ratur, quia quicquid nō benè gestum fue-
rit, nec secundum præcepta legalia custo-
ditum, non potest facientibus meritum de-
ferre, quin peccatum erit. ex Innocentio
Papa in *can.deindè ponitur 3. in fin. § aspicim-*
mus gentilem hominem. dist.26. Non pium
64 hoc erit opus, quin magis impium; dupli-
ciq; onere miserum grauabunt. quod nec
Callistratus Iureconsultus lib.2. quæstionū
in *l.nauis onustæ 4. §. cùm autem i. Clus. ff. ad*
legem Rhodiam de iactu. quamuis gentilis, &
à fide Iesu Christi alienus æquum æstima-
uit. ex ratione quam *Gloß.* ibidem verbo
65 *duplici.* reddit: *Non enim debet addi afflictio*
afflicto. idemque docet Callistratus eadem
l.nauis onustæ 4. §. quid ergo. dicens: *Indu-*
bitatè vtrumque onus pati non debet. & Mar-
cus lib.2. de iudicijs publicis in *l. Diuus*
Marcus 14. ff.de officio Præsidis. ibiq; *Gloß.1.*
& ex Gregorio *can.cum percussio 2.7.quæst.1.*
66 rationem reddente, dicenteq; *Ideò non de-*
bet à nobis addi flagellatis afflictio. ibique
Gloß. verbo *flagellatis.* sequiturq; *Barbosa*
axiomate 169. num.1. perpenditq; *Rota in*
Corduben decimarum 27. Martij 1615. coràm
Coccino decis.673. num.3. in fin. part.1. in re-
67 *centiorib.* Et quidem si inter misericordiæ
opera iure peregrinos suscipere supra nu-
merauimus. Quia Peregrini suscipiendi
sunt. vndè in die Iudicij *Matth. 25. 35.* à
Domino, qui iudicaturus est viuos, & mor-
tuos, inde commendantur iusti, quod ho-
spitem Dominum ipsum in persona pau-
perum susceperint: *Hospes eram, & collegi-*
stis me: perpenditq; *S. Thomas 2.2. d.q.32.*
artic. 2. ibidemq; *Malderus eod. artic.2.* qui
satis concinnè ad rem nostam in quinta
68 ratione, & ipse considerat, quod sicuti nu-
dum vestire inter opera agnoscitur miseri-
cordiæ. eodem Matth.25.36. *Nudus eram,*
69 *& cooperuistis me.* Ita pariq; ratione: mor-
tuum sepulchro corpus vestire, & tegere,
communisq; naturæ consortem à bestiarū,
& volatiliū iniurijs vindicare (ex Ambro-
sio *lib.1. de Tobia cap.1.*) inter pietatis, mi-
sericordiæq; opera numerabitur. Impiè
ergo, non piè, quin scelestè, inde maiorem
extorquere tentant pro sepultura pecuniā,
70 quia peregrinus, & aduena mortuus est. &
nos peregrini sumus, & aduenæ, & morie-
mur omnes. *Nam omnes morimur, & sicut*
aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertun-
tur. vt Thecuitis illa ad Dauid Regem di-
xit *2. Regum 14. 14.* Simile quippè est huic,
quod Patres in Valentiniano coacti Con-
cilio in *cap.1. de empt. & vendit.* decreuere:
71 peccatum existimātes, quod Episcopi præ-
cauere debēt, plebes sibi commissas admo-
nentes, instruentesq;, ne peregrinis come-
stibilia cariùs vendant, contra nempè ho-
spitalitatem est, consequenterq; peccatum.
verba damus Concilij: *Placuit, vt Presbyte-*
ri plebes suas admoneant, vt & ipsi hospitales
sint; & non carius vendant transeuntibus, quā
in mercato vendere possunt. Alioquin ad Pres-
byterum transeuntes hoc deferant, vt illius ius-
su cum humanitate sibi vendant. Contrarium
ergo inhumanum est, consequenterq; pec-
72 catum. *ad presbyterum.* id est Episcopum,
Gloß. ibidem explicat, dixeratq; Hyerony-
mus super epist. ad Titum relatus *can. olim*
5. dist. 95. eius sunt verba: *Olim idem erat*
73 *Presbyter, qui & Episcopus.* Episcoporum
est ergo adiuuare pauperes, & in necessita-
te positos, vt sunt peregrini. ex *cap. abolen-*
dæ 13 fin. de sepultur. illis sanè verbis: *Cum*
loci diœcesanus existas. monitionibusq; age-
re, ne pretia rerum mercatores excedant,
neuè propterea peccent. vt decreuere Va-
lentinianus, & valens Augusti Cæsares in
l.1.C.de Episcopali audientia. sequiturq; *Glos.*
ibidem *in casus figuratione in fin.* nec alieno
sēsu Leo Augustus in *l.nulli liceat 28.§.quod*
si testa-

si testator. & §. quod si in viro. C. de Episc.&
cleric.illis verbis . Reuerendissimus Episcopus
Ciuitatis eius , in qua idem testator defunctus
est. sequiturq; Couar.variar.resol. lib.3. c.14.
num.5.in fin. vers.huius tandem publicæ vtili-
tatis. Io. Maria Bellett. Episcopus Hieracen
disquisit.clerical. part.1. tit.de fauore clericorũ
reali. §.5. num.72. Barbosa in collectan. ad d.
cap.1.de empt.& vendit.nu.8 Genuens in pra-
cticabil.Ecclesiast. d.quæst.638.num.2. Iul. La-
norius elucubrat.variar. tit.2.cap.10.num.36.
74 Episcopi nempè pauperum,ac miserabiliũ
personarum patres sunt,& protectores, eis-
que in necessitatibus occurrere debent. ex
Concilio Aurelianen 1. in cap.Episcopus 1.
dist.82. & ex Gelasio Papa in can.licet omni-
bus 1. & can. defensionis 2.& can. diuinæ re-
tributionis 4. ac per totã. dist.87. Gloss.d.can.
licet 3. verbo plus tamen. asserens: Causas
75 pauperum, & oppressorum,& peregrinorũ
spectare ad Ecclesiam . ex Innocentio Ter-
tio Comiti Tolosanen in cap. super quibus-
dam 26. §.fin. de verbor.signific. ibique Gloss.
76 verbo viduis. Inter miserabiles verò perso-
nas iure mortui habentur , qui omni auxi-
lio destituti sũt. vt in superioribus ex ver-
bis Sancti Patris Augustini retulimus.dixi-
musq; pluribus respons. nostra 20. num.22.
23. & seq. & num.41.part.1.
77 Impia ergo hæc habebitur exactio , pro
libito tentare excerpere , quod aduena, &
peregrinus ex humanis abreptus,Ecclesia-
78 sticæ tradatur sepulturæ. Et hoc ipsum Sa-
cra declarauit Sacri Tridẽtini Concilij In-
terpretum Congregatio 27.Maij 1617,Pa-
rochos nõ debere plus recipere pro tumu-
landis cadaueribus exterorum , quàm ci-
uium. refert eam Iul.Lauor.lucubrat.variar.
tit.2.cap.10.num.7. & num.36. & Barbosa de
officio Parochi. cap.26.nu.83. & de iure Eccle-
siastico lib.2.cap.10 num.83.

Neque dicant ad excusandas excusatio-
nes in peccatis , exactionem hanc funda-
mentum habere in antiquissima consuetu-
79 dine . Consuetudinem autem canam legẽ
esse, vimq; legis habere, quod in dubium
nemo reuocauerit, cum antiquitati Patres
sanxerint reuerentiã . ex Nicolao Papa in
can.conquestus est 8 9.q.3. ibiq; Gloss. verbo
consuetudo , quæ ad rem nostram sic infert:
Ergo ratione consuetudinis potest aliquid peti .
allegat can.seruitium 31. alids fin.18.quæst.2.
ibique Gloss. verbo vsque ad hoc tempus. in-
80 ferens & ipsa : Ergo consuetudo induxit an-
nuas præstationes . ex Stephano Papa in can.
quia sancta 28.in fin. dist.63. illis verbis: Nisi
quæ antiqua exegit consuetudo. & cap.final. de
consuet. Nauar. cons.4.num.2.lib.3. de censib.
Riccius Episc.Vici part.4.collect.1152.
81 Primò quidem,quia hæc asserta consue-
tudo corruptela est simoniaca . Est proin-
dè à sacris improbata canonibus.Exigitur
enim pro sepultura peregrini , quæ gratis
præstari deberet , res vtique spiritualis , vel
spirituali saltem annexa. ex S. Thoma 2. 2.
quæst.110. art.4.in 3. & ad tertium. id quod
82 non debetur. prohibita proindè exactio .
ex cap.audiuimus 41. de simonia. & cap. sicut
39. ibique Gloss.verbo per consuetudinem. &
cap.non satis 8. § fin.& cap.cùm in Ecclesia 9.
eod.de simonia. d.cap.abolendæ 13.de sepultur.
Cassador.decis.vnic.de consuetud.num.1.in fin.
can. quæsta est 12. & tribus seqq. 13. quæst. 2.
Franciscus Leo Episcopus Thelesinus in the-
sauro fori Ecclesiast.part.4.cap.2.nu.79.& 81.
Rebuff.ad concord.Galliæ.rubr.de publicis con-
cubinarijs. Gloss.1.in fin.vers.notandum tamen
est. Petr.Binsfeld.ad d.cap audiuimus.de simo-
nia. quæst.1.concl.7.Cardin.Tusc.tom.7.verbo
sepultura. concl.192.& 196. Barbosa de officio
Parochi.in nouiss. edition. ad cap.26.in fin. nu.
18. Gratian forens. part.2.cap.210.num.24.&
25. Riccius in praxi part.1. resol.566. num.1.
Iul Lauor.d.cap 10 num.1.cum seq. & nu.15.
83 Deindè quia tenentur quidem laici lau-
dabiles seruare consuetudines, sed quibus
se ipsos erga Clericos volũtariè,ac piè, pro
defunctorum suorum condendis cadaue-
ribus,subiecere; vt contra oblnctari ex fer-
mento procedat hæreticæ prauitatis , parũ
84 fortasse credentes , quod omnes in eadem
carne,quæ nunc sepulchro conditur,& pu-
trescit, resurgemus . ex Innocentio Tertio
in cap.ad Apostolicam 42.de simonia.S.Thom.
2.2. d.quæst.100.artic.2.ad quartum. & art.3.
in corpore. & quæst.86. art.1.in corpore. & ad
tertium.Couar.variar.resolut.lib.1.cap.17.n.3.
Cassador. d.decis.vnic.de consuetud. Petr. Bins-
feld. ad d.cap.audiuimus. quæst.1. conclus.7.de
simon. Rebuff.ad Galliæ concordata de publicis
concubinarijs Gloss.1.in fin. vers.notandum ta-
men est. Spino in specul.testament. gloss.7. nu.
28. Osasc. decis.99.num.17. & seq. Card.Tusc.
d.verbo sepultura.concl.192.& 196. Gratian.
d.cap.210. num.13. cum seq. Ioan.Maria Bel-
lett. disquisit.clerical. part.1. tit.de bonis cleri-
corum. § 3.nu.22.& seq. Riccius in praxi p.1.
d.resolut.566. num.4. Gutierrez canonicar.qq.
lib.2. cap.21. num.141. cum seq. & 148. La-
uor. d.cap.10.num.20.& 35. Suarez de relig.
tom. 2. lib.1. de diuino cultu. cap.5. num.10.
& seq. & num.12. Ferdinand. à Castro Palao
moral. part.3.tract.17.de simonia. disputat.3.
punct.8.sub num.4.
85 Neque profectò vim habere hæc poterit
cõsuetudo à principio coactiuo,nõ volun-
tario, nec à mera liberalitate piè dantium,
proficiscente.Sufficeret verò si à principio
libertatis, liberalitatis, ac pietatis initium
solutio hæc duxisset, vt ad illam postmodũ
etiam successores teneantur. At contrà, ab
vsurpatione , atque auaritia Clericorum
processit, quando sepelire illi volunt mor-
tuos suos.non igitur ferenda.Audias (que-
so)

ſo) Gregorium d.can.quæſta 12.13.quæſt.2.
86 in fin. ſic inferentem : *Sed ſi quando aliquē in Eccleſia veſtra ſepeliri conceditis, ſiquidem parentes ipſius proximi, vel hæredes pro luminaribus ſpontè quid offerre voluerint, accipi nō vetamus. Peti verò aliquid, aut exigi omninò prohibemus: ne (quod valdè irreligioſum eſt) aut venalis fortaſſe (quod abſit) dicatur Eccleſia, aut vos de humanis videamini mortibus gratulari; ſi ex eorum cadaueribus ſtudeatis quærere quolibet modo compendium.* ſic Gregorius. concinitq; Innocentius III. Cantuarienſi Archiepiſcopo in cap. dilectus filius A. 30. in finalibus verbis. de ſimonia. ſcribens ſequentibus verbis: *Illud tamen gratanter recipi poteſt, quod fuerit ſine taxatione gratis oblatum.* Rationemq; reddit Gloſſ.
87 verbo taxatione: Quia taxatio eſt quædam venditio; & quaſi quædam pactio videtur, ſequiturq; S.Thom. 2 2. d.quæſt.86. art.1.in corp. in 4. modo. Rota apud Caſſadar. d. deciſ. vnic. num.2 & ſeq. de conſuet. Couar. d. cap.17. num.3. variar. lib.1. Binsfeld. d cap. audiuimus. de ſimonia. quæſt.1. concluſ.7. Suarez d.cap.5. à num.12. Cardin. Tuſc. d. concluſ.192. & 196. Paul. de Caſtr. conſ.354. circa primum. lib.1. proſequitur pluribus Alexand. Trentaciuq. conſ 57. per tot. præſertim verò à num.4. volum.2. quem ſequitur Barboſa de officio Parochi. d.cap.26. in nouis Additionib. circa nu.18. in fin. Gratian. d.cap.210. nu.22. & 29. Oſaſc. d.deciſ.99 à num.17. Gutier d.cap.21. nu.148. 149. & 150. Lauor. d.cap.10. num.23. Riccius d.reſol 566. num 4.5. & 6. part.1. praxis. Ferdinand. à Caſtro Palao d.punct.8. num.4.

Hac verò in exactione principium non non eſt liberum, ſed merè coactiuum; extorquetur enim pro ſepultura cadaueris hominis aduenæ, quod à ciuibus ex liberalitate præſtatur, & vltrà pretium exceſſiuū, alioquin non exhibetur pietatis officium pro ſepultura, quod gratis præſtandum
88 eſſet. eſt igitur ſimoniaca exactio. non permittenda propterea; quin longè, latèq; eliminanda. Laudabilis nō igitur hęc nuncupabitur conſuetudo, ſed omninò explodenda corruptela. d.cap. ſicut. 39. & cap. audiuimus 41. & d.cap. dilectus filius 30. in fin. de ſimonia. d.cap. fin. de conſuetud. & ex Con-
89 cilio Arnenien ſub Vrbano Papa in can. quæſitum 4. 1. quæſt.3. ſic nempè Concilium diſponit: *Nos autem auctore Deo venalitatem omnium tàm ex rebus, quàm ex Miniſtris Eccleſiaſticis propellētes, hac vlteriùs fieri auctoritate Apoſtolica prohibemus.* ſequitur Gratian. d.cap.210. num.25. Gutierrez d.cap.21. num.148. & ſeq. Riccius d.reſol.566. à num.4. Papa ſua Apoſtolica auctoritate prohibuit: quis tantæ peruicacitatis erit, vt hoc permiſſum aſſerere audeat, atque laudabile, quod ex principio procedit ſimoniacæ auaritiæ, quæ idololatriæ crimen æſtimatur, vt in ſuperioribus perpendimus?

90 Præterea (fac dubiam rem eſſe) cùm de ſolutione agatur exorbitanti Clericis pro ſepultura, quæ gratis aliàs præſtari deberet, faciēda; in dubio contra illos pronunciandum. Quia præſumitur ſimoniacè introducta, & cauſa cupiditatis, & auaritiæ, ex Bonifacio Papa in can. quam pio mentis affectu 2. 1. quæſt.2. & ex Innocentio Tertio in cap ſicut pro certo 39. de ſimonia. argumēto petito ex eodē Innocentio in cap. quanto creatori 16. de cenſib. Bellemera conſ 31. nu. 23. verſ. credo hanc opinionem de iure eſſe veriorem. & ſequitur Gratian. forenſ. part.2. d. cap.210 num.30 & 31. Riccius d. reſolut.566. num.3. part.1. praxis.

91 Cæterùm, nulla perpendi ratio poteſt, qua vel cauſa laboris, vel Sacramentorum adminiſtrationis, conſuetudo hæc ad libitum pro ſepultura à peregrinis exigendi induci potuerit; vel pietatis populorum, vt feruētius pro mortuis ad Deum orationes Clerici funderent; vel quod etiam victualium indigentes illi eſſent. neque enim ex proprio Clericorum arbitratu fieri taxatio hec poteſt; ſed à libera pendet, (vt pependit) populorum volūtate, ac liberalitate. vt examinat pluribus Couar. variar. reſolut. d.cap.17. num.3. lib.1. Oſaſc. d.deciſ.99. num.17. cum ſeq. Bellett. diſquiſit. clerical. d. tit. de bonis clericorum. §.3. nu.22. & ſeq. Binsfeld. d.cap. audiuimus. quæſt.1. concluſ.7. de ſimon. Caſſador. d. deciſ. vnic. de conſuet. Trentaciuq. d. conſ.57. in 4. requiſito. Gutierrez d cap.21. nu.139. & 148. Ferdinand. à Caſtro d. punct.8. num.4. Barboſa de officio Parochi. d.cap.26. in nouis additionib ad num.18. in fin. Venamur autem hoc apertiſſimè ex dicti Innocentij Tertij verbis d.cap. ad Apoſtolicam 42. de ſimonia. ibi: *pia deuotione fidelium introductā* (conſuetudinem ſcilicet.) & ibi: *pias conſuetudines præcipimus obſeruari.* Ex auaritia ergo talis irrepſit conſuetudo, quin magis corruptela. non itaque ferenda, quin abliminanda, atque pœnitus extirpanda. Decet
92 enim Miniſtros Chriſti, non ſolùm à malo, ſed ab omni ſpecie mali præcauere. ex Paulo ſupra ad Theſſalonicenſ. 5.22. atque dicto Innocētio Tertio d cap. audiuimus 41. de ſimonia. nemini dantes vllam offenſionē, vt non vituperetur miniſterium noſtrum. 2. ad Corinth. 6.3.

Contenti igitur ipſi ſint conſueta laudabili eleemoſyna, quam ab alijs ciuibus, cū ad funus eorum, etiam ſanguine cōiunctorum, cadauera demortuorum efferunt, excipiunt; vt declaraſſe Sacram Congregationem in ſuperioribus retulimus, ita ipſi à peccato, illoq; ſcandaloſo, ſe temperabunt, & populi erga eos magis afficientur, vt liberales exiſtant.

93 Ad Secundū verò dubiū ex his, quæ hactenùs

ctenùs diximus, non admodum difficile
erit responsum dare. Nulla enim viget
ratio, ob quam ex sola demortui homi-
nis cadaueris per fines translatione, ac
transitu, exactio hæc cohonestari possit.
Non Sacramentorũ administrationis cau-
sa, cùm nulla administrentur Sacramenta;
94 non sepulturæ, cùm neque detur; licet hæc
ipsa gratis administrari debeant, quæ gra-
tis accepimus. ex Domini præcepto *Mat-
thæi* 10. 8. Apostolis dato, consequenterq;
omnibus; Gratis accepistis, gratis date.
can. baptizandis 99. *& can. quidquid* 101. *&
can. quibusdam* 117. *1. quæst. 1.* Gregorius
can. si quis Episcopus 3. in fin. 1. quæst. 3. & ex
Concilio Triburiense in *can. in Ecclesiastico*
14. *13. quæst. 2.* Neque deinceps territorij;
95 quia Clerici territorium non habent, ne-
que demùm prohibitionis alicuius, cùm
nulla ex legibus prohibitio data appareat.
Vlpianũ (quæso te) audias ex Diuo Mar-
cello in *l. 3 §. Diuus Marcellus. ff. de sepulchro
violato.* sic dicentem: *Diuus tamen Marcel-
lus rescripsit, nullam pœnam meruisse eos, qui
corpus defuncti in itinere per vicos, aut oppi-
da transuexerunt: quamuis talia fieri sine per-
missu eorum, quibus permittendi ius est, non de-
beant.* sic Vlpianus. sequiturq; pluribus *Pe-
rez de Lara de capellanys. lib. 1. cap. 25. per to-
tum.* præsertim *num. 37.*
96 Et licèt planè Parochus, quòad Sacra-
mentorum administrationem in tota sua
Parecia, in qua Iudex est animarum suorũ
Parochianorum, territorium iure habere
dicatur. *cap. omnis vtriusque sexus 12. de pœ-
nitent. & remiss. Abbas in cap. cùm contingat
13. num. 18. de foro compet. Marc. Ant. Cuc.
institutionum maiorum. lib. 2. tit. 15. de presby-
tero Parocho. num. 11. & 12. Cardin. Tuscus
tom. 6. lit. P.* verbo *Parochus. concl. 95. num. 7.*
97 Extra tamen Sacramentorum administra-
tionem territoriũ habere minimè dicitur:
Quia nullam extra Pareciam iurisdictionẽ
obtinet. ex Pomponio lib. singulari enchi-
ridij in *l. pupillus est 239. §. territorium. ff. de
verbor. & rer. significat.* Ita nempè ipse fate-
98 tur doctrinam tradens: *Territoriũ est Vni-
uersitas agrorũ intra fines cuiusque Ciuitatis.
Quod ab eo dictum quidam aiunt, quod Magi-
stratus eius loci intra eos fines terrendi, id est
submouendi ius habet.* & *Glossella marginalis
ibidem.* Terentius Varro de lingua latina 4.
à terrendo dictum putat. idem & Sypronti-
nus. & ex Clemente V. in *clement. ne Roma-
ni 2. §. fanè cum. de elect. Gloss. in can. si quis
Episcoporum 1.* verbo *territorium 16. quæst. 5.
Gloss. in cap. 2. in fin.* verbo *territorium. de con-
stitut. in 6. Abbas conf. 20. in princ. lib. 1.*
Clerici autem nulla administrant Sacra-
menta. nullam proindè, neque quoad forũ
exterius, iurisdictionem, quam dicant, ob-
99 tinent. ergo nec territorium. Quia nimi-
rùm territorium, à posteriori, ex actibus
probatur iurisdictionalibus. *Natta cõs. 672.
nu. 5. 6. & 7.* sequutaq; fuit *Rota* apud *Card.
Caualer. decis. 161. num. 4.* Eorum proindè
haud erit cadauer extincti hominis defe-
rentibus transeundi per fines illos licentiã
præstare. nihil propterea exigere poterunt.
100 Neque etiam consuetudinis iure, cùm
illa corruptela magis sit, cupiditatis, atque
auaritię inuecta principio, & per extorsio-
nem, coactionemq;, vt diximus. sequiturq;
*Gratian. forens. part. 2. d. cap. 210. num 25. &
Riccius* Episcopus Vici *d. resolut. 566. num. 3.
part. 1. in praxi.*
101 Et quidem si pro terra cemeteriata nihil
accipi pro pretio potest, neq; pro sepultu-
ra. *d. cap. abolendæ 13. de sepultur. d. cap. non
satis 8. §. sepulturæ. & cap. cùm Ecclesia 9. &
d. cap. audiuimus 41. de simonia. d. can. quasi
est 12. & tribus seqq. 13. quæst. 2.* ea potissi-
102 mùm ratione, quam ex Hieronymo Epi-
scopo Reuiensi. *Franciscus Leo* Episcopus
Thelesinus *d. part. 4. cap. 2. num. 81.* satis per-
bellè refert; *Quod videlicet sit terra illa con-
cessa putredini, nec deceat de alieno luctu com-
pendium facere.* sequiturq; *Lauorius d. cap.
10. num. 5 & 27,* ac 28. *Riccius part. 1. praxis
resolut. 562. num. 2. & 3. Ferdinand. à Castro*
103 *Palao d. punct. 8. num. 4.* Et in his vti spiri-
tualibus, vel spiritualibus saltim annexis,
simonię vitium innoluatur, ni à principio
procedat libero pietatis, ac populi libera-
litatis. ex *S. Thoma 2. 2. quæst. 100. artic. 4. ad
tertium.* & diximus *respons.* nostra 16. *par. 1.*
104 Ni materialiter quid intercedat, quod
vendi, pretioq; pendi possit; veluti calicẽ
consecratum ratione materiæ tantùm, mo-
do nihil ampliùs, vltra materiam, consecra-
tionis ratione accipiatur, vendere licitè
possumus. ex *S. Thom. d. quæst. 100. art. 4. ad
secundũ.* sequiturq; *Malderus* ibiq; alijq; su-
105 pra relati. Nihil ergo à mortuo exigi po-
terit, illo dumtaxat prætextu, quod per fi-
nes illos, qui clericorum non sunt, cadauer
transferatur, ne videãtur ex humanis mor-
tibus gratulari. vt ex Gregorio *d. can. quæ-
sta*, in superioribus diximus. meminerint
106 proindè quid Deus ad Adam *(Genes. 3.)*
dixerit: *Terra es, & in terram reuerteris.* &
alibi de homine dictum est: *Terram teris,
terram geris, & in terram reuerteris, de qua
sumeris. & quoniã mors tibi futura est, & ap-
107 propinquat, & si tardat. Recordare, quia non
hominis est terra, sed vt Psalmista* commemo-
rat: (psalm. 23.) *Domini est terra, & plenitu-
do eius.* vt ex Concilio Triburien *d. can. in
Ecclesiastico 14. circ. fin. 13. quæst. 2.* habetur,
sequiturq; Episcopus Thelesinus *d. part. 4.
cap. 2. num. 80. & 81.* Abstinere propterea
108 ab his illicitis ipsos oportebit, quando à
*Nihil miserius est, quàm propter nummum
Deum contemnere.* vti Hieronymus inquit,

relatus *can. duo sunt genera 7. in fin. 12.q.1.* Sunt enim Clerici (idem prosequitur ex
109 Hieronymo canon.) in sortem Dei addicti, & sũt veluti Reges, id est se, & alios virtutibus regentes; & ita in Deo regnum habent. Et hoc designat corona in capite, in signum regni, quod in Christo expectatur. Rasio verò capitis est temporalium omnium depositio. mandauitq; idem Triburiense Concilium in *can. præcipiendum est 15. eadem 13. quæst. 2.* secundum Canonũ
110 auctoritatẽ: vt de sepulchris, & hominibus sepeliendis nihil muneris exigatur: &
111 Sacra Cõgregatio 7. Februarij 1604. Episcopo Senogallien rescripsit, reijciẽdo decretum quoddam, quod à Communi Ciuitatis illius emanauerat, quo prohibebatur, ne illorum corpora, qui extra Ciuitatem diem clauserant vltimum, in Ciuitatem transferrentur sepultura donanda. refert *Iulius Lauorius variar. elucubrat. tit. 2. cap. 9. num. 117.* Quod impietatem quandam saperet. Et clerici hoc attentare audebunt, vt ipsi ex aliena miseria compendium faciãt?
112 Absit hoc. memores, *quia dum Abraham à filijs Ephron,* (Genesis 23.) *hoc est filijs Seor, sepulchri terram pretio ad humandum corpus coniugis postularet, premium accipere renuit, ne commodum videretur de cadauere cõsequu-*
113 *tus. Si ergo tantæ considerationis paganus fuit; quanto magis nos, qui sacerdotes dicimur, hoc facere non debemus?* verbis loquimur Gregorij Magni ad Ianuarium Episcopum Sardineæ *d. can. quæsta est 12. 13. q. 2.*

Atque ita ex his, indicio non exploso purgatiori, melioriq; respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Dignitates (ecclesiasticæ præsertim) & gradus ijs debentur, qui in omni populo præstantiores sunt, qui doctiores, qui sanctiores, qui in omni virtute eminentiores, ex Hieronymo.*
2 *Locus Leuitici 8. 2. de sacerdote deligendo. ex S. Hieronymo expenditur.*
3 *Sacerdotes quales esse oportet, & qualitèr se sacerdotalia erga sacramenta gerere?*
4 *Magistrum fieri eum, qui nec dum didicit esse discipulus, miserrimum.*
5 *Filij nomen non meretur, qui criminibus se addicit.*
6 *Homicidium tentans per venenum, crudele ex se homicidium perpetrauit.*
Eoque peius si in fratrem tentetur.
Cainum imitatus, qui fratrẽ occidit. nu. 7.
Leonem illum imitatur apud Ezechielem 19. 6. qui prædam facere didicit. nu. 8.
Sed mala ipsi euenient. num. 9.
7 *Cainus Abelem fratrem suum occidit.*
Quoniam opera eius maligna erant, fratris autem eius iusta.
10 *Monachus idcircò ad Religionem venit, vt per pœnitentiam seipsum Deo mactet, sibiq; moriatur, Christum indutus.*
11 *Nouitius tempore expleto nouitiatus, vel ad professionem admitti, vel si aptus nõ fuerit, eijci debet.*
12 *Monachum non habitus facit, sed professio regularis.*
Professio quidem regularis, non materialitèr, sed formalitèr. num. 13.
Monachus plangẽtis habet officium. nu. 14.
Qui vel se, vel mundum lugeat.
Et Domini pauidus præstolatur aduentum. ex Hieronymo.
Monachorũ nulli meliores, quàm qui in Religione profecerunt. num. 15.
Deteriores verò nulli, quàm qui in Religione defecerunt. ex Augustino.
16 *Locus Apocalypsis 22. 11. Iustus iustificetur adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc. expenditur.*
17 *Emendare se, qui contemnit à Deo iustè relinquitur, in peiora casurus.*
18 *Iason quidam apud Iudæos Maccabeorum tẽpore ambitione actus à Gentilibus pontificatum emit.*
Sed malè periit. num. 21.
19 *Facta verbis potentiora sunt.*
Animumq; in penetrabilibus latentem aperiunt.
20 *Elias zelo Domini zelatus propter peccatores, aufugit ad montem Dei Oreb.*
22 *Relegatus infamis efficitur iur.s, factiq; infamia.*
Quia criminibus notatus.
Atque iudiciali sententia damnatus.
23 *Damnatus ex crimine causa cognita infamis efficitur.*
24 *Infamia effectus est, vt infamis à dignitatibus arceatur.*
25 *Dignitatis portę patere non debet famosis, atq; criminibus notatis.*
26 *Pœna docente discere peccatores debent, quantum deliquerint.*
Quod non cognouisse, argumentum pessimũ.
27 *Sanctæ Mariæ de Bruna mense Iulij solemnis celebratur festiuitas.*
28 *Scandalum per quẽ venit, væ est homini illi.*
Vel damnationem importat æternam.
Qui enim scandalum alijs præbent, rei sunt infidelitatis eorum, qui scandalizantur. num. 29.
Ab ipsis ergo eorum perditio requiretur. num. 31.
30 *Damni qui dat occasionem, damnum dedisse videtur.*

32 *Scan-*

32 *Scandalosam vitam ducentes eligi minimè debent, vt alijs præsint.*
33 *Prælati sic eliguntur, vt alijs præsint.*
Sicut igitur per ordinationem dignitate, Sic præeminere debent sanctitate.
34 *Icarus ambitiosis exemplum suæ dedit ruinæ.*
35 *Excelsum quicquid est cadet. ex Seneca.*
36 *Sacrilegus est, qui sacrum de sacro aufert.*
Sacrilegi qui? num.38.
Qui Deo. Sanctisq; eius dicata, surripit, eisque iniuriam infert. num.40.
Est proindè excommunicatus. num.41.
37 *Deo quæ offeruntur, sacra fiunt.*
Sicuti etiam quæ Sanctis. num.39.
Beatissimæq; cum primis Virgini Mariæ.
42 *Mortuus est, qui sine vita est.*
43 *Christus est via, veritas, & vita.*
Qui sine Christo est, sine vita, sine via, sine veritate est, sine Deo.
Christus Deus, & homo est. num.44.
Deus verus de Deo vero.
Verus homo ex Maria Virgine.
45 *Argumentum, indiciumq; iure, nec sanè iniuria à nomine sumitur.*
46 *Possessio à pedum positione deriuata.*
47 *Mutui datio, ex eo, quod ex meo tuum fiat dicta.*
48 *Esau à nomine Iacob iure argumentatus fuit. Supplantator vocatus.*
49 *Vita ante acta indicium, argumentumq; præbet futuræ administrationis.*
50 *Crimen præteritum præsumptionem tribuit in futurum.*

ARGVMENTVM.

Qui nam ad dignitates, Ecclesiasticas præsertim, eligi valeant? qui maioribus vtique fulciuntur meritis. non ergo eligi debent iniqui, peruersi, Dei timore carentes, ne in præceps ipsi, & quibus præficiẽtur populi ad deteriora ruant. maximam autem patientur damnationem, qui peruerso exemplo alijs perfidiæ sunt causa.



RESPONSIO XIX.

1 Ad gradus, & dignitates (Ecclesiasticas præsertim) & ad sacerdotia eligi debent, qui præstantiores in omni communitate sunt, qui doctiores, qui sanctiores, qui in omni virtute eminentiores. hoc verò per communitatem, astante populo; ne qua postmodũ retractatio cuiquam, ne quis scrupulus resideat. Omnem
2 quippè cœtum in consecratione sacerdotũ congregandum esse per Moysem præceperat olim Dominus Deus *Leuit.* 8. 2. quem locum explicans S. Hieronymus à Gratiano in *can. licet ergo* 15. 8 *quæst.* 1. relatus, sic rationẽ reddit: *Requiritur enim* (inquiens) *in ordinando Sacerdote, & præsentia populi, vt sciant omnes, & certi sint: quia qui præstantior est ex omni populo, qui doctior, qui sãctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad sacerdotium, & hoc astante populo, ne qua postmodum retractatio cuiquam, ne quis scrupulus resideret. Hoc est autem, quod & Apostolus præcepit in ordinatione Sacerdotis:* (1. ad Timotheum 3.) *Oportet autẽ illum, & testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt. Ego autem, & ampliùs aliquid video in eo, quod dicit: Quia conuocauit Moyses omnem Synagogam. & puto, quod conuocare Synagogam hoc sit; colligere omnes animi, & in vnum congre-*
3 *gare virtutes: vt eum sermo de sacerdotalibus Sacramentis habetur, vigilẽt omnes animi virtutes, & intenta sint, vt nihil in eis sapientiæ, nihil sciẽtiæ, nihil desit industriæ: sed adsit omnis multitudo sensuum, adsit omnis congregatio sanctarum cogitationum: vt quid sit Pontifex, quid vnctio, quid indumenta eius, conferẽs intra sacrarium cordis sui, possit aduertere.* Sic sacrum illud nomen Hieronymus, quis eligi ad sacerdotium debet, testatur; qui scilicet præstantior est in omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior. Talis autem non est is, de quo controuersia nunc agitur Pater N.

Eligi proindè haud debet, qui præsit
4 alijs; qui subesse nunquam didicit. Miserũ enim est eum fieri Magistrum, qui nec dum didicit esse discipulus: verba sunt Innocentij Papæ in *can. miserum* 4. *dist.* 61.

Hic nempè Pater (si Patrem eum voca-
5 ri licet, qui nec filius esse meretur, namque filij nomen non meretur, qui criminibus se addicit. ex Stephano Papa in *can. admonere te cum lacrymis* 8. *in princ.* 33. *quæst.* 2.) ab ipsis ingressus sui ad Religionem incunabulis futuræ prauitatis, & perfidiæ specimen dedit. In nouitiatu quippè adhuc viuens, quàm benè proficeret ostẽdit; cum ex consocijs, vni venenum, vt eum respirare detraheret, preparauit: sed re cognita, inuentaq; pestifera potione, effectu frustra-

6 tus, receſſit. Crudelitèr igitur infœlix ex
ſe homicidium perpetrauit, quin crudelior
omni beſtia in fratrem manum mittere nō
pepercit. ad Stephani ſenſum *d. can. admo-*
7 *nere 8. 33. quæſt. 2.* Cainum, qui ex maligno
erat, imitatus, qui Abelem fratrem ſuum
occidit. Et propter quid occidit eum?
Quoniam opera eius maligna erant, fratris
autem eius iuſta. cum Sancto Euangeliſta
Ioanne, ac verbis eius. *epiſt. 1. cap. 3. 12.* lo-
8 quimur. An fortaſſe Iuuenculum illum Pro-
pheticum (*Ezecchielis 19. 6.*) æmulatus fuit,
quem tulit mater ſua Leæna, & Leonē con-
ſtituit eum. *Qui incedebat inter Leones, et fa-
ctus eſt Leo, & didicit prædam capere, & ho-
mines deuorare. Didicit viduas facere, & Ciui-
tates eorum in deſertum ducere: & deſolata
eſt terra, & plenitudo eius à voce rugitus il-*
9 *lius?* Sed quid addit ſacer textus: *Et con-
uenerūt aduerſus eum gentes vndique de Pro-
uincijs, & expanderunt ſuper eum rete ſuum,
in vulneribus earum captus eſt. & miſerunt
eum in caueam, in catenis adduxerunt eum ad
Regem Babilonis: miſeruntq; eum in carcerem,
ne audiretur vox eius vltra ſuper mōtes Iſrael.*
Nunquid ob nimiam crudelitatem, & Leo
hic factus eſt? Meritò quidem nouitiatus
expleto tempore, profeſſionem emittere
tentans, ex votis omnibus, ſexdecim eijciē-
dum hunc, non hominem, ſed crudelem
edixere beſtiam. Quid enim cum profeſ-
ſione regulari commune habet, venenum
pręparare, vt hominem interimas quo cum
conuiuis? Nunquid ad occidendū, necan-
10 dumq; venit alios, an verò vt ſe ipſum per
pœnitentiam Deo mactaret, ſibiq; morere-
tur, & Chriſto viueret, Chriſtum indutus?
iuxtà illud Apoſtoli ad Galatas 3. 27. *Qui-
cunque enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtū
induiſtis.* & illud eiuſdē ad Coloſſenſes 3. 3.
*Mortui enim eſtis, & vita veſtra eſt abſcondita
cum Chriſto in Deo.* Meritò igitur eijcien-
dum hi ſexdecim putauere, quod ex Sacri
Tridentini Concilij decreto *ſeſſ. 25. cap. 16.
de regular.* faciendū fuerat. Sic nempè Sacrū
11 Concilium: *Finito tēpore nouitiatus, Superio-
res nouitios, quos habiles inuenerint; ad profi-
tendum admittant, aut Monaſterio eos eijciant.*
Inhabilis autem hic ad profitendum erat.
eijciendus proindè fuerat. Fuit tamen de
facto admiſſus, atque profeſſionem emiſit.
Verùm nunquā animum mutauit, & ſi mu-
12 tauerit habitum. Monachum autem non
habitus facit, ſed profeſſio regularis. *can.
clericus 8.* aliàs *fin. diſtinct. 41. cap. porre-
ctum 13. & cap. ex parte 22. de regular. extra.
Gloſſ. in can. ſicut bonū 1.* verbo *apparuerint
in fin. 27. quæſt. 1.* diximus *reſponſ. 51. num. 3.
part. 4.*
13 Profeſſio quidem regularis formalitèr,
non ſanè materialitèr tantùm, ſi mens, &
animus à profeſſione diſcrepent. Cum
14 monachus plangentis habeat officium,
qui vel ſe, vel mundum lugeat, & Domini
pauidus præſtoletur aduentum. ex Hiero-
nymo ad Riparium, & Deſiderium, relato
in *can. monachus 4. 16. quæſt. 1.* pluraq; nos
deduximus monachum deſcribentes, eiuſ-
que officium *reſponſ.* noſtra *89. num. 23. &
ſeqq. part. 4.*

Profeſſione itaque emiſſa, non vt in me-
lius, ſed in deterius abiret; vitam geſſit. Si-
15 cut enim nulli meliores, quam qui in Reli-
gione proficiunt, ita, pariq; modo, nulli de-
teriores, quàm qui in Religione defecerūt,
inueniuntur. Auguſtinus hoc teſtatur ad
Vincentium Donatiſtam ſcribens, relatus
can. quantumlibet 9. diſt. 47. ſobrietatis, &
veritatis verba loquens, dicenſq; rationem
reddit: *Quoniam ſicut difficile ſum exper-
tus meliores, quàm qui in Monaſterio profece-
runt: ita non ſum deteriores expertus, quàm
qui in Monaſterijs ceciderunt.* Rationem &
16 ipſe reddit ex illo Apocalypſis 22. 11. *In-
ſtus iuſtificetur adhuc, & qui in ſordibus eſt,
ſordeſcat adhuc.* Tanquam dicat: (*Dionyſius
Carthuſianus* commentum ibidem agit.)
17 Qui iuxtà emendationem ſcripturæ ſe
emendare contemnit, iuſtè relinquetur à
Deo, & in peiora caſurus eſt, nec dura eua-
det tormenta. Non mirum itaque ſi hic
tanquàm à Deo derelictus in peiora ſem-
per abierit; vt in Orcum dilabatur certiſ-
ſimò, ni in melius vitam ſuam correxerit.
Hinc ꝓpter ſua facinora Neapoli eiectus,
in Siciliam miſſus, Catanæ ob deprauatos,
atque licentioſos viuendi modos, obque
peſſima data ſcandala, in cauſa fuit, vt Ca-
tanēſes ſuæ Religionis Fratres pœnè eijce-
rent; aliofq; alterius introducerēt, qui ac-
curatiùs, religioſiuſq; viuerēt. Non parùm
ſanè laboratum fuit, ne Catanenſes exco-
gitatum malum in effectum ducerent. Ip-
ſeq; iterùm eiectus, ac publica affectus pœ-
nitentia fugiens de Ciuitate in Ciuitatem,
vt refuga legum, & execrabilis, & Patrię, &
18 Ciuium hoſtis: (ſicut olim Iaſon ille apud
Iudęos (*2. Macchabeorū 5. 8.*) qui ambitio-
ne, & auaritia (vt hic) motus, ſummū apud
illos ſacerdotium oblatis quoque pecunijs
ab Antiocho Rege expetijt.) Neapolim
reuerſus eſt iterùm. Neapolim itaque re-
uerſus, proficiens ætate, ſed non ſcientia
glorioſa ſua facinora proſecutus, menſe
Iulij anni 1620. dùm Patres omnes, & Fra-
tres è foro publico ad Metropolitanam
Eccleſiam iter agerēt ad proceſſiones pro
Auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento die
ſacro poſt Feſtum Sanctiſſimæ Trinitatis
mane habendas; ipſe hic Pater, quid tunc
mente boni agitaret, factis vt aperiret, (po-
19 tentiora quippè verbis hęc ſunt, nam ani-
mum ipſum in penetralibus reſidentem
aperiunt. *cap. dilecti ſiuij 52.* ibidemq; *Gloſſ.*
verbo

verbo *facto. de appellat. cap. cùm inter* 13. *§. fin. in fin. de senten. & re iudic.* Innocentio Tertio dicente: Veritate gestorum sermonibus prævalente. *l.1. ac toto titulo. C. plus valere quod agitur.* diximus *respons.* nostra 53.*num.*10.*&* 11.*part.*3.) quendam alium religiosum in platea publica, cui occurrerat, & pugnis, & verberibus animo ineuerenti, & infrunito, agressus, omnibus suæ perfidiæ exempla dedit. Iusta itaque accensus ira Fratrum Prior, ac veluti alter
20 Elias, quē professione veneratur Religio, zelo zelatus pro Dño Deo exercituū, quia dereliquerat pactū eius, pessimus hic Frater. 3.*Reg.*19.10. suę professionis oblitus, sicuti manés ille in spelũca Mõtis Oreb post grandē viā, perconratus: *Quid hic agis Elia?* Respõdit. *Zelo zelatus sum pro Dño Deo exercituum; Quia dereliquerunt pactum tuum filij Israel: altaria tua destruxerunt, Prophetas tuos occiderūt gladio, derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam, vt auferant eam.* Capi eum, carceribusq; trudi fecit. Ille autem effractis carceribus, exiens per mediū illorum ibat, diù apostata, ac profugus, teterrimo censurarum resti ligatus permansit, finem verò insidiarum suarum confu-
21 sionem accipiens. sicur & ille alrer Iason, quem vestigijs prosequebatur. 2. *Machabeorum* 5.7. Principatum ambiens: *Principatum quidem nō obtinuit, finem aut insidiarum suarum confusionem accepit, & profugus iterùm abijt in Ammaniten.*

Hanc proindè ob causam à seculari Curia armis prohibitis protectus, vti falsarū fabricator monetarum perquisitus, quia Cohorti militum, ne caperetur, obstitit, restititq;, in coxendine glande è termino bellico igniuomo excussa petitus, ad carceres Magnæ Curiæ Vicariæ ductus, atque reclusus in illis fuit. Cognito verò illum irregularem, ac sine canone, sineq; Regula regularē esse, ad carceres Nuntiaturæ Apostolicæ trāslatus fuit. A quo Tribunali de criminibus informatione instituta, cōpilatoq; processu, per diffinitiuā sententiam in Prouincia S. Angeli suæ Religionis, Ordinis Carmelitarum, in Regno Siciliæ rele-
22 gatus fuit. Fuit proindè infamis effectus iuris, factiq; infamia. Quia criminibus notatus, atque iudiciali sententia damnatus. ex Stephano Romanæ Ecclesiæ Episcopo in *cau. infames* 17. 6. *quæst.*1.& Gregorio IX. in *cap. quæsitum* 17. aliàs *fin. de tempor. ordinat. Gasp. Hurtad. è Societate Iesu de censuris. tract. de irregularit. disput.*2. *difficult.*4.
23 *num.*11.*& seqq.* Neque in dubium reuocari potest, damnatum ex crimine causa cognita notari infamia. docuit id Vlpianus lib.6. ad Edictum in *l. quid ergo* 13. *§. quantum ad infamiam. ff. de ijs, qui notant. infam.* Verba damus Vlpiani. *Quantum ad infamiam pertinet*, (loquitur) *multum interest, an in causa, quæ agebatur, causa cognita aliquid pronunciatum sit an quædam extrinsecùs sint elocuta? nam ex his infamia non irrogatur*, eiusdemq; sensus videtur Papinianus in *l. ob hæc verba sententiæ* 20. *ff. eodem*. ibidemq; *Gloss.* verbo *irrogari*. quæ ex eadem *l. quid ergò* 13. damnatum (inquit) diffinitiuè, & cum causæ cognitione infamem effici. ex Gordiano Cæsare in *l. verbum precibus insertum* 17. *C. ex quibus causis infamia irrogetur. Ioannes Scobar à Corro in Antilogia pro statuto Collegij cōtra Amayam nu.* 66. *post tractatum de vtroque foro.* Effectus au-
24 tem infamiæ, hic est; quòd à dignitatibus infamis effectus repellitur. Sic nempè Alexander Cæsar in *l. neque famosis* 2. *C. de di-*
25 *gnitatib. lib.*12. audias, quæso: *Neque famosis, & notatis, & quos scelus, aut turpitudo vitæ inquinat, & quos infamia ab honestorum cœtu segregat, dignitatis portæ patebunt.* sequiturq; *Gloss. d. l. quid ergo.* 13. verbo *sint elocuta, in medio. ff. de ijs, qui notantur infamia.* dispositiq; Antoninus Cæsar in *l. vnic. in princ. C. de infamibus, lib.*10. Non itaque ad dignitates hic nunc iure petitur homo, qui tot defectibus (tot dicas criminibus) irretitus inuenitur.

Reuersus verò post aliqua tempora, be-
26 nignitate Superiorum Religionis; neque quantum deliquisset, pœna docente didicit, ex Innocentij Tertij sensu in *cap. nisi specialis illa dilectio* 3. *de officio legati.* Neque vitam in melius commutauit, quin in deterius incontinentiæ vitio lassatus, inter aleatores non secundus. Hanc ob causam
27 proindè mense Iulio anno 1635. cùm solemnes in foro publico Sanctissimæ Virginis Mariæ de Bruna processiones haberentur, omnesq; Patres, & Fratres lætarentur de tantæ Matris solemnitate, Hymnos, Psalmosq; concrepantibus buccis præcinentes, populusq; multus, & ex nobilioribus Ciuitatis omnes pœnè adessent, Virginemq; Matrem venerarētur, vnus hic cum mulieribus luxuriosè agēs in domo cuiusdam offensus, tantis fuit vulneribus impetitus, vt pro mortuo habitus fuerit. Ad spectaculum qui aderant; re audita nefa-
28 ria, scandalizati fuere. *Veh autem homini illi, per quem scandalum venit. melius fuisset ei, si mola asinaria in collo eius colligata fuisset, & in profundum maris demersus.* iuxtà Domini sensum *Matthæi* 18. 6. Væh quippè damnationem importat æternam. ex
29 Commentantibus in eundem locum. Et quidem, qui vitam in scandalū populis exponunt, rei sunt infidelitatis eorum, qui scandalizantur. Hieronymus loquitur in *cap.* 3. *Michææ* commentum agens relatus *cau. in quocunque* 44. 1. *quæst.*1. Rationem refert *Gloss.* ibidem verbo *in scandalum.*

30 Quia

30 Quia qui occasionem damni dat, damnū ipsum dedisse videtur. ex *Exodo cap.21.* relato in *cap. si egressus 5. de iniurijs, & damno*
31 *dato.* Vndè ab ipsis eorum perditio requiretur, quorum mentes per scandalū à gratia Dei consequenda retraxerunt. ex Concilio Bracharēsi secundo cap.7. in *can. placuit, vt vnusquisque 103. in fin. 1. quæst.1.* Non
32 ergo dignus erit hic, qui ad alios corrigendos eligatur, qui per vitam scandalosā
33 alijs perfidiæ exempla dedit. Reuera enim, qui ad hoc eliguntur, vt cæteris præsint; sicut per ordinationem dignitate, sic preeminere debent sanctitate. Gratianus loquitur *d. can. hi quocunque 44. §. re vera. 1. quæst.1.*

Verùm, vt suæ virtutis luculentius specimen daret, ad Prioris officium fauori-
34 bus agentibus, Icarea ambitione eleuatus, vt grauiore casu decideret, sicut Turres,

Cœlique cupidine tactus
Altiùs egit iter.

Ex Ouidio 8. metamorphoseos. sed ex eodem de Tristibus

Dum petit infirmis nimium sublimia pennis
Icarus, Icarus nomina fecit aquis.

35 Namq; (Seneca dixit Epist.8.) *Quicquid excelsum est cadet.* Ipse non rexit, sed monasteria, quibus præfectus fuit, detruxit: vt vota quoque, quæ fidelium oblatione, vel aurea, vel argentea, vel monilia aurea, ante Beatæ Virginis imaginem pendebant, amouerit, vendiderit, in suos cōuerterit vsus, furatusq; fuerit. Vnde proindè suarum administrationum, (desolationum dixeris) confusionem accepit; vt restituere quoque in Generali Capitulo adactus fuerit; dilapidatoris bonorum Monasteriorum titulo notatus. vt neque Beatissi-
36 mæ Virgini pepercerit, eam donarijs spolians. Sacrilegus proindè auferendo sacrū
37 de sacro. Nam donaria Deo sacra per oblationem facta fuerāt. ex Ioanne Papa VIII. in *can. quisquis inuentus fuerit 21. 17. quæst.4.*
38 Quippè si sacrilegi sunt, qui publica sacra compilauerunt. ex Paulo lib. singulari de iudicijs publicis in *l. sacrilegi 9. ff. ad legem Iuliam peculatus.* compilauerunt. hoc est diripuerunt. *Gloss.* commentum agit in *l. dominus horreorum 57.* verbo *compilatis.* hoc est direptis *ff. locati, vel conducti.* Non ne sacrilegus hic, qui donarijs sacratissimam Dei Matrem Virginē Mariam, à qua
39 Religio habitū profitetur, spoliauit? Quidquid nempè Sanctis (Beatissimæq; Virgini præsertim) offertur, Deo vtique offertur, qui in Sanctis suis honoratur. ex *S. Thom. 2.2. quæst.88. art.5. ad tertium.* Semel autem Deo dicatum, Sanctum eidē efficitur. *Leuitici vlt. 28.* regula *semel Deo dicatum 51.*
40 *de regul. iur. in 6.* Quisquis verò, quæ Deo, Sanctisq; eius oblata fuerint, compilauerit, diripuerit, abstulerit, sacrilegus erit: quia rebus sacris iniuriam intulit, consequenterq; Deo, quod sacrilegium est. ex *S. Tho. 2.2. quæst.99 art.3.* diximus in nostro *Apologetico pro iuribus Ecclesiæ respons.2.n.18. & seq.* fuit ergo sacrilegus hic homo. A com-
41 munione igitur Ecclesiæ segregatus. Conueniens quippè pœna sacrilegi, qui sacris iniuriam intulit, excommunicatio est, per quam à sacris arcetur. ex *S. Thom. d. q. 99. art.4. in corpore.* decreueratq; antea Bonifacius Papa in *can. nulli liceat 3. 12. quæst.2.* & nos *d. respons.2. num 31. in eodem apologet.*

Horum autem omnium coronidē adijciamus (prætersquàm quòd publicus aleator, falsisq; ludens alcis,) argumentumq; ex nomine sumamus. Auitanus nempè vo-
42 catur; hoc est sine vita ergo mortuus. sine vita enim sunt, qui mortui sunt. non ergo viuit Deo, non Christo, non hominibus.
43 Ego sum via, veritas, & vita. Christus dixit. *Ioan. 14. 6.* qui ergo sine Christo est, sine vita est, sine veritate, sine via, sine er-
44 go Deo est: Quia Christus Deus, & homo est. Deus verus de Deo vero. verus homo ex Maria Virgine. *Ne timeas Maria:* (Gabriel Angelus eidem dixit *Lucæ 1. 30.* Verbum Dei nuncians) *inuenisti enim gratiam apud Deum: Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius IESVM. hic erit Magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum, & Regni eius non erit finis.* Qui ergo sine vita est, sine Christo est, sine Deo, sine homine. aberrat itaque à via, à veritate, à vita. Iure ergo Auitanus, qui sine vita est, mortuus
45 æstimatur. Et quidem non sine ratione, quin cum sale, & iure à nomine ipso argu-
46 mentum sumitur. Ita possessionem à pedum positione dictam argumentatur Paulus lib. 54. ad edictum in *l 1. ff. de acquir. possess.* & idem ipse lib. 28. ad edictum in *l. mutuum damus 2. §. appellata. ff. si certum*
47 *petatur.* Mutui dationem dictam docuit, ex eo, quod ex meo tuum fiat. sequiturq; *Abb. in cap. nisi specialis 3. num.2. de authori-*
48 *tate, & vsu pallij.* Sic argumentatus nec ineptè fuit Esau de Iacob fratre suo, Genes. 27. 36. *Iustè vocatum est nomen eius Iacob: supplantauit enim me en altera vice: primogenita mea antè tulit, & nunc secundo surripuit benedictionem meam.*

Indignus proindè hic est Auitanus, atque propterea euitandus, quin ad dignita-
49 tes, & honores Ecclesiasticos eligatur. Qualis enim hic futurus sit ad dignitates euectus, ante acta vita luculentèr satis manifestat, & actionum suarum experimentis adprobat. iuxtà Gregorij sensum ad Natalem Episcopum in *can. multis ab Vrbe 5. distinct.44.* ibidemq; *Gloss.* verbo *actio-*
50 *num.*

50 *num.* quæ sic argumentum trahit; præsumi contra aliquem quandoq; propter crimen præteritum. si propter crimen, quid propter crimina?

Atque ita ex his, censura non reiecta Aristarchi respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Virtutum omnium prima, ac fundamentũ deuotio est erga Deum.*
Exemplo probatur Abraham. ex Sancto Ambrosio.

2 *Iura patronatus & præsentãdi ideircò permittit Ecclesia, vt fidelium deuotionem excitet ad dotandas, extruendas, atque Ecclesias fundandas.*

3 *Promissis quemquam stare rationi satis est congruum.*

4 *Ecclesia, siuè Monasterium contra construentium voluntatem, ab eorum dominio vindicanda non est.*
Licebit proindè Patrono quem voluerit presbyterum præsentare. num.5.
Modò indignus non sit.
Episcopo tamen requisito,

6 *Ecclesia iustitia est cultrix, neminiq; iniuriam facit.*
Sicut autem ipsa res proprias amittere non debet. num.7.
Ita paritèr nec alienas rapacitatis ardore inuadere.
Et fidem seruare debet, quam præstitit. n.16.

8 *Parochialis Ecclesia, Sancta Maria Sanctorum omnium titulo insignis, in Suburbio Sãcti Antonij Ciuitatis Neapolis à Suburbanis illis proprijs ex pecunijs constructa, fundata, atq; dotata fuit anno Domini 1590. reseruatum fuit proindè eis ius nominandi Parochũ in singulis vacationibus. nu.9. & num.24. & 35.*
Vt tres ad minimum nominarent, ex quibus Eminentissimus Archiepiscopus vnũ magis idoneum eligeret, & approbaret.

10 *Iustè quod fit, benè vtique fit. ex Augustini inductione.*

11 *Præsentatio à patronis facta, admitti omnino debet ab Ordinario.*
Alioquin grauamen infert Ordinarius. n.12.
Multòq; magis si patronis contemptis ipse conferat.
Vt omninò amoueri debeat ordinatus.
Ratio affertur. num.13.

13 *Fides in fundatione præstita seruari debet: propterea admitti præsentationes facta.*
Fides quippè etiam hosti seruanda est, cõtra quem bellum geritur. num.14.
Multo magis amico.
Præsertim verò si Sacramenti Religione sit confirmata. num.15.
Sicut Iosue.

15 *Iosue Gabaonitis præstitam Sacramento fidem violare noluit.*
Ne datam solueret fidem.

17 *Ecclesia sine macula est, & ruga.*

18 *Fidem fallere præstitam, graue facinus.*
Præsertim in pactis desponsam. num.21.

19 *Beneficij status vltimus attendendus, liberum ne sit, vel seruituti suppositum per iuspatronatus.*
Fundatur autem etiam per vnicum actum. num.29.
Comprimè, si de seruitute, vel libertate euidentè appareat. num 25.
Vel si collatio ex vsurpatione processit spretis patronis. num.30.

20 *Præsentatio, collatio, & electio fructus æstimantur.*
Et ad possessorem spectant.

22 *Pacta quæcunque, quo eum iusta fuere, suam obtinere firmitatem debent.*
Ni illis refultans Ecclesiasticam sentiat disciplinam.
Nam pacta seruari naturalis produxit æquitas. num.23.
Nihilq; magis congruum est fidei humanæ, quàm pacta seruari.

24 *Prouerbium.* Oculis magis credendum; quàm auribus.

26 *Collatio nulla est, nec attenditur vltimus status, si euidentèr appareat, beneficium de iure esse patronatus.*
Quia quando constat de proprietate, non attenditur quasi possessio. num.27.
Collatio spretis patronis facta, nulla æstimatur. num.31.
Nullamq; tribuit quasi possessionem.
Neque statum facit.
Quia à principio processit vsurpatiuo. n.32.
Nullumq; infert præiudicium in futurum.
Vel si collatio ex falsa assertione processerit. num 34.

28 *Proprietas, tanquam dignior, possessionem ad se trahit.*
Et in executione debet proprietas præualere.

33 *Decretum contra decretum procedere non potest, vt vtrumque firmitatem obtineat.*
Non igitur officit.

36 *Parochialis nouas in Ciuitate Neapolis ob populi dilatationẽ ex Apostolica permissione erexit Eminentissimus Dominus Cardinalis Gesualdus Archiepiscopus Neapolitanus.*

37 *Inducta ad vnum effectum, contrarium operari non debent.*
Neque diminutionem in augmentũ inducta.
Sed spectandum est, quare aliquid fiat. numer. 38.

39 *Pro-*

39 *Prouisio omnis per Principem, siue Iudicem facta exaudiri debet sine praeiudicio aliorum.*
Graui praesertim. num.40.
41 *Libertatem ad vindicandam Ecclesiæ à patronis duo perquiruntur: & voluntas, & potestas conferentis.*
42 *Patroni si intra tempus à iure statutum non praesentauerint, pro illa vice collatio ad Episcopum deuoluitur.*
In Parochialibus præsertim.
43 *Posteriora prioribus derogant, eaque elidunt.*
44 *Nominatis pluribus ad Parochialem. vnus ex illis magis idoneus approbari debet.*
45 *Praesentationes à patronis factas admittere omninò debet Episcopus.*
Et ad institutionem procedere.
Alioquin grauat, & ab eo datur appellatio.
Quin potist praesentatus ad interesse agere aduersus Episcopum, sine causa nolentē praesentationes admittere. num.46.

ARGVMENTVM.

Iura patronatus idcircò permittit Ecclesia, vt deuotionem excitet fideliū ad fundandas, construendas, atque Ecclesias dotandas. postquàm autem ipsas fundauerint, dotauerint, construxerintq; iusq; illis concesserit presentandi, fidem seruare illis oportebit. Quid verò si libertatem beneficium obtinuisse asseratur, atque semel tantùm Ordinarius, vt liberū beneficium contulerit, nùm sanè vltimus attendendus status erit? & quid si euidentèr ex fundatione contrarium apparuerit? præualebit ne fundatio, ita vt vsurpatio illa dicatur Ordinarij? Nùm verò necessitate teneatur Episcopus patronorū præsentationes admittere, atque præsentatū, idoneum tamen, instituere, vt nisi admiserit, grauare videatur, vt appellari ab eo iure possit? & nùm contra eum sine causa repellentem, ad interesse agi valeat?

RESPONSIO XX.

1 VIrtutum omnium prima, ac fundamentum, deuotio est. Hanc Sāctus Ambrosius, de Abrahamo Patriarcha *lib.* 1. *cap.* 2. loquens primam posuit. sic nempè de ea verba facit. *Itaque cuiusmodi fuerit in eo z ito deuotio cosideremus.* (inquit) *Ea enim virtus ordine prima est, quæ est fundamentum cęterarū meritōq; hanc ab eo primam exegit Deus*: dicens. Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. *Satis fuerat dixisse, de terra tua. Ibi enim erat exire de cognatione, exire de paterna domo. Sed ideò addidit singula, vt eius affectum probaret: ne fortè, aut imprudentèr cæpisse videretur, aut fraus aliqua mandatis cœlestibus pararetur.* ita
2 Ambrosius. Idcircò igitur, vt fidelium affectum, & in Deum deuotionem firmaret Ecclesia: atq; ad Ecclesias fundandas, dotandasq; magis, magisq; excitarentur, permisit eos iura patronatus habere, eaque firma illis, atque inuiolata esse voluit, ne qua infidelitate in promissis. a fundandis,
3 ædificandisq;, atque dotandis Ecclesijs retraherentur. Cum rationi satis congruum sit, vt promissis stemus. ex Concilio Africano in *cap.* 1. *de pactis*. Quin, vt Gregorius Secundino Taurominitano Episcopo in *can. rationis ordo* 34. 16. *quæst.* 7 scribit: *Ra-*
4 *tionis ordo non patitur*, (inquiens) *vt Monasterium contra voluntatem fundatorum, ab eorum dispositione ad arbitriū suum quis debeat vendicare*. Expressissimisq; verbis Romana Synodus sub Eugenio Secundo, & Leone Quarto celebrata cap. 21. relata *can Monasterium* 33 *ead.* 16. *quæst.* 7. hoc statuit præcipiens, atque decernens: *Monasterium, atq; Oratorium canonicè constructum* (dicens) *à dominio constructoris eo inuito non auferatur:*
5 *liceatq; illi presbytero, cui voluerit, pro sacro officio illius diœcesis, cum consensu Episcopi, ne malus existat, commēdare.* ita sācta Synodus. à dominio, id est à dispositione *Gloß.* ibidē commentum agit. & quàm peroptimè ex Clemente Tertio in *cap nobis fuit* 25. ibiq; plenè *Gloss.* verbo *Capellæ. de iure patronat. Rota part.* 1. *diuersor.* coràm *Robustello decis.* 550. *num.* 1. & dixit *Abb. in cap. cùm in cunctis* 7. §. *inferiora. col. fin. num.* 11. *de elect. Lapus alleg* 96. *Beneficia vacantia in curia.* quē sequitur *Felin. in tract. quando litera Apostolica*

liex noceant patronis Ecclesiarum.in princ. Ro-
ta decis. 1. de praben. in nouis. diximus respons.
6 nostra 81. num. 11. 12. & seq. part. 4. Ecclesia
nempè cultrix iustitiæ est, neminiq; iniu-
riam facit. ex cap. nuper 6. §. quod autē de do-
nat. inter vir. & vxor. cap. 1. circ. med. de alie-
7 nat. feud. in vsib. feudor. Nam sicut ipsa pro-
prias res amittere non debet; ita eam rapa-
citatis ardore inuadere alienas non opor-
tet. verba sunt Gregorij illius Magni ad
Bonifacium Episcopum in can. sicut Eccle-
sia 49. 12. quæst. 2.

8 Fuit igitur magna deuotio, quam homi-
nes in Suburbio degentes extrà Portam
Capuanam almæ huius Vrbis Neapolitanę
(à Sant'Antonio) nuncupato, anno 1590.
exhibuerunt, proprijs ex substantijs nouā
Parochialem Ecclesiam, sub inuocatione
Sanctæ Mariæ omniū Sanctorum, ædifican-
tes, eamq; pro necessarijs, atque pro noui
Parochi ad vitam transigendam iustis red-
9 ditibus, dotantes. Iure ergo quam meri-
tissimo fecit tunc temporis Illustrissimus
Archiepiscopus Neapolitanus Annibal de
Capua, inter alia eis ius nominādi, ac præ-
sentandi tres ad minimum Presbyteros in
singulis vacationibus, Eminentissimo pro
tempore Archiepiscopo facultatem indul-
gens, vt vnus postmodùm ex ijs, ad Sacri
Tridentini Concilij præscriptum, magis
idoneus præuio examine approbaretur,
atque ad curam animarum in prædicta
Parochiali exercenda institueretur. Si iure.
iustè ergo faciunt nunc Oeconomi Eccle-
siæ prædictæ, siue Administratores, qui
vacante Parochiali prædicta ob supremi
fati diem Adm. R. D. illius Parochi, qui
proximè hisce diebus in senectute bona
diem clausit extremum, coràm Eminen-
tissimo Domino Cardinali Archiepisco-
po, eiusque Curia ad præscriptum datæ
ipsis facultatis in fundatione, atque dota-
tione reseruatæ, eisque per Ordinarium in-
dultæ, tres præsētauere, ac nominauere Sa-
cerdotes examine tentandos, vt ex ijs vnus
10 magis idoneus approbetur. Si ergo iustè.
benè ergo faciunt nominando. iuxtà Au-
gustini inductionem in can. quid dicam 11.
11 in fin. 14 quæst. 4. Debet igitur omninò ad-
mitti ab eis facta nominatio per Eminen-
tissimum Ordinariū, vt eos probet ad Sa-
crosanctæ Synodi Romanæ sensum d. can.
Monasterium 33. 16. quæst. 7. plenèq; Gloss.
ibidē. verbo ne malus, dicente: teneri Epi-
scopum præsentatū admittere, nisi aliquid obij-
ciatur in personam eius. & ex Alexandri III.
dispositione in cap. significasti 18. de iure pa-
tronatus. dicente: Personæ idoneæ, quas ad eas
vacantes præsentauerint, sunt admittendæ. &
facit tex. in cap. cùm adeò 17. §. fin. de rescript.
illis verbis: si dignus existeret ad Ecclesiasti-
cum beneficium obtinendum. ibique Gloss. fin.
-- 44

diximusq; respons. nostra 74. num. 64. par. 3.
12 Alioquin grauamen infert Ordinarius, si
nolit præsentatos admittere, multòq; ma-
gis, si spretis patronis ipse contulerit, &
Ecclesię Rectorem ordinauerit, vt omninò
amoueri debeat. Excipe hoc ipsū ex Con-
cilio Toletano 11. cap. 2. relato can. decerni-
mus 32. d. 16. quæst. 7. verba damus Concilij
in fine. Quod si spretis eisdem fundatoribus
(inquit) Rectores ibidem præsumpserit Epi-
scopus ordinare; & ordinationem suam irritā
nouerit esse; & ad verecundiam suam, alios in
eodem loco (quos ijdem ipsi fundatores condi-
gnos elegerint) ordinari. ita Concilium. Et
13 ratio quidem in promptu est: Quia præ-
stita in fundatione fides, quòd eius admit-
14 tetur pręsentatio, seruanda est. Nam fides,
quando promittitur, etiam hosti seruanda
est, contra quē bellum geritur, quantò ma-
gis amico? Augustinus fatur ad Bonifaciū
scribens epist. 207. relatus can. noli æstima-
re 3. §. hoc ergo. 23. quæst. 1. & can. Innocentes
23. in fin. 22 quæst. 4. quo can. Sanctus Am-
15 brosius de Iosue loquens, sic infert: Iosue
tamen, pacem, quam dederat, reuocandam non
censuit; quia firmata erat Sacramenti Religio-
ne; ne dùm alienam perfidiam redargueret,
suam fidem solueret. sic Ambros. sequiturq;
Gloss. in can. offerebat 12. verbo apud Barba-
16 ras. 32. quæst. 7. Et præstitam soluet fidem
Ecclesia, quam ad deuotionem augendam,
fidelibus suis dedit, neque eorum admittet
ampliùs nominationes, vt scandalizentur
fideles, & ab ædificandis, dotandisq; Eccle-
sijs in posterum pij retrahantur homines?
Absit. Secundum hominē dico, nam si Ec-
clesia infidelis erit: quem fidelem inter ho-
17 mines inuenies? Quando Ecclesia est sine
macula, & ruga. ex can. recurrant nunc 2.
18 §. itaque siue intus. 32. quæst. 4. fidem autem
fallere præstitā, graue facinus est. ex Gre-
gorio can. si infideles 2. 28. quæst. 2. & Vlpiano
lib. 55. ad edictum in l. 1. in fin. princ. ff. de
constituta pecunia.

Sed obijcit Fiscus; non fidem negare
sponsam hominibus istis, qui Ecclesiam
fundauere, construxere, ac dotauere Sanctę
Mariæ Sanctorum omniū; sed reperiri Emi-
nentissimum Ordinarium in quasi posses-
sione liberæ collationis: cùm Eminentis-
simus Cardinalis Gesualdus Archiepisco-
pus anno 1597. vacante dicta Parochiali,
vti liberæ collationis illam contulerit D.
19 Prospero de Felice. Hunc vltimum statum
esse attendendum. ex Felin. in cap. cùm ac-
cessissent. num. 31. vers. quartus casus. de con-
stitutionib. Vincent. de Franch. decis. 85. num. 2.
Hercul. Marescott. variar. resolut. lib. 1. cap. 55.
num. 12. Rota apud Cardin. Canaler. decis.
350. num. 2. & apud sanct. memor. Gre-
20 gor. XV. decis. 48. num. 6. Quia nimirùm
præsentatio, collatio, & electio fructus æsti-

mantur, & sunt. Fructus autem ad possessorem spectãt. ex *Gloß.in cap.cùm olim 14.* verbo *capitulo. in fin. verſ.dicas,quod capitulum. de maior. & obedient. Caſſador.deciſ.7.nu.15. de cauſ. poſſeſſ.& propriet. & deciſ.3. num.4. in fin. de iure patronat. Rota* apud *Card.Mantic. deciſ.140.num.5. Mareſcott. d.cap.55.* vbi plenè: *Gonzal.ad 8.regul.cancell.Gloſſ.45.§.2. à num.4.ad 14.Rota* apud eundem *Greg.XV. deciſ.77.nu.9.* ibiq; plenè *Beltramin.addens, & num.12.* Oeconomi verò in possessione non sunt. fructus ergo nec colligent.

21 Verùm næniæ sunt hæ nolentis fidem
seruare: & quidem fidem in pactis despon-
22 sam. Pacta verò,vel suam obtinere debent firmitatem; vel illis reluctans Ecclesiasticã sentiat disciplinam oportet. Africanum decreuit Concilium *in d. cap. 1. de pactis.*
23 Pacta quippè seruari naturalis produxit æquitas; Cum nihil tàm congruum sit humanæ fidei,quàm ea, quæ inter eos placuere,seruari.ex Vlpiano Iure consulto Gentili lib.4. ad edictum *in l.1.de pactis.*

24 Neque inficias ire potest Fiscus, Ecclesiã S. Mariæ Sanctorum omnium ab Suburbij S.Antonij incolis proprijs extructã fuisse substantijs, atque dotatam, eisq; inter cætera per Illustriſs. tùnc Annibalem de Capua anno 1590. Archiepiscopum Neapolitanum indultum fuisse,vt in singulis Ecclesiæ vacationibus ipsi tres saltim nominarent Præsbyteros, ex quibus vnus ad animarum curam ab Eminentissimo Ordinario approbaretur. Hoc non sub modo, sed supra candelabrum expositum lucet omnibus, qui in domo sunt, vt effugere haud possit Fiscus,quin eius lumine capiatur;cõprimat,quamuis obtutus,nè videat,vt oculis, nec credat. Quando oculis magis credatur, quàm auribus. vt prouerbio fertur. ipse verò & videat, & audiat, ac manibus contractet, nec credat. Et Thomas vidit,&
25 credidit. *Ioan. 20. 28.* Reprimitur proindè quod paulò ante dicebat ipse: vltimum attendi statum in his beneficialibus(nè locum sibi faciat prætensa quasi possessio conferendi) quando de contrario euidentissima luce patet. *ad text. in cap.cum de beneficio,* ibiq; *gloſ. & Dominicus à Sancto Geminian. num.8. de prabend. & dignitat. lib.6.*
26 nàm collatio eius vigore facta est nulla. vt sequuta fuit *Rota* in terminis apud *Card. Caualer.deciſ.373.num.4.& 5.*& dictum fuit in vna *Melphicten legati pij.24.Ianuarij 1629.* coràm *Dunozetto.* quã in manuscriptis habemus *deciſ. 82.* quæ est etiam in impressis per *Rubeum part.5.recentiorum deciſ.238.*dixitq; *Rota deciſ.2.num.2.de prabend.in nouit.* quam sequuta fuit, & approbauit *Rota in Ferrarien.Prioratus 25.Maij 1609.*coràm *Penia deciſ.188.num.1.& 2. part.1. in recentior.*
27 Ea præsertim ratione: quia quando constat de proprietate; non attenditur quasi possessio. ad *tex.in cap.conſultationibus 19.de iure patron. Rota d.deciſ.188.n.1.circ.fin.*& in eadem causa coràm eodem *8.Martij 1610. deciſ.229.part.1.recentior.*& plenè in *Lucana Iuriſpatronatus 53.Ianuarij 1612.* coràm *Penia deciſ.374.num.2.3.4.& per tot. ead.par.1. recentiorum.* sequiturq; pluribus.*Beltramin. d.deciſ.77.num.12.*ad sanct.mem. *Greg.XV.*
28 Quia sẽper proprietas tanquam dignior, possessionem ad se trahit, vt in executione debeat proprietas præualere. ex Innocentio Tertio in *cap.cùm dilectus 6. in fin.* ibiq; peroptimè *Gloſſ.* verbo *præualere. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* sequutaq; fuit *Rota* corã *Cantuccio deciſ.167. num.10. part.2. diuerſor.* & in *Bononien. Iuſpatronatus de Marſilijs vltima Ianuarij 1614.* corã *Pironano deciſ.515. num.3.part.2.in recentior.& d.deciſ.374.nu.6. 7. & ad fin.* vsque *part.1.recentior.*

Prẹterquàm quòd non collatio dici potest illa,quam pro se Fiscus affert,vndè statum se sortiri asserit ad libertatẽ collationis, ad possessionẽ, seù quasi fundandam,
29 ad quam firmandam etiam vnicus sufficit actus. ad *tex.in cap.querelam 24.§.nos igitur. de elect.* ex illis Innocentij Tertij verbis: *Cùm nobis constiterit, quòd populus in quasi poſſeſſione præſentandi exiſtebat, quando ipsũ presbyterum ad illã elegit.* sequiturq; *Rota d. deciſ.229.nu.2.& nu.5.par.1.recent.* per collationẽ factam per Eminentiſs. Cardinalẽ Gesualdum Archiepiscopum anno 1597.
30 Quia nimirùm non possessio, sed vsurpatio fuit,spretis patronis, de quorum iure euidentissimè constabat,cum septimo pręcedente anno 1590. Ecclesiam præfatam S.Mariæ omnium Sanctorum fundauerint, cõstruxerint,dotauerintq; prædicti Subur-
31 bij Parochiani. Fuit proindè collatio ipsa nulla,& inualida. Vt nulla propterea in futurum, quoad ius conferendi permaneat firma possessio, nullusq; status, ex quo libertas prætendi valeat, quoad ius ipsum conferẽdi, cùm de anteriori seruitutis statu euidentissimo constet lumine,etiam per sententias ab ipsomet Archiepiscopo, & eius Curia anno 1593.emanatas,latas,promulgatas; quando Oeconomi vi reseruationis (inter alios) R.D.Camillum de Maio nominauerunt, & ille approbatus fuit, atq; Parochus Parochiali præfatæ constitutus.vt ex processu,qui reproducitur manifestissimè, lippis etiàm,& tonsoribus apparet. Neque porrò sub modio,neque in domate, sed supra candelabrum, supra tectum loquitur Toletanum Concilium *d. can.decernimus 32.16.q.7.*cuius verba superius retulimus: repetimus tamẽ,quia necessariò inferunt:neq; prouerbiũ vllum dicunt, sed palàm loquitur Conciliũ à Patre luminum illustratum: *Quod ſi ſpretis eiſ-*

dem

*dem fundatoribus Rectores ibidem præsumpse-
rit Episcopus ordinare, & ordinationem suam
irritam nouerit esse; & ad verecundiam suam,
alios in eorum loco (quos ijdem ipsi fundatores
condignos elegerint) ordinari.* ita Concilium.
32 Collatio proindè prædicta ab initio pro-
cessit vsurpatiuo, non legitimo. Nullum
propterea in futurum attulit Oeconomis
præiudicium, quin valeât nominare, vt no-
minauere; & quin eorum admitti nomina-
tio debeat, & exequi. vt perpẽdit *Rota d. de-
cis. 229 num. 3. 6 7. & 8. part. 1. in recentior. &
d. decis. 374. nu.* præsertim *7. 8. & 9. ead. par. 1.
recentior.*
33 Alioquin erit decretum contra decretũ,
quod fieri minimè debet. cùm ex falsa causa
secundum aduersus primum interpositum
videatur; vndè non afficit. ex *l. & si præses 5.
C. de præd. minor. Rota* apud *Duranum* Epi-
scopum Vrgellen *decis 373. num. 15. part. 2.*
& apud *Card. Seraphinum decis. 737 num. 6.*
& apud *Card. Caualer. decis 407. un. 6. & de-
cis. 508. num. 5. Gratian. forens. part. 4. cap. 657.
num. 14. Surd. decis 106. num. 9.*
34 Accedit, quòd satis erronea perpẽditur
assertio in dictis literis Eminentissimi Al-
phonsi Cardinalis Gesualdi Archiepisco-
pi facta: inquit enim: *Cùm itaque nos nuper
in Ecclesia S. Mariæ omnium Sanctorum in
Suburbio Sancti Antonij nuncupato huius Ci-
uitatis Neapolitanæ. In qua antea animarum
cura per quosdã mercenarios, incertos, & tem-
poraneos, non autem per proprios, veros, & per-
petuos Parochos exercebatur, ad diuini cultus
augmentum, & animarum salutem, ac specia-
lem Christi fidelium consolationem. nouũ per-
petuum proprij Parochi titulum collatiuũ, tàm
ordinaria nostra authoritate, quàm vigore Bre-
uis Apostolici, nobis ad hoc concessi, ereximus,
& instituimus. Illiq; pro Parochi sustentatio-
ne certam pecuniarum summam, vltra nonnul-
la alia emolumenta tunc expressa applicueri-
mus, & appropriauerimus, prout in nostris de-
creto, & patẽtibus literis desuper confectis ple-
nius continetur, &c.*
35 Iam enim, ex toto processu in Curia Ar-
chiepiscopali Neapolitana existente, &
nunc denuò reproducto, apparet; septimo
ab assertione prædicta anno præcedente
1590. Ecclesiam prædictam Sanctæ Mariæ
omnium Sanctorum erectam, fundatam,
atq; dotatã fuisse à Complatearijs Subur-
bij prædicti S. Antonij ex proprijs substan-
tijs pro vno Parocho perpetuo, qui in illa
curam animarum exerceret. Vndè primus
in ea Parochus deputatus fuit decreto Cu-
riæ Archiepiscopalis R. D. Iacobus Anel-
lus Raguseus, qui ad supremum vsque vitæ
suæ diem Parochialem prædictam rexit, &
gubernauit: & post eius suprema funera,
ad nominationem eorundem Oeconomo-
rum anno 1593. præuio examine ad Sacri
Tridentini Concilij præscriptũ D. Camil-
lus de Maio admissus fuit. Satis itaq; erro-
nea videtur assertio, quam in dictis literis
Eminentissimi Gesualdi factam fuisse per-
36 pendimus. Ni fortassè, nec imperpensè, di-
cere voluerimus, dictum Dominum Cardi-
nalem Archiepiscopum (etiam vigore Bre-
uis Apostolici, sicut aliàs nouas Parochia-
les erexerat, ob Populi Neapolitani multi-
plicationem) ita, voluisse nouiter titulum
prædictũ Parochialitatis perpetuæ funda-
re, stabilioremq; reddere; ne Parochus Pa-
rochialis Ecclesiæ Sãcti Thomæ ad Capua-
num, intra cuius Parochiæ fines Suburbiũ
prædictum Sancti Antonij erat, quidquam
ampliùs in noua Parochiali prædicta San-
ctæ Mariæ Sanctorum omnium prætendere
valeret. exindè propterea dixisse: *Nouum
perpetuum proprij Parochi titulum collatiuum,
tàm ordinaria nostra authoritate, quàm vigore
Breuis Apostolici nobis concessi, ereximus, & in-
stituimus.* Nullum proindè ex hoc præiudi-
cium Oeconomis prædictis in futurũ no-
minandi factum fuit. Cùm titulum prædi-
ctum tantummodo stabiliuerit, nihilque
de nominatione ad Oeconomos spectante
37 locutus fuerit. Inducta propterea ad vnũ
effectum, contrarium, eidemq; aduersum,
operari minimè debent, neque diminutio-
nem, in augmentum inducta. ex Paulo lib.
13. responsorum in *l. si mancipia 19 ff. de
fundo instructo, instrumentoq; legato.* & Flo-
rentino lib. 11. Institutionum in *l. legata
inutiliter 14. ff. de ademen. legat.* illis verbis,
illaq; ratione. *Ademptio autem* (inquit ipse)
*quò minus, non quò magis legatum debeatur
interuenit.* cùm itaque ad diminutionem
intercedat, effectum contrariũ operari mi-
nimè debebit. sed vt *Gloss.* ibidẽ verbo *in-
teruenit*, commentum agens aduertit; *spe-
38 ctandum esse, quare aliquid fiat.* perpenditq;
Cephal. cons. 37. num. 48. lib. 1. & *Surdus de-
cis. 250. num. 10 & 11.*
Et hanc contemnendam non esse, exco-
gitationem, fortassè non in tenebris osten-
dunt subsequentia in eisdem literis verba:
Te (videlicet) *quoad vixeris in Parochum di-
ctæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ omnium Sanctorũ,
quæ est vna ex illis Ecclesijs, in quibus Tituli
Parochiales collatiui perpetuò erecti sunt, . ex
ista, tàm ordinaria authoritate nostra prædicta,
quàm vigore indulti Apostolici nobis concessi,
creamus, constituimus, & deputamus, &c.* de
Tituli proindè loquitur erectione; non
quòd quoquo modo Magistris, siue Eccle-
siæ Oeconomis in aliquo præiudicium in-
ferre voluerit, quoad ius ipsum nominan-
di; cùm nullo pacto de eo memoriam fe-
39 cerit. Et ita omninò exaudiri prouisio hęc
debet, sine præiudicio, videlicet, aliorum.
ex Innocentio Tertio in *cap. cùm olim 6. de
consuet.* illis verbis: *Dummodò in conferendis*
 sibi

sibi redditibus nulli inferatur præiudicium. &
40 in fine ibidem: *sine præiudicio alieno*. graui
præsertim. vt *Gloss.* ibidem verbo *præiudi-
cium.* aduertit. sequiturq; *Rota* apud sanct.
memor. *Gregor.XV. decis.29.num.2.*

Nam, vel voluit Eminētissimus Archie-
piscopus præiudicare Oeconomis per pro-
uisionem prædictam, vel noluit. Si noluit,
pro nobis res est; quia non præindicauit.
Si verò voluit, tamen non potuit; obsistēte
sibi iuris dispositione, qua (vt diximus)
Episcopus præiudicium inferre patronis,
41 ne præsentent, minimè potest gentium.
Duo quippè ad libertatem vindicandam
Ecclesiæ à patronis perquiruntur: & vo-
luntas, & potestas conferentis. ex Caij sen-
su lib. 7. ad edictum prouinciale in *l. hæc
autem iura 5. ff. de seruitut. vrbanor. prædior.*
ibique *Angel. num. 3. vers. requiritur etiam. &
vers. 4. intentio ordinata.* & sequuta fuit *Rota
in causa Papien. Archipresbyteratus 9. Aprilis*
1601. coràm *Card. Pamphilio seniore. & in
Ticunina iurispatronatus 23. Martij* 1611. co-
ràm *Coccino Decano decis. 337. num. 2. part. 2.
in recentiorib.* Quamuis itaque voluisset;
nec tamen præiudiciū inferre Oeconomis
potuisset Eminentissimus Archiepiscopus.
Præsertim verò, quod quomodo vacaret
tunc Ecclesia prædicta Parochialis, neque
apparet, neque exprimitur: sic enim in di-
ctis literis subsequitur: *Ac Parochiam dictæ
Ecclesiæ ad præsens certo proprio Parocho ca-
rentem, & cuius pro tempore vacatio, collatio,
prouisio, & omnimoda alia dispositio ad nos le-
gitimè spectare, & pertinere dignoscitur, &c.*
42 Et quid sanè, si Oeconomi negligentes in
nominando fuerint? ad Sacri Tridentini
Concilij præscriptum *sess. 24. cap 18. de re-
format.* nunquid propterea in perpetuum
iure nominandi spoliati fuere, & non pro
illa vice tantùm? vt perpendit *Rota d. decis.
337. num. 2.* coràm *Coccino Decano part. 2. in
recentiorib.* & ex Concilio Triburiensi in
can. si plures 36. ibique optimè *Gloss.* verbo
auferri, 16. quæst. 7. & ex Concilio Latera-
nensi in *cap. quoniam in quibusdam 3.* & In-
nocentio Tertio in *cap. cùm propter discor-
dias 27. de iure patronat.* Non itaque præiu-
dicium illis parauit in futurum, quin pa-
ctorum vigore præsentare valerent, ac no-
minare.

Multòq; magis, quòd ipsemet Eminen-
tissimus Cardinalis Archiepiscopus anno
1599. in sancta visitatione Ecclesiæ prædi-
ctæ Parochialis, capita reseruationum om-
nium, ac præsertim nominandi Presbyte-
ros ad curam animarū approbandos, con-
firmauit, atque omninò in posterum serua-
ri statuit, & decreuit. Recessit ergo à præ-
tensa libertate tituli collatiui, per nouam
capitulorū prædictorū omnium approba-
43 tionem, & confirmationem; vt posteriora
hæc prioribus derogent, eaque elidant. ex
Pauli regula lib. 3. ad edictum in *l. si vnus
ex argentarijs 28. §. pactus ne peteret. ff. de pa-
ctis.* vt posteriorem hanc confirmationem,
tàm iuris, quàm rei æquitas, seruari postu-
lent. ex Antonini Cæsaris determinatione
in *l. pacta nouissima 12. C. de pactis*. sequitur
Rota apud sanct. memor. *Gregor. XV. decis.
267. num. 9.*
44 Debebit ergo Eminētissimus modernus
Archiepiscopus omnimodò nominationē
admittere dictorum Oeconomorum, atq;
vnum ex nominatis, tentatis omnibus per
examen, magis idoneum, ad animarum cu-
ram admittere ad sacrosanctæ Tridentinæ
Synodus prescriptum *d. cap. 18. sess. 24. de re-*
45 *format.* Omnimodò namque patronorum
presentationes admittere Episcopus debet
vacante beneficio de iure patronatus, & ad
institutionem procedere, iuris, sacrorumq;
canonum seruato beneplacito; alioquin
grauat, & ab eo datur appellatio. *d. can. de-
cernimus 32. & can. Monasterium 33.* ibique
Gloss. verbo *nec malus. 16. quæst. 7. Gloss. in cap.
cùm Bertoldus* 18. verbo *aduersus. de sentent.
& re iudic. cap. dilectus filius* 6. ibiq; *Gloss.*
verbo *plus iuris. in fin. de officio legati*. quæ
46 amplius dicit: quòd potest nominatus, &
præsentatus agere ad interesse aduersus
Episcopum nolentem sine causa præsenta-
tionem admittere, nec consequentèr insti-
tuere. *Rota decis. 4. de iure patronatus in nouis.
Mandos. cons. 7. nu. 22. & nu. 23. in fin.* & in
*commentar. ad regul. 31. cancell. quæst. 6. num. 8.
cum seq. Rota d. decis. 337. num. 1. & 7. coram
Coccino par. 2. in recentiorib.*

Atque ita ex his, quæ prudentiori lubentèr supponimus iudicio, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

Fuit demùm admissa Oeconomorum nominatio, & præsentatio, atque ex eius vnus magis idoneus per examen repertus. Parochus institutus, qui in possessione perseuerat.

SVMMARIVM.

1 *Mutationi subiecta sunt omnia, quæ sub lunari hoc cælo sunt.*
Et veluti teretes orbes è sublimi cadentes in præceps ruunt.
2 *Euictionem, qui passus est, atque damnū exanxit, iure ipse pro sui interesse in vendentis bona regressum habet.*
Etiam si aduersus primi vendētis bona causam dicat. num. 3.

Quin

Quin cedere iura sua debet, qui à primo vēdente emit, secundo emptori, qui aduersus primum ipsum experitur.

Quia in damno nō ipse est, quin commodum percipit, quòd à lite eximitur, quam suum aduersus auctorem exercere debebat.

Eodemque modo huius creditores. num. 4.

Quia nullum eis accedit dispendium.

Alioquin si pecuniam secundo emptori non restituerit, ipse in bonis primi vendentis ius nullum habet, sed secundus, à quo res euicta fuit. num. 20.

Et sine pecunia reperitur. & num. 21.

Quam ob rem immediatus hic succedit creditor in primi vendentis bonis, qui de euictione tenebatur. num. 22.

Potior proindè eius causa erit, quàm primi emptoris, qui damnum nullum substinuit. num. 23.

5 *Vendens euictione sequuta, & pretium, & interesse, damnumq; omne resarcire tenetur.*

Et acceptam pecuniam restituere. & nu. 21

Et quidem ex natura hoc euenit euictionis. num. 6.

7 *Quod tibi non vis fieri, ne facias alteri.*

Naturæ præceptum est. à Christo nobis quoque commendatum.

8 *Euictio est rei emptæ, rectè facta ablatio, amissioue.*

Propterea quod euictio non committitur, nisi iudicio accepto. num. 9.

Secuta videlicet executione.

10 *Damnorum restitutio ei debetur, qui damna passus est.*

11 *Restitutio est in priorem statum repositio.*

Eique debetur, qui minus habet, quàm quod suum est.

12 *Iustitiam contra facit, qui se alteri, ne suum consequatur, opponit.*

Ipsa enim neminem lædit, omniaq; æqualia facit.

Reddens cuique, quod suum est.

13 *Creditores in bonis debitoris ius habent, non in aliorum.*

Et ab eo reluctante quoque, atque nolente, quod eis debetur extrahere. num. 14.

15 *Actione, qui sine experitur, Iudicis officio repelli debet.*

16 *Anterioritas in bonis debitoris, ex tempore creditoribus cedit.*

Vt qui tempore anteriores sunt, potiores in iuribus habeantur.

Quamuis per horam quis præcedat. nu. 17.

18 *Hypoteca, siue pignus in bonis æstimatur eius, qui pignori, siue hypotheca supposuit illa.*

Quare pignus super re aliena contractum, confirmari non potest. num. 19.



ARGVMENTVM.

Euictione sequuta super territorio, quod per multorum manus transijt, quorum vnusquisque suum laudat authorem. Vnus verò ex his in primi vendentis bona, sui authoris quoq; iura exercens, actiones dirigit; creditores autem primi emptoris, se vt vnusquisque suum habeat, præferri acclamant: sint ne dandæ aures creditoribus, vel verò excludendi, quòd sine actione experiantur; cùm nullum ipsi in primi vendentis bona ius obtineant, neque damnum accedat aliquod in creditoris patrimonium, super quo satisfactio ipsis competit? Et quis eorum potiora habere iura in primi vendentis bona, qui de euictione tenetur, dicatur?

RESPONSIO XXI.

1 MVtationi subiecta sunt omnia, quæ sub lunari hoc Cœlo videntur. Quin in præceps ruunt veluti terrestes orbes è sublimi cadentes.

Omnia mortali mutantur lege creata,
Nec se cognoscunt terræ vertentibus annis
Exutam variam faciem per secula gentes.

vt Manilius lib. 1. astrorum cecinit. Faciunt hanc tibi fidem, si fortassis addubites, quę in facto proponentur. Anno 1595. Camilla Brancia vidua quondam Ioannis Baptistæ Gratiani in Sacro Consilio pro suis dotibus iudicio egit assistētiæ in nonnullis corporibus. eique anno 1600. per sententiam præstita fuit pro ducaris mille cum interesse liquidando. Inter alia verò corpora aderat vnum modiorū terræ quatuor in loco nuncupato Sancto Vito, quod possidebat Cæsar Capuanus. Opposuit se Ioannes Camillus Carmignanus vti dominus

nus

nus præfati territorij. conductorē Capuanum ostendens. Lite itaque super his pendente, anno 1609. Ferdinādus Carmignanus Camilli filius territorium præfatum Iosepho de Ferrarijs vendidit. Posimodū anno 1622. præfatus Ioseph illud vendidit Ferdināndo Borretta, qui anno 1624. & ipse Iosepho de Blasio venditione transtulit. Verùm anno 1626. exequuta sententia Sacri Consilij pro Camilla Brancia territoriū præfatum à Blasio auocatum, euictumq; fuit. Hinc lites, & dissentiones. Nam Blasius Borrettam in authorē nuncupat, Borretta Ferrarijs, Ferrarijs verò Carmignanum. Sacrum Consilium gradatim vnumquemque suo ordine condemnauit. Interim Borretta Orehum petijt. Filij proinde huius, vti hæredes, eorumque nomine Troiana Cutella mater, & tutrix iura quoque exercens de Ferrarijs, aduersus Carmignani bona actiones direxit suas, ob passam à Camilla in territorio euictionē. Cùm sit autem non modico grauatus ære alieno de Ferrarijs, creditores aduersus Troianam insurgunt, se potiores, anterioresq; in bonis de Ferrarijs acelamantes; non posse illam præferri in bonis Carmignani, quæ ad Ferrarijs ob passam ab ipso euictionem spectant. Fit itaque causæ status: Sint ne dandæ aures creditoribus de Ferrarijs, vel potiùs ob pāsā territorij euictionem à Borretta, qui à Ferrarijs ius habebat, sit eidem in Carmignani bonis suo pro interesse præstanda exequutio?

Borrettæ natis, & pro eis Troianę matri, atque tutrici aduersus Carmignani bona mandatum præstandum esse exequutiuum censemus. Nihil enim ex hoc damni de Ferrarijs accedet creditoribus: cùm nihil bonorū de Ferrarijs, in quibus ius est creditoribus, auferatur. Borretta enim, qui no-
2 uissimè territorij emptor fuit, per euictionem à Camilla, damnum passus est. Ex eius quippè manibus territoriū ablatum, exemptumq; fuit. ipse igitur damnū passus est. regressum itaq; iure habebit aduersus venditorem. ex Vlpiano lib. 28. ad Sabinum
3 in *l. 1. ff. de euictionib.* Neq; ius est, quòd conquerantur de Ferrarijs creditores, quia & ipse actiones Troianæ aduersus Carmignani bona cedere debebit, vt faciliùs, quod suum est, consequatur. Troianæq; gratias agat, quòd eum ab restituendi onere liberum reddat. Vlpianum ipsum excipe lib. 2. disputationum in *l in creditore 38. ff. de euictionib.* Suscitans quippè ipse; num sanè, si qui euictionem passus est creditor, ab eo, qui vendidit, aduersus primum vendentem actiones cedat, perquisierit, illas cedere debitor teneatur? *Et magis est, vt præstet.* Respondit. Concinnam subnectens rationem: *Cui enim non æquum, videbitur, vel hoc saltem consequi emptorem, quod sine dispendio creditoris futurum est?* Nullum itaque ex hoc dispendium de Ferrarijs creditoribus accedet. quam ob causam actiones cedere tenebitur. Quin commodum consequentur creditores, quòd hoc onere eximentur, ne litem aduersus Carmignani bona exerceant. Luculentiùs hoc exprimit *Bart*, in summatio dictæ legis. *Venditor* (inquiens) *cogitur cedere actiones, quas habet pro re vendita contra auctorem suum*. Rationem refert *Gloss.* ibidem *verbo*. quod sine dispendio. *Id est sine damno debitoris: Quia ille, contra quem impetrat cessionem, tenetur de euictione*. ex Hermogeniano lib. 2. iuris epitomon in *l. si plus, vel minus 74. ff. de euictionib.* & hanc sequitur sententiam *Regens Reuertenus* in decisione, quam prælo pressit *Dom. Regens Hector Capy ius Latro decis. 16 num. 46. 47. & seq.* De euictione, quā passus est, ex vendito, Borrettæ de Ferrarijs tenebatur. Agit nunc ille, eiusq; nomine nati eius, aduersus Carmignani bona, quæ de Ferrarijs obnoxia erant, vt sunt, ad passam resarciendam
4 euictionem. Nullum proindè dispendium in suis accedit ei bonis. nullum ergo de Ferrarijs creditoribus querelę ius competet, vt Borrettæ se natis opponant, ne ad passum euictionis damnum in Carmignani bonis regressum obtineant. ex Vlpiani mente, (vt in initio diximus) in *d. l. 1. ff. de*
5 *euict.* Et quidem hoc damnum Borrettę de Ferrarijs, ex suis reficere oportebat, pecunias vt restitueret, quas ob venuitum acceperat territoriū, omneq; damnū, & interesse, eū ex illius manibus exemptū euictione fuerit. ex Iuliano lib. 15. digestorū in *l. venditor 8.* & Paulo lib. 5. quæstionum in *l. euicta 70. ff. de euictionib.* ex Vlpiano lib. 2. responsorum in *l. emptorem 12. §. qui autē habere. fin. ff. de act. empt. Natta cons. 181. nu. 7. Cassan. cons. 55. num. 43. Surd. cons. 36. nu. 22. lib. 1. Gratian forens. part. 3. cap. 566. num. 3. Fabius Anna cons. 15 num. 13. part. 1.* idem *Gratian. par. 2. cap. 234. num. 5. Christoph. Medices* decisioni Senensium *examinat. 26. nu. 50. & 51. & decis. seq. 43. nu. 1. & 2.* Ex natu-
6 ra quippè euictionis est, vt venditor ad pretij teneatur restitutionē, veluti etiam ipsius fideiussores. vt dixit *Rota in Bononien censu 16. Ianuarij* 1630. corām *Ghislerio decis. 510. num. 15. & 16. in supplemento part. 5. recentiorum per Rubeum*. Ipse verò ex suis nihil reficit, nàm ex Carmignani bonis, qui primò territorium vendidit, omne resarcitur damnū, omneq; interesse. In nullo ergo euertitur ipse damno. nec in damno proinde creditores erunt eiusdem. Iniustè propterea Borrettæ se opponūt natis, ne suum consequantur. Ne faciant ergo eis, quod
7 sibi fieri nollent. ex naturæ principio: Quod tibi non vis fieri, ne facias alteri. à

Christo

Christo Domino nostro nobis non vulgariter commendato. Matth. 7. 12. *Omnia (dicente) quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hoc est enim lex, & Propheta.* sequuntur sacri Canones *can. humanum genus. 1. dist. 1. can. placuit 12. in fin. 10. quæst. 1. cap. dilecti filij 13. de maiorit. & obed.* diximus *respons.* nostra 21. n. 17. part. 3.

8 Est autem euictio, (vti breuibus eam, prætermissa *Azonis* definitione, *Caballin. de euictionib. §. 1. num. 3. vol. 6. tract. part. 1. fol. 83.* describit:) rei emptæ rectè facta ablatio, amissioue. A Borretta verò, qui nouissimè à Ferrarijs soluto pretio territorium emit, euictum fuit, eiusque è manibus rectè, Iudicis videlicet iusta sentẽtia, ablatum, extractumq; ex Pomponio lib. 9. ad Sabinum in *l. euicta re 16.* & Aphricano lib. 6. quæstionũ in *l. non tamen 24 in fin. ff. de euictionib.* ibidemque *Gloss.* verbo *euictum esse.* consequẽ-
9 tiam inferens. *Ergo non committitur nisi iudicio accepto.* Caius lib. 2. ad edictum Edilitij Curulis in *l. habere licere 57. ff. eod. de euict.* Alexander Cæsar in *l. emptor fundi 8.* Diocletianus, & Maximianus Imperatores in *l. si cùm quæstio 17. C. de euict. cap. fin. de empt. & vendit. Fabius Anna cons. 15. nu. 1. & seq. par. 1. Simon Artman Pistoris obseru. 212. n. 19. & 20. Rota* apud *Seraph. decis. 321. nu. 4.* Ipse propterea damnũ territorij amissione passus fuit. Ipsi proindè damnorũ debetur refectio. Ei quippè damnorum debetur re-
10 stitutio, qui per euictionem illa passus est. ex Vlpiano lib. 2. responsorum in *d. l. emptorem 12. §. qui autem habere. ff. de action. empt. & vendit.* & Pomponio lib. 9. ad Sabinum in *d. l. euicta re 16. ff. de euiction.* & alijs pau-
11 lò ante relatis. Restitutio nempè in priorem casum est repositio; eique debetur, qui minus habet quàm, quod suum est, vt vnusquisque integrum ius suum recipiat. ex Paulo lib. 1. ad edictum in *l. quod si minor 25. §. restitutio autem. ff. de minorib.* respondit; Antoninus Cæsar in *l. 1. C. de reputationib.* & idem sensit *Gloss. in cap. ad nostram noueritis audientiam 11.* verbo *sufficere. de reb. Eccles. non alienand. S. Thomas 2. 2. q. 62. art. 1. in corp.* diximus *respons.* nostra 58. nu. 17. & seq. part. 4. Nullam verò de Ferrarijs lesionẽ passus est, nullumq; damnum, cùm adhuc ipse, quas acceepit pro vendito territorio pecunias, retineat. Nihil proindè remanet, quod ei resarciatur. Nullum ergo de Ferrarijs ius superest creditoribus, vt Borrettæ natis impedimẽto sint, ne suum consequantur. Iustitiam proindè contra
12 facient, si id præstiterint. quæ ius reddit cuiq; suum, neminemq; lędit, qualitatemq; seruat. *l. iustitia 10. ff. de iustit. & iure. can. ius naturale 4. dist. 1. cap. ex ore 17. in princ. de priuileg. S. Thom. 2. 2. d. quæst. 62. art. 1. 2. & 3.* diximus *resp.* nostra 67. nu. 23. & 64. par. 3.

Verùm, dicant mihi de Ferrarijs creditores, atque huic faciant dilemmati satis; Vel in Ferrarijs bonis ipsi ius habẽt, vt eis fiat satis, vel in Borrettæ. In Borrettæ non vtique: quia nihil illi eidem dedere, quod
13 redhibere debeant. In Ferrarijs ergo ius habent bonis, quia eidem pecunias dedere suas, eiusdẽq; sunt creditores. ex Vlpiano lib. 6. ad edictum in *l. creditores 10.* & Caio lib. 1. ad edictum Prouinciale in *l. creditorũ appellatione 11.* Eodemq; lib. 6. ad edictum in *l. si cui ex empto 12. ff. de verbor significat.* atque etiam Papiniano lib. 12. responsorũ in *l. creditoribus 4. ff. de separationib. Manson. de caus. execution. lib. 1. ampliat. 12. num. 6.* & à
14 quo reluctante pariter, & nolente extrahere eas possunt. ex *Bar. in l. 1. num. 32. ff. si certum petatur. Regens Ioan Francisc. Sanfelicius decis. 308. num. 2. tom. 2.* Hoc autem, quod pro euictione passa, Borrettæ nati ex Carmignani bonis redhiberi sibi petunt, in Ferrarijs nõ est bonis. Nihil ergo ex illius detrahitur patrimonio, cùm in Carmignani bona Borrettæ natis pro passo euictionis interesse regressus præstatur. Nihil proindè iuris de Ferrarijs creditoribus residuum est, vt ad præpediendum in Carmignani bona regressum, Borrettę se objiciãt
15 natis. Actione propterea carent, vt hoc agant. Iudicis ergo repellendi officio, ne audiatur: ne iura (dicas) præpediant aliorum, iniustitiam fouentes. ex *Bar. doctrina in l. vbi pactum 40. nu. 10.* vbi Doctores quoque *C. de trãsact. l. si pupilli 1ni 6. 9. videamus. in fin. ff. de negot. gest. Aymon cons. 191. nu. 1. Rota* apud *sanct. memor. Gregor. XV. decis. 119. nu. 6.* diximus *respons.* nostra 31. nu. 41. part. 3.
16 Præterea, ius, quod ipsis anterioritatis esse ad Borrettæ natos, prætendunt, vt sicuti tempore sunt anteriores, sint pari modo in iuribus potiores. ad regulã *qui prior 54. de regul. iuris in 6. Gloss. in can. prima adnotatio 11.* verbo *maiorem. dist. 16.* ex Sceuola lib. 27. digestorum in *l. Titius Seio 22. ff. qui potior. in pign. habeant.* In de Ferrarijs obtinent bonis, vt vnusquisq; suo præcedat loco, ac tempore. ex Caio lib. singulari ad formam hypothecæ in *l. potior est 52. ff. qui potior. in pignor. habeant. Regens Capycius Latro d. decis. 16 num. 1.* per horam quamuis
17 præcedat. iuxtà Sceuolæ placitum lib. 29. digestorum in *l. si ex pluribus 89. §. fin. ff. de solutionib. Gratian. forens. part. 4. cap. 766. num. 38.* Hæc verò, ad quæ regressum Borrettæ nati ob passum euictione damnum petunt, in Carmignani patrimoniũ agnoscuntur. Sunt proindè exclusi ipsi, vt in hec agant bona, quæ aliorum, non verò sunt de
18 Ferrarijs. Hypotheca nempè, pignusq; in bonis æstimatur eius, qui pignori, siue hypothecæ supposuit illa. ex regula, quam

Aphri-

Aphricanus lib. 8. quæstionum docet in *l. qui balneum 9. §. Titia prædium. ff. qui potior. in pignore habeantur.* illis sanè verbis: *Tunc enim priore dimisso, sequentis pignus confirmatur, cùm res in bonis debitoris inueniatur.* ibidemque *Gloss.* verbo *cùm res.* aduertens: *nota* (inquiens) *regulam.* Nam pro regula hoc statuitur, vt firmũ esse debeat. & sequenti verbo *inueniatur.* ex Accursio. *tẽpore,* (inquiens) *quo debet confirmari.* concinitq; *Bart.* ibidem in summario dicens:

19 *Pignus super re aliena contractum, non potest confirmari, si tempore, quo causa confirmationis euenit, res in bonis debitoris nõ reperiatur.*

20 Eatenus quippè de Ferrarijs in Carmignani bona ius esset agendi, quatenùs ipse Borrettæ, qui euictionem diuenditi passus est territorij, soluisset, acceptamq; restituisset pecuniam. ex Vlpiano *d.l. emptorem 12. §. qui autem habere. ff. de actionib. empti.* illis sanè verbis: *Verumtamen vt pretium reddat teneri.* & paulò post: *Pretium quidem deberi re euicta.* sequiturq; *Gratian. forens. part. 3. cap. 566. num. 3.* At nihil ipse soluit, nihilq; restituit Borrettæ natis in Carmignani bonis agentibus, qui primò territorium vẽdidit. Nullum proindè in suis passus est damnum. Nihil propterea iuris eius superest creditoribus, vt Borrettę natis obsistant, neque quod eis debetur, in Carmignani bonis soluatur. Præterquàm quòd potiores in hoc Borrettæ nati æstimantur, neque in aliquo de Ferrarijs diminuitur
21 patrimonium. Quod enim ipse diuenditi territorij pretium acceperat, & euictione sequuta, restituere tenebatur. ex Paulo lib. 5. quæstionum in *l. euicta re 70 ff. de euictionib. & d.l. emptorem 12. § fin. ff. de action. empti.* Hoc aduersus Carmignani bona, qui de Ferrarijs tenetur, Borrettę natis agentibus, manet adhuc, nullumq; ipse exhaurit damnum. Commodum idcircò percipit, non damnum; neque consequenter eius creditores, cùm in nihilo de Fer-
22 rarijs diminuatur patrimonium. Immediati sunt itaque Borrettæ nati Carmignani creditores, potioresq;; Ferrarijs ab omni damno exempto. Neque enim impedimento quidquam est, quin aduersus Carmignani bona Borrettæ nati experiri poterint, siuè mediatè, siuè immediatè Carmignani primi venditoris creditores æstimentur. ad Pomponij sensũ lib. 1. ex Plautio in *l. si pro re pupilli 22. & §. sequenti.*
23 *ff. de euictionibus.* Quin (Ferrarijs ab omni remoto incommodo) potior eorum erit causa. ex eodem Pomponio lib. 35. ad Sabinum in *l. debitor 4. ff. qui potior. in pignor. habeant.* Vt nullo ipsi retineri impedimento valeant, quin quod ejs debetur ex Carmignani bonis consequantur, iureq; aduersus illa præstetur ipsis assistentia; de Ferrarijs reiectis creditoribus, quibus illius bona intacta permanẽt, eorum vt consequantur creditum, modò supersint illa, vt omnibus sufficiant.

Atque ita ex his, iudicio haud abiecto meliori, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Discere, quamuis senex, nemo erubescere debet. iuxta.*
Prouerbium; & si quidem alterum pedem in Cymba Charontis haberem, discere tamen non erubescerem,
Quod vsurpauit Magnus Pomponius Iureconsultus. num. 2.
Et S. Augustinus. num 3.
Quia nulla ætas sera est ad addiscendum; ex Seneca. num. 4.

5 *Ignorantia cunctorum errorũ mater habetur: Et in Sacerdotibus præsertim vitanda.*

6 *Beneficia simplicia ex generali in Ecclesia consuetudine residentiam non requirunt.*
Et ita Sacra declarauit Congregatio. nu. 7.

7 *Episcopus cogere minimè potest Beneficiarios simplicium beneficiorum ad residendum.*
Vel aliquod personale seruitium dictis in beneficijs præstandum.
Quamuis in fundatione dictum fuisset; vt Capellanus celebret per se ipsum. nu. 8.

9 *Iudex iniustè agit, qui id præcipit, quod de iure non debet, nec petest.*
Vndè ei non paretur impunè.
Quin peccat sic præcipiens. num. 10.
Quia imperandi ius, iurisdictionemq; non obtinet.

11 *Consuetudo recepta vim obtinet legis.*
Atque pari modo transgressor legis, atque consuetudinis punitur.
Quia consuetudo seruanda est.

12 *Beneficium curatum esse prætendẽs, id probare tenetur.*
Alioquin beneficia omnia simplicia præsumuntur.

13 *Beneficia Religionis Hierosolymitanæ sunt ad nutum amouibilia ex Pij IV. Constitutione.*
Verùm declara nu. 23. & nu. 28. ex Constitutione Gregorij XIII.
Ratione scilicet obedientiæ. num. 31.
Licet non possint amoueri sine causa.
Et limita, si in perpetuum collata fuerint; num. 17.
Vel si per Sedem Apostolicã collatio sit confirmata. nu. 19. & nu. 35.

14 *Fundamentum intentionis suæ probare quisq; tenetur,*

Potiss-

Potissimùm verò in terminis statuti. nu. 15.
16 *Argumenti fallacia est, defectus consequentis.*
18 *Beneficiorum natura est, vt sint perpetua.*
Id est in perpetuum conferantur.
Ad vitam eius, cui conferuntur.
20 *Papæ confirmatio periudè se valet, ac si ipse Papa contulisset.*
21 *Morte dissoluuntur omnia.*
22 *Collatio ab Episcopo facta ad Regularium præsentationem perpetua perseuerat.*
24 *Prioratus, Bailiua, & Perceptoria Religionis Hierosolymitanæ ad vitam dari consueuere.*
Neque alteri conferri, nisi per cessionem.
Vel decessum.
Et ita beneficia.
Quia saltim aptitudine sunt perpetua. n. 30.
25 *Relationis directio relatum est, ad quod se refert.*
26 *Beneficia Religionis Hierosolymitanæ non nisi professis in ea conferri possunt.*
Et possunt in titulum conferri. num. 29.
27 *Constitutio, vel lex quod non dicit, neque nos dicere debemus.*
30 *Beneficia amouibilia sunt, quæ non dantur in titulum.*
Et sunt beneficia secularia.
Remotio tamen non debet fieri sine causa. num. 31.
Alidi à remotione datur appellatio. nu. 32.
Præsertim verò si odij, vel malitiæ præsumptio accesserit. num. 33.
Quamuis in priuilegijs dictum fuerit, quòd Superior possit amouere sine causa. nu. 34.
Præsertim verò, si cõfirmatio accesserit Apostolica. num. 35.

ARGVMENTVM.

Beneficia simplicia residentiam ex consuetudine generali recepta, minimè requirunt. non itaq; cogi poterit ad residendum talia obtinens beneficia. Quid verò in Fratribus Capellanis Sacræ Religionis Hierosolymitanæ, num obtinẽtes beneficia simplicia Religionis ad residendum in illis cogi valeant? & nùm præcipere id valeat Commẽdatarius Commendæ, vel Prioratus, siue Bailiuatus, in quo sunt beneficia? & nùm beneficia Religionis sint ad nutum amouibilia? & quid si confirmatio accesserit Papæ? Plenèq; discutitur de intellectu Constitutionis Pij Papæ IV. super dicta amouibilitate beneficiorum, ad formã Stabilimentorum dictæ Religionis, nec non Gregorij XIII.

RESPONSIO XXII.

1 ET si quidèm alterũ pedem in Cymba Charontis haberem, (vt in Adagijs fertur) discere tamen non eru-
2 bescerẽ. Vsurpauit Magnus inter Iureconsultos Pomponius lib. 7. epistolarum in *l. apud Iulianum 20. ff. de fideicommiss. libert.* qui sic de se ipso verba facit: *Nàm ego discendi cupiditate, quam solam viuendi rationẽ optimam, in octauum, & septuagesimum annũ ætatis duxi, memor sum eius sententiæ, quam dixisse fertur: Et si alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiscere.* quem
3 sensum nec abhorruit Augustinus ad Auxilium Episcopum scribens relatus à Gratiano *can. si habes de hac re sententiã 1. §. sed si tibi. 24. quæst. 3* sequentibus dicens: *En adsum: senex à iuuene Coepiscopo, & Episcopus tot annorum à collega, nec dùm anniculo paratus sum discere.* Quia nimirùm ex Seneca:
4 *Nulla ætas sera est ad discendum.* refertq; *Gloss. fin. in can. nullus Episcopus 16. 38. dist. & Gloss. d. can. si habes 1.* verbo *senes.* Cùm
5 contrà, ignorantia mater cunctorum errorum habeatur, & maximè in Sacerdotibus Dei vitanda. ex Concilio Toletano 4. refert Gratianus in *can. ignorantia 1. d. dist. 38.* Vndè ergo habeat Illustriss. Dñus Prior Bailiuatus Sanctissimæ Trinitatis Venusij Illustrissimæ Religionis Hierosolymitanæ, vt Reuerendos Capellanos beneficiorum simplicium possessores ad residentiam in eadem Ecclesia cogat, addiscere quàm lu-
6 bentissimè amarem. Vniuersalis quippè regula est, ex vniuersali vbiq; recepta in Ecclesia Dei consuetudine: Beneficia simplicia personalem residẽtiam minimè exquirere. *Imola in cap. fin. num. 9. vers. sed attento. de cleric. non resident. Decius in cap. ad aures. num. 22. in fin. de rescript. Cæsar de Grassis decis. 4. num. 3. de præbend. Rota* apud sanct. memor. *Gregor. XV. decis. 108. nu. 4. & decis. 175. num. 2.* ibidemq; *Beltramin. & Rota part. 2. in recentiorib. decis. 375. num. 2.* & apud *Card.*

*Mantic.decis.*132.*nu.*3.*Hoieda de incompatib. beneficior.part.*1.*cap.*17.*nu.*16.*Piasec.in praxi Episcop.par.*2.*cap.*3.*num.*32. qui refert, ita
7 declarasse Sacram Congregationem: Non posse Episcopum cogere simplicia beneficia obtinentem personale aliquod seruitiũ impẽdere, cùm ex antiquissima totius Ecclesiæ consuetudine non teneatur. refert quoque *Sanctarell.variar.resolut.quæst.*1.*nu.* 25.*in fin.Barbosa in collectan. ad Sacrum Tridentinum Concilium sess.*6.*cap.*2.*num,*2.*de reform. Rota in Romana Capellaniæ* 23. *Ianuary* 1589. coràm *Pamphilio* apud *Marchesan. part.*1.*decis.*42.*fol.* 140. in qua quidèm di-
8 ctum fuit: Episcopum non vtique cogere posse obtinentem Capellaniam, vt ipsemet occasione celebrandi resideat in ea, licèt in fundatione disponatur, quòd Capellani celebrent personalitèr: nam illis oneribus missarum per substitutum rectè satisfit. *sic Rota*. Si ergo sunt beneficia omnia simplicia ex communi, vniuersaliq; Ecclesiæ consuetudine à residendi onere immunia, vt nec possit Episcopus Beneficiarios ipsos ad residendum cogere, neque seruitium aliquod personale in illis præstare: neque poterit Illustrissimus Commendatarius, & Prior beneficiarios Baiuliuatus Venusij ad residendũ compellere: Quia ad id illi mi-
9 nimè tenentur. Iniustè itaque agit id imperans, quod non valet, neque iure potest. parere proindè illi haud tenentur. ad *text. in cap.*2. *de constitution. in* 6. *l.fin. ff.de iurisd.*
10 *dict. omn.Iudic.* Vndè etiam & peccat, qui sic præcipit, quia imperãdi ius, iurisdictionemq; non obtinet, vetusta consuetudine,
11 atque recepta id prohibẽte, quæ legis vim sortitur. *Gloss. in cap. Alecti filij* 4. verbo *consuetudinem. de arbitris.* vt æquè transgressor legis, atque consuetudinis pœna feriatur. *Gloss.in can.in his rebus* 7. verbo *consuetudinem. dist.*11. Quia nimirùm consuetudo seruanda est. *can. nos antiquiores* 6. ibidemq; *Gloss.*verbo *mos antiquus. dist.*65. eã itaq; non seruans, legẽ transgreditur, atq; consequentèr peccat, quia sine iurisdictione procedit, grauatq; subiectum, in quo nõ debet. ex *S.Thom.*2.2. *quæst.*60.*art.*6. *in corpore.* quẽ sequitur *Nauar.in manual. cap.*12. *num.*71.*vers.secundò quia habens.*
12 Quisquis ergo beneficium curatum esse prætenderit, vel ad residentiam obligatum, id probatione præstare oportebit. Cùm alias beneficia simplicia præsumantur, nisi curata probentur. vt dictum fuit in vna *Concheu benefici* 30.*Martij* 1582. corã *Lancellotto*. & sequuta fuit *Rota* apud *Card. Caualer.decis.*33.*nu.*4. & *decis.*55.*nu.*5. & *decis.* 517.*num.*8.& apud *Card.Mantic.d.decis.*132. *num.*2.
13 Haud itaque obstaculũ faciet, quod asseritur, beneficia Religionis Hierosolymitanæ esse ad nutum amouibilia ex Pij Papæ IV. Constitutione, qua priuilegia omnia Religionis confirmata quoque fuere fol.37.& 38.
14 Cùm quod id ad terminos dictæ Constitutionis probandum esset, cùm fundamentum sit intentionis asserentium. Cùm de residentia, de qua nunc agitur disceptatio, Constitutio nõ loquatur. ad *tex.in cap.statutum* 22.*de elect.lib.*6.*Felin.in cap.*2.*num.*24. & 25. *de rescript. Nauar. cons.*13.*nu.*3.*lib.*3. *de celebrat.missar. Verall.decis.*98.*nu.*2.*part.*3. *Gratian.forens.par.*4.*cap.*742.*num.*66.& *seq.* & *cap.*745.*num.*56.& 57. potissimùm verò
15 in terminis statuti. Nam qui in illis se fundat, constare facere priùs oportet, se in terminis esse statuti ipsius. vt dictum fuit in *Rota* apud sanct. memor. *Gregor.XV. decis.* 64 *num.*7.

Tùm quod non inde infertur; sunt beneficia huiusmodi in Religione amouibilia; ergo ad residentiam tenetur. Nõ enim
16 hoc ex illo sequitur. est igitur defectus consequentis. Cùm vti in superioribus ostendimus beneficia simplicia ex vniuersali totius Ecclesiæ consuetudine, ad residẽtiam obtinentem non arctent.
17 Tùm præterea, quod in casu de quo hic; peculiaris habetur disceptatio; nàm Reu. Fr. Petro Turbulo Capellano Obedientiæ, & Professo Religionis Hierosolymitanæ beneficia hęc non ad nutum amouibilia, sed in perpetuum collata fuere, & vita ip-
18 sius durante, vt in Bullis legitur; sicuti & natura est beneficiorum, vt perpetua fiãt, atque in perpetuum conferantur, vita scilicet beneficiarij perdurante. *can. præcepta canonum* 12.*dist.*55 & *can.sanctorũ* 2.*dist.*70. ibidemq; *Gloss.*verbo *perpetuò*. quæ aduerbium illud exponit. id est dùm viuit, qui illud obtinet. ex Bonifacio VIII. in *cap. vnic.de capell.monachor. in* 6. & ibidẽ *Gloss.* verbo *perpetui. Rota* apud *Card.Caualer. decis.*350.*num.*4. & *decis.*640.*num.*9. & *part.*2. *in recentiorib. decis.*254. *num.*3. & *decis.*415. *num.*2.*Gonzalez ad reg.*8.*Cancellariæ.gloss.*5. *num.*11. *Barbosa de officio Episcopi.par.*3 *allegat.*57.*num.*151. *Garz. de benefic.par.*1 *cap.*2. *num.*61.diximus *respons.*nostra 62. *nu.* 9. & 10. *part.*3.
19 Tùm etiam quod beneficia huiuscemodi per Bullam Sanctissimi D.N.Innocentij Decimi præfato Fratri Petro Turbulo confirmata fuere, cũ speciali gratia, vt quoad vixerit ea retinere, & possidere liberè, & licitè valeat.
20 Perindè verò se habet Papæ confirmatio, ac si ipse Papa contulisset. *Gratian. forens.part.*5.*cap.*992.*num.*10.*Rota* apud sanct. memor. *Gregor. XV. decis.*267 *num.*7.& 8. *Bart.in l.more maiorum. num.*5 *ff.de iurisdict. omn.Iudic. Paris. cons.*3.*num.*40.& 41. *lib.*4.

Contulit

Contulit autem ad vitam. non ergo ad nutum amoueri poterit, nisi vitam ipse efflauerit morte adueniente; quę extinguit om-
21 nia, omniaq; soluit. *§. deinceps. in auth. de nuptijs. collat. 4. §. simili modo. Institut. quibus*
22 *modis tutela finitur.* Quemadmodum collatio facta ab Episcopo etiā ad Regularium præsentationem, perpetua efficitur, quoad scilicet vita superstes e:it is, cui beneficiū collatum fuit. *Rota* apud *Card. Caualer. decis. 350. num. 4. & decis. 389. num. 2.*
23 Tùm demùm quod satis diuersimodè verba exaudiūtur dictæ Constitutionis Pij Papæ IV. atque illa ab Aduersarijs proferuntur. Sic enim Piana Constitutio.

Et insuper, cùm Prioratus, Bauliuæ, Perceptoriæ, Domus, & alia Beneficia Hospitalis huiusmodi, eorumq; bona omnia præfato Hospitali inseruiant, & quodammodo vnita sint, & pro tempore existentes Magister, & Conuentus Hospitalis huiusmodi plenam in ea iurisdictionem habeant; Prioratus, Baiuliuas, Perceptorias, Domos, Conuentus, Monasteria, & alia beneficia huiusmodi, de cætero ex personis illa obtinentibus, vacare non posse, sed cedentibus, vel decedentibus illorum pro tempore possessoribus, ea, vni, seu pluribus, non in titulum perpetui beneficij Ecclesiastici, sed tanquam manualia ad nutum, seu amouibiliter, iuxtà formā stabilimentorum, & priuilegiorum prædictorū concedi, & assignari debere.

Non itaque ità laxè verba exaudiri debent Constitutionis præfatæ Pij Papæ IV. vt aduersarij perperàm putauere, sed in terminis, in quibus illa loquuntur, ac dispositio sancit. Quia nempè bona omnia, siuè beneficia, siuè Prioratus, siuè Baiuliuę, Perceptoriæ, & Domus sunt incorporata, & vnita Hospitali prædicto S. Ioannis Hierosolymitani, eique inseruiunt. hęc omnia pro Hospitalis præfati seruitio, nunquàm vacare dicit, sed cedentibus, vel decedentibus possessoribus illa conferri alijs posse, etiam vni, vel pluribus, non in titulum perpetui beneficij Ecclestastici, sed tanquàm manualia ad nutū, seu amouibilitèr, iuxtà formam stabilimentorum, & priuilegiorū; neque cuiuscunq; ad nutum, sed Magistri, & Conuentus. Eodem proindè modo ad nutum stant Magni Magistri, & Conuētus beneficia, sicuti Prioratus, Baiuliuatus, Perceptoriæ, ac Domus eiusdem Hospita-
24 lis. Et nihilominùs Prioratus, Baiuliuæ, Perceptoriæ, & Domus præfati Hospitalis, non nisi per cessionem, vel etiam decessum obtinentiū, alijs concedi consueuere, iuxtà stabilimenta, & priuilegia Religionis. Ergo nec beneficia. Neque hęc omnia ad cuiuscunque alterius nutum stant: Sed Magistri, & Conuentus iusta stabilimenta, & priuilegia Religionis. Non ergo poterit semel data beneficia, siuè Prioratus, siuè Baiuliuatus, siuè Perceptorias, ac Domus, quilibet alius ab obtinentibus ea reuocare, nisi per cessionem, vel decessum illa plena non fuerint; nisi à Magistro, & Conuentu auocata fuerint ad dicti Hospitalis seruicium, non vt alteri concedantur. iuxtà formam stabilimentorum, & priuilegiorū Religionis, ad quæ se refert dicta Piana Constitutio, & confirmatio, vt nō ampliùs confirmetur ab ipsa Piana Constitutione,
25 nisi quatenùs in stabilimentis, & priuilegijs cōtinetur, ad quæ se refert: *l. si ita scripsero 38. ff. de condit & demonstrat. l. ait prætor 5. §. 1. ff. de re iudic. l. asse toto 77. ff. de hæredib. instit. Aymon. cons. 45. nu. 4. Robert. Marant. cons. 67. nu. 2. Rota* apud *Card. Manticam decis. 352. nu. 2.* & apud sanct. mem. *Gregor. XV. decis. 433 nu. 9.* In stabilimentis autem Religionis; hoc legitur cap. 63. f. 262.
26 *Statuimo, che tutti li beneficij Ecclesiastici dell'ordine nostro, la cui collatione, ò presentatione appartiene alla Religione nostra, à niuno siano conferiti, ò niuno à quelli sia presentato, che non sia fratello professo del detto ordine.* quod statutum in hac eadem re perpendit *Rota in vna Pistanen commende 1. Iulij 1637.* coràm *Cerrillo decis. 239. num. 8. par. 7. in recentior. per Rubeum.* Et ita illud confirmauit dicta Piana Constitutio fol. 17.

Ac beneficia Ecclesiastica ad præsentationē, seu collationem Baiuliuorum, Priorum, & Perceptorum Hospitalis huiusmodi suffragari debere decernimus. Ita quòd Presbyteri seculares illa ad præsens in commendam, seu aliàs quomodolibet obtinentes, commenda huiusmodi cedere, aut illa aliàs dimittere nequeant, nisi de consensu eorum, ad quos præsentatio, vel collatio spectat, & in fauorem dicti Hospitalis, seu personarum, quæ Habitum per Fratres Capellanos eiusdem Hospitalis deferri solitum suscipiant, & professionem per eos emitti solitam, emittāt.

Nulla hic memoria de amouibilitate, ad nutum, fit. sed ne possint cedi, neque etiam dimitti per obtinentes illa, nisi de consensu eorum, qui illa vel conferre, vel ad ea præsentare possunt. Perperàm ergo, quod lex non dicit, asserere Aduersarij tentant.

Nunquid ipsi maiores sunt stabilimentis, & Constitutionibus Summorum Ponti-
27 ficum, vt id affirmare tentent, quod nec illa, nec illę asserunt? non vtique. ad *text. in can. consuluisti 20. §. & quod nō est Sanctorum Patrum 2. quæst. 5. cap. 2. ne Sede vacante. l. diffidentis 5. C. de repudijs. Surd. decis. 47. nu. 5. Rota in recentiorib. part. 2. decis. 660. nu. 5.*
28 Concinitq; confirmatio Gregorij XIII. sanctæ memoriæ tàm dictæ Constitutionis Pij IV. quàm aliorū Summorū Pontificum prędecessorum, ac priuilegiorum Religioni indultorum anno Domini 1580. Pontificatus sui anno octauo, quæ incipit: *Quò*

magis, ac firmius, &c. in priuilegijs Religio-
nis fol. 65. cuius verba damus: *Ipsiq; fra-
tres, quibus beneficia huiusmodi conferri con-
tigeret, illa si sibi aliàs canonicè conferrentur,
aut ipsi eligerentur, præsentarentur; vel aliàs
assumerentur ad illa, & instituerentur in eis, re-
cipere, & in titulum, etiam quoad viuerent re-
tinere respectiuè liberè, & licitè valerent, &c.*
29 Possunt itaque in titulum beneficia hu-
iusmodi conferri, vt de facto dicto D. Fra-
tri Petro collata fuere, etiam per mortem
eadem obtinentium. Rationem afferimus
ex *Rota in vna Milenitana Prioratus Nauar-
ra 11. Ianuarij 1627.* coràm *Eminentissimo
Card. Virili decis. 473. in supplemento part. 5.
recentiorum per Rubeum.* in qua *num. 9. vers.
nec facit.* dictum fuit: Non obstare, quòd
Perceptoriæ dicantur ad nutum amouibi-
30 les. quicquid enim sit in manualibus se-
cularibus, quæ non dantur in titulum: *Ta-
men istæ Perceptoriæ aptitudine sunt perpetuæ,
nisi eas obtinentes amoueantur; & de ijs iudi-
catur, vt de perpetuis, vt sunt de sui natura, &
cùm conferãtur in titulum, & possint impetra-
31 ri; licet obtinentes potius ratione obedientiæ,
& ex vi professionis, quàm ex natura eorum
possint remoueri ad nutum Superioris, qui po-
test quoque non remouere, nec remotio fieri po-
test sine causa. ex element. 1. de supplenda ne-
32 gligentia prælatorũ. & à remotione datur re-
cursus.* vt dictum fuit in Seguntina Thesau-
rariæ 26. Aprilis 1596. coràm Orano. præ-
33 sertim verò si odij, vel malitiæ præsumptio
accesserit. vt post *Butrium* sequitur *Imola
in d. clement. 1. sub num. 44. vers. D. Antonius
credit.* & sequuta fuit *Rota in Aquilana Prio-
ratus 16. Martij 1584. corã Seraphino par. 1.
diuersorum decis. 778. num. 2. & 3.* Quam-
34 uis in priuilegijs dictum fuisset, quod Su-
perior posset amouere sine causa, vt in
d. decis. num. 4 in Religione Sancti Spiritus. Vt
multò minùs remoueri valeat D. Frater
35 Petrus, qui confirmationẽ collationis be-
neficiorum sibi etiam in titulum, & in per-
petuum factæ à Sanctiss. D. N. Innocentio
Decimo obtinuit.

Confirmatio verò Papæ vim collationis obtinet, vt in superioribus diximus, perpẽdimusq;. Neque amoueri igitur poterit, neque ad residentiam cogi, cùm beneficia sint simplicia, quæ ad residentiam non arctant. vt ostendimus.

Atque ita ex his, quæ iudicio, supercilioq; supponimus Aristarchi, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

Cessauerunt aduersus dictũ D. Fratrem Petrũ turbæ, vnde plena perfruitur quiete.

S V M M A R I V M.

1 *Verba mentem aperiunt hominum in abstrusis præcordiorum penetralibus iacentem. & num. 26.*
Quæ idcircò hominibus data sunt, vt demonstrent voluntatem dicentis. nu. 2.
Verba propterea nõ debent esse potiora sensu. num. 3.
Sed proferentis intentioni deseruire.
4 *Volũtatis quæstio admitti minimè debet, si nulla sit in verbis ambiguitas.*
Præsertim si verborum significatio non repugnet. num. 5.
Et voluntas congruat testatoris.
Voluntates perimi testatorum, neque illas seruari, nefas. num. 7.
6 *Mens sequenda testatoris, quæ ex verbis eruitur eiusdem.*
8 *Prouerbium. Paeiliana Rheda in exiliũ mitti. expenditur, & elucidatur.*
9 *Morte omnes ad sepulchrũ tendimus, & quasi æternum in exilium mittimur.*
10 *Compendiosa substitutio, sub verborum compendio plures comprehendit casus. pluraq; tempora.*
Factaq; verbis communibus, etiam vulgarem continet: si hæres non erit, vel si noluerit, vel non potuerit. num. 11. & nu. 23. & 24.
Præsertim verò si verbis negatiuis substitutio fiat.
Namque ita effectu priuatur testator, si hæres noluerit, sicuti si minimè potuerit. num. 12.
13 *Libertas quid? ex Florentino.*
Et ità libertas retinetur, si quid prohibearis iure, vel vi facere.
14 *Velle non possum, quod iure illud ne velim possum.*
15 *Posse id non dicimur, quod vel vitæ periculo, vel saltim honestate, ne possimus, retinemur.*
Hoc enim nec velle possumus. num. 16.
Quia voluntas à potestate metienda est.
Quarè non materialis, nec physica potentia exquiritur, sed formalis, atque moralis. num. 17.
18 *Vulgo conceptus quis nam dicatur?*
19 *Velle, & posse, vt diuersa habentur.*
Et voluntas à potentia disiungitur, saltim materialitèr.
Ad agendum tamen, vtrumq; (potestas scilicet, & voluntas) exquiritur. num. 20.
20 *Seruitutem ad præscribendum, potentia perquiritur, & actus.*
21 *Potentia, quæ ad actum non reducitur, inanis, atque frustranea æstimatur.*
Nec prodest quicquam. num. 22.
24 *Nolle, & non posse, pro eodem æstimantur, & vna penduntur trutina. num. 55.*
27 *Lege quid scriptum sit, perspiciendum.*

Eaque

Eaque legenda ex Christi Domini sensu.

28 *Responsa, non nisi tota lege perspecta, danda, vt congrua illa sint.*

29 *Hæres sub qualitate aliqua vocatus, si qualitas deficiat, deficit quoque & hæredis institutio, ac nuncupatio.*

Et qualitas illa, aditionis hæreditatis tempore desideratur. num. 31.

In dispositione præsertim conditionali. n. 32.

30 *Argumentum ex qualitate petitum personæ, nō vtique abyciendum.*

31 *Qualitas in dispositione exquisita, vt aliquid fiat, debet adesse cùm commodum percipitur ex illa qualitate.*

Et adesse debet tēpore, quo ex verbo exquirebatur. num. 33.

Alioquin voluntas deficiet disponentis. n. 35.

Qualitas sine subiecto esse non potest. nu. 36.

Per qualitatem dispositio, & res in diuersa ponitur, & locatur specie. num. 37.

Et adesse debet, tempore, quo commodū percipitur. num. 38.

Quia frustra à testatore adiecta minimè æstimatur. num. 39.

40 *Hæreditas relicta Patribus alicuius Ordinis, Religioni acquiritur, non Patribus singillatim.*

41 *Ciuibus relictum legatum, Ciuitati (quasi corpori) acquiritur.*

42 *Legatum Sacerdotibus Templi relictū, Templo acquisitum censetur.*

Præsertim si sub Templi memoria factum fuerit.

43 *Interpretatio, quæ Ecclesiæ fauet, sequenda magis.*

44 *Legatum Monacho factum, Religioni acquiritur.*

Præsertim si sub Monasterij memoria.

Veluti etiam filio sub patriæ potestatis mentione, nam patri relictum censetur. nu. 45.

46 *Testamentum, & omnis suprema dispositio sine disponentis volnntate non subsistit.*

Testamentum quid? ex Modestino. nu. 47.

48 *Voluntates supremas hominum exitum habere, è Republica est.*

49 *Nouum quod est, aliud à priori videtur, & num. 52.*

Vel quod nouum habet nomen.

50 *Nomina imposita rebus ad dignoscendū, atque illas discernendum, distinguendumq;*

Nomine, quæ distinguuntur, & effectu pariter secernentur. num. 51.

53 *Religio Piarum Scholarū à Sanctissimo D. N. Innocentio X. annullata fuit.*

Atq; in Congregationem Presbyterorum, seu Clericorum secularium redacta. nu. 54.

Et Ordinariorum iurisdictioni subiecta.

56 *Volnntas ex se non sufficit, cùm facto opus est.*

57 *Conditio, quæ in effectū deduci non potest, nullitatem operatur dispositionis.*

Quia conditio in esse nihil ponit, nisi adimpleatur. num. 58.

Præsertim verò si conditio resolutiua fuerit, vel priuatiua. num. 62.

Conditioni parendum est omninò, quamuis in mari quis proijcere bona deberet. n. 60.

59 *Dispositio sub conditione facta, conditione non existente, ac si facta non fuisset habetur.*

Præsertim si conditio resolutiua fuerit. n. 62.

61 *Paria sunt, nō esse factum, vel factum sub conditione, quæ non exierit.*

62 *Conditio resolutiua idem operatur, ac si dispositio facta minimè fuisset.*

Quia dispositio illa dici non potest, quæ sub conditione facta fuit, & illa non exierit. num. 63.

Præsertim verò in vltimis voluntatibus. num. 64.

Vel si pactum accesserit per verba directa, & rescissiua tituli. num. 65.

Quia res in pristinam causam redit. nu. 66.

Vel si conditio ipsa resolutiua substantiæ dispositionis adiuncta fuerit. num. 67.

68 *Volitum non dicitur, quod cognitum non fuit.*

Nihilq; volitum, quin non præcognitum. num. 70.

69 *Voluntas in incognitum non fertur.*

71 Text. in l. si cognatis legatum sit 20. ff. de reb. dub. *expenditur, eiusq; intellectus affertur. num. 72.*

Vt locum habeat in legato puro, non verò in conditionali. num 73.

Neque in hæredis institutione. nu. 76.

74 *Legatum conditionale non alitèr debetur, nisi conditione existente.*

75 *Conditio futurus dicitur euentus, in quem dispositio differtur.*

76 *Hæredis in institutione tria inspiciuntur tempora, testamenti, mortis, & aditionis hæreditatis.*

77 *A priuatione ad habitum nō datur regressus, nisi per Diuinam Potentiam.*

78 *Morte extinguūtur omnia, cunctaq; dissoluuntur.*

79 *Hæreditas successio est in vniuersum ius defuncti.*

Viuentis scilicet in defuncti bonis.


80 *Prouerbiū. Si verba fiant mortuo. Nam mortuo verba non fiunt.*

81 *Sepulturæ electio, quo animo erga Ecclesiam illam eligens affectus sit, indicat.*

Seq; indicat, sub protectione esse optare Sancti illius, sub quo Ecclesia est. nu 84.

82 *Hæredis nuncupatio ob causam facta, causa deficiente, & ipsa cessat.*

83 *Causa deficiente, & effectus deficit, ac cessat.*



ARGVMENTVM.

Compendiosa substitutio plura comprehendit tempora, atq; sub verborum compendio casus includit plures, quia comunibus facta verbis vulgarē quoquè complectitur,& sicuti in casu decreta, si noluerit, ità & si non potuerit infert. vtroquè enim modo testatoris eluditur voluntas,si ea non exeat. Velle posse non dicitur,qui ne velit,vel iure retinetur,vel vi. Et vt velle, nolleq; dicaris,nō materialis dumtaxat exquiritur potentia, sed etiam moralis,atque formalis. Nam velle, & posse, vt diuersa habentur. Hęredis institutio sub qualitate aliqua nuncupata, illa deficiente qualitate,vti caduca habetur. Eaquè qualitas adhitionis quoque tempore desideratur, quæ rem,cui desideratur, in aliam transfert speciem. Patribus Religionis relicta hæreditas,non Patribus singillatim, sed Religioni acquisita dicitur. Veluti si Ciuibus relinquatur, Ciuitati relicta videtur. Conditio nil in esse ponit, donec extiterit, neque scindi valet, cùm formam inferat. Pręsertim verò si conditio resolutiua fuerit, atquè priuatiua; namquè nullitatem operatur dispositionis,eamquè rescindit. *Text. in l. si cognatis 20. ff. de rebus dubijs*, expenditur, eiusquè affertur germanus intellectus. Substitutus admittitur instituto deficiente. Religio Scholarum Piarum per Innocentium Papam X. annullata fuit, & in Congregationem Clericorum secularium reuocata, Ordinarijs supposita. Institutio Religioni facta, si illa reuocetur,& annulletur; firma nùm esse valeat?

RESPONSIO XXIII.

1 MEntē in abstrusis cordis penetralibus residentem verba proferūt. quæ idcircò hominibus rationis capacibus data sunt, vt in abditis præcordiorum residentem animum in palàm pro-
2 ferant. Non aliò enim nomina,nisi vt demonstrent voluntatem dicentis. ex Tuberonis sensu Celsus lib.19. digestorum in *l. Labeo ait 7. §. id Tubero, ff. de supell. &. legat.*
3 docuit. Verùm ita verbis seruiendum est, vt potiora sensu non existant; quando verba intentioni deseruire debent. ex Vlpiani mente lib. 44. ad Sabinum in *l. argumento sunt 27. §. Margarita. ff. de auro, & argento legato.* & Gregorio 26. Moralium cap.7. in *can. humanæ aures 11. 22. quæst. 5. cap. secundò requiris 4. de appellationib.* & ex Diuo Hilario in *cap. intelligentia dictorum 6. de verbor.*
4 *signific.* Cùm autem nulla in verbis est ambiguitas, nō debet admitti voluntatis quęstio. vt Paulus lib.1. ad Neratium in *l. ille, aut ille 26. in fin. ff. de legat. 3.* ostendit. Præ-
5 sertim verò cùm significatio verborum nō repugnat, & voluntas testatoris congruit. verbis docet Vlpianus lib.1. ad Vrseum Ferocem in *l. ab omnibus hæredibus 107. in fin. princ. ff. de legat. 1.*
In facto igitur, quod habemus, verba
6 congruunt,& mens testatoris. sequēda proindè mens erit, quæ ex verbis eruitur disponentis, ne in morientium elogijs sic ludamus, vt eludantur, elusa perimantur, perempta obsolescant. Nefas quippè æstimatur, voluntates perimi testatorum. ex Gregorio *can. vltima voluntas 4. 13. q. 2.* quin illas omnimodis seruari præcipiunt. *§. exhęredatos autem liberos. in authent. de hæredib. & falcid. collat. 1. l. fin. in princ. C. de fideicommiss.*
7 Factum verò sic se habet. Reuer. D. Alexander

xāder Camara Cathedralis Ecclesię Auersanæ Canonicus mense Februarij currentis anni supremæ suæ voluntatis condidit elogia; vniuersalemq; hæredem sibi dixit: *Li RR. Padri delle Scole Pie della Città di Napoli sopra tutti, &c. Con conditione, e legge però, che li RR. Padri di detto Ordine delle Scole Pie siano obligati venire ad habitare in detta Città d'Auersa, & in quella per comune, e publico commodo, e beneficio tenere, & essercitare Schuole publiche, nel modo, e forma le tengono, & essercitano in detta Città di Napoli, & non aliàs, aliter, nec alio modo. Et in caso che li RR. PP. di dette Schuole Pie ricusassero accettare detta sua heredità con dette conditioni, e peso, e non volessero per tale effetto venire ad habitare in detta Città, nel caso predetto s'intēdano priuati di detta heredità di esso Rev. Testatore, & in quella succeda, e debba succedere la prenominata Venerabile Chiesa, seù Confraternità di S. Maria de gli Angioli fuori di detta Città d'Auersa. Quale Venerabile Chiesa, seù Confraternità di S. Maria de gl'Angioli in detto caso, che li RR. PP. delle Schuole pie (vt supra) instituiti, non volessero accettare detta heredità con le conditioni già dette, la instituisce sua herede vniuersale, e particolare sopra detti beni, & heredità, come s'è detto.*

8 Ex humanis abrepto Testatore, atq; Paciliana rheda quantocius ad sepulchrum raptātibus equis æternum in exilium acto.

9 *Tendimus huc omnes, hæc est domus vltima.* ex Ouid. 10. Metamorphos.

Est mala, sed cunctis ista terenda via est. Propert. lib. 1. inquit. & Horat. lib. 2. Carm. *scilicet omnibus*

Quicunque terræ munere vescimur,
Enauiganda, sinè reges,
Sinè inopes erimus coloni.

Aptiusq; ad prouerbium idem Horatius lib. 2. Carmin. Ode 3.

Omnes eodem cogimur, omnium
Versatur vrna; serius, ocyus
Sors exitura; & nos in æter-
Num exilium impositura cymbæ.

Mense Martio sequenti 16. eiusdem labentis anni per Breue Sanctissimi D. N. Innocentij X. sub Annulo Piscatoris apud Sanctum Petrum Religio præfata Scholarum Piarum submota, atque annullata fuit, & in simplicem Congregationem, sine votorum emissione in posterum commutata, atque redacta, cum expressa prohibitione, nè Patres nouitios recipere valeāt, neq; illi ampliùs profiteri, & qui vsq; adhuc professi fuere in aliam Religionem ex approbatis, quam maluerint, laxiorē etiam trāsire possint, sintq; in posterū, qui remāserint Ordinariorū iurisdictioni subiecti. Qui adhuc supersunt ex defecta Religione in Ciuitate Neapolis, hæreditatem, quàm lubentissimè arripere vellent; obstaculum tamen illis faciunt, qui Ecclesiæ, seù Confraternitatis prædictæ S. Mariæ Angelorum gubernacula tenent: quòd Religio præfata Piarum Scholarum iam defecerit, & abrogata fuerit, non posse amplius hæreditatem ambire defuncti testatoris, qui sub Religionis, & Ordinis nomine, & qualitate Patres vocauit. priuatos proindè hæreditate remanere. apertumq; locum esse, vt ipsa Ecclesia, seù Confraternitas S. Mariæ Angelorum ad hæreditatem subingrediatur. Fit itaq; causæ status: Sit nè iure apertus locus substitutioni Ecclesiæ, seu Cōfraternitati Sanctæ Mariæ; vel viuū adhuc ius maneat Patribus Piarum Scholarū, quod ipsi ament, aueant, non reluctentur hæreditatem accipere defuncti testatoris, eiusquè parere voluntati? Substitutioni locum factum esse Ecclesiæ, seù Confraternitati S. Mariæ Angelorum, vt hæreditatem capiat defuncti testatoris, respondendum rectius videtur.

10 Hoc vt præstemus supponendum censemus: Substitutionem, sub qua Ecclesia, seù Confraternitas S. Mariæ vocata fuit, compendiosam fuisse; nàm sub verborum compendio (*& in caso, che li RR. Padri di dette Schuole Pie recusassero d'accettare detta sua heredità*) plures comprehēdit casus, & tempora, vtputa si noluerint, & renunciauerint, vel si non potuerint. ad *text. in l. precibus 8. C. de impub. & alijs substitut.* ibidemq; *Gloss.* verbo *compendiosam*. latèq; *Sfort. Oddus de compendiosa substitutione. part. 2. in 2. particula. num. 1. & seq. Bart. in l. Centurio 15. colum. 8. num. 32. vers. quæro, vtrum substitutio compendiosa. ff. de vulgari, & pupillari. Torniola consil. 14. num. 30. Vincent. Fusar. de substitut. de compendiosa part. 1. quæst. 229. & seq. Rota* apud sanct. memor. *Gregorium XV. decis. 132. nu. 1. 2. et 3.* & ibidē *Beltramin.*

11 *num. 10.* Quia substitutio compendiosa facta verbis communibus, continet vulgarē: si hæres non erit, vel si noluerit, vel etiam non potuerit. ex latè traditis per *Bart. d. l. centurio. Rota in Romana fideicommissi de Formicinis 13. Iunij 1636. corām Buccabella decis. 149. num. 3. & 4. part. 7. in recentior. ib. per Rubeum. Ioannes Dekchbeens dissert. Belgicar. lib. 1. dissertat. 16. num. 23. 25. & seq.* Neque enim testator alitèr Patres Piarum Scholarum ad bonorum suorum hæreditatem admisit, quàm si ad Ciuitatem Auersanam accederent, & in illa Scholas, vti in Ciuitate Neapolis, aperirent, puerosque docerent; sub hac scilicet conditione, ac lege, quòd si accedere renuerēt, essent ipso facto hæreditate priuati: *Et in caso* (inquiens) *che li RR. Padri di dette Schuole Pie recusassero accettare detta sua heredità con dette conditioni, legge, e peso, e non volessero per tale effetto venire ad habitare in detta Città; nel caso predetto s'intendano priuati di detta here-*

heredità di esso testatore: Ita nempè sua vo-
12 luntate defraudaretur testator, si nollent,
atque accedere renuerēt, sicuti si non pos-
sent. Effectum enim mandauit testator, &
sub illa conditione, lege, atque onere hære-
des esse voluit, si accederent, atque Scholas
aperirent, vt publicæ cōmoditati consule-
ret. Pari itaquè modo voluntatem peruer-
tent testatoris, si noluerint, vel si non po-
tuerint; quia lege præpediantur, ne possint.
Vtroquè enim modo (ex Florentino lib. 9.
Institutionum in *l. libertas 4 ff. de statu ho-
minum*, & Imperatore in *§. libertas. Institut.
de iure personarum*) libertas retinetur, vel si
13 quid vi, vel iure prohibeatur. *Libertas*
quippè (vt illi eam describunt) *est natura-
lis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi,
si quid vi, aut iure prohibeatur*. Quid enim
prodest, si non vi, iure tamen retinearis, ne
quid facias, modò, quod velis facere mini-
mè possis? Et quid si iure facere tibi per-
mittatur, ne tamen facias retinearis vi?
vtroquè modo non est tibi, ne facias libe-
rum, nequè permissum. Hoc sanè pacto;
vellent quidem Patres Scholarum Piarum,
(si patres adhùc sunt) ad Ciuitatē accede-
re Auersanam, atq; ad quam vocati fuere,
hæreditatem capere, retinentur tamen, nè
possint, noua Innocentiana Constitutione
prohibiti. Idem itaq; ius erit, vt hæreditate
priuati dicātur, si nollent accedere sponte
liberà; vel quia etiā inuiti, non possunt, nec
velle possunt. Nec enim velle possunt, qui
14 iure, ne velle possint, retinētur. ex August.
in lib. contrà mendacium. cap. 17. in *can. si-
cut homo 15.* ibidemq; *Gloss.* verbo, *quod po-
test. 22. q. 2.* apertissimèq; ex Cœlestino III.
in *cap. scitscitatus 13. de rescript. extrà. Gloss. in
cap. cùm teneamur 6.* verbo *si nō potest. de pre-
bend.* & ex Callistrati sententia lib. 3. edicti
monitorij in *l. hæ demùm impositæ 38. ff. de
oper. libertor.* docet enim ipse: non id posse
15 dici eum, qui, quāuis possit, vel vitæ peri-
culo, vel saltim honestate, ne possit, retine-
tur. Apertiusq; ex Papiniano lib. 16. quæ-
stionum in *l. filius, qui fuit in potestate 15. ff.
de conditionib. institut.* qui sic eruditissimè
rationem reddit: *Nàm quæ facta* (inquiēs)
*lædunt pietatem, existimationem, verecundiam
nostram, & (vt generaliter dixerim) quæ con-
tra bonos mores fiunt, nec facere nos posse cre-
16 dendum est.* Quæ sunt igitur iure, vel hone-
state prohibita, nec velle quidē possumus.
Quia nimirùm voluntas à potestate me-
tienda est. vt post alios tradit *Rota par. 2. in
recentioribus decis. 555. num. 6.* vt tantum
quis voluisse dicatur, quantum potest.
17 Non materialis itaque, neq; ipsa physica
exquiritur potentia; sed formalis, mora-
lisq;, atq; ex iure perquisita. facit tibi hāc
probatissimam consequentiā Modestinus
lib. 1. Pandectarum in *l. vulgò concepti 23.*
18 *ff. de statu hominum*. Eum vulgò conceptū
dici, docens, qui Patrem demonstrare non
potest; vel si potest, eum tamen habet, quē
demonstrare non licet. vt puta, quia Mo-
nachum, vel quia ex incestu eum habuit.
Gloss. ibidem verbo *non licet.* aduertit. Non
itaque physica potentia, sed moralis, quam
lex permittit, exquiritur, vt posse quisquā
dicatur. ex Imperatorum Diocletiani, &
Maximiani sensu in *l. si geneʼo 26. C. de iure
dotium. Abbas cons. 17. col. 2. vol. 1. Maranʼa*
noster Proauus *cons. 77. num. 5. in fin. & cons.
131. num. 5. Afflict. decis. 179. num. 4. Nauar.
man. cap. 17. nu. 56. & cap. 26. nu. 2. & cap. 27.
num. 47. & 48. & num. 73.*
Vt possent, voluntatē expressit testator,
atq; in actu secundo, in efficacia, ad Ciuita-
tem accederent, & scholas instituerēt: non,
vt sine effectu, vellent. Sciebat enim ipse,
rerum non ignarus, velle, & posse, vt diuer-
19 sa haberi, & voluntatem, à potētia (à posse
scilicet) seiungi materialitèr. ex *text. in d.
cap. scitscitatus 13. de rescript.*. & ex Innocen-
tio III. *in cap. cùm super Abbatia 23. de offic.
deleg.* nec longè, hunc sequentes, abiere
sensum Diocletianus, & Maximianus Cęsa-
res in *l. multum interest 6 in fin. C. si quis al-
teri, vel sibi sub alterius nomine*. illis sanè
verbis: *Dumq; tibi non vis, nec illi potes*. se-
quiturq; *Nauar. in c. nouit. de iudic. notab. 3.
20 num. 1. in fin.* Quamuis quidem ad agen-
dum, voluntas, atque potestas (potentia
scilicet) perquiratur, & actus. *d.. ap. cùm
super abbatia 23. in fin. de offic. deleg.* illis ver-
bis: *Aliquid super dicto negotio mē disponere
non valebat, voluntate, ac potestate sibi mutuò
aduersantibus, cùm noluerit, quod potuerit, &
quod voluerit, adimplere nequiuerit.* ibidēq;
Gloss. verbo *mutuò aduersantibus*. Voluntas
ergo, atq; potestas in vnum coire debent,
vt quid fieri posse dicatur. apertissimè id
innuere videtur Caius lib. 7. ad edictum
prouinciale in *l. hæc autem iura 5. ff. de ser-
uitut. vrbanor. prædior.* dùm ad seruitutem
præscribendam, & potentiam, & actum re-
quiri docet, vt vnum sine altero non suffi-
ciat. & ibidem *Gloss.* & *Angel. num 3.* & *tex.
in l. cùm te sponsa 9. C. de donat. ante nupt.* &
sequuta fuit *Rota part. 2. in recent.* apud *Coc-
cinum decis. 337 num. 2.* Vtroq; igitur pacto
hæreditate ipsos priuauit, si nollent, atque
si vellent, & non possent. Potentiam quip-
pè ad actum, vt reducerent, exquisiuit te-
stator; scholarumq; effectum, non ipsam
nudam potentiam in voluntate retentam,
21 ac sine effectu, & actu secundo. Poten-
tia enim, (ex Philosopho) quæ ad actum
non reducitur, ac si non esset, habetur, &
inanis æstimatur. quem sensum habnisse
Vlpianus videtur lib. 1. de omnibus tribu-
nalibus in *l. hæ enim causa faciunt 4. §. si Pre-
tor. ff. de suspect. tutor.* non remouerat tuto-
rem

rem Prætor vti suspectum ; sed gerere pro-
hibuerat: Desijsse hunc tutorem esse Vl-
22 pianus respondit. Quia nihil ei prodesse
videtur potentia, quæ ad actum non redu-
citur. Idemq; sensisse æstimatur Innocen-
tius III. in cap.pastoralis officij 14. § fin.in fin.
ibidemq; Decius notab.2.de rescript. d.l.mul-
tùm interest 6. in fin. C.si quis sibi, vel alteri.
Barbos.axiomat.184.nùm.1.
23 Ita igitur eos hæreditate priuatos esse
testator voluisse videtur, si noluerint, quem-
admodùm si minimè potuerint. ex Vlpiani
sensu lib.9. ad edictum in l.procurator 1. §.
vsque autem. ff. de procuratorib. quo loco Vl-
pianus, idem existimat, nolle, vel non posse.
24 & hanc sententiam in puncto determinat
Bar.in l.1.nu.14.ff.de vulgar.& pupill.qui in
hisce nostræ quæstionis terminis quærit,
vtrū substitutio facta in vnum casum, scilicet si
hæres noluerit esse, porrigitur ad alium casum,
scilicet si esse non potuerit? Veritatē esse de-
terminat ad vtrumq; casum protēdi. eum-
que sequuntur Doctores communi calcu-
lo, atque inter eos Ripa ead.l.1. nu 90. Ruin.
num.37.in fin. & Paris.nu.72. & sequuta fuit
Rota in Ferrarien.fideicommissi de Rasurijs 25.
Februarij 1622. coràm Merlino Decano de-
cis.427.num.20. & seq. in supplemento par.5.
recent.per Rubeum. Ioannes Dekherus Belga
d.dissertat.17.num.26.& 27. Præsertim verò
25 si verbis negatiuis substitutionis casus cō-
ceptus fuerit. idem Dekeherus ibid.nu.25.
Quod verò Patres præfati Piarum Scho-
larū id præstare minimè possint, (quod sa-
nè vellent) neq; voluntati parere defuncti
testatoris, vt hæreditatē præfatam capiant:
quæ minor est propositi syllogismi, proba-
tur id apertissimè duplici iure; Et quòd
voluntas desit testatoris; & quòd ne id ve-
lint, quod testator mandauit, neque etiam
possint, ex Innocentiana nouissima prohi-
26 bentur Constitutione. Et quidem quòd
voluntas desit testatoris, verba demonstrāt
ipsius, quibus suam aperuit voluntatem,
quam in abstrusis cordis penetralibus ab-
sconsam, in palàm proferunt verba, vt in
assumpto themate deduximus. Non me-
ministi quid Dominus, & Magister noster
IESVS, Filius Dei. Luca 10. 26. Legis peri-
to illi, qui surrexerat tentans illum, ac di-
cens: Magister quid faciendo vitam æternam
possidebo? responderit, & ad eum dixerit?
In lege quid scriptum est? Quomodo legis?
27 Defuncti itaque legamus voluntatem, vt
secundùm, quod scriptum est, respondea-
28 mus. Non enim nisi tota lege perspecta
responsum dare congruum poterimus, ad
Domitiani, & Maximiniani Cæsarum sen-
sum in l.vt responsum congruū 15. C.de tran-
sactionib. & in l. precibus 8.in princ. C.de im-
puber.& alijs substit. nec longè abijt Alphe-
nus lib.2.digestorum in l.si ex plagis 53. §.
in Cliuo Capitolino. ff. ad legem Aquiliam.
Hæredes itaq; nuncupauit testator: Li RR.
Padri delle Schuole Pia delle Città di Napoli
sopra tutti, &c. Con conditione, e legge però,
che li RR. Padri del detto Ordine delle Scuole
Pie siano oblgati dopò la morte di esso Reu. te-
statore venire ad habitare in detta Città d'A-
uersa, &c.
29 Patres itaque dicti Ordinis, hoc est Re-
ligionis Scholarum Piarum hæredes nun-
cupauit, sub illa vtique qualitate Ordinis,
siuè Religionis. Nunc autē deest illis hæc
Ordinis, ac Religionis qualitas: quia Re-
ligio ipsa mandato Papæ defecit, annulla-
ta fuit, perijt, interijt, occasum vidit, Paci-
liana rheda in exilium acta; non est. Non
ergo ad hæreditatem admitti poterint de-
functi testatoris, qualitate illa deficiente;
sub qua vocati fuere. Nec ineptum hoc ti-
30 bi videatur arguendi genus, ex qualitate
petitum personæ, ad quam dispositio diri-
gitur. quemadmodùm Vlpianus lib. 2. ad
Sabinum in l. filiusfamilias 7. §. item videa-
mus, ff.de donat. argumentatus & ipse fuit.
Nonnunquam (inquiens) etiam ex persona
poterit hoc colligi. vt possit videlicet dona-
re. ex Gloss. ibidem verbo hoc colligi. & ex
contextu habetur. & colligitur ex Caio
lib.11.ad edictum Prouinciale in l.vel vni-
uersorum 12. ff de pign. act. & sequuta fuit
Rota apud Grassis decis 400.num.7. par.1. di-
31 uersor. Qualitas ergo illa Ordinis, & Reli-
gionis probanda erit, eo tempore, quo hæ-
reditatem adhire debebunt, adesse. Tunc
enim commodum hæreditatis defertur. ex
Vlpiano lib.3.ad Sabinū in l.quæ legata 18.
32 ff.de regul.iur. Præsertim verò si conditio-
nalis fuerit dispositio. Neque enim cedit,
nisi conditio extiterit. vt Gloss.1. ibidem
aduertit, ex Vlpiano lib.20.ad Sabinum in
l.si post diem legati 5. §.sed si sub conditione.
ff. quando dies legati cedat. sequiturq; Gloss.
in l.si filiusfamilias 78.verbo quo cōtrahimus.
ff.de verb.obl.Barnab.Cornaz.decis.Lucens.26.
nu.1.Beraint.decis.62.n.15.Gratian.decis.Mar-
chiæ 38.n 5.noster Marauta cons.13.n.6.Rota
apud sanct.mem.Greg.XV.decis.242.nu.5.&
apud Card.Seraph. dec.404 n.6.& apud Du-
ranum decis.19. n.15.& par.2.in recent. decis.
402. n.4.in fin.vbi distendit, etiā si qualitas
33 negatiua esset: quia nimirùm, qualitas ver-
bo adiuncta, vera esse debet tempore ver-
bi, vt secundùm tempus ipsum verbi regu-
letur, dirigatur, firmetur. ex Paulo lib.3.ad
edictum in l. in delictis seruorum 4. §.si dam-
num. ibidemq; Bald.in summario, ff.de noxal.
action. & ex Vlpiano lib.6. ad edictum in
l. quid ergo 13. §. pœna grauior. ff. de his, qui
not. infam. Gonzal.ad reg.8.Cancell. Gloss.43.
num 142. Casanat.cons.35.num.1. Rota apud
Card.Caualer. decis.196. num.3.& decis.231.
num.5. & apud Duranum decis.286. num.10.

34 part. 2. Eo igitur tempore qualitas ipsa
Ordinis,seu Religionis adesse debebit,quo
hæreditatem capere Patres debebunt. ex
Bartoli doctrina in l. si quis posthumos 9. §. si
filium.nu.3.in fin. ff.de liber.& posthum.iuxtà
Florentini sententiam lib.10. Institutionū
in l. si alienum seruum 49. §. in extraneis hæ-
redibus. ff de hæred.instituend. illis præsertim
verbis: Nam ius hæredis eo maximè tempore
inspiciendum est, quo acquirit hæreditatem.
iisdem verbis Instit. de hæredum qualitate,
& differentia. §.in extraneis. Eo autem tem-
pore deficit qualitas,quæ abijt, obijt, perem-
pta est .ergo & dispositio sub eadem qua-
35 litate facta peribit. Quia profectò volun-
tas deficit testatoris, qui sub illa qualitate
Ordinis,siue Religionis,Patres vocauit. Si-
36 cuti ergo illa sine subiecto esse non potest,
neque ab illo seiungi. ex Celso lib.18. di-
gestorū in l. est enim vsusfructus 1. ff.de vsu-
fruct. Gloss.in cap. ad dissoluendum 13. verbo
accusari. de desponsat. impub. Beccius cons.37.
num.16.& cons.56.num.56.lib.1.diximus re-
37 spons.nostra 86.nu.70.part.3.Ita pariq; mo-
do per illam dispositio in diuersa ponitur
specie. ad Pauli sensum lib.54. ad edictum
in l. Pedius 4. §.1.in fin. ff. de incendio,ruina,&
naufragio. illis verbis: Ita, & in huiusmodi
causis ex personarum conditione, & rerum qua-
litate diligentèr pœnæ sunt æstimandæ. Quali-
tas igitur rei, illam in alia constituit spe-
cie. Vt non aliàs Patres Scholarum Piarū
ad hæreditatem vocati videantur, nisi sub
38 illa qualitate Ordinis,& Religionis;eaque
qualitas, aditionis hæreditatis tempore,
inueniatur. ad Vlpiani sensum lib. 56. ad
edictum in l. Prætor ait 1. § fin.in fin. ff.de in-
cendio,ruina,& naufragio.illis verbis. & ma-
gis est, vt eo tempore. naufragij scilicet. &
Gloss. marginalis ibidem. ex Bart. in eodem
loco. & ex Caio lib.21. ad edictum prouin-
ciale in l. si quis ex naufragio 5. ff.eod. Natta
cons.363.num.18.& 19.lib.2. Grattian.forens.
past.5.cap.834.nu.9.& cap.854.nu.51.& 52.
Eo igitur tempore aditionis qualitas illa
39 desiderabitur. Neque porrò frustra quali-
tatem illam Ordinis, & Religionis adiecit
testator: Quia Religionem illam vocabat,
non aliam; eamq; eatenùs ad hæreditatem
suorum bonorum capessendam nuncupa-
40 bat,quatenùs Religio perseuerabat,eratq;.
Non enim Patres Piarum Scholarum sim-
plicitèr vocauit, sed cum addito (di detto
Ordine) siue Religionis,vt Religioni acqui-
41 reretur hæreditas, non Patrum personis.
Quemadmodùm de legato,vel fideicom-
misso ciuibus facto Papinianus lib. 9. re-
sponsorum in l. ciuibus 2. ff. de reb. dub. re-
spondit: Ciuitati acquiri, non singulis ci-
uibus,quia corpori relictum videtur, non
singulis ciuibus; nisi fortassè alitèr testato-
rem voluisse, ostendatur. vt Gloss. ibidem
verbo ciuibus. aduertit. apertiùsq; docet
Paulus lib.12.ad Paulutium in l.cùm Sena-
tus 21. ff.eodem. Quemadmodùm Sacerdo-
42 ti, Ecclesiæq; ministris legatum relictum,
non ipsis singulatim Sacerdotibus datum,
sed Ecclesiæ censetur. præsertim verò si
Templi memoria facta fuerit. apertissimè
hoc docet Sceuola lib.18. digestorum in
l. annua his verbis 20. §. Attilia fideicommissū.
ff. de annuis legatis. Rationem reddit Gloss.
ibidem verbo nominatarum. Non enim sui
causa ipsis, sed potiùs Templi,cui ipsi de-
seruiebant, legatū fore,est verisimile;quod
eo maximè apparet, quoniā legando men-
tionē Templi fecit testator. sic Gloss.sequi-
turq; alia Gloss. in d.l.ciuibus 2. verbo vide-
43 tur. ff.de reb.dub. Ea etiam ratione,quoniā
fauorabilior hæc est interpretatio,quæ in
Ecclesiæ commodum cedit, diximusq; re-
spons. nostra 4. nu.86.87.& 88. part.1.alios
referentes. Ordinis itaque, atque Religio-
nis sub nomine Patres ad hæreditatem no-
minauit testator, non quòd ipsis Patribus,
sed Religioni acquisitam vellet. Velut,ecce
44 tibi Monacho sub Monasterij nomine le-
gatum relictum, Monasterio quæritur,non
Monacho, quamuis ille interim satis con-
cedat. ex Aphricano lib. 2. quæstionum in
l. filiofamilias legatum 42. ff. de condit. & de-
45 monstrat.Si filio legatum est sub patriæ po-
testatis memoria,patri magis relictū,quàm
filio, respondet ibi Aphricanus. & ita in-
terpretantur Bald.& Soc.num.4. ibidem, &
nos sequuti fuimus respons. nostra 15. num.
32. part.1. Deficeret me tempus, & hora, si
omnia commemorare vellem, quæ conferri
in hanc rem possent. Vnum hoc addam,
(vt secundæ syllogismi probationis patti
faciamus satis:) Patribus Piarum Schola-
rum sub Ordinis memoria hæreditatem
collatam per testatorē fuisse. Ordini pro-
indè acquisitam. At defecit ordo, & Reli-
gio, quia ampliùs non est. defecit proindè
& relictum.

Neque dicant ipsi, remanet tamen Con-
gregatio secularium Presbyterorum, eidē
quæri nunc hæreditatem..

Cùm,quod testator nō Cōgregationi re-
liquit,sed Ordini,ac Religioni,quæ ad præ-
sens non est, ac proindè deficit voluntas,
46 qua sine testamentum nullū subsistit, nul-
laq; hæredis nuncupatio.ex testamēti ipsa
finitione, quā Modestinus lib. pandectarū
in l.1. ff. de testam. tradit. Est voluntatis no-
47 stræ iusta sententia de eo, quod quis post mortē
suam fieri velit. Ex voluntate igitur pendet
testatoris, quid post mortē suam de rebus
suis fieri velit,& quibus ea quæsita optet,vt
secundùm ea omnia dirigantur,quod sanè
48 è Republica est.ad l.1. C. de sacrosanct.Ec-
cles. apertissimèq; Paulus in l. vel negare 5.
ff.quemadm.testam.aperiant. Publicè enim
expedit

expedit (inquit ipse) suprema hominum iudicia exitum habere. diximus *respons.* nostra 32. *num.* 20. *part.* 1. Tùm, quòd hæc ipsa Congregatio non est illa Religio, cui testator hæreditatem reliquit, atq; propterea à testatore non cognita. non ergo illi
49 relictum. Cùm noua sit Congregatio, nouoq; nomine nuncupata, atque proindè ab
50 illa Religionis, & Ordinis distincta. Indè quippè nomina imponuntur, vt res ab inuicem discernantur. *l. ad recognoscendas* 10. *C. de ingen. manumiss.* diximus *respons.* 59. *n.* 8.
51 *par.* 3. Nomine verò ipsi distinguūtur à Religione. ergo neque effectum habere debebunt Religionis. ex Damaso Papa in *can. Corepiscopi* 5. *in finalibus verbis. dist.* 68. ibidemq; *Gloss.* verbo *nomen non habent.* plura perpèdimus *respons.* nostra 86. *nu.* 56. & 57.
52 *par.* 3. Alia igitur videtur hæc noua Congregatio à Religione, quæ ad hæreditatem vocata fuit. ex Pauli sensu lib. 15. quæstionum in *l. qui res suas* 97 *§. aream promissi. ff. de solut.* illis verbis: *Et si seruus effectus sit, alius videtur.* Præterquàm quod neque præsens Congregatio sit; cùm adhùc supersint regulæ à Sanctissimo præfiniendæ, sub quibus Cōgregatio ipsa esse, ac viuere debebit, quouè habitu incedere. Non est ergo perfecta Congregatio, sed perficienda, cùm regulæ datæ fuerint. Audias (quæso) Sanctiss. D. N. verba in dicto Breui, seù Cōstitutione: *Cùm autem, sicut nobis innotuit,*
53 *graues in Religione huiusmodi perturbationes suscitata fuissent, & etiam nunc vigeant, ita vt pro sedandis illis operepretium, ac è re eiusdem Religionis summoperè futurum sit, si illa in Congregationem absq; votorum vllorum emissione ad instar instituti Congregationis Presbyterorum secularium Oratorij in Ecclesia Sāctæ Mariæ in Vallicella de Vrbe canonicè erecta Sancti Philippi Nerij nuncupata, redigatur. Hinc est, quod nos, &c. Omnibus, & singulis Religionis prædictæ Religiosis, etiam Professis, tàm Sacerdotibus, quàm Laicis, siuè, vt vocant Operarijs, facultatem transeundi ad quamcunquè aliam Religionem ab hac Sancta Sede Apostolica approbatam, etiam laxiorem, in qua beneuolos inuenerint receptores, tenore præsentiū concedimus, & impartimur. Præterea ne de caterò vlli ampliùs in dicta Religione recipiantur, & ne iam recepti in Nouitiatibus degentes ad professionis emissionem admittantur, sub nullitatis receptionis, & professionis huiusmodi, alijsquè nostri, & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrij pœnis interdicimus, & prohibemus.* & paulò post. *Religionem ve-*
54 *rò prædictam in Congregationem, similem Instituto prædictæ Congregationis Oratorij in dicta Ecclesia S. Mariæ in Vallicella, vt præfertur erectæ S. Philippi Nerij nūcupatæ, absq; vllorum votorū emissione regendā, & dirigendā, & gubernandam, iuxtà tamen Constitutiones primo dicto Instituto proportionabiles desuper iussu nostro edendas, redigimus, & reducimus; ita tamen vt prædicti Religiosi nunquàm possint denominari Presbyteri, seù Clerici Congregationis Oratorij, nec S. Philippi Nerij, nec pro talibus se gerere.*

Redegit itaque, atque hanc reduxit Religionem (olim quidem) in Congregationem Presbyterorum, seù Clericorum secularium Sanctiss. D. N. iuxtà tamen Constitutiones desuper edendas. Adhuc autem illæ editæ non fuerunt. non itaque adhùc Congregatio est; in actu quidem secundo, & in exercitio; sed in actu tantùm signato, & in potentia, iuxtà Constitutiones desuper edendas. Interim tamen neque Religio est, neq; etiam Congregatio. Religio quidem, quia iàm aboleta fuit. Congregatio verò, quia nō dùm apparuit, quid erit; cùm Constitutiones editæ non fuerint. Et quid si Sanctiss. D. in ipsis Cōstitutionibus mandauerit, ne de cętero nouas domos erigere valeant? Nullo itaque modo ad hæreditatem præfati testatoris animum intendere Patres poterunt nominati. non vt Congregatio. Quia hoc modo vocati minimè fuerunt, & contra defuncti voluntatem admitti haud minimè poterūt. non vt Ordo, seù Religio; Quia desecit Ordo, & Religio iam abrogata fuit. Ipsi verò sub hac vocati qualitate fuere, quæ iam defecit, vt neq; velle, neque hæreditatem, ad quam vocati fuere, acceptare possint. In priuationem proindè dedere hæreditatis prædictæ, à qua in casu noleitatis à testatore priuati fuere. Admittetur ergo secundo loco vocata Ecclesia, seù Confraternitas S. Mariæ Angelorum, vt testatot decreuit. Sub conditione quippè illa Patres, (qui nunc non sunt) & sub illo onere vocati fuere, vt si nollent; *per tale effetto venire, ad habitare in detta Città; nel caso predetto s'intendano priuati di detta heredità di esso R. testatore, & in quella succeda, e debba succedere la prenominata Venerabile Chiesa, seù Confraternità di S. Maria de gl'Angioli; quale Venerabile Chiesa, seù Cōfraternità di S. Maria de gl'Angioli in detto caso, che li RR. Padri delle Scuole pie (vt supra instituiti) non volessero accettare detta heredità con le cōditioni già dette, la sustituisce sua herede vniuersale, e particolare sopra detti suoi beni, & heredità, come di sopra.*

Fuerunt itaque priuati Patres Piarum Scholarum hæreditate prædicta, quandocunque ipsi nollent ad Ciuitatem Auersanam accedere, & in illa scholas aperire; quia sub hac conditione, & hoc onere, taliq; lege vocati fuere. Ipsi verò accedere non possunt, quia ne id valeāt prohibitione retinentur Pontificia; & quia Religio non est amplius; & quia Congregatio non adhuc est, cùm Constitutiones datæ non

fuerint;neque Congregatio vocata ad hæ-
reditatem fuit, sed Religio; vt neque pro-
indè velle possint;ergò nolunt. Nolle enim,
55 & non posse velle.pari, vnaq; pendunt tru-
tina. Neque porrò ex se voluntas sufficit,
56 cum facto opus est. ex Alexandro III. in
cap.1 ibidemq; Gloß.verbo voluntatem,de eo,
qui mittitur in possessionem causa rei seruanda,
& ex Vlpiano lib. 71. ad edictum in l. Pra-
tor ait 20. § si quis paratus, ff. de operis noui
nunciatione. Ancharan. in cap. quanquam 2.
num.1.de vsur. in 6. Parif de resignat. benefic.
lib.9.quaest.24.num.24.& seq. Cùm itaque
nolint, quia velle non possunt, & sub hac
57 conditione vocati fuerint, eoque onere,
& tali lege; Ipsaq; conditio in effectum
deduci non possit, neque purificari. succe-
det vtique ipsos hereditate priuatos rema-
nere, atque perindè esse, ac si vocati mini-
58 mè fuissent. Conditio quippè in esse nihil
omninò ponit, nisi quatènus ipsa implea-
tur. l. cedere diem 213. §.vbi sub conditione.
ff.de verb.signif. l.non omnis 19. ff. si cert. pet.
cap.verùm 4. de condit.appos. extra. & cap.1.
in fin.de sponsalib. lib.6. l. si quis sub conditi-
ne 8. ff. si quis omissa causa testamenti. Rota
apud Card.Mantic. decis.244.nu.4. diximus
respons. nostra 32.nu.36.& respons.39.nu 78.
59 part.1. At non impletur,neque impleri po-
test. Perindè est igitur,ac si rogata dispo-
sitio minimè fuisset. Quia scindi conditio
haud potest, quæ formam importat,& non
nisi secundùm disponētis voluntatem im-
plenda erit. ad Pauli sensum lib.9.ad Pau-
lucium in l.qui haredi dare 44. ff.de condit.&
demonstrat. qui dicti rationem sequentibus
reddit: Non enim in tali specie (inquiens)
conditionem, nesciente me, vel nolente implere
potest. vt scilicet non impleatur conditio. vt
ipsemet ibidē §.cùm hareditas infert. Quia
60 conditioni parere debet, quamuis in ma-
re deijcere bona eum oporteret. vt Iabole-
nus lib. 13. epistolarum in l. Menius 54. ff.
eod. de condit.& demonstr. respondit.idemq;
sensit Paulus lib.2.ad Sabinum in l.si heredi
plures 5. ff.de condit.institut.& §.si plures.In-
stitut.de haredib.instituend.Christoph.Torniola
cons.108. nu.6.& 7. Rota apud Card.Mantic.
decis.242.nu.4. perpendimus respons. nostra
66. num.33.par.3.Vincent.Fusar.de substitut.
quaest.454.num.1.& seq.& quaest.455.num.2.
61 dicens, paria esse aliquid non esse factum,
vel factum sub conditione,quę non exierit.
62 Potissimùm verò ex conditione resoluti-
ua,, atquè priuatiua institutioni adiecta.
(s'intendano priuati di detta heredità.) quæ
ipso iure factam annullat institutionem,
ac si rogata minimè fuisset. ad Scæuolæ sē-
sum lib.7. digestorum in l. mulier fundos 7.
alias fin.ff.de lege commissoria.ibidemq; Glos.
fin. atque etiam Vlpiani lib.16.ad edictum
in l.si quis hac lege emerit 42. ff. de rei vend.
optimè omnium Iabolenus lib.1.epitomes
63 in l.si hominem emisti 19.ff.de vsucap. Ratio-
nem reddēs ex conditione resolutiua, quæ
idem operatur, ac si dispositio facta mini-
mè fuisset. Quoniam (inquiens) ea venditio
propriè dici non potest. quæ scilicet cum pa-
cto resolutiuo facta fuit.perindè porrò ha-
betur,ac si venditio facta nequaquam fuis-
set. eiusdemq; sententiæ Aphricanus vide-
tur lib.9.quæstionum in l.si duobus 6.§.ven-
didi tibi seruū. ff.de diuers.& temporal.praescr.
64 præsertim verò in vltimis voluntatibus. vt
Gloss loquitur fin. in fin. in l.traditionibus 20.
C.de pact. l.qui ea lege 3. ibidemq; Gloss. fin.
& l.commissorię 4.ibidemq; Gloss.verbo vin-
dicationem. C.de pact.inter emptor.& vendit.
& adnotat Glossell. marginalis ibidem, quæ
Glossam ordinariam commendat. Potissi-
65 mùm verò pacto accedente per verba di-
recta,& tituli rescissiua. Rationem autem
accipe ex Paul. lib.3. quæstionum in l. vo-
luntate creditoris 10. ff.quib.mod.pign.vel hy-
pothec. soluat. in fin. Quia (dicente) in pri-
66 stinam causam res redit, soluta venditio-
ne. resoluta scilicet dispositione; ac si nul-
la fuisset. vt Gloss. fin. verbo venditione. ibi
commentum agit. ex Vlpiani sensu lib.28.
ad Sabinum in l.quoties fundus 2. ff.de in diē
adiectione. eiusdemq; lib.32. ad edictum in
l.1.ibidemq; Gloß. ff.de lege commißoria.Me-
noch.cons.26.num.4.& num.33.vol.1.quem
sequitur Gratian.forens.part.2.cap.307. nu.3.
& 4. Vincent.Fusar. de substitut.quaest. 454.
num.1.& seq.pluribus conclusionem decla-
rans per totam quæstionem. Ioan. Baptista
Larrea decisionum Senatus Granatens. dec.40.
num.21. Paris.cons.19.num.48. cum seq. lib.2.
Roland.à Valle cons.7.nu.6.& cons.58. nu.14.
et seq.lib.3. Rota apud Card.Mantic. dec.245.
num.9. idemq; Larrea decis.97. nu.21. in fin.
pare.2. ex Paulo lib.33.ad edictum in l. ne-
ceßariò 8.§. quod si sub conditione. & §. seq.
ff. de peric. & commod. rei vend. apertissimè
respondente; venditionem sub conditio-
ne factam, conditione non exeunte, resciss-
sam, & pro non facta haberi. Similiq; mo-
do Iabolenus lib.1.Epistolarum. in l.pecu-
niam 36. ff.de rebus creditis,& si certum peta-
tur. respondit. Perindè est enim (dicens) ac
si nulla stipulatio interuenißet. ea sub con-
ditione facta,quæ non exierit. Præsertim
67 verò si conditio ipsa resolutiua substantię
actus adiuncta fuerit. vti idem aduertit
Gratian. d.cap.307.nu.6. Veluti in facto hoc
nostro, in quo conditio resolutiua, ac pri-
uatiua, substantiæ ipsi actus adiuncta fuit;
si Patres ad Ciuitatem accesserint Auersa-
nam, ibiq; scholas aperuerint; alioquin
ipso facto priuauit illos hæreditate, quam
illis reliquerat. Illi verò, nequè accedere
possunt, neq; scholas aperire. Præterquàm
quod à Religione defecerunt,cùm Religio
abrogata

abrogata fuerit. Et Congregatio, post quam etiam perfecta fuerit per datas Constitutiones, noua res erit, neque à testatore
68 cognita, neque vocata, vt perpendimus. Quia nimirum, quod cognitum non fuit,
69 neque etiam volitum. Cùm ipsa voluntas in incognitum non feratur. ex *S. Augustino*
70 *lib. 10. de Trinitate*. Nihilq; fit volitũ, quin non præcognitum. ex *Aristotele*, sequiturq; *S. Thomas 1. 2. quæst. 3. art. 4. & quæst. 12. artic. 1.* perpendimusq; *respons.* nostra 37. *num.* 54. *part.* 4. Si non itaq; cognita Congregatio, ergo nec vocata. Nulla igitur Patribus spes superest, ampliùs, vt hæreditatem percipere valeant testatoris, qui eius voluntati, eiusq; præceptis, quamuis vellent parere tamen nón possunt. Iure ergo, nec sanè iniuria hæreditatẽ capiet Ecclesia, seu Confraternitas S. Mariæ Angelorum in Patrũ defectu substituta.

Neque mouearis, vt asseras, fac, superq; esse, Patres conditi testamenti tempore, & mortis, capaces fuisse, perdurabat tunc equidem Religio, neq; abrogata fuerat. Sat igitur erit tunc habiles fuisse. ex aper-
71 tissima Vlpiani sententia lib. 25. ad Sabinum in *l. si cognatis legatum sit 20. ff. de rebus dubijs*. Proposito quippè dubio: si cognatis relictum sit legatum: & illi mortis tempore testatoris cognati esse desierint; & in Ciuitate maneant, nùm debeatur eis legatum? Deberi respondit Vlpianus. *Cognati enim* (inquiens) *testamenti facti tempore fuerunt*. Sat itaq; fuit, Patres conditi testamenti tempore habiles fuisse.

72 Haberet porrò locum obiectio, si simpliciter, pureq; testator hæredes Patres nominasset, & non sub Ordinis, siue Religionis expressa memoria: verùm illos sub cõditione quoq; vocauit, quatenùs ad Ciuitatem accedere Auersanam, & in illa degere, atque scholas aperire vellent: quatenùs verò nollent, hæreditate eos priuauit, quàmuis quidem Religio adhuc staret. Conditioni verò parere ipsi non possunt, vndè consequenter nolunt. Non itaque hæreditatem consequi poterunt, quamuis conditi testamenti, & mortis tẽpore capaces extiterint, quòd Religio adhùc perdurabat, atque extincta minimè fuerat, cùm conditionibus parere appositis minimè possint. quam sententiam perpendit *Gloss. d. l. si cognatis. in Gloss. 1.* post medium. *versi. item in non capace*. ibi: *Vel tempore existentis conditionis*. refertq; Pauli sententiam lib. 4. responsorum in *l. eum, qui post 103. ff. de condit. & demonstrat.* ibidemq; *Glos.* verbo *conditio*, quæ ad rem nostram satis aptè loquitur, rationem reddens. *In conditionali enim*
73 *legato* (inquiens) *inspicitur solummodò tempus conditionis existentis: capax sit, vel non legatarius. In puro verò, vel in relicto in diem certum, inspicitur tempus conditi testamenti.* sic Gloss. & ibidem *Bart. in fin.* Ille verò testator in *d. l. si cognatis* simplicitèr, nulla adiecta conditione cognatis legatum reliquerat, non mirùm itaque si testamenti tẽpore sufficiat illos cognatos fuisse, quamuis mortis tempore testatoris cognati esse desierint. Veluti qui conditi testamenti tempore cognatus non erat, mortis verò cognatus factus fuerit, legatum & ipse cõsequetur. Quia simpliciter cognatis relictũ fuit. Atque ita legem illam interpretantur Scribentes, & ex ipso Vlpiani contextu apertissimè legentibus apparet. Simpliciter enim ibi, ac purè cognatis legauit, nulla adiecta conditione; vt sat, superquè sit, cognatos illos, vel testamenti, vel mortis esse tempore, vt ex testantis voluntate legatum capiant. Secus verò est in le-
74 gato conditionali, quod non nisi purificata debetur conditione, quæ relictum suspendit, vt non alitèr debeatur, nisi conditione existente, sub qua relictum fuit. *cap. fin. in fin. de translat. Episc. Rota par. 1. diuers. decis. 47. num. 7. l. unic. § si autem aliquid sub conditione. C. de cadu. tol end.* pluribus deduximus Nos *d. respons.* nostra 32. *num.* 36.
75 *part.* 1. Quia nimirùm conditio futurus dicitur euentus, in quem dispositio suspenditur, atque differtur. ex Papiniani mente lib. 1. definitionum in *l. cùm ad præsens 37. ff. de reb. credit. & si cert. petat.* & *Gloss.* ibidẽ verbo *confertur.* ac *Bart. in summario.* concinitq; ipsemet Papinianus in *l. itaque 39. ff. eodem. § sub conditione. Institut. de verb. oblig. & § conditiones ibidem.* atque ex Modestino lib. 8. regularum in *l. conditio in præteritum 100 ff. de verbor. obligat. Bart. in d. l. 1. num 1. ff. de cond. t. & demonstrat. Iason cons. 162. nu. 15. lib. 2. Cardin. Mantic. de coniectur. vltimar. volunt. lib. 10. tit. 5. nu. 2. Casanat. cons. 35. nu. 9.* diximus *respons.* nostra 20. *num.* 131. & 132. *part.* 1. Et aliud planè est in legatis, aliud
76 verò in hæredis institutione, in qua tria præsertim inspiciũtur tempora. vt *Gloss.* inquit *d. l. eum, qui post 103.* verbo *conditio. in fin. ff. de condit. & demonstrat.* ex Florentino *d. l. si alienum 49. §. in extraneis. ff. de hæred. instit.* & *d. §. in extraneis. Institut. de hæredum qualitate, & differentia.* testamenti videlicet, mortis, & aditionis hæreditatis. Quid igitur expectate Patres possunt Piarum Scholarũ eo dumtaxat pretextu, quòd conditi testamẽti tempore habiles erant; cùm postmodùm inhabiles facti fuerint, tẽpore præsertim aditionis; quin magis extincti? Religio enim eorum interijt, atque occasũ vidit, vt in vitam reuocari non possit, ni Summus Romanus Pontifex reuiuiscere
77 illã sua fecerit potestate suprema, & à priuatione ad habitum regressum dederit, qui non aliàs, nisi per Diuinam cõceditur Potentiam.

tentiam. præter Philosophum, propositionrm excipe à Paulo lib. 15. quæstionum in *l. qui res suas 98. §. aream. ff. de solutionib.* illis sanè non impertinentibus verbis. *In perpetuum enim sublata obligatio, restitui non potest*. Quia in id ipsum redire minimè valet amplius semel extincta. ibidemq; *Gloss.* verbo *in perpetuum*. *Sebast. Medic. decis. 35. num. 7.* diximus *respons.* nostra *97. num. 31. & 32. part. 4.* Et quando, (sac etiam perduraret adhùc Religio) neque ipsi ad hereditatem admitti possent, nisi adimpletis conditionibus, quas eorum vocationi adiecit testator. Sed conditionibus (vti diximus) parere ipsi non valent, quia nec velle possunt, nec volunt, cùm non possint, vti mortui. Non ne ipsi interiere, atque occasum petiere, in Orcum reuocati, Religione extincta?

78 Morte verò extinguuntur omnia, atque in Orcum recidunt, & soluuntur, quin non magis dissoluuntur. *§ deinceps autem in authent. de nuptijs. collat. 4. Gloss. in §. simili modo. ex text. eod. Instit. quibus modis tutela finitur.* Viuentes autem, non mortui, eius, qui Acherontem petijt, hæreditatem capiunt.

79 Est enim hæreditas successio in vniuersū ius, quod defunctus habuit. ex Caio lib. 6. ad edictum Prouinciale in *l. nihil est aliud hæreditas 24. ff. de verbor. & rer. significat.* In defuncti ergo bona viuētes ingrediuntur, non mortui. Nàm vt apud Æschylum in Agamemnone dixit ille.

Frustra ad sepulchrum viua ploro mortui.

80 Sicut, si *verba fiant mortuo*. ex Terentiano prouerbio: mortui enim non audiunt, neque loquuntur, sed iacent immobiles. *Nihilo igitur pluris refert, quàm si ad sepulchrum mortuo dicas iocum.* ex Plautino adagio. Si velis, vt mortui hæreditatem iam defuncti capiant. Ipsi verò non viuunt. Nequè velle itaquè possunt, nequè hæreditatem capere. Iure ergò nec sanè iniuria Ecclesia admittetur, atq; Confraternitas Sanctæ Mariæ Angelorum, quæ Patribus deficientibus, ad bonorum defuncti hominis successionem vocata directò fuit. Hoc verò eò maximè, quòd defunctus testator humari corpus suum elegit, atq; sepulturæ inferri in eadem Ecclesia Sctæ Mariæ An-

81 gelorum. Ex qua planè electione, quo animo ad Ecclesiam præfatā testator affectus esset, ostendit. vt nos latè perpendimus *respons.* nostra *4. num. 98. 99. & seq. part. 1.* Pa-

82 tres verò Piarum Scholarum eatènus vocauit, quatènus ad publicum puerorum educandorum commodum respexit, vt ipse verbis aperuit: *Per comune, e publico commodo, e beneficio*. At hæc causa deficit, cùm ad scholas habendas Patres accedere minimè possint, cùm sit Religio extincta, vt probauimus. atquè proindè commune, ac publicum commodum cesset, atq; deficiat.

83 Cessabit ergo, atq; hæredis deficiet nuncupatio, quæ ex illa causa originē habuit. ad regulam *cap. cùm cessante 60. de appellat. cap. & si Christus 26. circa finem. de iure iurando*, ibidemquè *Gloss.* verbo *cessante*. & verbo *cessat. cap. magna deuotionis 7. in fin. de voto, & voti redempt. l. generaliter 41. C. de Episcop. & cleric.* Potissimùm verò si causa finalis fuerit. *Gloss. d. cap si Christus 26.* verbo *cessat.* deduximus Nos *respons.* nostra *15. num. 10. & 11. part. 1.*

Iure ergò, nec sanè iniuria, (prima deficiente institutione, atq; hæredis nuncupatione in personā Patrum, cùm Religio defecerit, & Congregatio, quę nec etiam subsistit, neq; cognita fuit, neq; vocata; neq; vel Religio, quæ non est, neq; vti Congregatio, quæ vocata non fuit, defuncti parere supremæ voluntati possint, cùm nec velint, nec valeant;) Ecclesia succedet San-

84 ctæ Mariæ Angelorum. vt protectione, atq; tutela tantæ Virginis, Cœli, Terræq; Imperatricis, perfruatur testator, quod in votis habuisse visus est, cùm in illa suum efferri cadauer elegit. perpendimusq; dicta *respons. 4. num. 102. & seq. part. 1.*

Atquè ità ex his, quæ iudicio lubentèr subijcimus saniori, nequè virgulam Censoris abnuimus, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

Voluere persistere aliquantisper hi Patres Piarum Scholarum in eorum sensu, sed cognoscentes deniq; durum illis esse contra stimulum calcitrare. vt prouerbio fertur, ab incepto destitere. eleemosynæ verò nomine ducenta aureorum à Congregatione acceperunt. atq; stetere iurgia.

SVMMARIVM.

1 *Literis Apostolicis maxima debetur reuerentia, ob gratiam eius, qui illas concessit.*
Præsertim verò postquàm iustificata fuerint.
Habent enim executionē semper paratam, expeditamq;.
Cederet equidem in non minimam concedētis irreuerentiam, si passim illa reijcerentur. num. 2.
Potissimùm verò post earum iustificationem.

3 *Signatura Sanctissimi cùm de literis agitur Apostolicis, illisq; iustificatis, quāuis post appellationem, causas cōmittere consueuit cum clausula citra præiudiciū exequutionis literarum Apostolicarum.*
Et non retardata solutione in materia pensionis.

Quare

Quare signari debet commissio cum dictis clausulis. num.12.

4 *Clausula* (non retardata solutione) *& citra praeiudicium exequutionis literarũ Apostolicarum, in secunda quoque commissione, quamuis non expressa, adiecta tamen censentur.*

Praesertim verò si de possessione exigendae pensionis constet. num.5.

Vndè repetitae censentur in secunda commissione. num.6.

7 *Possessionem habens exigendae pensionis, manuteneri in illa debet.*

Quamuis contra eum decretũ fuerit. nu.8.

Nam interim manuteneri debet in possessione exigendi.

Praesertim si decretum & sine iurisdictione, & nulliter fuerit latum.

9 *Causa cõmissa in Rota cum clausula,* non retardata solutione, &c. *illaq; pendente. A. C. non potest procedere ad declarationem dubij principalis.*

Quia causa ab eo auocata censetur, nec iurisdictionem obtinet, remanente sola executione literarum Apostolicarum.

10 *Clausula,* (non retardata executione) *conditionem importat.*

Atque limitat iurisdictionem Rotae, ad hanc partem executionis dumtaxat.

Et remanere illam facit penès Iudicem à quo.

11 *Iudicium nullum, sine iurisdictione procedit.*

13 *Pensiones extinguũtur per matrimoniũ eius, qui illas obtinebat.*

Sicut etiam vacant beneficia.

Quamuis sponsa antequàm matrimonium fuerit consumatum, monasterium ingrediatur. num.14.

Quia ad hunc effectum matrimonium de facto contractum fuisse sufficit. num.15.

Modò quidem non sit nullũ ex defectu consensus.

De matrimonio tamen contracto indubitantèr constare debebit. num.16.

Quam ob causam interim donec de matrimonio disceptetur, an contractum fuerit, pensio non dicetur extincta. & nu.30.

Reprime tamen, si cum clerico dispensatum fuerit, cum quacunque muliere contrahendi. num.18.

Hac enim vis est dispensationis. num.19.

Quamuis cum vidua contraheret. nu.20.

Interim enim quoad hunc effectum clericatum retinere dicitur. num.26.

Praesertim verò si dispensatio sub nomine clerici facta fuerit. num.27.

Nec obstabit Constitutio Sixti V. propter dispensationem. num.28.

21 Pronomen (quadcunque) *laxum est, & omnia comprehendit.*

22 *Mulieris appellatione, etiam vidua comprehenditur.*

Mulier propriè corruptam importat. nu.23.

24 *Dispensatio iuris communis dispositionem relaxat, eiusq; reprimit cursum, & effectũ.*

Dispensatio quid? num.31.

25 *Matrimonium à clerico contractum, non vtiq; caracterem ab anima, et in anima impressum delet, & extinguit, sed exercitium suspendit, & retinet.*

Matrimoniũ cum consanguinea intra quartum gradum, est iure prohibitum. nu.29.

Etiam sub anathematis poena.

Matrimonium contractum asserens, & in gradu prohibita, indubitantèr probare debebit. num.30

Alioquin interim clericus pensiones retinebit.

32 *Lege quod factum est permittente, poenã non meretur.*

33 *Dispensationes actuales tot perquiruntur, quot sunt impedimenta.*

34 *Legitimè quod factum est, in irritum vocare nemo debet.*

35 *Iudicis inutile factũ Superior moderari debet.*

36 *Solutionem factam fuisse probatur per partis assertionem petentis rest.tui indebitè solutum. & num.38.*

37 *Confessionis proprij oris probatio nulla maior.*

Praesertim in precibus Principi datis.

38 *Repetitur, quod indebitè soluitur.*

Repetitio igitur solutionem indebitè factam supponit. num.39.

40 *Indebitum repetens, id probare debet, se indebitum soluisse.*

Quamuis probatio in negatiua persistat.

ARGVMENTVM.

Literę Apostolicę iustificatę exequendæ sunt ob reuerentiam Summi Pontificis, qui dedit illas. vtrum verò post appellationem, cùm agitur in materia pensionis Sacra Sanctissimi Signatura debeat causam committere cum clausula (*non retardata solutione, & citrà praeiudicium vlterioris executionis?*) & quid clausula prædicta operetur? semel verò causa cum dictis clausulis commissa, repetitæ censentur in alijs commissionibus, quamuis

non apponantur. Clericus matrimonium contrahens, pensionem, quam obtinebat, amittit, quàmuis vxor ante consumationem; ad Religionem transierit. Et quid si dispensationem habuerit retinendi pensiones, quàmuis matrimonium cum quacunquè muliere contraxerit: quid si contrahat cum vidua? & an mulieris appellatione vidua quoquè contineatur? quid verò si cum consanguinea contrahat, etiã cum Apostolica dispensatione? quidnè dispensatio operetur? Indebitum repetens, se vtiquè soluisse probat.

RESPONSIO XXIV.

Signanda vtiquè venit commissio per
D.Carolum Caracciolum data, propo-
nenda per R.P.Oddum. In illa enim
petitur rescribi eidem Auditori, vt *in can-
sa procedat non retardata solutione, & sine*
1 *praiudicio literarum Apostolicarum*. Maxima
quippè (eius ob gratiam, qui illas conces-
sit) literis Apostolicis debetur reuerentia.
Præsertim verò postquàm iustificatæ fue-
rint, vt executionem semper paratam, ex-
peditamq; habeant, ad instar *l.fin.C.de edi-
cto Diui Adriani tollendo.* ex Innocẽtio III.
in *cap.Pastoralis* 28. *§. quia verò*. ibidemq;
*Gloss.*verbo *teneatur. de offic.deleg. cap.si cap-
tulo* 5. & *Gloss.* ibidem verbo *exequatur*. *de
concess. prębend.in 6. Rota* apud *Coccinum de-
cis.*373.*num.*2. apud *Card.Canaler.decis.*148.
*num.*1.*& decis.*363.*num.*1.*& decis.*639.*nu.*1.
*& part.*2.*in recentior.decis.*625.*nu.*2. & apud
sanct.memor. *Gregor.XV.decis.*221.*num.*2.
& dictum fuit in *Iacen Parochialis* 26. *Iunij*
1603. coràm *Card. Pamphilio* apud *Marche-
san. part.*1. *decis.*28. *num.*1. *fol.*446. & apud
*D.Andrea decis.*91.*n.*2.*in impressis per eundẽ.*
2 Non equidèm minima esset irreueren-
tia, si Apostolicæ passim literæ reijceren-
tur, eæq; firmæ, postquàm præsertim iustifi-
catæ fuerint, non haberentur. Hanc ob
3 causam consueuit Signatura, cùm de lite-
ris agitur Apostolicis, ijsq; iustificatis, &
in reseruatione pensionis, ad occurrendũ
malitijs eorum, qui pensiones soluere de-
trectant, quàmuis post appellationem, cau-
sas committere cum clausula non retarda-
ta solutione, & citrà præiudicium vlterio-
ris exequutionis literarũ Apostolicarum.
Caßador. decis. 10. *num.*8. *de rescript.* Gigans
*de pensionib.quæst.*35.*nu.*9.*Rota in Neritonen
pensionis* 26.*Nouembris* 1607.coràm *Cardin.
Canalerio* apud *Marchesan. part.*1. *decis.* 23.
*nu.*2.*fol.*620.quæ est in impressis apud eun-
dem *decis.*11.*num.*3.*& decis.*78.*num.*1. apud
4 *eundem Canaler.* Vt propterea in secunda
quoquè commissione clausulæ prædictæ,
quàmuis non adijciantur, appositæ tamen
censeantur. ex *Cassador. decis.*8. *de rescript.
Rota* pluries, & apud *Card. Canaler. d.decis.*
11.*num.*4.*& decis.*19. *sub num.*1. *vers.nec ob-*
5 *stare dixerunt*. præsertim verò si de posses-
sione exigendæ pensionis constet. *Rota de-
cis.*249.*num.*6.*part.*1.*diuersor.*
Et quidem primitùs causa, instante Dño
Vincẽtio Pignatello aduersario, per Signa-
turam cum dictis clausulis ad Rotam re-
6 missa fuit. Censebuntur proindè, & nunc
repetitæ in hac secunda commissione.
*Marta de clausul. part.*1.*clausul.*165.*num.*17.
*& num.*23. *Rota decis.*313. *num.*8. *part.*6. *in
recentior.*
7 Cùm, quòd Dominus Caracciolus in
possessione semper fuit exigendę pensionis
à dicto Domino Pignatello. vt manutene-
ri proindè in illa debuerit, vti debebat. *§.
hodiè. Institut. de interdict. Rota part.*2. *in re-
centiorib.decis.*591.*num.*1. & apud *Coccinum
decis.* 46. *sub num.*1. & apud sanct. memor.
*Gregor.XV.decis.*100.*nu.*1.*&* 5.*& decis.*160.
*num.*1. ex *text.in l.*1. *§.interdictum autem. ff.
vti possid. §. retinendæ. Institut. de interdict.
Rota Maceraten.*apud *Marc. Anton. Thomati*
nunc Episcopum Bitetten *decis.*15.*num.*14.
& 15.*& decis.*16.*num.*5.
8 Tùm quod D. Argelus A. C. Locumte-
nens, & sine iurisdictione, & nullitèr pro-
cessit. quam ob causam nedùm potest, quin
debet, interim dari manutentio. vt contra
*Achillem decis.*15. *de rescript.* pluries tenuit
Rota apud *Coccinum d.decis* 591.*nu.*4.*par.*2.
in recentior.
9 Quòd verò sine iurisdictione processit;
id probatur. quia commissa causa in Rota
instante D.Vincẽtio Pignatello, cum clau-
sulis *(non retardata solutione; & citrà praiu-
dicium literarum Apostolicarum)* atquè in
illa pendente, ad declarationem processit
dubij principalis, circa quod per commis-
sionẽ auocata iàm erat iurisdictio ab A.C.
apud illum sola remanente executione vl-
10 teriori literarum Apostolicarum; cum
clausula illa, *(non retardata, &c.)* conditio-
nem quoad hanc partem executionis im-
portet,

portet, limiteṫq; iurisdictionem Rotæ, illamquè, quoad Iudicem à quo, reseruet. ad *text. in cap. cùm dilecta 22. de rescript. Paris. cons.44. num.8. lib.4.* Rota apud *Coccinum decis.68. num.1. & num.2. part.1. in recentior.* & apud *Card. Caualer. d. decis.78. nu.2. Gonzal. ad regul.8. cancell. Gloss.9 §.1. in annotat. contra nullitates, & attentata in causis beneficialibus. num.249. & num.252. Beltramin. ad d. decis.36. lit. A.* sanct. memor. *Gregor. XV. Rota* apud *Card. Seraphin. decis.655. nu.3. & 4.*
Nullitèr proindè Dominus Argelus ad declarationem processit causæ principalis
11 iurisdictione carens, sine qua iudicium nullum subsistit. ad *tex. in l. fin. ff de iurisdict. omn. Iudic. cap.2. aliàs fin. de constit in 6.*
12 Signanda itaq; erit nunc commissio cũ eisdem clausulis, non retardata solutione, & sine præiudicio literarum Apostolicarũ. & ita pluries fuisse resolutum, refert *Rota* apud *Coccinum d. decis.591. nu.4. in fin. par.2. in recentior.*
Obstaculum proindè haud facit, quòd pendẽte causa in Rota Dominus Carolus Caracciolus matrimoniũ contraxerit, seq;
13 vxori iugauerit; vt per matrimonij contractum extinctæ pensiones fuerint. sicut etiam vacant beneficia. ad *text. in cap.1. de cleric. coniugat. Putens decis.459. lib.2.* & apud *Cæsar. de Graß. decis.3. num.9. de præbend. Rota* apud sanct. memor. *Gregor. XV. decis.18. num.1. & seq.* ibidemq; *Beltramin.* addens *nu.6.* & apud *Card. Caualer. decis.166. nu.1.* quæ est etiam in impressis apud *Marchesan. part.1. fol.567. in Barchinonen. pensionis 27. Iunij 1611.* & in eadem causa *16. Ianuarij 1612.* coràm eodẽ *Caualerio decis.180. nu.1.* & in *Cesaraugustana pensionis 18. Iunij 1610.* coràm *Card. Lancellotto bonæ memoriæ.* apud *Picum ad statutum Vrbis decis.2. nu.12.* mox
14 infrà referenda. Quamuis iugata vxor, antequam carnalitèr cognoscatur, Religionem ingrediatur. *Abb. & DD. d. cap.1. de cler. coniugat. Gigas de pension. quæst.54. nu.8. Ioan. Azor. institut. moral. part.2. lib.8. cap.10. quæst.1. Ciarlin. controuers. forens. cap.36.*
15 *num.55. & 56.* Quia ad hunc effectum, contractum fuisse matrimonium de facto, sufficit, quamuis illud nullitèr contractum fuerit, modò quidem ex consensus defectu non pendeat. vt dictum fuit in *d. Barchinonen. pensionis 1611.* coràm *Card. Caualerio d. decis.166. num.3.* & sequitur *Beltramin. ad d. decis.18. Gregorij XV. num.8.* & sequuta fuit *Rota in Ferrarien. pensionis 14. Iunij 1614.* coràm *Remboldo decis.450. nu.5. & 6. in supplemento 5. part. recentior. per Rubeum. Ioan. Azor. d. cap.10. q.1. §. quæres, an clericus.*
16 Indubitantèr tamen cõstare debebit de matrimonio contracto. vt dictum fuit in eadem *decis.180. nu.2.* apud *Caualer.* Quin
17 interim donec de matrimonij validitate differitur, extincta dici pensio minimè poterit. vt in *d. decis.180. num.2.* conclusum fuit. & sequitur *Beltramin. ad d. decis.18. n.9. Gregor. XV.*
18 Quia nimirùm cum dicto Caracciolo clerico dispensatũ fuit per sanctæ memoriæ Vrbanum VIII. vt pensionem ad summam ducatorum sexcentum monetæ Regni Neapolitani retinere posset, quamuis in habitu, & tonsura clericali iuxtà formã Constitutionis fœlicis recordationis Sixti Papæ V. non incederet; & quamuis matrimonium cum quacunq; muliere, nullo tamen iure eidem prohibita, contraheret, etiam postquam illud cõsumasset Dispen-
19 satio autem hoc ipsum operatur, vt nullo pacto eidem matrimonij contractus, quoad retinendam, percipiendamq; pensionẽ,
20 obsistat: quàmuis cum vidua, vel virgine illud contraheret, ex verborum dispensa-
21 tionis laxitudine (*cùm quacunquè muliere.*)
22 quod verbum *quodcunque*, omnes comprehendit mulieres, consequentèrq; etiam viduas. ex Caio lib.7. ad edictum in *l. mulieris appellatione 13. ff. de verbor. significat.* & ex Vlpiano lib.1. sententiarum in *l. filij libertorum 22. §. vidua mulier. ff. ad municip. & de incol.* eodemq; Vlpiano lib.32. ad edictum in *l. ex empto 11. §. si quis virginem. ff. de actionibus empti, & venditi.* sic enim Vlpianus ibi: *Si quis virginem se emere pu-*
23 *tasset, cùm mulier venisset.* Mulier id est corrupta. scholion *Accursius* ibidem agit quia contradistinguitur à virgine. Cuiuscunq; ergo mulieris nomine vidua quoquè comprehenditur. Diuersimodè nempè nomen illud (*Mulier*) sumitur. ex *Gloss. in can. mulier 14. verbo mulier. 32. quæst.2.* & ex Augustino ibidẽ *can. sequenti. meritò hic quæritur 15. 32. q.2.* Rota pluriès, & in *d. Cesaraugustana pensionis 18. Iunij 1610.* coràm *Cardin. Lancellotto,* quæ est in impressis per *Farinac. post tom.2. consiliorum. decis.* . . . . quę est etiam in impressis per *Picum ad statutum Vrbis decis.2. num.2. & 3. cum seq. ad finem.* & apud *Marchesanum part.1. decis.46. num.3. & seq. fol.641.* & in nostris terminis *Rota* apud sanct. memor. *Gregor. XV. decis.516. num.1.2. & seq.* & in *Pharsen. pensionis* coràm *Aldobrandino* postmodùm Clemente VIII. sanct. memor. *part.1. diuersor. decis.233. num.9. & num.28.*
24 Hoc nempè dispẽsatio operatur, quæ iuris dispositionem relaxat, eiusquè impedit cursum, effectumq; reprimit, ac dispensatũ ab eius rigore eximit. ex *Sanchez de matr. lib.8 disput.1. nu.1. vers. dispensari.* est aliquẽ à lege eximere. & secuta fuit *Rota* in his nostris terminis retentionis pensionis in *d. Ferrarien pensionis* coràm *Remboldo d. decis.450. num.11. in supplemento 5. part. recentiorum.* Ex dispensatione itaq; Sanctissimi

S pensio-

pensiones ad summam ducatorum sexcen-
tum retinere poterit Dñus meus D. Caro-
lus Caracciolus, quàmuis matrimonium
cum quacunq; muliere; quàmuis vidua
contraxerit; & quàmnis in habitu, & ton-
sura clericali, *(modo tamen honesto)* non in-
25 cesserit. Neque enim matrimonium cara-
cterem ordinis semel in anima indelibi-
litèr impressum delet, vel extinguie; & si
planè exercitinm suspendat, atq; retineat.
vt perpensum quoque fuit in *d. Cesaraugu-
stana pensionis* coràm *Lancellotto decis. 2. nu.
13. & seq. ad statutum Vrbis par Picum.* & in
d. Farrarien pensionis coràm *Remboldo d. de-
cis. 450. num. 8. & seq.* apud *Rubeum vbi sup.*
& apud sanct. mem. *Gregor. XV. d. decis. 516.
num. 9. & 10 Gais de benefic. part. 7. cap. 6.*
26 *num. 1. & 2.* Quam ob causam, quòad ef-
fectum retinendi pensionem clericatum
retinere dicitur, & pro clerico æstimatur,
nihili eidem matrimonio obstante contra-
cto, etiam si cum vidua, vel aliàs corrupta
contraxisset, quia in hac parte per dispen-
sationem iuris ablatum est rigor. ex *Tur-
recrem. in can. quisquis. ante num. 1. vers. nisi
cum tali dispensetur.* & *Præposito* ibidem
ante *num. 1. vers. tamen si corrigatur. dist. 84.*
sequuta fuit *Rota d. decis.* 450. coràm *Rem-
27 boldo nu. 17.* Expressisq; verbis facultas hęc
retinendi pensiones præfatas dicto D. Ca-
rolo indulta fuit sub memoria, & contem-
platione clericatus, vtputà Carolo Carac-
ciolo clerico Neapolitanen. voluit proin-
dè Summus Pontifex illum remanere cle-
ricum quòad hunc effectum pensiones re-
tinendi, quàmuis cum quacunq; muliere,
ac consequentèr vidua matrimonium con-
traheret, illudq; carnalitèr consumaret; ni-
28 hili obsistente Sixti Papæ V. Constitutio-
ne de habitu deferendo clericali, atq; ton-
sura, eum, qui pensiones obtinet, cùm illa
non obstãte expressissimis verbis Summus
Vrbanus Pontifex decreuerit. vt satis ad
rem hanc nostram aptè perpendit *Rota in
d. Ferrarien pensionis* coràm *Remboldo d. de-
cis. 450. num. 18. 19. 20. & seq. & num. 27. &
seq.* & in *d. Cesaraugustana pensionis* coràm
Lancellotto decis. 2. num. 15. per Pienm.

Minusq; obstaculum præstabit, quòd D.
Carolus cum consanguinea matrimonium
iugarit. quod sanè in eadem dispensatione
Vrbana erat sibi expresse inhibitum: *Ac
etiam si contingat* (Vrbanus loquitur) *te in-
terim matrimonium cum quacunque muliere,
nullo aliàs iure tibi prohibita, contrahere.* Cum
29 consanguinea verò intra quartum gradũ
erat sibi sacrorum iure canonum contra-
here prohibitum, etiam sub anathematis
pœna in *Clementina vnic. de consanguinit. &
affinit. & cap. 5. sess. 24. de reformat. matrim.* in
Sacro Tridentino Concilio. non itaq; cum
illa contrahere de facto poterat.

De duobus alterum ex hoc sequetur: vel
enim de facto D. Carolus cum sanguine
sibi iuncta muliere contraxit; vel de iure,
atq; dispensatione Apostolica præuia. Si
de facto contraxit, in pœnas vtique dedit,
nullumq; matrimonium fuit, & à pensioni-
bus cecidit. vt in superioribus diximus.
30 Sed probare D. Vincentium oportebit, in-
dubitantèr matrimonium, & cum muliere
prohibita, contractum fuisse; alioquin in-
terim extincta dici pensio minimè poterit,
vndè in exigendi iure, & possessione manu-
teneri D. Carolus debebit. vt perpensum
fuit in dicta *Barthiaonen pensionis* coràm
Card. Caualerio d. decis. 180. num. 2. & in su-
perioribus quoque perpendimus. Si verò
non de facto, sed de iure D. Carolus cum
D. Cornelia Caracciolo sanguine sibi iun-
cta, ac præuia dispensatione Apostolica
nuptias copulauit, vt verè dispensatio præ-
cessit Apostolica, nulla tenebatur alia pro-
hibitione, quin validè cum hac muliere,
31 iureq; contraheret. Dispensatio quippè
relaxatio est rigoris, ac legis. *cap. 1. de filijs
presbyterorum in 6. & cap. cùm in illis 16. &
cap. non potest 21. de præbend. in 6. Monaldus
cons. 111. num. 5. vol. 2. Barbosa de offic. Episc.
part. 2. alleg. 45. num. 1. & seq. Sanchez de ma-
trim. lib. 8. disput. 1. num. 1, Rota* coràm *Rem-
boldo d. decis. 450. nu. 11.* apud *Rubeum.* Non
itaquè prohibitio perdurabat, cùm matri-
moninm cum D. Cornelia, D. Carolus san-
guine sibi iuncta inijt, illa iàm dispensatio-
ne submota. Iure ergo contraxit, ac licitè,
cùm id sibi per Apostolicam dispensatio-
nem esset permissum. In nullam ergo dedit
32 pœnam. in nullam incidit pensionum cas-
sationem. ex Alexandro Cæsare in *l. Grac-
chus 4. C. ad leg. Iuliam de adulter.* Quia ni-
mirùm damnum haud fecit, qui facere ius
habuit. ex Paulo lib. 64. ad edictum in *l. ne-
mo damnum 194. ff. de regul. iur.*

Duplici etenim ipse detinebatur im-
pedimento, nè pensionem retinere valeret;
& matrimonij. per quod pensiones vacant;
& nè cum muliere iure sibi prohibita con-
traheret. vnius, *(vt cum quacunq; muliere,
atq; cum vidua matrimonium iniret)* impedi-
menti per dispensationem relaxatione, iàm
obtinuerat; restabat alterum, nè cum mu-
liere sibi prohibita illud contraheret. noua
proindè quoad hanc partem dispẽsatione
33 indigebat. Tot porrò perquiruntur actua-
les dispensationes, quot sunt, atq; perma-
nent impedimenta. *cap. ex tuarum 5. de au-
ctorit, & vsu pallij. cap. pastoralis 19. de pri-
uileg. Geminian. cons. 33. nu. 8. Cassador. decis. 9.
num 4. de præbend. Rota decis. 32. de rescript. in
nouis. & d. decis. 233. num 22. part. 1. diuersor.*
apud *Clementem VIII. Gonzalez ad regul. 8.
Cancell. gloss. 13. num. 97. Barbosa de offic. Episc.
part. 2. allegat. 33. nu. 9. & seq. Grattan. forens.*
part. 2.

part.2.cap.397.num.39.Rota apud sanct.memor. *Gregor.XV. decis.87.num.6.7.& 8.* ibidemq; *Beltramin.num.17.& decis.109.nu.6.*

Intercessit dispensatio, vt cum Cornelia
sanguine sibi iuncta, matrimonium inire
valeret. sublatum ergo impedimentum
dispensatione fuit; nè cum muliere aliàs
iure sibi prohibita matrimonio se iungeret. Liber proindè, dispensatione permansit, vt cum illa matrimonio se iugaret. nullum propterea perseuerabat impedimentū,
nè matrimonio se copulare, atq; pensiones
retinere valeret: non cum quacunq; etiam
vidua muliere: Quia iàm antea secum dispensatum fuerat: non cum alia sibi iure
prohibita, vtputa sanguine iuncta; quia dispensationem, quoad hanc partem etiam
obtinuerat. Nullo ergo impedimento detinebatur D.Carolus, quando cum D.Cornelia iugum subijt matrimonij: Quia
eum ea legitimè contrahere poterat, dispensatione Apostolica id sibi permittente. Omni proindè cessante impedimento contraxit. Iure ergo (dispensationibus
medijs) pensiones retinere valet, vt retinet,
34 & retinuit. Ni quod legitimè factum est
in irritum perperā vocare amaueris, quod
sanè permitti minimè debet. ex *can. praecepta canonum 12.in fin.distinct.55.Gloss.in cap. consultationibus 19.* verbo *remoueri. de iurepatronat.* Malè ergo, ac sine iurisdictione,
consequenterq; nullitèr Dominus Argelus
ad cassationem processit pensionum, cùm
35 iure illas retineret. Inciuile ergo Iudicis
factum Signatura moderabitur. ad Vlpiani
sensum in *l. medicus 3. ff.de var. & extraord. cognit.* Non iniuria, propterea, quin meritissimo iure commissionem signabit cum
clausulis, vt priùs, & *(non retardata solutione; & citra praeiudicium vlterioris exequutionis literarum Apostolicarum.)*

Nec obstabunt reliqua per Aduersarios
allata. Quia optimè illis responsū fuit per
Informantes. neq; in hac parte, quin commissio signari valeat, vrgent. praesertim cū
36 de solutione pensionum de praeterito, etiā
ex ipsa partis confessione constet, quae pro
restitutione instat solutionum factarum,
suo se itaq; mucrone ferit, quae solutiones
37 confitetur, quas repetit. nullaq; maior probatio, quàm oris proprij sit confessio; in
precibus praesertim Principi datis. *l. cùm precum 9. C. de liber. caus.* ibidemq; *Gloss.* verbo *tuarum. & Bald. & Salycet. l.cùm te 5. C.de transact. Rota* apud *Card. Caualer. decis. 22. num.3. & decis.31.nu.5. & 6. & decis.33. num.1. & decis.269. sub nu.6. Grattan.forens. part.5.cap.981.num.34. Mancin.de confession. cap.1. num.2. & seqq. Rota in Boiauen pensionis 28. Octobris 1600.* corā *Penia* apud *Marchesan.decis.20.num.3.part.1.fol.617.*

Neque etenim repetere ius haberet, si
38 solutiones factae minimè fuissent. Nàm repetitur, quod indebitè solutum est. *l.1.2. & seq. ac toto tit. ff.de condit.indeb.* & ex Paulo lib. singulari de iuris, & facti ignorantia
in *l.regula 9. §.si quis ius ignorans. ff.de iuris, & facti ignorant.* quatènus probat, indebitè
soluti, & per errorem, repetitionem esse.
Supponit itaq; solutionem factam, qui solutum indebitè repetit. eiusdemq; sensus
esse videtur Philippus Imperator in *l.inde-*
39 *bitas vsuras 18.C.de vsuris.* quatènus & ipse
probat; repetitionem, solutionem indebitè
factā, supponere. sequiturq; *Alberic. in re-*
40 *pertorio* verbo *repetitio in additionibus.* Indebitum verò repetens, id probare debet,
se indebitum soluisse, quàmuis probatio in
negatiua constiterit. vt dixit *Rota* apud
Coccinum decis.331.num.1. Hoc verò totum
est, quod in causa principali in Rota probandum erit per D.Vincentium Aduersarium, Dominum Carolum, & sine habitu, &
tonsura incessisse clericali; & matrimoniū,
& de facto, & in gradu prohibito contraxisse; vt in superioribus omnia legitimè
processisse ostendimus. Manuteneri proindè interim in possessione debebit exigendi pensiones Dominus Carolus, quod in
superioribus deduximus.

Atq; ita ex his, quę Aristarchi supercilio
liberèr subijcimus, respondendū cēsuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

Morte tandem secuta hisce diebus Domini Caroli, & pensiones, & lites cessarunt.

SVMMARIVM.

1 *Voluntates supremas hominum exitum habere, easq; impleri summopere leges semper curauere.*
Siuè Humanae, siuè Diuinae.
Quia hoc publicè expedit. num.2.
Et contra naturae ius aestimatur, priuare quemquam, nè de suis rebus disponere valeat. num.3.
Quia suprema hominis voluntas lex dicitur num.4.
Vndè graui peccato obnoxius fit, qui in re graui priuat hominem iure suo, suaq; voluntate, ne illa exitum videat. num.5.
6 *Vultures, testamentorum Captatores, vocantur.*
Sicuti Causidici. num.7.
Frustrà aduolant, si ipsi nihil captare poterunt. num.59.
7 *Causidici, Patroniq, Forēses, Vulturij Paludati, siuè Togati nuncupantur.*
8 *Testamentum, vt valeat duo continere debet: vt qui testatur testamenti factionē habeat, & vt secundùm iuris regulas testetur.*

Qua autem sint ha segula, enumeratur ex Gloss. num. 9.

Testamentum quid? ex Modestino, nu. 11.

Firmum est quod ex partibus cōstat substansialibus. num. 12.

10 *Quod non mutatus, ac firmum, validumquè est, quare stare probibeatus?*

13 *Testamenti substanbiales pastes, voluntas, & verba sunt.*

14 *Vesba abstrusum in psacosdijs bominum internum animi sensum, voluntasemq; apesiunt, & in apertum proferunt.*

15 *Mens bominis ex vesbis concipitur.*

16 *Testatoris in verbis cauillus pesquiti minimè debet.*

17 *Factū quid dicitus, duplici sensu; in actu primo, hoc est in animi destinatione; & in actu secundo, hoc est in effectu.*

18 *Idea quid nam sit? & vndè dicatur?*

Quiduè eas, Ideas scilicèt, vocauit Plato? num. 19.

Et ad extra perficiuntus, cùm opus perfectum fuerit. num. 20.

21 *Posthumus iure hares nuncupari potest.*

Atq; natiuitate certus euadit.

Et in vtero natus dicitus.

22 *Desipit certè qui malè sapit.*

Quin peruersi sensus dicitur, qui malè astimat.

23 *Perfectum dicitur, quod ex omnibus suit partibus constas.*

24 *Legatum, vel dispositio ad pias causas dicitur, qua in bonorem Dei, vel Sanctosum eius, rogata fuerit.*

25 *Hasedem indè dictum quidam volunt, quòd hares bonorum omnium, hoc est Dominus efficiatus.*

Et in eum iura omnia, & actiones tàm actiuè, quàm passiuè sransennt, & transfunduntus.

26 *Certum dicitur, quod cesto nomine nuncupatur.*

27 *Nomina rebus, inde imposita, vt inter se se res distinguantur, atque ab se inuicem certę reddantus.*

Nomina indè sebus omnibus Adam imposuit, vt à se inuicem illa distinguerentur, certaq; reddesentur. num. 28.

29 *Fabrica S. Petsi incerta persequitus, quauè omninò incerta sunt, & in totum.*

30 *Incersa dici non possunt, qua licèt antecedentèr incerta sunt, ex subsequēti tamen cesta fieri possunt.*

Quod probatur.

Incerta enim non sunt, qua ex subsequenti cestificari possunt. num. 35.

31 *Legata ad pia relicta, quàmuis incestis personis, substinentur nihilominùs.*

Veluti pauperibus selictum substinetur omnimodò. num. 32.

Quia pauperes sunt instar Collegij. nu. 33.

Legatum in redemptionem captiuorum relictum, incertum minimè dicitus; cùm ex post facto per redamptionē certificari valeat. num. 34. & num. 36.

37 *Pauperes in genere si haredes instituātur; Hospitale pauperum institutum videsus.*

38 *Sanctorum aliquem si quis haredem dixerit, Ecclesia eius nomine dicata capiet.*

Vel saltim Ecclesia, in qua domicilium habuit.

39 *Pietatis, ac misericordia opera tàm spiritualia, quàm cosporalia manifesta sunt, & cesta.*

Eaq; numesantur.

40 *Missionum opus quod exequuntus Patres Societatis IESV satis, superq; laudabile est, atq; Christiano populo fructuosum.*

41 *Species omnes sub genere comprehenduntur.*

Cùm nulla sit spacies, qua non sub genese subsit,

Exaudi potentialitèr, non actualitèr.

Specierū enumeratio in vno casu, alias omnes eodem sub genere declaras. num. 42.

43 *Genus per speciem à sua potentialitate restringitur, declaratur, atqt certum redditus.*

44 *Incertū esse, & expsessum non esse differunt.*

Neq; incertum dicitur, quod facili negotio certum fieri potest. num. 45.

46 *Cestum quid esse duplicitèr pespendi potest.*

Aut quia expressum, aut quia cestum seddi potest.

Aut etiam ex futuso euentu. num. 47.

Vel ab haredibus certum seddi potest. n. 48.

Vel etiam ab executoribus.

47 *Legatum, quàmuis ex futuro euentu certum reddatur, Fabsicam tamen S. Petri, qua in totum incesta persequitur excludit.*

49 *Nomen, rei consequens esse debet.*

50 *Pietatis opus est erudire puesos ad scientias capessendas.*

51 *Doctores qui multos esudiunt, fulgebunt sicut stella in perpetuas mansiones.*

52 *Litteratis viris Ecclesia indiget.*

Eiq; maximo adiumento sunt.

53 *Legatum, quod in causā studiosum confertur, pium astimatur.*

54 *Testasoris praeceptum, quo mandauit, datos per se executores nemini sationes seddese teneri, substinetur.*

Quia quilibet res suas ex asbitrio moderari potest. num. 55.

Et legem quamcunq;, & pracepta suis dare rebus. num. 56.

Potissimùm verò si executores ipse dederit sua dispositionis. num. 57.

Et illi defuncti mandata implenerint.

Quorum negligentiam ad coarguendam, vel Episcopus, vel Fabrica venit.

58 *Fabsica S. Petri facultates ad impugnandam testantium voluntatem locum non babent.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

Testamentum, supremaq; hominis dispositio, ex quibus constare debeat, vt firmum, validumq; æstimetur? Quid illud sit? Duo sunt præsertim, quibus testamentum, hominisq; supremum elogium constare debeat, voluntas, & verba. Cauillus tamen in verbis testatoris quærendus minimè erit. Idea quid sit? & quid aliquid esse in actu primo factum, & in actu secundo? Posthumus iure hæres institui valet. Quia in actu primo natus videtur. Pias ad causas, vt dispositio dicatur, sat quidèm erit, si in honorem Dei, vel Sanctorum conferatur. Certum quid dicitur, vel ex nomine, vel antecedentèr, vel subsequentèr. Nomina indè imposita rebus, vt inuicem discernantur, atq; certa reddantur. Fabrica Sancti Petri incerta persequitur, si modò in totum incerta sint; secùs si ex post facto certa reddi valeant, etiam per relictos executores. Potestq; quis prohibere, nè datus Exequutor, seù Montis Administrator, rationes reddere teneatur. Neque Fabrica intrat, nisi data executorum negligentia, & socordia.



RESPONSIO XXV.

1 VOluntates hominum, postquàm
hinc demigrauere, sequi, easq; exitum habere, summoperè leges, tàm
humanæ, quàm Diuinæ curauere semper.
Quia nihil ampliùs sit, postquàm hinc discessere homines, quod eis debeatur magis, quàm quòd eorum firma suprema sint
iudicia, eaq; cassa minimè reddantur. vti
Constantinus Cæsar disponit in *l. 1. C. de sacros. Eccles. §. exhæredatos liberos. cap. 1. in authent. de hæredib. & falcid. collat. 1. can. vltima voluntas 4. 13. quæst. 2. Glos. in cap. tua nobis 17. verbo voluntatem. de testam.* Publicè
2 enim expedit suprema hominum iudicia
exitum habere. Paulus lib. 8. ad Plautium
in *l. vel negare se 5. ff. quemadm. testam. aper.*
3 loquitur. Quin contra ipsum naturæ ius
æstimatur, priuare quemquam, ne de rebus
suis (pia præsertim) rogata dispositio locū
habeat. vti *Nauar.* docet *cons. 9. num. 9. circ. fin. lib. 3. de celebrat. missar.* Quam ob causā
4 iure quoq; primæuo dispositū erat: Disponat vnusquisq; in suis, vt dignum est, & sit
lex eius voluntas. *§. disponat, in auth. de nuptijs. collat. 4.*

Contra naturę igitur ius faciet quisquis
supremam R. D. Octauij Boni voluntatem,
scriptis exaratam, atq; ad pia destinatam,
5 deturbare conatus fuerit. Quin peccato,
neq; leui se inficiet, in re graui defunctum
hominem re sua priuans, & ne sua exitum
videat voluntas, impedimentum præbens.
ad *text. in can. qui oblationes 9. & 10. 13. q. 2. can. Syluester 13. 11. quæst. 1. can. decimæ 68. 16. quæst. 1. cap. licèt 6.* ibidemq; *Gloss.* verbo *priuandum. & Abb. num. 5. de voto, & voti redemptione. Nauar. man. cap. 17. nu. 68. & nu. 117. & cap. 25. num. 65. & d. cons. 9. num. 6. de celebrat. missar.*

Dispositio autem testatoris huiusce talis fuit. R. D. Octauius Bonus Sacræ Theologiæ Doctor, Sacerdos Neapolitanus, nouissimum suæ voluntatis rogans elogium, sua illud manu scripsit, Montemq; pium hæredem dixit, suo nomine nuncupandū, in honorem S. Angeli sui Custodis, sequentibus loquens:

E perche l'institutione dell'herede è capo, e principio di qualsiuoglia testamento, senza la quale testamentū de iuris censura dicitur nullum, per questo io predetto testatore instituisco, e fò à me mio herede vniuersale l'infrascritto Monte da me eretto D. Ottauio Buono, così da chiamarsi, ad honore dell'Angelo mio Custode, da farlesi vna Cappella nella Chiesa del Venerabile Collegio di Giesù di Napoli, la seconda à mano sinistra dell'Altare maggiore, doue è il Quadro della Transfiguratione del Signore con l'infrascritte conditioni, &c. riserbati però l'infra-

l'infrascritti legati, e fideicommissi, quali voglio siano ad vnguem adempiti, & osseruati senza nessuna deduttione. Qual Monte, vt supra, voglio, e prego sia gouernato, & administrato dal M. R. Padre Gioseffo Giouane Procuratore al presente del detto Collegio, vt supra, & in sua assenza del Procuratore, che sarà pro tempore del detto Collegio, con l'assenso de' Superiori; senza però nessuno obligo di darne conto à nessuna persona del mondo: e per Protettore di detto mio Monte il Signor Consigliero Francesco Antonio Muscettola Delegato vniuersale del detto Collegio, & in sua assenza il suo successore, che sarà pro tempore.

Testamentum hoc per Notarium Martium de Grisi clausum, conditum, sigillatum, atq; fuit stipulatum die sexto Aprilis 1646. & post supremam testatoris funera per eundem Notarium apertum, vigesima quarta mensis Augusti anni eiusdem 1646.

Voluntate hac ita patefacta, morte subsequuta conditoris, eamq; rogantis testatoris; dictus Pater Procurator decreto Magnæ Curiæ Vicariæ, Montis nomine heredis iàm declarati, in possessionē immissus fuit bonorum omnium hæreditatis.

6 Hinc Vultures, testamentorum captatores, hæreditatē ex humanis abrepti hominis, vt capiant, (vt rapiant, si dixeris, nec erraueris) vtrinq; consurgunt, magis verò insurgunt, &

Suscitant à cano Vulturium capite.

cum Catullo, vt famem expellāt, esuriemq;
7 satient, cadauer deuorent. Nec desunt Paludati, siuè Togati Vulturij, Causidici videlicèt, Patroniq; Forenses: Nàm: *Si Vultur est, cadauer expectat*. iuxtà antiquum Plauti Adagium. Dixitq; in Trinummo Callides Megaronidi.

Turpis lucri cupidum te vocant ciues tui
Tùm autem sunt alij, qui te Vulturiū vocāt.

Sanguine quidem defuncto coniuncti, (nepotes scilicet, alijq;) vt ipsi hæreditatē capiant; quod nullum putent hoc esse Elogium vltimæ voluntatis testatoris huiusce. Alij verò, vt Ministri sunt Fabricæ S. Petri, quod & si piam voluntatē defuncti putent, relictum tamen incertum esse existimant: ad Fabricam proindè suorum priuilegiorum iure, cadauer hoc spectare; & contēdunt, & satagunt. Fit propterea causæ huius status: Sit ne nullum testamentum, vt bona propterea ad venientes ab intestato, proximiores defuncto consanguineos, deferantur (Vel si firmum testamentum persistit, sit tamē in incerto ita fundata dispositio, vt ad Fabricam spectet) Testamentum hoc, & firmum nos adstruimus, & ad pia rogatum, atq; omninò certum; vt & sanguine coniuncti, atq; Fabricæ Ministri foras iure abijciantur.

Esse testamentum hoc firmū, sic adstrui-
8 mus. Duo sunt (ex Caio Iurecōsulto lib. 2. Institutionum. in *l. si quæramus 4. ff. de testam.*) quæ perquirenda sunt, vbi quęrimus, an valeat testamentum. *In primis* (Caius inquit) *animaduertere debemus, an is, qui fecit testamentum, habuerit testamenti factionem: deindè si habuerit, requirimus, an secundum regulas iuris ciuilis testatus sit*. Vtrumq; ex his duobus in hoc testamento intercessit. Valet ergo testamentum. Et quidem primum, nulli in dubium vertitur, neque etiam apud ipsos Aduersarios, habuisse vtiq; D. Octauium testamenti factionem, quia nullo detinebatur impedimēto, quin testari potuisset. Secundum verò, quòd secundum iuris regulas testatus fuerit, hoc ex ipsomet apparet testamento. In illo quippè omnes intercessere iuris ipsius regulæ, quas *Gloss. eodem loco, verbo regulas*,
9 enumerat: *Vt septem testes* (dicens) *& rogati, & vno contextu debeant esse in testamento nuncupatiuo, & palàm dici nomen hæredis debet. In scriptis autem coràm septem testibus rogatis, & subscribentibus, & sigillantibus; testatore, vel alio pro eo scribente nomen hæredis*, sic Glossa. Fuit hoc testamentum per D. Octauium scriptū, nomenq; hæredis apertè per eum dictum, & coràm septem testibus, qui rogati omnes fuere; & subscripsere, atq; sigillauere, & coràm Notario publico, qui testamentum rogauit. Ergo validum testamentum, ac firmum. Nulla igitur tergiuersatione infirmum reddi poterit.
10 Quare enim stare prohibeas, quod nullam patitur difficultatem, nullamq; mutationem? ad Iustiniani Cæsaris sensum, de testamenti ipsa firmitate verba facientis. in *l. sancimus 27. in princ. C. de testament.* Rationemq; reddētis, quarè conditum semel testamentum, neq; decennio elapso testatore in humanis adhùc agente, mutatum, firmum adhùc persistat? *Quod enim non mutatur*, (inquientis) *quare stare prohibeatur?* Certè pro nihilo. vt *Gloss.* ibidem verbo *stare*. subnectit. Stabit proindè.

Deinceps, vt Modestinus lib. Pandecta-
11 rum in *l. 1. ff. de testam.* Testamentum describit: Est voluntatis nostræ iusta sententia, de eo, quod quis post mortem suam fieri velit. *Iusta*. hoc est legitima. *sententia*. hoc est dispositio. vt *Gloss. 1.* ibidem exprimit. *Velit*. Directò scilicet instituendo hęredem. eadē *Gloss.* verbo *Velit*. commentum agit.

Fuit autē testatoris huius *Iusta* (hoc est legitima) *sententia* hoc est dispositio) atq; aperta, de eo, quod post mortem suam fieri voluit, directò Montem sub nuncupatione sui nominis, ad Angeli sui Custodis honorem, heredem nuncupando. Ergo fir-
12 mum. ergò validum testamentum. Quia partes habet substantiales sui cōstitutiuas.

13 Substan-

13 Substantiales autem partes, quibus Mons
hic constat, voluntas, atq; verba sunt illum
rogantis testatoris. & voluntas hic con-
currit, & verba, quæ idcircò data sunt ho-
14 mini, rationali animali, vt internum, & in
abstrusis præcordijs inclusum animi sen-
sum, & voluntatem in apertum deducant;
sunt enim earum, quæ sunt in anima pas-
sionum notæ. ex Aristotele *1.perihermen.* &
Celso in *l. Labeo 7. §. id Tubero. ff. de supel-
lect. legat.* ex Hilario in *cap. intelligentia ser-
monum 6. de verbor. significat. extra. Menoch.
de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 35. num. 6.* Ver-
ba quidem, quia Montem sic instituit, nun-
cupariq; voluit: *Instituisco, e fò à me mio
herede vniuersale l'infrascritto Monte per me
eretto D. Ottauio Buono, così da chiamarsi, ad
honore dell'Angelo mio Custode.* Volūtas au-
tem: quia nimirùm, si noluisset, verba haud
quaquam expressisset, neq; Montem nun-
cupasset. Idcircò proindè nūcupauit, quia
voluit, verbaq; protulit, quibus suum de-
15 clarauit animum, mentemq; expressit, quę
ex verbis concipitur. ex Sceuola lib. 6. quę-
stionū in *l. Gallus Aquilius 29 §. 1. de liber.
& posthum. Card. Mantic. de coniectur. vltimar.
volunt. lib. 3. tit. 19. num. 5. Francisc. Monald.
consf. 88. nu. 3. lib. 2.* diximus *respons.* nostra 3.
num. 6. & 7. part. 1.

Nihil ergò prohibet, quin firmum sit,
atq; stabile testamentum, voluntate, poten-
tia testantis, iurisq; solemnitatibus con-
stans, suaq; omni essentia, voluntate, atque
hæredis nuncupatione perfectum.

Neque sanè moueare, vt arundo vento
agitata, quòd testator ipse dixit: *l'infra-
16 scritto Monte per me eretto*; vt cauillum in
eius perquiras verbis, quod planè fieri
haud debet. ex Clementis I. Papæ censura
in *can. relatum 14. dist. 37.* & Iustiniano Cæ-
sare in *l. si quis filium 3. C. de liber. præter.
Gloss. in can. noli frater 9.* verbo *calumnias.
distinct. 9.* Quia profectò statim in ipsis ver-
bis subsequentibus Montem descripsit, &
quo nomine *(à se)* nuncupari debuisset,
delineauit. Dèscripsit propterea, (& infrà,)
vt iure, nec sanè iniuria Montem infrascri-
ptum hæredem nuncuparit, dixeritq;.

Neq; ex nomine (*eretto*) scandalum pa-
tieris, cùm erectus Mons non adhùc esset.
17 Erat quippè in actu primo erectus, in
mente ipsius testatoris, ipse enim sciebat,
quid esset facturus. vt verbis vtar *Ioan. 6. 6.*
de Saluatore loquentis. in actu verò secun-
do iàm erigebatur. In Idea igitur testa-
toris Mons erectus erat. Veluti in mente
Artificis, iàm est erecta domus in Idea,
quàmuis in actu secundo, & ad extrà, ere-
cta minimè sit adhùc, sed iuxtà formatam
18 in mente Ideam erigenda. Est enim Idea,
græcè, quæ latinè formam significat; for-
ma, siuè exemplar eius, quod faciendum
est. rationem reddit *S. Thom. part. 1. q. 15.
artic. 1.* ibidemq; *Caietan.* Quia nimirùm
agens, non ageret propter formam, nisi in
quantum similitudo formæ est in ipso. Si-
cuti similitudo domus præexistit in Mon-
te ædificatoris. sequiturq; *Pater Antonius
Ruuius* ex Illustrissima Societate Iesus *lib. 1.
Physicorum. tract. 6. quæst. 2. Andr. Cretensis in
scholijs ad Orationes Nanzianzeni orat. 33.
19 nu. 31.* verbo *Platonis ideas.* Platonem Ideas
vocasse, rerum, quæ fiunt, exemplaria. de-
duximusq; nos *respons.* nostra 88. *num. 17.
& 18. part. 3.*

Erat itaquè erectus Mons hic pius in
mente testatoris D. Octauij, & siquidem
non perfectus, perfecitq; illum ad extra
20 cùm nuncupauit eum nomine suo, in ho-
norem S. Angeli sui Custodis, hæredemq;
dixit. Iure igitur erectum eum nuncupa-
uit in actu primo, & in interiori homine;
atq; statim in actu secundo perfecit, actuq;
erectumuè reddidit. iuxtà tradita per *Gre-
gor. Tholosan. sintaxeos artis mirabilis lib. 2.
commentariorum. cap. 19. col. 2.* diximusq; *d.
respons* nostra 88. *nu. 15. par. 3.*

Nequè porrò ita leuis esse debes, vt ab
omni vento mouearis, scrupulumq; facias
in verbis, quando ex verbis ipsis mentem
habes expressam testatoris, qui Montem
per se erectum, hæredem dixit; veluti qui
21 posthumum nasciturum hæredem nuncu-
pat. Licèt quippè ille natus ad extra adhùc
non sit, est tamen in maternis visceribus
conceptus, vt natus etiam in vtero dici va-
leat. Angelum testem accipe *Matthæi 1. 20.*
ad S. Ioseph loquentem; atq; dicentem:
*Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam
coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de
Spiritu sancto est.* natum, hoc est conceptum.
natum verò in actu primo, hoc est in potē-
tia; nasciturum in actu secundo, in exerci-
tio videlicèt. & nihilominùs nasciturus
posthumus, siuè masculus, siuè fœmina, hæ-
res dici potest, neq; proindè testamentum
nullum dicitur, sed validum, firmumq; per-
sistit. Audias (quæso) Pomponium lib. 1.
ad Sabinum in *l. commodissimè 10. ff. de liber.
& posthum.* propositionis huiusce Iudicem.
Commodissimè (inquientem) *is, qui non dum
natus est, ita hæres instituitur: Siuè viuo me,
siuè me mortuo natus sit, hæres esto. aut etiam
purè, neutrius temporis habita mentione.* Sic
Pomponius. Posthumum nondùm natum,
hæredem dici posse ex Pomponij decreta-
tione inficias, (ni desipias) ire minimè po-
tes: quia licèt nondum natus, nascetur cer-
tè, & ex post facto verificabitur hæres, qui
in actu secundo ad extra nondum erat: &
scrupulum faciet tibi, quòd D. Octauius te-
stator Montem per se erectum in actu pri-
mo, atq; in actu secundo ad extra ab se
productum, proprioq; nomine nuncupatū
(Montem

(Montem videlicèt D.Octauij Boni) here-
dem dixit,ſcripſit, appellauit, nuncupauit,
& in honorem S. Angeli ſui Cuſtodis de-
22 ſtinauit? Deſipis certè omninò,ſi ſic ſapis.
vt ex verbis te admoneam Innocentij III.
in *cap. niſi cùm pridem 10. §.certè deſ:pis. de
renunciat.* nec à longè abijt Ioann.VIII.Pa-
pa in *can. miroe 4.in fin. diſt.50.* quin multò
magis mãnum aggrauauit. *Quis enim tam
demens*, (inquiens) *tamq; peruerſi ſenſus ta-
le quid æſtimaret?* Concede ergò perfectum
eſſe teſtamentum, quod nunquàm iure ne-
23 gaueris, ni peruerſi ſenſus fueris, cùm
ex omnibus ſuis neceſſarijs partibus con-
ſtet, neq; aliud addendum deſiderari poſ-
ſit. ex Caij rectiſſimo ſenſu in *l.1. in princ.
ff.de orig.iur.* & Anacleti Papæ in *can. ſi om-
nia 7. in fin. 6.q.1. Lucas de Penna in l.1.n.8.
C.de agentib.in reb.lib.12.* diximus *d.reſponſ.*
noſtra 88.*num.47.part.3.*
24 Eſt pretereà Mons hic ad pias cauſas ro-
gatus: quia in honorem Sancti Cuſtodis
Angeli erectus. ad *text.* ſatis ad rem aper-
tum in *§. ſi quis in nomine Magni Dei. & ſi
quis aliquem Sanctorum. in authent. de Eccle-
ſiaſticis titulis. collat.9. Gloſſ.in auth.ſimilitèr.*
verbo *cauſas. C.ad leg.falcid.* plures cumula-
uimus *reſponſ.* noſtra 13.*num.53.& reſp.28.
num.2.part.1.*
Duplici itaq; iure, qui ex ſanguine te-
ſtatori connectuntur nepotes, à rebus ſuis
extorres ſiunt, vt ne putent, quòd ad eos
bona perueniant eius: & quòd ipſi, ne-
dum vocati, ſed magis excluſi fuere: & q.
Mons hæres dictus fuit, illeq; Pius. Hic er-
go bona eius ex teſtamento capiet,heruſq;
eorum erit. Inde quippè quidam hæredem
25 dici putant, quod herus, hoc eſt dominus
bonorum omnium teſtatoris fiat,cùm in
eum iura omnia, & actiones, tàm actiuè,
quàm paſſiuè tranſeant,& transfundantur.
ex Vlpiano lib.15. ad edictum in *l.regulari-
tèr 9. & l.item videndum 20. §. fin.* & Paulo
lib.20.ad edictum in *l. & non tantùm hære-
ditaria 21.ff.de petit.hæred.* & Iaboleno lib.3.
epiſtolarũ in *l. cùm hæredes 23. ff. de acquir.
poſſeſſ.* deduximus *reſponſ.* noſtra 34.*num.6.
& 7. part.4.*
Hoc autem vnum ſupereſt cauſæ ſtatui,
vt faciamus ſatis: certum, atq; ad certa
opera Montem erectum hunc adſtruamus,
atq; ad Fabricam, minimè ſpectare.
26 Et quidẽ Montem hunc ex ſe certũ eſſe,
ex nomine,quo Pater ſuus vocauit eum,ſit
omnibus manifeſtum; cùm ex nomine ſuo
nuncuparit eum: *il Monte di D.Ottauio Buo-
no.* Vocauit igitur eum nomine ſuo. iuxtà
illud Iſaiæ 43.1. *Et vocaui te nomine tuo.*
27 Indè quippè rebus nomina impoſita
ſunt,vt inuicem diſcernantur, atq; certa
reddantur. Significandarum enim rerum
gratia nomina rebus impoſita ſunt. ex Im-
peratoris reſponſione in *l. ad recognoſcen-
das 10. C.de ingen. manumiſſ. §. ſi quis in no-
mine. Inſtit.de legat. Crauett.conſ.214 nu.3.&
ſeqq. Decian.conſ.11.nu.44.vol.1. Rota* apud
Coccinum deciſ.241.nu.5.in fin. & apud *Du-
ranum deciſ 286.num.26.part.2.* Hinc nem-
28 pè ex ipſis conditi orbis incunabulis no-
mina rebus impoſuit Adam, ſic imperante
Domino Deo. *Gen. 2. 19.* dicente Coſmo-
grapho Moſe. *Formatis igitur Dominus Deus
cunctis animantibus terræ, & vniuerſis vola-
tilibus Cœli, adduxit ea ad Adam, vt videret
quid vocaret ea. Omne enim, quod vocauit
Adam animæ viuentis,hoc eſt nomen eius. Ap-
pellauitq; Adam nominibus ſuis cuncta animã-
tia, & vniuerſa volatilia Cœli,& omnes beſtias
terræ.* Vt ex nominibus ab inuicem diſtin-
guerentur, atq; certa redderentur. Ex no-
mine igitur vnumquodq; certũ redditur,
atq; ab alio, quodcunq; ſit, diſcernitur. Et
non certus reddetur. Mons hic ex nomine,
quo pater ſuus donauit eum? Certè ex no-
mine, quo nuncupauit eum. *Il Monte di D.
Ottauio Buono*, à quocunq; alio diſtinguetur,
atq; certus reddetur. Sicuti ex nomi-
ne Mons Pietatis, à Monte Miſericordiæ,
ac Monte Pauperum in hac alma Vrbe in-
ter ſe diſtinguuntur, atq; certa,& indubia
redduntur.
Verùm dices: Mons quidem certus eſt;
opera autem in quæ Mons exercebitur,in-
certa ſunt. ad Fabricã proindè vti incerta
ſpectabunt.
29 Animaduertere autẽ te oportet, ad Fa-
bricam ea incerta ſpectare,quæ in totum
incerta ſunt. Audias (quæſo) ſi ea nõ dum
perpendiſti, quæ Eminentiſſimi Patres in
declarationibus, etiam per *Quarant.* rela-
tis. verbo *Fabrica Sancti Petri. § 5. ſimilitèr
annua pia legata*: verbis decreuere; *Niſi in
totum incerta eſſent, ita, vt ad Fabricam iuxtà
Priuilegia, omninò ſpectarent; proùt etiam ei-
dem Fabricæ competunt omnia alia pia legata
incerta, & maximè pro malè ablatis relicta.*
30 Incerta proindè, & in totum incerta pro-
ſequitur Fabrica,non quæ,licèt antecedẽ-
tèr, incerta videantur, certa tamen ex ſub-
ſequenti fieri poſſunt. Habes id ex Caio
lib.1. fideicommiſſorum in *l. quidam rele-
gatus 6. ff. de rebus dubijs*. Quo loco Caius
verbis illis: *Siuè quis alius reſtitutionem mi-
hi impetrauerit ab Imperatore,& antea deceſ-
ſero, quàm ei gratias egerim, volo dari ei, qui
id egerint, à cæteris hæredibus aureos tot.* Id
legatum conſequi poſſe quemcunq; alium,
quàmuis incertum,qui eum reſtitui curaſ-
ſet, reſpondit ex Iuliani ſenſu. Certifica-
batur equidem ex conſequenti, & ab effe-
ctu, quàmuis antea incertus eſſet. Quem
text. extendit *Gloſſ.* ibidem verbo *amicis.*
31 potiſſimùm ad legata pijs locis relicta,quæ
quàmuis incertis perſonis relicta ſint, fir-
mitatem

nitatem nihilominùs obtinet. ex Martiano,& Valentino Imperatoribus in *l.id,quod pauperibus 24.C.de Episc.& cleric.* sic nempè Imperatores: *Id,quod pauperibus testamen-*
32 *to, vel codicillis relinquitur, non vt incertis personis relictum euanescat; sed omnibus modis ratum, firmumq; consistat*. Rationem habes ex *Glossella* marginali ibidē,ex *Baldo*.Quia
33 pauperes sunt instar Collegij,quod vicem personæ repræsentat.atq; propterea ex subsequenti certi euadunt, qui incerti antea videbantur. Confirmaturq; perpensio ex eisdem Imperatoribus in *l. nulli licere 28.*
34 *C.eodem.* decernunt enim: Incertum legatum minimè dici, quod in redemptionem captiuorum relinquitur; atq; proindè modis omnibus implendum. Licèt enim ex primordio incertæ sint personæ,quæ redimendæ erunt; fiunt tamen ex subsequenti
35 certæ,dùm redimuntur. Non itaq;incerta sunt,quæ ex subsequēti certa fieri possunt. quod neq; abhorrere visus est Iustinianus Cæsar in *l. si quis ad declinandam 47. C. eod. de Episcop. & cler.* Dùm apertissimè ipse
36 legis conditor declarat; incertis personis reliquisse eum non videri, qui totam suam substantiam in Captiuorum Redemptionē reliquerit: Quia nimirùm easdemmet personas, quæ ex sua substantia redimendæ erunt,hæredes reliquisse videbitur. Ex post facto enim certæ fiunt personæ, quæ ante-
37 cedentèr incertæ erant. Veluti etiā si pauperes quisquam hæredes scripserit. Nam pauperum Hospitale hæredem reliquisse testator videbitur, & fiunt ex consequenti certi, incerti, qui antea erant. Eodemquè
38 modo si quis aliquem Sanctorum hæredē dixerit; fac, neq; in loco sub Sancti illius nomine Ecclesia inueniatur; non ex hoc tamen in incertum hæreditas collata æstimabitur; sed ex subsequenti certa institutio reddi poterit, si aliqua Ecclesia in Ciuitate, vel in territorio inueniatur: vel tandem in Ecclesia, in qua testator domicilium habuit, dùm in humanis nobiscum agebat. *d. §. si quis vnum sanctorum. in auth. de Ecclesiasticis titulis.collat.9.*

Licèt itaq; vt vela contrahamus dicēndi, in incertum opus Mons à D. Octauio Bono erectus videatur,dùm opus nullum expressit,non tamen ex hoc in incerto esse videtur; in totum præsertim. Cùm fat, superq; fuerit, Montem hunc in honorem Sancti Angeli Custodis erexisse, ac consequentèr pium,posse proindè ex consequēti opera explicari.

39 Manifesta quippè omnibus sunt Christianis pietatis opera, ac misericordiæ, tàm corporalia, quàm spiritualia. Illa quidem.

Pascere esurientem,
Potare sitientem.
Colligere hospitem.
Operire nudum.
Visitare infirmum,et in carcere detentum.
Redimere Captiuum.
Sepelire Mortuum.

Hęc verò Spiritualia.

Docere ignorantem.
Corrigere peccantem.
Consilio iuuare indigentem.
Consolari Afflictum.
Ferre patientèr iniurias.
Remittere offensam.
Orare pro viuis, & defunctis, & pro persequentibus.

40 Nec minimum inter pietatis, & misericordię opera pręcelsum illud æstimabitur, quod Societatis Patres laudabilitèr satis, in Missionibus,quas faciunt, maximo cùm animarum fœnore, exercent.

Non itaquè incerta, sed certissima sunt pietatis opera, quę exerceri voluit Montis Institutor D.Octauius,dùm Montem hunc pium in honorem Sancti Angeli Custodis erexit,hæredemq; nuncupauit.Quasi enim sub genere illo Montis in honorem Sancti Angeli Custodis, consequentèrq; pij, pietatis omnia opera comprehēdi voluit, nullumq; eorum excipi. Omnes namq; spe-
41 cies sub genere comprehenduntur: non quòd actu comprehendantur,sed potentia; quia si species est, sub genere comprehendi debet: quarè genus in sua potentialitate, & laxitudine omnes comprehendit, & includit species,vt nulla sit species,quę sub genere complecti non debeat. præter Philosophos, id probamus ex Anastasij Cæsaris dispositione in *l.omnes 4. C.de præscript. 30. vel 40.annor.*ibidemq; *Gloss.*verbo *enumeratæ*. quæ sic ad rem commentum agit. *Tantum valet generalitèr dici,quantum si singula numerentur*. Et idem sequitur *Angel.* ibidem.& hoc ipsum ex Venuleio lib.6.stipulationum in *l.si duo, pluresuè 52. in fin. ff. de administr. & peric. tutor.* euidentèr apparet, illis verbis: *Quantum enim facit in totum denegata,tantundem valet, si in ea re,de qua agitur denegata sit*. Scilicet administratio, vt *Gloss.* eodem verbo *fit.* addit. *Rota* apud *Cocetnum decis.203. num.10.* diximus *respons.*nostra *1. part.1.num.1.& respons.52. nu.33.p.r.3.* Vt sat, superq; fuerit,si in ipso genere certa res fieri potuerit. vt ex Caio *d.l.quidam relegatus 6. ff.de reb.dub.& Bart.in l.cùm quidam 24.nu.1.ff.de legat.2.& §.incertis. Instit de legat.*sequuta fuit *Rota in Romana domus 23.Iunij 1636.* apud *Card.Verospiū decis.162.nu.28.par.7.in recent. per Rubeum.*

Hanc autem testatoris mentem fuisse,ex his præsertim perspicuum redditur,quæ in fine conditi testamenti ipse declarauit.Disposuit enim.

Item lascio (inquiens) *in tempo d'vniuer-*

 sale

sale necessità, durante quella, alla Casa Professa; à S. Maria della Noua; alle Figliuole zite forastiere, che per buon gouerno si conseruano in qualche Casa reseruata, ducati cēto l'anno, da distribuirsi dal mio Gouernatore, cui plus, cui minus à suo beneplacito, senza loro richiesta, secretamente, à quo Deus nos liberet.

42 Ex hac enim in hoc casu specierū enumeratione certam suam reddidit mentē, hunc pium Montem in opera pietatis, & misericordiæ destinasse, atq; implicari voluisse, & ex hac specierum enumeratione, quasi digito species omnes pietatis, & misericor-
43 diæ demonstrasse, laxitudinemq; generis, atq; quodammodò incertitudinem declarasse, ac restrinxisse. ex Paulo lib. 32. ad edictum in *l. sed si adijciatur 13. ff. pro socio.* ibidemq; *Gloss. 1. Bart. in l. quæsitum 8. §. fundū, ff. de fund. instruct. instrum. legat. Rota* apud *Card. Seraph. decis. 964. nu. 3.* & apud *Coccin. decis. 444. nu. 1. & 7. Surd. cons. 430. n. 6. vol. 3.*

44 Præterquàm quod, satis diuersa sunt, expressum non esse, & incertum esse. Licet enim nō expresserit Montis Fundator, D. Octauius, seriatim pietatis, & misericordiæ opera; non proindè incerta illa euasere; cùm manifestissima sint pietatis, & misericordiæ opera, vt satis, superq; fuerit, Montem ipsum pium erexisse, in honorem Sancti Angeli Custodis, ac consequentèr in opera pietatis. Vt quid enim pius esset, si pietatis ipsa opera non exerceret? Distinctionem hanc percipere potes ex *text. in cap. si Episcopus, cui 37. de præbend. in 6.* ibidemq; *Gloss.* verbo *certas. & Philipp. Franc. & Dominic. à Sancto Geminiano. & ex tex. in cap. ne captanda aliena mortis 3. §. licet in genere. de concess. præbend. eod. lib. 6.* perpenditq; *Paul. Roman. tract. de pensione Ecclesiastica. cap. 1. num. 5. tom. 15. tract. part. 1.*
45 *fol. 310.* Neque incertum dicatur, quod facili negotio certum fieri potest, argumento *text. in l. damni infecti 18. §. Sabini sententia. ff. de damno infecto. & l. quāmuis indubitati 19. C. ad leg. Iul de adulter. Gloss. in cap. constitutionem 2.* verbo *manifestum. post mediū. vers. nam si opponatur,* ibidemq; *Glossella* marginalis, & *Philipp. Franc. in vlt. notab. de verbor. significat. lib. 6.* sequiturq; *Remigius Gondi de charitatiuo subsidio. quæst. 10. num. 4. tom. 15. tract. par. 2. fol. 173.* Duplicitèr quip-
46 pè quid certū dici, perpendiq; potest, aut quia expressè apparet; aut quia fieri certū potest. vt idem *Philipp. Franc. d. cap. constitutionem 2. num 3. in Gloss.* docet. Vel itaquè expressè apparet, Montem hunc pium ad pietatis, ac misericordiæ opera exercenda à Fundatore distinatum, erectumq; fuisse, cùm manifesta sint pietatis, & misericordiæ opera, vt in superioribus diximus. & pro nobis contra Fabricam res est. Vel verò, ex post facto, vt etiam vsq; adhùc probauimus, certum fieri potest, quæ pietatis opera Mons hic exercere debebit, cùm manifesta sint opera pietatis, & misericordiæ, & ipse Fundator digito quasi ostendisse videatur per expressa in vno casu opera; & pro nobis quoq; victoria inclinabit. Quoquo itaq; res vertatur, Fabrica excludetur,
47 inre caiens, rationeq; fundata: cum sat fuerit ex futuro euentu certum reddi potuisse legatum, vt Fabrica Sācti Petri excluderetur. post *Per. s. cons. vlt. in fin. l. b. 3.* & contra ipsam Fabricam resolutum fuisse in *Rota in Sutrina Monasterij 8. Iunij 1598* coràm *Orano.* refert *Gratian. forens. part. 2. cap. 288. num. 35.*

48 Pariq; modo certum dicatur, vt omnis cesset incertitudo, si ab hæredibus, & executoribus certum fieri legatum, vel dispositio valear, ex *Surd. cons. 143. num. 10. lib. 1. Tiraquell. in leges connubiales. l. 16. gloss. 8* sequitur *Gratian. d. cap. 288. num. 38.* Ipsi namquè executores supplere possunt, quod nō ita clarè expressisset testator, Montisq; Fundator videtur; & si planè, vt diximus expressisse, vel saltim tacitè videtur, qui Montem pium erexit, illum pietatis, & misericordiæ opera exercere debuisse. Vt rei cō-
49 sequens nomen esset. ad *text. in §. est & aliud. Institut. de donationib. cap. cùm secundū Apostolum 16. de præbend.* illis planè verbis: *Vt ipsa nominis ratio persuadet.* & *Gloss.* ibidem verbo *nominis. l. penult. §. alumno. ff. de legat. 3.* iuxtà Ouidianum illud.

Conueniunt verbis nomina sæpè suis.

diximus *respons.* nostra *59. num. 13. part. 3.*

Vt quid enim incertitudinis vitio carpunt, qui Montem pium erexit, executoresq;, siuè etiam administratores Societatis IESV Collegij Patres reliquit, voluitq; vt Pater Procurator pro laboribus centū quinquaginta ducatos annuos perciperet, nulliq; vnquàm rationes reddere teneretur; nisi quod tacitè fortasse, etiam dubio omni procul remoto, innuere voluit, vt toti Montis annui fructus in ipsius Collegij commodum singulis impenderētur annis, perpetuumq; hoc esset Collegij leuamen, vt tot alumnos alere valeret, qui postmodū in virum perfectum litteris prophanis, Sacrisq; eruditi, euaderent, mundumq; totū prædicationibus erudirent? An non opus
50 hoc pietatis æstimabitur? Et quidem.
51 Qui erudiunt multos, fulgebunt sicut stellæ in perpetuas mansiones. *Daniels 12. 3.*
52 Porrò sunt non minimi adiumēto Ecclesiæ viri litterati, quin eis permaximè indiget Ecclesia Dei, ex Bonifacio VIII. in *cap. cùm ex eo 34. de elect. in 6. & ex Sacr. Trid. Concil sess. 5. cap. 1. in fine, de reform. Horatius Lutius tract. de priuileg. scholar. priuileg. 98. tom. 18. tract. Rota in Militen. Canonicatus 9. Martij 1595.* corā *Card. Mellino* apud *Marchesanu*.

chesonum part.1.decis.12.num.3. quæ est etiá
in impressis apud *Farinac.post prim.volum.*
consiliorum decis.104. nu.2. diximus *respons.*
53 nostra 51. *num.12. par.3.* Vndè fit, vt inter
pia numeretur legatum, quod in causam
studij confertur; ob maximam, quæ in bo-
num publicum vergit, communem vtilita-
tem. ex *text. in l.qua pater 51. ff.familia her-
ciscunda.* ex Vlpiano lib.6.opinionum. dixi-
mus plura referentes *resp.* nostra 13.*nu.*49.
54 *par.1.* Propterea voluit, quin expressè mã-
dauit Montis Fundator huius pij, vt Pro-
curator omni futuro tempore nulli vnquã
rõnes reddere teneretur. *senza però nissuno
obligo di darne cõto à persona veruna del mon-
do.* Talis idcircò haud improbabitur di-
spositio, ac voluntatis expressio; Cùm li-
55 ceat cuiq; pro suo libero arbitrio sua mo-
derari. ad *tex. in l.in re mãdata 21. C.manda-
ti.* legemq; quamcunquè, & præcepta suis
56 dare rebus. ex *Gloss. in d.can.vltima volun-
tas 4. 13.quæst.2. can.Eleutherius 30. 18.q.2.
cap.verùm 4. de condit.appos. d.§.disponat.in
auth.de nuptijs.collat.4. l.1.C.de sacros.Eccles.
l.1.ff.ad leg.falcid. §.1.Instit.eodem.* Datis
57 potissimùm exequutoribus, ijsq; testatoris
mandata implentibus, quorum dumtaxat
ad coarguendã negligentiam, vel Episco-
pus, vel Fabrica post annum venit, ne de-
functi voluntas omninò negligatur. *cap.nos
quidem 3. & cap. tua nobis 17. de testamens.*
58 Quia nimirùm Fabricæ Sancti Petri facul-
tates ad impugnandam testantium volun-
tatem locum minimè obtinent. vt dictum
fuit in *Romana Fabricę 26. Aprilis* 1601. corã
Corduba. deduximusq; nos plenè *respons.* no-
stra 20.*num.1.& seq.& num.17.& seq.& re-
spons.32. à num.13.cum seq. par.1.*

Non itaquè intrat nunc Fabrica, vt tan-
quàm in incerto positã testatoris huiusce
voluntatem impugnare valeat, sibiquè bo-
na vendicet, cùm ad certæ, manifestaquè
pietatis opera sit Mons hic erectus. Nequè
etiam pari modo ab intestato venientes,
cùm sit testamentum, firmaq; hæredis nun-
cupatio; & ad pia facta dispositio. Frustra
59 igitur aduolauere Vultures, ex hoc cada-
uere, vt famem expellant. aliò proindè
transuolent, nè fame pereant.

Atquè ita ex his, censoris virgula haud
reuulsa, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

Vt ab Oeconomi Fabricæ vexationibus
se eximerent omninò Patres, transactione
negotiũ expleuere, solutis mille in Fabri-
cæ commodum.

SVMMARIVM.

1 *Prouerbium. Iugulare mortuos. expenditur. Siuè, mortuos ad vitam reuocare. nu.2.*

3 *Constitutio Regni* (In aliquibus) *fœminas excludit à successione.*
Verùm dotem dat eis de paragio.
Expenditur. num 36.
Dotatis proindè non debetur.
Sed dotatis de proprijs bonis parentum suorum. num.38.
Secus verò de alienis.

4 *Monasterium ex regula bonorum incapax in communi, ex Monialium persona in bonis parentum succedere minimè potest.*
Secus verò si capax sit. & num.10.
Tunc enim hæredis nomine comprehenditur. num. 5.
Ac filij. num.32.
Nec sine hærede decedere exauditur, qui Monasterium hæredem sortitur. nu.6.
Vel si Monasterium incapax sit ex regula, ex erectione verò capax factum sit. nu.11.
Nam impedimenti remotio illud habile ab initio fecit.
Neq; noua requiritur Summi Pontificis dispensatio, etiã quoad successionem. nu.13.
Præsertim verò si latissimè sint verba, quibus capax factum fuit. num.19.
Vel si Monialis minimè renunciauerit. n.31.

7 *Papæ nemo dicere potest: cur ita facis? sicut Deo.*
Eius igitur parendum mandatis.
Lex quippè eius formam inducit omninò seruandam. num.9.

8 *Monialium Monasteria sine Sanctæ Sedis Apostolicæ facultate erigi minimè possunt.*
Erectionis verò eius lex omninò seruanda. num. 9.

11 *Impedimento cessante, quo detinebatur quis, ne faceret, perindè habetur, ac si ab initio habilis fuisset.*
Impedimentum remouens, disponere non videtur. num.14.
Sed primiorem relinquit facultatẽ, quæ per impedimentum retinebatur.
Impedimenti namq; remotio hoc operatur, vt actus fiat sicuti per prius. nu.15.
Namque in pristinum statum, per prius impeditum, restituit. nu.15.
Principis beneficio præsertim. nu.18.
Nam iure suo venit, impedimento ablato. num.27.

12 *Prohibitione cessante, effectus eius quoque cessat.*

16 *Libertinus, qui natalibus restitutus est, perindè habetur, ac si ingenuus medio tempore à maculam seruitutis non habuisset.*

20 *Omne qui dicit, excludit nihil.*

21 *Dictio* (omnia, & singula) *comprehendit omnia, & quæcunquè sub illa cõprehenduntur, vt singula expressa videantur.*

22 *Successio in sanguine iunctis, ex iure venit natura, atq; ab intrinseco, & ordine successiuo.*
Ab extrinseco verò illa, quæ relinquitur; num.23.
A voluntate scilicet relinquentium.
24 *Fur est, qui sine domini voluntate, eoq; inuito, quidquam accipit.*
25 *Homines inuiti de rebus suis aliquid agere minimè coguntur.*
Quin quilibet libera voluntate eas distrahere potest. num.26.
28 *Iure suo, qui vtitur, nemini iniuriam facit.*
Quin tueri ius suum debet. nu.29.
30 *Monachatu iura sanguinis non mutantur.*
Quia immutabilia illa sunt, & à natura nobiscum concreta.
33 *Fœminis quamuis ab extraneo dotatis, portio tamen legitima in bonis parentũ debetur,*
Nequè ex Regni Constitutione (In aliquibus) *hoc ipsis retinetur, nu.36.*
Quin de paragio dotentur. num.38.
34 *Hæredum nomine omnes comprehenduntur siuè masculi, siuè fœmina.*
35 *Legitima filijs debetur naturæ dictamine, ac lege,*
Illaq; nullo modo, nullaue conditione, vel præscribi, vel retineri potest, eodemq; modo dos, quæ loco legitimæ succedit,
Sed libera debetur.
Et vt æs alienum in bonis parentũ habetur.
36 *Constitutio Regni* (In aliquibus) *de successione filiorum, non est exclusiua fœminarũ.*
Dumtaxat verò præcedentiam dat masculis, vt si præcedere sorores voluerint in successione, dotent eas de paragio.
Quod facere debent, quamuis illæ ab extraneo dotatæ fuissent. nu.38.
Constitutio quippè prædicta conformem se reddit l.maximum vitiũ 4. C.de liber. præter. *num.39.*
37 *Dos de paragio dicitur iuxtà patrimonij vires, familiæ dignitatem, & viri qualitatem.*
40 *Fœminarum vitium non est, si ipsæ masculi quoquè non nascantur.*
Sed Dei prouidentiæ.
Qui masculos, & fœminas creauit.
Et necessariæ sunt fœminæ ad propagationẽ humanam. num.42.
Non ideò contemnendæ, quòd fœminæ sint. num.43.
41 *Humana procreatio ex masculis, & fœminis crescit.*
44 *Damnatus supremo vitæ supplicio moriturus de bonis suis testari minimè potest.*
Seruus enim pœnæ effectus est.
Nequè etiam ad pias causas.
Quia intestabilis efficitur. nu.46.
Ex consuetudine tamen id omnibus permittitur. num.47.
Et id fieri etiã in carceribus Magnæ Curiæ Vicariæ obseruauit Author. nu.48.
Saltim id permittitur ex tacita Principis voluntate.
45 *Bona damnatorum ex iure nouissimo authenticorum Fisco minimè applicantur.*
Sed ascendentibus, & descendentibus, & ex latere vsq; ad tertium gradum.
49 *Constitutio Regni* (Forindicatorum bona) *successionem in bonis damnati dat parentibus, etiam ex latere ad tertium gradum.*
Et vnam partem Fisco, secundùm filiorum quantitatem.
Quæ etiam elucidatur. nu.50.
Et conformare se videtur dispositioni text.in auth. bona damnatorum. C. de bonis proscriptorum, & damnatorũ, *nu.52.*
Constitutio nec locũ habet in Neapolitanis ex priuilegio Regis Catholici. nu.53.
50 *Parentum nomen latè pro cõsanguineis extenditur.*
51 *Marcellus Marcianus primò Causarum Patronus, Regius deindè Consiliarius celebratur.*

ARGVMENTVM.

Monasterium sub Regula Sanctæ Claræ erigi mandatum, si ex suæ erectionis initio, facultate Summi Romani Pontificis, sine qua Monasterium Monialium nullum erigi valet, bonorum in communi capax erectum fuerit, tàm à Fundatore relictorum, quàm à quibuscunq; Christifidelibus relinquendorum, nùm ex Monialium persona, suorum parentum, & consanguineorum in successionẽ iure illis apertam ingredi valeat? Et nùm, sine dote ingressa, quòd ex Fundatoris lege, vti ex sanguine prognata, in Monasterium admissa fuerit, Monialis nihilominùs legitimam in parentum bonis consequi possit, & debeat? & an ei Constitutio Regni obstet (*In aliquibus?*)

vndè

vndè iure Constitutio ipsa expenditur. Damnatus ad mortem nùm testamēti supremas tabulas dare possit? & quid pietatis ergò? Et nùm Constitutio *Forudicatorum bona*. Fisco in Regno successionis quidquam tribuat? Quam ob causam Constitutio ipsa perpenditur.

RESPONSIO XXVI.

1 IVgulare sanè mortuos videbimur, vti
prouerbio fertur; si nunc iterùm, quæ
illi suis mandauere supremis tabulis,
in agonem reduxerimus. Ni magis ipsos
2 ad vitam reuocare conabimur, quòd quæ
illi obscurè fortasse dixere in apertissimā
lucem reuocabimus. Quæ igitur ex suprema quondam Horatij Iandeni Terræ Castelluciæ Caputaquen Diœcesis dispositione in difficultatem reuocantur, in apertā intelligentiā traducemus, elucidabimusq;. Mandauit itaq; supremis suis tabulis Horatius: si hæredes institutos Franciscum, & Danielem filios, in pupillari ætate sine filijs mori contingeret, ex suis bonis Monasterium in dicta Terra Castelluciæ Monialium ex Ordine Sanctæ Claræ erigeretur: de reliquo verò suorum bonorum Abbatissa, & Moniales viuerent. Puellæ verò, si ex eius descendentibus deuenirent, gratis in Monasterium admitterentur. Testatore ex humanis abrepto paulò post, hæredes facti filij, sunt ipsi etiam morte sublati. Extructum proindè Monasterium fuit, & in illud authoritate Summi Romani Pontificis Clementis VIII. per Bullas Sanctitatis Suæ anno 1597. Abbatissa, & Moniales inductæ fuere sub regula Sanctæ Claræ: verùm voluit Summus Pontifex, vt Monasterium capax bonorum esset: *Et in dicta bona tàm per dictum testatorem, vt præfertur, quàm per quoscunquè Christifideles relicta, & relinquenda, pro dicti Monasterij dote, dictarumq; Abbatissa, & Monialium substentatione* deseruirent. Puella quædā ex dicti Fundatoris descendentibus proueniens, Monasterium ingressa, in illo diù vixit, & viuit ordinem professa Sanctæ Claræ. Defunctis nunc eius genitoribus, & fratre. Successionem petit in bonis defuncti fratris vti proximior cognata; nec non ex bonis demortuorum genitorum, legitimam, iure naturę debitam portionem sibi concedi. Qui Monialem oppugnāt, duo aduersus eam obijciunt. Primum, Regni Constitutionem (*in*
3 *aliquibus*) quæ fœminis per fratres dotem
de paragio deberi disponit. fuisse illam
dotatam ex bonis Fundatoris Monasterij.
nihil aliud sibi deberi. Secundum autem,
Ordinem Sanctæ Claræ, quē puella profes-
4 sa fuit, ex Regula incapacem esse bonorum
in cōmuni. nullā proindè sibi deberi suc-
cessionem. Eatènus enim Monasterio suc-
5 cessio debetur, vt hæredis quoquè nomine
comprehendatur, quatenùs bonorum capax est in communi. ex Innocentij Tertij sensu in *cap. in præsentia 8. de probat.* cuius quidem textus dispositio, directa in decretali illa fuit Abbati, & Conuentui Cassen. qui bonorum in cōmuni capax erat. apertèq; probatur ex Gregorio Ianuario Caralitano Episcopo scribēte, relato à Gratiano in *can. quia ingredientibus 7. 19. quæst 3.* verba damus, ad rem quippè sunt: *Quia ingredientibus Monasterium conuertendi gratia, vlteriùs nulla sit testandi licentia, sed res eorum eiusdem Monasterij iuris fiant, aperta legit definitione decretum est.* Decretum est (*Gloss.* subnectit.) in *Autheut. ingressi. C. de sacros. Eccles.* & in *autheut. si qua mulier*, sequenti. *C. eodem.* quæ canonizata reperitur in *can. si qua mulier 9. ead. 19. quæst. 3.* Indè porrò ex eisdem textibus per ingressum, Monasterio bona quæri ingressi, disponitur, quia capax bonorum est Monasterium in communi, alioquin si incapax illud esset, frustrà vtiq; disponeretur, bona ingressi Monasterio quæri: & vtrum Monasterium
6 substitutum, cessare faciat? Cùm sine hære-
de intelligendus minimè sit, qui Monasterium sibi hęredem instituit (tacitè saltim.) ex eodem Innocentio III. *d. cap. in præsentia 8. §. quare cùm constat*. ibidemq; *Gloss.* verbo *qui Monasterium. de probat.* sequiturq; *Cauall. commun. contra commun. quæst. 193. part. 1. & quæst. 806. num. 20. part. 3. Marius Antonius Maccrat. variar. resolut. lib. 1. resolut. 83. nu. 12.* & diximus nos plenè *respons.* nostra *72. per tot. part. 4.*

Verùm nos, deberi puellæ iam professæ successionem, eiusq; ex persona Monasterio, respondendum censemus. Et quòd nō incapax bonorum in communi Monasterium erectum fuit; & quòd quàmuis dotata, non perdidit propter hoc, paternis, maternisq; in bonis legitimam portionem, naturæ sibi iure, debitam, quàmuis quidem vitali adhuc aura frueretur frater.

Et sanè ad Primum Caput, quòd non incapax bonorum in communi Monasterium hoc erectum fuerit, firmitatem accipit ex erectione ipsa; quoniam, & siquidem testator sub regula Sanctæ Claræ erigi Monasterium voluerit; Sanctissimus tamen

Clemens

Clemens VIII. qui erectionem fieri confir-
mauit, & Moniales in illud admitti, atquè
Sanctæ Claræ regulam profiteri decreuit;
noluit illud bonorum in cõmuni incapax
esse, sed indulsit ei, quin voluit, quin man-
dauit, vt capax in communi bonorum es-
set, sic loci Ordinario, Episcopo Caputa-
quen in mandatis tradens: *Illuc sic erecto,
& instituto, pro eius dote, dictarumq; Abbatis-
sæ, & Monialium substentatione, omnia, & sin-
gula bona, tàm per dictũ testatorem, vt præfer-
tur, quàm per quoscunq; Christifideles relicta,
& relinquenda: Ita quòd liceat dicti Monaste-
rij Abbatissæ, & Monialibus pro tempore exi-
stentibus per se, vel alium, seù alios earum, &
dicti Monasterij nominibus, corporalem, realem,
& actualem possessionem bonorum huiusmodi,
cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis libe-
rè apprehendere, & apprehensam perpetuò re-
tinere; illorumq; fructus, & redditus, prouen-
tus, iura, actiones, & emolumenta quæcunquè
percipere, exigere, leuare, arrendare, locare, dis-
locare, ac in suos cõmunes, & in dicti Monaste-
rij vsus, & vtilitatem conuertere. Diœcesani
loci pro tempore existẽtis, vel cuiusuis alterius
licentia desuper minimè requisita, dicta auctho-
ritate etiam perpetuò applicet, & appropriet.*
Voluit itaq; dictus Clemens, Monasterium
prædictum, & siquidem sub regula S. Claræ,
bonorum capax in communi esse, atq; bo-
na ipsa retinere posse, & debere, & in per-
petuum possidere, vt vndè alerentur habe-
rent Moniales, præstòq; illis esset. Quem-
admodùm & pro Monialium victu bona
sua testator Monasterio perpetuò dederat.
fecerat proindè & ipse capax illud bono-
rum in communi. Hæc ergo attendenda
facultas necessariò erit: quia sic Papa mã-
7 dauit: & quis ei dicere potest: Cur ita fa-
cis? Sicuti nec Deo. ex *Gloss. in cap. quan-
tò 3. verbo veri Dei. de translat. Episc.* ex Au-
gustino in *can. quàmuis cautè 22. de pœnit.
dist. 3.* ibidemq; *Gloss.* verbo *Deo.* illis ver-
bis: Quis tamen audeat dicere Deo? (*Deo,
vel Papa.*) explicat ipsa, diximusq; nos *re-
spons.* nostra 1. *num. 33. & 34. part.* 4. Mona-
8 steria verò Monialium absq; Sanctæ Sedis
Apostolicæ speciali licentia, & facultate,
erigi minimè possunt. vt Sacra quoq; de-
clarauit Congregatio negotijs Episcopo-
rum, & Regularium præfecta in Vicentina
10. Aprilis 1615. refertq; *Lezana in summa
quæst. regular. tom. 4.* verbo *Monasteria Regu-
larium. num.* 10. plures alios referens, & *Bar-
bosa* nouissimè in *summa Apostolicarum de-
cisionum.* verbo *Monasteria. collect.* 503. *nu.* 2.
& verbo *Monasteria Monialium. collect.* 504.
nu. etiam 2. Seruanda itaq; lex erit à Papa
in erectionis facultate tradita, vt Monaste-
9 rium capax in communi bonorum sit. For-
mam enim lex inducit eius, omninò seruã-
da, ne facta concessio vitiosa reddatur. vt
post *Lauretum de Franchis* postmodũ Epi-
scopum Minoren *de controuersus inter Epi-
scopos, & Regulares in quæstione super Consti-
tutione dicti Clementis VIII. de Monasteriorũ
erectione. vers. ad quartum. fol.* 111. sequitur
Barbosa d. verbo *Monasteria. collect.* 503. *n.* 3.
10 Si igitur capax bonorum in communi
Monasterium erectum fuit; potest vtiquè
ex Monialium persona, sicuti omnia Mo-
nasteria alia in communi bonorum capa-
cia, successionem subire, quæ Moniali, de-
functo fratri sine testamento, & sine filijs,
aperta fuit. ex communi Canonistarum
sententia in *d. cap. in præsentia. de probat.* se-
quiturq; *Francisc. de Ponte cons. 40. num. 2.
vol. 1.* & *Scipio Rouitus cons. 42. num. 16. & 17.
in fin. & cons. 44. num. 21. 22. & 23. part. 1. In-
triglioł. de substitut. centur. 3 quæst. 63. per tot.*
ampliationes, limitationesq; plena referẽs
manu. quem sequitur *Fernandus à Castro
Palao moralium part. 3. tract. 16. de obligatio-
nibus Religiosi status. disput 3. punct. 5. num. 3.*
alijq; per nos relati *respons.* nostra 29. *num.
39 part. 4.*

Nequè obstaculum vllum faciet, si dicas:
Clementem Papam VIII. in facultate Mo-
nasterium prædictum erigendi, permisisse
quidem illud: *omnia, & singula bona, tàm
per dictum testatorem, quàm per quoscunquè
Christifideles relicta, & relinquenda* retinere
posse: non autem posse illud in bonis per
successionem aperiendis succedere.

Sat namq; fuit Monasterium præfatum
capax bonorũ in communi erectum fuisse,
atquè propterea incapacitatem habendi
in communi ablatam fuisse. Etenim si reli-
cta bona, vel relinquenda ab alijs testatori-
bus habere, retinereq; poterit: Cur (quæ-
so te) nõ multò magis, quæ per legitimam
successionem eidem aperientur, retinere
11 non poterit? Cessante quippè impedimẽ-
to ius est integrum Monasterio illud ha-
bendi, quod sibi, impedimẽto perdurante,
consequi permissum minimè erat. ex *cap.
cùm cessante 60. de appellat. & cap. magnæ de-
uotionis mulier 7. in fin. de voto, & voti redem-
ptione.* & ex ratione, quam Innocentius III.
refert in *cap. non debet 8. §. cùm ergo. de con-
sang. & affinis.* sequentibus loquens: *Cùm
12 cessante prohibitione cesset effectus.* quem sci-
licet prohibitio ipsa afferebat. rationem
insecimus ex Gratiano in *summa in fin. 35.
quæst. 1.* dicente & ipso: *Quod autem cogen-
te necessitate fit, cessante necessitate, paritèr ces-
sare oportet.* probaturq; ex Gordiano Cæsa-
re in *l. & si contra 6.* ibidemq; *Bald. & Sa-
lycet. C. de nupt.* prosequiturq; post alios *Al-
phonsus Hoieda de incompatib. benefic. cap. 6.
num. 6. vol. 15. tract. part. 1. fol.* 171. & sequuti
nos fuimus *respons.* nostra 75. *num. 9 & 10.
part. 4.* At cessat hic necessitas, cessat impe-
dimentum succedendi, quia Monasterium

capax

capax bonorum in communi erectum fuit.
cessat proindè impedimenti eiusdem effe-
ctus, vt possit propterea Monasterium ex
Monialis persona succedere, atq; succes-
sionem habere, quæ per suprema funera,
sine testamento,& sine liberis, eidem aper-
ta fuit.
13 Neq; porrò noua perquirebatur disposi-
tio Summi Romani Pontificis,vt Monaste-
rium in bonis, per successionem aperien-
dis Monialibus, succedere posset, cũ abla-
tum iàm esset incapacitatis impedimentũ.
Sat enim erat, impedimentum remotum
fuisse, ne noua perquireretur dispositio,
quæ nullo exquirebatur modo, neq; enim
14 impedimentum remouens disponere dici-
tur, sed relinquere facultatem ei, qui im-
pedimento aliàs detinebatur, suo vt iure
vtatur. ex Bonifacij VIII. sensu in *cap. cum
aliquibus* 4. ibidemq; notant Scribentes *de
rescript. in 6. Aymon cons.*202. *num.*39 *Rota*
apud *Card. Caualer. decis.*41.*nu.*7.*& decis.*51.
15 *num.* 3. Hoc nempè remotio operatur im-
pedimenti, vt actus fiat, sicuti per prius
(impedimẽto non existente) fieri poterat.
ex Modestini sensu lib.7. regularũ in *l. pa-
trono consentiente* 5. *aliàs fin. §. libertinus, ff. de
natalib. restituend.* verba si dederimus eiusdẽ
apertissimè, quod asserimus apparebit. *Li-*
16 *bertinus* (inquit) *qui natalibus restitutus est,
perindè habetur, ac si ingenuus natus medio tẽ-
pare maculam seruitutis non sustinuisset.* quia
(Marcellus lib.1. Institutionum in *l. inter-
dùm* 2. *ff. eodem.* loquitur.) Illis natalibus
restituitur, in quibus initio omnes homi-
17 nes fuerunt. Remoto namq; impedimen-
to in pristinum statum restituitur,& perin-
dè est, ac si impedimentum nunquàm ex-
titisset. ex Iustiniano Cæsare in *l. Imperia-
lis* 24. *§. itaque cùm iniustum sit. C. de nuptiis.*
ibidemq; *Gloss.* verbo *nati essent.* quę allegat
text. in l. quæris 3. *ff. de natalib. restituend.* ex
ratione, quã Sceuola, à quo textus desum-
ptus est lib.6. responsorum, reddit: *Sed ea
res* (inquiẽs) *nec dubitationem habet, nec vn-
quam habuit, quin exploratum sit, ad omnem
ingenuitatis statum restitui eum, qui isto bene-*
18 *ficio Principis vtatur.* Ad omnẽ ergo liber-
tatis succedendi statum restitutum est Mo-
nasterium, cum Summi Pontificis Clemen-
tis determinatione, vt capax bonorum in
communi erigeretur, factum est, atq; pro-
pterea incapacitatis impedimentum abla-
tum fuit: vt ab erectionis ipsa origine sine
impedimento succedẽdi fuerit. quod per-
pendit *Rota part.*1. *in recentiorib. decis.* 567.
num. 4. sequiturq; in simili *Gratian. forens.
part.* 5. *cap.* 936. *num.* 3. *&* 4. *&* 28. Facitq;
19 perpensionem hanc magis latam, firmatq;
solidioribus clauis; quod satis expansè
Summus Romanus Pontifex Clemens in
dicta erectionis Bulla loquutus fuit: dicẽs:
*Pro eius dote, dictarumq; Abbatissæ, & Monia-
lium sustentatione omnia, & singula bona,
tàm per dictum testatorem, vt præfertur, quàm
per quoscunq; Christifideles relicta, & relin-
quenda.* possidere scilicet,& retinere possit:
Omnia proindè, ac singula bona compre-
20 hendit quorumcunq; Christifidelium. ni-
hil proindè eorum bonorum exclusit, qui
omnia dixit. ex Innocentio III. in *cap. so-
litæ* 6. *§. fin. de maiorit. & obedient. extraua-
ganti vnam sanctam* 1. *§. igitur Ecclesia. eod.
tit. inter cõmunes.* & Vlpiano lib.1. respons.
in *l. Iulianus respondit* 66. *in princ. ff. de lega-
tis* 3. *Rota* apud *Duranum decis.*78. *num.*17.
*part.*1. qui in facto non satis absimili à no-
bis loquitur. & nos *respons.* nostra 78. *n.*32.
21 *&* 33. *part.*4. Quin per dictionem illam
(omnia, & singula) quæcunquè bona, quo-
quo modo quærenda, exprexisse videtur.
ex *text. in cap. vt circa* 4. *de elect. lib.*6. illis
verbis; *(omnia, & singula.)* ibidemq; *Gloss.*
sequiturq; *Rota* apud *Card. Mantic. decis.*15.
*in princ. & num.*7. *Crauett. cons.*381. *num.*4.
Rota apud *Coccinum decis.*453. *num.* 4. Me-
minit verò bonorum relictorum omnium,
ac per Christifideles relinquendorum, non
22 verò per successionẽ deferendorum: quia
nimirùm ista ab intrinseco veniunt, iure
scilicet naturæ. Sufficit enim in gradu esse
successibili. Cùm ordine successiuo ab in-
testato successio deferatur, veluti in dige-
stis successiuo ordine, tituli relati sunt: In
infortiato lib.37. tit.7. *vnde liberi, vnde le-
gitimi, & vnde agnati, vnde cognati, &c.* Illa
23 verò ab extrinseco procedunt, à volunta-
te scilicet relinquentium. Nisi enim quis,
quod suũ est reliquerit, nemo ex bonis suis,
24 quidquã iure percipiet, nisi fur esse velit.
inuito scilicet domino. ex Paulo lib.39. ad
edictum in *l.* 1. *ff. de furtis. S. Thom.* 1. 2. *q.* 94.
art. 5. *ad secundum.*
25 Neque enim homines de rebus suis fa-
cere aliquid coguntur inuiti. Valentinus,
& Theodosius edixere Cæsares in *l. dudùm*
14 *C. de contrah. empt. can. de neptis tuæ* 3.
31. *quæst.* 2. sequitur *Harthman Pistoris ob-*
26 *seruat.*101. *num.*12. Libera igitur volunta-
te de rebus suis disponunt; quorum sunt
moderatores, & arbitri. ex Constantino
Cæsare in *l. in re mandata* 21. *C. mandati. l. ne-
mo exterus* 8. *C. de Iudæis. Gloss. in cap. abo-
lenda* 13 *in gloss.* 1. *in princ. de sepultur. cap. de
ijs* 4. *in fin. eod. tit.*
Sufficiebat ergo bonorum capax ab ini-
tio Monasterium erigi, vt ab bona per suc-
cessionem sibi per Moniales deferenda,
iure ingredi posset, eaq; habere, & possi-
dere. Quippè, ne id facere potuisset; inca-
pacitatis impedimento, quod sibi ex regu-
la Sanctæ Claræ obstabat, prouenisset, abla-
tum obstaculum fuit per erectionẽ à Sum-
mo Pontifice factam, cum facultate bona
27 in

27 in comuni poſſidendi. Iure ſuo igitur ve-
nit nunc Monaſterium, vt Monialis ex per-
ſona defuncti ſine tabulis ſupremis, ſine
liberis, fratris ſucceſſionē capiat. Nemini
28 proindè iniuriā infert. ex Innocentio III.
in cap. cùm Eccleſia Vulterrana 31. de elect.
ibidemq; Gloſſ. verbo iniuriam. & Gloſſ. in
can. quæritur 22. §. item opponitur. verbo non
29 nouit. 22. quæſt. 2. Quin tueri ius ſuū debet.
ex Vlpiano lib. 71. ad edictnm in l. 1. in fine
principij. ff. quod vi, aut clam diximus reſpōſ.
noſtra 85. num. 38. & 39. part. 4. Neq; porrò
30 per monachatum iura mutantur ſangui-
nis. Immutabilia namq; ex ipſa natura no-
biſcum concreta, hæc ſunt. ex Modeſtino
lib. 5. regundotum. in l. ius autem agnationis
35. ff. de pactis.

31 Neq; hæc Monialis cùm in Monaſterio
nomen Chriſto per profeſſionē dedit, ſuc-
cedendi iuri nuncium miſit. eſt ergo in
hoc illi integrum ius, quod nullo alio eidē
modo retinetur; Monaſterio bonorum in
communi capace ab initio erecto; quod
vnum retinere illud potuiſſet, ne defuncti
ſine liberis, ſine teſtamento fratris ſucceſ-
32 ſionem ſubiret. Succedens ergo, & pro ea
Monaſterium. quod heredis, quod filij loco
æſtimatur. vt ex d. cap. in præſentia 8. de pro-
bat. in ſuperiotibus diximus.

33 Quòad Secundum verò, qnòd quàmuis
ab extraneo dotatæ, in parentum tamen
bonis legitima debeatur portio: id aper-
tiſſimè probatur. Si euim filius, ergo hæ-
res. ex illo Pauli ad Romanos 8. 17. Quod
34 ſi filij, & hæredes. hæredum verò nomine
compreheduntur omnes, ſiuè maſculi, ſiuè
fœminæ. ex l. hæredis appellatio 65. & l. hæ-
redis appellatione 170. ff de verbor. ſignif. Fu-
ſar. de ſubſtitut. quæſt. 342. num. 1. cum ſeq. di-
ximns reſponſ. noſtra 22. num. 64. part. 3. Fi-
35 lijs autē omnibus, naturæ lege, ſuorum in
parentum bonis portio debetur, quæ legi-
tima vocatur, à lege vtiquè taxata, eaquè
libera debetur, vt nulla conditione, nulloq;
modo, vel præſcribi, vel retineri valeat. ex
l. quoniam in prioribus 32. C. de inoffic. teſtam.
eodemq; modo & dos, quæ loco legitimæ
ſuccedit. ex Bart. in l. Titio centum 70. §. Ti-
tio genero. num. 4. verſ. ſed ſi aliàs. ff de condit.
& demonſtrat. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præ-
ſumpt. 146. num. 31. Campeg. in tract. de dote.
par. 1. quæſt. 23. verſ. & quia hæres. ſequiturq;
Rota apud Card. Seraphinum deciſ. 271. nu. 5.
& 6. & deciſ. 1392. nu. 2. & apud Card. Caua-
lerium deciſ. 162. n. 4. 5. & 6. & deciſ. 256. n. 1.
& ſeq. & 260. n. 1. & apud Duranum Epiſco-
pum Vrgellen deciſ. 76. n. 61. par. 1. Eſt enim
æs alienum in bonis parentum. Doctores in
l. 2. C. ſi in ſiauacm patroni. Vinc. de Franch.
deciſ. 1. num. 39.

36 Neq; Regni Conſtitutio, incipiens: In
aliquibus. De ſucceſſione filiorum. obſtaculū
vllum facit; quin & pro nobis eſt. Nequè
enim Conſtitutio fœminas à parentum
ſucceſſione propter maſculos omninò ſe-
cludit; ſed prælationem dùmtaxat maſcu-
lis indulgetur; vt videlicet, ſi præcedere
ſorores parentum ſuorum in ſucceſſione
voluerint, amauerintq;; dotent eas de pa-
ragio. quod perpendit Robertus Maranta
noſter Proauus diſput. 10. num. 20. Scipio Ro-
uitus conſ. 74. num. 5. 6. & 7. vol. 1. & nos re-
ſponſ. 76. num. 45. part. 3. & in ſimili Statuto
Bononien perpendit Rota apud Card. Caua-
ler. deciſ. 260. num. 2. & 3.

37 Dos autem de paragio exauditur iuxtà
vires patrimonij, dignitarem familiæ, &
qualitatem viri. iuxtà Celſi lib. 11. digeſto-
rum ſenſum in l. quæro, quanta pecunia 61. ff.
de iure dotium. Grammat. conſ. ciuil. 145. nu. 5.
& 6. & deciſ. 101. num. 53. Afflict. deciſ. 160.
num. 1. & ſeq. Rota part. 1. diuerſor. deciſ. 540.
& num. 3. & ſequuta fuit Rota apud Card.
Caualer. d. deciſ. 260. num. 3. Quam ob rem
38 non ſat erit ad excludendam ſororē à ſuc-
ceſſione, dotatam illam fuiſſe ab alio, niſi
ex parentum bonis dotata fuerit, à quibus
excludi tentatur, alioquin in parentum bo-
nis paraglum ipſum conſequetur. vt ſequi-
tur per quàm optimè Rouitus conſ. 36. nu. 7.
& ſeq. vol. 2. diximuſq; nos, alios qnoq; re-
ferentes reſponſ. noſtra 39. num. 39. & 40.
part. 4. Eatenùs enim Conſtitutio prælatio-
nem ad parentum ſucceſſionem fratribus
concedit; quatènus illi ſorores, quibus an-
teferri, vt maſculi volunt, de paragio do-
tent. Ex bonis igitur ipſorum parentum
dotare eas oportebit, vt præferri valeant;
nec ſufficiet, ſi ab alio illæ dotatæ fuerint.
39 Conformem quippè ſe reddit Conſtitutio
(præter per eam diſpoſita) diſpoſitioni Iu-
ſtiniani Cæſaris in l. maximū vitium in na-
tura 4. C. de liber. præter. Porrò quod fœmi-
40 narum vitium non fuit, vt non ipſæ quoq;
maſculi, ſed fœminæ naſcerentur, ſed natu-
ræ prouiſio; quin Dei, qui naturam fecit.
Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam:
ad imaginem Dei creauit illum, maſculum, &
fœminam creauit eos. Geneſis 1. 27. facta
41 narrat hiſtoria. Ex maſculis enim, & fœmi-
nis procreatio creſcit humana. proptereà:
Benedixit illis Deus, & ait: Creſcite, & mul-
tiplicamini & replete terram, & ſubijcite eam,
& dominamini piſcibus maris, & volatilibus
Cæli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur
ſuper terram. eodem Geneſis 1. 28. Sunt er-
42 go neceſſariæ naturæ propagationi fœmi-
næ. Quin poſt creatum Adam. Dixit quoq;
Dominus Deus: Non eſt bonum eſſe hominem
ſolùm: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Ge-
neſis 2. 18. tulit igitur vnā de coſtis Adam:
Et ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tu-
lerat de Adam in mulierem, & adduxit eam
ad Adam: dixitq; Adam: Hoc nunc os ex oſ-
ſibus

filius meis, & caro de carne mea: hac vocabitur Virago, quoniam de Viro sumpta est. Quam ob rem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit vxori suæ; & erunt duo in
43 *carne vna.* Non ergo contemnendæ mulieres, sine quibus, non est bonum esse hominem solùm; & ex quibus homines nascuntur, & masculi, & fœminæ. Debebitur ergo & ipsis quoq; portio suorum ex parentum bonis naturæ debita iure, sicut & masculis. omnes enim sunt filij. Verùm postquàm hæc dedimus, difficultas nobis refricata fuit, quòd Antonius frater puellæ diem obierit suum violenta sublatus morte, forjudicatus, atq; ad mortem damnatus naturalem, illamq; exequutam. Antequàm autem moreretur, in ipsis carceribus testamentum condidit, in quo hæredē sibi Monasterium prædictum dixit. prætendere proinde Monasterium ex supremis quoq; Antonij tabulis successionem. In difficultatem propterea itum est. Potuerit ne Antonius, pœnę iam seruus effectus, supremas voluntatis suę dare tabulas? & quid saltem piæ causæ fauore? & præterea nùm ex Regni Constitutione (*Forjudicatorum bona. de bonis forjudicatorum.*) cùm Monasterium incapax æstimatum bonorum in communi fuerit; Fiscus in bonis successerit Antonij; vel saltim in illis portionem habebit?

44 Et quidem iure digestorum. ex Vlpiano lib. 10 ad Sabinum in *l. si quis filio §. irritū quoquè. ff. de iniusto rupto irritoq; facto testamento.* testari, ad supremum vitæ supplicium damnatus, retinetur. *Nam pœna seruus efficitur.* Vlpianus subnectit, rationem reddēs. itemq; ipse lib. 32. ad Sabinū in *l. si aliquis mortis causa donauerit 7. ff. de mortis causa donationibus.* qui sequentibus sensum aperit suum: *Si aliquis mortis causa donauerit, & pœna fuerit capitis affectus, remouetur donatio, vt imperfecta.* hoc autem eueniebat propter pœnam confiscationis, quæ tunc aderat.

45 Iure autem nouo in *authent. bona damnatorum. C. de bonis proscriptorum, seu damnatorum.* cùm sublata fuerit bonorum confiscatio, non Fiscus, sed consanguinei succedunt. sic ius nouum in d. Authent. *Bona* (inquit) *damnatorum, seu proscriptorum non suum lucro Iudicibus, aut eorum officijs: neque secundùm veteres leges Fisco applicantur; sed ascendentibus, & descendentibus, & ex latere vsquè ad tertium gradum, si supersint.*

46 Non propterea tamen testabilis efficitur. quia pœnę seruus euadit. ex Paulo lib. 1. ad legem Iuliam, & Paciam in *l. qui vltimo supplicio 29. ff. de pœnis.* traditq; pluribus Proauus noster *Robertus Maranta in l. is potest. ff. de acquirend. hæredit. num. 106. & seq.* per plura; ampliationes, & limitationes tradens. sequiturq; *Donat. Anton. de Marinis,* qui alios refert *quotidianar. resolut. lib. 1. cap. 332. per tot. Gomesius ad leges Tauri. l. 4. num. 1. & seq.* Verùm hodiè vbiquè ser-
47 uatur, vt etiam ij, qui iam morti tradendi sunt, testamenta conficiant, & vltimas rogent voluntates. vti testatur *Iulius Clarus lib. 3. §. testamentum. quæst. 21. num. 1. in fin.* quem sequitur *Matthæus Colerus decis. Germaniæ 34. per totam.* præsertim *num. 6.* Et ita
48 seruari vidimus pluries in damnatis in Magna Curia Vicariæ, ad pias causas potissimùm. Videtur enim id ipsis permitti, ex tacita saltim Principis facultate, quàm ob causā damnanda hęc consuetudo haud videbitur. vt testatur quoquè *D. Franciscus del Castillo decis. Regni Siciliæ 37. nu. 21. par. 1.* hac igitur stante consuetudine firmum testamentum erit, quod pro Monasterio Antonius rogauit. Multòq; magis, quòd (fac infirmum testamentum fuerit) venit nihilominus Monasteriū, ex Monialis persona, vti proximior in gradu successibili, pręter portionem legitimam sibi debitam in bonis parentum. vt in superioribus ostendimus.

49 Neque Fisco Constitutio suffragabitur Regni *d. Constit. Forjudicatorum bona.* Quia (vt in superioribus demonstrauimus) est Monasterium bonorum in communi capax, ex ipsa primæua sui institutione ita erectum; quam ob rem ob Monialis personam, quæ intra tertium cognationis, siue agnationis gradum est, ipsum succes-
50 sionem ex dicta Constitutione subibit. Equidem nomen illud parentes, (*si filios, vel parentes vsque ad tertium gradum non habeant*) non ita strictè accipiendum erit, vt patrem, matremq; significet; sed peramplè, & communi loquendi modo, parentes pro consanguineis, etiam collateralibus, accipientur. vt latè deduxit, rem satis acri iu-
51 dicio perpendendo, *Marcellus Marcianus* olim Causarum Patronus, postmodùmq; Regius Consiliarius, non vulgaris doctrinę Vir, in *informatione, siue allegatione,* quam pro Principe Auetranæ dedit, eamquè ad verbum refert *Regens Carolus de Tapia in suo Iure Regni tom. 5. tit. 44. de bonis forjudicatorum. fol. 321.*

52 Conformare quippè se videtur Constitutio dispositioni in hoc in *d. authent. bona damnatorum. C. de bonis proscriptorum, & damnatorum.* quæ cùm ascendentibus, & descendentibus, ex latere venientes vsquè ad tertium gradum, admittit. sequiturq; *Marcianus d. allegat.* alios referens *num. 7.* Vel itaquè nihil omninò percipiet Fiscus, consuetudine testandi, saltim ex tacita Principis permissione, persistente, vt diximus: vel vt summum, portionem suam
53 dùmtaxat capiet. disposita in *d. Const. tit. Forjudicatorum bona.* quæ in Neapolitanis, ex priuilegio Regis Catholici, locum non

habet. refert *Dom.Tapia* ibidem *in annotationibus. verſ. Addam tamen Conſtitutionem iſtam. num.1. fol.* 321. decisionem amplectens Sacri Neapolitani Conſilij apud *Præſidem de Franchis deciſ.*113.*num.*10.*& ſeq.*
. Atquè ita ex his, Ariſtarchi ſupercilia non refugientes, quin expetentes, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia cultrix eſt iuſtitia.*
Nihil proindè contra iuſtitiam facere debet.
*Et ſicuti ipſa proprias res amittere non debet, ita eam rapacitatis ardore inuadere alienas, non oportet.num.*2.
*Pactis igitur ſtare eam decet. num.*3.
4 *Pacta humana impunè calcari nō debent, multò vtiquè magis, quæ diuino ſunt confirmata Sacramento.*
5 *Periurium grande ſcelus æſtimatur; in lege, & Prophetis, & in Euangelio prohibitum.*
*Ratio affertur. num.*6.
Quia magna Deo infertur iniuria.
*Eſtq; grauiſſimum, in re etiam leui. nu.*7.
6 *Iuramento Deus in teſtem adducitur, qui ſumma veritas eſt.*
8 *Rem, & pretium habere nulla æquitatis ratio patitur.*
*Reſtitui proindè primò pretium debebit, qui rem retinere voluerit. num.*17.
9 *Res Ecclesiæ in emphyteuſim concedi poteſt cū poteſtate affrancandi.*
10 *Aſſenſus Apoſtolicus reſeruatus in conceſſione rei Eccleſiæ, ſi impetratus non fuerit, conceſſionem nullam reddit. & nu.*15.
11 *Effectus ſine cauſa non datur.*
12 *Nullum quod eſt, nullum producere effectum poteſt.*
Nam ab eſſe pendet operari.
*Vt neque ſub alicuius generis ſpecie reponi valeat. num.*14.
13 *Res ſicut ſe habet ad eſſe, ita & ad operari, & cognoſci. ex Philoſopho.*
16 *Eccleſia quæ pretium pro re alienata percepit, ſi de nullitate velit alienationis dicere, pretium primitùs reſtituere debet.*
*Sibiq. præiudicat, ſi cenſum exigat pro conceſſione rei traditum. num.*17.
Præſertim ſi ſecundùm formam cōcordiæ illum exigat.
18 *Aſſenſus Apoſtolicus ex curſu triginta annorum impetratus præſumitur.*
*Accedente præſertim obſeruantia ſubſecuta. num.*19.
*Quod tempus, & obſeruantia præſumere quoquè facit euidentem Eccleſiæ vtilitatem. num.*20.
*Aſſenſus ſemel impetratus, & executus, non ampliùs requiritur. num.*21.
*Ratio affertur. num.*22.
23 *Res Eccleſiæ ſemel alienabilis facta, perdurat ſemper alienabilis.*
*Præſertim verò ſi alias res alienari conſueuerit, vt neque nouus requiratur aſſenſus Apoſtolicus. num.*24.
25 *Conceſſio rei Eccleſiæ nulla redditur, ſi forma commiſſionis ſeruata non fuerit.*
26 *Forma ſub qua aliquid conceditur, ſi non ſeruetur, conceſſum nullum redditur.*
27 *Maiori ſummæ minor ineſt.*
*Et in eo quod plus eſt, ſemper ineſt minus. num.*28.
*Nec minor ſumma maiorem abnuit, quin comprehendatur in illa. num.*29.
30 *Alienandi res Eccleſiæ cauſæ ſunt, neceſſitas, atquè euidens vtilitas.*
31 *Termini antiqui, quos poſuerūt patres noſtri, transgrediendi minimè ſunt.*
*Quod nè fieret anathematis percuſſione Leo retinuit Papa. num.*32.
*Abominabileq; æſtimauit, atquè ridiculum Nicolaus Papa. num.*33.
*Summiq; Romani Pontifices inſectati ſemper fuere. num.*34.
35 *Sanctus Thomas Aquinas, abyſſus ſapientiæ interpretatur.*

ARGVMENTVM.

Eccleſia pactis initis ſtare tenetur, atquè ab omni iniuſtitia ſe temperare. Peſſimum proindè periurium habetur. Neq; poterit Eccleſia rem, & pretium retinere. In rebus Eccleſiæ alienandis aſſenſus perquiritur Apoſtolicus, ſemel autē ſi legitimè interuenerit, & res alienabilis ſemel effecta fuerit, perdurat ſemper alienabilis. Aſſenſus verò Apoſtolicus ex lapſu præſumitur triginta annorum interceſſiſſe. Obſeruantia potiſſimùm ſecuta illum conualidante. Emphy-

phyteusis Ecclesiastica poterit
concedi cum potestate affran-
candi. Quæ verò requirantur,
vt Ecclesiasticæ res iure alie-
nari valeant, & an data in cō-
missione forma seruanda sit,
vt si non seruetur, sit alienatio
nulla? Disseritur.

RESPONSIO XXVII.

1 IVstitiæ cultrix est Ecclesia. nihil proin-
dè contra iustitiam facere debet. edi-
xit Innocentius III. Magnus ille, & do-
ctissimus Pōtifex in *cap. nuper 6. §. quod au-
tem. de donat. inter virum, & vxorem. §. 1. cir-
2 ca medium. de alienat. feud. in vsib. feudor.* Si-
cut ergo ipsa proprias res amittere non
debet; ita eam rapacitatis ardore inuade-
re alienas non oportet. ex Gregorio illo
Magno ad Bonifacium Episcopum in *can.*
3 *sicut Ecclesia 49. 12. quæst. 2.* Pactis itaq; stare
ipsa debet, sicut quilibet priuatus. ex Con-
cilio Africano in *cap. 1. de pactis.* Antigono
Episcopo personante: *Aut inita pacta suam
obtineant firmitatem, aut conuentus (si se non
cohibuerit) Ecclesiasticam sentiat disciplinam.*
Vniuersi dixerunt: *Pax seruetur. pacta custo-*
4 *diantur.* Nam si humana pacta non possunt
impunè calcari, quid eos manebit, qui cor-
ruperint fœdera diuini Sacramēti? ex Leo-
ne Papa in *can. puella 8. 20. quæst. 1.* Iniustè
ergo, atq; iniuria facit R. Parochus Sancti
Nicolai in Fingulis, & Rector Beneficij
Sāctæ Mariæ de Portanzi Ciuitatis Calatię
aduersus pacta cū Marco Casarario inita
anno 1613. veniendo, illaq; infringendo,
atq; à præstito Sacramento recedēdo, vndè
5 periurij reatu constringitur. quod sanè
grande scelus est, & in lege, & in Prophetis,
& in Euangelio prohibitum. vt Eutychia-
nus Papa profitetur in *can. prædicandum est,
17. aliàs fin. 22. quæst. 1.* Quam ob causam
diligentèr cauere homines debent à periu-
rio: quia in lege scriptum est Leuitici 19.
*Non peierabis in nomine meo, nec pollues no-
men Dei tui in vanum.* quod exagerat Hie-
ronymus in *can. habemus in lege 12. eadem
6 22. quæst. 1.* Quippè per iuramentum Deus
in testem adducitur, qui est summa veritas;
adducitur autē in testē falsitatis per eum,
qui peierat: vndè maxima Deo infertur in-
7 iuria. est ergo semper mortale, illudq; gra-
uissimum in re etiam leui. ex *S. Thoma 2. 2.
q. 98. art. 3. Conar. variar. resol. lib. 1. cap. 1. n. 2.*
Cùm nempè ipse eodē contractu, & instru-
mento centum quinquaginta aureorum
acceperit, & pro eis annuum censum duca-
torum duodecim super certis, designatisq;
bonis eiusdem Marci Casararij pro domi-
bus anno 1561. vigore facultatis Apostoli-
cæ per Breue Sanctissimi tunc Pij Papæ IV.
in emphyteusim perpetuā, cum pacto etiā
affrancandi, olim Modesto Martio per Re-
ctorem dicti Beneficij, præuio decreto De-
legatorum Apostolicorum concessis pro
annuo canone carolenorum triginta quin-
que; quòd domus prædictæ ruinam mina-
rentur, atquè inutiles Ecclesiæ essent, vndè
satis amplè Ecclesiæ conditio nunc melior
effecta fuit, cùm aureos habeat centū quin-
quaginta, & pro eis annuos ducatos duo-
decim; nullo modo ab initis pactis rece-
dere potest, atq; (quod pessimum) etiam
annuum censum ducatorum duodecim
retinere, annisq; singulis exigere; & pro
eorum capitali ipsa centum quinquaginta.
8 Habebit igitur rem, & pretium; quod nul-
la æquitatis ratio patitur. ex Paulo lib. 28.
ad edictum in *l. bona fides 179.* ibiq; *Dynus*,
& post eum *Cagnol. num. 6. ff. de regul. iur.* ad
Vlpiani sensum lib. 32. ad edictum in *l. Iu-
lianus 14. § ex vendito. ff. de action. empt. &
vendi.* æquissimum putauerunt Diocletia-
nus, Maximianusq; Cæsares in *l. curabit 5.
C. eodem.* sequutaq; fuit *Rota in Placentina
terrarum 1588.* corām *Orano decis. 57. nu. 13.
post 1. volum. consiliorum Farinacij.* nec in-
9 dubium reuocari potest, emphyteusim Ec-
clesiasticam concedi posse cum facultate
affrancandi. vt sequuta fuit *Rota in Floren-
tina affrancationis 28. Nouembris 1633.* corā
Ill. Durane Episcopo Vrgellen. *decis. 410.
num. 1. & seq. part. 2.*

Nec instantiæ faciet Aduersarius satis,
dicendo; non venire Rectorem contra pa-
cta inita, quinimò illis firmitèr inhęrere;
10 quia profectò in concordia cum Marco
præfato anno prædicto 1613. inita, expres-
sè reseruatus fuit Assensus Apostolicus per
ipsum Marcum communibus expensis in-
tra sex menses impetrandus, alioquin con-
tractus non subsisteret. Non fuisse dictum
Apostolicum assensum impetratum. in dis-
solutionem proindè concordiam abijsse.
ex *extrauaganti* Pauli II. *Ambitiosa 2. de re-
bus Ecclesiæ non alienandis. inter communes.
cap. 1. de rebus Ecclesiæ alienandis, vel non.
lib. 6. Rota* apud *Card. Caualer. decis. 288. n. 3.
& decis. 439. num. 2.* diximus *respons.* nostra
84. num. 57. part. 3 posse propterea de con-
11 cordiæ nullitate dicere. Neq; porrò effe-
ctus, nisi ex causa habetur. ex *S. Tho. 1. par.
quæst. 2. art. 3. in corp. in secunda via. can. sta-
tuimus 8. § sed sciendum est. dist. 61. can. quod
pro remedio 7.* ibiq; *Gloss.* verbo cessāte *1. q. 7.
cap. magnæ deuotionis 7. in fin. de voto, & voti
redemptione. cap. cùm cessante 60. de appellat.*

l. generalitèr 41. C. de Episcop. & cler. Quod
12 igitur non est, effectum nullum producit.
quia nimirùm ab esse dependet operari, vt
quod non est, operari minimè possit gentium.
ex Philosophorum principio: Sicut
13 res se habet ad esse, ita & ad operari, &
cognosci. & Essentia principium est suarũ
operationum. quod ergo non est, operari
non vtiquè poterit, neq; consequentèr effectum
producere. ex Vlpiano lib. 58. ad
edictum in *l. si se non obtulit 4 §. condemnatum. ff. de re iudic.* in tarione, quam intulit.
Cæterùm (inquiens) *si aliqua ratione sententia
nullius momenti sit, dicendũ est, condẽnationis
verbũ nõ tenere.* quod igitur non est, effectũ
non parit, neq; operationẽ. & ex Innocentio
III. in *cap. ad dissoluendum 13 de despon-*
14 *sat. impuber.* vt neque sub alicuius generis
species, quod non est, reponi valeat. ex
S. Thoma 2.2 quæst. 94. art. 1. in 3. argumento.
ex Cai sensu in *l. adeò quidem 7. §. cùm quis
ex aliena. ff. de acquirend rerum dominio.* Neq;
confirmatione vlla validari. ex *Surdo cons.
37. nu. 9. lib. 1.* diximus *respons.* nostra *7. nu.
30. & 31. & respons. 87. num 8 part. 4.* Per-
15 quirebatur igitur Apostolicus assensus in
concordia reseruatus. illo igitur non impetrato,
nihil actum esse dicitur. ex traditis
plenè per *Quarant. in summa Bullar. verbo
alienatio. num. 6. 7 8. 9. & seqq.*

Diluimus quippe obiectum, si aduerte-
16 rimus primò, (cuius in superioribus quoquè
meminimus) teneri Parochum Rectorem
S. Mariæ de Portanzi in integrum restituere
annuum censum ducatorum duodecim,
& pro eo capitale centum quinquaginta;
cùm non valeat rem, & pretium retinere,
vt diximus. ad text. *in l. si ex diuersa
14. C. de transact.* vt dixit *Rota* apud *Coccinum
decis. 301. num. 9.* & apud sanct. memor:
Gregorium XV. decis. 354 num 7 & 8. ibidemq;
Beltramin. num. 17. Præter quàm
17 quòd retinendo censum præfatum, illudq;
exigendo, sibi in reliquis præiudicium intulit.
præsertim verò, quòd secundùm formam
initæ concordiæ censum præfatum
exegit, & in possessione est exigendi. vt
perpendit *Rota* coràm *Cantuccio part. 2. diuersorum.
decis. 141. num. 10. in fin.*

18 Deindè, quòd ex triginta annorũ lapsu,
assensus prædictus Apostolicus, quę solemnitas
est extrinseca, & ab extrinseco promanans,
impetratus præsumitur. ex *Felino
in cap. Albericus 43. num. 4. in fin. vers. si autem
in instrumẽto. de testibus.* Accedente po-
19 tissimùm obseruantia subsequuta, per quã
Parochus Rector in possessione est exigendi
ducatos annuos duodecim pro capitali
centum quinquaginta, quibus domus redemptæ
fuere. vt sequitur *Abb. in d. cap. Albericus
43. sub num. 3. de testibus. Rota* apud
*Coccinum d. decis. 301. nu. 2. & decis. 362. nu. 6.
& decis. 340. num. 2. Rota in Lauden. iurispatronatus
12. Nouembris 1640.* coràm *Merlino
decis. 129. nu. 6.* quam sequuta fuit eadem
Rota in *Bononien iurispatronatus de Butrigarijs
16. Martij 1643.* coràm *Bichio decis. 132.
num. 3.* in nouis additis ad *praxim Viuiani*
20 *de iurepatronatus.* Quod sanè tẽpus, & obseruantia
præsumere facit euidentem Ecclesiæ
vtilitatem, vt in facto hoc nostro. &
sequuta fuit *Rota* apud sanct. memor. *Gregorium
XV. decis. 343. per tot.* quam sequuta
fuit etiã *Rota* apud *Card. Caualer. decis. 247.
num. 1.* & apud eundem *Gregor XV. d. decis.
354. num 15.* ibidemq; *Beltraminus num. 18.
Genuens. in praxi Archiep. cap. 88. nu. 1. in impressis
Romæ anno 1630.*

21 Præterea, quòd assensus præfatus Apostolicus
necessarius non vtiq; erat. Iàm
enim ab anno 1560. intercesserat, cum fa-
22 cultate redimẽdi. exercuit igitur Marcus
facultatem illam, quam ex Apostolico as-
23 sensu obtinebat. Non itaquè nouus assensus
necessarius ampliùs erat. Quia res facta
semel alienabilis, perdurat semper alienabilis,
neque nouus exquiritur Apostolicæ
Sedis assensus. Quod apertissimè innuit
Innocentius III. ad Mediolanen Archiepiscopum
in *cap. ex parte tua 2.* ibidemquè
Doctores. de feudis, noster Proauus *Robertus
Maranta de multiplici alienatione num. 7. Clarus
in § emphyteusis. quæst. 6. in princ. Cæsar de
Grassis decis 3. nu. 14. & decis. 4. num. 20. de rebus
Ecclesiæ non alienandis.*

Neq; inficias iri possit concessionẽ dictę
domus cum cortileo. & horto anno 1561.
decreto Commissariorum per facultatem
eisdem factam à Sancta Sede Apostolica, in
emphyteusim perpetuam pro annuo canone
carolenorum triginta quinque cum facultate
affrancandi Modesto Martio factã
24 fuisse, qui Modestus anno 1572. intercedente
assensu tunc Rectoris dictæ Ecclesiæ
domus prædictas alienauit in personam
Bernardini Cafararij. quod sanè perpensũ
fuit in *Rota in Romana domus 19. Aprilis
1630.* coràm Illustrissimo *Durano* Episcopo
Vrgellen *decis. 250. num. 17. & seq. part. 1.*
& sequuta fuit *Rota in nouissimis recentioribus
part. 5 per Rubeum decis 368. nu. 17.* quæ
est eadem cum *d. decis.* Durani.

25 Nec proficit obstaculum, quòd ab initio
concessio nulla fuit per excessum mandatorum
in commissione: Nam fuit expositum,
concessionẽ vtilem futuram Ecclesiæ
sub annuo canone carolenorum decem.
fuit verò facta sub annuo canone carole-
26 norum triginta quinque. non igitur seruata
cõcessionis forma. ergo nulla concessio.
ex *cap. 1. de baptismo, & eius effectu.* ibiquè
Gloss. fin. & cap. Pisanis 19. vbi *Gloss.* verbo
*irritum. de restitut. spoliator cap. dilecta 22.
§. cùm enim. de rescript. & cap. prudentiam 21.
de offi-*

de officio delegati, in fin. princ. ad regulam, qua contra 64. de regul. iur. in 6. & regula *qui ex timore 8 de regulis iuris extra.* diximus *d. respons.* nostra 87. *nu. 10. 11. & 12. par. 4.*
Ridiculum quippè obstaculum redditur. nàm si vtilis concessio pro carolenis decē fuisset, vtilior vtiquè pro triginta quinque fuit. & Summus Pontifex ad vtilitatem respexit Ecclesiæ, ex partis assertione, non quòd formam pro carolenis decem dum-
27 taxat dare voluisset: & (vt decerius) in maiori summa minor inest. ex Vlpiano lib. 13. ad edictum in *l. item proferre 32. §. si plures. ff. de receptis arbitris* ibiq; *Gloss.* verbo *consenserunt.* eiusdemque sensus est Bonifacius VIII. in *cap. si ex tribus* ibiq; *Gloss.* verbo *de summa minori de arbitris lib. 6.*
28 Quia in eo, quod plus est semper inest minus. Paulus loquitur lib. 6. ad edictum in *l. in eo, quod plus 111. ff. de regul. iur.* & in *regula plus semper 35. de regul. iur. in 6.* Quam
29 ob causam minor summa maiorem non abnuit, neq; abijcit, quin comprehendatur in illa. ex Iaboleno lib. 15. ad Cassiodorum in *l. cùm furti 9. ff. de in litem iurando. Rota* apud *Card. Canaler. decis. 335. nu. 3.* & apud sanct. memor. *Gregorium XV. decis. 230. nu. 3.* & apud *Card. Seraphinū decis. 267.*
30 *num. 3. & 4.* Alienandi verò res Ecclesiæ causæ sunt necessitas, atquè euidēs vtilitas. ex Innocentio IV. in *cap. 1. de rebus Ecclesiæ non alienandis in 6.* & ex Gregorio X. in Concilio generali Lugdunen in *cap. nemo deinceps 15. de elect. lib. 6.* illis verbis: *Et euidenti necessitate, vel vtilitate ipsius Ecclesiæ suadente.* ibidemq; notat *Gloss.* verbo *necessitate.* & verbo *vtilitate.* & ex Clemente V. in Concilio Viennen in *clement. 1. eod. tit. Rota* apud *Coccinū decis. 445. nu. 3. & par. 2. diuersorum decis. 178. nu. 1. & seq. Marius Antoninus variar. resolut. lib. 1. resolut. 50. nu. 43.* In hac verò alienatione vtraquè interuenit causa: necessitas; quia domus ruinam minabantur; euidens vtilitas; quia ex eare, ex qua non nisi ruinam Ecclesia expectabat, annnos carolenos triginta quinque percepit tot annis antè actis; & à triginta, & ampliùs annis etiam ex domibus melioraris annuos ducatos duodecim pro capitali centum quinquaginta. Ridiculum est ergo nouissimum hoc Aduersariorum ob-
31 staculum. Ne transgrediatur ergo terminos antiquos modernus hic Rector, quos prædecessores posuere sui. Quod nè fieret, Deus prohibuit *Deuteronom. 27. 17.* & *Pro-*
32 *uerbiorum 22. 28* & anathematis transuer-
33 beratione retinuit Leo Papa in *cap. 1. in fin. de sepulturis.* abominabileq; æstimauit, atquè ridiculum Nicolaus Papa in *can. ridiculum 5. distinct. 12.* & ex Gentilibus quoquè Vlpianus lib. 4. fideicommissorum in
34 *l. 2. ff. de constitut. Princip.* Summiq; Romani Pontifices insectati semper fuere. *can. nullus alterius 1. in fin 9. quæst. 2.* & in *can. legibus seculi 10. 12. quæst. 2.* & *can. si quis Episcopus 31. 7. quæst. 1.* sequutusq; fuit Sapiē-
35 tiæ Abyssus *Thomas Aquinas 1. 2. quæst. 97. art. 2. sed contra.* diximus *respons.* nostra 35. *num. 18. 19. & 20. part. 4.* Ita nemini iniuriam inferet, atq; iustitiæ Cultricem Ecclesiam esse, factis ostendet, promissisquè stabit.
Atquè ita ex his, quæ Aristarchi supercilio lubentèr subijcimus, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

Acquieuit dictis Rector præfatus, nequè Casarario molestiam ampliùs intulit.

SVMMARIVM.

1 *Homines non ita stupidi sensus, nec resupini sunt, vt iactare sua velle præsumantur.*
Præsertim verò in homine diligenti, & cordato. num. 2.
3 *Diuitiæ, & pecuniæ quibus vt viuant egent homines, quasi viscera illorum sunt.*
Quin sanguis, & vita. ex Cicerone. nu. 4.
5 *Prouerbium. Eum, qui suum perdit, sensum perdere.*
6 *Prudentis est, non perdere quod suum est.*
7 *Pensiones super fructibus beneficiorum imponuntur.*
Onera igitur, quæ fructibus imminent, ex pensionibus ad ratam deducēda. ratio affertur. num. 51. & 52.
8 *Pensionarij tenentur pro rata ad onera subsidij charitatiui, Seminarij, & decimarū Papalium.*
Retinere proindè ratam illam potest sibi Titularis.
Quod de iure communi exaudi, nō verò iure nouo, quo pensiones ab omni onere exēptæ reseruantur. nu. 9. & nu. 11. & 12.
Ita etiam si Papa integrè illam solui deberé mandauerit. num. 13.
10 *Pater Magister Vincentius Connenus, ex Ordine Prædicatorum fuit Regi nostro Catholico Philippo IV. carus, gratusq;.*
Et vir virtutibus exornatus. deuotionemq; Sāctissimi Rosarij in Classibus Regijs valdè excitauit. vt videres Choros Castrorū.
Vndè pensionem annuam ducatorum ducētorum super fructibus Cathedralis Tropien illi reseruauit.
14 *Integrè solui dicitur, quod sine diminutione fit aliqua.*
Siuè illa per legem, siuè etiam per statutum fieri debeat.

15 Lega-

15 Legatum quod integrè mandatum est solui, sine debetur falcidia.

16 Fenctus integri dicuntur, non deductis expensis.

17 Reiteratio loqnutionis enixam ostendit disponentis voluntatem.

Obstinatumq; ostendit animi sensum. nu. 19.

18 Pecunia verbis geminatis relicta, etiam fructus comprehendit.

20 Mulier, quæ iteratò etiam post bienniū pro alio intercessit, Velleiano non iuuatur, quia deliberatò fecisse videtur.

21 Confessiones duę plus operantur, quàm vna.

22 Funiculus triplex difficile rumpitur.

23 Duo vincula magis stringunt.

24 Iteratio dicendi, deliberationem animi ostēdit.

25 Delictum iteratum grauiùs punitur.

26 Papa nō præsumitur frustrà loqui in suis scriptis.

Dei Vices in terris gerit. num. 27.

28 Verbum nullum in oratione vacare ministerio debet.

Potissimùm verò in priuilegijs, & rescriptis. num. 29.

30 Pensio ob remunerationem laborum, obsequiorumq;, ac præstitorum seruitiorum reseruata, ab omni onere immunis esse debet.

A decimis etiam Papalibus. num. 31.

Vt integram illam pensionarius cōsequatur.

Sicuti si habet illam ex contractu conductionis ad firmam, vel emptionis fructuum. num. 32.

Etiam pro seruitijs præstandis. num. 33.

Ratio affertur. num. 34.

Quia pro alimentis esse videtur, atq; proinde fauorabilis. num. 40.

34 Merces ei, qui operatur, non imputatur secundùm gratiam, sed secundùm debitum. ex Paulo Gentium Doctore.

Et ex iustitia laboranti debetur. nu. 35. iuxtà illud Domini Matthei 20. 8. Voca operarios, & redde illis mercedem suam.

Et integra debetur. num. 36.

37 Meritum importat quandam æqualitatem.

38 Stipendium illis debetur, qui suum accomodauerunt obsequium.

39 Labor sine fructu esse minimè debet.

41 Ordo Prædicatorum inter Mendicantes computatur.

42 Ordines Mendicantium à cōtributione pro Seminario exempti.

43 Pensio ratione tituli, & quòad suam institutionem odiosa res est.

Quia seruitus est beneficij. num. 44.

45 Odia restringi, fauores conuenit ampliari.

Nequè adinuanda esse.

46 Monachus, vt monachus est, incapax est annuę pensionis.

Quia nihil proprium ex professione habere potest.

Ex dispēsatione tamen Apostolica potest illam obtinere. num. 47.

Acquirit verò Monasterio. num. 48.

Quia quicquid acquirit Monachus, Monasterio acquirit.

Tenetur proindè Superiori rationem requisitus de illa reddere. num. 49.

Gaudebit propterea quòad eā priuilegijs Monasterio competentibus, ne ad contributionem teneatur pro Seminario, si ex ordine fuerit Mendicantium. num. 50.

53 Pensio quid?

54 Subsidium charitatiuum soluere non tenetur Episcopus ex fructibus suæ mensæ. Quia illud pro se exigit in sui commodum.

Vndè neq; pensionarius, cui ipse Episcopus ex fructibus mensæ pensionē soluit. nu. 55.

56 Pensionarius, qui in possessione est exigēdi pensionem, manuteneri interim debet in eius libera perceptione, donec constet de oneribus, ad quæ teneatur.

ARGVMENTVM.

Contribuere ne debeat pensionarius ad onera beneficio innexa: subsidij charitatiui, Seminarij, & decimarum Papalium? & quid iure antiquo, quid nouissimo, quo nunc vtimur: Vt pensiones ab omni onere exemptæ concedantur? Quid verò si Pontifex pensionem *integrè* solui debere mandauerit? & quid si pensio in seruitiorum remuneratione, atquè pręmium laborum reseruata fuerit? & quid sanè si Regularis ex ordine Mendicātium pensionarius fuerit? & quid si super fructibus mensę Episcopalis, nùm ad subsidium charitatiuum teneatur, cùm illud in beneficium cedat Episcopi, illudq; lucretur, non soluat ipse? & an interim manuteneri pensionarius debeat in possessione integram exigendi pensionem, vt priùs?

RESPON.

RESPONSIO XXVIII.

1 NOn ſunt ita ſtupidi ſenſus homi-
nes, nec ita reſupini, vt iactare
ſua velle pæſumantur. Non itaq;
qui ſoluit, ita reſupinus eſt, vt facilè ſuas
pecunias iactet, & indebitas effundat. Di-
2 ligens potiſſimũ ſi paterfamilias fuerit, qui
non ita facilè erraſſe videatur. perpendit
id ſanè, nec inargumentosè Paulus lib. 3.
quæſtionũ in *l.cùm de indebito 25.§.qui enim*
3 *ſoluit. ff.de probationib.* Sunt nempè pecuniæ,
ſiue diuitiæ, quibus, vt viuant, egent homi-
nes, quaſi viſcera illorum. ſic Ouidiana
Penelopes

Viſcera noſtra tua diripiuntur opes.

4 & ſanguis, & vita. vti Cicero pro Quintio
dixit: *Non pecuniam modò, verùm etiam ho-
minis propinqui ſanguinem, vitamq; eripere
conantur.* Concinnèq; ſatis verſus Græci
Antiphani aſcripti, ſic latinè redditi:

Sanguis hominibus, & anima ſunt pecuniæ.
Has ergo quiſquis poſſidere non poteſt,
Viuos inter mortuos deambulat.

5 vt in prouerbium abierit dictum: *Eum,
qui ſuum perdit, ſenſum perdere.* Prudentis
6 eſt itaq; viri non perdere, quod ſuum eſt.
Agit proindè prudentiſſimè Illuſtriſs. Do-
minus meus Epiſcopus Tropien, qui ex pẽ-
ſionibus, quas ex Eccleſiæ ſuæ redditibus
ſoluere tenetur, ea deducere tentat, quorũ
7 ſoluendi onus penſionarios tenet. Cùm
enim penſiones ſuper fructibus debeantur
Eccleſiæ, vel beneficij; illiq; ad onera illa
obnoxij ſint; ex penſionibus quoq; ad ra-
tam deducendi erunt. Vti tuetur *Gigant de
penſionib.quæſt.38.39.59 & 90.par.1.tom.15.
tractatuum. Ioan. Azor. inſtitut moral.part.2.
lib.9. cap.9. quæſt.2. Moneta de decim. cap.9.
quæſt.3 nu.87.& ſeqq. Garſias de benef.par.1.
cap.5.nu 171. Barboſa de offic.& poteſt.Epiſc.
alleg.77. num.12.* & *in praxi exigendi penſio-
nes. quæſt.7.num.31.part.1.* & *in collectan. ad
decretum Sacr.Trident.Concil.ſeſſ.23.cap.18.
num.48.* in nouiſſima impreſſione maiori
Venetijs anno 1643. *Rota deciſ.161. num.3.
part.2.diuerſor. Ioan.Bapt.Ciarlin. controuerſ.
forenſ.part.2.cap.200.nu.24. Rota* apud *Du-
ranum deciſ.48.num.5.part.1.* quam etiam
refert dictus *Ciarlin. cap. 24. num. 8. & ſeq.*
8 *par.1.* Iure igitur agit dictus Illuſtriſs. Epi-
ſcopus, vt pro charitatiuo ſubſidio, pro Se-
minario, atq; pro decimis Papalibus ad ra-
tam portionem retineat. *Garſias d.cap.5.nu.
171.* vbi etiam, ita Sacram Congregationẽ
ad *cap.18.ſeſſ.23.* Sacri Tridentini Concilij,
declaraſſe, refert.

9 Verùm hoc quidem iure communi pro-
cedit, non iure nouiſſimo, quo penſiones
ab omni exemptas onere reſeruare Summi
Romani Pontifices conſueuere. vt perpen-
dit *Azorius d.cap.9.quæſt.2. Moneta d.cap.9.
quæſt.3. num.89. Garſias d.cap.5. num.172.
Barboſa in praxi exigendi penſiones d. quæſt.7.
num.31.& ſeq.Ciarlin.d.cap.200.num.25.*

Hinc ſanè eſt, quòd anno Domini 1633.
duodecimo Kalendas Iulij, Sanctiſſimus
ſanctæ memoriæ Vrbanus VIII. anno eius
Pontificatus decimo ad præſentationem
Sacræ Maieſtatis Philippi Quarti Hiſpa-
niarum Regis Catholici, Eccleſiã Tropien
prouidens in perſonam Ambroſij Electi
Tropien, annuam penſionem ducatorum
ducentorum monetę illarum partium ſu-
per menſæ Epiſcopalis Tropienſis fructi-
bus, redditibus, & prouentibus, integrè
10 perſoluendam in perſonam R. Patris Ma-
giſtri Vincentij Conneni, & Oliſiæ Ordi-
nis Fratrum Prędicatorũ profeſſi, cò quòd
prædicto Philippo Regi gratus, & acce-
ptus exiſteret. nec ſine cauſa; cùm eſſet vir
doctrina, bonitate, prudentia, cæteriſq; vir-
tutibus ſatis ornatus, multumq; in Claſſi-
bus Regijs laboraſſet, Sanctiſſimi Roſarij
præſertim in omnes Claſſium Milites de-
uotionem excitans, vt videres choros Ca-
ſtrorum. ſicuti *Canticorum 7.1.* de Eccleſia
dicitur. *Quid videbis in Sunamite, niſi cho-
ros Caſtrorum?* vt commodiùs proindè ſub-
ſtentari valeret, *integrè* perſoluendam pen-
ſionẽ reſeruauit expeditis literis ſub plum-
bo ſignatis. Intendit proindè dictus Illu-
ſtriſſimus Dominus Epiſcopus modernus
Tropien Dominus meus, ratas prædictas
pro oneribus ſubſidij charitatiui, Semina-
rij, & Papalium decimarũ, retinere ſibi, atq;
ab integra penſione prædicta ſic ſoluenda
eximere. Sed reſpondet dictus Pater Ma-
giſter Vincentius, nullo modo diminutio-
nem prædictam facere. ſed *integrè* penſionẽ
præfatam ſibi reſeruatam annis ſingulis in
ſuis terminis ſoluere teneri, tametſi aliàs
11 dicta penſio ducatorum ducentorum in
bullis prædictis ab oneribus reſeruata non
videatur, vt Illuſtriſs. dictus Dominus Epi-
ſcopus eidem in dubium refricat. ex *conſi-
lio 1. Nauarri lib. 3. de Eccleſijs ædificandis.*
12 *Sayrus deciſ.1.eod.tit.* Conſueuere nempè ſic
ad præſẽs penſiones omnes reſeruari, cũ, vt
commodiùs quis viuere poſſit, reſeruẽtur;
vti præfato Magiſtro reſeruata legitur. ex
Azorio d.cap.9.quæſt.2. quem alij ſequuntur,
*Rota d.deciſ.161. nu.2 part.2. diuerſ. Moneta
d.cap.9.quæſt.3.num.89.*

13 Quia nimirùm mãdauit Papa dicto Ma-
giſtro Vincentio, vt commodiùs viuere va-
leat, *integrè* ſolui penſionem prædictam du-
catorum ducentorum monetę illarum par-
tium, terminis ſuis. Abſq; igitur diminu-
tione aliqua illam ſolui præcepit, ſiuè de
iure, ſiuè de facto diminuenda aliàs illa
14 eſſet. *Integrè* nempè dicitur, quod ſine di-
minutione fit aliqua, ſiuè illa per legẽ, ſiuè
etiam

etiam per statutum fieri deberet. ex Con-
stantino Augusto in *l. si quando 2. C. de bon. vacant. lib.* 10. sequiturq; Paulus lib. 60. ad
edictum in *l. decem 60. in fin. ff. de fideicommiss. libert.* sic nempè verbis exprimit Pau-
lus: *Sed cogendus est hæres tota decem præstare, perinde atq; si adiecisset testator, vt in-*
15 *tegra præstarentur.* vt in hoc legato cesset
falcidia. vt *Gloss. verbo præstarentur.* aduer-
tit, alioquin integra non essent, si diminu-
tio fieret aliqua ad Sceuolæ sensum lib. 16.
digestorũ in *l. nomen debitoris 33. §. fin ff. de legat. 3.* & admittit *Bald. cons. 88. lib. 1.* sequi-
turq; latiùs *Decian. cons. 57. nu. 35. 36. & 37. lib. 1.* & cum *Rota in Bononien fideicommissi*
11. *Martij* 1611. coràm *Mãzanedo decis. 300. num. 10. in fin. part. 1. in recentior. Cardin.
Tusc. tom. 2. lit. D. conclus. 297. num. 1.* sequi-
turq; *Barbosa de dictionib. dict. 167. nu. 1. & 2. & num. 14.* vbi ad rem nostram infert. Inte-
16 gri fructus dicuntur, non deductis expen-
sis. ex *Alexand. cons. 133. nu. 4. lib. 5. & Card. Tusc. d. conclus. 297. num. 9.*

Integrè igitur solutionem pẽsionis præ-
fatę dicto Magistro Vincẽtio annis singulis
per Episcopos Tropien fieri mandauit, vt
nullam Episcopus detrahere portionem
deberet; alioquin integra non esset. Inde
quippè Sanctissimus Vrbanus non semel,
sed iterùm, atq; iterùm, & tertio *integrè* il-
lam solui imperauit: *In S. Ioannis Baptistæ, & altera medietatibus pensionis per præsentes reseruando in Dñi nostri IESV CHRISTI Natiuitatum festiuitatibus pro rata temporis integrè persoluendam.* & infrà: *decernentes Ambrosium Electum, & successores prædictos* ad integram *solutionem pensionis per præsentes reseruatam tibi faciendam, iuxtà reseruationis, constitutionis, & assignationis prædictarũ tenorem, fore efficaciter obligatos.* & inferius: *donec tibi, vel eidem procuratori de pensione per præsentes reseruata prædicta tunc debita*
17 integrè *satisfactum.* Enixam proindè, ex
replicatione tertiò facta, voluntatem suam
fuisse, integram consequi dictum Patrem
Magistrum Vincentium pẽsionis prædictæ
solutionem singulis annis, declarare Sum-
mus Romanus Pontifex voluit. Ex Celso
(ni magis Calistratum dixeris) lib. 20. di-
gestorum in *l. Balista filium 32. ff. ad Senat.*
18 *Consult. Trebell.* quo loco Iurisconsultus
ex geminatis verbis, *quantamcunq; pecuniã.* & : *eam pecuniam omnem.* etiã fructus com-
prehendi respondit. ibiq; *Gloss.* verbo *etiã fructus.* ex eiusdem Celsi conclusione. *Existimo etiam fructus, quos ex hæreditate perceperit, restituere eum debere, perindè, quasi specialitèr hoc testator expressisset.* & ibidẽ *Bart. Bald. Alexand.* cæteriquè. Porindè namquè
habetur, ex replicatione etiam tertio (*integrè*) solui pensionẽ, ac si specialitèr Pon-
tifex expressisset, illam sine diminutione
19 aliqua, quacunq; ex causa, soluendã fore.
Quia reiteratio obfirmatum ostendit ani-
mi sensũ faciendi. ex Iustiniano Cæsare in
l. si mulier 22. C. ad Senatus Consultum Velle-
20 *ianum.* decernit namq; ipse: Mulierẽ, per-
fectę quidem ætatis, si primò pro alio in-
tercesserit, & intra biennium, vel pignus
dederit, vel pro eadem causa cautionem
fecerit, excusari quidem; non verò si bien-
nio exacto id præstiterit. sibi imputet, si
quod sępiùs cogitare poterat, & euitare
non fecit. Quia deliberato animo id fecis-
se videtur, & non pro aliena, sed pro sua
causa se obligare, atquè secunda cautione
se obnoxiam facere. rationem *Gloss.* ibidem
21 reddit verbo *cautione.* plus enim (inquiẽs)
duæ confessiones operantur, quàm vna. Et
22 ex Salomone. Funiculus triplex difficile
rumpitur. *Ecclesiastes 4. 12. cap. 1. in fin. de*
23 *trengua, et pace.* & duo vincula magis ligãt,
stringuuntq;. ex Iustiniano Cæsare in *§. 1. fine Quia igitur. vers. vult autem hæc lex ex vtroq; decoratos, in authent. de consanguineis, & vterinis fratribus. collat. 6.* & *l. sãcimus 11. cum auth. seq. itaq; mortuo. C. commun. de successionib.* noster *Maranta de multiplici alienatione. num. 118. Nauar. cons. 8. num. 2. lib. 4. de sponsalib. Octauius Glorit. respon. 5. nu. 26.*
Et non operabitur; obfirmatam animi vo-
luntatem demonstrare voluisse Summum
Pontificem Vrbanum videri, quod tertiò
24 (*integrè*) pensionẽ solui debere, mandauit.
Iteratio quippè dicendi deliberationem
animi ostendit. ex Fabiano Papa ad Hi-
larium Episcopum in *can. si quis iratus 4. 2. quæst. 3.* ibiq; *Gloss.* verbo *iterare.* quæ sic
infert: *Hoc ideò dicit, quia si iterauerit conuitium, non videtur ex iracundia, sed ex deliberatione dixisse.* refert *text. in d. l. si mulier. ad Velleianum C.* eiusdemquè argumenti ex
Concilio Ilerdensi cap. 5. est *text. in can. hi qui altario 4. 15. quæst. 8.* illis sanè verbis in
fin. *Quod si iterato, velut canes ad vomitum reuersi fuerint, & veluti sues innolutabris luti iacuerint; non solùm dignitate officij careant. &c.* ex quo loco *Gloss.* ibidem verbo *iterato.* argumentum infert: *grauiùs puniri ite-*
25 *ratum delictum.* Ex deliberatione quippè
factum præsumitur. argumento quoq; peti-
to ex Gelasij Papæ dictis in *can. ita nos Scyllacenorum 25. 25. quæst. 2.* & ex Cypria-
no in *can. quod si pœnitentiam 5. 27. quæst. 1.* ibiq; *Gloss.* verbo *reuersa.* perpendimus *respons.* nostra 31. *num. 33. & 34. part. 4.* Num-
26 quid ne frustra Summũ Romanum Ponti-
ficem Orbis vniuersi moderatorẽ, qui Sum-
27 mi Dei Vices in terris gerit. ex Innocẽtij
Tertij verbis in *cap. quanta personã tuam 3. de translat. Episc.* loquutum fuisse æstima-
bimus: quando ne tantillum quidem ver-
bum in eius rescriptis à ministerio vacare
debet? vti ex verbis Augustini in *can. si enim*

recedere

recedere 9. §.his de causis factum est. 28. q. 1.
Glos. verbo *nunquid*. argumentatur: *Quod*
28 *nullum verbum in oratione vacat mysterio*.
argumentum extrahit ex Papiniano lib. 36.
quæstionum in *l.si stipulatur sis 4. ff. de vsur.*
illis sanè verbis: *Sed tamen propter illa ver-*
ba: Vacuamq; possessionem tradi: potest dici,
partus quoq; catione, committi incerti stipula-
tionem. suoq; sẽsu Bonifacius Papa admit-
tit in *cap. si Papa 10. de priuileg. in 6. Rota*
apud *Card. Mantic. decis. 225. num. 2.* & apud
Caualer. decis. 494. nu. 2. & apud sanct. mem.
Gregorium XV. decis. 434. nu. 6. diximus *re-*
spons. nostra 33. *num. 53. 54. & num 70. par. 4.*
29 potissimùm verò in priuilegijs, & rescri-
ptis. *Card. Tusc. tom. 7. lit. S. concl 895. nu. 12.*
& num. 15. & tom. viij. lit. V. concl. 85. nu. 15.
& 18. Barbosa axiom. 222. num. 11. 15. & 16.

Deindè, quia dicto Patri Magistro Vin-
centio reseruata hæc annua pensio ducato-
rum ducentorum fuit; quia: *Prædicto Phi-*
lippo Regi gratus, & acceptus existis, vt com-
30 *modiùs sustentari valeas*. ob remuneratio-
nem igitur laborum, obsequiorumq;, atq;
præstitorum seruitiorũ in Classibus dictæ
Maiestatis Catholicæ (vt ipse ex scriptutis
probat) pensio hæc reseruata illi fuit. ab
31 omni proindè onere, à decimis etiam Pa-
palibus, exempta esse debebit, vt integram
illam consequatur. ex *Gloss.* notabili in
Clementina si beneficiorum 2. alias fin. de deci-
mis. in gloss. 1. in 3. quæsito. an quis ad deci-
mas Papales soluẽdas teneatur. quæ sic in-
32 fert: *Si autem habet illa ex contractu condu-*
ctionis ad firmam, vel emptionis fructuum; vel
pro mercede, vel remuneratione sui laboris: tũc
illi, quorum est proprietas, illa decimare debe-
bunt. sic *Gloss.* quam sequitur *Imola* ibidem
col. 2. num. 6. nec alieni sensus fuit Bonifa-
cius VIII. in *extrauaganti declarationes. vni-*
ca. §. si autem personis aliquibus. de decimis in-
ter communes. Verba damus Bonifacij: *Si*
autem personis aliquibus pro iusta mercede,
33 *seù remuneratione laboris, vel obsequij præsti-*
ti, vel præstandi talia sunt concessa: ij, quorum
est illorum proprietas in decimatione prouen-
tuum suorum, etiam horum prouentus, meritò
numerabunt, & de illis (sicut de alijs, quos pro
certis suis vtilitatibus expendunt) decimam
exhibebunt. Ita apertissimè Bonifacius. &
hunc sensum expressè admittit *Gigans de*
pensionib. d. quæst. 59. num. 8. sequiturq; *Mo-*
neta d. cap. 9. de decim. quæst. 3. in 3. declarat.
34 *num. 100.* Quia nimirùm ei, qui operatur,
merces nõ imputatur secundùm gratiam,
sed secundum debitum. vt Paulus conte-
statur Doctor Gentium ad *Romanos* 4. 4. &
35 merces ex iustitia laboranti debetur. ex
Mattheo 20. 8. *Voca operarios, & redde illis*
36 *mercedem suam*. Integra igitur debetur
merces operanti, non diminuta. Nam me-
37 ritum importat quandam æqualitatem iu-
stitiæ. ex *S. Thom. 3. part. quæst. 49. art. 6. in*
38 *corpore*. & iustum est, vt illi consequan-
tur stipendium, qui suum commodauere
obsequium. ex S. Gregorio ad Maximum
Syracusanum Episcopum in *can. charitatem*
tuam 45. in fin. 12. quæst. 2. ibiq; *Gloss.* verbo
39 *stipendium in fin.* inferens: *Quod labor non*
debet esse sine fructu. deduximus nos pluri-
bus perpendentes *respons.* nostra 46. *nu. 39.*
40. & seq. part. 3. Iure proindè quam meri-
tissimo pensionem hanc eidem reseruans
Summus Pontifex Vrbanus, rationem red-
didit: *Et prædicto Philippo Regi gratus, &*
acceptus existis, vt commodiùs substentari va-
leas, de alicuius subuentionis auxilio prouidere.
40 pro alimentis proindè fuit, res idcircò fa-
uorabilis, vt latè deducit *Gigans de pension.*
quæst. 96. num. 4. & seqq. Garsias de benefic. d.
part. 1. cap. 5. num. 8. & 9. & seq.

Prætereà Pater Magister Vincẽtius pro-
fessus est ex Ordine Prædicatorũ, qui Or-
41 do inter Mendicantium computatur or-
dines, vt Pius Papa V. Constitutione sua,
quæ incipit *Romanus Pontifex*, sub datum
42 primo Octobris 1568. eam numerat. Ordi-
nes verò Mendicantium à contributione
Seminario facienda ex eodem Sacri Tri-
dentini Concilij decreto *cap. 18. sess. 23. de*
reformat. §. & quia ad Collegij fabricam. exi-
muntur illis sanè verbis: *Et omnium Mona-*
steriorum, non tamen Mendicantium. Exem-
ptus igitur & ipse erit, qui pensionem ob-
tinet, ne ad hanc teneatur contributionem
cùm ex ordine sit Mendicantiũ. quod ad-
uertit *Barbosa de officio Episcopi d. alleg. 77.*
num. 14. & seqq.

Neque dicas: pensionem reseruatam
fuisse personæ ipsius Magistri Vincentij; vt
commodiùs viuere valeret. non trahendũ
proindè priuilegium Monasterio Mendi-
cantium indultum, ad personam vnam
43 Monachi, quòd ratione titularis, & in actu
primo, & quoad suam institutionem pen-
sio quid odiosum est. *Gigans d. quæst. 96. n. 1.*
& seq. Caputaq. decis. 203. num. 8. part. 2. Gar-
sias d. par. 1. cap. 5. num. 43 Ioan. Bapt. Ciarlin.
44 *cap. 201. nu. 16. part. 2.* Quia seruitus est be-
neficij *nu. 17. Pater Franciscus Pelizzarius è*
Societate IESV in manuali regularium par. 1.
tract. 4. cap 2. sect. 3 quæst. 10. num. 103. in fin.
45 Odia proindè reprimi, non dilatari opor-
tere. ad regulam *odia restringi 15. de regul.*
iur. in 6. neque adiuuanda esse. ex Paulo
lib. 1. ad Vitellium in *l. cùm quidam 19.* ibi-
què *Bart.* in summario. *ff. de lib. & posthum.*
Barbosa axiomate 166. num. 1. & seq. Caputaq.
d. decis. 303. num. 9. part. 2.
46 Respõdetur etenim: Monachum vt Mo-
nachum incapacem esse pensionis, quia ni-
hil proprium habere potest ob solemne
paupertatis votũ in professione emissum.
ex Augustino *can. non dicatis 11. 12. quæst. 1.*

& Innocentio III. in *cap. cùm ad Monaste-*
47 *rium 6. de statu monachorum*. fieri tamen
capacem authoritate Summi Pontificis, vt
commodiùs viuere valeat. *Ioan. Azor. instit.*
moral. part. 2. lib. 8. cap. 7. quæst. 11. Pelliz-
zar. d. tract. cap. 2. sect. 3. quæst. 10. num. 202.
48 Acquirere tamen omnia Monasterio.
Quia quidquid acquirit monachus, Mo-
nasterio acquirit. ex Innocentio III. in
cap. in præsentia 8. de probat. & ex Concilio
habito apud Alteam in *can. statutum est 1.*
18. quæst. 1. & ex eodem Innocentio III. in
cap. cùm olim 14. de priuileg. ibiq; *Abb. nu. 6.*
Authent. ingressi. C. de sacros. Eccles. Nauar. de
regularib. commentar. 2. in d. can. non dicatis.
num. 3. & seq. & *de redditibus Ecclesiasticis*
quæst. 1. monit. 12. circa finem. Thom. Triuisan.
decis. 30. lib. 1. Cardin. Zabarell. cons. 6. num. 2.
Miranda in manual. pastorum part. 1. quæst. 51.
artic. 7. Rota decis. 333. sub num. 2. par. 2. in re-
centior. & apud sanct. mem. *Gregorium XV.*
decis. 87. nu. 12. ibiq; *Beltramin. addens nu. 15.*
& apud *Duranum* Episcopum Vrgellen *de-*
cis. 308. num. 2. & 3. part. 2. diximus *respons.*
nostra *4. num. 92. 93. & 94. part. 1. Ciarlinus*
cap. 194. num. 35. part. 2. Pellizzar. in manuali
regularium par. 1. tract. 3. cap. 6. sect. 2. q. 9. nu. 54.
& 55. & d. tract. 4. cap. 2. sect. 3. q. 10. nu. 202.
49 *& 203.* Hinc proindè ob causam est, quòd
Summus Pontifex Vrbanus in Bullis præ-
fatis reseruationis dictæ pensionis annuæ
dicto Magistro Vincentio factis clausulam
adiecit; *Ita vt rationem administrationis hu-*
iusmodi suo Superiori, quandocunquè ab eo re-
quisitus fueris, reddere tenearis. Acquisiuit
idcircò Monasterio, & si vt cõmodiùs ipse
viuere posset, ex Summi Pontificis dispẽsa-
50 tione. gaudebit proindè Monasterij priui-
legio, quod ex ordine est Mendicantium.
Est prætereà perpendendum, ex alio ip-
sum ad subsidij præstationẽ, quatènus aliàs
51 teneretur, non esse nunc obnoxium. Quia
nimirùm pensio prædicta reseruata fuit su-
per fructibus, & redditibus mensæ Episco-
52 palis Tropien. Vt verò pẽsionarius pro ra-
ta ad contributionem teneatur onerum,
quibus beneficium est obnoxiũ. vt perpen-
dit etiam *Rota in Romana pensionum 6. No-*
uembris 1619. coràm *Buratto decis. 418. per*
tot. ibiq; *Ferrentillus addens litera A. Gigans*
de pensionib. quæst. 28. num. 2. Ciarlin. d. cap. 200.
nu. 7. Mohedan. decis. 4. & 5. de locato, & con-
ducto. Id quidẽ est, nè tanto grauetur one-
re beneficium, ex cuius fructibus pensio
extrahitur, iuxtà pensionis definitionem,
quam longa serie disentit *Garsias de benef.*
part. 1. d. cap. 5. §. 1. à num. 162. Pellizzarius
d. tract. 4. cap. 2. sect. 3. quæst. 10. num. 202. Ius
53 scilicet quodam exigendi certos redditus
ex fructibus alieni beneficij. Nullo autem
54 onere, dictum subsidium soluendi, tenetur
Illustrissimus Episcopus, cùm pro eo dictũ
soluatur subsidium charitatiuum. ex Ho-
norio Tertio in *cap. conquerente 16. in fin. de*
officio Iudicis ordinarij. & ex Concilio Late-
ranen in *cap. cùm Apostolus 6. de censibus.*
55 Non est igitur in damno, nequè in damno
esse pensionarius debebit. vt per quàm op-
timè perpendere videtur *Gigans d. quæst. 38.*
56 *de pensionibus.* ex rationibus ab illo dedu-
ctis. Manutenẽdus proindè erit dictus Pa-
ter Magister in possessione, qua reperitur,
integram pensionem prædictam exigendi.
vt si quid dictus Illustrissimus Episcopus
deducere velit, in petitorio deducat. vt ex
Rota in Mõtis Falisci pensionũ 27. Maij 1627.
coràm *Vbaldo.* tuetur *Barbosa d. tract. praxis*
exigendi pensiones. part. 1. quæst. 2. num. 52.
Rota apud *Duranum d. decis. 48. num. 1. & 6.*
part. 2. Ciarlinus d. cap. 24. num. 10. part. 1. Et
siquidèm ex deductis nihil omninò dedu-
cere valeat, ex rationibus perpensis.

Atquè ita ex his, quæ Aristarchi super-
cilio lubentèr subijcimus, respondendum,
requisiti, censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Lites, & iurgia maximoperè hominum patri-*
monia deuorant.
Sunt lites veluti flammæ. num. 4.
Hinc quotidiè Deum precatur Ecclesia.
Extingue flammas litium. num. 5.
Lites ergo, aut nullæ esse debent inter seruos
Dei, aut statim finiri. ex Augustino.
num. 7.
Nam, vt nullæ sint; fieri non potest.
2 *Prouerbium. Litem mouebit, si vel asinus canem*
momorderit.
3 *Iudex patiens esse debet, sed cum ingenio, ne*
contemptibilis videatur. debet tamen ad-
uersus eos mouere, qui causarum concin-
natores, ac redemptores sunt.
6 *Litigare non oportet seruos Domini. ex Paulo.*
Ratio affertur.
Quia Deus, cui seruiunt, Deus est Pacis.
8 *Defendere se, suaq; iura tueri quilibet debet.*
Hoc enim à principio descendit natura.
Atquè contraria propulsare.
9 *Institui ad beneficium iurispatronatus illa de-*
bet, qui maiora patronorum suffragia
obtinet. & num. 10.
11 *Iuspatronatus cum vniuersitate transit bo-*
norum.
Modi enumerantur, quibus iuspatronatus
transfertur.
12 *Vox vnius ex stirpe à maiori eiusdem stirpis*
parte absorbetur.
13 *Compensatio locum obtinet in pari causa.*
Compen-

Compensatio ipsa solutionis est species. n. 14.

15 *Cōpatroni possunt inter se se concordare de alternis vicibus præsentãdo, ad lites, discordiasq; tollendas, resecandasq; & nu 25.*

Sed omnes consentire debent. num. 26.

Alioquin vnius dissensus concordiam dissoluet. num. 27.

16 *Beneficia Ecclesiastica sine diminutione cōferri debent, & ideò non diuidi.*

Ratio affertur ex Gloss. *num. 17.*

Et ne dùm quoad titulum, sed etiam quoad fructus. num. 20.

Nequè etiam Episcopi accedente consensu. num. 21

18 *Præbenda diuidi non debet, sed integra conferri.*

19 Text. in cap. nisi essent 21. de præbendis. *expenditur.*

22 *Nullum quod est, operari effectum minimè potest. & num. 28.*

23 *Contractus ex contrahentium pendent consensu, & lege, ac voluntate.*

24 *Prohibentis cōditio in pari causa, melior æstimatur, & qui consensum non præstitit.*

In damnosis præsertim.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus ei debetur, qui à maiori patronorũ parte fuerit præsẽtatus, & cum vniuersitate transit bonorum, etiam per permutationem vniuersorum bonorum. Vox vnius ex compatronis per maiorem partem eiusdem stirpis absorbetur. Poterit tamen fieri compensatio vocis, & vocis. Possunt compatroni inter se se concordare de alternis vicibus præsentando; modò tamen omnes consenserint. Nam vnius eorum dissensus concordiam dissoluet. ad mentem *Clementinæ plures 2. de iurepatronatus.* Beneficia sine diminutione conferri debent, nec inter præsentatos diuidi, etiam Episcopi accedente consensu. vndè *text.* expenditur Innocentij Tertij in *cap. nisi essent 21. de prebendis.*

RESPONSIO XXIX.

1 Nihil omninò est, quod magis officit hominibus, quodq; eorum patrimonia magis, magisq; absorbeat, quàm lites, iurgiaq; inter se se habere. Sunt enim nonnulli, qui ex quacunquè re, quàmuis minima, modiciq; momenti, lites excitant, & vt prouerbio
2 fertur: *Litem mouebunt, si vel asinus canem momorderit.* Hinc admonuit Vlpianus lib. 2. de officio Proconsulis in *l. nec quicquã 9. §. circa aduocatos. ff. de offic. Proconsf. & Legati.*
3 Proconsulem patientem esse debere, sed cũ ingenio, ne contẽptibilis videatur; ac circa eos præsertim, quos causarũ Concinnatores, ac redemptores, comprehenderit, ne ob lites malè depromptas, ciuium substantiæ absumantur, ijq; depauperentur. Sunt
4 quippè lites veluti flammæ, quæ eorum nimia æstuitate quicquid inuenerint, absumunt. Vndè si lapides domus inter se liti-
5 gent, non illa stabit, sed desolabitur. Iure per quàm optimo igitur Ecclesia ex Ambrosio, orat quotidiè Dominum, deprecãs, litium flammas vt extinguat:

Extingue flammas litium,
Aufer calorem noxium,
Confer salute corporum,
Vtramq; pacem cordium.

6 Et Paulus 2. ad Timotheum 2. 24. *Seruum autem Domini* (inquit) *non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes.* Quia nimirùm cùm Deus, cui seruimus, & cuius omnes serui nati sumus, Deus sit pacis, non decet,
7 quòd habeat seruos litibus dedditos. Hinc Sanctus Augustinus in regula cap. 37. *Lites aut nullas habeatis,* (suos docet) *aut quam celerrimè finiatis, ne ira crescat in odium, & trabem faciat de festuca. & animam faciat homicidam.* Meritò quidem Sanctus Augustinus lites aut nullas habeatis, aut quàm celerrimè finiatis, dixit: quia vt omnino lites omnes resecentur, fieri non vtiq; potest, quando tueri nos teneamur in his, quæ nostra sunt, vel nobis debentur. Sic sanè nunc accidit Clerico Iosepho Mariæ Griffo Ciuitatis Nolæ, non ipse est, qui litem tentat; mouetur verò ei lis in beneficio, quod sibi
8 iure debetur, tueri igitur se, suaq; iura debet. quod à principio id prouenit naturæ, vt nos, nostraq; tueamur, nobisq; contraria propulsemus. ex Florentino lib. 1. Institutionum in *l. vt vim 3. ff. de iust. & iure.* & Isidoro in *can. ius naturale 7. dist. 1.* & Ale-

xandro Tertio in *cap. si verò alicuius 3. de sentent. excommun.* & Innocentio etiam Tertio in *cap. significasti nobis 18. de homicid.* diximus *respons.* nostra 31. *num. 3. & 4. par. 4.*

Vacāte propterea Beneficio, cui nomen est à Sancto Saluatore in Ciuitate Nolæ, quod de iurepatronatus est illorum de familia Griffo, & Sanctoro, ob supremum vitæ diem R. Abbatis Ioannis Baptistæ Griffo Canonici Cathedralis Ecclesiæ Nolanæ, qui anno 1646. mense Decembri diem clausit extremum, ad Beneficium prædictum à duabus partibus compatronorum in possessione, vel quasi existentium iuris presentandi, presentatus corām Illustrissimo loci Ordinario fuit dictus Clericus Ioseph Maria.

9 Illi ergo, vt qui maiora patronorum habet suffragia, institutio debetur. ex Leone Papa in *can. si fortè 36.* aliàs *fin. dist. 63.* & Concilio Lateranensi in *cap. quoniam 3. de iurepatronat.* diximus *respons.* nostra *6. num. 8. part. 3.* Sed opponit se, nec iure D. Petrus Sanctorus Hebdomadarius eiusdē Cathedralis Nolanæ ab illis de Sanctoro præsentatus, vigore prætensæ alternatiuæ ex concordia inter partes habita descendentis. Quod igitur causæ statum facit est: nùm sanè prætensa alternatiuę cōcordia locum habeat, vel sit illa nulla, & abijcienda? & nùm Clericus Ioseph à maiori patronorū parte præsentatus fuerit? Et quidem vt ab hoc secundo incipiamus, esse Clericum Iosephum à maiori patronorum parte presentatum; cùm ex tribus vocibus duas ille obtineat; habet igitur maiorem vocum partem. sic in facto rem deducimus: Fundauit beneficiū præfatum nomine insigne Sancti Saluatoris, qui fuit quondam Ioannes Vincentius Imbarca. Hic tres filias habuit: Susannam, Cintiam, & Antoniam Imbarcas.

Ex *Cintia*, quę matrimonio copulata fuit cum Dante Griffo Ciuitatis Nolæ, duæ etiam fœminæ mundi huius lucem aspexere, Isabella, & Phœba Griffo.

Ex *Antonia* verò, quæ & ipsa virum accepit Angelum Bernardinum Griffum, concepit, & peperit Ioannem Vincentium Griffum.

Susanna autē matrimonio iuncta V.I.D. Placido de Ferrarijs filium suscepit Franciscum de Ferrarijs. Ex articulis Anno 1566. fol. 11. & seq. Hi Franciscus de Ferrarijs, Ioannes Vincentius Griffus, & Isabella, ac Phœba Griffo anno 1565. vacante dicto Beneficio ob renunciationem Clerici Ioannis Vincentij Griffo, præsentauerūt ad illud Clericum Vincentium de Algerio Nolanum fol. 1. qui, audito in omnibus Curiæ Episcopalis Nolanæ Fisco anno 1567. fuit institutus. fol. 37. 38. & 39. post cuius suprema funera ad præsentationem eorundem institutus fuit Clericus Ioannes Frāciscus de Puteo. fol. 45. Quo ex humanis sublato, Abbas Mutius Sanctorius Archidiaconus Cathedralis Nolanæ, & Clericus Ioannes Baptista Griffo anno 1597. inter se se, accedente Illustrissimi tunc Episcopi consensu, beneficium prædictum diuisere fol. 41.

Pro Griffis itaquè ex tribus vocibus, ex *Cintia*, & *Antonia*, duæ sunt voces. vna tantùm residua pro Ferrarijs ex *Susanna*. Franciscus de Ferrarijs in supremis suis tabulis hæredem vniuersalem sibi dixit Camillam de Ferrarijs sororem fol. 58. hæc matrimonio locata fuit Prospero Sanctorio, in cuius constantia filios susceperunt Abbatem Mutium prædictum, Iulium, Ioannē Aloysium, & Ioannem Baptistam Sanctorios. habent itaq; hi de Sanctorio ex Susanna vnā vocem dūmtaxat. fol. 47.

Ex Ioanne Vincentio de Griffis cū Brigitta Loffredo eius vxore legitima, orti fuere Ioannes Baptista, Franciscus Antonius, & Ioānes Hieronymus Griffi. fol. 47. in 6. artic.

Ex Isabella Griffo sorore, & hærede Phœbæ, ex legitimo matrimonio lucem solis huius vidit prædictus Clericus Ioannes Franciscus de Puteo, qui supremam trahens auram, ius præsentandi ad ipsum spectās, dictis fratribus de Griffo reliquit. fol. 47. super 7. & 8. artic. & fol. 83. in fin.

Habent igitur prædicti de Griffo ex tribus vocibus, quibus totum iuspatronatus, & præsentandi absumitur, duas voces. habent proindè maiorem partē vocum. Clericus igitur Ioseph Maria Griffus, ab ipsis de Griffo præsentatus maiorem obtinet suffragiorum partem.

10 Ipse propterea instituēdus erit. Multòq; magis quòd anno 1626. supre[illegible]s scribens tabulas Abbas Iulius Sanc[illegible] iuspatronatus, & præsentādi ad ipsum spectans, tàm in præfato Beneficio Sancti Saluatoris, quā etiam in Beneficio Sanctę Mariæ de Laureto intus Ecclesiam Sanctorum Apostolorū Ciuitatis eiusdem Nolanæ, reliquit Horatio, & Vincentio Griffis nepotibus Abbatis Ioannis Baptistæ Griffi fol. 67. cui Ordinarij assensus accessit. fol. 68.

Neque obstaculum facit, quòd Abbas Ioannes Baptista Griffo in supremis constitutus hæredem vniuersalem bonorum suorum dixit Venerabile Monasteriū Sanctæ Mariæ de Constantinopoli eiusdem Ciuitatis Nolæ Ordinis Beati Ioannis de

11 Deo fol. 75. consequenterq; ad ius præsētandi successit, quod cum vniuersitate bonorum transit. ex Concilio Toletano 9. in *can. filijs, vel nepotibus 31.* ibiq; *Gloss.* verbo *propinquis.* & Gregorio in *can. considerandum 35.* & Concilio Triburiensi in *can. si*

piures

plures 36. 16.quæst.7. & ex Concilio Lateranen. d.cap. quoniam in quibusdam 3. de iure patron. & Gloss.in t.cùm seculū 13. verbo emptorum. eod.tit. carmine concludēs modos, quibus iuspatronatus in alterū transfertur.
Iura patronatus transfire facit nouus heres:
Res permutata, donatio, venditioq;
& sequuti nos fuimus respons.nostra 50. nu. 45. part.4.

Quia nimirum pro vna voce dūmtaxat Abbas Ioannes Baptista ius in Monasteriū
12 transferre potuit: Sed hæc eius vox à maiori aliorum eiusdem stirpis parte absorbebitur: ex Scęuola lib.1. quæstionum in l.quod maior 19. ff. ad municipal. & de incol. dicente: *Quod maior pars Curiæ efficit, pro eo habetur, ac si omnes egerint*. sequutusq; fuit in terminis hisce nostris *Ioannes Imola in clementina plures 2. num.7. de iurepatronat. Cassador.decis.2.num.1.de iurepatronat. Carol. Ruin.consl.50.num 6.& 7.lib.5. Rota part.2 diuersor.decis.117.num.1. Maceraten.variar.resolut. lib.1.resolut.104.num.* *Gonzalez ad regul.8.Cancell.gloss.45.num.61.& 62. Rota part.2. in recentior. decis.443. num.4. & 5.* & apud *Coccin. decis.464.num.5.& num.11. in fin.* & apud *Card.Caualer. decis.21.num.1.& decis.436. num.1. & decis.519 num.3.& 4.* & apud sanct mem. *Gregorium XV. decis.452. num.4.* ibiq; *Beltramin.num.23.* & in *Florentina iurispatronatus de Iansiliazzis 14. Maij 1624* coràm *Durano* Episcopo Vercellen. *decis.285.num.7.part.5.in recentiorib. per Rubeum*.

Vel vt deterius hæc ipsa vox compensabitur cum alia voce, quam ex Abbate Iulio Sanctorio dicti de Griffo, Horatius videlicet, & Vincentius nepotes dicti Abbatis Ioannis Baptistæ Griffo obtinent, vt in superioribus diximus. Vel enim hæc ipsa vox à maiori parte eorū de Sanctorio absorbebitur, vel non absorbebitur. Si hoc secundum, habent dicti de Griffo hanc vocem Abbatis Iulij Sanctorij. Si verò primum: Sicuti hęc à maiori patronorum parte ex hoc stipite absorbetur; ita, pariq; modo & illa Abbatis Ioannis Baptistæ. In pa-
13 ri vtrique causa sunt. Et perindè se habebunt, ac si compensassent inuicē. ex Pomponio lib.35. ad Sabinum in l. debitor 4. ff. *qui potiores in pignore habeantur*. illis verbis in fin. *Dicendum est perindè haberi debere, ac si priori creditori pecunia soluta esset: nec enim interest, exsoluerit, an pensauerit*. Quia ni-
14 mirùm compēsatio ipsa solutionis est species. ex Paulo lib.51.ad edictum in *l.dedisse 76. ff. de verbor. significat.* qui sic loquitur. *Dedisse intelligendus est etiam is, qui permutauit, vel compensauit*. sequiturq; *Rota apud Card. Seraphinum decis.302. num.3.4. & seq.* & apud *Duranum decis. 379. num. 9. part.2.* Compēsatione igitur inuicem facta vocis, & vocis, perindè se habebunt, ac per priùs erant. et Griffij pro duobus vocibus sint: Sanctorij verò pro vna.

Hoc itaq; fundato. Iure nunc ad primā propositam difficultatem in statu causæ transimus, dicimusq; prætensam concordiam inter partes anno 1597.initam, firmā haud esse, nec locum habere.

15 Neque verò inficias nos imus, quin inter se se compatroni concordare valeant de alternis vicibus presentādo, ad discordias, litesq; tollēdas, resecandasq;. Cùm id apertissimè decreuerit Clemens V. in Concilio Viennen in *d. clement. plures 2. de iurepatronatus*. Sed quia concordia prædicta non legitimo processerit modo, neq; ab omnibus fuerit patronis comprobata.

Initium quippè, quod concordiæ præfatæ dedit, fuit quòd Abbas Mutius Santorus, qui vnam tantùm vocem habebat, cùm Clericus Ioānes Baptista Griffus duas haberet voces, atque à maiori compatronorū parte presentatus esset, vt iure sibi, nec iniuria institutio deberetur, vt in eadē quoquè prætensa concordia manifestissimè legitur fol.79. & fol.83.in processu. Cùm esset tunc ipse Cathedralis Ecclesiæ Archidiaconus contra simplicem Clericum prȩualebat, vndè ipse supplices preces Episcopo Gallo dedit, vt beneficium diuideretur. Ipse quidē Archidiaconus modia duo terrarum obtineret, Clericus verò Ioānes Baptista totum residuum beneficium, & titulū possideret. hoc verò in humanis existente ipso Archidiacono Abbate Mutio, & pro vna illa vice dumtaxat fol.41. Cui petitioni annuit Illustrissimus Episcopus. quàm
16 autem rectè, qui sapit, intelligat. Cùm beneficia Ecclesiastica sine diminutione cōferri debeant. *toto tit. vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur*. rationem reddēte ibidem in *cap.vnic. §.omnibus ergo. in fin.* Innocentio III. ad Archiepiscopum Mediolanen. *Quod Ecclesiastica beneficia sine diminutione debent conferri*. Ibiq; *Gloss.* verbo *diminutione*. ex Innocentio II. in Synodo Romana in *can.si quis prabēdas 15. aliàs fin. 1.quæst.3.* ibiq; *Gloss.* verbo *diminutione*. & ex Alexandro III. in Concilio Turonen in *cap. maioribus 8. de præbend.* ibiquè *Gloss.*
17 verbo *diuisionem*. quæ sic ad rem nostram infert: *Sed duo ad vnam præbendam eligi nō possunt, vt vnus vnam medietatem habeat, & alter alteram*. quem canonem Concilij Turonen sequutus fuit Innocentius III. in *cap.vacante 26.eod.tit.* & Gregorius IX in *cap.cùm causam 36.eod.tit.* ibiq; *Gloss.* verbo *integrationе*. quæ sic propositionem elicit:
18 *Et ita* (inquiens) *prabenda diuidi non debet sed integra conferri*. sequitur Rota in *Meliten Canonicatus 1595.* coràm *Card. Mellino decis.104.num.5. post 1.volum.Consiliorū Farinac.*

19 rinae. Neque moueare ex his, quæ Aduersarij in aduersum objiciunt ex eodem Innocenrio III. in *cap. nisi essent viri prouidi 21. de prabend.* Quatènus ex illo *text.* probari putant; ex bono pacis posse beneficiũ inter duos diuidi. Cùm quod in illa dispositione id factum fuir à Delegaris Apostolicis ob pacis bonum, cùm partes illę inter se se litiginm haberent. tùm quod ipse Innocentius III. factum dictorum Delegatorum improbauir magis, quàm approbauir; coleràuit tamen moderamine adhibito: ratione etiam reddita, quam ob causam moderamen illud adhibuerit: *Ne fortè* (inquiens) *circa prouentus aliqua videatur facta sectio priaratus.* & rationem firmat *Gloss. fin.*
20 ibidem: *Quoniam* (inferens) *sicut ius diuidi non potest, sic nec fructus, vt 1. quæst. 3. cau. vlt. & infra vt Ecclesiastica beneficia.* sic Gloss.

In hoc verò facto inter Abbatem Mutiũ, & Clericum Ioannem Baptistam lis nulla erat, nec ius vllum erar fundatũ pro dicto Abbare Murio, cùm ex tribus vocibus vnã ipse haberer, duas Ioannes Baprista. erat proindè eidem institurio debita, qui à maiori compatronorum suffragio præsẽtatus fuerat. Sicut igitur nulla inter eos inita concordia fuir; cùm diuisum inter duos vnicum fuerir beneficium: ita pariq; mo-
21 do, & nullus Episcopi consensus, atq; contra Sacrorum Canonum instituta, Summorumq; Pontificum, Sacrorumq; Conciliorũ
22 sanctiones. Nullum verò quod est, operari quicquam nec poterit, neq; effectum producere. ex regula *non præstat 52. de regul. iur. in 6.* iuxtà illud Poetæ
Ex nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti.
sequiturq; *Nauar. cons. 5. num. 6. in fin. lib. 4. de sponsal*, diximusq; *respons* nostra 55. *n.* 48. *& 49. part. 4.* Nulla est igitur inter eos inita concordia. & perindè habetur, ac si facta minimè fuisset. *Crauett. cons. 29. num. 8. vers. itaquè tanquam nulla. Ioan. Cephal. cons. 725. num. 10. vol. 5.*

Prætereà concordia prędicta ex vtraque parte, tàm eorũ de Griffis, quàm eorum de Sãctorio, non fuit ab omnibus approbata. Et quidem, qui concordiã iniuere ex parte eorum de Griffis fuerũt Franciscus Antonius, & Clericus Ioannes Baptista, qui pro Ioanne Hieronymo fratre minore de rato promiserũt; pro Sanctorijs verò Abbas Mutius, & Ioannes Aloysius, qui etiam pro Ioanne Baptista, & Iulio Sanctorijs fratribus de raro promiserunt. Sed neutrr eorũ, neq; Ioannes Hieronymus Griffus, neque Ioannes Baptista, & Iulius Sanctorij ratam concordiam habuit, neque ratificauit. est ergo nulla concordia ex hae etiam parte, ex defectu consensus eorum, qui non rati-
23 ficauerunt. Contractus enim ex contrahentium pendent consensu, siuè bonę fidei sint, siuè non sint. ex Vlpiano lib. 36. ad Quintum Mutiũ in *l. in omnibus negotijs 56. ff. de action. & obligat.* atq; Diocletiano, & Maximiano Augustis in *l. sicuti initio 5. C. eod. de actionib. & obligat.* argumento quoq; sumpro ex Martiano lib. 3. regularum in *l. si duos. 44. ff. de contrah. empt.* quatènus haber emptionem factam fuisse, vel non factã mancipiorum, si vnus eorum iam obierat, ex voluntate pendere emenris. eiusdemq; sensus videtur Africanus lib. 6. quæstionũ in *l. cùm eiusdem generis 34. ff. de ædilit. edict.* diximus *respons.* nostra 52. *num.* 14 *par.* 4. ex consensu ergo, & voluntate legem accipiũt contractus. non intercessit horum ratificatio concordiæ, qui noluerũt, neq; vtile pro se putauere. nulla proindè fuit, neq; valida, atq; firma habenda. Et quidem iure quàm meritissimo Ioannes Hieronymus non ratificauit, cùm esset concordia præfata omnimodis damnosa ijs de domo Griffo compatronis. Ex tribus namq; vocibus duas ipsi integras habebant, vt habent, ità planè, vt beneficium semper eorum ad presentationem starer; nulla proindè concordia indigebant de alternis vicibus præsentando. Fuit ergo concordia prædicta eis damnosa. Iure quàm meritissimo proindè fortassè, certior de damno factus Ioannes Hieronymus, noluit illam ratificare, neque ratã habere, quòd fratres ipsius malè, quin pessimè se gessissent. Et sanè, si Ioannes Baprista, & Iulius Sanctorij, de quorum vtilitate agebatur, concordiam prædictam nullo modo ratificauere: quantò magis Ioannes Hieronymus, de cuius euidenti agebatur damno, ratificare illam non de-
24 buit? Sicuti nec ratificauit. Vt melior omninò eius in hoc conditio æstimetur, qui prohibuit; nec consensum præstitit. ex regula *in re communi 56. de regul. iur. in 6.* ibiq; *Gloss.* & aduertisse per quàm optimè
25 videtur Clemens V. in *d. clement. plures 2. §. & vt facilius. de iure patronat.* qui ad cõmodum respiciens Ecclesiæ, ne beneficia diù vacantia remanerent, sequentibus disposuit: *Et vt faciliùs prouideatur Ecclesijs* (inquiens) *non inconueniens reputamus, patronos ipsos inter se posse liberè conuenire, de Rectore ab eis alternis vicibus præsentando.* Patronos (inquit) simpliciter, & absolutè, vt omnes includeret; quemadmodùm & *Glos.* ibidem commentum agit, verbo *patronos.* hoc est, (*omnes*) adiungens, vt nullũ seclu-
26 deret, sed communi omnis consensu de-
27 bere concordari innueret; vt sat, superq; fit, si vnus tantummodò dissentiat, quia in re communi prohibentis conditio melior æstimatur. ex *d. reg in re communi 56. de regul. iur. in 6.* quem sensum post *Lapum* sequitur ibidem *d. §. & vt facilius. Card. Zabarella*

barella num.1. & Bonifacius de Vitaliuis nu.4. & 5. Canedus in collectan. ad d. clement. qua de collectan.7. num. 2. Mohedan. decis. 11. de renunciat. Francisc. Marc. decis.1133. num.2. part.1. Senat. Delphinat. Petr. Gregor. Tholosan. syntagmatum iuris vniuersi part.2. lib.17. cap.4. num.5. Doctor Marta voto 11. part.1.

Prӕterquàm quod & ipsi de Sanctorijs primi fuere, qui prӕfatӕ concordiӕ contradixere; & contra illam venere, fuerunt autē Ioannes Baptista,& Abbas Iulius Sanctorij, cùm anno 1607. ex humanis discessisset dictus Abbas Mutius Sanctorius eorū Frater fol.62. Ipsi namquè concordiӕ non interfuerant, nequè postmodùm ratificauerant. Non itaquè ratam illam habuere, quin contra illam de facto venere d. fol.62. clandicat ergo ex eorum parte,& nulla est.
28 nullum ergo prӕstabit effectum. ad *text. in cap. ad dissoluendum 13. de desponsat. impuber. l.4. §. condemnatum. ff. de re iudic.* diximus *responsi.* nostra 7. *num.*30. *&* 31. *part.*4. Quibus accedit,quòd quatènus concordia firma esset,vt nullam illam probauimus, pro Griffis adhùc res esset: cùm pro illis de familia de Griffis prӕsētatio fieri deberet. vt in dicta prӕtensa concordia legitur fol. 84. ex hoc itaquè capite & ipse Clericus Ioseph Maria de Griffo institui deberet. Vel igitur concordia locum habet. (vt dilemate hoc Aduersarios conuingamus) vt nullam esse astruimus, & pro Iosepho res est. vel locum non habet, vt verè locum non sibi inuenit,& pro eodem Iosepho, vti à maiori patronorum parte prӕsentato, institutio esse debebit. Eidem igitur institutio debetur. vt lites, quӕ exarserunt, extinguantur.

Atquè ita ex his, quӕ prudentiori iudicio lubentèr supponimus, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Prӕsentatio in stirpes facta videtur, quando prӕsentantes prӕsentauerunt vti haredes.*
Nam qui prӕsentat vt hӕres, ex iure prӕsentare videtur, quod habebat is, cui per hӕreditatem successit. num.2.
3 *Hӕres, & defunctus vna, eademq; persona censentur.*
Fictione quidem iuris.
4 *Hӕredes plures ab vna descendentes persona, in stirpes succedunt in iure prӕsentandi, non autem in capita.*
Ratio redditur. num.5.
6 *Clemens V. in* clementina plures 2. de iurepatronatus, *generalitèr loquutus fuit, vt generalitèr sit exaudiendus, in omni casu, in quo iuspatronatus in plures transfertur.*
Et qui in locum vnius succedunt. num.7.
Nam isti in stirpes, & non in capita locum habebunt.
8 *In capita spectare dicitur, quod ex propria persona, & ex virili pertinet, non ex alterius contemplatione.*
Et quod proprio obtinet nomine. num.10.
9 *Pater, & filius, natura ipsa, vna, atquè eadem esse persona, intelliguntur.*
11 *Instituendus is est ad beneficium, qui à maiori suffragiorum parte prӕsentatus fuit, & num.30.*
Et qui maioribus iuuatur meritis, hoc est, idoneus est. num.13.
12 *Pluralis locutio duorum numero est contenta.*
14 *Testamentum coràm Parocho, & duobus testibus confectum iure Sacrorum Canonum tenet.*
Et etiam coràm Presbytero substituto, vel de licentia Parochi, vel Ordinarij. Quia is proprius dicitur Parochiani Presbyter. num.22.
In pijs prӕsertim. num.15.
Atq; in casu necessitatis, nullo existente Notario. num.16.
Et sine scriptura testamentum esse potest. num.21.
17 *Voluntas suprema hominis, cùm de rebus disponit suis, coarctanda non est, neq; etiam suffocanda.*
Quin lex ӕstimatur. num.18.
Vt modis omnibus seruanda sit. num.19.
Voluntas ab interiori animi sensu, & libertate pendet. num.20.
21 *Hӕres in conscientia voluntatem exequi testatoris, & defuncti debet, quā scit certo esse, licèt minus solemnitèr scripta reperiatur.*
Quia scriptura est de solemnitate.
23 *Verba* (da herede scendendo) *hӕreditariā important qualitatem, vti hӕredes, & non ex propria persona.*
Ac per reprӕsentationem eorum parentum. num.24. & num.25.
25 *Reprӕsentatio parentum in filijs succedentibus* ex auth. cessante, & auth. post fratres. C. de legitimis hӕredibus. *locum habet in iurepatronatus.*
Vt in stirpes succedere videantur, & non in capita.
26 *Iuspatronatus relictum iure legati, in capita defertur, & non in stirpes.*
Quia habentur vt primi instituti. nu.27.
Declara, vbi contrarium non appareat de mente, & dispositione testatoris. nu.28.
Et si vocati fuerint vt hӕredes. num.29.
Nam in stirpes admittūtur, et non in capita.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Præsentatio in stirpes ne facta fuerit, vel in capita, multum inter se differunt. & quando in stirpes, & quando in capita competat? Quid autem sit in capita aliquid spectare? *Clementina plures 2. de iurepatronatus*. plenè dispenditur. Is autem institui debet, qui à maiori patronorum parte præsentatus fuit. Testamentum an substineatur coràm Parocho, & duobus testibus factũ. Præsertim verò in casu necessitatis,& si in loco nullus adsit Notarius. Vocati ad iuspatronatus proximiores (*da herede scendendo*) an vocati vti hæredes fuerint, ita vt in stirpes vocati censeantur, non in capita? Iuspatronatus legato relictum, an primis vocatis in capita relictum videatur, & an in stirpes? & quid si alitèr ex voluntate pateat defuncti fundatoris?

RESPONSIO XXX.

Contendunt iudicio D.Marcus Antonius Fabotius Parochus Parochialis Ecclesiæ Sancti Blasij loci Cardeti, & D.Sebastianus de Tella Frignani maioris Auersanen Diœcesis, quis eorum institui debeat ad beneficiũ sub inuocatione Sancti Bernardini de Senis intus Parochialem Ecclesiam dicti loci Frignani maioris de iurepatronatus laicorum, à quondam Pompilio Tauano erectum, vacãs per supremum diem D.Sebastiani Grimaldi Ciuitatis Nuceriæ Paganorum, cùm vterq; eorum à compatronis fuerit præsentatus. Et quidem Fabotius, à Francisco, & Iose-
pho Pascaronis, filijs,& hæredibus quondã
Hieronymæ Tauanæ sororis dicti Funda-
toris, præsentatus fuit. Sebastianus verò à
Paschareilo Sardo filio, & hærede quondã
Ientelitiæ Tauano; & à Sebastiano de An-
gelella filio, & hærede quondam Ioannæ
Tauano, quæ etiam sorores fuerunt dicti
Pompilij fundatoris. Difficultatis itaq; hu-
ius punctus, & causæ status, in eo residet;
successerint ne hi, qui præsentauerunt ad
ius hoc patronatus, in stirpes, vel in capita?
vt si in capita successerint, æquales vterq;
eorum obtineant voces; sin verò in stirpes
maiora obtineat patronorum suffragia Se-
1 bastianus. Et quidem, quòd in stirpes suc-
cesserint, atq; in stirpes præseurauerint, id
sanè ex præsentationibus apparet. Namq;
Franciscus, & Ioseph Pascharoni fratres,
præsentauerunt vti filij,& hæredes quondã
Hieronymæ Tauanæ corũ matris fol.2. in
2 processu. & fol.3. & 4. Si itaq; vti hæredes
Hieronymæ præsentauerũt; ex iure vtiquè
quod ad illã spectabat,& ex persona illius.
Namquè Vlpianus lib.2. disputationum in
l. haredem 60. ff. de regul. iur. docet: *Hare-*
3 *dem eiusdem potestatis, iurisq; esse, cuius fuit*
defunctus constat. Quia est vna persona fi-
ctione iuris. vt *Gloss.* 1. ibidem aduertit, ra-
tionemq; reddit. ex Iustiniano Cęsare in
§.1. in authent. de iure iurando à moriẽte præ-
stito collat. 5. qui sic ipse Cæsarea potesta-
te, Maiestateq; rationem reddit: *Cum vtiq;*
nostris videtur legibus, vnam quodammodò esse
personam haredis, & eius, qui in eum transmit-
tit hareditatem. & ex Diocletiano, & Maxi-
miano Augustis in *l. cùm à matre 14. C. de*
rei vendicat. Rota apud *Burattum decis.* 750.
num. 3. part. 3. diximus *respons.* nostra 30.
num. 2. part. 3. Ex iure ergo illius vti hære-
des; ex vna vtiq; persona præsentauerunt.
in stirpes igitur, nõ in capita. Audias quæ-
so Clementis V. in *clement. plures 2. de iure*
4 *patronat.* dispositionem, sic dicentis: *Plures*
ab vno ex patronis Ecclesia relicti haredes, vo-
cem dumtaxat vnius habent in præsentatione
rectoris. ita Clemens in Conc lio Viennen.
sequiturq; plenissimè *Gloss.* ibidẽ in *Gloss.*
magna. rationemq; reddit *Gloss. in can. si*
plures heredes 36. verbo *communs 16. quæst. 7.*
5 Quia nimirùm omnes illi reputari debẽt
pro vno, cùm in locum vnius successerint.
sequutaq; fuit *Rota part. 2. in recentiorib. de-*
cis. 308. num. 1. & per tot. & in vna *Piscien be-*
neficy 29 Januarij 1635. coràm *Pironano de-*
cis. 2. num. 5. 6. & seq. part 7. recentiorum per
6 *Rubeum*. Præterquàm quod dictus Cle-
mens V. in *d. clement. plures 2.* processit
disponendo ad fraudes detruncandas, quę
in hac re iurispatronatus enasci potuissẽt.
generalitèr proindè loquutus fuit, vt gene-
ralitèr quoquè,& sine præfinitione aliqua
exaudiri debeat, siuè hæredes sint sui, siuè
extranei,

extranei, siuè masculi, siuè fœminæ; siuè ex
testamento, siuè ab intestato; & in omni
casu, quo ex alijs titulis iuspatronatus in
plures transfertur. ex Gloss. ibidem verbo
relicti. sequiturq; Lambert. de iure patronat.
lib. 1. part. 2. quæst. 1. art. 25. num. 19. & 20. &
ead. part. & quæst. art. 26. num. 2. & seq. prose-
quiturq; Gratian. forens. part. 3. cap. 521. nu.
13. 14. 15. & seq. Quocunq; itaquè modo
hi Iosephus, & Franciscus Hieronymæ fi-
lij, & hæredes præsentauerunt, ex iure vtiq;
præsentauerunt, quod ad illam eorum ma-
trem spectabat. ex iure proindè vnius. ex
7 d. clement. plures. illis verbis: vocem dum-
taxat vnius. ex Lambertino d. art. 25. nu. 17.
& Rota d. decis. 2. num. 5. & 6. d. part. 7. recent.
ergo in stirpes, nō vtiq; in capita. Francisc.
Marzar. cons. 3. nu. 1. In capita profectò spe-
8 ctare dicitur, quod alicui ex propria persona,
non ex aliena prouenit, atq; ex virili, non
ex alterius contēplatione. ex Sceuolæ sen-
su lib. 1. responsorum in l. Lucius Titius te-
stamento 90. §. Lucius Titius testamento. ff.
de legat. 2. audias, quæso, loquentem Sce-
uolam: Respondi, perspicuam esse testatoris vo-
luntatem omnes ad viriles partes vocantis. ad
viriles: hoc est in capita; vnusquisq; vide-
licet ex propria persona. veluti eundem
sensum in hanc sententiā habuisse videtur
Iustinianus Cæsar in l. si quis duobus 11.
aliàs fin. C. de impub. & alijs substit. illis ver-
bis: In præsenti enim specie quærebatur secun-
dùm Vlpianum. vtrum nè Titium vna cum fi-
lijs suis in dimidiam vocet, & Sempronium in
aliam dimidiam, an omnes in virilem portio-
nem? Nobis autem in prima quidem specie
videtur tres substitutos, vnumquemq; in trien-
tem vocari. in secunda autem specie, (cùm &
9 natura pater, & filius, eadem esse persona penè
intelligantur) dimidiam quidem partem Titio
cum filijs suis, alteram autem partem Sempro-
nio assignari. Non itaquè in capite obtine-
re dicitur, qui in virilem non obtinet, sed
10 coniunctim cum alio. In capite igitur est
proprio obtinere nomine. ex Gloss. fin. ead.
l. fin. C. de impuber. & ex Iustiniano Cæsare
§. multis alijs. in fin. Institut. de success. libert.
illis verbis: & in capita, non in stirpes dimida-
tur. sequiturq; pluribus Gulielm. de Bened.
in repetit. cap. Raynutius 16. de testament. ver-
bo & vxorem nomine Adelasiam. decis. 5. à nu.
65. ad nu. 70. Cephal. cons. 456. num. 20. & seq.
lib. 4. & hanc etiam admittit interpretatio-
nem Lambertin. d. part. 2. lib. 1. d. quæst. 1. art.
25. num. 16. & ead. quæst. art. 28. num. 5. sequi-
turq; Gratian. d. part. 3. d. cap. 521. nu. 15. Rota
d. decis. 2. coràm Pirouano num. 5. 6. & seq. d.
par. 7. in recentior. per Rubeum. Francisc. Mar-
zar. d. cons. 3. num. 1. Molfes. ad consuet. Neap.
tom. 1. par. 4. quæst. 1. num. 2. & 3. Si igitur in
stirpes præsentauerunt vti hæredes Hiero-
nymæ: pro vna vtiquè voce Hieronymæ
vterq; eorum præsentauit. Vnam itaq; vo-
cem ex vtriusq; persona D. Marcus Anto-
nius habet. Sebastianus verò duas, ex per-
sona duarum aliarum sororum Pompilij
fundatoris, ex Ientilitia scilicet, & Ioanna
Tananis. Est itaq; à maiori patronorum
suffragio præsentatus Sebastianus; quia
ex tribus vocibus duas obtinet. ipse igitur
11 instituendus erit. ex Leone Papa in can. si
fortè. sinè fin. distinct. 63. & Concilio Latera-
nen. in cap. quoniam 3. de iurepatronat. sic
nempè Lateranense Concilium decreuit:
Præsenti (inquiens) decreto statuimus, vt si
fortè in plures partes fundatorum se vota di-
uiserint, ille præficiatur Ecclesiæ, qui maioribus
iuuatur meritis, & plurimorum eligitur, & ap-
probatur assensu. Hic Sebastianus ex tribus
vocibus duas obtinet: plurimorum ergo
12 approbatur consensu. Nam pluralis locu-
tio, duorum numero est contenta. regula
pluralis locutio 40. de regul. iur. in 6. Gloss. ad
hanc rem nostram in d. clement. plures 2. ver-
bo plures. de iure patronat. Ipse quoq; ma-
13 ioribus iuuatur meritis; quia idoneus est
ad simplex obtinendum beneficium, quod
solùm sufficit. ex Gloss. d. cap. quoniam 3. ver-
bo qui maioribus. Ipse igitur instituendus.
& ita in simili respondit Rota in dicta Pi-
scien beneficij coràm Pirouano d. decis. 2. nu. 4.
& seq. & in eadem causa 27. Aprilis 1633.
coràm Card. Vbaldo decis. 279. nu. 1. & nu. 13.
& seq. ead. part. 7. in recentiorib. per Rubeum.
& in eadem causa 7. Nouembris 1629. corā
eodem Card. Vbaldo decis. 274. num. 1. eadem
part. 7.

Astruimus autem hoc, quod dicimus, fir-
miori argumento ex his, quæ ex nouissimo
dicti Pompilij testamento, habentur. Ipse
namquè cùm anno 1636. in vltimis confli-
ctaretur, neq; in loco adesset Notarius, ac-
cersito substituto Parochi, testamentum
14 apud eum coràm duobus testibus roga-
uit. quod quidem testamentum ex Sacro-
rum dispositione Canonum Alexādri III.
ad Episcopum Hostiensem in cap. cùm esses
10. & ad Iudices Velletren in cap. relatum
11. de testament. substinetur, ac firmum ha-
betur. Cùm iam constet de suprema de-
functi hominis voluntate, sufficiatq; si iu-
ris gentium solemnitates intercesserint, cū
scriptum sit: in ore duorum, vel trium te-
stium stet omne verbum. In pijs præsertim.
15 vt nos latè deduximus respons. nostra 17.
num. 1. & seq. per tot. part. 1. In casu potissi-
16 mum necessitatis, nullo existēte Notario.
ad text. in cap. non debet 8. in princ. de consan-
17 guin. & affinit. Neq; enim voluntas ho-
minum de rebus suis in supremo vitæ hali-
tu disponentiū comprimi debet, & (vt ita
dixerim) suffocari; cùm nullus in loco,
18 qui scribat, Notarius adsit; quando lex est
suprema hominis volūtas, in his omnibus,

quæ ex ſuo arbitratu in rebus ſnis dixit.ex
Iuſtiniano Cæſare in §. *diſponat. in auth. de*
19 *nupt. collat.* 4. Vt ſeruari modis omnibus
debeat.ex Gregorio *can. vltima voluntas* 4.
13. *quæſt.* 2. Voluntas autē ab interiori ani-
20 mi ſenſu, & libertate pendet; ſcriptura
verò exterior eſt probatio; vt ſufficiat, ſi
de volnntate certa habeatur notitia, vt qui
21 ſucceſſerint diſponenti, in conſciētia, eius
parere volnntati teneantur. ex Innocentio
Tertio in *cap. fin.* ibiq; *Gloſſ.* verbo *Mona-
ſterio. de ſnceeſſ. ab inteſt. Nauarr. mannal.
cap.* 17. *nnm.* 117. diximus plenè *reſponſ.* no-
ſtra 17. *nnm.* 12. *part.* 1. quando & ſine ſcri-
ptura teſtamentum eſſe poreſt. ex Floren-
tino in *l. Diuns Traianns* 25. *ff. de militari te-
ſtamento.* In ipſo itaquè hoc pacto, modoq;
rogato teſtamento, vti de illo fidem facit
propria ſcriptura R.D. Antonins de Ange-
lis Ciuitatis Auerſæ Sacerdos, qui tunc tē-
poris in loco Frignani maioris pro Paro-
cho ſubſtituti loco ſungebatur. erat igitur
22 proprins Pompilij, illius Parochiæ Paro-
chiani, Presbyter, iuxtà determinationem
dicti Alexandri Tertij *d. cap. cùm eſſet* 10. *in
fin. de teſtament.* & ex decreris Sacri Tridē-
tini Concilij. præſertim *ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de re-
format. matrim.* quarènus habetur, quòd:
*Qui alitèr qnàm preſente Parocho, vel alio Sa-
cerdote de illins Parochi, ſeù Ordinarij licen-
tia, & duobns, vel tribus teſtibus matrimoniū
contrahere attentabunt, &c.* Proprius igitur
dictus Presbyter, qui de Parochi, vel Ordi-
narij licenria, & facultate curam exercet
animarum. In teſtamento itaq; Pompilius
ſic diſpoſuit.

*Item laſcia il detto Pompilio Tanano, che
dopò ſua morte, il beneficio, ſeù patronato, qua-
le adeſſo poſſede D. Sebaſtiano Grimaldo di
Nocera delli Pagani, quale è della famiglia del-
li Tanani, ſotto il vocabnlo di S. Bernardino
da Siena, l'habbia da conferire, e ne ſia padro-
ne di conferirlo omni fnturo tempore Geroni-
ma Tanano ſua ſorella; e morendo la detta
Geronima, & hanendoſi da conferire lo detto
beneficio, ſeù patronato, ſi debba conferire dal-
li parenti più ſtretti dello detto Teſtatore da
23 herede ſcendendo: Quia ſic, &c.* Vt hæredes
itaquè illos admiſit, non ex propria perſo-
na, ergo in ſtirpes, non autem in capita.
Et quidem iam ex vi huius teſtamenti,
filij trium harum ſororū ſucceſſere, vnuſ-
quiſq;, vti proximior, magiſq; coniunctus,
ſed in ſtirpes ex perſona eorum matris, vti
24 hæredes (*da herede ſcendendo*) per repreſen-
tationem videlicet perſonę ſuperioris ipſis
ſucceſſoribus. ex qua vnuſquiſquè eorum
deſcendebat, vt hæres in ſtirpes, & non in
capita. vti Iuſtinianus docet Imperator in
§. *cùm filius, filiauè. Inſtitut. de hæreditatib. quæ
ab inteſtato deferuntur. & authent. ceſſante, &
authent. poſt fratres autem. C. de legitim. hæ-*
25 *redib.* Quam diſpoſitionem, per repręſenta-
tionem, in iure patronatus locum habere
ſine controuerſia Doctores admittunt.
Gulielm. de Benedict. ad d. cap. Raynutius 16.
de teſtament. verbo *& vxorem nomine Ade-
laſiam. deciſ.* 5. *à num.* 65. *ad* 70. *Couar. practi-
car. quæſt. cap.* 38. *n.* 13. *Spinus de teſtam. gloſſ.* 4.
nnm. 56. *Gratian. forenſ. d. part.* 3. *cap.* 521. *nu.*
15. *&* 16. Cùm enim vt hæredes vocentur
(*da herede ſcendendo.*) vtiq; vt hæredes exau-
diri debent, repręſentantes perſonas, quo-
rum ſunt hæredes. ex Paulo lib. ſingulari
de inofficioſo teſtamento in *l. ſi ponas* 23.
§. *ſi hæreditatem.* ibiq; notat *Angel. ff. de inoff.
teſtam.* & pro regnla communi admittit *Ab-
ba Mandellus conſ.* 321. *num.* 17. *&* 18.
26 Nec pro ipſis eſt, quod perpendunt Ad-
uerſarij: teſtatorem iure legati reliquiſſe
iuſpatronatus, & præſentandi Hieronimæ
eius ſorori, & poſt eius ſuprema funera
dalli parēti più ſtretti dello detto teſtatore. Vo-
cari proindè in viriles proximiores con-
27 ſanguineos, & in capita, non in ſtirpes.
quia habentur vti primi inſtituti; qui in
capita vocati cenſentur, & non in ſtirpes.
ve dixir *Lambertin. d. part.* 2. *lib.* 1. *d. quæſt.* 1.
artic. 26. *nnm.* 5. & ſequuta ſuit *Rota d. deciſ.*
308. *nnm.* 4. *part.* 2. *in recentiorib. Riccius deciſ.*
120. *nnm.* 3. *part.* 2. *& collectan.* 1733. *part.* 5.
Viuian. de iurepatronat. part. 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *nu.*
58. *&* 59.
28 Quia nimirùm perſtaret eorū obiectio,
ſi non contrarium conſtaret, nec dùm ex
mente, verùm ex verbis teſtatoris, qui non
ibi finem dicendi, diſponendiq; fecit: *E
morendo la detta Geronima, & hanendoſi da
conferire lo detto beneficio, ſeù patronato, ſi
habbia da conferire dalli parenti più ſtretti di
detto Teſtatore.* ſed vlteriùs proceſſit ad-
dendo; *da herede ſcendendo. Quia ſic, &c.* De-
clarauit igitur voluntatem ſuam teſtator,
quòd magis propinquos ad iuſpatronatus,
& præſētandi admiſerit (*da herede ſcenden-
do*) vti hæredes videlicet, atq; proindè in
ſtirpes, & nō in capita. Sciebat enim ei tres
eſſe ſorores, vocauerat autem Hieronymā,
ad quàm maiorem habebat affectionem;
poſt mortem verò eius, magis propinquos
vti hæredes admiſit in ſtirpes, non vtiq; in
capita; ſed *da herede deſcendendo*, vti deſcen-
derent ab aſcendentibus eorum, vti hære-
des videlicet, & non ex propria perſona, vt
ſupra etiam perpendimus. & declarauit
Rota apud *Coccinum* virum doctiſſimum
d. deciſ. 308. *num.* 4. qui in fine ſubiunxit:
*Et ita fuit concluſum, iuſpatronatus ſpectare
in ſtirpes, & non in capita.* Quia vt hæredes
29 vocati fuerāt, conſequenterq; in ſtirpes, &
non in capita. ex *d. clement. plures* 2. *de iure
patronat.* & ſequuta fuit etiam *Rota in d. Pi-
ſcien beneficij* coràm *Pironano d. deciſ.* 2. *nn.* 6.
d. part. 7. *in recentioribus per Rubeum.* atquè
ita

ita disponente testatore. vt perpendit *Cephal.d conf.456.num.18.* In stirpes proindè, & nõ in capita hoc iuspatronatus,quod ad hos proximiores Pompilij testatoris,vt hęredes peruenit.spectauit.Sed in stirpes ma-
30 iora obtinet suffragia Sebastianus: Quia ex tribus, duas ipse obtinet stirpium voces. Ipse ergo instituendus.

Atquè ita ex his, prudentiori non explosò iudicio, quàm expetito, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Homines quidam ita defixum cor suum habet in terra, & his,quæ terrena sunt, vt nunquam illud subleuent ad cælestia perpendenda.*

Quasi bruta animantia, quæ terram semper aspiciunt. num.3.

2 *Locus Psalmi* 16. 11. Oculos suos statuerũt declinare in terrã. *perpenditur ex Aug.*

4 *Hominem creauit Deus erecto vultu, vt Cœlũ aspiceret.*

Est enim homo Dei exemplum in imagine parua. num.5.

Et propter se illum creauit. num.7.

6 *Terrena omnia implere humanum cor non possunt.*

Ratio ex Augustino. num.7.

7 *Cor humanum inquietum est semper, donec ad Deum perueniat.*

Eius petra est Deus: & ipse solus illud implere potest. num.9.

8 *Locus Psalmi* 72. 25. Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. *elucidatur ex Augustino.*

9 *Deus solus est adæquata petra cordis humani.*

10 *Donatio facta,vt sequuta donantis morte effectum sortiatur, interim vitali perfruente aura donatae,effectum habere minimè potest.*

Quia sibi interim prospicere magis donans voluit,quàm donatario. num.11.

12 *Donatio causa mortis,multis modis fieri potest.*

Et vt post mortem effectum sortiatur.

Et vt etiam nõ sequuta morte firma sit. quæ inter viuos magis æstimatur, quàm causa mortis.num.13.

Tres species donationis causa mortis Vlpianus docet. num.14.

15 *Causæ, quibus ad donandum moueri quis potest, cùm multa sint, secernendæ ab inuicem erunt.*

19 *Donatio propriè dicitur,quæ ob liberalitatem, & munificentiam fit. & num.42.*

Alia dicitur conditionalis donatio. nu.17.

Seu sub conditione. num.18.

Qualis est mortis causa donatio.

19 *Donatarius si donatori præmoriatur in donatione causa mortis, donatio extinguitur.*

20 *Moriendum esse hominibus certum est.*

Dies tamen incerta mortis. num.21.

22 *Dies incertus conditionem operatur.*

23 *Legatum relictum cùm Titius morietur, si legatarius ante decedat,legatum ad hæredes non transmittit.*

24 *Morte homines ad Acherontem descendere dicuntur.*

Et in æternum exilium cymbæ imponi.

Victima nil miserantis orci.

25 *Ante diem agens malè quis agit.*

Repelli proindè potest per exceptionem pacti conuenti. num.27.

26 *Locus Matthæi* 27. 49. Sine videamus,an veniat Elias liberans eum. *elucidatur.*

28 *Donatio conditionalis,conditione non exeunte, effectum non habet.*

29 *Dispositio sub conditione facta, ita se habet, ac si facta non fuisset, conditione non habente exitum.*

Quia non alitèr disposuisse videtur disponens.

30 *Causa vbi deficit, & effectus paritèr retinetur.*

31 *Conditio formam tribuit,quæ seruari debet.*

32 *Præbenda erecta sub conditione,quotidiè celebrandi Missam de Sancta Maria,nisi corporis infirmitate grauatus, licitè erecta dicitur.*

33 *Forma dat esse rei.*

Et sine illa rudis remanet materia.

Et res interit.

Quia forma vna est,nec in plura diuiditur. num.36.

34 *Legatũ deficit,si res,quæ legata fuit,dispereat.*

Nam voluntas quoq; mutata videtur. n.35.

37 *Causa finalis, quæ quis ad disponendum motus fuit, illa attendenda.*

38 *Voluntas quoquè mutata dicitur,conditione nõ seruata, sub qua dispositum fuerat.*

39 *Os in Cœlum ponere prouerbialitèr,ex Psalm.* 72.9. Posuerunt in Cœlum os suũ,&c.

40 *Donatio causa mortis inter voluntates supremas agnoscitur.*

Potest proindè reuocari. & num.43.

Quia donatio conditionalis dicitur, & non pura. num.41.

Causa mortis verò donatio dicitur, quando donans,vt sibi prospiceret donauit, non vt liberalitatem exerceret. num.42.

Differt verò mortis causa donatio ab illa, quæ purè donatio est. num.44.

Quia hæc reuocari non potest.

Illa verò reuocatur.

Donatio causa mortis dicitur, si in illa quinque intereesse testes, vt in mortis causa donatione perquiritur. nu.45.

46 *Clausula in fine adiecta apertam donantis nõ mutant mentem.*

Quàmuis iuramentum accesserit. nu.47.
Quià naturam actus principalis, cui annexa sunt, sectantur.
49 *Testamentum quàmuis iuramento firmatum sit, de illud non reuocando, perdurat nihilominùs reuocabile.*
50 *Donatio conditionalis, si conditio exitum non vidit, reuocationi subijcitur.*
51 *Pater tenetur donationem filio facere, vt ad sacros promoueatur ordines.*
Sicuti tenetur & filiam dotare. hoc namquè carnale.
Illud spirituale est matrimonium.
52 *Donatio facta filio, vt ad sacros promoueatur ordines, in collationem mortuo patre non venit.*
Quia illa alienari non potest.
Quod exauditur quòad portionem legitimæ. num.53.
54 *Legitima est portio naturæ filijs iure debita.*
55 *Cessionarius cedentis iure vtitur, cuius in locum sufficitur.*
56 *Compensatio de liquido non procedit ad illiquidum.*
Præsertim verò, si per sententiam, & rem iudicatam res liquida facta fuerit. nu.58.
57 *Surdus benè audiens dicitur. celebraturq;.*
59 *Actor rei forum sequi debet.*
Alioquin iuris peruertitur ordo, cùm non actor rei forum, sed reus actoris sequatur. num.60.

ARGVMENTVM.

Donatio facta, vt post mortem effectum sequatur, interim vitali perfruente aura donante, donatarius agere minimè potest gentium. Donatio causa mortis multis fieri modis dicitur, & quæ dicatur? Et quæ propria, & quæ conditionalis? Et quid si donatarius donanti fati die præcedat? Dies mortis incertus dicitur. quarè cōditionem operatur. Ante diē agens malè agit. Donatio conditionalis conditione non exeunte deficit. Conditio formam tribuit. sine verò forma nihil subsistit. quia rei dat esse. Legatum deficit, si res legata dispereat. vt voluntas quoq; mutata dicatur. Donatio causa mortis inter vltimas agnoscitur volūtates. est proindè reuocabilis. Testamentū quāuis iuramēto firmatum de non reuocando illud, reuocari tamen poterit. Pater tenetur filio, vt ad sacros ordines promoueri valeat, donationem facere. quòad legitimæ tamen portionem, quæ in collationē non venit. Cessionarius cedentis iure vtitur. De liquido non datur compensatio ad illiquidum. Actor rei forum sequitur.

RESPONSIO XXXI.

1 SVnt quidam, qui ita defixum cor suū habent in his, quæ terrena sunt, vt nunquam illud ad cœlestia perpendenda subleuent: Verè nempè, vt Sanctus
2 loquitur Propheta Dauid (*psalm.16.11.*) & Rex Israel: *Oculos suos statuerunt declinare in terram.* Quia intentionem cordis sui statuerunt declinare in ista terrena. (vt *Augustinus* ibidem commentum agit.) putantes, nihil aliud esse beatiùs, quàm habere terræ
3 quisquilias; quasi bruta animantia os ad terram defixum habeant; cùm contrà indè
4 erectum vultum Deus omnipotens homini dederit; vt aspiciat cœlestia. nam (Ouidius canit)
Pronaq; cùm spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cœlumq; videre
Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus.
& Manilius lib.4. astrorum
Sic possūt homines, quibus est, & mūdus in ipsis,
5 *Exemplumq; Dei quisq; est, in imagine parua.*
An quoquam genitos nisi Cœlo, credere fas est.
Esse homines? proiecta iacent animalia cuncta
In terra, vel mersa vadis, vel aere pendent.
Omnibus vna quies, venter sensusq; per artus.
Statuerunt igitur hi oculos suos declinare in terram, vt terrena sapiant, habeātuè. nec se à fraudibus quoq; temperant, vt hæc ha-
6 beant, quæ implere cor non possunt. Ad

Deum

Deum enim creatum est illud . vndè dice-
7 bat Augustinus : Creasti nos Domine ad te,
& inquietum est cor nostrum, donec ad te per-
ueniat . Deus quippè solus humanũ implere
cor potest. Ipse nempè solus adæquatum
8 est humani cordis obiectum. vt dixerit iu-
re Dauid psalm. 72. 25. rationem reddens,
quare non aliud præter Deum requireret :
Quid enim mihi (inquiens) est in Cœlo, & à
te quid volui super terram ? Defecit caro mea,
& cor meum ; Deus cordis mei , & pars mea
9 Deus in æternum . alia habet litera Deus pe-
tra cordis mei ; quasi Deus in annulo cordis
gemmatus sit lapis,& petra, quæ eius con-
cauum adæquare valeat , non aliud quod-
cunq; illud. Sed Augustinum audiamus lo-
quentem : Quid est fratres ? Inuenimus diui-
tias nostras; eligat sibi partes genus humanum.
Videamus homines cupiditatum diuersitate di-
laniari. Eligãt alij militiã,alij aduocationẽ, alij
diuersas,variasq; doctrinas, alij negotiationem,
alij agriculturam, istas partes sibi faciant de re-
bus humanis , clamet populus Dei, pars mea
Deus meus. non ad tempus pars mea; sed pars
mea Deus. In secula. Aurum, & si semper ha-
beo, quid habeo? Deum si semper haberem, quã
magnum bonum haberem . Huc accedit , quia
Deus se ipsũ mihi promittit, et id me in æternũ
habiturum promittit. Tantum habeo, & nun-
quam non habeo. Magna fœlicitas pars mea
Deus . Quandiù ? In secula .

Sed parum hi hoc curant , qui statuerunt
oculos suos declinare in terram, quæ terrena
sunt perspicere,quæ terrena sũt toto sequi
corde , eaq; habere . Videte quæso nunc
quàm magnum premium consequantur,&
propter quid lis vertitur in Sacro Neapo-
litano Consilio inter Doctorem Ioannem
Antonium Iauaronum Casalis Sancti An-
tami,& R D.Donatum,& Franciscum Flo-
rillos Casalis Cæsæ germanos super duca-
tis centum capitalis, & interim annuis du-
catis septem . Duo quippè dictus Doctor
Thomas Iauaronus prætendit , vt sibi reti-
nere licitum putet dicta centum. Vnum,
quòd donationem obtineat à dicto Fran-
cisco Florillo medietatis ad eum spectan-
tis paternæ successionis. Alterum,quòd iu-
rium cessionem obtineat à quibusdam as-
sertis creditoribus quondam Iacobi An-
tonij Florilli patris ipsorum D. Donati
Antonij , & Francisci . Iure proindè sibi
prædicta retinere licere putat . Neutrum
eorum locum habere respondendum cen-
suimus .

Non sanè primũ. Nam donatio per Frã-
ciscum dicto Doctori Thomæ facta, rogata
anno 1643. licet fuerit irreuocabiliter inter
viuos , ex nunc , prout ex tunc : fuit tamen
10 secuta ipsius Francisci morte , in præambula
hora eius mortis , & per duas horas ante mor-
tem . Vitalem adhùc trahit auram Franci-
scus, non est itaquè interim donationi lo-
11 cus . Sibi quippè prospicere magis visus
Franciscus fuit , quàm Thomæ, quem tunc
donationem percipere voluit, quando ipse
vita functus esset. antea proindè haud per-
cipere voluit . Paulum lib.6. ad legem Iu-
liam,& Papiam excogitationis huius testẽ
referimus in l. Senatus censuit 35. §. mortis
causa donatio. ff.de mortis causa donationibus,
12 & capionibus . Multis modis causa mortis
donationem fieri docens . vna autem est ,
(sicut in hoc facto) Cùm extra suspicionem
vllius periculi à sano , & in bona valetudine
posito, cui ex humana sorte mortis cogitatio est.
fit donatio. inferens in fin. Sic quoq; potest
donari mortis causa , vt nullo casu sit repetitio,
ne si conualuerit quidem donator . hæc enim
13 inter viuos potiùs , quã mortis causa do-
natio extimatur. vt Gloss. ibidem verbo do-
nator aduertit. & dixerat Martianus lib.5.
Regularum in l. vbi ita donatur 22. ff. eodem.
Martiani verba sunt : Vbi ita donatur mortis
causa , vt nullo casu reuocetur , causa donandi
magis est, quàm mortis causa donatio : & ideò
perindè haberi debet, atq; alia quæuis inter vi-
14 uos donatio. Tres autem donationis mortis
causa species esse. Vlpianus quoquè docet
lib.32. digestorum in l. Iulianus lib.17. dige-
storum 2. ff. de mortis causa donationibus. pro-
sequiturq; Ioan. Azor. institut. moral. tom.3.
lib.11. cap.11. quæst.1. & seq. meminitq; Lar-
rea Senatus Granatensis part.2. decis.56. n.34.
deducitq; per quàm eruditè Ioan. Deckerus
dissertationum iuris Belgiæ lib.1. dissert.4 n.9.
10. & 11. Non hoc animo Franciscus fuit,
vt Thomas haberet, sed ipse magis dùm
vitali perfruebatur aura. Expirat autẽ ipse,
& vitalem adhùc trahit auram,& viuit : nõ
15 dùm igitur donationis extat causa. Secer-
nendæ namquè causæ sunt , quibus ad do-
nandum agitari quisquã potest . vt Vlpia-
nus lib.12 digestorum in l.1. ff. de donation.
docet : Nam dat aliquis ea mente, vt statim
velit accipientis fieri, nec vllo casu ad se reuer-
ti : & propter nullam aliam causam facit , quã
16 vt liberalitatem , & munificentiam exerceat .
hæc propriè donatio appellatur . Dat aliquis ,
17 vt tunc demum accipientis fiat , cùm aliquid
secutum fuerit . Hæc non propriè donatio ap-
pellatur , sed totum hæc donatio sub conditione
est. Donauit autem Franciscus, vt post quã
ipse in Orcum descendisset ; sequuta ipsius
Francisci morte, & in præambula hora mortis ,
haberet Thomas. Viuit adhùc,& in huma-
nis agit . Donationis prætensæ causa non
est adhùc. hæc non propriè dicitur donatio; sed
18 totum hoc donatio dicitur, quæ sub conditione
resoluatur : qualis est mortis causa donatio . vt
19 Vlpianus ead. l.1. subsequitur . Mortis er-
go causa donatio est. Et quid si porrò Tho-
mas ipse prior supremum videat diem? Fa-
cti enim magis , quàm iuris hæc quæstio
est .

est . idem vt respondit Vlpianus lib.6. di-
gestorum in l. si cùm filiusfamilias 2. §.Titio
decem. ff. de donationib. Facti. hoc est volun-
tatis. Gloss. ibidem subnectit . idem Vlpia-
nus lib.17. ad edictũ in l.si mortis causa 29.
ff.de mortis causa donationib. in fin. sic verbis
docuit : Sed & si morte præuentus sit is, cui
donatum est, adhùc quis dubitet, in rem donato-
ri competere ? vt rem scilicet donatam ven-
dicet. notat Gloss. ibidem verbo adhùc . ne-
minem dubitare. & §.1. Instit. de donationib.
Marcellus quoq; lib. 9. Institutionum in
l.1. ff. de mortis causa donation. Nicol. Moz-
zius de contract. lib. tit. de donationib. §.quomo-
do annulletur, & reuocetur donatio. nu.6. plu-
res retulit Barbosa voto 126 num.100. idem
Deckerus d.differt.4. num.8. & num.25.
20 Licèt enim certum sit, moriendum esse
omnibus. Statutum est (inquit Apostolus ad
Hebræos 9.27.) hominibus semel mori. est ta-
21 men dies incerta mortis . Perindè igitur
dispositio , quæ in mortis diem dilata est ,
habetur , ac si sub conditione facta esset .
22 Dies namq; incertus conditionem facit .
Papinianus docet lib.34. digestorum in l.
dies incertus 74. ff. de conditionib. & demonstr.
At dies mortis incertus est. Docuit nos ar-
gumentum hoc Vlpianus lib.3. ad Quintũ
Mutium in l. 1. §. dies autem incertus est. ff. eo-
dem. de condit. & demonstr. concinnè satis
ad rem Vlpianus loquitur. verba audias il-
lius : Dies autem incertus est , cum ita scribi-
tur : Hæres meus cùm morietur , decem dato :
23 nam diem incertum habet mors eius: & ideò si
legatarius antè decesserit, ad hæredē eius legatū
non transit, quia nō cessit dies viuo eo, quàm-
uis certum fuerit hæredem moriturum . Sine
prouerbio Vlpianus loquitur . Supremum
igitur Francisci diem præstoletur Thomas,
vt ad donationem agat sibi factam , secuta
ipsius Francisci morte , & in præambula hora
24 mortis. Nisi ipse prior ad Acherontem de-
scendat, & Paciliana rheda ruat in Orcum,
atq; in æternum exilium Cymbæ impona-
tur. (vti concinnè Horatius cecinit lib.2.
carmin. ode 1.)

Victima nil miserantis Orci .
Omnes eodem cogimur ; omnium
Versatur vrna , seriùs , ocyùs
Sors exitura : & nos in æter-
Num exilium impositura Cymbæ.

25 Frustra igitur ante mortis diem ex dona-
tione experitur. Quia malè agit. Vlpianum
lib.7. ad Sabinum in l.1. §. dies autem vsus-
fructus. ff. quãdo dies vsusfructus legati cedat.
Doctorem excipe, qui sic in fine ex Scæuo-
la ad rem infert nostram : Deniquè, Scæuola
ait, agentem ante diem vsusfructus, nihil face-
re : quãuis aliàs, qui ante diem agit, malè agit.
Scæuolam lib.15. quæstionum in l. non vtiq;
3. §. si quis ita stipuletur. ff. de eo, quod certo lo-
co dari oportet . concinnè loquentē damus :
Si quis ita stipuletur, Ephesi decem dari: si an-
tè diem, quàm Ephesum peruenire possit , agat,
perperã antè diem agit. Perperàm ergo ante
diem Thomas nunc agit. Sine videamus, an
supremi fati dies Francisci veniat. Sicuti &
26 illi dixerunt apud Matthæum 27. 49. Sine
videamus, an veniat Elias liberans eum. Chri-
stum Dominum , & Seruatorem nostrum
irridentes , subsannantesq; : quando ipse
dixit: Eli, Eli lamma sabactani. hoc est: Deus
meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me ? Et
27 quid sanè si præuenerit ipse ? Defenditur
igitur Franciscus interim per exceptionē
pacti conuenti, vt post supremi fati diem
agat . vti Iustinianus respōdit Augustus in
§. præterea debitor. Instit. de exceptionib. plu-
ribusq; agit Ioseph Ludouic. decis. Perusin. 13.
num. 16. plenèq; in suis communibus con-
clusionibus conclus. 8. Afflict. decis. 279. nu. 1.
& seqq. Vinc. de Franch. decis. 341. num. 5. Vi-
uius decis 41. num. 5. Rota apud Cardin. Caua-
ler. decis 486. num. 4. & decis. 524. nu. 7. & de-
cis. 653. num. 1. & seqq. Gratian forens. part. 2.
cap. 355. num. 15. & 16. quem sequutus fuit
Marius Cutelli de donationib. inter patrem, &
filium discurs. 1. num 121. 122. & 123.
28 Deindè fuit hæc donatio per Franciscũ
Thomæ facta cōditionalis, quòd bona ipsa
donata rehaberet suis sumptibus Thomas
ab R. D. Donato Antonio Francisci fratre,
qui ea detinebat ; postquã verò recuperas-
set, ipsi Francisco cōsignaret; retineret ve-
rò sibi expensas erogatas : Cum condititonne
(inquiens fol. 152. à ter.) quòd dictus V.I.D.
Thomas Ianaronus teneatur restituere , & con-
signare dicto Francisco , demptis expensis per
dictum V.I.D. Thomam Ianaronum faciendis
in diuisione facienda bonorum, quæ possidentur
per dictos communes fratres , de quibus stari , &
credi debeat simplici assertioni ipsius V.I.D.
Thomæ Ianarono . Conditio autem hæc exi-
tum non habuit , nec videre illum potest .
non ergo firma donatio erit . cedat proin-
dè iuri oportet prætensæ donationis Do-
29 ctor Thomas . Ita quippè se habet dispo-
sitio, quæ conditione adiecta, facta est, ac si
facta minimè fuisset , conditione exitum
non habente : Quia non alitèr disposuisse
censetur dispositor, quàm conditio extite-
rit . ex Iuliani verbis lib. 44. digestorum
in l. qui absenti seruo 38. §. 1. ff. de acquirend.
possess. Imperator quoq; Antoninus in l. 1.
C. de donat. ob caus. dator. qui sic rationem
infert: Et propterea pecuniam, quam eo nomine
accepisti, iure condictionis restituere debes : &
pactum, quod ita interpositum est, perindè ac si
interpositum non esset, haberi oportet. rationē
reddit Gloss. ibidem verbo haberi oportet .
30 Vbi enim causa deficit, & effectus. eodem-
què modo Diocletianus, & Maximianus
Cæsares in l. cùm ancillam 6. C. eodem . qui
pari modo in fine inferunt: Causa verò do-
nandi

nandi non secuta, repetitio cōpetat. Eiusdemquè sensus fuit Innocētius Tertius Episcopo, & Capitulo Tridonen rrscribens in *cap. olim causam 12. de restitut. spoliator.* conciniti; *Gloss.* ibidem verbo *conditione*. ad illa verba text. *sub ea conditione concessit*. idest
31 sub ea forma, quasi conditio formam tribuat. ex Pelagio Papa in *can. Elenterins frater 30. circa fin. 18. quaest. 2.* illis verbis: *Hac igitur omnia diligenter te examinare iubemus: & si apud te euidenti ratione constiterit; quia tempore, quo dedicatum est ipsum Monasteriū conditiones superius posita conuenerint: seruari eas ex nostra auctoritate praecipimus*. Pro forma enim datae illae conditiones fuere; conditio proindè formā importat. ideoq; seruanda. *seruari eas ex nostra authoritate praecipimus*. Pelagius Papa intulit: idemq; sensus ex Alexandro Tertio habetur in *cap. significatum est nobis 11. de praebend. & digni-*
32 *tatib.* quatenus habet; licitè praebendam erectam fuisse sub illa conditione, consequenterq; forma. quòd illam obtinēs Missam de Sancta Maria debeat quotidiè celebrare, nisi corporis infirmitate grauatus sit. notatq; ibidē *Gloss.* verbo *ita quod. circa medium. vers. & hac conditio licita est*. & ex Innocētio Tertio in *cap. quanto creator 16.*
33 *de censib.* Forma nempè dat esse rei, vt fine illa rudis remaneat materia, & res ipsa intereat. ex Vlpiano lib. 24. ad edictum in *l. Iulianus scribit 9. §. si quis rem fecerit*. ibiq; *Bald. in summario ff. ad exhibendum*. *Gloss. in can. si motum fuerit 19.* verbo *altare. de consecrat. dist. 1. & Gloss. in cap. in Ciuitate 6.* verbo *ex tali forma. de vsur.* Nec ab hoc sensu abhorrere videtur Marcellus lib. singulari responsorum in *l. Seia ab haerede 6. § item quaero. ff. de auro, & argento legato*. ex ratio-
34 ne, quā ipse reddit: *Neq; enim (inquiens) fieri posse, vt legatum, vel fideicommissum durare existimetur: cùm id, quod testamento dabatur, in sua specie non permanserit, & quodammodo extinctum sit*. inferens quoq;: *Vt interim omittam, quod etiam dissolutione, ac*
35 *permutatione tali, voluntas quoquè videatur mutata*. Forma igitur rei perempta, & res ipsa perempta dicitur. deduximus Nos *respons.* nostra 87. *num. 13. part. 4.* rationem reddidimus *respons. 96. nu. 26. & 27.* Quia
36 forma vna est, nec in plura diuiditur. ex *Gloss. in can. Ecclesiam 28.* verbo *& vasis. de consecr. dist. 1.* & nostro Proauo *Roberto Maranta in specul. part. 2. princ. in princ. num. 25.* Sub ea verò conditione, consequenterq; forma, Franciscus Thomae bona donauit, ve illa recuperaret, eiq; tradetet; haberet autem ipse post mortem eius. hoc autem non accidit, nec factum fuit: Quia data conditio exitum non vidit, nequè forma consequenter data perseuerauit. Dissolutū est ergo pactum, & voluntas quoq; mutata videtur. vt Marcellus *d. §. item quaero. in fine.*
37 & ipse loquitur. Vt haec vna finalis causa, qua Franciscus ad donandum motus fuerit, videatur, & non alia; licèt in initio ob amorem se donasse asseruerit; ob amorem scilicet, quem habebat, vt bona redhiberet; quae suo esse vsui possent, vti satis apertè declarauit, & perpēdit Rota in *Romana donationis de Cupis 5. Iunij 1602.* coràm *Card. Pamphilio* seniore Patruo Sanctissimi D.N. Innocentij X. *decis. 22. num. 8. & seq.* apud *Picum ad statutum Vrbis*. & in *Romana donationis de Incasatis 26. Iunij 1626.* corā *Merlino.* quam praelo pressit *Donat. Ant. de Marin. resolut. quotidian. lib. 1. cap. 87. nu. 6. & seq.* & ex Papiniano lib. 13. responsorū in *l. Seia cum bonis 42. ff. de mortis causa donationibus.* idem sequitur *Deckerus dissertat. 4. num. 9. & seq. Gratian. d. cap. 355. num. 15. & 16.*

Et sanè, quod voluntas mutata fuerit Francisci, id euidēti deducitur ratione: & quòd anno 1644. mense Decembris Franciscus cum D. Donato Antonio eius germano concordiam, & transactionē iniit fol. 160. & quòd anno 1646. mense Maij, postquàm à iuramentis praestitis absolutionem obtinuit Franciscus, donationem Thomae factā ex causis in reuocatione narratis (deceptionis quoq;) reuocauit fol. 163 Namque
38 conditione adiecta non seruata per Thomam, atq; re dissoluta, voluntas quoq; mutata fuit. vt Marcellus *d. §. item quaero.* conciunè satis intulit. Nec in Coelum os po-
39 nere videbimur. iuxtà Dauidicum illud Psalm. 72. 9. *Posuerunt in Caelum os suum, & lingua eorum transiuit in terra*. Quia *iniquitatem in Excelso loquuti sunt*. Si dixerimus,
40 donationē praedictam, causa mortis fuisse, quàmuis in initio irreuocabilitèr inter viuos asserta fuerit. potuisse proindè vti voluntatem vltimam reuocari. Hoc vt firmemus, recolamus, (amabo te) quam ab initio distinctionem retulimus ex Vlpiano d. l. 1. ff. de donationib. *Dat aliquis, vt tunc demū accipientis fiat, cùm aliquid secutum fuerit. Hac non propriè donatio appellatur; sed totū hoc donatio sub conditione est. Item cùm ipse ea mente dat, vt statim quidem fiat accipientis si tamen aliquid factum fuerit, aut non fuerit, velit id ad se reuerti, hac non propriè dicitur donatio; sed totum hoc donatio dicitur, qua sub conditione resoluatur; qualis est mortis causa donatio*. Quae ergo sub conditione resoluitur, mortis causa donatio est. sequiturq; *Igitur cùm dicimus inter sponsum, & sponsam donationē valere, propria appellatione vtimur, & factum demonstramus, quod ab eo proficiscitur, qui liberalitatis gratia aliquid dat, vt confestim faciat accipientis, nec vnquàm ullo facto*
41 *ad se reuerti velit. Cùm verò dicimus, si hac mente donat sponsus sponsa, vt nuptijs non secutis, species nuferantur, posse repeti: non contrarium*

trarium priori dicimus, sed concedimus inter eas personas fieri donationē eam, quæ sub conditione soluatur. sic Vlpianus.

Mentem nunc nos dispiciamus Francisci:donauit sanè Thomæ, vt medietatem bonorum, quæ in communi, & indiuiso cũ D.Donato Antonio eius germano possidebat,(animo scilicet,nõ corpore) rehaberet Thomas sua industria, vt qui V.I.D. erat, suisq; sumptibus,& postquã illa redhibuisset,eidem Francisco daret,retentis tantùm expensis in lite erogatis; post mortem verò suam, haberet Thomas. fuit ergo dona-
42 tio conditionalis, & causa mortis magis,
quã simplicitèr donatio. Nihil enim Thomæ donare voluit Franciscus,vt liberalitatem,& munificentiam in illum exerceret: vt donatio est, quæ simplicitèr fit, & propriè donatio dicitur. ex Vlpiano ibidem. sed vt sibi prospiceret, & bona à D.Donato Antonio germano redhiberet, ipseq; dùm in humanis ageret,illis frueretur;post supremum verò vitæ suę diem,& in pręambula hora mortis, & per duas horas ante Thomas obtineret.fuit ergo sub conditione donatio,& causa mortis: Quia non alitèr habere voluit,nisi morte secuta,nec an-
43 te. Donatio verò causa mortis,cùm ad vl-
timæ voluntatis accedat speciē, sicut quælibet suprema voluntas, reuocabilis est.Vlpianum excipe eundem lib.21.ad edictum in *l. qui mortis causa 30.* & Paulum *d.l.Senatus censuit 35.ff.de mortis causa donationibus.* Vlpianus quidem; *Qui mortis causa donauit, ipse ex pœnitentia conditionem, vel vtilem in rem actionem habet.* vt redhibere videlicet possit,quam rem tradiderat donatam. ex *Gloss.* ibidem. Paulus verò *§.donatio.* di-
44 stinctiùs & ipse: *Sed mortis causa donatio
longè differt ab illa vera, & absoluta donatione, quæ ita proficiscitur, vt nullo casu reuocetur. Etenim ille,qui donat, illum potiùs, quàm se habere mauult. at is,qui mortis causa donat, se rogitat,quòd amore vitæ recepisse potiùs,quã dedisse mauult. & hoc est, quod vulgò dicitur, se potiùs habere vult,quã eum, cui donat: illũ deindè potiùs, quàm hæredem suum. Ergo qui mortis causa donat, qua parte se rogitat, & negotium gerit, scilicet, vt cùm conualuerit,reddatur sibi.*

Videant igitur,quorũ iudicium erit,si se magis Franciscus, cogitauerit, an Thomã. & si se an illũ habere maluerit. deduxitq; Imperator Iustinianus in *§. hæ mortis causa donationes. Instit. de donationib.* referens Homeri carmina, quibus Thelemacus donat Peiræo. illis præsertim,quæ vertit Alciatus lib.2.prætermissorum in fin.

Namq; proci si me spatiosa per atria furtim
Occidant, rapiantq; sibi patrimonia, sortes,
His te malo frui bonis,quàm quemlibet horum.
Quod si illos,fato merita mulctauero morte,
Tum mihi gaudēti referas dona omnia gaudēs.

meminit quoq; Marcellus *d.l.1.ff.de mortis causa donationibus.* Se igitur magis habere voluit Frãciscus,quàm Thomam. fuit proindè mortis causa donatio. reuocari propterea iure potuit. Discutit pluribus *Gerardus Maynardus decisionum Capellæ Tholosanæ lib.3.decis.6.nu.1,2.3.et seq. Petrus Vuadignus è Societate IESV de contractib. disp.3. dub.9.*Nos *respons.*nostra 65.*num.*10.*part.4. Ioan.Azor. d.par.3.lib.11.cap.11.quæst.1. & seq. Diana par.8.tract.6. de donation. resol.*80. *moral.resolut. Ioan.Beckerus d.dissert.4. nu.9. & seq.* & hanc tuetur sententiam, hæc post scripta visus Domiuns *D. Ioannes Dexart* Regius à Consilijs decisũ referens Senatu Sardiniæ *decis.11. per totam. Rota* apud *Burattum decis.582. per totam.*

45 Firmitatemq; recipit perpēsio hæc, fuis-
se hãc mortis causa donationem, quod in illa quinque intercessere testes, vt in mortis causa donatione perquiritur. ex Iustiniano Cæsare in *l. cũ de mortis causa 4. alias fin. C. de donat. causa mortis.* perpenditquè *Maynard.d.decis.6.num.2.in fin.Vuadignus d. dubi.9.num.3.*

Nec moueare ex clausulis in fine adiectis donationis. Perpende,inquam,Franciscum rudem esse hominem, Thomam verò V.I.D. Franciscum autem suam exposuisse mentem, se donare, vt bonorum medietatem redhiberet, quæ à D. Donato Antonio germano vi donationis sibi à patre factæ,vt ad sacros ordines promoueri potuisset, possidebantur, & sub hac conditione, non alitèr donare, ni vt bona sibi per Thomam restituerentur, haberet autem ipsa ille post eius suprema funera, non ante. sibi
46 igitur prospicere voluisse,nõ sanè Thomæ.
Nihil igitur de clausulis in fine adiectis, quę apertã donantis non mutant mentem,
47 quàmuis iuramentũ accesserit. *Natta cons.
607.per totũ,Decian.cons 7.n.114.lib.1.*& appositè perpēdit *Maynard.d.decis.6.n.3.*& refert quoq; *Diana moral.resolut. p.8.d.tract.6. de donat.resol.79.* sequiturq; per quam optimè *Deckerus d.dissert.4. num.7.* Quia nimi-
48 rùm hæc,similesq; cautiones naturã actus
principalis,cui annexę sunt,sectantur.Quã
49 ob causam iuramentum testamento adie-
ctum de illud non reuocando, non ob id tamen naturam perdit,vt reuocabile non sit. cùm ad supremum vsquè vitæ flatum voluntas libera sit hominis, vt mutet, dissoluatq;, quod condidit testamentum. ex Vlpiano lib.33.ad Sabinum in *l.quod si iterùm 4. in fin. ff.de adimend.legat. Rota d.decis. 581. num.6.* apud *Burattum*. Præterquàm
50 quod, vt diximus, donatio conditionalis
fuit,nec conditio ipsa exitum vidit,nec videre potest. reuocationi igitur iurè subest donatio, vt reuocatam diximus. ex Vale-

riano.

riano,& Galieno Augustis in *l.1.C.de dona-*
tionibus,quæ sub modo,vel conditione,vel certo
tempore conficiuntur. *Hector Capycius Latro*
Regiam Cancellariam Regens *decis.2.n.32.*
51 Quod nempè Iacobus Antonius Dona-
to Antonio filio donauerit, vt ad sacros
promoueri ordines valeret, necessitate id
fecit naturæ. Tenetur quippè hoc casu pa-
ter donare,sicuti & filiã dotare. Sicut enim
hoc carnale,spirituale illud matrimonium
est. *Marius Antonin.variar.resolut.lib.1.reso-*
lut.88.num.4. Gratian.forens.par.1.cap.159. à
num.29. & par.2.cap.297.nu.8. Polydor.Ripa
obseruat.232. Genuens.in practicab.Ecclesiast.
quæst.624.Barbosa de officio Episcopi par.2. al-
legat.19.à num.60.& seq.& num.63.& alleg.
20.num.17.& 18.
52 Vt neu; conferre ea inter fratres debeat
patre ex humanis abrepto.ex Sacrosancta
Tridentina Synodo *sess.21.cap.2.* quatenus
disponit: patrimonium, ad quod quis sa-
cris ordinibus insignitur,alienari nullo pa-
53 cto posse. quod sanè exauditur ad portio-
nem quidem legitimę. ne totum,quod ha-
bet pater, vni det filio, alijs prætermissis.
54 Est enim legitima,portio naturæ iure filijs
debita. ex Papiniano lib.26.quæstionum
in *l.scripto hærede 6. §.non sic parētibus.ff.vn-*
de liberi. Scribentes in *Authent. nouissima.*
C. de inofficioso testamento. Menoch. cons. 115.
num.48.lib.2. & hanc sententiam vti magis
receptam alijs relatis sequitur *Cęuall. com-*
mun.contra commun.quæst.682.num.2.& seq.
Gratian.forens.par.1.d.cap.159.nu.31.& seq.
& part.2.d.cap.297.nu.8.& seq. Polydor. Ripa
d.obseru.232. Genuens. in practicab.Ecclesiast.
quæst.625.Barbosa de offic.Episcopi d.alleg.19.
num.63.64. & seq. & d.alleg.20. num.17.18.
& seq.

Non itaquè primum obstat, quòd Tho-
mas pręfatus de donatione obijciebat sibi
à Francisco anno 1643. facta. Neq; secun-
dum quoq; obstabit de cessione iurium,
quam obtinuit à quibusdam assertis credi-
toribus quon. Marini Florilli,patris Hora-
tij,& Iacobi Antonij fol.169.& seq.

Cùm, quòd iura cessa, sunt super bonis
dicti quond. Marini.& super rure quodam
modiorum sexaginta circitèr in Casali Ce-
sæ sito fol.170.ex obligatione dicti quond.
Marini, & Horatij eius filij. nihil ergo co-
mune cum Iacobo Antonio patre dictorũ
Francisci,& D.Donati Antonij. Quam ob
causam, an prædicti de Cascetta, à quibus
cessionem ipse Thomas obtinet, sint verè
55 creditores, nec ne, hoc discussione indi-
get. Cessionarius autem cedentis iure vti-
tur, cuius in locum sufficitur. ex Alexãdro
Cæsare A. Onesimum in *l.emptor hæredita-*
*tis 5. C.de hæreditate,vel actione vendita.*ibiq;
Bald.in 1.notab.& ex Valeriano, & Galieno
Augustis in *l.si in te 7. aliàs fin. C.de priuil.*
fisci. ibiq; *Bart. Bald. Salycet.& Paul.de Ca-*
stro. Rota part.2.in recentior.decis.502.num.2.
& decis.524.num.1.& apud *Cardin. Caualer.*
decis.244.in princ.& apud sanct.mem.*Grego-*
rium XV.decis.121. ibiq; *Beltramin. addens*
num.6. & apud *Duranum decis.310. num.2.*
par.2. Est verò ipse Thomas liquidus debi-
tor in annuis septem, pro capitali ducato-
56 rum centum. De liquido igitur ad illiqui-
dum compensatio nulla erit. quod obser-
uari à Iudicibus deberi Iustinianus decre-
uit Cæsar in *l compensationes 14. aliàs fin. C.*
de compensationib. talibus nempè Iustinia-
nus disponit: *Ita tamen compensationes obij-*
ci iubemus (inquiens) *si causa, ex qua compē-*
satur, liquida sit, & non multis ambagibus in-
nodata, sed possit Iudici facilem exitũ sui præ-
stare. subnectens. *Hoc itaq; Iudices obseruēt,*
& non procliuiores ad admittendas compensa-
tiones existant: nec molli animo eas suscipiāt:
sed iure stricto vtentes, si inuenerint eas maio-
rem, & ampliorem exposcere indaginem, eas
quidem alij iudicio reseruent, litem autem pri-
stinam iam penè expeditam,sententia termina-
li componant. ita Iustinianus.ibiq; *Gloss.*ver-
bo *indaginē.* sic infert. potest dici maiorem
57 indaginē exposcere, vel examinationem,
si intra duos menses non potest probari.
sequiturq; *Surdus* benè audiens,& alijs be-
nè audiēdi intellectum tribuens *decis. 184.*
*num. 6.Gloss.*quoquè,& *text.in cap.cùm Ioan-*
*nes 10. in princ.*verbo *compensare. de fide in-*
strument. §.in bonæ fidei. Institut.de actionib.
58 Præsertim verò, si per sententiam, & rem
iudicatam, vt in facto hoc nostro, in quo
etiam penès acta obligatio intercessit, res
liquida existat. *Alexand. cons. 93. num. 94.*
& 95. lib.4. Rota Maceraten. apud *Marcum*
*Antonium Thomati,*nunc Episcopum Bitet-
ten *decis.19. num.26.& 27. Rota* apud *Coc-*
cinum decis.358. num.2. & decis.326. num. 3.
apud *Card. Mantic. decis.221.num.8.& in re-*
centiorib.par.2.decis.524 num 5. & apud *Du-*
ranum Episcopum Vrgellen *decis.32.num.1.*
ad 4. par.1.& decis.282.num.1 par.2. Paulus
Staibanus Regius à Consilijs *resol. 80. nu.4.*
5. & 6. Hoc in facto potissimùm, in quo si
agere vti actor Thomas voluerit, quoad D.
Donatum Antonium Sacerdotio insigni-
tum, apud Iudicem Ecclesiasticum eum
experiri oportebit. ex regula satis pressa,
59 quòd rei forum actorem sequi oporteat.
ex Valētiniano,Theodosio,& Arcadio Au-
gustis in *l.actor 3.aliàs fin. C.vbi in rem actio*
exerceri debeat. & ex Romana Synodo in
can. neminem exhiberi 16. in princ. 3.quæst 6.
strictiùsq; ad rem nostram decreuit Pela-
gius Papa Benegesto Defensori scribens
in *can. experientiæ iuæ 15.* & Sergio Cancel-
lario in *can. si quisquam clericus 16. in fine.*
*11.quæst.1.*eodemq; modo Alexander Ter-
tius in *cap.si clericus 5.* & Lutius etiam Ter-

tius in *cap.cùm sit generale* 8. *de foro compet.*
60 Iuris quippè peruertitur ordo, cùm non actor rei forum, sed reus actoris sequatur. vti Diocletianus, Maximianusq; edixere Cæsares in *l.iuris ordinem* 2. *C.de iurisd. omnium iudicum.Barbosa axiomat.*10.*nu.*1. Nos *respons.*53.*num.*31.*par.*4.

Perperã igitur coràm Iudice laico aduersus D.Donatum Antonium Sacerdotẽ iudicium instituit, vt sibi retinere liceat, quod illi debet,ex prætẽso credito sibi cesso (ni dixeris: emit,vt sibi cederetur) cùm illiquidum adhùc sit. ipse verò liquidus sit debitor per Sacri Consilij sentẽtiam in iudicatum transactam, & obligationes penès acta.Soluat proindè ipse liquidus, certusq; debitor; coràm vero competenti experiatur Iudice, si quid sibi debetur, oculosq; ad superiora erigat,neq; in terra decliner, quasi terrena solùm sapiat; ne in tarthara dilabatur.

Atq; ita ex his, quæ sapientiori subijcimus iudicio, neq; censoris virgam excutimus, limamq; respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum Ecclesiæ alienatio aqua, & igne Sacrorum est Canonum censura prohibita.*
*Ne Ecclesia Dei ad nihilum redigatur. n.*2.
*Bona enim hæc seruantur, vt sit Ministris Ecclesiæ,vndè alimenta,humanæ vitæ necessaria,percipiantur. num.*3.
*Destrueretur alioquin Ecclesia. nu.*4.
*Vt verò iure fiat alienatio, duo requiruntur. num.*5.
Et maxima circumspectio.
Et euidens Ecclesiæ vtilitas.
*Ne alioqui depauperentur per alienationem Ecclesiæ. num.*6.
7 *Alienatio bonorum Ecclesiæ vt fieri valeat; solemnis tractatus, atq; diligens perquisitio præcedere debet.*
*Tractatus verò hic debet esse diligens,& sæpiùs. num.*8.
*Debet verò fieri inter Fratres, vel Canonicos scilicet. num.*9.
Vel alios de Collegiata.
*Qui verò ex abrupto, & sine sollemnitatibus alienauerint, anathemati subijciuntur. num.*10.
Et alienatio viribus non subsistit.
*Duo autem perquiruntur, vt legitimè fiat. num.*11.
Solemnitas.
Et causa.
*Et hæc duo copulatim perquiruntur. nu.*12.
*Et quidem causa erit necessitas, vel euidens vtilitas. num.*13.
*Noster verò Maranta quatuor enumerat requisita. num.*14.
*Vtilitas verò euidens omninò perquiritur. num.*25.
15 *Beneficiarius ex fructibus beneficij bona Ecclesiæ sarctatecta reddere tenetur.*
*Præsertim si domus fortassè coniuncta esset Ecclesiæ,vel alijs eiusdem domibus. n.*16.
*Et si facili negotio id præstari possit. nu.*21.
17 *Probatio de vtilitate,& necessitate alienationis bonorum Ecclesiæ, in specie debet, non in genere esse.*
Alioquin nihil operatur.
*Nisi strictè,& in specie probetur. nu.*18.
19 *Alienatio bonorum Ecclesiæ suspecta arguitur, si in sanguine inuctos fiat. quia facilè in sanguinem,& carnem propendimus.n.*22.
*Proindè prohibetur. num.*23.
*Augetur suspitio, si euidẽs sit Ecclesia damnum. num.*24.
*Et concessio in perpetuum fiat. & nu.*26.
*Quia nunquàm res ampliùs ad Ecclesiam reuertitur. & num.*33.
20 *Probatio, quæ ex precibus porrectis in supplicatione eruitur, satis optimè fidem facit.*
27 *Damnum euidens Ecclesiæ dicitur, si alienatio in perpetuum fiat. quia nunquàm ampliùs res cum meliorationibus ad Ecclesiã reuertitur.*
28 *Vtilitas euidens Ecclesiæ dicitur, quæ clara,& indubitata est.*
29 *Rerum Ecclesiæ alienatio in perpetuum fieri minimè debet.*
*Sed ad tertiam generationem. num.*30.
Alioquin maximum, atquè euidens accedit Ecclesiæ damnum.
*Et hunc stylum ad tertiam generatiõnẽ concedendi seruat Sancta Sedes Apostolica. num.*31.
In concedendis rebus Ecclesiæ in emphyteusim.
Quia ex perpetua concessione, vtile dominium transfertur.
*Atq; ciuilis,& naturalis possessio. nu.*32.
*Et nunquàm res ad Ecclesiam reuertitur. num.*33.
34 *Vicarius Generalis Episcopi, absq; Episcopi ipsius speciali facultate assensum præbere non potest in alienatione rerum Ecclesiæ.*
Etiã ex permissu can.Terrulas 53.12.q.2.
*Quia solis Episcopis permissum fuit.nu.*35.
36 *Alienatio rerũ Ecclesiæ ex permissu* can.Terrulas 53.12.quæst.2.*iure,vt fieri valeat, quamplura perquirit requisita.*



ARGV-

ARGVMENTVM.

Bonorum Ecclesiæ alienatio Sacrorum est Canonum censura omninò interdicta. Quæ autem perquirantur, vt alienatio iure fieri possit; queuè solemnitates, & requisita? & nùm in perpetuum rerum Ecclesiæ alienatio concedi valeat, & nùm Vicarius Generalis Episcopi, ex sola generali permissione, alienationi rerum Ecclesiæ assensũ præbere valeat, absquè speciali Episcopi facultate? & nùm rerum Ecclesiæ alienatio in sanguine coniunctos facta, suspecta habeatur? sicuti & modicitas canonis? & quæ perquirantur vt ex permissu *can. Terrulas* 53. 12.*quæst.*2. alienatio iure fiat?

RESPONSIO XXXII.

1 BOnorum Ecclesiæ alienationẽ aqua,
& igne interdictam esse, Sacrorum
Canonum censura statutum est. *Ne*
2 *Ecclesia Dei ad nihilum redigatur.* vti Leo IV.
in Concilio Generali à Gratiano relatus
can. monemus 18. 12.*quæst.*2. rationem red-
3 dens respondit. Cùm hæc ad diuinam Re-
ligionem saectatectam seruandam omninò
sint vsui, vt sit ijs, qui Diuino sunt cultui
mancipati, ministris, vndè & ex quibus cō-
modè alimenta humanæ vitæ apprimè ne-
cessaria, percipiant. ex Iustiniano Cæsa-
re in *l. sancimus nemini* 17. *sinè* 19. *C. de sa-
crosf. Eccles.* deduximus *respons.* nostra 58. *nu.*
33. *& seq. & num.* 76. *&* 77. *par.*4. Destrue-
4 retur planè Ecclesia, si passim, quæ obtinet
bona stabilia, distraherentur, alienaren-
5 turuè. Iure proindè quã meritissimo Sum-
mi demandauere Pontifices, maxima cum
circumspectione alienationem bonorum
fieri Ecclesiarum, neq; nisi euidens Eccle-
siæ accesserit vtilitas. ex dicto Cōcilio Ge-
nerali *d. can. monemus* 18. 12. *quæst.*2. qui in-
nouatus fuit in Cōcilio apud Syluanen in
cap. nulli liceat 5. & Simmacum Papam in
cap. si quis presbyterorum 6. *de rebus Eccles.
non alienand. extrd.* & traditur per Innocen-
tium IV. in *cap.* 1. *de reb. Eccl. non alien. in* 6.
& Clemente V. in Concilio Viennen in *cle-
ment.* 1. *eod. tit.* & per Paulum Secundum Ve-
netum in *extrauag ambitiosæ vnic. eodem.* di-
ximus *d. respons.* 58 *num.* 32. Ea planè ratio-
6 ne, ne depauperentur per alienationem Ec-
clesiæ. vt tenuit *Rota in Bononien. dismem-
brationis* 4. *Iulij* 1635. coràm *Ghisilerio decis.*
68. *num.* 1. *&* 3. *par.* 7. *recentiorum per Rubeũ.*
& in *Toletana Parochialis de Madrid* 1. *Fe-
bruarij* 1602. coràm *Card. Pamphilio* apud
Garsiam de benefic. par. 12. *cap.* 3. *nu.* 8. & Nos
d. respons. 58. *num.* 35 *par.*4. Ex vtroq; itaq;
capite nulla omninò alienatio fuit prætẽsi
Casaleni diruti, Beneficij sub inuocatione
Sancti Martini, & Annunciationis, de iure-
patronatus familiæ de Raimundo, per D.
Franciscum de Cecco Archipresbyterum
Terræ Palletæ, & Beneficiarium dicti Bene-
ficij simplicis Sancti Martini, ex instrumen-
to concessionis in emphyteusim perpetuã
Dominico Antonio de Cecco facta, pro
annuo canone carolenorum quinque.

Et quia perquisita minimè circũspectio
intercessit: & quia non in euidentem Ec-
clesiæ vtilitatem cessit; sed in maximum
eius damnum: & demùm, quia in perpetuũ
facta fuit, non seruata forma, qua Ecclesia-
stica emphyteusis concedi debet, ad tertiã
scilicet generationem, non vltrà.

7 Non sanè primum. Nullus quippè tracta-
tus solemnis, neq; diligēs perquisitio præ-
cessit, quæ in talibus concessionibus fieri
debet. fuit ergò nulla concessio. Innocen-
tium IV. excipe in *cap. dudùm* 1. *de reb Ec-
cles. non alien. in* 6. Causas ipse namq; ex-
primens, ob quas alienatio facta bonorum
Ecclesiæ non tenuisset, inter cætera, (sed ad
rem nostram) sic infert: *Quia etiam tracta-
tus solemnis, & diligens, qui in talibus conces-
sionibus perpetuis, & alienationibus rerum Ec-
clesiasticarum exigitur, non fuit habitus in ea-
dem ordinationem, & concessionem ipsã, (præ-
sertim cùm euidens necessitas, quare fieri debe-
ret, vel vtilitas non subesset) de fratrum nostro-
rum consilio decernimus, non valere.* sic Inno-
centius. nec diuertit *Gloß. ibidem* verbo *tra-
8 ctatus.* dùm tradit: quòd tractatus hic de-
det diligentèr fieri; & vtile est sepiùs id fa-
cere, ne decipi possit. refert ipsa ad maio-
rem dicti firmitatem. Clementis Tertij di-
ctum in *cap. tertio loco* 5. *de probat.* de alie-
9 natione rerum Ecclesiæ verba faciẽtis: il-
lis verbis: *Quòd quotiens de hoc inter fratres
aliqua erat mentio, consilium totius Conuentus,
& vox fuit vnanimis, quòd nolebant alienatio-
nem rerum illarũ, sed rec domus integras con-*

seruari volebant. Frequens itaquè erga faciendas rerum Ecclesiæ alienationes, præcedere tractatus debet, vel vtile saltim est;
10 ne ex abrupto in Ecclesiæ detrimentum alienatio procedat. ni anathemati se subijcere voluerint alienantes, distrahentesquè, atq; inane reddi, quod fecerint. ex Simmaco Papa in tertia Synodo, in can. non liceat Papa 20. & ex Concilio Agatensi in can. Diaconi 35. & can. quidquid Parochiarũ 36. 12. quæst. 2. & ex Leone Papa in can. sine exceptione 52. eadem causa, & quæst. & ex Concilio apud Syluanen in cap. nulli liceat 5. & Simmaco Papa in cap. si quis Presbyterorũ 6. & Innocentio Tertio in Concilio Generali in cap. cùm laicis 12. aliàs fin. de reb. Eccles. alienand. vel non. extrà. & Gregorio X. in Concilio Lugdunen in cap. hoc consultissimo 2. de reb. Eccles. non alienand. in 6. & extrauag. Pauli II. ambitiosa vnic. de reb. Eccles. non alien. alijsq; quamplurimis Summorum Pontificum Constitutionibus, quas refert Pater Alphonsus Villagut tract. de reb. Eccles. non ritè alienatis recuperandis part. 2. cap. 2. conclus. vnic. nu. 2. & seq. Author syntaxis communium opinionum tom. 1. loco 1. tit 4. cap. 2. colum. 4. §. rerum Ecclesiasticarum alienationes. fol. 74. ex Chirconio. Rota apud Cardin. Caualer. decis. 288. num. 1. & seq. apud quem
11 in alienatione rerum Ecclesiæ duo præsertim perquiri habetur; solemnitates quidẽ, & causa. ex dicto can. sine exceptione 52. 12. quæst. 2. & Rota apud Coccinum decis 391.
12 nu. 1. quæ sanè duo copulatim perquiruntur. vt post Couar. variar. resolut. lib. 2. cap. 17. num. 2. sequuta fuit Rota apud eundem Coccinum decis 445. nu. 1. Syntaxis commun. opin. eod cap. 2. ex Chirconio d. col. 4. §. rerum Eccle-
13 siasticarum. Causa verò erit necessitas, & euidens vtilitas. vt disposuit Innocentius Quartus in cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6. & Clemens V. in Concilio Viennen in clement. 1. eod. tit. & sequitur Rota apud Coccinũ eadem decis 445. nu. 3. Mat. Antonin. variar. resolut. lib. 1. resolut. 50. num. 43. Rota par. 2. diuersor. decis. 178. num. 1. & seq. noster Maranta tract. de multiplici alienatione, num. 8. & seq.
14 quo loco ex dicto can. sine exceptione. quatuor perpendit substantiales solemnitates in alienatione rerum Ecclesiæ perquisitas; tractatus videlicet præcedẽs, ex quo etiam causæ procedit cognitio, & inuestigatio; consensus, & authoritas Superioris, Episcopi videlicet, vel alterius Prælati, qui præsit. Tertiò consensus Capituli, & Clericorum. Quartò deniquè ipsorum Clericorũ subscriptio, qui de Capitulo sunt. Quia nimirùm vt iure alienatio bonorum Ecclesiæ procedat, duo illa perquiruntur, quæ paulò antè enumerauimus, causa videlicet iusta; necessitas scilicet, & euidens vtilitas Ecclesiæ; & solemnitas legitima: quibus deficientibus euanescit alienatio, atq; nulla redditur, & inutilis. d. cap. 1. de reb. Eccles. non alienand. in 6. & d. clem. 1. eodem. Rota apud Card. Seraphinum decis. 508. num. 1. & seq. & num. 12. & in recentioribus par. 2. decis. 430. num. 4. Afflict. decis. 107. nu. 1. & seq. Vincent. de Franch. decis. 35. num. 1. & seq. Rota apud Duranum Episcopum Vrgellen decis. 250. num. 1. par. 1. in Romana domus 19. Aprilis 1630. quam refert quoq; Donat. Ant. de Marin. resolut. quotidian. lib. 1. cap. 7. nu. 3.

Nulla verò hic causa intercessit; quia
15 nulla necessitas alienandi fuit: poterat enim Beneficiarius ex fructibus beneficij Casalenum hoc sarctatectum reddere. secundùm Glos. in d. cap. 1. verbo defensore. circa medium. de rebus Eccles. non alienand. in 6. quam sequitur Rota d. decis. 178. nu. 6. par. 2. diuersor. & apud Card. Seraphin. d. decis. 508.
16 num. 8. Præsertim verò cùm Casalenum hoc coniunctum esset alijs domibus eius-
17 dem Ecclesiæ. Neq; probatio de necessitate in specie fuit, sed in genere, atq; proindè confusa, & dubia. nullam propterea probationem operatur. ad text. in cap. in præsentia 8. de probat. l. nequè natales 10. C. de probationib. Rota apud Card. Seraphin. decis. 1103. num. 2. apud Card. Mantieam decis. 251. num. 5. apud Coccinum decis. 289. num. 2. & 5. & decis. 379. num. 9. apud sanct. memor. Gregorium XV. decis. 290. nu. 4. & decis. 405. nu. 2. diximus respons. nostra 32. num. 87. part. 4.
18 Perquirebatur verò inquisitio, atq; probatio quoad causam; & necessitatis alienandi, hoc autem strictè, & in specie; atquè euidentis Ecclesiæ vtilitatis, vt perpendit Rota apud Card. Seraphinũ d. decis. 508. nu. 9.
19 Præsertim verò, quòd non leui deducatur argumento, alienationem hanc suspectam fuisse, quòd Archipresbyter, Capellæ Beneficiarius, qui alienationi consensum præstitit, quin non magis illam affectauit, qui suo nomine libellum supplicem Domino Generali Vicario Theatinen porrexit, alienationem præfatam Casaleni Dominico Antonio de Cecco eius germano fecit, qui domos suas contiguas habebat, vt gratum se redderet eidem, eiusq; magis, quàm Ecclesiæ commodum quæreret.

Neq; porrò Casalenum casmate ruerat, sed minabatur ruinam, vt ipsemet in precibus Vicario Generali porrectis testatur,
20 quæ sanè probatio satis oppipare pro Ecclesia fidem facit. ad tex. in l. cùm precum 9. vbi Gloss. verbo tuarũ. & ibidem Bal. & Salycet. C. de liber. caus. Caputaq. decis. 190. nu. 3. par. 1. Rota apud Card. Caualer. decis. 31. n. 5. & 6. & decis. 33. nu. 1. & decis. 269. sub nu. 3. diximus respons. nostra 10. num. 12. part. 4.
21 Facilè proindè erat ruinas sarctatectas reddere, nequè alienare, & ab Ecclesia dismittere. quod perpendit Rota in simili p. 1. diuersor.

diuersor. decis.720.num.8.& 9. & par.2.d.de-
22 cis.178. num.6.diuersor. Nec sanè nonum
est, vt sanguinis coniunctione, ad carnem,
& sanguinem facilè propendamus; atquè
propter hanc causam alienatio suspecta
habeatur: quemadmodùm & Imperator
Iustinianus propter hanc sãguinis coniun-
ctionem, alienationem bonorum Ecclesia-
rum in consanguineos fieri prohibet, quia
23 suspectam eam habere videtur. disponitq;
in authent. quibuscunq; modis. C.de sacros. Ec-
cles. & ibidem dilatant DD. quæ authent.
fuit per Gratianum relata, atq; consequen-
tèr canonizata in can. huiusmodi beneficij
gratia 3. §.quibuscunq; modis 10.quæst.2. Al-
ciat.de præsumpt. reg.1. præsumpt.29. num.1.
2.& 3.eodemq; tract. Menoch.lib.3.præsumpt.
54.num.4.& seq. Rota par.1.diuersor. d.decis.
720.nu.1.& par.2.decis.18.nu.5.& decis.65.
num.18. Gratian.forens.par.3.cap.415.nu.13.
& seq. Rota apud sanct.memor.Gregor.XV.
decis.356. num.3.& 4. ibidemq; Beltramin.
24 Addens num.9. Augetur autem hæc suspi-
tio ex euidenti Ecclesiæ damno, non verò
commodo, & vtilitate. Ex euidenti ergo
Ecclesiæ damno concessio hæc nulla, atquè
inualida fuit. Cùm nempè appretiatum
fuisset Casalenum prędictum per Expertos
(ab ipsis electos partibus) in ducatis decẽ
& octo, concessum tamen fuit in perpe-
tuum in emphyteusim pro annuis carole-
nis quinque, cùm per prius domus prædi-
ctæ (non Casalenum) locari consueuissent
ducatis sex in annos singulos; fuit itaque
in euidẽs Ecclesiæ damnum concessio hu-
iuscemodi (fac etiam, appretium ducato-
rum decem & octo capitalis firmũ staret.)
25 non ergo in euidentem eiusdem vtilitatẽ,
quę omninò perquiritur, vt alienatio firma
haberi valeat bonorum Ecclesiæ. d.cap.1.de
rebus Eccles.non alienan. in 6. & d.clement.1.
eod.tit.d.extrauag.ambitiosæ vnic. de rebus Ec-
cles. non alien. Marius Antonin. variar. lib.1.
resol.38.nu.12.Syntaxis com.opin.d.cap.2. per
totum. Præterquàm quod: fac Dominicum
Antonium domum prædictam, siue Casa-
lenum reparasse, ac sarctatectã reddidisse,
26 vel reedificasse; nihil tamen commodi in
Ecclesiam reuersurum vnquàm erat; cùm
concessio in perpetuum facta fuerit. in vti-
litatem ergo Dominici Antonij meliora-
tio cedet, non verò in Ecclesiæ commodũ,
& domos habebit Dominicus Antonius
pro solutione annua carolenorum quinq;
27 dùmtaxat. Nunquid ne in Ecclesiæ vtilita-
tem, illamq; euidentem hanc dixeris alie-
nationẽ, & non magis in euidens, patensq;,
atq; omnibus obuium, & enormissimum
Ecclesiæ damnum? Et quidem. quod per-
pendit aptissimè Rota d.decis.720.per tot.ac
præsertim num.8.& seq.par.1.diuers.& apud
Duranum d.decis.250.nu.2.& seq. per totam.
par.1.& apud Card.Cauaeler.d.decis.288.nu.4.
vers.hinc resultat. & num.5. quo argumenti
genere & ipse vtitur Marius Antonin. d.re-
solut.38.num.12.lib.1.Syntaxis commun.opin.
d.tit.4. cap.2. col.3. & 4. §.sextò valet. & seq.
28 Euidens equidem vtilitas, illa dicitur, quæ
clara, & indubitata est. vt dixit Rota par.2.
diuersor. d.decis.65.num.17. Hìc verò non
vtilitas, sed euidens est, certumq;, atquè
indubitatum damnum. non ergo firma
alienatio. ex Rota d.decis.65. num.17.& 28.
reuocanda proindè.
29 Fuit demùm inualida hæc cõcessio, atq;
nulla; quia de re Ecclesiæ in perpetuum fa-
cta, atq; indulta. Omnis proindè spes abla-
ta Ecclesiæ fuit, commodum quodcunque
ex meliorationibus, si quę per Dominicum
fortassè fierent, omni futuro tempore, per-
30 cipiendi, hauriendiq;. Hanc fit ob causam,
vt Ecclesiasticæ rei alienatio, vel concessio
ad tertiam tantùm generationem, non vl-
trà fiat, fieriq; debeat, ex Iustiniani Cæsa-
ris Constitutione in authent. de nõ alienand.
nec permutand. reb. Eccles. §.emphyteusim au-
tem.& §.quod autem est. collat.2. & ex Con-
cilio apud Syluanen d. cap. nulli liceat 5. §.
alienationis autem verbum. de reb. Eccles. non
31 alienand. Et hunc stylum Sedes Apostolica
seruat, vt non aliàs approbare consueuerit
in emphyteusim rerum Ecclesiæ cõcessio-
nes, nisi ad tertiam generationem dùmta-
xat, vt testatur Rota apud Card. Caualerium
32 decis.201. num.6. Maximum nempè dam-
num Ecclesiæ accedit ex huiuscemodi in
perpetuum concessionibus, cum eius con-
ditio deterior semper reddatur: quia vti-
le dominium transfertur; atquè ciuilis, &
naturalis possessio. vt perpendit Rota in Pa-
pien. Tenuta de Magdalena 17. Iunij 1596.
coràm Seraphino decis.1195.nu.1.& 2.quam
sequuta fuit apud eundem Card. Caualeriũ
d decis.201. nu 6. & Rota apud Card.Mantic.
decis.10.nu.2.& nu.14.& apud eundem in
Nonantulana, seù nullius bonorum 18. & 22.
Martij 1597. par.2.in recentior. decis.11.nu.7.
33 Nullo itaq; tempore fiet, vt concessa res,
(magis autem alienata ex tex.in d.cap.nulli
liceat.) ad Ecclesiam reuertatur. Et hanc
euidentem Ecclesiæ vtilitatem dixeris, do-
mum dedisse, vt pro illa carolenos quinque
in singulos annos percipiat? hæc est mer-
ces eius magna nimis? iuxtà illud Domini
ad Abraham. Genesis 15. 1. Ego protector
tuus sum, & merces tua magna nimis. Nequa-
quàm. Nulla proindè hæc fuit alienatio.
Accedit his quoq;, quòd assensum huic
alienationi Vicarius Generalis Dñi Epi-
34 scopi Theatinen præstitit. Vicarius verò
Generalis absq; Episcopi speciali permis-
su, & facultate, in alienandis rebus Eccle-
siæ, etiam ex permissu text.in can. Terrulas
53. 12.quæst.2. assensum ex Generali sola
facul-

facultate præbere minimè poteſt; cùm ſo-
35 lis Epiſcopis permiſſa fuerit. *Capella Tholoſana deciſ.97. Caualcan. Finizanen deciſ.45. num.40. par.1. Sbroz. de officio Vicarij par.2. quaſt.118.num.2. Marius Antonin. variar. reſolut. lib.1. reſolut.25.num.7. & d.reſolut.38. num.11.* Et nihilominus ad terminos dicti
36 *tex.in can.Terrulas*, vt locum habere poſſit alienatio, plura perquiruntur: præciſa videlicèt neceſſitas; quòd prædium ſit exiguũ; quòd ſit inutile; & deniq; quòd ſit longè diſtans. vt dixit *Rota in Ferrarien bonorum 16.Iunij 1614.* coràm *Dunozetto par.1.in recentiorib.deciſ.624.num.11.in fin. Marius Antonin.d.reſolut.25.num.2.& ſeq.& num.13.& d.reſolut 38.num.12. Syntaxis opinionum communiũ d.tit.4.cap.2.d.col.3.* & perpendit, nec incongruè, *Gratian.forenſ.par.3.cap.452.nu.16.17.& ſeq.* & ex ipſomet contextu *d. can. Terrulas. & Gloſſ. ibidem*. luce meridiana patet.

Fuit proindè omninò nulla huiuſcemodi conceſſio, præſcindenda propterea.

Atque ita ex his, Ariſtarchi non abiecto ſupercilio, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtata quis nam dicatur?*
Duo perquiruntur, vt apoſtata quis propriè dicatur. num.2.
Habitus, dimiſſio cum intentione non redeundi,
Atq; à ſuo propoſito exorbitare.
Apoſtata quaſi retro ſtans dicitur. num.3.
4 *Fugitiuus quis nàm dicatur? & num.6.*
Nam fugitiuus eſt, qui ſine licẽtia Superioris è Monaſterio recedit, vt ad tẽpus ſtat extra poteſtatem, & obediẽntiam Religionis, ad illam tamen poſtmodùm reuerſurus. num.5.
7 *Neceſſitas legi non ſubijcitur.*
Idcò infirmi ſupportari poſſunt, & debent. num.8.
Neceſſitas facit licitum, quod erat aliàs illicitum. num.9.
Vbi neceſſitas eſt, nec damnatio, nec corona. ex Hieronymo. num.10.
Vndè neceſſitas quod inducit, inculpabile iudicandum. num.11.
12 *Cauſam qui præſtitit mali, ille coarguendus eſt culpa, & num.17.*
13 *Voluntate, & propoſito delicta ſpecificantur.*
14 *Maleficia voluntas, & propoſitum delinquentis diſtinguunt.*
Et in maleficijs voluntas ſpectatur, non exitus. num.16.
15 *Furti non tenetur, qui quàmuis iniuria cauſa ianuam effregit, per alios tamen indè res amota ſunt,*
18 *Qui patitur, non agit, irreprehenſa hic voluntate eſt.*
19 *Voluntate ſine actus omnis indifferens eſt.*
Nam voluntas eſt, quæ actum informat, & de vna in aliam ſpeciem transfert. nu.20.
Voluntas proindè attendenda operantis num.22.
21 *Ream linguam non facit, niſi mens rea.*

ARGVMENTVM.

Quis nàm Apoſtata, quis fugitiuus dicatur? & nùm qui extrà Cõuentum manſit, ex quo eum Superior recipere noluit, & poſteà infirmitate captus extrà Monaſterium morari neceſſitate compulſus eſt, quia nec etiam Superior recipere eum voluit: nùm ſanè ex hoc vel apoſtatarum, vel fugitiuorum ſaltim nota carpi valeat?

RESPONSIO XXXIII.

APoſtata nullo modo dici poteſt, neq; æſtimari Pater Fr. Ioannes Maria Monteſanus à Neap. Ordinis Seruorum Beatæ Mariæ. Cùm enim ipſe à Conuentu Peruſię, in quo degebat, litteris receptis Reuerendiſs. Patris Generalis, vt ſe Neapolim cõferret, diſceſſiſſet, & Romam appuliſſet, ad Couentum acceſſit S. Marcelli, ſeq; coràm Adm.Reu. P.Priore illius Conuentus pręſentauit: noluit tamen eum Pater Prior recipere, neq; vt in Conuentu permaneret, permittere. Nihilominùs ipſe, licèt ſuis expenſis, ad Conuentum accedebat dietim, & in Culina, quæ ſibi ad victũ præparabat, comedebat. Infirmitate verò detentus, cùm in Conuentu eum recipere Prior noluiſſet, extra Conuentum demorari coactus fuit, donec ſalute reualidatus Neapolim acceſſit ad Patrem Prouincialem, qui recognitis litteris Reuerẽdiſs. Patris Generalis, eundem in Monaſterio Matris Dei deſtinauit, in quo moratur. Nullo modo igitur, neq; apoſtata dici poterit,
1 nec fugitiuus. Non apoſtata; quia neq; habitum dimiſit vnquàm, neq; à Religione

apoſta-

apostatare intendit. Duo quippè perqui-
2 runtur,vt apostata quis propriè dicatur; vt
habitum temerè dimittat, & ad Religio-
nem non redire intendat, atq; à suo pro-
posito retrò exorbitare. iuxtà Pij Papæ
3 sensũ in *can. si quis verò 3. 3. quæst. 4.* Apo-
stata nempè quasi retrò stans dicitur. ex
Gloss. in cap. 1. de apostatis extrà. verbo *apo-
stasia. Sanchez moral. tom. 2. lib. 6. cap. 8. nu. 2.
Lezana in summa qq. regular. part. 1. cap. 16.
num. 7. & part. 3.* verbo *apostata, & apostasia.
num. 4. Rota in Brixien Parochialis 20. Martij
1620.* coràm *Vbaldo decis. 60. nu. 5. & nu. 19.
in impressis ad praxim Viuiani de iure patro-
nat. Nauar. cons. 1. num. 6. 7. & 8. lib. 5. de apo-
statis. Carol. Ant. Thesaur. in praxi pœnarum
Ecclesiasticarum par. 2.* verbo *apostasia cap. 2.
num. 1. Pellizzar. in manual. regular. tom. 2.
tract 8. cap. 8. sect. 3. quæst. 1. num. 43.* Neque
4 etiam fugitiuus; quia neq; à Monasterio fu-
git, neq; à Religione. *Lezana d. cap. 16 n. 7.
& par. 3.* verbo *apostata, & apostasia. num. 4.
Nauar. d. cons. 1. num. 7. & 8. de apostatis.* In
nullas proindè pœnas dedit, neq; contra
apostatas, neq; contra fugitiuos inflictas.
Quia neq; apostata, neq; fugitiuus fuit. Et
sanè quo pacto fugitiuus dici potest, qui
quotidiè ad Conuentum accedebat, & ex
suo in Culina comedebat, ne fugisse vide-
retur? & tamen Prior noluit eum in Con-
uentu recipere. Voluntas igitur eius mane-
5 re in Conuentu fuit, non fugere. Nàm fu-
gitiuus est, qui sine licentia Superioris re-
cedit à Monasterio, vt ad tempus fiat ex-
tra potestatem, & obedientiam Religionis,
ad illam tamen postmodùm reuersurus. vt
Pellizzar. perpendit *d. tract. 8. cap. 8. sect. 3.
quæst. 1. num 43.* & ex Vlpiano lib. 1. ad edi-
ctum ædilitij Curulis in *l. quis sit fugitiuus
17. ff. de ædilit. edicto.* ex Ofilio, is fugitiuus
6 est, qui extra domini domum fugæ causa,
quo se à domino cœlaret, mansit. *Nauar.
d. cons 1. num. 6. 7. & 8. de apostatis.* Non hic
ita mansit extra Domini domum, Religio-
nis videlicet, vt se cœlaret, cùm quotidiè
ad Conuentum accederet. non ergo fugi-
tiuus. neq; etiam apostata. in nullam pro-
indè pœnam dedit.

Quòd verò ex infirmitate, nec leui, de-
cumbens extra Monasterium mansit, id ex
necessitate, non ex voluntate processit, cũ
7 nollet eum Prior in Monasterio detinere.
Necessitas verò legi non subijcitur. ex Ni-
colao Papa ad Consulta Bulgarorum in
can. si nulla vrget 15. 23. quæst. 8. ex Innocẽ-
tio Tertio Bracharen Archiepiscopo in
cap. consilium 2. de obseruat. ieiunior. in fin. illis
verbis: *Respondemus, quòd cùm non subiaceat
8 legi necessitas, desiderium infirmorum, cùm vr-
gens necessitas exigit, supportare potes, & de-
bes, vt maius in eis periculum euitetur.* Nam-
9 què necessitas facit licitum, quod erat aliàs
illicitum. ex Beda in *cap. quod non est lici-
tum 4. de regul. iuris extrà.* ibiq; *Gloss.* verbo
necessitas. rationem reddens: *Quia necessitas
legi non subiacet.* & ex pœnitentiali Theo-
dori in *cap. si quis propter necessitatem 3. de
furtis.* ex Hieronymo in *can. si enim 40.
§. liberi arbitrij. de pœnit. distinct. 2.* dicente:
10 vbi necessitas est, nec damnatio, nec
corona est. *Nauar. de oratione, & horis ca-
11 nonicis cap. 5. num. 8.* Quin imò necessi-
tas quod intulit, inculpabile iudicandum.
ex Innocentio Papa in *can. ad limina 7. cir-
ca med. 30. quæst. 1.* argumento etiam peti-
to ex Concilio Lateranen sub Alexandro
Tertio in *cap. non minus 4. §. quo circa de im-
munit. Ecclesiar. Carol. de Grass. de effectib. cle-
ricat. effectu 6. nu. 25. Barbosa axiom. 157. nu. 1.
2. & 3.* Non itaq; ipse, qui extrà Monaste-
rium mansit, cùm infirmitate decumbens
teneretur, in culpa fuit, sed qui eum noluit
retinere Prior. Nec enim alitèr ipse in pla-
teis demorari tenebatur, & quem sanum
in Monasterium recipere noluit, infirmum
multò minus admittere amauit, quin repu-
12 lit. non ergo ipse, qui necessitate pressus
fuit, culpæ arguendus est, sed qui causam
præstitit. Ille quippè egit, & actiuè se gessit,
hic passus est, & passiuè se habuit patiẽdo,
13 non agendo. Voluntate equidèm, & pro-
posito delicta specificantur. ex Gregorio
Nono in *cap. cum voluntate 54.* ibiq; *Gloss.*
verbo *cum voluntate. de sentent. excommun.* &
Innocẽtio Tertio Episcopo Lingonnien in
*cap. dilectus filius 13. de de homicidio volunta-
rio, vel casuali.* ibiq; *Gloss* verbo *voluntate.*
eiusdemq; sensus Paulus fuit lib. 39. ad edi-
ctum in *l. qui iniuriæ causa 55. in princ. ff. de
14 furtis.* rationem reddens: *Nam maleficia
(inquiens) voluntas, & propositum delinquẽ-
tis distinguunt.* dùm quæsisset: an, *qui iniuriæ
15 causa ianuam effregit, quàmuis inde per alios
res amotæ sint; nõ tenetur furti.* ex *S. Tho. 1. 2.
quæst. 1 art. 1. in corpore. & ad 3. par. quæst. 23.
art. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 29.
num. 13.* diximus *respons.* nostra *67. num. 35.
& 36. part. 3. & respons. 34. num. 40. part. 4.*
Et apostasiæ vitium huic imputabitur Pa-
tri, quòd in lecto ex infirmitate graui de-
cumbens, extra Monasterium mansit, cùm
noluerit ipsum Pater Prior recipere, & sa-
nus ad Monasterium quotidiè accedebat?
Non eius hoc voluntatis fuit. non ei igitur
vitio vertetur. testatur hoc Callistratus
lib 6. cognitionũ in *l. Diuus Hadrianus 14.
ff ad legem Cornel. de Sicar.* dùm infert: *In
16 maleficijs voluntas spectatur, non exitus.* quo
loco *Glossella* marginalis illud affert Cice-
17 ronis orat. pro Milone: *Interitus causam, nõ
interitum spectari oportet.* Causam autem,
quòd hìc Pater extra mansit Monasterium,
Prior dedit, qui recipere eum noluit. Ei
proindè vitio vertenda, non huic, qui neq;

aposta-

apostatare, neq; fugere vnquàm intendit, sed suorum Superiorum parere mandatis. vt propterea ad Monasteriū accesserit quotidiè, etiam in Culina, ex proprio eibum sumens. Si namq; fugere ipse, vel apostatare intendisset, aliò profectus fuisset, nequè Romæ in conspectu Superiorum demoratus fuisset, habitu semper indutus mona-
18 chali. passus itaq; fuit, non sanè egit, vt extra Monasterium moraretur. irreprehensa igitur voluntate fuit. vti Diocletianus, & Maximianus edixere Principes Augusti in *l. fœdissimam 20. C. ad legem Iul. de adulter.*
19 ibiq; *Bald.* in summario dicens: *Tolle voluntatem de medio, & omnis actus erit indiffe-*
20 *rens*. Voluntas quippè est, quæ actum informat, & de vna in aliam speciē transfert, vt vno modo actus punibilis, alio verò sine reprehensione maneat. ex Alexandro Tertio Anaten Episcopo in *cap. ad audientiam nostram 2.* ibiq; *Gloss.* in notabilibus, & verbo *animo id faciendi. de torneamentis.* ex Augustino in Enehiridion. *in can. is autem, qui mentitur 4. 22. quæst. 2.* & ex eodem eadem causa, & quæst. in *can. homines 3.* qui sic in
21 fine ad rem nostram infert: *Interest quemadmodùm verbum procedat ex animo. Ream*
22 *linguam non facit, nisi mens rea*. Voluntas proindè attendenda operantis. prosequiturq; *Hieron. de Federic. resolut. crim. 37. nu. 2. post 2. volum. consilior. Farinac.*


Neq; apostata igitur, neq; fugitiuus hic fuit Pater. in nullā proindè pœnam dedit. Iure propterea dimittēdus, vti non culpabilis deprehensus.

Atq; ità ex his, iudicio non abiecto meliori, neque Aristarchi supercilio, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Homo, quàmuis de suis, vt libet, disponat; Domini tamen est dirigere vias eius. ex Salomone prouerbiorum 16. 9.*
Vtatur quàmuis homo humana prouidentia quantumuis maxima. num. 2.
Diuino itaq; Numini dirigenda dimittenda sunt. num. 3.
4 *Deus omnia conspicit, omniaq; dirigit.*
Et nulla creatura est inuisibilis in conspectu eius. num. 6.
5 *Prouerbium.* Oculus Dei fortissimus.
7 *Mortis diem, quem statuit Deus, interuertere nemo potest.*
8 *Ius à re distinguitur, ac separationem habet.*
Alioquin idem ius esset, atq; res ipsa.
Quod admitti non debet, & ridiculum esset.
9 *Ius, quod quis in re aliqua habere potest dupliciter dicitur.*
Vel enim ius est ad rem, vel in re.
Quod declaratur.
10 *Præsentatus ad beneficium aliquod, ius ad rem habere dicitur, vt instituatur.*
Ius verò in re habere dicitur, cùm institutus fuerit.
11 *Nominatio passiua, vt nominari quis possit, ab actiua pendet nominatione, vt scilicet sit qui nominet.*
Ratio assertur. num. 12.
12 *Potentiæ naturali passiuæ respondet naturalis actiua productio.*
13 *Nominatione ius nominato acquiritur, non ita verò per tractatum ad nominandum.*
Quia tractatio nihil positiuè ponit.
14 *Nominatis pluribus, nulli eorum ius positiuè quæritur.*
15 *Nominandi ius, siue facultas, si vni cōcedatur, & ille ante nominationem moriatur, extinctum ius videtur nominandi.*
Quia videtur in hoc persona electa industria. num. 16.
Vndè res ad suam reuertitur priorem naturam. num. 19.
17 *Nouum est, quod ab antiquis non dependet.*
18 *Nouissima derogant prioribus, & per nouas conuentiones, veteribus, ac prioribus renunciatum videtur.*
19 *Deuolutio ad pristinum libertatis statum facta videtur, si qui nominare debebat, ante factam nominationem obierit.*
20 *Ecclesia libertatem acquirit, si patroni non præsentauerint.*
21 *Iuspatronatus seruitus esse videtur.*
22 *Simonia, vt contrahatur, formalitèr, pretium requirit, quo res spiritualis vendatur. & num. 25.*
Simonia quid? num. 23.
Et an ex antidorali obligatione simonia causetur. num. 27.
Neq; præsumitur in dubio simonia, sed probari debet. num. 30.
24 *Virtutes in voluntate, quasi in subiecto resident.*
Ita & vitia.
26 *Definitio si locum non habet, nec definitum conuenient.*
27 *Antidoralis obligatio simoniam non causat.*
Quando Ecclesia ipsa ad antidora teneatur. num. 28.
Neq; necessaria obligatio dicitur, sed voluntaria. num. 29.
31 *Delictum in dubio non præsumitur.*



ARGV-

ARGVMENTVM.

Nominandi facultate facta certæ personæ pro tribus Commendatarijs ad Commendam erectam in Sacra, & Illustrissima Religione Sancti Ioannis Hierosolymitani, & Sancti Sepulchri pro lingua Italica; si obierit persona illa nominatione non vtiquè facta: nùm extincta facultas illa fuerit nominandi, & Religio libertatem acquisiuerit? & nùm concordare Religio valuit cum hærede Fundatoris, vt alios nominet, si ille ex Fundatoris familia non nominarit? & quid porrò sit ius ad rem, vel in re habere? Nùm simonia commissa videatur ex correspectiuitate actus, ex facultate nominandi Commendatarios facta, si nullum in dantem commodum accedat, neq; proindè pretium, cùm sine pretio formalitèr, vel re pretio æstimabili, simonia non committatur? Et quid si ex antidorali quadam inclinatione id fiat? Cùm Ecclesia quoquè ad antidora teneatur, neq; necessitatem inferat.

RESPONSIO XXXIV.

1 DIsponat quamuis homo in suis vt libet; Domini tamen est dirigere vias eius. Sic sapiens ille Rex Ierusalem. prouerbiorum 16. 9. *Cor hominis* (inquit) *disponit viam suam: sed Domini est*
2 *dirigere gressus eius*. Quia nimirum omni quàmuis humana prudentia res suas, post suprema sua funera, dirigat homo: nisi Diuino placuerit Numini, intentum illa finē non habebunt. Namquè, vt Virgilius 10. Æneidos cecinit:

Nescia mens hominum fati, sortisq; futuræ.
Et seruare modum rebus sublata secundis.

3 Diuino itaq; Numini dirigenda dimittenda
sunt; vt ipse secundùm suæ beneplaci-
4 tum voluntatis dirigat ea. Ipse enim om-
5 nia conspicit, nouitq; ea dirigere. *Oculus*
quippè *Dei fortissimus*. vt prouerbio fertur, dixitq; Hesiodus.

Omnia conspiciens oculus Iouis, omnia lustrans.

6 Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda, & aperta sunt oculis eius. vt Apostolus ad *Hebræos* 4. 13. docet, contestaturq;.

Putauerat igitur de rebus suis, per quàm optimè disposuisse Abbas Lælius Fornarius de Monsolino Canonicus, & Thesaurarius Metropolitanæ Ecclesiæ Reginen cùm anno 1643. Commendam erigere tentauit in Illustrissima Religione Sāncti Ioannis Hierosolymitani, ac Sancti Sepulchri, vt illam D. Nicolaus Monsolinus eius filius naturalis primò obtineret, eoq; ex humanis sublato, duo alij ab eo successiuè nominandi; & postmodùm libera remaneret Religioni pro venerabili lingua Italica. Sed neq; completa erectione, cùm annos natus esset 72. ex humanis abscessit, relicta hærede vniuersali Laudonia Monsolino eius sorore virgine in capillis, cui vt Commendam erigeret, siue cæptam compleret erectionem, imposuit. Facta igitur erectione, atquè D. Nicolao Monsolino ad Commendam ascito, intra nouitiatus annum,
7 annos natus 26. vitæ terminum fecit. quia (Tibullus inquit)

Hunc cecinere diem Parcæ, fatalia nentes
Stamina, non vllo dissoluenda Deo.

Et Martialis lib. 1.

Lanificas nulli tres exorare Puellas
Contigit; obseruant, quem statuere diem.

Quia verò in supplici libello Religioni dato Abbas Lælius statuerat, vt si duorū aliorum nominationes ipse non faceret, vel si faceret, & ipsi vita excederent: *Che in tal caso il detto D. Nicolò possa, & habbia facoltà di nominarli à sua libera volontà, purche siano di famiglia, e d'età legitima, e non minori*. Neq; Abbas Lælius nominationem aliam fecerat, & D. Nicolaus facto naufragio, trireme, in qua ferebatur, disrupta, in medijs fluctibus perijt, nullæ fuerūt aliæ nominationes. Hinc Dña Laudonia Monsolino soror, & hæres Abbatis Lælij prætendēs erectionē Commendæ non legitimè factam fuisse, nouas cum Religione init conuentiones. Confirmat proindè erectionem, perit verò, & obtinet tres alias nominationes ex suo

arbitratu,& primam, etiam in ætate mino-
ri: nominat propterea Iosephũ Rota Mon-
solinum annos natos vndecim, filium le-
gitimum,& naturalem Doctoris Michaelis
Rotæ,& Dianoræ Monsolinæ coniugum,
eius neptis. Facultatẽ verò facit alios duos
successiuè nominandi dicto Doctori Mi-
chaeli,vt nominare valeat descendentes ab
ipso,& dicta Dianora eius vxore. Obtinere
autem volens pro noua hac erectione, siue
confirmatione erectionis, assensum Apo-
stolicum, opponunt se ei descendentes ex
Matthęo, & Scipione, atq; etiam Didaco
Monsolino fratribus dicti Abbatis Lęlij,
quòd ipsi vocati fuerint,tanquàm ex fami-
lia Monsolino. Quæstionis itaq; status in
duobus residet. Primò: Sit ne ius quæsitum
dictis de familia Monsolino ita firmirèt,vt
Iosephum abijcere valeant? Secundò, an
facultas facta Doctori Michaeli per Lau-
doniam simoniaca videatur: quòd ipse fi-
deiussor intercessit pro tuitione bonorum
Commendæ,& dicta D. Landonia in facul-
tate eidem facta, sic rationem reddit: *mag-
giormente per hauere detto Signor Michele à
prieghi d'essa Signora Landonia interceduto,
e pleggiato per la deffesione, & enittione di det-
ti corpi*. vt correspectiua facultas hæc vi-
deatur, atq; propterea simoniaca?

Neutrum horum firmitatem habere res-
pondendum nobis videtur. Non sanè Pri-
mum 1 Quia ius,quod illis de familia quę-
situm videbatur,ex nominatione depende-
bat,quæ fieri successiuè debebat: sed neq;
Abbas Lælius quemquam ipsorum nomi-
nauit, neq; etiam D. Nicolaus, vt dici va-
leat hic nominatus fuit; neq; est alius, qui
loco eorum nominet. extinctum est ergo
ius, quod ipsi de familia ex nominatione
prætendere possunt. Frustrà ergo se nunc
opponũt, vt pro Iosepho assensum, & con-
firmationem Apostolicam præpediãt. Pro-
batur assumptum: Nam ius illud,vt nomi-
narentur,qui de familia sunt, in ipsorum
persona radicem non habet, sed in nomi-
natione,quæ fieri debebat, arbitrio tamen
eius, qui nominare tenebatur, qui sanè,vel
Abbas Lælius erat, vel saltim D. Nicolaus.
Nullus quippè de familia fundatè dicere
poterat,mihi nominatio debetur, cùm no-
minatio ipsa ab arbitrio saltim depende-
ret D. Nicolai, qui vel hunc, vel illum no-
minare poterat. est ergo distinctum hoc
ius, atq; diuisum,& separatim à certa per-
sona de familia, neq; in concreto esse dici
potest in hac persona; sed in abstracto in
persona nominiminanda ex arbitrio D. Ni-
colai, & in indiuiduo vago, & non certo,
nec signato. Neq; porrò nouum est: Ius à
8 re ipsa distingui,& separationem habere,
ex Iuliano lib.52. digestorũ in *l. vacca em-
ptor 43. ff. de euictionib.* illis verbis: *Nam
quod dicimus, vitulum fructum esse vaccæ non
ius, sed corpus demonstramus*. Est ergo diui-
sum ius à corpore. & aliud ius dicitur,
aliud corpus. Ius namq; ad rem ipsam,
siue corpus ius est. distinguitur proindè,
vt aliud ius, aliud res sit, ad quam ius ha-
betur. alioquin idẽ ius esset, atq; res ipsa,
quod sanè ridiculum videtur. ex Papi-
niano in *l. Titia si nupserit 99. ff. de condit. &
demonstrat.* & ex Celso lib.17. digestorum
in *l. vbi repugnantia 149. ff. de regul. iur. cap.
inter dilectos 6. §. cæterùm memorati. de fide
instrument.* quem sensum sequuta fuit *Gloss.
in can peruenit 13.* verbo *laicalibus. 1. quęst. 3.*
dùm probat: aliud esse ius, aliud res ipsas.
9 Dupliciter quippè ius, quod quis habere
in re aliqua potest,consideratur,vel enim
ius est ad rem, vel ius in re; ad rem, quan-
do ex propria persona potest rem ipsam
10 consequi,vt præsentatus ad aliquod bene-
ficium, ius ad rem habere dicitur post ac-
ceptationem, vt illud sibi detur, & in eo
instituatur; ius verò in re habere dicitur,
cùm est institutus: quia suum per institu-
tionem effectum iam est beneficium. sequi-
tur *Probus ad Monachum in cap. eum, qui 18.
num. 5. & 6. de præbend. in 6. Æneas de Fal-
conibus de reseruationib. quæst. 4. princ. in 47.
effectu* decem numerans modos, quibus ad
rem ius acquiritur. *tom. 15. part. 1. tractatuũ.
Gonzalez ad regul Cancell. 8. Gloss 9. §. 1. n. 95.
Molin. de iustit. & iure. tom. 3. disput. 727. n. 1.
Rota* apud *Card. Canaler. decis. 231. nu. 4.* me-
minimus *respons.* nostra *2. num 58. part. 2.*
Eminentiss. Cardinalis *de Lugo de iustit. &
iure. disput. 2. in ipso disputationis titulo. tom. 1.*
Nullo verò horum duorum modorum, qui
nunc se Iosepho opponunt, ius habere vi-
dentur: non in re, quia neq; nominati, neq;
admissi fuerunt: non ad rem, quia nomi-
natio de certa persona non est, sed libera,
ex arbitrio pendens D. Nicolai, qui sicuti
poterat nominare hunc, ita relicto hoc, il-
lum, & nemo certus erat; sed nominatio
hæc euanuit, & abijt, quin illo mortuo, &
11 ipsa obijt. nemo ergo est, quòd nomina-
ri passiuè possit, cùm qui nominare actiuè
valeat non sit. ex Aristotelis doctrina *3. de
anima. cap. 5. text. 17. & 18.* quia omnipo-
12 tentiæ naturali passiuæ respondet natura-
lis actiua productio. *Pater Fonseca in meta-
physicis lib. 1. quæst. 1. sect. 1. num. 6. in vlt. ar-
gumento.* & probari videtur ex Leone IV. in
can. contra Sanctorum Patrum 29. ibiq; *Gloss.*
verbo *nominati 16. quæst. 7.* Gloss. notabilis,
& magna in *can. quanto 10.* verbo relatio.
*vers. sed quæritur, vtrum per nominationem.
13 dist. 63.* dùm docent: per nominationem
ius nominato acquiri, non per tractatum
ad nominandum, quia tractatio nihil posi-
tiuè ponit. sequiturq; *Rebuff. in tract. nomi-
nationum. quæst. 1. nu. 28. tom. 15. tract. par. 2.*
dicens

dicens: pluribus nominatis, nulli eorũ ius
14 acquiri. ex Gregorio Magno in *can. Archidiaconum 1. dist.* 85. positiuè quidem. Ex-
15 tincta proindè nominandi facultas est per
suprema D. Nicolai funera. ex Paulo lib.
32. ad edictum in *l. actione distrahitur 66.*
§. morte. ff. pro socio. sequiturq; ad rem *Gloss.*
in cap. religiosus 2. aliàs fin. §. fin. verbo *mortuo. de testament. lib. 6.* Quia nimirùm vide-
16 tur in hoc electa personæ industria. vndè
noluit facultatem illam, Abbas Lælius al-
teri tradere, neq; etiã hæredi, quàm D. Ni-
colao. Ipso itaq; de medio sublato, extincta
facultas illa fuit. ex Papiniano lib. 10. res-
ponsorum in *l. mandatum 57. ff. mandati.*
ibiq; *Bart.* & ex Gregorio IX. in *cap. quoniam 43. aliàs fin. §. is autem. in fin. de offic. Iudic. deleg.* sequiturq; ad rem *Gratian. forens.*
part. 4. cap. 712. num. 7. 8. & 9. Rota in simili
apud *Coccinum decis. 221. num. 2. Io. Cephal.*
cons. 725. nu. 21. & 22. vol. 5. Ludouic. Casanate
cons. 37. num. 27. 28. & 29. Extinctum est er-
go ius, quodcunq; illud fuerit, quod fami-
milia habere poterat, vt aliquis ex familia
nominaretur, cùm obeunte, diemq; supre-
mum vidẽte D. Nicolao, qui nominet nul-
lus sit. Nouum est ergo ius, & noua facul-
tas ex nouis promanans conuentionibus,
quam Dña Laudonia ab Religione obti-
tinet Commẽdatarios nominandi, ac præ-
sertim Iosephum Rotam Monsolinum mi-
norem annorum vndecim. Non enim à pri-
mæuis contractibus promanat, neq; depen-
det, sed ex nouissimis cũ Religione nouitèr
17 initis. est ergo noua facultas. Namque
nouum est, quod ab antiquis non depẽdet.
ex Paulo lib. 4. quæstionum in *l. non est nouũ*
26. ff. de legib. & Senatusconsultis. apertiusq;
ex Vlpian. lib. 52. ad edictũ in *l. 1. §. hoc edictum. & §. si quis ædificium. ff. de oper. noui*
nunciat. & ex Lucio Tertio ad Episcopum
Paduanũ in *cap. 1. de noui oper. nunciat. Gloss.*
in cap. generali constitutione 13. verbo *de nouo.* ibiq; *Ioan. Andr. de elect. in 6. Rota* apud
Card. Mantic. decis. 163. num. 4. Ex primæua
itaq; illa erectione per Abbatem Lælium
facta, & ex facultate per eum D. Nicolao
nominandi data, ius fortassè illis de fami-
lia competere posset: sed ius illud (vt dixi-
mus) cùm deficiat qui nominet, extinctum
iam est. nullum igitur eis superest ius, vt se
confirmationi à Sancta Sede Apostolica à
18 Iosepho impetranda opponant. Recessum
est enim per nouissimas conuentiones cum
Religione habitas ab ijs, quæ cum Abba-
te Lælio quoàd nominationẽ per priùs ha-
bitæ fuerant. ex Neratio lib. 3. membrana-
rum in *l. ab emptione 59.* ibiq; *Bart. num. 4.*
ff. de pact. & l. 1. & 2. C. quando liceat ab emptione discedere. sequutaq; fuit *Rota in Romana societatis Aromataria 5. Iunij 1587.* co-
ràm *Bubalo.* & in alia *Parisien pecuniaria*
10. Iunij 1613. coràm *Coccino Decano decis.*
501. num. 3. part. 1. in recentiorib. Tantòq;
hoc firmiùs asserendum, quòd nullus adest
qui nominare valeat ex parte Abbatis Læ-
19 lij. Quam ob causam prætendere potuisset
Religio, Commendam ad illam liberè de-
uolutam fuisse. quod in re non absimili de
emphyteusi Ecclesiastica perpẽdit *Cephal.*
d. cons. 725. num. 22. 23. & seq. vol. 5. quemad-
20 modùm ob non præsentationem patrono-
rum Ecclesia libertatem acquirere dicitur.
post *Abb. cons. 106. col. 2. circ. med. nu. 2. vers.*
prætesed ex quo dicta Capella. part. 2. & *Lambertin. de iure patronat. lib. 3. quæst. 7. princ. artic. 8. nu. 1.* sequitur *Rota* apud *Cantuccium*
21 *decis. 109. num. 1. part. 2. diuersor.* Seruitus
quippè iuspatronatus æstimatur. ex Con-
cilio Toletano 9. cap. 2. in *can. decernimus*
32. ibiq; *Archidiac. 16. quæst. 7.* & ex Inno-
centio Tertio in *cap. significauit 41. de testib.*
Marc. Mantua cons. 55. num. 10. & nu. 20. lib. 2.
Iure ergo nouas concordatas Dña Laudo-
nia cũ Religione inijt. nihil ergo superest
iuris ijs de familia, vt se Iosepho opponãt,
cùm nominandi facultas per suprema D.
Nicolai funera extincta fuerit, atq; cùm
eo Orcum petierit. Recessum ergo vt canant
oportet. Non itaq; firmitatem obtinet pri-
mum, de quo in causæ statu quærebatur.
Neq; etiam secundum. Nulla quippè cor-
respectiuitas perpendi potest in nomina-
tione concessa Doctori Michaeli Rota de
duobus alijs Commendatarijs post supre-
ma funera Iosephi nominati iam per ipsam
Laudoniam; qui etiam ex descendentibus
ex ipso Michaele, & Dianora Monsolino à
Matthæo Monsolino descendente, ipsiusq;
Laudoniæ ex fratre nepte esse debebant,
quòd Michael pro securitate bonorum
Commendæ assignatorum fideiussor inter-
cesserit, illis verbis, quibus rationem no-
minationis concessæ Laudonia reddidit:
Maggiormente (inquiens) *per hauere il detto*
Signor Michele à prieghi di detta Signora Laudonia interceduto, e pleggiato per la difensione, & euittione di detti corpi, e rendite assignate à detta Commenda. Quasi in pretium fide-
iussionis factæ nominandi facultas data
fuerit, consequenterq; simoniaca. Neque
porrò, vel fideiussio in pretium successit fa-
cultatis factæ nominandi; neq; nominan-
di ipsa facultas pro ipso, quasi pretio fide-
22 iussionis, data fuit. Simonia verò, vt con-
trahatur, formalitèr pretium perquirit, quo
res spiritualis, vel saltim spiritualitati an-
23 nexa vendatur. Est quippè simonia studio-
sa voluntas vendendi, vel emendi pretio
rem spirituałẽ, vel spiritualitati annexam,
ex *S. Thom. 2. 2. quæst. 110. art. 1. Gloss. in summa 1. quæst. 1.* verbo *quidam.* deduciturq; ex
Vrbano Secũdo in *can. Saluator 8. 1. quæst. 3*
eamq; sequitur *Nauar. cons. 49. num. 1. lib. 5.*

de simonia. & in manuali cap. 23. num. 100. Cardin. Toletus instruction. sacerdotal. lib. 5. cap. 84. num. 2. Rota apud *Cocein. decis.* 468. *num. 5.* deduximus Nos latè *respons.* nostra 39. *num. 12. par. 3. & respons. 44. nu. 24 par. 4.*
24 Studiosa dicitur voluntas: quia sicuti in
voluntate, tanquàm in subiecto, virtutes
resident: ita pariq; modo, & vitia. atque
consequentèr simonia. ex *S. Thom. d. q. 100.*
25 *art. 1. ad 2.* Perquiritur ergo ad simoniam
contrahendam ipsa studiosa voluntas contractandi pretio rem spiritualem, vel spiritualitati annexã, quia formalitèr ipsa pretij constitutio, vel saltim res pretio æstimabilis, ad simoniæ essentiã requiritur. vt dicta *respons.* nostra 39. *num. 13. & seq. & d. respons. 44. num. 26. & seq.* deduximus.

Nullum verò pretiũ, nullaq; res pretio æstimabilis hìc intercessit, quo veluti pretio Laudonia nominandi facultatem Mi-
26 chaeli dederit, vendideritq;. Deficit proindè simoniæ essentia. nec ergo simonia erit.

Cùm enim definitio cesset, nec definitum locum habebit. vt *d. respons.* nostra 39. *num. 11. part. 3.* perpendimus. Neq; edepol Michael fideiussor intercessit, vtilitatem aliquam vt Laudoniæ præstaret, sed in sui, suorumq; filiorum commodum, & vtilitatem, vt cautum Religioni esset pro bonis Commendæ donatis, quorum emolumentum in filium primum Commendatarium, Iosephum videlicet, iam per Laudoniam, vti ex nepte filium, nominatum, cedere debebat; atq; pro nominandis alijs duobus ex eius, & Dianoræ eius vxoris descendentibus, post suprema Iosephi funera, succederet, In sui itaq; ipsius commodum fideiussor accessit, non in Laudoniæ. non ergo in pretium esse potuit fideiussio nominandi facultatis sibi per Laudoniam traditæ, cuius in vtilitatem nihil cessit, nec accedere poterat. non ergo simoniæ intercessit labes: quæ sine pretio, vel re pretio æstimabili, non datur. Idcircò porrò Laudonia facultatem Michaeli duos alios Commendatarios nominandi fecit, quia maritus esset Dianoræ Monsolino eius ex fratre neptis, non quia pro bonis Commendæ fideiussor intercessit; motum tamen, impulsumq; tradit hæc ipsa fideiussio, vt magis, magisq; in eum propenderet, atq; filijs ex ipso, & Dianora descendentibus, prospiceret. non ergo pretium traditæ facultatis nominandi, fideiussio fuit. nec igitur si-
27 monia. Magis verò antidoralis quædam
inclinatio fuit; quia, ipsa postulante, Michael fideiussor intercesserat. gratam se
propterea vt redderet, atq; remuneraretur
28 promptam illam Michaelis voluntatem
ad nominationem illam, atq; nominandi processit facultatem. quando Ecclesia ipsa ad antidora tenetur. vt *Gloss.* aduertit in *can. Ecclesiasticus* 67. verbo *voluntarys. in fin. 12. quæst. 2.* ex Vlpiano in *l. sed & si lege commissoria 28. §. consuluit. in fin. ff. de petit. hæredit.* ibiq; *Glossella marginalis.* & *S. Thomas 2. 2. quæst. 106. artic. 1. & 3. Rota* apud *Duranum decis. 18. num. 19. & 20. part. 1.* quæ est etiam in impressis *part. 5. in recentiorib. per Rubeum decis. 1.* & sequuti nos fuimus *respons.* nostra 51. *num. 45. 46. & 47. part. 3.*
29 Neq; porrò antidoralis hæc obligatio necessaria dicitur, sed voluntaria. vt sequuta fuit *Rota* apud eundem *Duranum* Episcopum Vrgellen *decis. 129 num 21. par. 1.* Non
30 itaq; correspectiua dici hæc nominandi
facultas poterit Michaeli per Laudoniam concessa; quando illam, non ex necessitate, sed voluntariè, grati saltim animi ergo fecit, non quòd pretio fideiussoriæ intercessionis facultatem illam dare voluerit, vt rem spiritualem venderet, vel spirituali-
31 tati annexam, & in simoniæ crimen impingeret. quod nullius (si sapiat ipse) in mentem venire poterit. ad *text. in cap. fin. in fin.* ibiq; *Gloss. fin. de præsumpt.* & *l. merito 52. ff. pro socio. Rota* apud sanct. memor. *Gregorium XV. decis. 238.* & apud *Cardin. Caualer. decis. 352.* diximus *resp.* nostra 17. *nu. 19. 20. & 21. part. 3.* Omnino autem duos alios, post suprema Iosephi funera, nominare Laudoniam oportebat, ne sicuti Abbati Lelio fratri acciderat, eidem eueniret. Nominauit autem ex nepte filios. nullum proindè pretium ex nominatione percepit; quàm quòd suæ obsecuta fuit voluntati. non ergo simonia. Neutro igitur oppositorum modorum retineri Ioseph poterit, vel Laudonia, vt promissa Religioni seruet, quin assensum, siue Apostolicam cõfirmationem obtineat: reiectis ijs, quæ per eos de familia Monsolino sibi obijciuntur, quę firmitatem nullam habent.

Atq; ita ex his, quæ Aristarchi supercilio lubentèr perrimanda subijcimus, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

Confirmationem Apostolicam obtinuisse demùm Iosephum, relatum nobis fuit, & si, qui pro familia se opposuerant, obluctati non minimi fuere; sed ex datis his principijs oppositionibus factum satis fuit.



SVMMARIVM.

1 *Vicinum in malum, atq; auarum incidere, nihil molestiùs esse potest.*
Quia ex vicinis malum, vel bonum proficiscitur. num.2.
Vt cariùs res vendatur, qua bonos habet vicinos, num.3.
Sicut contra viliùs, quæ malos. num.5.
Vt non manifestans confinem, teneatur.
4 *Prouerbium.* Aliquid mali propter vicinum malum.
Et Lupus in fabula est. *num.6.*
7 *Decretum, quod in possessorio irreparabile parit præiudicium, vim obtinere dicitur diffinitiui, atq; proindè est appellabile.*
Iure præsertim Sacrorum Canonum. nu.9.
8 *Possessorium cum petitorio comune nihil habet.*
9 *Appellatio datur etiam in possessorio momentaneo ex Sacris Canonibus.*
Ad effectum quoq; suspensiuum. nu.10.
Si præiudicium magnum est. num.11.
Vel si transactionem violat. num.41.
12 *Prouerbium est populare.* Beati possidentes.
13 *Quæstuandi à possessione remouendus quis interim non est, donec in petitorio de iuribus dignoscatur vtriusque.*
Etiam sub nomine vnius Sancti. num.14.
15 *Appellatio est ad maiorem Iudicem prouocatio, ratione grauaminis illati, vel inferendi.*
Et defensionis est species. num.16.
17 *Defensio à natura ipsa nobiscum creuit, ab illa nobis insita, cunctisq; animantibus.*
Violentiaq; per vim repulsio. num.18.
19 *Status cùm immutatur alicuius spoliati dicitur.*
Potestq; vt in pristinum restituatur agere.
20 *Index iniustè procedens, & nullitèr spoliare dicitur.*
Et factum tunc ipsius, factū dicitur partis.
Non tamen à possessione priuat. num.21.
Vt resisti etiam valeat eidem. num.22.
Quia sine iurisdictione tunc procedere dicitur.
Nec Iudex æstimatur. num.23.
24 *Delegantis auctoritas in Delegato repræsentatur.*
25 *Facultatis quæ meræ sunt, præscribi non possunt.*
Vt nullum in his locum sibi faciat consuetudo.
Cùm à voluntate libera pendeant.
Manutenibilis proindè in his possessio haud erit. num.26.
Nisi prohibitio cum acquiescentia interueniat.
Quàmuis mille annos quis, ne facultate vtatur, steterit. num.28.
Exauditur tamen respectu eius, à cuius mera dependet facultate. num.30.
Secus verò respectu aliorum.
Præsertim si aduersus eos sit alicui ius quæsitum. num.31.
Nec procedit stante prohibitione, & acquiescentia. num.32.
Vel accedente pacto, siue transactione. n.33.
29 *Quæstuam exercere à mera pendet Ordinarij facultate.*
Quòad laicos præsertim.
34 *Transactio finiendarum litium est contractus.*
Rescindi proindè non poterit. num.35.
Accedente præsertim sacramento.
Litisq; finita exceptionem producit. nu.36.
Ipsumq; rettoet litis ingressum.
Vt neque Imperiali rescripto præscindi valeat. num.37.
Quia res fauorabilis est. num.38.
Reiq; iudicatæ vim obtinet. num.39.
Primæuaq; iura omnia reprimit, dissipat, & annullat. num 40.
Vt id solùm attenuatur, quod transactione firmatum est.

ARGVMENTVM.

Decretum, quod præiudicium parit irreparabile in possessorio, quòad vtrumq; effectum appellabile est; de iure præsertim Sacrorum Canonum. A possessione quæstuandi, in qua quis reperitur, remouendus non est interim, donec in petitorio de iuribus cognoscatur vtriusquè. Appellatio defensionis est species. Defensio autem à natura nobis, cunctisq; insita est animantibus. Status cùm immutatur alicuius, vt in pristinum restituatur agere, nec iniuria potest. Iudex iniustè procedens, spoliare dicitur, quia facit vt priuatus; eiq; resisti poterit. Quæ à mera pendēt concedentis facultate imprescriptibilia sunt, quod pluribus declaratur.

RESPON-

RESPONSIO XXXV.

1 NIhil molestiùs esse posse, (Demostenes dictitabat) quam in vicinum malum, & auarum incidere. Rationē refert rectè Thu-
2 cidides: *Ex vicinis* (aiens) *malum, vel bonum proficiscitur.* Hinc Themistocles cùm prædium quodam vendere vellet, hoc quo-
3 que præconem addere iussit: *Quòd vicinos etiam haberet bonos*. Quasi vicini commendatione futurum esset longè vendibilius. Cato quoquè senior admonebat eos, qui agros empturi essent, vt ante omnia animaduerterent, nè malum haberent vicinū. Cauebit ergo prudens, ne illi sit salsuginosa vicinia. ex *Tuilio* ad emblemata *Alciati emblem.22. nu.4. col.fin.* & Author Adagiorum chiliade 1.centur.1. prouerb.32. *Ali-*
4 *quid mali propter vicinum malum.* & hùc respicit, quod Caius lib.10. ad edictum prouinciale in *l.quod sæpè 35. §.fin. ff.de contra-*
5 *hend. empt.* sequentibus dixit: *Si quis in vendendo prædio confinem celauerit, quem emptor si audisset, empturus non esset, teneri venditorem dicimus.* optimèq; ad rem nostram *Gloss.*verbo *confinem celauerit.* id est malum vicinum, quos vicinos tenetur dicere, si sunt mali, vt hic. neq; diffitetur *Glossella* marginalis ibidē, quæ sic infert. De commoditate, seù incōmoditate à vicino pulchrè Lucas Colummella de re rustica lib.1. cap. 3. & in adagijs in expositione illius prouerbij: *Aliquid mali propter vicinū malum.* & Themistocles apud Plutarcum in apopthegmatibus. prædium vendens proclamabat: *bonum habere vicinum.* sic Glossella. sequiturq; *Gayll.practicar.obseru.lib.2. obseruat.69.num.20.* adnotans: Vicini mali ratione, res stabilis, siue domus, dicitur esse minoris pretij. Hùc videtur allusisse Vergilius in Eglocis, cùm ait.
Nec mala vicini pecoris contagia lædent.
Et
Mantua, væ miseræ nimium vicina Cremona.
Atq; Hæsiodi illud
Sæpè mali male facta viri populus luit omnis.
6 Sic *Lupus nunc est in fabula*, vt prouerbio fertur, Oeconomi Ecclesiæ Sācti Blasij maioris in possessione sēper fuere quæstuandi per totam Ciuitatem, atquè in finibus *della Giudeca*. non ferentes id vicini, obtinuerunt à Curia Archiepiscopali decretū: Quòd Magistri nuncupati dell'Vlmo, intra fines, illis della Giudeca assignatos, minimè quæstuare faciant illos Sancti Blasij maioris, saltim pro nunc, donec aliter fuerit ordinatum. per appellationem proindè à Sancta Sede Apostolica fuit causa commissa Illustriss. Domino Episcopo Laquedonen Hieronymo Campanili. in dubium propterea reuocabatur, an rectè?

Et quidem iure illos appellasse, & causam committi fecisse respondeudum visū fuit. Namq; erant Oeconomi Sancti Blasij maioris in possessione, vel quasi per totam ipsam Vrbem quæstuandi, intra fines
7 quoq; prædictos *della Giudeca.* facit proindè decretum prædictum in possessorio præ-
8 iudicium irreparabile. Vim propterea diffinitiui obtinet. licuit ergo ab illo appellare. ex Sacrosancta Tridentina Synodo *sess.24.cap.20.paulò post princip.de reformat.* Neq; porrò cōmune quidquam possessoriū habet cum petitorio. ex Vlpiano lib.7. ad edictum in *l. naturalitèr 12. §.nihil commune. ff.de acquirend.vel amittend.possess.* Licuit
9 proindè à decreto prædicto pronocare, & causam committi facere, iure præsertim Sacrorum Canonum, etiā in possessorio momentaneo. & Innocentio Tertio in *cap. significauerunt nobis 36.* vbi etiam *Gloss.* verbo *infra decem dies. de testib.& attestationib.* & Alexandro etiam Tertio in *cap. super eo 12. de appellationib.* sequitur apertè *Gloss.in can. ei, qui appellat 41. § de possessione etiam*, qui est Gratiani verbo *momento*. & verbo *effectum. 2 quæst.6. Gloss.in cap. cùm ad sedem 15.* verbo *interdictum. in fin. vers.& nota per hanc decretalē de caus.possess.& propriet.* & ex Clemente V. in Concilio Viennen in *clem. vnic.de caus.possess.& propriet.* ibiq; *Cardin. col.2.num.10. Gloss.in cap.1.* verbo *momenti, de caus. possess. & propriet. extrà.* Proauus noster *Robertus Maranta in speculo part.4.in 9.distinct.iudiciorum. nu.44. vers.sed de iure canonico. Practica Papiensis in causa libelli spoliatæ possessionis.* verbo *per vestram diffinitiuam sententiam. num.3. fol.mihi 264.* qui de communi testatur, *Afflict.decis.269.nu.2. Gratus cons.16. visis, & consideratis. num.16. volum.2.Couar.practicar.quæst.cap.23.num.8. Menoch.de recuper.possess.remed.15.num.641. Petr. de Benintend. decis.Bononien.79. num.1. Osascus decis. Senat.Pedemont.25. num.1.cum seq. & num. 4. Marius Antonin. Maceraten variar. resolut. lib.2. resolut.32. num.1.& 2. Rota* apud *Card. Caualer. decis.88. num.2.* & apud sanct. mem. *Gregorium XV. decis.335.*
10 *num.18.& decis.546.num.4.* Ad effectum quoquè suspensiuum, ne dùm quidem quòad deuolutiuum, vt attentare interim Iudex dicatur, si quid innouet. ex *Lancellott. de attent. part.2. cap.12.limit.25.num.19. & seq. Rota Bononien.* apud *Benintent. decis.17. per tot.& d.decis.79.num.1. Rota* apud *Caualer.d.decis.88.num.2.* Nec enim modicum,
11 quin permaximum est, quod Oeconomis prædictis præiudiciū in possessorio infertur; à possessione quippè, in qua sunt quæstuandi, etiam intra fines prædictos *della Giudeca*, de facto remouentur. permaximū proindè fit eis præiudicium, vt paremiæ

12 factus

12 factus ſit locus populari : Beati poſſiden-
tes. ex *Gloſ.fin.in fin. verſ.item & damnum*
videtur pati magnum. in *l. vnic. C. ſi de mo-*
mentan.poſſeſſ.fuer.appell.§.retinenda. Inſtit.
de interdict. Menoch. d. remed.15. num.641.
Oſaſc.d.deciſ.25.num.5.in fin.Conar.d.cap.23.
nu.8.practicar.quaſt. Maſcard.de probat. con-
cluſ.1200. Maceraten.variar.reſolut.lib.1. re-
ſolut.52.num.11. Pater Thomas Sanchez de
matrim.lib.2.diſput.41.quaſt.2.num.12. Neq;
13 profectò ipſi de facto à poſſeſſione,in qua
erant quæſtuandi,remouendi fuerant,quin
magis in illa permittendi , donec in peti-
torio de iure vtrorumq; eorum agnitum
plenè fuiſſet. ex Innocentio Tertio in *cap.*
querelam 24.de elect. extra. & Gregorio IX.
in *cap.ſignificante 69. de appellat.* quos *text.*
ad rem ipſam noſtram perpēdit *Bald. conſ.*
277. in quadam diœceſi . lib.2. verba damus
Baldi,ſic enim ipſe ſub nu.1. *Aut* (inquit)
colligunt ſub nomine Eccleſia hoc exprimendo
in eorum collecta, & quaſtuaria, & tunc licitū
14 *eſt eis, licèt ſub nomine vnius Sancti, quia nō*
poſſunt prohiberi à quarendis eleemoſynis, niſi
antiqua conſuetudo Hoſpitalis deroget iſtis no-
uellis quaſtoribus; quia tunc omnino poſſunt
prohiberi, cùm immittant falcem in meſſem
alienam. Donec tamen feratur ſententia in peti-
torio, non ſunt remouendi à poſſeſſione iſtius
actus colligendi,vt extrà de electione cap. que-
relam . & extrà de appellat. cap. ſignificante.
ſic Baldus :

Poſſeſſio verò Oeconomorum S. Blaſij
Maioris peruetuſta ſatis eſt per totam Vr-
bem,ac præſertim intra fines *della Giudeca*,
quæſtuandi. ab illa igitur amoueri in poſ-
ſeſſorio haud poterant . permagnum ergo
illis præiudicium factum eſt per decretū
prædictum Curiæ Archiepiſcopalis. licuit
propterea ab illo vtrumq; ad effectū pro-
uocare; vt à grauamine ſubleuarētur . Eſt
15 nempè appellatio ad maiorem Iudicem
prouocatio ratione grauaminis illati , vel
inferendi. iuxtà magis receptā à Doctori-
bus finitionem , quā tuetur *Maranta 6.par.*
in 2.actu de appellat. nu.1. Fecerunt idcircò
iure , nec ſanè iniuria , cùm à Sanctiſſimo
cauſam Illuſtriſs. Domino Epiſcopo La-
qurdonen per Breue Sanctitatis Suæ ſub
Piſcatoris annulo committi obtinuerunt .
16 Quia nimirùm appellatio defenſionis eſt
ſpecies, & ad præſidium innocentiæ reme-
dium inſtitutum . ex Innocentio Tertio in
cap.cum ſpeciali 61. §.porrò commonito.de ap-
pellat. Maranta d.part.6. actu 2. de appellat.
17 *num.18.* Defenſio autem à natura ipſa no-
biſcū creuit, ab illa nobis inſita, cunctiſq;
etiam iumētis,& animantibus,vt vim, atq;
iniuriam propulſemus , teſtatur hoc Flo-
rentinus lib.1.Inſtitutionum in *l.vtvim 3.*
18 *ff.de iuſtit. & iure*. violentiæq; per vim re-
pulſio . ex Iſidoro lib.5. ethimologiarum
cap.4. in *can.ius naturale 7. dist.1.* per Gra-
tianum tranſlato. Iure proindè facit nunc
Dominus Epiſcopus Delegatus delegatio-
nis vi in cauſa ad vlteriora procedendo,vt
à grauamine repellantur hi , quibus illatū
19 illud fuit. Quia profectò , nè dùm quidē,
cùm quis poſſeſſione ſpoliatur,vel quaſi,ad
reſtitutionē agere poteſt ; ſed cùm immu-
tatur ſtatus ſuus violentèr,& iniuſtè; vt in
priſtinum reſtituatur ſtatum agere poterit.
ex Gregorio Nono in *cap. Piſanis 19.* aliàs
fin. de reſtit.ſpoliat. ſequitur *Abbas in d.cap.*
querelam 24. num.13. de elect. Rota coràm
Pegna part.2.recent.deciſ.393.num.3. & apud
Card.Seraphin.deciſ.212.num.1. & apud *Coc-*
cinum deciſ.412.num.1. Neque ambigi vllo
poteſt modo per decretū præfatum à poſ-
ſeſſione,& ſtatu, in quo reperiebātur quæ-
ſtuandi,ſpoliatos illos per Iudicem fuiſſe :
20 cùm factum Iudicis iniuſtè procedentis,&
nullitèr, factum dicatur partis, atq; ſpolia-
re dicatur vti priuatus. ex Alexandro Cæ-
ſare in *l. ſi ob cauſam 13.* ibiq; *Bald.* in ſum-
mario. *C.de euict. Aymon conſ.18. num.8. &*
conſ.104 Caputaq.deciſ.186.num.1.part.3. ex
Clemente Tertio in *cap.ex inſinuatione 3. de*
procurator.& Alexandro Tertio in *cap. con-*
querente.7.de reſtit. ſpoliator. plura cumulat
Surd.deciſ.260.num.13. ſequutaq; fuit *Rota*
apud *Caualer. deciſ.319. num.3. & deciſ.96.*
nu.4.in fin poſt 1.volum.conſil.Farin.& apud
eundem *Caualer. deciſ.337. num.1.* & apud
Coccin. deciſ 97 num,1. & apud ſanct. mem.
Gregorium XV. deciſ.197.nu.2.& deciſ.209.
num.2.& 336. nu.2.& deciſ.363. nu.4. Ma-
reſcott.variar.reſolut.lib.4.cap.6.num.4. Rota
part.2. in recentior. deciſ.147. num.4. Licèt
21 quidèm poſſeſſione illos priuare non po-
tuerit. ex Arcadio,& Honorio Auguſtis in
l.nec imperiale reſponſum 2. aliàs *fin.C.ſi per*
vim,vel alio modo.& Conſtantino Cęſare in
l.fin.C.comminationes,epiſtolas,pragmata. Ro-
ta part.1.in recentior. deciſ.270. num.2. quia
priuati loco tunc Iudex habetur. *Rota p.1.*
diuerſor.deciſ.802.num.7.& in *Romana vinea*
28.Nouembris 1611.coràm *Card.Sacrato de-*
ciſ.2. num.4. in impreſſis per *Zacchiam ad*
Galleſium de obligat.Camerali. Vt reſiſti etiā
22 ei valeat,ac ſi extrà territorium,& ſine iu-
riſdictione ius diceret. Impunè quippè tūc
23 ei non paretur,quia Iudex non æſtimatur.
ex Bonifacio VIII. in *cap.vt animarum 2.in*
fin. de conſtitut. in 6. & Paulo lib.1. ad edi-
ctum in *l.fin. ff.de iuriſd.omn.Iudic. S.Thom.*
2.2. quaſt.60. art.6. in corp. Nauar. conſ.77.
quaritur primò. num.2.lib.3. de regular. & in
manual. cap.12.num.71. verſ.ſecundò,qui ha-
bens. in fin.& cap.27 nu.8. Aymon d.conſ.18.
num.8. Multò itaq; magis per appellatio-
nem ad ſupremum Iudicem recurſum ha-
bere valuerunt , vt appellationis remedio ;
ab illato eis grauamine leuarentur. Iure
ergo,

ergo, nec facit iniuria nunc Dominus Delegatus Apostolicus, si ad vlteriora procedens à grauamine, quod illatũ per decretum præfatum ijsdem Oeconomis fuit, delegantis, qua fungitur authoritate, eos re-
24 ducat. Delegantis quippè auctoritas in Delegato repręsentatur. ex Gregorio ad Episcopos Siciliç in *can. valdè necessariũ esse 1. dist. 94.* qui hęc dat verba dictorũ rationẽ referẽs: *Vt vbi nos esse nõ possumus, nostra per eum, cui pręcipimus, repræsentetur auctoritas.* & ex Innocentio Tertio in *cap. cùm in iure peritus 31. in princ.* ibi: Auctoritate, qua fungor iniungo. *de offic. & potest. Iudic. deleg.* & in *cap. pastoralis 11. §. præterea postulasti. de offic. Iudic. ordin. Rota decis. 155. nu. 3. in fin. part. 1. in posthum. Farinacij.* diximus *respons.* nostra 80. *num. 16. par. 3.* & in nostro *Apologetico pro iuribus nostræ Ecclesiæ* contra Archipresbyterum Terlitien *num. 110. & 111. ad calcem eiusdem par. 3.* Iure ergo facit delegantis Papæ, quidquid ab eo Delegatus fecerit iure.

25 Nec obstaculum inuentum faciet obiectum, quòd quæ meræ facultatis sunt, cùm à dantis mera pendeant voluntate, ac potestate, impræscriptibilia perseuerent. Nullum quippè in his locum sibi facit consuetudo, cùm voluntate libera mutare possit, quod semel permisit. ex Iaboleno lib. 10. ex Cassio in *l. viam publicam 2.* ibiq; *Gloss. Bar. & alij ff. de via publica, & itinere publico reficiendo.* & ex Innocentio Tertio in *cap. vt priuilegia 24.* ibiquè *Gloss.* verbo *semel in anno. in fin. extrà de priuileg. Abbas in cap. ad nostram 5. num. 11. de confirmat. vtili, vel inutili. Ripa in l. quominus. num. 132. ff. de fluminib.* & in *cap. cùm Ecclesia Sutrina. d. nu. 40. cum seq. de caus. possess. & propriet. Bellencin. de charitatiuo subsid. quæst. 50. num. 2. tom. 15. part. 2. tractatuũ. Gabr. commun. conclus. lib. 5. tit. de præscript. conclus. 10. nu. 1. Portius Imola lib. 3. reg. 33. num. 1. Balb. de præscript. in 4. part. quintæ partis principalis. quæst. 1. fol. mihi* 494 *in minori impress. Ioan. Koppen decis. 1. num. 1. Mar. Anton. Maceraten variar. resolut. lib. 1. resolut. 81. num. 9. Rota part. 1. diuersor. decis. 778. num. 5. & in recentior. par. 2. decis.* 536. *nu.* 4 & apud sanct. memor. *Gregor. XV. decis. 162. num.* 10. ibiq; *Beltramin. num. 16.*
26 Vt manutenibilis possessio in his, quæ ex facultate pendent, minimè sit gentium. ex *Rota* apud *Card. Caualer. decis. 286. num. 1. & decis. 418. nu. 9. & seq. Rota Maceraten* apud *Marcum Antonium Thomati* nunc Episcopũ Bitetten *decis. 5. num. 15. 16. & 17.* nisi pro-
27 hibitio cũ acquiescentia interuenerit. ex *Gloss. in l. qui luminibus 10. in gl. 1. ff. de seruit. vrbanor. prædior. Vincent. de Franch. decis. 166. num. 8. Rota* apud *Card. Seraphin. decis. 151.*
28 quàmuis per mille annos quis ne facultate vteretur, siluerit. *Rota* apud [illegible] *in. dec. 402.* *nu. 10. Beltramin. ad d. decis. Gregor. XV. 162.*
29 *num. 16.* Quæsturam verò exercere à mera pendet Ordinarij facultate; quòad laicos præsertim. ex Innocentio Tertio in *cap. cũ ex eo 14. de pœnit. & remiss. & Clement. 2. eod. tit. Sacr. Trident. Concil. sess. 5. cap. 2. in fin. de reformat. & sess. 21. cap. 9. in eadem reformationis materia.* erit ergo impręscriptibilis.

30 Exauditur id quippè respectu eius, à cuius mera dependet facultate; secus autem respectu alterius. *Abb. in cap. Abbate Sancti Syluani 25. num. 10. de verbor. signific.* Gabr. *d. conclus. 10. num. 4. in 1. ampliat. Imol. d. reg. 33. in 2. limit. Rota* apud *Card. Seraphin. decis. 323. num. 3. & in recentior. par. 2. decis. 11. num. 9. Beltramin. ad d. decis. 162.* Gregor. *XV. num. 16. lit. C.* Hìc verò Oeconomi S. Blasij maioris contra Eminentiss. Ordinarium nihil omninò prætendunt, quin eius facultate semper vsi fuere, & vtuntur, quæsturam
31 exercendo; sed aduersus alios intra fines *della Giudeca*, aduersus quos est iam illis ius quęsitum, & immemorabili quoq; tempore. *Gabr. d. conclus. 10. num. 10. in 3. limit.*

32 Deindè quòd regula prædicta (in facultatiuis non habere locum præscriptionẽ) firma haud est, stante prohibitione pręscribentis, atq; præscripti acquiescentia. *Abb. d. cap. Abbate S. Syluani 25. num. 10. de verb. signific.* Gabr. *d. conclus. 10. num. 13. in 6. limit. Imol. d. reg. 33. in 7. limit. Rota par. 1. in recent. decis. 221. nu. 8.* & diximus non longè ante.

33 Hìc autem nedùm acquiescentia intercessit dictorum *della Giudeca*, verùm etiam pactum, & transactio, quæ Curiæ Archiepiscopalis decreto confirmata fuit; vt nihil vltrà sit, quod dici, vel refricari in aduersũ possit. Gabr. *d. conclus. 10. num. 11. in 5. limit. Imol. d. regul. 33. in 4. limit.* Rota *d. decis. 11.*
34 *num. 9. part. 2. in recentiorib.* Transactio verò cùm finiendarum litium sit contractus, & iure iurando confirmata fuerit, magnũ remedium expediendarum litium æstimatur. ex Caio lib. 5. ad edictum Prouinciale
35 in *l. 1. ff. de iure iurando.* vt rescindi nullo possit modo. ex Philippo Cæsare A. Appolloniæ in *l. fratris 10.* & *Gloss.* ibidem *C. de transactionib.* Stari enim Religioni debet. vt Vlpianus (lib. 11. ad edictũ in *l. quod si deferente 22. in fin. ff. de dolo malo.*) Rationem
36 reddit, quin litis finitæ exceptionem producit, ipsumq; retinet litis ingressum. ex Innocentio IV. in Concilio Lugdunen in *cap. 1. siuè vnic. de litis contestat. in 6. Ioseph Ludouic. decis. Perus. 18. num. 38. & num. 41. Rota* apud *Card. Mantic. decis. 241. num. 7.* & apud *Coccin. decis. 268. num. 1.* & apud *Card. Caualer. decis. 550, num. 2. & seq. & decis. 643.*
37 *num. 4.* Vt neq; Imperiali rescripto rescindi valeat. ex Diocletiano, & Maximiniano Augustis in *l. causas 16. C. de transact.* Est
38 enim res fauorabilis. *Rota* apud *Card. Caualer.*

ualer. decis. 407. num. 1. & seq. Gratian. forens.
39 *part. 4. cap. 721. num. 35. & 36.* Reiq; iudicatæ vim obtinet. ex eisdem Diocletiano, & Maximiniano Augustis in *l. nō minorem. 20. C. de transact. d. cap. vnic. de litis contestat. in 6. Rota in Pistorien Parochialis sancti Hippolyti 19. Aprilis 1638.* coràm *Dunozetto decis. 115. nu. 3.* in nouis additis ad *praxim Vi-*
40 *uioni de iure patronat.* Quin primęua iura omnia dissipat, & in irritum ducit. ex Gregorio in *cap. 1. de transact. extra.* vt id solùm attendatur, quod transactione firmatum, conspicitur. *Rota* apud *Mohedan. decis. 3. de transact. & par. 2. in recentior. decis. 414. nu. 1.* & apud sanct. memor. *Gregorium XV. decis. 216. num. 2.* ibiq; *Beltram n.* addens *nu. 4* diximus *respons.* nostra *77. num. 56. pas. 4.* Fuit ergo non leue præiudicium, quod Oeconomis prædicti S. Blasij maioris per decre-
41 tum præfatum illatum fuit, ipsam quoquè transactionem, & pacta rescindendo inita, possessionemq; etiam immemorabilem, violando. Licuit proinde illis appellationis remedio sibi consulere. Non ab re igitur, neque iniuria Illustrissimus Delegatus faciet auctoritate sibi à summo Orbis Moderatore, atq; supremo omnium Iudice, facta grauamina reuocando, vt ita inter vicinos parata sint omnia, nec aliquid mali propter vicinum malum, vt prouerbio dictum fuerat in initio, suspicetur ampliùs.

Atq; ita ex his, quæ supercilio supponimus Aristarchi, respondendū censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

Suam delegationem executus fuit Dominus Delegatus.

SVMMARIVM.

1 *Iudices sedere debent, suam cùm proferunt sententiam.*
Quia pacato eos animo esse oportet, qui de aliorum factis iudicant.
Et iudiciariam habere potestatem. num. 7.
2 *Deus, cuius ex vultu omne rectum procedit iudicium, sedere in throno dicitur.*
Quarè antiquus dierū, senex videlicet, Deus dicitur, cùm iudicat, num. 8.
Vt maturitas comprobetur sentētiæ. ex Hieronymo.
3 *Ioannes Euangelista, discipulus ille, quem diligebat Iesus, Propheta quoq; fuit.*
4 *Locus Apocalypsis 4. 2. de Throno Dei.*
Et Matthæi 19. 27. Sedebitis & vos super sedes duodecim Iudicantes duodecim tribus Israel. *expenditus.*
5 *Sedere pro iudiciaria potestate accipitur.*
6 *Apostoli cum Christo sessuri dicuntur Iudicantes duodecim tribus Israel.*
Quia iudiciario cum Christo potestatem habebunt, illiq; proximi apparebunt simul cum illo iudicantes.
9 *Iudex in cognoscendo, neq; excandescere debet aduersus eos, quos malos putat, neque precibus calamitosorum collacrimari.*
Sed constans esse debet, & sectus.
10 *Animi motus vultus detegit.*
11 *Iurisdictio non præsumitur, nisi fundetur.*
Vocatus tamen ad iudicium comparere debet suam allegaturus exemptionem. n. 12.
Quòd pro Iudicis iurisdictione præsumatur. num. 13.
Exaudi tamen in dubio num. 14.
Et in Iudice ordinario, non verò in Delegato. num. 15.
16 *Delegatio non præsumitur, nisi probetur.*
Neq; quocunq; modo, sed ex delegationis litteris num. 17.
Quia strictè, presseq; delegatio accipienda erit num. 18.
Vtpotè res odiosa. num. 19.
20 *Aedificium corruit, quod super arenam extructum est.*
Neque fundamentum habet.
21 *Delegatus opposita exceptione aduersus eius iurisdictionem delegatam nil fortitur ampliùs, nisi an sua sit iurisdictio æstimare.*
Præsertim si de desertione appellationis obijciatur, nam super desertione ipsa primitùs agnoscere debebit. num 22.
Etiam si nihil obiectum de desertione fuerit, de ea modò appareat. num. 23.
24 *Appellatione deserta proindè se habet negotium, ac si appellatum minimè fuisset.*
Namq; non appellatū fuisse fingitur. nu. 25.
Et completa tunc iurisdictio dicitur Iudicis ad quem. num. 26.
Et ad Iudicem à quo, quasi postliminio reuersa. num. 27.
Suam vt exequatur sententiam.
Nām suo facto iudicatum confirmat, qui nō appellat. num. 28.
Vel interpositam deserit apellotionem.
Quia videtur consentire Iudici iudicanti. num. 29.
30 *Appellatione deserta causa in finem vidisse dicitur, & in iudicatū sententiam trāsire.*
Vt sola supersit Iudicis exequutio.
Non manifestata proindè desertione Breue commissionis subreptitium dicitur.
Præsertim verò si ex actis de non iure appareat appellantium. num 45.
31 *Appellatio non dicitur ampliùs, quæ deserta est.*
Et coràm Iudice à quo interponi debet, non coràm ad quem. num. 32.
Non suffragabitur proindè coràm Notario

 actorum

actorum appellationis cedulam reliquisse, nisi coràm Iudice appelletur. num. 33.
Probanda proptereà appellatio erit. nu. 34.
Illamq; ritè quoq; processisse.
Id est talem fuisse appellationem, qua negotium deuoluat. num. 35.
36 *Appellationem desertam non esse potiùs tenendum.*
Sed in dubio, secus verò si ex actis appareat. num. 37.
Vt neq; de attentatis dici valeat. nu. 38.
Per viam quidèm attentatorum.
Quàmuis per viam nullitatis reuocari valeant. num 39.
Si tamen constet de nullitate. num. 40.
41 *Appellationi renunciasse non dicitur, qui censurarum metu adactus ad id fuit.*
Secus verò si voluntariè id faciat. nu. 46.
42 *Obediens dici nō potest, qui non facit obediendi animo.*
Quàmuis in dubio obediendi animo fecisse dicatur. num. 43.
44 *Obedire qui debent, si non pareant, & despiciunt, anima sua periculo id faciunt, & peccant.*
47 *Appellationi renunciasse videtur, qui in eundem Iudicem in eadem causa consentit, atq; ad vlteriora procedi instat.*
48 *Mendax precator carere penitùs debet impetratis.*

ARGVMENTVM.

Fundanda est iurisdictio ab eo, qui exercere illam tentat, nisi sit is Ordinarius Iudex, tùnc nempè, qui exemptionē præsumit, illam saltim allegaturus comparere debet. Nàm Iudicis est æxstimare, an sua sit iurisdictio. Delegatiò verò non præsumitur, nisi probetur, eaq; ex scripto: Quia res est odiosa, atq; pressè semper, non expansè exaudiri debet. Obiecto proindè aduersus delegationem, nihil superest cognoscere Delegato, nisi an sua sit iurisdictio. Appellatione deserta perindè se habet negotium, atq; si appellatum non fuisset. Debebit igitur de desertione ipsa primùm cognosci. Namquè appellatione deserta, non appellatum fuisse fingitur. & completa dicitur iurisdictio Iudicis ad quem, suoq; facto non appellans, vel appellationē deserens, iudicatum confirmare dicitur. Quāuis pro non desertione sit in dubio tenendum. Appellatio verò coràm Iudice à quo interponenda erit, neq; sufficiet apud Notarium Actuariū Curiæ appellationis cedulam reliquisse. Eritq; iustificanda appellatio, vt effectum operetur, nequè appellationi nuncium misisse dicitur, qui censurarū metu illam prosequutus minimè fuit.

RESPONSIO XXXVI.

1 SEdere debent Iudices, vt suam iure
profer ant sententiam: quia pacato
eos animo esse oportet, qui de alio-
2 rum factis iudicare debent. Sic sedere di-
citur Omnipotēs rerum omnium plasma-
tor Deus, cuius ex vultu omne rectū pro-
cedit iudicium. Danielis 7. 9. *Aspiciebam*
(dicitur) *donec throni positi sunt, & antiquus*
3 *dierum sedit*. & Ioannes Euangelista, Pro-
pheta, & Apostolus ille, quem diligebat
4 IESVS. Apocalypsis 4. 2. *Et statim fui in*
spiritu, (inquit) *& ecce sedes posita erat in*
Cælo, & supra sedem sedens; & qui sedebat
similis erat aspectui lapidis iaspidis, & sardi-
nis, & iris erat in circuitu sedis similis visioni
smaragdinæ. Et in circuitu sedis sedilia vigin-
tiquatuor: & super thronos vigintiquatuor se-
niores sedentes, circumamicti vestimentis albis,
& in capitibus eorum coronæ aureæ. & Chri-
stus Dominus noster *Matthæi* 19. 27. disci-
pulis instantibus, ac percontantibus: *Ecce*
nos relinquimus omnia, & sequuti sumus te:
quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis:
Amen dico vobis, quòd vos, qui secuti estis me,
in regeneratione, cùm sederit filius hominis in

sede

sede Maiestatis suæ sedebitis, & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.
5 pro sedere autem iudiciaria auctoritas significatur. Ita *Cornelius Iansenius in commentarijs in concordantiã Euangeliorum p. 3. cap. 100. fol. mihi* 389. qui sic infert de Christo loquens: *Nec dicitur sessurus ob corporalem sessionem, sed huiusmodi tropo significatur Iudiciaria eius auctoritas, vt sit sensus: Cùm sederit in sede Maiestatis suæ, hoc est, cùm secum gloria, & maiestate magna Iudicem omnium exhibebit.* subsequens. *Ad eum modum*
6 *etiam intelligendum, quod & Apostoli dicuntur tunc sessuri super sedes duodecim; nimirũ, quia proximi Christo Iudici etiam in gloria cũ ipso apparebunt Iudicantes simul cum illo duodecim tribus Israel:* sic Iansenius. Sessio igitur pro iudiciaria potestate exauditur: quod sequitur *S. Dionysius Carthusianus in*
7 *eundem Matthæi locum.* Sedere autem debẽt Iudices cùm iudicant, & sententiam proferunt; quia & iudiciariam eos habere potestatem oportet, & pacato animo esse, vt non passione ad iudicium ferantur. Maturitas nempè in iudicando perquiritur. si-
8 cuti Hieronymus in illis verbis *Danielis* 7. 9. supra relatis: *& Antiquus dierum sedit.* Senex quoq; (inquit) describitur, vt maturitas comprobetur sententiæ. quem locũ refert quoq; *Gloss. in cap. & si sententia diffinitiua 5. siuè fin.* verbo *sedendo. extr. fin. de sentent. & re iudic. in 6.* expressitq; Alciatus emblemate 145.

Cur residet? Quia mẽte graues decet esse quieta
Iuridicos, animo nec variare leui.

& obseruauit Callistratus lib. 1. de cognitionibus in *l. obseruandum est 19. ff. de officio Præsidis*, sequentibus inferens de Iudice
9 loquens: *Sed & in cognoscendo, neq; excandescere aduersus eos, quos malos putat: nequè precibus calamitosorum illacrimari oportet: id enim non est constantis, & recti Iudicis, cuius*
10 *animi motus vultus detegit: & summatim, ita ius reddere debet, vt auctoritatẽ dignitatis ingenio suo augeat.* Ita moderatos animo Iudices esse oportet, & proindè sedere cùm proferunt sententiam. Quia (Plautus in Mostellaria) canit:

Nimio plus sapio sedens.

Agere haud proindè posse diximus Illustriss. Caleni Episcopum ex vi prætensæ delegationis Apostolicæ, donec iurisdictionẽ ad se spectare iure constiterit, nec maturare processionem.
11 Neq; enim præsumitur iurisdictio, nisi fundetur, an iurisdictionis eius sit, qui in iudicium quemquã vocat. ex Paulo lib. 1. ad edictum in *l. ex quacunq; causa 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit.* ibidemq; *Gloß.* verbo *sciatur. Bart. & alij.* nec alieni sensus esse videtur Vlpianus lib. 1. ad edictũ in *l. cõsensisse 1. §. sed & si dubitetur.* ibiq; *Gloss.* verbo *iudicis* 1
in iure. ff. de iudic. plenè *Afflict. decis. 279. Petr. de Benintend. decis. Bononien. 18. num. 3. Lapus allegat. 58. Prælatus Ecclesiæ. num. 3. & nu 14. & 15. Ioseph Ludouic. decis Lucens. 2. nu. 21. Andr Gayll. practicar. obseruat. lib. 1. obseru. 2. num. 1. & seq.*
12 Et licèt quidèm vocatus in iudiciũ adhibere Iudicem debeat, suam saltim allegaturus exemptionem; cùm Iudicis sit existimare, an sua sit iurisdictio, vocati autem non contemnere auctoritatem Prætoris. Vlpianus vt loquitur lib. 5. ad edictum in *l. si quis ex aliena iurisdictione 5. ff. de iudic.*
13 quod pro Iudicis iurisdictione præsumitur. ex Innocentio Tertio in *cap. super literis 20. de rescript.* ibiq; Scribentes. Gregorio Nono in *cap. significã ibus 38. de offic. deleg. extra.* & Bonifacio VIII. in *cap. cũ persona 7. de priuileg. in 6. Rota decis. 24. num. 2. de appellat. in nouis. Gayll. practicar. obseruat. lib. 1. obseruat. 34. per tot. & obseruat. 137. num. 5. Mar. Anton. Macerat. variar. resolut. lib. 1. resolut. 48. num 5. Gregor. Sayr. in thesaur. casuum conscientiæ lib. 3 cap. 28. nu. 7.*
14 *in fin.* Id tamen in dubio exauditur. ex *Gloss. in d. l. si quis ex aliena iurisdictione 5.*
15 verbo *existimare.* Et in Iudice ordinario, non sanè in Delegato. vt apertissimè ex Vlpiani verbis patet. *d. l. si quis ex aliena iurisdictione 5.* qui de Prætore loquitur. sequiturq; *Gloss in cap. accusatus 8. §. sanè.* verbo *manifestè.* ibiq; *Ioan. Monach. num. 8 de hæ-*
16 *ret. in 6.* Delegatio quippè non præsumitur, nisi probetur. ex Innocentio Tertio in *cap. cùm in iure peritus 31. de offic. Iud. deleg.*
17 Neq; quocunq; modo, nisi ex litteris delegationis. vti Gratianus, Valentinianus, & Theodosius decreuere Cæsares in *l. 1. C. de mandat. Princip.* ibiquè *Bald. Federic. de Sen. cons. 130. quædam domus. num. 2. in fin.* Quia
18 nimirùm pressè delegatio accipiẽda erit, & strictè, nec dilatanda. ex Alexandro Tertio in *cap. super eo 15.* ibiq; Scribentes *de offic. deleg.* sequiturq; *Gayll. practicar. obseru. lib. 1. obseru. 48 num. 21.* Idcircò, quòd odio-
19 sa æstimetur. *Gratian. forens. part. 1 cap. 170. nu. 29.* ex *Bald. in d. l. 1. C. de mandat. Princip.*
Ostendat proindè se iudicem Illustriss. Caleni Episcopus per prætensam delega-
20 tionem, nè super arenam ædificium extruxisse videatur, & cadat, fiatq; ruina illius magna. vti nos Dominus admonuit. *Matthæi 7. 27. & Lucæ 6. 48.* Sine fundamento quippè quidquid super ædificaueris, ruinæ subiacet, proximumq; est. ex Gregorio ad Antiochenum Episcopum in *can. cùm Paulus 26. 1. quæst. 1.* Data propterea per fiscalem Promotorẽ Episcopalis Curiæ Auersanen aduersus delegationem prętensam,
21 desertionis appellationis exceptione, nil superest Delegato, nisi an sua sit iurisdictio existimare. ex Vlpiano *d. l. si quis ex*

aliena iurisdictione 5. ff. de iudic. & Innocen-
tio Tertio d.cap. super literis 20. ibiq; Scri-
bentes, presertim Felin. num. 18. vers. an sua
sit iurisdict. o. & Imola nu. 12. & 13. de rescript.
Gloss. d.cap. accusatus 8. §. sanè. verbo mani-
festè. de haeret. lib. 6. Rota d.decis. 24. de appell.
in nouis. Gayllus d.obseruat. 48. nu. 11.
22 Debebit igitur super desertione ipsa pri-
mitùs pronũciare, vt vel cedat, iurisdictio-
ne nudatus, vel prosequatur, si appellatio
subsistit. ex Clemente V. in Concilio Vien-
nen in clem. si appellationẽ 6. ibiq; Cardin. in
23 2.q. in fin. n. 3. de appell. quàmuis nihil obie-
ctum fuerit, modò de desertione appareat.
ex Gloss. fin. in cap. cùm plures 8. de offic. deleg.
in 6. Ioachim Minsyng. cent. 3. obseru. 22. nu. 3.
24 Perindè quippè se habet negotium ap-
pellatione deserta, ac si appellatum mini-
mè fuisset. Gloss. singularis æstimata in l. 2.
verbo executioni. C. de temporib. appellat. de-
creuitquè Iustinianus Cæsar Triboniano
Quæstori Sacri Palatij scribẽs in l. cum an-
terioribus 5. alioquin fin. §. illud etiam. C. eod.
de tempor. & reparationib. appellat. illis aper-
tissimis verbis: Tanquàm si ab initio minimè
fuerit prouocatũ. neq; voluit alitèr Bonifa-
cius VIII. in c. ab eo, qui appellat 6. de appell.
in 6 noster Maranta in spec. 6. par. de appell.
in 8. quæst. nu. 409. Guid. Papa decis. 436. nu. 17.
in 9. quæst. Minsynger. d obseru. 22. num. 4. Ve-
rall. decis. 177. num. 2. lib. 3. Rota apud Cardin.
Mantic. decis. 272. num. 7. & decis. 276. num. 1.
Rota decis. 1. de appellat. in nouis. num. 1. vbi
25 Addentes inferunt: quòd appellatione
deserta, non appellatum fuisse fingitur. ex
Ioan. Andr. in cap. licèt. de sentent. excommun.
26 in 6. Completa namq; tunc dicitur, & vl-
timum dixisse vale iurisdictio Iudicis ad
quem. Mohedan. decis. 9. num. 1. de appellat. vbi
27 Bonfiolus Addens, vt ad Iudicẽ à quo quasi
postliminio redijsse videatur, possitq; pro-
ptereà suam exequi sententiã. ex Alexan-
dro Tertio ad Remen Archiepiscopum in
cap. cùm sit Romana 5. de appellat. extra. & d.
clement. si appellationem 6. de appellat. Rota
d.decis. 1. num. 2. & 3. de appellat. in nouis. &
part. 3. lib. 2. diuersor. decis 208. nu. 2. & in re-
centiorib. part. 1. decis. 601. num. 1. Rota Ma-
ceraten apud Marcum Antonium Thomati
nunc Episcopum Bitetten decis. 14. nu. 35.
28 Suo nempè facto iudicatum cõfirmat, qui
nõ appellat, vel interpositã deserit appella-
tionem. ex Gordiano Augusto in l. hac sen-
tentia 4. sinè fin. C. de sentent, quæ sine certa
quant profert. qui Saturninæ mulieri rescri-
bens, ita in fin. infert: Cùm igitur is, qui po-
steà iudicabat, contra certam sententiam protu-
lerit, neq; à statutis prouocaueris, ipsa tuo facto
confirmasti iudicatum. rationem infert Glos.
29 verbo confirmasti. Videris enim consentire,
(inquiens) cùm statuto tempore non ap-
pellasti. & quod idem sanè est, appellatio-
nem prosequutus non fuisti. ex Clement. si-
cut appellationem 3. & d. clement. si appella-
tionem 6. de appellat. Rota part. 2. diuersor. de-
cis. 119. num. 10. 11. & 12.
30 Fuit ergo subreptitiũ Breue delegatio-
nis obtentæ, non manifestata Sanctissimo
appellationis desertione, per quam causa
iam finem viderat, & in iudicatum transie-
rat, vt sola superesset Iudicis exequutio.
Lancellott. de attent. part. 2. cap. 12. in 1. ampl.
num. 34. Rota d.decis. 601. num. 1. part. 1. in re-
31 centiorib. nec appellatio dicatur ampliùs,
quæ deserta est. ex Bonifacio VIII. in cap.
licèt excommunicationis sententia 14. de sent.
excommun. in 6. & dixerat quoq; in cap. ab
eo, qui appellat 6. de appellat. in 6. & Cle-
mens V. d. clement. sicut appellationem 3. &
clement. si appellationem 6. de appell. Grana-
tius ad pract. Vestrij lib. 3. cap. 6. num. 13. Rota
apud Card. Mantic. d. decis. 276. num. 1.
Præterquàm quòd neq; ex actis appella-
32 tum fuisse appareat. Appellatio autem co-
ràm Iudice a quo, non ad quem, interponi
debet. Cæteroquin inutilis, & sine effectu
remanet. ex Innocentio Tertio in Conci-
lio Generali in cap. vt debitus honor 59. §. si
autem. ibiq; Doctores de appellat. extra. cle-
ment. 1. eod. tit. Cassador. decis. 8. num. 3 de ap-
pellat. Capell. Tholos. decis. 4:9. Rota part. 1. in
recentiorib. decis. 293. num. 13. & part. 2. in eis-
dem decis. 396. n. 3. Grammat. decis. 36. nu. 76.
Scaccia de appellat. quæst. 6. num. 1. & seq. Vt
33 neq; suffragetur appellationis cedulam
coràm Notario actorum dimisisse, ni verè
coràm Iudice appellatio præsentetur. Rota
apud Coccinum decis. 234 nu. 2. & 3. & apud
Cardin. Canaler. decis. 405. num. 2. 3. & 4. Fru-
34 strà ergo appellasse se dicit, Iudicemq; ad
quem inanitèr fatigat, appellatione non
probata, neq; docto, iure illam processisse.
decreuit id apertissimè Innocentius IV. in
Concilio Lugdunen in cap. Romana 3. §. si
verò vocatis partibus. de appellat. in 6. ibiq;
35 Gloss. verbo totalitèr. quæ sic infert. id est ta-
lem fuisse appellationem, quæ negotium deuol-
uat. rescripseruntq; Neroni cuidam Dio-
cletianus, & Maximianus Cæsares in l. hi,
qui ad ciuilia 7. in fin. C. de appellat. sic infe-
rentes. Cùm igitur ad munus vocatus ap-
pellaueris, apud Præsidem Prouinciæ iustè
te appellasse ostende. ibidemq; Gloss. verbo
ostende. & Bart. nu. 3. vers. quandoq; quæritur.
Cæsar de Grass. decis. 2. aliàs 8. num. 2. de rescr.
36 Et licèt quidèm pro nõ desertione tenen-
dum sit. ex Cassador. decis. 4. num. 2. in fin. &
decis. 7. num. 1. de appellat. Rota part. 2. diuers.
decis. 6. num. 10. & apud Canaler. d. decis. 495.
sub num. 2. Ioseph Ludouic. decis. Perusina 35.
num. 10. Ciarlin. controuers. forens. cap. 133.
37 num. 19. part. 2. Id quidèm in dubio pro-
cedit, secus verò si ex actis ipsis non cæcu-
tientibus, sed videntibus oculis de deser-
38 tione

38 tione appareat. Vt neq; de attentatis diei
valeat per viam attentatorum, vt reuocen-
tur. ex *Rota d.decis.*1. *num.*3.*de appellat. in*
39 *nouis*. quàmuis reuocari valeant per viam
nullitatis. vt *Rota* dixit *par.*2.*diuers.decis.*6.
*num.*10. & apud *Cardin.Seraphin. decis.*229.
*nu.*3.*Rota* apud sanct.mem. *Gregorium XV.*
*decis.*306.*nu.*2. ibiq; *Beltramin.* addēs *nu.*4.
40 qui declarat, si constet de nullitate, secus
verò si de nullitate aliqua non constet.
41 Neq; obstaculum facit, quod obijciunt;
renunciasse illos appellationi, censurarum
metu, nullum proindè appellationi nun-
cium misisse. ex Innocentio Tertio in *cap.*
olim inter te 17.*de restitut.spoliat.* ibiq; *Gloss.*
verbo *timore.* & *Innocent.IV. num.*2. *in fine.*
quem sequuta fuit *Rota* apud *Achillem de*
*de Grass. decis.*21. aliàs 247.*num.*2.*de appell.*
42 Quia nimirùm non gerit se pro obedien-
te, qui non facit animo obediēdi. vti *Gloss.*
d. verbo *timore.* non ab re perpendit. Cùm
43 quidèm, quòd in dubio, obediendi animo
quis fecisse præsumitur; vt qui obluctatur,
probandi prematur onere. secundùm
Innocent.d.cap.olim 17.*num.*2.*vers.idem etiā*
44 *intelligimus*. Non enim mediocre periculū
(animæ vtiq;) his est, qui cùm debeāt pa-
rere, despiciunt. ex Nicolai Papæ verbis ad
Michaelem Imperatorem in *can.dispensatio*
5. *in fin. dist.* 43. In periculum nè proindè
inciderent animæ, paruere. Eoq; magis, quod
45 manifestissimè ex actis de non iure appa-
reat Aduersariorū. iuxtà tradita per *Lan-*
*cellott.de attent.par.*2.*c.*4.*in præfat.n.*326. se-
quiturq; *Rota in recent.par.*2.*decis.*383. *n.*3.
Tùm, quòd estò appellassent, quod sanè
non fuit, neq; censurarum metu appella-
tioni nuncium misisse, dici poterunt, cùm
46 volūtariè, liberèq; ipsi apud D. Auersanen
Vicarium, vt ad celebrandā electionē no-
uorum Oeconomorū accederet precibus
institerint; illaq; iàm facta, confirmari pe-
tierint; eaq; confirmata per plures menses
in administratione perstiterint. Fac igitur
47 appellassent; recesserunt ab ea tamen, eiq;
misere nuncium, eundē in Iudicem consē-
tiendo, atq; instando ad vlteriora procedi
ad actus, qui citrà exercitiū iurisdictionis
explicari haud poterant. sm̄ *Rotam dec.*63.
de appell.in nouis. ex Innocentij III. respon-
sione in *c.cū M.Ferrariēsis* 9.*de constit.* & se-
quuta fuit *Rota* apud *Achill. decis.*19. aliàs
245.*de appell.Caputaq.dec.*29.*n.*1.*&* 2.*lib.*1.
48 Nullū propterea est obstaculū, quin reij-
ciantur, qui mendaces fuerunt in impetra-
tis. ad *tex.d.cap.super literis* 20.*de rescript.*
Atq; ita ex his, censorum non abiecta li-
ma, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D. Epus Iuuenae.

Cognita proindè veritate ab incepto de-
stitere, neq; Episcopus ad vlteriora pcessit.

SVMMARIVM.

1 *Sapientis est, stabilem, atq; firmum suis in ope-rationibus esse.*
*Stultus verò vt Luna mutatur. num.*2.
*Rationem reddit Ambrosius. num.*3.
*Quia sapiens fortis est. & num.*20.
2 *Stultus, vt Luna mutatur. declaratur. nu.*20.
*Mutatur vtiq; vt Proteus, prout rerum spe-cies mutantur. num.*4.
*Stultorum autem infinitus est numerus. n.*5.
6 *Iure suo qui vtitur, iniuriam nemini facit.*
7 *Luna quàmuis in tenebris fulgeat, menstruis tamen mutatur defectibus.*
Sic stultus vt Luna mutatur.
8 *Rem non nouam, sed veterem dicimus. Sancti Hieronymi dictum.*
9 *Beneficia iurispatronatus ex obseruantia sub-sequuta, à prima fundatione mutationem admittere possunt.*
Si præsertim obseruantia longa fuerit.
*Quia renunciasse amouibilitati patroni vi-dentur. num.*14.
10 *Mulier si facto diuortio sciente viro, dotem possiderit, & hoc longo tempore, viro illā postmodùm petente, repelli per exceptio-nem à muliere poterit.*
11 *Filiusfamilias nolebat hæreditatē adire; adhijt tamen illam, & longo possedit tempore, patri proindè quæsiuit vsumfructum.*
12 *Qui non facit, quod facere debet, videtur fa-cere aduersus ea, quæ non facit.*
13 *Tempus longum ad præscribendum obseruan-tiam subsequutam, decem est annorum, vel viginti spatium.*
*Vel, vt summum, quadraginta. num.*17.
15 *Beneficium sacerdotale cessat esse, si per lon-gum tempus clericis simplicibus concessū fuerit.*
Nam beneficium tale præsumitur, quale il-lud subsequuta demonstrat obseruantia.
16 *Obseruantia interpretatiua voluntatis præscri-ptionem non quærit, sed sat est aliquando ita fuisse obseruatum.*
Præsertim si casus euenerit, atq; nihilominùs ita obseruatum fuit.
*Præscribitur verò spatio viginti, vel quadra-ginta annorum. num.*17.
Et etiam minori spatio, subsecutis actibus vniformibus.
*Et quàm optimam voluntatis interpretatio-nem tribuit. num.*18.
*Standum proindè illi erit. num.*19.
22 *Prouerbium. In conspectu Solis facere. ex Sa-cra Scriptura.*
23 *Præsentatio in beneficijs iurispatronatus laico-rum intra quatuor menses fieri debet.*
*Nulla est, si fiat contra formam etiā ab Epi-scopo in fundatione datam. num.*25.
*Etiam si per ignorantiam fieret. num.*26.
24 *Legitimè factum dicitur, quod secundùm for-mam iuris factum est. & num.*39.

Et ad-

Et aduerbium (legitimè) propositionem facti in ius transfert. num. 40.

26 *Patronus tenetur scire conditiones in præsentatione requisitas.*

Alioquin nullitèr agit.

27 *Mutabilitas perpetuitati opponitur.*

28 *Beneficiorum natura est, vt sint perpetua.*

Perdurante scilicet vita.

Quia qui intitulatur Ecclesia, eius efficitur sponsus. num. 29.

30 *Vna eademq; res diuerso iure censeri minimè debet.*

Præsertim verò si eadem ratio, idemq; respectus in vtraq; vertatur. num. 31.

Nec res diuidua sit.

31 *Contradictoria sunt, quæ de eodem subiecto illo remanente dici minimè possunt.*

33 *Beneficium esse potest, cuius Capellanus amouibilis sit, secundùm nonnullos.*

Sed dicetur abusiuè beneficium, non propriè. num. 34.

Vel si beneficium manuale fuerit.

Et multi contrariam substinent sententiam.

Et beneficium manuale, ex obseruantia perpetuum fieri poterit. num. 35.

Et regulare eodem modo fieri seculare.

Præscriptione quadragenaria. num. 36.

Quam ob causam audiri semper debet, qui amouetur, si amouibile sit. num. 37.

Cùm posset opponere perpetuitatis exceptionem ex obseruantia subsequutionem. num. 38.

41 *Nullum, quod est, effectum nullum producit.*

42 *Inciuile factũ ipsemet Iudex retractare debet.*

43 *Iudex errorem suum meliùs ipse corrigit, quã quod illum appellationis emendet Iudex.*

ARGVMENTVM.

Beneficium, seù Capellania amouibilis erecta, si semper tamen postmodùm per sexaginta annorum spatiũ, sine amouibilitate data fuerit, atq; simplicitèr Capellanus per præsentationem institutus, nùm ex tot annorum obseruantia subsequuta amouibilitatē perdiderit? Et quid si de facto processum fuerit, non audito primo prouiso, nùm facta secunda prouisio teneat, atq; ritè processerit?

RESPONSIO XXXVII.

1 SIcuti Sapientis est, stabilem esse, atq; firmum in operationibus suis, sic Insipiẽtis mutari. Propositionẽ excipe ex sapientissimo Regum omniũ Salomone *Ecclesiastici 27. 12.* qui à Spiritu sãcto edoctus, sic loquitur: *Homo Sanctus in sapientia manet sicut Sol: nam stultus sicut Luna*
2 *mutatur.* Hinc adagio sacro factus est locus: *Stultus vt Luna mutatur.* Rationem reddit Ambrosius epist. 7. ad Simplicianũ.
3 *Sapiens enim* (inquiens) *non metu frangitur, non potestate mutatur, non attollitur prosperis, non tristibus mergitur. Vbi enim sapientia, ibi virtus animi, ibi constantia, & fortitudo. Sapiens ergo idem est animo, non minuitur, nõ augetur, ex varijs rerum mutationibus; nec vt paruulus fluctuat, vt circumferatur omni verbo doctrinæ; sed manet perfectus in Christo, fundatus in charitate, radicatus fide. Sapiens ergo defectus rerum ignorat, & variium animum nescit, sed fulgebit sicut sol iustitiæ, qui in Regno Patris sui fulget.* sic Ambrosius. Stultus ergo, qui mutatur, est. & sanè stultus
4 quia firmitatem non obtinet: vt quot quot ei obuiæ fuerint species, in tot etiam figuras mutetur, vt Protæus, qui in varias, vt histrio, mutabatur species. de quo Vergil. 4. Georgicorum

Tùm variæ illudent species, atq; ora ferarum:
Fiet enim subito sus horridus, atraq; tigris,
Squamosusq; Draco, & fulua ceruice Leæna;
Aut acrem flammæ sonitũ dabit, atq; ita vinclis
Excidet, aut in aquas tenues dilapsus abibit.

Vt excidant itaq; mutantur homines, neq; firmi sint in sermonibus suis. Sic accidisse videtur in facto, quod subijcimus.

Vniuersitas, & homines Vniuersitatis Terræ Vigianelli, Cassanen diœcesis, cùm anno 1584. Ecclesiam construxissent extrà mœnia Terræ ipsius; Sanctissimæ, & Indiuiduæ Trinitatis nomine illam conspicuam fecere, dotantes etiam Capellanum, seù Capellanos per eam nominandos in annuis ducatis quindecim monetæ Regni, onere missarum trium in singulas hebdomadas Capellano adiecto. Volueruntq; iuspatronatus sibi reseruari, atq; Capellanum, seù Capellanos nominandos, & præsentandos debere esse mouibiles, siue amouibiles ad electionem ipsius Vniuersitatis. Per Illustrissimum tunc temporis Episcopum Cassanen anno 1585. fundationi, & dotationi, atq; iurispatronatus reseruationi assensus interpositus fuit, & ex ipsa hora præsentatus pro Capellano fuit Archipresbyter Terræ prædictæ, illeq; ab Illustrissimo Domino Episcopo institutus, expeditis Bullis. Perseuerauit Archipresbyter Capellanus Ecclesiæ prædictæ, donec

vitalem

vitalem attraxit auram; ipsoq; in Orcum dilapso, fuit alter Archipresbyter præsentatus,& ab Episcopo institutus,quo ex humanis sublato,& alter. Nouissimis verò tēporibus, (sextus penè iam voluitur mēsis) vacante Capellania prædicta per supremū diem vltimi Capellani,fuerunt ad Capellaniam prædictam præsentati per Sindicos Vniuersitatis D. Ioānes Schettinus Archipresbyter, & alij Sacerdotes Ecclesiæ prædictæ, qui omnes fuerunt admissi, & Bullæ per Episcopalē Curiam expeditæ. Verùm,
5 quia stultorum infinitus est numerus, vt idem Rex Salomon *Ecclesiastes* 1.15.docet: *Peruersi* (inquiens) *difficilè corriguntur, & stultorum infinitus est numerus.* & stultus ex mutatione apparet, quia *stultus vt Luna mutatur*. qui Archipresbyterum præsentauerant, de facto alium nominauerunt Capellanum à prima recidentes, qui de facto etiam ab Illustrissimo Episcopo Cassanen Neapoli residente, Bullis expeditis admissus fuit. Proclamat Archipresbyter, se de facto amotum,inauditum, non vocatum, non subsistere nouam deputationē per Illustrissimum Episcopum factā, nec suffragari Vniuersitati, Capellanos in erectione
6 Capellaniæ fuisse amouibiles reseruatos. vsos proindè ipsos fuisse iure suo,neminiq; idcircò irrogasse iniuriam, ex Innocentio Tertio ad Episcopum Florentinum in *cap. cū Ecclesia Vulterrana 31. de elect.extrà.* ibidemq; *Gloss.* verbo *iniuriā. Gloss. in sum.quæritur 22. §. item opponitur. in fin.* verbo *non mouit. 22.quæst.2.* Quia profectò licèt Capellanos, siue Capellanum amouibilem, amouibilesq; esse dixerint; tamen Sapientes illi priores homines Vniersitatis firmi steterunt,neq; Capellanos mutauerunt vnquàm; nisi hi nouissimi, vt ex mutatione
7 se Lunæ similes esse ostenderent, atq; à Luna nobilitatem acquirerent, quæ fulget in tenebris, sed mēstruis mutatur defectibus. Ex obseruantia itaq; per sexaginta annos subsequuta factum esse; vt mutabilitati renunciatum videatur. ex ipsamet primæua præsentatione, & quasi natiuitatis ab origine immutabilitatem obtinuerit, eamq; ad sexagesimum vsq; annū produxerit. Fit proindè Causæ status: Processerit ne iure Vniuersitas, causa nulla præeunte primò præsentatum Archipresbyterum mutādo, ac nominando aliam? Et nùm rectè quoq; Illustrissimus Episcopus fecerit, de facto, nullo vocato, præsentatum admittendo, illiq; Bullas concedendo?

Neutrum ingenuè, nec sine iniuria fieri potuisse respondendum censemus.

8 Et quidem primum. Quia rem nouam, imò non nouam, sed veterē dicimus, verbis vt vtamur Hieronymi in *can. nō satis 3. §. quod si dutum. 34.quæst. 1.* Neque à vero
9 alienam. Beneficia ipsa iurispatronatus ex obseruātia subsequuta mutationem à primęua admittere fundatione: Quia ipsamet obseruantia voluntatis tacitę,& in precordijs abstrusæ, declarationem obtinet. Si præsertim longo tēpore factū hoc fuerit. testem accipe Papinianum lib.4.responsorum in *l. cùm post diuortium 70. in 1. respons. ff. de iure dotium.* res vt lucidiùs clarescat,
10 verba damus ipsius. *Cùm post diuortium* (inquit) *vtro sciente mulier in possessione prædiorum, quæ in dotem promisit, longo tempore fuerit, tacitè conuenisse videtur, ne dos, quæ promissa fuerat, petatur, & si petere eam coeperit, pacti exceptione à muliere repellitur.* Vides ergo quàm efficax obseruantia sit subsequuta,longo præsertim tempore.nec longè ab hac interpretatione Diocletianus,& Maximianus Cæsares abierunt in *l. si filius familias 10. C. de petit. hæredit.* neq; enim
11 nisi ad rem loquuntur nostram: *Si filius familias delatam sibi hæreditatem* (dicentes) *per longum tempus detinuit; eo ipso, (vtpotè agnita hæreditate) patri suo eam commodum acquisisse videtur* Nolebat primitùs adhire, quàmnis à patre rogatus,sed mutato postmodùm proposito adhijt; in patris commodum adhijsse videtur, eiq; acquisisse, vt *Gloss.* ibidē aduertit. quia ex subsequenti voluntate, primam mutatam iam esse ostendit,& ex eo,quod fecit,noluisse priori deseruire voluntati,demonstrauit. Rationem ex Paulo lib.13.ad edictum in *l.qui nō facit 164 ff.de regul.iur.* reddimus, sic enim
12 ipse: *Qui non facit, quod facere debet; videtur facere aduersus ea, quæ non facit.* quam rationem amplectitur *Gloss.in d.l. si filius familias.* verbo *delatam. vers. dic ergo.* Fecerunt Vniuersitatis Sindici contra id, quod facere poterant,hoc verò per longum tem-
13 pus. Longum verò tempus decem, vel viginti annorum est spatium. ex eadē *Gloss. d.* verbo *delatam in fin.* hic autem per sexaginta annos. voluerunt ergo tacita voluntate à primęua illa potestate amouibilita-
14 tis recedere, quasi stultam primæuā illam putantes voluntatem, quæ mutabilitati nitebatur, nè Lunæ, quæ menstruis mutatur spatijs, essent similes. nuncium ergò amouibilitati Capellani per contrariam obseruantiam misisse videntur. quod comprobat *Beccius consl.6.num.15.16.& 17.vol.1.* & eum in terminis iurispatronatus sequitur *Marius Antonin. variar.resolut. lib.1. resol.3. num.8.*& *Rota* apud *Cocsin. part. 2. in recent. decis.308. num.2.in fin.* & fuit dictum in *Romana Capellania 23. Ianuarij 1589.* coràm *Cardin.Pamphilio.*quam refert idem *Marius Antonin.*ad calcem *resolut.4. lib.1. variar.in*
15 *fin.* decernens,beneficium non dici sacerdotale,ex eo, quòd illud semper possessum fuit à clericis simplicibus, qui missas per

alios

alios celebrati fecerunt. prodest namq; eis
obseruantia subsequuta. nàm tale benefi-
cium præsumitur, quale illud subsequuta
demonstrat obseruantia. *Rota* apud *Dua-
num* Episcopum Vrgellen *decis.285. nu.17.
part. 2.* ex regula *l.1. C. de imponen. lucrat.
descript. lib.* 10. sequuta fuit *Rota in nouis
additis ad praxim Viuiani de iurepatronat. in
Sulmonen Beneficij 25. Iunij* 1646. coràm
Peutingero decis.149.nu.1.& *Rota* apud *Card.
Caualer.decis.*80 *num.3.& seq.*inserens *nu.5.*
16 obseruantiam hanc, interpretatiuam vo-
luntatis,non requirere præscriptionem,sed
sat esse ita aliquando fuisse obseruatum.
ex *Aymon.cons* 118.*nu.2. & cons.*201.*nu.*12.
& alijs. Præsertim quando euenit casus, &
non fuit obseruatum, ita vt in cõcessione,
seù fundatione cõtinebatur;& si semel hoc
acciderit.*nu.6.*sequiturq; pluribus *Ciarlin.
controuers.forens. part.1.cap.106.num.*88.89.
90 *& 96.& par.2.cap.*147.*num.*25.26.*&* 27.
In hoc verò nostro facto ab ipso nascentis
beneficij principio ita semper obseruatum
fuit, vt Capellani nunquàm amoti fuerint.
hoc verò per sexaginta, & ampliùs annorũ
17 lapsum. cùm vel quadraginta ad summũ,
vel viginti sat essent, ex subsequuta obser-
uantia. vt post *Puteum decis.12. in fin. lib. 3.*
sequuta fuit *Rota* apud eundem *Card. Ca-
ualer. d.decis.*80.*num.7.* Et etiã minori spa-
tio decem annorum, si obseruantia fuerit
declaratiua voluntatis (vt in facto hoc no-
stro) subsequutis actibus vniformibus prę-
sertim. *Ciarlin. d. cap.*106. *num.* 91. *part.1.*
18 Et quidèm obseruantia subsequuta per
quàm optimam voluntatis interpretatio-
nem tribuit. hoc enim inspiciendum esse
(Paulus lib.1.quæstionuum in *l. si de inter-
pretatione 37. ff.de legib.* dixit) quo iure Ci-
uitas retro in huiusmodi casibus vsa fuit.
vt ita deinceps seruetur. *Gloss.*ibidẽ subne-
ctit, commentum agens. Ita ergo præsen-
tes vti debuerunt Sindici in præsentando
dictũ Archipresbyterum in Capellanum,
sicuti & eorum antecessores vti fuere, qui
nullo vnquam tẽpore pręsentatum muta-
uere Capellanũ, sed omnes,quot quot fue-
re præsentati, ad supremum vsq; vitæ hali-
tum in Capellania perseuerauere, & per
obitum consequentèr præsentationes fa-
ctæ fuere. veluti in hac ipsa præsentatione
in personam Dñi Archipresbyteri Schet-
tini,per obitum fuit antecedentis Capella-
ni, & nominatio, ac præsentatio data sim-
plicitèr, nulla memoria amouibilitatis fa-
cta, & ità admissa, atquè subsequuta dein-
19 ceps institutio. Standũ proindè huic ob-
seruantiæ fuit, neq; ab illa discedendum.
ex *text. in cap. cùm dilectus 8. §. dictus verò
procurator. de consuet. Beccius cons.96.nu.14.
Cæsar de Graff.decis.10.nu.7.de præbend. Rota*
apud *Cardin.Caualer.decis.117.num.6.& de-
cis.199.num.etiam 6. & decis.289.num.3.* In-
sipientèr igitur egerunt, qui mutauere.
menstruis enim defectibus Luna mutatur.
20 vndè Lunæ stultus iure comparatur, quia
mutatur. *Stultus* (Salomone dicẽte) *vt Lu-
na mutatur*. Ideò Sapiens (Ambrosius *He-
xameron lib.4. cap. penult.* inquit) non cum
Luna mutatur, sed permanebit cum Sole.
Vndè non Luna est particeps stultitię,quia
non Luna mutatur vt stultus, sed stultus vt
21 Luna. Et apud Gentiles receptum erat
Adagium: *Mutabilior Erisicthonis Metra*.
de homine instabili, & errabundo, & nul-
lius certæ fidei. apud *Martinũ del Rio Ada-
gialium Sacrorum part.2. adagio 431. fol.mi-
hi* 551.

Prætereà, dà ex hypotesi, amouibilita-
tis facultatem adhùc persistere,vt ex subse-
quuta obseruantia tot annorum, intercisã
ostendimus, neq; tamen illam ita clancu-
lum, & absconditè facere debuerãt. sed in
22 conspectu Solis. verbis vt vtamur Domini
ad Dauid 2. Regum 12. 12. *Tu enim fecisti
absconditè:* (dicentis) *ego autem faciam ver-
bum istud in conspectu omnis Israel, & in con-
spectu Solis*. Ita namq; in ipsomet assensu,
quem Illustrissimus tunc D. Tiberius Cara-
fa Episcopus Cassanen præstitit, descriptũ
inuenitur.

*Nostra qua fungimur ordinaria authorita-
te eandem Ecclesiam, vt supra declaratam, cũ
dicto iurepatronatus, & Capellanum, seù Ca-
pellanos amouibilem,vel amouibiles,ad electio-
nem eiusdem Magnificæ Vniuersitatis, & quo-
ties, & quando ipsi videbitur,dùmtamen aliũ,
vel alios Capellanos eligant, nominent, & no-
bis. seù successoribus nostris præsentent, vt con-
firmationem legitimam impetrare, & obtinere
posteà possint in personam Capellani, seù Ca-
pellanorum, prædictorum. Morientibus verò
Capellano, seù Capellanis,electionem, nomina-
tionem, & præsentationem faciant intra legiti-
ma tempora, &c.*

Duo proindè ex his verbis habentur,
vnum quidèm. Capellaniam hanc benefi-
cij instar fundatam fuisse, & ita Illustrissi-
mum tunc Episcopum assensum pręstitisse:
Cùm vacante illa per mortem, præsẽtatio-
23 nem intra legitima tempora fieri debere
decreuerit intra quatuor menses videlicet,
vt in beneficijs omnibus de iurepatrona-
tus laicorum obseruari debet. ex Bonifa-
cio VIII. in *cap.1 § fin.de iurepatronat. in 6.*
Secundum verò,quòd ea conditione amo-
uibilitatis facultatem Vniuersitati fecit:
*Dum tamen alium, vel alios Capellanos eli-
gant, nominent, & nobis, & successoribus no-
stris præsentent, vt confirmationem legitimam
impetrare, & obtinere posteà possint.* Legitimè
itaquè,ac secundùm formam iuris,non tu-
multuariò, neq; absconditè alius Capella-
nus eligi, nominari,& pręsentari debuit.vt
etiam

etiam legitimè confirmatio, atq; institutio
24 sequi debuisset. Legitimè quippè factum
dicitur, quod secundùm iuris præcepta
factum est,& instè. ex *text.in cap.legitima 2.*
de appellat.in 6. Maßobr.de synodo. cap.1.nu.
20. & dicemus etiam infra. Nulla proindè
25 hęc præsentatio,atq; subsequuta fuit con-
firmatio contra formam in fundatione ab
Ordinario præscriptam facta. vt dixit *Rota*
apud *Card.Seraphin. decis.1270.num.2.* etiã
26 si per ignorantiam patroni non illam ser-
uassent; cùm nosse optimè qualitates de-
beant in fundatione perquisitas. *Rota* apud
Card.Caualer.decis.151.num.2. & seq. & de-
cis.231.num 3. & dictum fuit in *Cæsaraugu-*
stana Beneficij de Linares 26. Iunij 1645. co-
ràm *Biebio decis.135. num.4. & 5.* & in *Cre-*
monen Pręposituræ 23.Maij 1644. coràm *Cor-*
rado decis.139.num.26. & in *Caurien Iurispa-*
tronatus 13. Martij 1645. coràm *Rojas decis.*
146.num.14. in nouis additis ad *praxim Vi-*
27 *uiani de iurepatronat.* Si beneficij proindè
naturam assumpsit Capellania hæc; muta-
bilitatis vtiq; abijt conditio,quę perpetui-
tati aduersa est. ex *text.in l.falsò 2. C.de di-*
*uers.rescript.*ibidemq; *Gloss.*verbo *perpetua.*
28 quia nimirùm beneficiorum ea natura est,
vt perpetua sint. donec scilicet vita super-
stes fuerit, qui beneficium obtinet. ex Ge-
lasio Papa *can. præcepta canonum 12.dist.55.*
& ex Concilio Vrbani Secundi Placentiæ
habito in *can.Sanctorum 2. dist.70.* vbi *Glos.*
verbo *perpetuò.* hoc est dùm viuit.exponit.
& ex Bonifacio VIII. in *cap.vnic. de capell.*
monachor.in 6.& ibidem *Gloss.*verbo *perpe-*
29 *tuò.* rationem reddit: quia, qui intitula-
tur Ecclesiæ, connectitur ipsi Ecclesiæ,
eiusq; Sponsus efficitur. diximus *respons.*
nostra *64.num.68.& 69. part.4.* Et hinc sa-
nè factum esse dignoscitur, vt nunquàm
postmodùm Sapiẽtes illi antecessores Vni-
uersitatis Sindici facultatis amouibilitatis
vsi fuerint; sed semper (*perpetuò*) ad vitam
videlicet pręsentati,in illo præsentauerint.
quod stabiles esse amauerint,vt Sol,neq; vt
Luna mutati. Insulsa propterea videtur re-
plicatio, naturam beneficij assumpsisse vi-
deri Capellaniam hanc,si morte vacauerit
præsentati, non verò si amouibilitatis fa-
cultate Vniuersitas vtatur, & quotiès vo-
luerit, mutauerit.

Si enim in vno casu perpetuum fuerit,
atq; naturã assumet beneficij, vt assumpsit,
30 ex dictis; semper idem erit; cùm vna, ea-
demquè res diuerso æstimati iure minimè
debeat. *can.cognominus 29.in fin.12.quæst.2.*
& ibidem *Gloss.fin.cap.cùm in tua 30. in fin.*
*de decimis.*ad Iaboleni sensum in *l.eum, qui*
ædes 23. ff. de vsucap. Rota in Sabinen Montis
Rotundi 25.Iunij 1627. coràm *Coccino decis.*
93. num.84. part.5.in recentior. Potissimùm
31 verò si eadem ratio, idemq; respectus in
vtroq; vertatur,nec res diuidua sit.ex *Na-*
*uar.cons.3.n.6.lib.2.de for.comp.*perpẽdimus
*resp.*nostra *69. n.21 et 22. par.3.*Neq; Portò
diuidi poterit,vt vna,eademq; Capellania,
vna,eademq; res,si per obitũ vacauerit,be-
neficij naturã assumat; si verò postquã per
obitũ vacauerit,alteriq; per præsẽtationẽ,
& institutionẽ cõferatur,& Vniuersitas per
amouibilitatis facultatem præsentatum,&
institutum reuocauerit, aliumq; præsenta-
uerit,simplex perseueret amouibilis Capel-
lania, atq; si hunc præsentatum non reuo-
cauerit,beneficij iterùm naturam assumat.
satis enim ridicula hęc sunt,& anicularum
32 nęnię. Esse namq;, & non esse cõtradicto-
ria sunt, quæ de eodem subiecto, idem re-
manente, dici minimè possunt. ex Celso
lib.17. digestorum in *l.vbi repugnãtia 149.*
*ff.de regul.iur.*satisq; ad rem hanc nostram,
præter Philosophos, Papinianus lib.7. res-
ponsorum in *l.Titio si nupserit 99. ff. de con-*
*dit.& demonstrat.*verba damus eiusdem: *Ri-*
diculum est enim (inquiens) *eandem vt vi-*
duam, & vt nuptam admitti. Quia contraria
sunt. *Et non admittitur contraria petens.* vt
*Gloß.*ibidem *finalis* commentum agit. per-
pendimusq; *respons.*nostra *15.nu.58.par.4.*
33 Sed instabis: erit beneficium, & nihilo-
minùs Capellanus,qui in eo pręsentabitur,
amouibilis ad nutum erit, vt possit videli-
cet,ex patroni volũtate reuocari, atq; mu-
tari. vti substinet *Riccius resolut.347.part.1.*
in praxi nu.4 & *Garf.dè benefic. part.1.cap.2.*
num.85.& seq.

Præterquàm quòd enim hæc ipsa sentẽ-
tia controuersa est;vndè abusiuè,& per de-
34 nominationem extrinsecam beneficium,
non propriè vocabitur,vt ex ipsamet *Riccij*
resolut.347. num.1. & 2. videre est. & ipse
loquatur in beneficio manuali. sicuti etiã
Gonzalez ad regul.8 cancell. gloss.5. §.3. per
totum. vbi de materia perbellè, vt assolet,
discutit, atq; magis in specie de beneficio
ad nutum amouibile pertractat *Garsias d.*
cap.2.à num.85. cum seqq. Nihilominùs ta-
men nos extra hos terminos disceptatio-
nem agitamus. Fundamus enim intentio-
nem nostram (vt videre licuit ex principio
quod posuimus) quòd licèt Vniuersitas
amouibilem Capellanum, vel Capellanos
esse voluerit, tamen semper postmodùm
vnum Capellanum præsentauit, & illum
sine qualitate amouibilitatis; veluti nec
etiam per sexaginta annorum lapsum illũ
amouit, vt semper per obitum vacauerit.
Potuit proindè ex consuetudine per sexa-
ginta annos inuecta, Capellanus fieri per-
35 petuus, qui amouibilis in fundatione de-
stinatus fuerat,veluti ex manuali beneficio
potest illud fieri perpetuum ex consuetu-
dine conferendi; & ex beneficio regulari
potest illud seculare fieri, *si tanto tempore*

*ab vno, vel pluribus secularibus clericis insti-
tutis in eo Rectoribus extitit continuè, vel pa-
cificè gubernatum, vel præscriptio legitima sit
completa, etiã si ante, vel post Religiosi quan-
doquè ministrauerint in eodem.* vt Bonifacius
VIII. decernit in *cap. de beneficio 5. de præ-*
36 *bend. in 6.* præscriptione scilicet quadra-
ginta annorum. vt *Gloss.* ibidem verbo *legi-
tima.* commentum agit. & hanc sententiam
post alios tuetur *Gonzalez d. regul. 5. §. 6. nu.
34. & 36.* aduersas distinctione concor-
dans sententias, & *num. 37.* & notauit *Rota
decis. 229. num. 1. & decis 407. num. 1. part. 1.
diuersor.* & apud *Durantum* Episcopum Vr-
gellen *decis. 125. nu. 6. part. 1.* & sequuta fuit
Rota in *Leodien Beneficij 1. Februarij 1645.*
coràm *Otthobono decis. 145. nu. 17.* & in *Sul-
monen Beneficij 25. Iunij 1646.* coràm *Peu-
tingero decis. 149. num. 8.* in nouis additis ad
praxim Viuiani de iurepatronatus.

Vndè ex his, secundoquoq; fit satis quę-
sito in statu causæ proposito: nõ rectè Il-
lustrissimum processisse Dominum Episco-
pum, de facto nouum pręsentatum, non au-
dito priori, admittendo, illiq; Bullas de-
cernendo. Quia nimirùm (pace dixerimus
Illustrissimi Domini) nõ legitimè proces-
sit; idcircò cõtra formam assensus in fun-
datione præstiti, (etiam quatènus Vniuer-
sitas amouibilitatis facultate vti potuis-
set:) conditionalitèr enim facultas data
fuit: *Dùmtamen alium, vel alios Capellanos
eligant, nominẽt, & nobis, seù successoribus no-
stris præsentent, vt confirmationem legitimam
impetrare, & obtinere posteà possint in perso-
nam Capellani, seù Capellanorum prędictorũ.*
Confirmationem legitimam dixit, non sa-
nè de facto, nulloq; audito, pręsertim verò,
quòd Archipresbyter Schettinus absq; vl-
la reseruatione amouibilitatis præsẽtatus,
& institutus anteà fuerat. quam ob causã
37 audiri debebat, ratione saltim Ecclesiæ,
quòd esset Archipresbyter. ex traditis per
Gonzalez d. g. off. 5 §. 6. num 40. & *tex. in cap.
licet 28. de præb. in 6.* qui sanè textus in be-
neficio loquitur, quod vacabat per asse-
quutionem secundi incompatibilis, vndè
poterat alteri per Episcopum conferri, &
tamen Bonifacius VIII. decernit ibi: *Illũ
tamen, cui contulerit* (Episcopus videlicet)
non debebit se non vocato (cùm sibi forsan ius
38 *possit competere retinendi) in possessionem ip-
sius inducere corporalem.* Hoc enim legiti-
39 mè fieri dicitur, quod secundùm disposi-
tionem fit sacrorum Canonum, vt illud re-
tractari non valeat. ex *regula factum legiti-
mè 73. de regul. iur. in 6.* meminimusq; su-
40 pra *num. 24.* Tantæq; efficacitatis verbum
illud, siuè magis aduerbium *(legitimè)* æsti-
matur, vt propositionem facti, in ius trans-
uertat. ex *Bald.* quem refert *Hippol. de Mar-
sil. cons. 7. num. 52.* Debebat itaq; audiri Do-
minus Archipresbyter in Iuribus suis, an-
tequam saltim nouus præsẽtatus in posses-
sionem mitteretur. Poterat enim ostẽdere,
se amoueri non posse, vti nunc dicit. nulli-
tèr ergo processit, atq; de facto Illustrissi-
41 mus Dominus Episcopus, nec legitimè.
quod nullũ ergo est, nullũ producere effe-
ctum poterit. *cap. ad dissoluendũ 13. de desposs.
impuber. cap. illud 8. de iure patronat. extra.* ar-
gumento etiam petito ex *regula non præstat
52. de regul. iur. in 6. Rota decis. 644. num. 2.
part. 1. diuersor.* & apud sanct. memor. *Gre-
gor. XV. decis. 486. num. 12.* Inciuile ergo fa-
42 ctum ipse retractabit. Vlpiani vt sequatur
sensum in *l. medicus 3. in fin. ff. de var. & ex-*
43 *traord. cognit.* Satius namq; erit, ipse si suũ
moderetur errorem, quàm quòd appella-
tionis id Iudex exequatur. ex Innocentio
Tertio in *cap. nisi specialis 3. de auctorit. &
vsu pallij.* ibiq; *Abbas*, aliiq; *Gloss. in cap.
conquerente 7.* verbo *si ita est. in fin. de restit.
spoliat.* diximus *respons.* nostra *7. nu. 37. p. 4.*

Atq; ita ex his, Aristarchi non reiecto
supercilio, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Laborant sæpissimè vanè homines, qui pecunijs se, diuitijsq; explere non cessant, vt alij labores eorum metant, ipsis in orcum decidentibus.*

2 *Adagium.* Alij sementem faciunt, alij metent. *illustratur.*

3 *Locus Ioannis 4. 37.* In hoc verò est verbum verum. Quia alius est, qui seminat, alius est, qui metit, &c. *expenditur.*

Et Iobi 31. 8. Sciam, & alius comedat. *num. 4.*

Et Hieremiæ 31. 29. Patres vestri comederunt vuas acerbas, & dentes filiorũ obstupuerunt. *num. 5.*

Psalmi 57. 4. Errauerunt ab vtero, loquuti sunt falsa. *num. 6.*

7 *Mortuaria quid sint in Religione Hierosolymitana?*

Et quomodò computentur.

Quidue vacantia? num. 8.

9 *Terminus stringit, & coarctat tempus, vt vltrà progredi non possit.*

Terminos diuinitatis honores superstitiosa dedit Gentilitas. num. 10.

Et quare?

Omnia in pace regit. num. 11.

Transgrediendi propterea termini non sunt, quos posuerunt patres nostri. num. 12.

Quiq; illos transgrediuntur, anathemate feriuntur. num. 14.

Abbomin

Abhominandum quippè æstimatur.

13 *Deus terminos aquis posuit, ne transirent fines suos.*

Nec legem prætereunt datam.

1 Quod tibi non vis fieri; alteri ne feceris.

præceptum est naturale, & Euangelicum.

Est primum præceptum ex tribus gradibus iuris naturalis, num. 17.

16 *Iuris præcepta tria:* Honestè viuere, alterū non lędere, ius suum cuiq; tribuere.

18 *Fructus alij naturales; industriales alij, & alij ciuiles. num. 19.*

Ciuiles fructus dietim cedunt. num. 24.

20 *Prior qui tempore est, potior in iure habetur.*

Etiam in fructibus, & vsuris, qui prior est in sorte. num. 21.

Poterit proindè, qui prior est, debitores premere, & vrgere; qui priori illo tempore debebant. num. 25.

Quia hypotecata sibi sunt bona. num. 30.

In puni præsertim causa. num. 47.

22 *Reseruatio facta ad certum tempus, post illud non perdurare iudicat.*

Reseruarè, siue seruare, quid? num. 29.

26 *Cessionarius vices gerit cedentis, eiusq; iure vtitur.*

In iure quoq; executiuo. num. 27.

28 *Pensiones domorum prò liuellis emphyteuticis hypothecata sūt pro illis directo Domino.*

Quia pignoris, & hypotheca persecutio in rem est. num. 29.

29 *Hypotheca rem sequitur.*

31 *Locus Matthæi 20. 14.* Tolle quod tuum est, & vade.

Et eiusdem 25. 9. Nè fortè non sufficiat nobis & vobis. *num. 32.*

Ite potiùs ad vendentes, & emite vobis.

33 *Nemo præsumitur ita vesupinus, vt exigere nolit, quod sibi debetur.*

Magis autem iactare.

In homine præsertim diligente. num. 34.

35 *Regeni sibi decere quisq; debet, quam pro alio tentat.*

Et pati eam.

Ne alijs imponat, quam ipse negligit obseruare. num. 36.

Ex Pauli consequentia. Qui ergo alium doces, te ipsum non doces. *num. 37.*

37 *Locus Pauli, eiusq; consequentia ad Romanos 2. 21.* Qui ergo alium doces, te ipsum non doces.

38 *Pigrum, & negligentiam sequitur egestas. ex Salomone Prouerb: 6. 9.*

39 *Negligens in exigendo, quod sibi debetur, suæ debet socordiæ tribuere, si ille deficit, & impotens factus est.*

Stante præsertim termini præfixione, intra quem exigere debebat. num. 40.

Comprime tamen, si non ex negligentia, sed ex temporum ortatur iniuria. num. 46.

Negligens dicitur qui non perquirit factum suum, id quod sua interest. num. 41.

Proprium proindè damnum fouere dicitur, num. 42.

Nam negligere, quod prohibere possis, fouere est.

Et quasi oua Aspidum in sinu fouere. ex Isaia 59. 5.

43 *Imputet sibi quisq; damnum, quod ex sua hauserit negligentia, atq; socordia.*

44 *Locus Isaiæ 59. 5.* Oua Aspidum ruperunt, & telas aranearum texuerunt.

45 *Negligentia dolo æquiparatur.*

Crassa potissimùm & supina.

48 *Locus Matthæi 20. 16.* Et erunt nouissimi primi, & priori nouissimi.

49 *Accidens rei naturā, & essentiā non peruertit.*

Quia accidens præter rei essentiam est.

Nec rei naturam mutat. num. 50.

51 *Legibus in commune bonum dictis, ac rogatis standum, neq; ab illis discedendum.*

Ni peccato quis se fœdare velit. num. 52.

Quia legis transgressio peccatum est.

53 *Clausula,* saluo, & reseruato iure, &c. *restrictiua est, atq; dispositionis compressiua.*

Et modificatiua.

Firmat tamen concessionem in eo, quod saluatum non est. num. 54.

Et recipit vires à tempore, intra quod est facta saluatio.

55 *Exceptio firmat regulam in non exceptuato.*

Exceptionem verò à regula qui dicit ipse probare tenetur. num. 57.

58 *Decretum factum partibus nō auditis, & causa non discussa non afficit.*

59 *Volenti, & consentienti nulla fit iniuria, neq; dolus.*

60 *Iure qui suo vtitur, iniuriam nemini facit.*

61 *Iudex cogere potest partes ad concordandum, cùm sunt iura partium vtrinq; obscura, & dubia.*

Quin peccat ni faciat.

Et ita seruauit, ac seruat Rota Romana. num. 62.

ARGVMENTVM.

Mortuaria, quæ? & quæ Vacantię in Sacra, Illustrissimaq; S. Ioannis Hierosolymitani Religione? Terminis quod signatum est, ita præfinitum dicitur, vt in illis sistendum sit, non vltrà progrediendum. neq; transgrediendi termini, quos rebus posuere patres nostri: transgredientibus verò non iniuria

pœnæ sunt inflictæ. Fructus alij naturales, industriales alij, & alij ciuiles, qui dietim cedunt. Nouo Commendatario post expletum vacātiarum annum statim fructus acquiruntur, eiq; cedunt. Nùm verò pro nō exactis mortuarijs, atq; vacantijs Religionis cessionario prælatio detur aduersus noui Commēdatatij iura, quasi quòd Prior in hypotheca sit religio, vt potior esse debeat? Quid verò si negligentes illi fuerint in exigendo? Exceptio vti regulam in non exceptis firmam, sic planè in exceptis destruit illam, priuationiq; assimilatur. & de clausula saluo iure mortuarij, & vacantiarum.

RESPONSIO XXXVIII.

1 NOuum sanè non est, sed quod fre-
quentèr accidit, vt alij sementē
faciant, alij verò metant: Quia
multi sunt, qui laborare nō ces-
sant, vt se pecunijs, diuitijsq; expleant, sed
ipsis in Orcum abeuntibus, alij sunt, qui
labores metunt eorum.

Atq; metunt ventrē in propriū sudorē alienū.
vt Hesiodus in Theogonia de fucis dixit.
monebatq; Theognis:

Ante tibi exhaustos alij ne trade labores.

2 Et Adagio locus factus est: *Alij sementem*
3 *faciunt, alij metent.* Concinitq; nec ab rè lo-
cus *Ioannis* 4. 37. cùm Christus Apostolis
dixit: *In hoc enim est verbum verum: quia
alius est, qui seminat, & alius est, qui metit. Ego
misi vos metere, quod vos non laborastis: alij
laborauerunt, & vos in labores eorū introistis.*
Verbum, quasi paręmiam, siue prouerbiū.
ex Chrysostomo, & Theophilatto. alluditq;
4 & illud Iob 31. 8. *Seram, & alius comedat,*
cùm alteri quis laborat. Nec ab re Vergi-
lius paręmiam hanc simili modo illustra-
uit:

Hos ego versiculos feci. tulit alter honores:
Sic vos non vobis mellificatis apes.
Sic vos non vobis fertis aratra boues.
Sic vos non vobis vellera fertis oues.
Sic vos non vobis nidificatis aues.

Quia alij laborant, alij fructū percipiunt. adnotauitq; peroptimè *Author Adagiorum chiliade 1. centur. 5. adagio 32.* sequiturq; nec præter rem *Martinus del Rio adagialium sacrorum tom. 2. adagio 19. fol. mihi 27.*

Sic sanè fecerunt ij, qui superioribus an-
nis à Sacra, & Illustrissima Religione Sācti
Ioannis Hierosolymitani, & Sancti Domi-
ni Sepulchri mortuaria, atq; vacantia eme-
re. Cùm enim negligentiùs illi agerēt, nec
exigerēt census annuos Baliuagio, & Prio-
ratui Sancti Ioannis ad Mare hujus Almæ
Vrbis debitos; qui debebant comederunt
illos, & obstupuerunt emptorū, seù condu-
5 ctorum dētes, quia comedere illos non po-
tuere. dicetur itaq; eis: *Patres vestri comede-
runt vuam acerbam, & dentes filiorum obstu-
puerunt. Omnis homo, qui comederit vuam
acerbam, obstupescent dentes eius.* Ieremię 31.
29. & 30. Vua quippè acerba est fructus an-
te tempus. (vt *Gloss. ordinaria* ibidē ex Gre-
gorio aduertit.) eius itaq; cibo comeden-
tium obstupescunt dentes, quia ligantur,
ne mandere vltrà possint. non percipiunt
ergo vndè comedere valeant, quia obstu-
puerunt. Putant tamen vt mortuariorum,
& vacantiarū residua exigant, ex currenti-
bus censibus, qui ad Illustrissimum Domi-
num Priorem, vti fructus currētes, spectāt,
extrahere posse, & dicto Illustrissimo Prio-
6 ri præferri. Sed *aberrauerunt fortaßè ab vte-
ro loquuti sunt falsa.* ex Psalm. 55. 4. Quia
sanè (et *Glossa interlinearis* ibidē aduertit)
qui errant à ventre, in quo est veritas, lo-
quuntur falsa. & ex *Cassiodoro*. Quia con-
traria matri sequuti sunt. Percipiant pro-
7 indè principio ipsi, quid mortuaria sunt, &
quid vacantia, vndè ipsa superfuere, quæ
exacta minimè sunt, residua. hoc autem
ex verbis patescit *Statutorum tit. 5. del co-
mun tesoro. §. 4. fol. 68.* sic enim illa:

*Gi'è stato solito, e si è vsato fin hora, che per
morte de' Priori, Bagliui, Commendatori, & al-
tri Amministratori de' beni dell'ordine nostro,
il comun Tesoro, oltre l'altre cose, habbia i de-
ritti del Mortorio, e vacante, con questa dichia-
ratione, cioè, che per questa voce Mortorio s'in-
tendono li frutti dal giorno della morte del Cō-
mendatore, fino alla prossima Festa della Nati-
8 uità di S. Gio. Battista; e per il vacante, da det-
to giorno fin'all'altra Festa simile dell'anno se-
guente. Ma perche da questo modo di contare,
nasceuano varie liti nel Conuento nostro, hab-
biamo giudicato essere bene mutarlo in questo
modo, cioè, che per il Mortorio s'intendano gli
frutti, che da Priorati, Bagliaggi, Commende,
& altre amministrationi, si corrano dal giorno*

della

*della morte del Priore, Baglino, Commendato-
re, & Amministratore, non come anticamente,
ma fino alla Festa de' Santi Filippo, e Giaco-
mo, à quali il primo giorno di Maggio è conse-
crato: e per il Vacante, dal detto giorno fin'al-
l'altra Festa de' medemi Santi prossima susse-
guente, finito l'anno: li quali deritti comandia-
mo, che si paghino al nostro comun Tesoro.* Et
in eisdē Statutis *tit. 19. de verb. signific. §. 17.*
ita subsequuntur:

*Sotto nome di Mortorio s'intendono gli frut-
ti della Commenda, che si raccogliono dal gior-
no della morte del Commendatore fin'alla Fe-
sta di Sāti Filippo, e Giacomo prossima seguen-
te.* & §. 18.

*Vacante nella Commenda intendiamo per
gli frutti d'vn'anno, i quali passato il Morto-
rio, si raccolgono à nome del Tesoro.*

Mortuaria igitur fructus sunt, qui super-
sunt à die defuncti Commendatoris, siue
Baliui, vel Prioris, vel Administratoris, ad
diem vsq; Festi Sanctorum Philippi, & Ia-
cobi mense Maij, prima die.

Vacantia verò, fructus quoq; vnius anni
sunt, qui post Mortorium, per annum in
communis Thesauri commodum cedunt,
extinguunturq;. Habent itaq; & Mortua-
ria, & Vacantia terminum suum, quem in-
tra exigantur à die supremi Commenda-
toris, vel Prioris, vel Baliui halitus, adusq;
post primum annum vacantis Commendę.
non vltra illum ergo diuaricari poterunt,
neq; Mortuaria, neq; Vacantia. Terminus
9 quippè stringit, & coarctat, & tempus, &
exigentiam, vt vltra illum progredi sit ve-
titum.

*Est immota dies, præfixaq; tempora fatis,
Deq; ferunt primis vltima iudicium.*

Vt Alciatus *emblem.* 158. de termino lo-
10 quens dixit. Diuinitatis idcircò honores
superstitiosa Vetustas *Termino* dedit: quòd
omnia ipse limitibus terminaret; pacemq;
hoc pacto custodiret, sine quo nihil certū,
nihil est præfinitum, & litigijs infinitus est
locus. vndè Naso 2. Fastorum sic alloqui-
tur illum:

*Tu populos, vrbesq;, ac regna ingentia finis;
Omnis erit sine te ligiosus ager.
Nulla tibi ambitio est, nullo corrumperis auro,
Legitima seruas credita iura fide.*

11 & paulò post; sic illum exorat:

*Termine, post illud leuitas tibi libera non est,
Qua positus fueris in statione mane.
Nec tu vicino quidquam concede roganti,
Ne videare hominem præposuisse Deo.
Et seu vomeribus, seu tu pulsabere rastris,
Clamato: Tuus est hic ager, ille tuus.*

Sic nūc clamitat præfixus ex statuto Mor-
tuarijs, atq; Vacātibus Terminus; tua hæc
12 est exactio, illa huius. Ne transgrediantur
proindè terminos, quos Statutorū posuere
Patres. Quod & Dominus Deus in veteri
mandauit lege *Deuteronom.* 27. 17. & *Pro-
13 uerbiorum* 22. 28. Non ne & ipse est, qui
circundedit mari terminum suum. & le-
gem posuit aquis, ne transirent fines suos?
Prouerbiorum 8. 29. & Terminum circunde-
dit aquis, vsq; dùm finiantur lex, & tenebrę?
14 *Iob* 26. 10. Ipse vtiq; Anathematis proin-
dè percussione Leo vetuit Papa in *cap. 1. in
fin. de sepultur.* & abominandum æstimauit,
atq; ridiculū Nicolaus Papa in *can. ridicu-
lum* 5. *dist.* 12. statutos transgredi terminos.
Quia Domini loquela est. vt Gelasius Papa
scribit in *can. nullus alterius* 1. *in fin.* 9. *q.* 2.
cum suis terminis contētus esse quisq; de-
beat. vt idē Leo Papa scribit in *can. si quis
Episcopus* 31. *in fin.* 7. *quæst.* 1. & maledictus
quisq; habeatur, qui proximi sui terminos
transtulerit, ex lege diuina. testaturq; Eu-
sebius Papa in *can. legibus seculi* 10. 12. *q.* 2.
nec abhorrere visi fuere, qui leges seculi
condidere. ex Vlpiano lib. 4. fideicommis-
sorum in *l.* 2. *ff. de constit. Princip.* sequiturq;
& docet *S. Thomas* 1. 2. *quæst.* 97. *artic.* 2. *sed
contrà.* diximus Nos *respons.* nostra 35. *num.*
18. 19. & 20. *part.* 4. Vt quid enim ipsi in
15 messem intrant alienam; quodq; sibi non
volunt, alijs inferre tentant? quod natura-
li, atq; Euangelico pugnat cum præcepto.
Matthæi 7. 12. sic nempè Dominus: *Omnia*
(inquit) *quæcunq; vultis; vt vobis faciant ho-
mines, & vos eadem facite illis: hoc est enim
lex, & Prophetæ.* sequiturq; Gratianus in
summa distinct. 1. & Concilium Bracharen.
in *can. placuit* 12. *in fin.* 10. *quæst.* 1. meminitq;
Gregorius IX. Patriarchæ Granden scri-
bens in *cap. dilecti filij* 13. *§. cū igitur. de ma-
iorit. & obedient.* ibiq; *Gloss.* verbo *nolles.* quę
distichon refert:

*Quod tibi vis fieri, mihi fac: quod nō, mihi noli:
Sic potes in terris viuere iure poli.*

Concinitq; Imperator Iustinianus §. *iuris
præcepta. Instit. de iustit. & iure.* dùm loqui-
16 tur, docetq; iuris præcepta sunt hæc: *Ho-
nestè viuere, Alterum non lædere, Suum cuiq;
tribuere.* ibiq; *Gloss.* verbo *alterum non læde-
re.* quæ sic infert. *Vndè illud: Quod tibi nō
vis fieri, alij ne feceris.* vt *Decret. in princ.* &
Vlpianus lib. 1. regularum in *l. iustitia* 10.
§. iuris præcepta. ff. de iustit. & iure. ibiq; *Gloss.*
17 verbo *lædere.* Quod sanè præceptum pri-
mum est ex tribus gradibus iuris natura-
lis. ex Eminentiss. Card. *Bellarmino tom.* 2.
controuersiar. de clericis lib. 1. *cap.* 29. *in princ.*
diximusq; *respons.* nostra 21. *num.* 17. & 18.
part. 3.

18 Fructus autem vel naturales, vel indu-
striales, vel etiam sunt ciuiles. de naturali-
bus, & industrialibus. ex Pomponio lib. 12.
ad Quintum Mutium in *l. fructus percipien-
do* 45. *ff. de vsuris, & fructibus.* ibiq; *Gloss. &
Scribentes.* verba faciunt. & ex Paulo lib. 7.
ad Paulutium in *l. bona fidei* 48. *ff. de acquir.*

rerum

rerum domin. Gloss.fin.verbo fructus in fin. in
cap.granis ad nor 11. de restitut.spoliator. latè
prosequitur Menoch.de arbitr.lib.2.centur.3.
casu 210. à num.1. & seq. per tot. Rota apud
Card.Canaler. decis.136. num.3. & decis.154.
19 num.1.& 2. & part.1. in recentior. deci.240.
num.1.& seq. coràm Card.Canaler. quæ in
impressis apud eum est decis.104. num.1. &
part.2. in eisdem recentioribus coràm Pirona-
no decis.278.nu.1.et seq. Barbosa de offic.Episc.
port.3.allegat.117.num.1.& seq.de ciuilibus
verò,vt etiã sunt annui redditus, post Glos.
in l. omne semen 2. aliàs fin. in fin. verbo res
ciuiles. C.de petition.bonor. sublat. lib.10. Ca-
rol.Ruin.cons.193.num.1.& num.4.lib.1. Co-
uar. variar. resolut. lib.1. cap.15. Vincent. de
Franch. decis.79. num.4.& decis.168 num.7.
& seq. & decis.254.num.11. D.Franciscus del
Castillo decis.4. num.14.15.& 16. Regni Si-
ciliæ part. 1. Rota in Cremen. fructuum 18.
Martij 1611.coràm Pironano decis.225.nu.6.
& 13. apud Statilium Pacificum de Saluiano
interdicto. & in Baren fructuum 2.Iulij 1610.
coràm Card. Canalerio decis.224. apud eun-
dem Pacificum num.1. & seq. quæ est in im-
pressis apud ipsum d.decis.104. nu.1. & seq.
& part.2.in d.recentior. d.decis.278.num.2. &
num.5. Barbos.d.alleg.117.nu.2. de offic.Episc.
Quoquomodo itaq; fructus perpendantur,
siuè naturales fuerint,siuè industriales,siuè
etiam ciuiles ad Mortuarium pertinebunt,
à die ipsa,qua Cõmendatarius,vel Baliuus,
vel Prior,vel Administrator, ex humanis
abscesserit,ad Festum vsq; Sanctorum Phi-
lippi,& Iacobi; ex illa verò die per totum
annum sequentem ad Vacantia; vt nullus
alius ad fructus ipsos percipiendos admit-
ti possit,nisi comune ærarium,& qui pro il-
20 lo ius habẽt,vt omnibus alijs pro illis prę-
lationem obrineăr. omnibus præferantur,
præhabeanturuè. ex Caio lib.singulari ad
formã hypotheeę in l.potior est 12.& §.1.ff.
qui pot.in pign.hab. & dixerat anteà Africa-
nus lib. 8. quæstionũ in l. qui balneum 9. in
princ.ff.eod. Quia potior est horũ causa ha-
benda,vt qui prior est tẽpore,ita potior sit
in iure. Antoninus vt respondit Cæsar in
l. si fundum 4. C.qui potior. in pign. habeant.
regula qui prior 54. de regul.iur.in 6. Roman.
cons.47.nu.1. Rota apud Seraphin. decis.187.
num.1. Gratian.forens.part 4.cap.730.nu.14.
& seq.& part.5.cap.963 nu.1. Barbosa axio-
21 mate 188.num.1. Quemadmodũ qui prior
est in sorte, & in vsuris potior erit; earum
etiam, quæ posteà accesserunt. ex Scæuola
lib.1. responsorum in l.Lucius Titius 19. ff.
qui potior.in pignor.habeant. Rota apud Card.
Seraphin. decis.481. num.5. & apud Duranum
Episcopum.Vrgellen decis.259.num.3.par.2.
Gratian d.cap.730.num.19. Eminentissimus
Card.Mantic de tacit.& ambig.conuent.lib.11.
tit.22.num.32.& 33.

Non autem post completũ Vacantiarum
annum, post quem sunt acquisiti fructus
(Religionis permissu, concessioneq;) Illu-
strissimo Priori. Indè quippè Religio,quæ
Commendarum Domina est,Mortuariorũ
22 fructus, atq; Vacantiarum per integrum
annũ reseruauit sibi, atq; retinuit, vt post
expletum annum reseruati minimè essent.
neq; retenti, sed in vtilitatem noui cede-
23 rent Commẽdatarij, siuè Baliui, siuè Prio-
ris. ad Scęuolæ sensum de verbo seruauit,
siue reseruauit in l. filiam in potestate.17. ff.
de auro, & argento legato. sequiturq; Albe-
ricus in dictionario verbo reseruare. Ipsa nem-
pè reseruatio, & Mortuariorum, & Vacantia-
rum per integrum annum, non reseruatio-
nem post annum illum indicat, & quasi re-
gulam firmat; vt in vtilitatem noui Com-
mendatarij liberi cedentes maneant fru-
ctus,cum reseruationis iam cesserit regula,
& tempus præterierit. vt adnotat non ex-
trà rem Cassan. cons.47. num.36. & sequitur
Rota apud sanct.memor. Gregorium XV. de-
cis.85.num.15.16.& seq.

Non it proindè inficias Illustriss. Prior;
quin Religio,eiusq; Cessionarij, pro rema-
nentibus Mortuariorum, ac Vacantiarum
residuis, atq; reliquijs, sua exerceant iura;
atq; præteritos debitos census, siue cano-
nes,& liuellos exigant,habeantuè; sed hoc
dũntaxat edicit: ne dilatent manus suas
Exactores, easq; in messem immittant alie-
nam; eiq; (Religionis sub nomine) impe-
24 dimẽto sint, ne debitos sibi census exigat,
percipiatq;. Cùm illi dietim, post expletũ
Vacanriarum annum,in sui commodum
cedant, fructificentuè: ex Vlpiano lib. 32.
ad edictũ in l.Iulianus lib.15.degestorum 14.
§ si fructibus iam maturis. ff.de action. emptis
& venditi. sequiturq; Couar. d. lib.1. variar.
resolut.cap.15.& Vincent. de Franch. d. decis.
79.nu.4. & d decis.254.nu 4.& seq. D.Fran-
ciscus del Castillo Siculus d.decis.4.num.14.&
seq. part.1. Rota d.decis.278.nu.5.part.2. Bar-
bosa d.allegat.117. num.2. Sicuti dietim in
Religionis commodum, vtilitatemq; pro
prętesito,vel pro Mortuarijs,vel pro Vacã-
tijs cesserunt. Exigant proindè illos, atquè
à debitoribus, & rendentibus habeant,qui
illo debebant tẽpore, vt iure præferantur,
prioresq; habeantur. & potiores sint,sicuti
tempore priores fuerunt. non verò vt illos
ex censibus, qui ipsi Priori iam dietim ces-
serunt, præripiant, eiusq; retineant debi-
tores,atq; rendentes. Non enim in hoc eo-
rum esse prælatio dignoscitur, cùm sint
iam fructus ipsi Priori addicti, eiquè cesse-
25 rint;sed vt debitores præmant,vrgeantuè,
qui illo debebant tempore.. ex Romano d.
cons.47.num.1.

Verùm ex hoc non recedunt ipsi, quin
instantiùs insurgant: non venire se Reli-

26 gionis

26 gionis nomine, vti Ceſſionarij, (cuius vi-
ces præſentant,& iure vtuntur. ex *l.fin.C.de*
priuileg. fiſci. Rota apud *Card.Caualer. deciſ.*
244.in princ.& in recentior. part.2. deciſ.502.
27 *num.1.* in iure quoq; executiuo. *deciſ.524.*
num.1. ead. part.2. in recentior. & *Rota Mar-*
chia apud *Marcum Antonium Thomati* nūc
Epiſcopum Biterten *deciſ.13. num.1.& ſeq.*
Rota apud *Duranum* Epiſcopum Vrgellen
deciſ.60. num.5. & num.24. part.1. ſequitur
Barboſa in praxi exigendi penſiones. quæſt.2,
num.68.) Vt cenſus Illuſtriſſimo Priori de-
bitos, quiq, in eius vtilitatē, Vacantiarum
anno expleto, ceſſerunt, intercipiāt, inter-
uertantuè; ſed vt Religionis iura, quæ an-
28 teriora ſunt,excerpant. Penſiones quippè
domorū,quæ ex domibus in emphyteuſim
traditis, alijſq; locatis, ſingulis percipiun-
tur annis pro cenſibus,ſiue annuis canoni-
bus, & liuellis Religioni directæ Dominæ
hypothecatæ ſunt. ex Caio lib.ſingulari ad
formulam hypothecariā in *l.contrahitur 4.*
& Martiano lib.eod. in *l.res hypotheca 5.ff.*
29 *de pignoribus, & hypothecis.* Quia pignoris,
& hypothecæ perſecutio in rē eſt. vti Dio-
cletianus, & Maximianus teſtantur Augu-
ſti in *l.pignoris 18. C.de pignorib. Rota* apud
Card.Caualer.deciſ.392.num.1.& 4. & deciſ.
453.num.1.& ſeq.Barboſa lib.3.voto 96.num.
105. Prior in hypotheca pro Mortuarijs,&
Vacantibus Religio eſt, & potior. Ipſa er-
30 go præferenda, in eiuſq; locum ipſi Reli-
gionis Ceſſionarij reponēdi. In hypotheca
enim expreſſiſſimè, & Africanus in *d.l.qui*
balneum 9. & Caius in *d.l.potior 12.ff.qui po-*
tior.in pigno.habeant. loquuntur. præferendi
ſunt igitur ipſi in pecunijs, quæ ex locatis
domibus pro penſionibus deueniunt. Vel
equidèm ſufficientes pecuniæ ſunt, quæ ex
domorum penſionibus annis ſingulis exci-
piuntur,vel inſufficientes. (hoc nempè di-
lemmate vtuntur.) ſi ſufficientes ſunt, nul-
31 la eſt altercatio; vt dicatur cuiq;: *Tolle*
quod tuum eſt, & vade. Sicuti Dominus vi-
neæ operarijs quandoq; dixit Matthæi 20.
14. *Amice non facio tibi iniuriam: non ne ex*
denario conueniſti mecum? Tolle quod tuum
eſt, & vade. Si verò inſufficientes ſunt, vt
32 vtriſq; ſufficere non poſſint: ne fortè non
ſufficiant nobis, & vobis; prudentes ali-
quando fatuis exprobrauere virgines. *Mat-*
thæi 25. 9. tunc ſicut illę ad vendentes miſ-
ſæ ſunt: *Ite potiùs ad vendentes,& emite vo-*
bis. ad hypothecæ prioritatē redeundum,
& ab iſtis erit; vt ſicuti priora Religionis
iura ſunt pro Mortuarijs, & Vacantibus,
atq; ita nouis Commendatarijs conceſſa;
vt omnibus debitis cuiuſcunq; qualitatis fue-
rint,fratrum noſtrorum dictæ penſiones,& reſ-
ponſiones,& alia iura noſtri communis Aerarij
præferantur. in ordinationibus *tit.5.de com-*
muni ærario. §.63. fol.112. ita,pariq; modo,
& potiora eſſe debeant. Vt quid enim vult
Illuſtriſſimus Prior pro ipſis cenſibus, qui
nunc in eius commoditatem cedunt ſu-
per domorum conductarum penſionibus
præferri; cum priùs in Religionis cōmo-
dum ceſſerint, eiq; penſiones prædictæ hy-
pothecatæ fuerint? Si nempè ſufficientes
33 fuiſſent, exegiſſent vtiquè, nequè reſupini
fuiſſent, vt ſua iactare velle amaſſent. ex
Paulo lib.3.quæſtionum in *l.cùm de indebi-*
to 25. §. qui enim ſoluit. ff. de probat. ibiquè
34 *Gloſſ.* verbo *diligens.* adnotans, quòd, qui
aliàs diligens eſt, errare,neq; diffundere,
quod ſuū eſt,non præſumatur.ex Alexādro
Cæſare in *l.1.C.qui,& aduerſum quos reſtitu-*
tio non datur. notat *Nauar.conſ.9.num.3. &*
11.lib.5.de ſimonia.Rota apud *Card.Caualer.*
deciſ.109.nu.10. & apud *Duranum deciſ.27.*
num.17. part.1. diximus *reſponſ.* noſtra 59.
35 *num.22.par.3.* Dicat proindè pro Religio-
ne Matre,& Domina,legem, quam pro ſe
amat,& quærit; eamq; pro ſe patiatur,quā
pro alio dicere tentat. ex Innocentio Ter-
tio in *cap.cùm omnes 6. § cùm igitur. de con-*
ſtitut. & *Gloſſ.*ibidem verbo *patere legem.*ex
illo Auguſtini ad Fortunatum in *can.neque*
quorumlibet 10. in fin. diſt.9. dicente: *Talis*
ſum in ſcriptis aliorum, quales volo eſſe intel-
36 *lectores meorum.* Vt quid enim alijs ipſe le-
gem imponit,quam ipſe negligit obſerua-
re? vt idem ſentit Innocentius Tertius in
cap.pro illorum 22. §.quia verò.de prabend. &
dixit Vlpianus lib.3. ad edictum in *l.1. ff.*
quod quiſq; iuris. ſequiturq; *Nauar. in can.*
hac autem verba. in gloſſ. num 7.de pænitent.
37 *diſt.1.* ne de eo conſequentia inferatur, de
qua Paulus ad Romanos 2.2. *Qui ergo a iū*
doces,te ipſum non doces: qui prædicas non fu-
randum furaris: qui dicis non mæchandū mæ-
charis: qui abominaris idola, ſacrilegium facis:
qui in lege gloriaris,per præuaricationem legis
Deum inhonoras?

Quòd enim Religio reſiduorum adhùc
exceptioni, perſecutioniq; inſiſtat,id factū
ex negligētia eſt, vel Illuſtriſſimorum Do-
minorum Receptorum, vel eorum, quibus
Mortuariorum, atq; Vacantiarum iura di-
uendita fuere. Cùm enim remorati ſunt
ipſi, neq; in emphyteuticarios inſtetere,
vt ſoluerent; quæ illi ex domibus excepe-
runt, in proprios impēdere vſus; poſtmo-
dum verò depauperati,vndè ſoluerent,non
habuerunt. Non itaq; Priorem, ſed ipſos
38 negligentia afficiet,verberabitq;. Pigrum
enim, & negligentem ſequitur egeſtas. Sic
nēpè pigro homini,& negligēti prognoſti-
catur Sapiētiſſimus ille Salomon Rex Hie-
ruſalē,Dauid Regis filius. Prouerbior.6. 9.
Vſq; quo piger dormies? Quādo cōſurges à ſomno
tuo? Paululū dormies,paululū dormitabis,pau-
lulum conſeres manus tuas,vt dormias: & ve-
niet tibi quaſi viator egeſtas,et pauperies quaſi
vir

vir armatus. Ita quòd non poteris contra
eam te defendere. vt *Lyranus* ibidem com-
39 mentũ agit. Suæ igitur socordiæ tribuant,
si debitos tempore suo non excerpere cen-
sus, & ex illa debitores ad soluendum im-
potẽtes euasɛrũt. ex Modestino lib. 13. res-
ponsorum in *l. si fideiussores in id 42. ff. de fi-
deiussor. & mandator.* ibiq; *Gloss.* verbo *vtilẽ.*
sequiturq; *Gozadin. cons. 38. num. 11. Carol.
Ruin. cons. 45. num. 4. in fin. & nu. 5. lib. 5. Ioan.
Francisc. Schenard. cons. 68. nu. 15. part. 1. Rota*
apud *Card. Caualer. decis. 329. num. 2. & 3.*
40 Cùm presertim fuerit in id Terminus pre-
fixus, & à die mortis Commendatoris, &
post integrum annum Vacantiarum. vt ibi-
dem aduertit *Rota.* & dixerat quoq; anteà
41 apud *Card. Seraphin. decis. 220. nu. 2.* Negli-
gens autem dicitur, qui non perquirit fa-
ctum suum, & id, quod sua interest. vt dixit
Rota in Romana Societatis 1600. coràm *Card.
Mellino decis. 136. num. 5. in fin. post 1. volum.*
42 *consiliorum Farinacij.* Fouere proindè visi
sunt proprium damnum per negligentiã,
quam in exigendo habuere. ex Innocentio
Papa in *can. error 3. dist. 83.* verbis illis ad
rem satis aptis: *Negligere quippè cùm possit
deturbare peruersos, nihil aliud est, quàm fone-*
43 *re.* ibidemq; *Gloss.* verbo *cùm possis.* Sibi ip-
sis itaquè imputent, si damnum nunc ege-
statis ex negligantia, socordiauè sua hau-
44 riant. quam veluti oua Aspidũ in sinu fo-
uerunt. iuxtà *Isaiæ* illud 59. 5. de peccatori-
bus Iudeis: *Oua Aspidum ruperunt, & telas
aranearũ texuerunt: qui comederit de ouis eo-
rum morietur: & quod confotum est, erumpet
in regulum.* ex Gelasio Papa Ioanni Episco-
po Viennensi in *can. vxor Fælicis 33. in fine.*
ibiq; *Gloss.* verbo *impuaret. 17. quæst. 4. Gloss.
in can. non satis 3.* verbo *in Ciuitate 34. q. 1.*
ex regula *damnum 86. de regul. iur. in 6. cap.
inter monasterium 20. in fin. de sentent. & re
iudic. Clement. vnic. in finalibus verbis. de
concess. præbend. cap. exposuit 4. circa fin. de di-
lation.* eiusdemq; sensus fuit Vlpianus lib.
33. ad edictum in *l. si non fuerit 33. ff. de iu-
re iurando.* diximus *respons.* nostra *97. nu. 58.*
45 *& 59. part. 4.* Negligentia quippè dolo
æquiparatur. ex *Gloss. in can. dictũ est 8.* ver-
bo *negligentiam. dist. 81.* crassa potissimùm,
& supina. vt ibidem eadem aduertit *Gloss.*

Eluctantur tamen ipsi, neq; timore hor-
rescunt, neq; labore defatigantur, vt dili-
gentes se arguant, neq; socordiæ deditos
fuisse ostendant. Idcircò se residua Mor-
tuariorum, & Vacantium non excepisse ad-
huc: Quia, qui debitores sunt censuum,
defecerunt, neq; ex domorũ pensionibus,
quibus census, siuè canon, siuè liuellus est
insustus, tot percipiũtur in singulos annos,
vndè censibus, siuè liuellis fieri satis possit.
excrescunt proindè debita. & nouus Com-
mendator ipse pro se exigere contendit, &
benè facit; Cessionarij quoq; Religionis,
& ipsi ad exigendum insistunt, & premunt,
nec malè operantur; sed lites hinc insur-
gunt. vt quandoq; ex depositis, quæ adue-
nerunt ex pensionibus domorum libera-
tiones pro ipsis successerint. vt anno 1629.
per Dominum Andream de Ianuario tunc
Regij Consilij Neapolitani Consiliarium,
& Delegatum, Illustrissimo Receptori Fra-
tri Hieronymo Marullo ex depositis præ-
dictis pecuniæ liberatæ fuere. & aliàs etiã
vt in actis satis aptè deductum est. Si ergo
46 ex defectu id oritur temporum, quòd do-
morum pensiones diminutę sunt, neq; pos-
sit debitis fieri satis, non id culpæ vertendũ
erit, vel Religionis, vel eiusdem Cessiona-
riorũ. ex *Baldo cons. 193. in fin. lib. 3.* perpen-
ditq; *Rota* apud *Card. Canaler. decis. 213. n. 5.*
& apud sanct. memor. *Gregorium XV. decis.
369. num. 5. & 6.* Et quidem (cedat mihi
nunc, quæso, Illustrissimus Prior ipsi prose-
quuntur) cur sanè causæ est, quòd ipse nũc
se opponit, ne residuis fiat satis: nisi quia
pro suis ratis, cùm pensiones non omnibus
sufficiant, vult fructus percipere, sibiq; sa-
tis fieri. quod non obtineret aliàs, cùm
vtrisq; non sufficiant pecuniæ. vt insistat;
ne ei accidat: *ne fortè non sufficiat nobis, &
vobis, ita potiùs ad vendentes* Signum est igi-
tur (à posteriori saltim) non ex negligen-
tia, sed ex defectu oriri temporum, quòd
domorũ pensiones, ex quibus liuelli soluũ-
tur, diminutæ sunt, quod apertissimè, & vi-
dentibus oculis etiam cœcis patet. Con-
cursus est ergo in pecunia ex pensionibus
domorum perueniente; ad hanc autem
hypothecam pro Mortuariorum, atq; Va-
cantiarũ residuis habet Religio, quæ prior
Priore in tempore est. ipsa igitur præfe-
renda, & qui eam reprę̈sentant Cessionarij.
vt qui prior est tẽpore, potior in iure fiat.
47 ex dictis in superioribus. Præsertim verò,
cùm pares in exigendi causa sint, & Reli-
48 gio, & Prior; sed tempore prior Religio;
posterior, qui Prior est; vt fiat: *Et erunt no-
uissimi primi, & primi nouissimi.* apud Mat-
thæum 20. 16. & Marci 10. 31. & Lucæ 13.
30. ex eadem causa liuellorum, & Religio
venit, & Prior vt liuellos exigant pares igi-
tur sunt in causa. concedenda proindè, ac
permittenda prælatio. quod aduertit *Fe-
deric. de Senis cons. 69. circa finem. vers. non
non obstat. & cons. 197. in princ. versic. restat
respondere. Roman. d. cons. 47 num. 1. vers. se-
cundò idem probatur.* sequiturq; *Card. Tuscus
tom 6. lit. P. concl. 465. num. 39. Barbos. d. axio-
mate 188. num 4.*

Est quippè quid accidentarium hoc, nec
veritatem interuertit vllo modo, quin ex-
pleto anno Vacantiarum, postquàm in ius
intrauit Prior exigendi fructus omnes, ab
ipso anni principio, Religionis permissio-
ne,

ne, in eius commodum, & vtilitatem cesserint, vt percipere eos valeat, possitq; libellos etiam, qui ciuiles fructus cùm sint, dietim cedũt, vt in superioribus diximus.
49 Accidens verò rei naturam, & essentiam minimè interuertere potis est, cùm accidens præter rei essentiam sit. ex *S. Thoma 1. par. quæst. 54. art. 3. in 2. argum.* Est enim
50 aduentitius casus, & rei naturam nec mutat, nec præuertit. ex Caio lib. 4. rerũ quotidianarum, siue aurearum in *l. naturalem 5. §. apium quoque.* ibiq; *Bart. in summario ff. de acquirendo rerum dominio. Royas de hæreticis part. 2. assert. 8. num. 160. in fin. Anton. Monac. decis. Lucens. 14 nu. 43. Rota in Viterbien Castrorum 9. Decembris 1620. coràm Card. Sacrato decis. 418. num. 6. in supplemento 5. pari. recentiorum per Rubeum.* Et quid (quęso te) si anno integro vacationis nulli omninò fructus fuissent, neque etiam ex exigendis liuellis, & censibus, quòd domus locatæ nõ fuissent, nunquid ad fructus sequẽtibus annis in Domini Prioris vtilitatem cessis, ac maturis regressum habebit? non vtiquè. Quia præfinito tantũ tempore, integri anni post Mortuarium defuncti Commendatoris, Vacantias sibi Religio reseruauit, nec vltrà. Illo igitur anno sua exiget iura: Quia sic ipsa disposuit. vt in superioribus perpẽdimus. Seruet proinde legẽ, quã ipsa
51 dixit. Sitq; aliàs legibus in cõmune bonũ rogatis standum, neq; ab illis discedendũ.
52 *cap. 1. de constitutionib.* alioquin peccatum in promptu est. Quia legis transgressio periculum salutis inducit, sicut etiam & receptæ consuetudinis. ex Gregorio Nono in *cap. cùm tantò sint 11. aliàs fin. de consuet. S. Thoma prima secunda, quæst. 96. art. 4.* diximus *respons.* nostra 81. *num. 9. part. 4.*

Nec ad rem facit, quod in Bullis, quibus Illustrissimo Priori collata Commenda
53 fuit, adiecta sit clausula: *(saluo etiam, & reseruato iure Mortuarij, & Vacãtis.)* quæ clausula restrictiua cùm sit, atq; modificatiua, reprimit concessionem, vt non aliàs facta videatur, nisi reseruato iure Mortuarij, & Vacantis. vt plenè deducit *Barbosa de clausul. claus. 139 num. 1. 2. & num. 17.*

Inficias haud porrò it Illustris. Prior reseruationem hanc *(saluo iure Mortuarij, & Vacantis)* concessionem reprimere; ita quidèm, vt in sui commodũ, non nisi post expletum annum Vacantis, fructus cedere incipiant; sed quòd, expleto illo, Priori fructus debeãtur, & in eius commodũ (liuelli
54 præsertim) dietim cedant. vt in superioribus firmauimus. Quin hæc ipsa clausula pro illo per quàm optimè facit. cùm exci-
55 piendo Mortuarij ius, atq; Vacantis, post illud, firmam regulam reddat, debere fructus omnes Prioris in commodum cedere. vt adnotat idem *Barbosa d. claus. 139. nu. 17.* & *Card. Tuscus tom. 2. lit. C. conclus. 334. nu. 3.* firmauimus Nos *respons.* nostra 80. *num. 32. & 33. part. 4.* idemq; *Barbosa axiom. 85. nu. 4. Rota* apud *Seraphin. decis. 718. num. 7.* & in *Clusina iurispatronatus 4. Iulij 1636.* coràm *Card. Macchianello decis. 113. num. 3. in nouis additis ad praxim Viuiani de iure patronat. & in eadem 11. Maij 1640.* coràm *Rojas decis. 114. num. 6.* apud *eundem.* Neq; exceptio illa, & clausula, *saluo, &c.* de hac re in indiuiduo loquitur, sed in genere, de iure Mortuarij, & Vacantis; intra tempus scilicet
56 Mortuarij ipsius, & Vacantis, quod per annum, ipsumq; continuum procedit. intra illum igitur ius est reseruatum, non verò vt post illum fructus Prioris in commodum non cedant. vt in superioribus de termino perpendimus, quod scilicet comprimat. quarè in idẽ recidimus, principiumq; pe-
57 timus. Qui verò exceptionem dicit, ipse probandi præmitur onere. ex Celso lib. 6. digestorum in *l. cùm de lege 17. ff. de probat.* diximus *respons.* nostra 43. *num. 28. part. 4.* firmo interim ex regula Prioris iure permanente.

Nec liberationes aliàs factæ, & allegatæ
58 quidquam probãt. Et quia factæ partibus inauditis, & causa nõ discussa, vt nullo modo afficiant. ex Paulo lib. 5. sententiarum in *l. de vnoquoque 47. ff. de re iudic.* & Vlpiano lib. 1. de officio Proconsulis in *l. nam ita Diuus 39. ff. de adoptionib.* & Gregorio IX. in *cap. in nomine Domini 2. de testib.* diximus *respons.* nostra 98. *num. 27. & 28. part. 4.* Et
59 quia ex communi consensu quandoq; factæ fuere. Volenti propterea, & consentiẽti nulla irrogatur iniuria. ex regula *scienti 27. de regulis iuris in 6 & l. 1. §. vsque adeò. ff. de iniurijs. S. Thomas 2. 2. quæst. 59. art. 3. Barbosa axiomat. 126. num. 1.* Facerent verò quidquam liberationes prædictæ, si causa discussa factæ fuissent. Remanet igitur libera facultas Illustrissimo Priori fructus omnes excipiendi post expletum tempus Mortuarij, atq; Vacantiarum anno. Nulla proindè sibi iniuria, quin exigat, inferenda. Verùm non iniuriam facere, qui ex Religione cessionis ius obtinẽt, respondendum censent,
60 sed quod suum est prosequi. Nemini verò facere iniuriam, suo qui iure vtitur. ex Innocentio Tertio in *cap cùm Ecclesia Vulterrana 31. de elect.* ibiq; *Gloss.* verbo *iniuria. Gloss. in can. quæritur 22. §. item opponitur in fin.* verbo *non nocuit 22. quæst. 2.* Non diffitemur propterea, rem hanc difficilem, atq; problematicam esse; atq; proindè, cùm vtrinq; sint rationes, nec contemnendæ, & cum Religione agatur, quæ Mater est, & ijs, qui ab ea causam habent, iuraq; cessa obtinent, neq; aliundè originem non exactio trahat, quàm quòd ex temporum iniuria domorũ pensiones diminutæ sũt, quod

inficias minimè itur, ad concordiam ne-
gotium reducendum, amicabilitèrq; com-
ponendum esse, sicuti in liberationibus ac-
cidit quandoq; ex communi consensu fa-
61 ctis. Quin potest, & debet Iudex sub reatu
quoquè culpæ mortalis in re dubia, & in-
tricata, partes, vt inter se se concordent,
cogere, adigereuè. ex Fœlice Papa II. ad
Episcopos Orientales in *can. si primates* 4.
ibiq; *Gloss.* verbo *pacificare*. 5. *quæst.* 2. & ex
Alexandro Tertio in *cap.* 1. *in fin de deposito*.
Nauar. de oratione, & horis canonicis cap. 19.
62 *num.* 93. *Anton. de Butr. in cap.* 1. *in gloss. in fin. de mutuis petitionibus. Hennigius Geden de necessitate processus Iudicij ordinarij par.* 1. *rub.* 2. *nu.* 16. apud *Roffredum* ad calcem *tract. de libellis. fol. mihi* 774. & sequuta fuit Rota pluries apud *Card. Mantic. decis.* 135. & apud *Card. Caualer. decis.* 132. *in fin.* Amicabilitèr igitur concordabunt.

Atquè ita ex his, iudicio non abiecto saniori, quin expetito, votum, requisiti, damus, atq; respondendum censemus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

Vt consilium dedimus, amicabilitèr negotium compositū fuit, finemq; vidit. centum namq; quinquaginta aureos, Religionis Cessionarij acceperunt, & reuersi sunt gaudentes, litesq; steterunt.

SVMMARIVM.

1 *Voluntates defunctorum sanctas, venerandasq; semper esse sacra decreuere leges.*
Ecclesiastica quoquè.
Quia nihil est, quod magis illis debeatur, qui ex hisce nostris discesserunt. num. 2. *& num.* 69.
Est quippè lex defuncti voluntas in bonis suis. num. 3.
Nec quisquam valet deturbare eam. nu. 4.
Peccabit igitur, qui eam deturbat. num. 41. *& num.* 70.
5 *Mortuo non conuitiandum. Prouerbium.*
Quod faciunt, qui eius se opponunt voluntati.
Mortuum rursus occidere. Adagium. nu. 6.
Mortuo Leoni etiam Lepores insultant. num. 7.
Eiusq; conuellunt barbam.
Ratio affertur ex Homero. num. 8.
Mortuorum cadauera, & si furta non sentiunt, magna tamen est impietas eorum, qui mortuorum spoliant cadauera. nu. 9.
10 *Sepulchri violati actio infamiam irrogat.*
11 *Morte dissoluuntur omnia, quæ humana sunt.*
Morte vtiquè naturali. num. 12.
Namq; mors compositum dissoluit, ex anima & corpore constans. num. 13.
Anima vt forma, corpore vt materia. & num. 16.
13 *Anima forma est per se, & essentialitèr compositi humani.*
14 *Actiones nullæ sunt, neq; operationes, composito dissoluto.*
Sunt enim posterior pars entis, essentia prior.
15 *Operari non potest, quod non est.*
17 *Locus Apostoli ad Hebræos* 7. 23. *de Christi sacerdotio æterno. expenditur.*
18 *Mentē testatoris ex verbis venari nos oportet.*
Quemadmodùm & Legislatoris.
Ne deterioris conditionis videantur esse ij, quos testator nominauit.
Quàm quos non ipse; sed alij ab ipso. nu. 19.
Vt differentia videatur esse inter vnos, & alios. num. 20.
21 *Voluntas defuncti primas obtinet in quacunq; dispositione.*
Eaq; illas regit.
Et sat est id ex ipsa dispositione apparere. num. 22.
Et facit totum voluntas defuncti. num. 24.
Finemq; dispositioni reddit. num. 27.
23 *Animus, quo fuit testator, conditionem facit.*
Nam quid senserit spectandum est. nu. 24.
25 *Distinctio, quam fecit testator, non frustra æstimanda.*
26 *Dictio* (tantùm) *exclusiua est aliorum.*
Nec vltrà expressa progreditur. num. 28.
Sed illis firmatur.
29 *Iter tantùm qui habet, iumentum ducere non potest.*
Iter, & actus differunt. num. 30.
31 *Testamenta non rudi Minerua, sed subtili indagine perscrutanda sunt.*
Neq; vltrà exposita, verba dilatanda testamentorum.
32 *Mutabilitas perpetuitati opponitur.*
Vt quod mutabile est, perenne non sit.
33 *Mutabile quod est, & temporale, ex accidenti perpetuum fieri potest.*
Quod iure tempus præfinitum non habet.
Est temporale in actu signato, & potentia, perpetuum verò in exercitio, & ex parte post. num. 34.
35 *Capellanos ad nutum amouibiles esse, viri boni arbitratu exauditur.*
36 *Voluntas testatoris lex est ijs, qui in eius bonis succedunt.*
37 *Hæres cùm hæreditatem adit quasi contrahere videtur de voluntate implenda defuncti.*
Cum legatarijs potissimùm.
38 *Pactis nō stare, eaq; rumpere, & re graui violare, mortale.*
Nàm à natura proficiscitur pacta seruare.
Quia nihil tàm congruum est humanæ fidei, quàm pactis stare. num. 39.
40 *Pacis nomen à pacto deducitur.*

41 *Volun-*

41 *Voluntatem deturbans testatoris, eamquè non implens, peccat. & num.70.*
Vt censuris subijci valeat.
Etiam ex Iudicis officio. num.76.
In rebus pijs præsertim, & pro animabus purgatorij. num.77.
42 *Capellanorum electio demandata hæredibus seruanda.*
Vt nullum aliud onus eis adiungere valeat.
Quod si fecerint peccabunt. ratio affertur. num.69.
Ius enim habere dicuntur, & in actu primo, & in actu secundo. num.47.
Simonia proindè inuoluitur. num.55.
Demandauit enim illam testator pro anima suæ salute. num.63.
Et vt munificentiam, liberalitatemq; suam in illos demonstraret. num.64.
Atq; ferueutiùs orarent. num.67.
Pactaq; videtur ad familiæ splendorē.nu.71.
43 *Hæres voluntatem non implens defuncti, hæreditatis indignum se reddit.*
Nec cōtra auctoris sui factum venire potest.
Quin furti reum se facit. num.44.
45 *Furti nomine omnis intelligitur rei alienæ vsurpatio.*
Et quicquid illicitè rerum proximi aufertur.
Furtumq; committit, qui rem cōtrectat alienam inuito Domino. num.45.
Furtum quid? num.46.
Et est lege naturali prohibitum.
48 *Iniquitas peccatum est.*
Et omnia præcipitat, & in pessum tradit. num.49.
Et velox est iniquitas, quæ ad nocendum occasionem fugerit. num.50.
51 *Iniustitia peccatum est cum obligatione restituendi quod ablatum est.*
52 *Peccatum nō remittitur, nisi restituatur ablatum.*
Et nisi inæqualitas, quæ per ablationem facta est, æqualitati reddatur. num.53.
54 *Restitutio est cùm iteratò in possessionem rei suæ quis reponitur, & integrum ius suum recipit.*
56 *Simonia quid?*
In hæresim proclinat. num.57.
Quia Spiritum sanctū, eiusq; dona, quæ gratis præstāda sunt, pretio distrahere tentat.
Irreuerentiam igitur Deo, eiusq; sacris rebus exhibet. num.58.
Est ergo sacrilegium.
59 *Sacrilegium sacræ rei est violatio, & irreuerentia.*
Sacrilegi, sacrilegijq; pœna excommunicatio est. num.60.
Ratio affertur.
61 *Prouerbium:* Meliùs est mori, quā fœdari.
Moriendum prinsquàm aliquid morte dignū commiserit. ex Aristotele.
62 *Susanna mortem potiùs elegit, quàm in Deum peccare.*
Faciunt omni laude dignissimum.
65 *Legatum donatio est testamento relicta.*
Et propter hoc facit testator, vt liberalitatē, & munificentiam suam in legatarium exerceat. num.66.
68 *Animabus in purgatorio purgantibus, orationibus, & sacrificijs succurritur, vt ab acerbissimis illis pœnis liberentur.*
Præsertim verò incruento missæ sacrificio. num.78.
72 *Funeris curatio, & sepulturæ splendor, exequiarumq; pompa viuorum magis consolatio sunt, quàm subsidia mortuorum.*
Et vt Deus benedicatur. num.73.
73 *Sepulchrorum erectio, & statuarum superpositio ad familiarum splendorem cedit.*
Meritò nullum in illis ius est creditoribus.
74 *Statuas honoris causa positas, nemo diruere potest.*
Nequè etiam ipse, qui posuit.
Interest enim ei, eas non tolli. ex Vlpiano. num.75.
76 *Iudicis officium manet ad auctoritatem defuncti conseruandam.*
79 *Crimina multa vno in facinore esse possunt. ex S.Ambrosio.*
80 *Herodes amputari fecit caput Ioannis Baptistæ, ne puellam saltantem contristaret.*
81 *S. Ioannis Baptistæ Caput, dimidium Regni apud Herodem scelestissimum valuit.*

ARGVMENTVM.

Defunctorum voluntates, quas elogijs declarauere scriptis; modis omnibus implere hæredes oportet, ne legem violent defuncti, seq; indignos hæreditate faciant. Quasi contrahūt quippè de voluntati faciendo satis defuncti cùm hæreditatem subeunt. Capellani, quos testator delegit vita eorum durante tantùm, nùm argumento sint, vt quos hæredes in posterùm deligere debebunt, amouibiles iudicentur? Et nùm ad nutum? Possint ne hæredes, qui Capellanos deligere debebunt, aliud eis iniungere onus, quàm quod à testa-

tore demandatum est, sacris
quotidiè operandi, certa statu-
ta stipe? Et nùm furtum face-
re iudicentur? An verò simo-
niæ in crimen impingant? Vel
iudicetur testator, vt munifi-
centiam, & liberalitatem in il-
los ostēderet, stipem illam am-
pliorem reliquisse, vel in fami-
liæ suæ splendorem? Nùm in
sepulchris, & statuis ius esse
possit creditoribus?

RESPONSIO XXXIX.

1 SAnctas, venerandasq; semper decre-
uere leges, Ecclesiasticæ quoq;, eorū
supremas voluntates, qui ex hisce
rebus humanis abrepti in alterum transi-
2 uere mundum. Quòd nihil sit aliud, quod
illis magis debeatur, quàm, quòd eorum,
qui reuerti iterùm ad hæc terrena nō pos-
sunt, firma sint iudicia, nec deserantur su-
premæ volūtates. vt Constantinus, ille Ma-
gnus, Cæsar Augustus sua decreuit lege,
aperuitq; determinatione in *l. 1. C. de sacro-*
3 *sanct. Eccles.* Est quippè lex defuncti volun-
tas, in his, quæ de rebus suis, cùm hinc pro-
ficisceretur, iustè, sanctèq; disposuit. Nullo
4 valente citrà illius voluntatem, nec si sacrā
impetret formam; nec si quispiam aliud
omniū, aliquid alitèr disponere malens. Iu-
stinianus testatur Cæsar in *§. disponat itaq; vnusquisquè. in auth. de nupt. collat. 4.* Erat q;
duodecim Tabularum lege, secundùm an-
tiquam, & patriam linguam ita dispositū:
Vti legassit quisquè de sua re, ita ius esto.
5 Non itaq; *Mortuo conuitiandum*, vt prouer-
bio fertur. ne videantur, qui se eius oppu-
6 gnant voluntati: *Mortuum rursus occidere.*
veteri Adagio vt dicitur: eiq; insultēt, qui
se tueri non potest. Fiatq; locus, & illi, quæ
7 dicitur, paræmiæ: *Mortuo Leoni, & Lepo-
res insultant.* quod lepidissimè Anglica-
nus Martyr Thomas Morus sic transtulit:
Non metuunt Lepores defuncti mēbra Leonis.
& Parœmiographus ex Græco:
Audet vel Lepus exanimi insultare Leoni.
Alciatusq; emblemat. 154.
*. . . . . sic cassi luce Leonis
Conuellunt barbam vel timidi Lepores.*
Vndè falsè, scitèq; satis de Ligella iocatur
Martialis lib. 10. epigram 90.
*Quare, si pudor est, Ligella, noli
Barbam vellere mortuo Leoni.*
8 Namq; vt rectè Homerus cecinit:
Non sanctum est viris interfectis insultare.
& Maro Vergilius 11. Æneidos
Nullum cum victis certamen, & æthere Cassis.
9 Nàm & si cadauera furta non sentiunt, ab
omni pietate alienus esse dignoscitur, qui
aliquid mortuis abrogasse mōstratur. *Cas-
sador. lib. 6. variar. epist.* . . dixit. ostenditq;
Tullius ad dictum Alciati emblema 154.
10 Vndè sepulchri violati actio infamiam ir-
rogat. ex Vlpiano lib. 2. ad Plautum in *l. 1.
ff. de sepulchro violato.*
Mortuo proindè insultare putabuntur
Gubernatores Sacri Hospitalis Incurabi-
lium, si quondam Stephani Ambrosini dis-
positioni, qui suis nouissimis elogijs dictū
Sacrū Hospitale rebus suis heredem dixit,
detrahere quidquā, vt putarant, tentabunt.
Is namq; supremum trahens spiritum, cùm
supremas scripsisset tabulas, sic legatum
intulit.

*Item voglio, ordino, e comando, che detto
mio herede (vt supra) instituito, sia tenuto eli-
gere quattro Capellani, quali ogni giorno incef-
santer, & in perpetuū debbano celebrare vna
messa per ciascheduno, per l'anima mia, & in
remissione de' miei peccati; & anco per l'anime,
& in remissione delli peccati delle buon' anime
de mio padre, e madre. la quale celebratione si
debba fare nella Venerabile Chiesa dell'Inco-
rabili, mio herede. Alli quali Sacerdoti, e Ca-
pellani voglio, che se li diano per elemosina per
detta celebratione ducati otto al mese per ciaf-
cheduno. Et anco che debbano celebrare vn' An-
niuersario l'anno in perpetuum, nel giorno di
mia morte; con celebrarsi in detto giorno in
detta Chiesa altre messe di requie numero tren-
tasei. L'elettione de' quali Sacerdoti, e Cappel-
lani si debba fare per li Signori Gouernatori,
che pro tēpore saranno in detto Hospedale mio
herede.* Subnectens:

*Item voglio, che mentre viueranno detti RR.
N. N. N. N. siano Cappellani loro vita duran-
te tantùm.*

Quod itaq; in mentem venit nonnullo-
rum ex dictis Gubernatoribus, vt Venera-
bili Ecclesiæ, siue Hospitali vtilitatem ali-
quam inferant, est, quòd putauerunt: Ca-
pellanos præfatos ita eligēdos, seruitio ad-
dicere Sacristiæ, aliorumq; officiorum Ec-
clesiæ prædictæ, eisq; non aliam pro dictis
officijs elargiri stipem, quàm illam dum-
taxat ducatorum octo in singulos menses
pro factis mysterijs Deo Altissimo singu-
lis quibusq; diebus offerendis à Stephano
suis relictam supremis tabulis. Illiq; luben-
tèr (vt æstimant) onus subibunt, vt Capel-
lani eligantur. Cogitationi huic reluctan-
tur alij. De duobus itaq; dubitari conti-
git, & à nobis responsum depoposcere.
Vnum: sint ne Capellani prædicti, ita
eligen-

eligendi, perpetui, eorum videlicet perdurante vita, vel amonibiles, vt ad nutũ amoueri valeant Gubernatorum? Quòd testator quatnor illos Sacerdotes, quos Capellanos ipse nominauit, eorũ vita perdurante tantùm Capellanos esse voluit. Alterum verò: possint ne Gubernatores præfati Capellanis eligendis onus illud adijcere Sacristiæ, vt nullam aliam referant stipem, quàm illam ducatorum octo in singulos menses, à Testatore eis demandatam pro sactis in singulos dies faciendis? Vtrique, sic respondendo, quæsito fecimus satis.

Ad Primũ. Esse amouibiles Capellanos præfatos indè à posteriori arguimus. Quòd Testator quatuor illos, quos ipse selegit, Capellanos esse voluit dùm vitali perfruerentur aura dumtaxat: *siano Cappellani loro vita durante tantùm*. Neq; porrò in orchum ipsis abeuntibus Capellania in eis esse po-
11 terat ampliùs. Cùm, quæ humana sunt omnia, morte soluantur, dissoluanturq;. ex Iustiniano Cæsare *§. deinceps autem. in authent. de nuptijs. collat. 4.* & *§. simili modo. Instit.*
12 *quibus modis tutela finitur*. morte vtiq; naturali. *Gloss.* ibidem verbo *morte naturali*.
13 exprimit. Soluit quippè mors compositũ hoc humanum ex anima, quę forma est per se, & essentialitèr. ex Sacro Concilio Viennen per Clementem V. in *Clement. vnica. §. porrò doctrinam. de summa Trinitate, & fide catholica*. ibiq; *Gloss.* verbo *intellectiuè*. *Sanctus Thomas 1. part. quæst. 76. art. 3. Nauar. in mes. in 1. prælud. num. 4.* & Nos *respons.* nostra 96. *num. 26. part. 4.* Et corpore, quæ ma-
14 teria est. dissoluto ergo composito, actiones nullæ sunt, nullæq; operationes, quæ posterior sunt pars entis; essentia prior. Il-
15 lud quippè operatur, quod est, quod verò non est, operari minimè potest. post Philosophos *Bald. in l. 1. num. 7. C. de sacrosanct. Eccles.* ex verbis illis Constãtini *d. l. 1.* postquàm iàm aliud velle non possunt. morte scilicet superueniente, vt *Gloss.* ibidem
16 commentum agit, quæ compositum dissoluit, ex anima, & corpore constans. sequiturq; *Rota* apud *Card. Mantic. decis. 286. n. 8.* Non itaq; sacris operari ampliùs poterũt, qui ex hoc corpore discessere, cõposito dissoluto morte. non ergo ampliùs Capellani
17 erunt, qui morte prohibẽtur permanere. vt Apostolus ad *Hebręos 7. 23.* testatur de Sacerdotibus loquens veteris testamenti, ad differentiã Christi IESV, qui Sacerdos est in æternum: *Et alij quidèm* (inquiens) *plures facti sunt Sacerdotes, idcirò quod morte prohiberentur permanere: hic autem* (IESVS videlicet) *eò quòd maneat in æternum, sempiternum habet Sacerdotium. Vndè & saluare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum: semper viuens ad interpellandum pro nobis*. Sempiternũ habet Sacerdotium, quod præterire, vel in alium successorem transire non potest, quia ipse semper viuit, vt Sacerdos, & mediator noster, vsq; in æternum. ex *Estio*, & *Cornelio à Lapide*. sequitur *Ioannes Gorcum* ad dictum *cap. 7.* Pauli. Permanere itaq; Capellani, qui iàm electi à testatore fuerant, post eorum suprema funera, non vtiq; poterãt, eò quòd morte prohiberentur permanere. Dixit autem eos Capellanos vita eorum durante tantùm; quia noluit illos mutari posse, dùm in humanis adhùc nobiscum agebãt. Innuit proindè consequẽtèr, alios, qui post eos eligendi forent, posse vtiq; mutari ex
18 causa. Ex verbis quippè mentẽ venari nos oportet disponentis, vt quid ipse senserit aduertamus; quemadmodùm & Legislatoris; quàmuis verborum cortex aliud in-
19 nueret, designaretuè. Ne deterioris conditionis viderentur illi esse, quos speciali gratia sibi delegit testator, atq; vita eorũ perdurante, Capellanos esse voluit; quàm illi, quos postmodùm, & deinceps Gubernatores electuri fuerant. Ex Modestini sensu lib. 4. excusationum in *l. scire oportet 15. §. aliud etiam inuenimus. ff. de excusationibus tutorum, & temporibus earum.* eius in mediũ verba referimus: *Erit igitur deteriore loco, qui longiùs habitat, eo, qui intra centum milliaria est, vel in ipsa Ciuitate. si vtiq; his quidèm super quinquaginta dies spatij sunt, illis verò pauciores: sed etsi maximè verba legis hunc habeãt intellectum, tamen mens Legislatoris aliud vult.* Hoc enim sentire voluisse testator videtur, quãuis de Capellanis per Gubernatores eligendis hoc apertè non
20 dixerit; vt differentia videatur esse inter eos, quos ipse sibi selegit, & perpetuos esse designauit, vita eorũm durante tantùm, *siano Capellani loro vita durante tantùm*; & eos, qui postmodũ per Hospitalis Guber-
21 natores eligẽdi erant. Primum quippè locum in dispositionibus voluntas defuncti obtinet. eaq; dispositiones regit. ex Vlpiano lib. 5. disputationum in *l. in conditionibus primum locum 10. in princ. ff. de condit.*
22 *& demonstr.* Sat est enim id ex ipsa dispositione appaiere, eius, qui ex humanis excessit. vt *Gloss.* ibidẽ verbo *primum locum.* aduertit ex subsequenti *§ hæc scriptura.* ibidẽ. illis Vlpiani verbis: *nisi fortè hoc animo fue-*
23 *rit testator, vt faceret conditionem.* Animus porrò, quo fuit testator, conditionẽ facit. vt *Gloss.* ibidem verbo *hoc animo.* ostendit. dicens: *nota, animum facere conditionem.* Rationem reddit Vlpianus idem lib. 4. disputationum in *l. ex facto proponebatur 35. §. rerum autẽ Italicarum. ff. de hæredib. instituend.*
24 qui sic loquitur: *Et facit quidèm totum voluntas defuncti. nàm quid senserit spectandũ est.*
25 Indè quippè distinxit testator illos solos Capellanos vita eorum perdurante tantùm perpe-

perpetuos esse, quos ipse destinauerat; vt qui à Gubernatoribus eligendi erant, perpetui non essent. vt idem subnectit Vlpianus sequentibus verbis in d. §. rerum autē Italicarum: *Verumtamen* (inquiens) *hoc intelligendum erit, rerum Italicarum significatione eas contineri, quas perpetuò quis ibi habuerit, atq; ita disposuerit, vt perpetuò haberet.* Illos quatuor tantùm, quos ipse nominauit, perpetuos esse voluit; *sicuti Cappellani loro vita durante tantùm*. Non ergo alios perpetuos esse amauit. vt dictio illa *(tantùm)* ad Capellanos referatur, illos scilicet perpetuos esse ad vitam, quos ipse nominauit, non ad alios extendi, alioquin dictio illa

26 *(tantùm)* nihil operabitur. quæ cùm exclusiua sit aliorū, ad illos tantùm firmabitur, quos nominauit ipse, & ad quos finem testatoris voluntas fecit. ex Papiniani sensu lib. 11. responsorū in *l. qui aliena negotia 33. §. libertos. ff. de negot. gest.* ratione, qua illo

27 in casu ipse vsus fuit: *Cùm voluntas* (in-

28 quiens) *finē erogationi fecerit*. Dictio quippè *(tantùm)* vltrà expressa nō progreditur, sed in illis sistit, & firmatur. ex Paulo lib. 39. ad edictum in *l. qui sella 7. ff. de seruitut.*

29 *rustic. præd.* verba damus Pauli: *Iumentum veò ducere non potest, qui iter tantùm habet.* ex ratione, quam *Gloss.* ibidem verbo *iter* affert. ex Modestino lib. 9. differentiarum in *l. inter actum, & iter 12. ff. eodem.* Quia scili-

30 cet: Inter actum, & iter nonnulla est differentia. Idemq; patet ex Innocentio III. in *cap. cùm Ecclesia Sutrina 3. §. partibus igitur. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* illis verbis: Quòd ad eos tantùm spectaret electio. *ibiq; Panormitan. num. 9. Bart. in l. 1. num. 1. & Iaſ. nu. 9. ff. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit. Barboſa* qui plures recenset *de dictionib. dict. 402. num. 2.* sequutus fuit Regius Consiliarius *Paulus Staibanus resolut. forenſ. resol. 30. num. 20. & resol. 52. num. 14.* Vt itaq; perpetuos, quos ipse selegit Capellanos, vita eorum perdurante, esse voluit testator; ita pariq; ratione amouibiles illos reliquit, quos in posterùm Gubernatores eligere debebant. ne in eius verbis repugnantia esse vi-

31 deatur, quando non rudi Minerua, (vt dici assolet) sed subtili indagine sint testamenta consideranda. ex Iustiniani Cæsaris perpensione in §. nos igitur legis, & testamenti. in Authent. de restit. fideic. collat. 9. *Vndè subtiliùs* (inquiente) *testamentum considerantes, verbis ipsi inuenimus hæredibus demonstratis filys alienationem interdictā, quando futuri essent sine filijs fungi vitam: non vlteriùs verò ijs, qui solùm eis successerint filijs; sed sufficere defunctorum vsq; ad filium stare interdictionē.* Subtili ex indagine ex verbis testamenti alienandi interdictionem, non vltra filios progredi argumentatus est Cæsar: nos verò diffitebimur ex verbis testatoris, non perpetuam argumentari Capellanorum in posterùm futuram electionem, quando illos tantùm vita eorum durante perpetuos esse voluit testator, quos ipse designauit? Erunt igitur amouibiles Capellani in posterùm eligendi, non tamen ad nutum, sed ex causa, neq; leui. Perpetui-

32 tati nēpè mutabilitas opponitur, vt quod mutabile est, perenne non sit. ex Claudio Cæsare in *l. falsò asseueratur 2. C. de perpetuis reſcriptis.* ibiq; *Gloſſ.* verbo *perennia.* & *Authent. perpetua quoquè. C. de sacroſ. Eccleſ.* quæ ab *Authent. hoc ius porrectum* cum alijs sequentibus canonizatæ, & inter sacros relatæ canones fuere per Gratianum in *can. ea enim quę 2. §. perpetua quoq; 10. quæſt. 2.* ibiq; perpendit *Gloſſ.* verbo *perpetua.* perpendimusq; *responſ.* nostra *64. nu. 46. & ſeq. par. 4.*

33 Quemadmodū quàmuis mutabile, ac temporale quidquam sit, perpetuum tamen dici ex accidenti poterit, quod iure tempus præfinitum non habet. ex Papiniano lib. 8. quæstionum in *l. sufficit ad cauſam 56. ff. de condict. indeb.* verba excipe Papiniani: *Nam qui ne conueniatur, donec Titius Conſul fiat, paciſcitur, quia poteſt, Titio decedente, perpetua fieri exceptio, quæ ad tēpus eſt, Titio Conſulatum ineunte: ſumma ratione dicetur, quod in-*

34 *terim ſoluitur repeti.* Est quidèm temporale in actu signato, & in potentia; at fit perpetuum in exercitio, quia ex post facto, & ex parte post, non mutatur. Eiusdemq; sensus, & ipsemet est Papinianus. lib. 5. responsorū in *l. iuriſperitos 33. ff. de excuſat. tutor. & tempori. earum.* ibiq; *Gloſſ.* verbo *non haberet.* sequiturq;, per quàm optimè *Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. quæſt. 22. num. 2.* Non itaq; ad nutum amouibiles erunt hi Capellani, quia ad nutum eos amouibiles non dixit

35 testator, amoueri tamen poterūt ex causa. Quàmuis, etsi ad nutum amouibiles essent, id ex boni viri arbittatu exaudiretur. ex *Menoch. eod. lib. 1. quæſt. 8. num. 10. & ſeq. & nu. 60.* deduximusq; Nos pluribus *d. noſtro reſponſ. 64. à num 47. cum ſeqq. ad finem.* Et siquidèm perpetui esse poterunt, si virtute se gesserint.

Ad Secundum verò; haud posse Gubernatores Capellanis ex defuncti testatoris voluntate eligendis, eò, quòd Capellanos elegerint, onus à testatore non demandatum, adijcere Sacristiæ, quàmuis illi se tali subijcere oneri lubentèr asserant; si autem id fecerint, contra iustitiam peccare, & ad restitutionem teneri damnorum, dicimus.

36 Est profectò testatoris voluntas lex ijs, qui ex bonis suis commodum percipiunt. Quam ob causam cùm hæreditas defuncti adhitur, quasi contrahit hæres, (cum legatarijs præsertim) de voluntate implenda defuncti. ex Iustiniano Augusto in *§. hæres quoquè. Inſtitut. de obligat. quæ ex quaſi contractu*

tractu nascuntur. & ex Caio lib.4. rerũ quo-
tidianarum in *l. ex maleficijs 4. §.hæres quo-
què. ff.de action.& obligat.* ibiq; *Gloss.* verbo
38 *intelligitur*. Pactis autem non stare initis,
eaq; rumpere, & in re graui violare, mor-
tale est.ex *cap.1.de pactis.* in Concilio Afri-
cano. Quod ex natura proficiscatur ipsa;
39 pacta vt seruentur. Quid enim tàm con-
gruum est humanæ fidei, quàm ea,quæ in-
ter eos placuerint,seruare. Vlpianus lib.4.
ad edictum in *l.1.ff.de pactis.* sanctè respon-
40 dic. Indè quippè & pacis nomen appella-
tum esse, à pacto. *idem* subnectit. Ex graui
ergo damno, quod Capellanis eligẽdis in-
41 ferent, & quod voluntatem deturbabunt
defuncti testatoris, grauiter peccabũt Gu-
bernatores, vt censuris quoq; adigi valeãt
ad illam seruandã. ex Concilio Carthagi-
nense in *can. qui oblationes 9.* & Cõcilio Va-
rense in *can.qui oblationes 10. 13.quæst.2.* ex
Gregorio Magno in *can. vltima voluntas 4.*
ibiq; *Gloss.1. d.13. quæst.2.* & Gregorio IX.
in *cap.tua nobis 17.de testam.*diximus pluri-
bus *respons.*nostra 17.*num.17.& seq. & res-
pons.35.num.10.cum seq.par.1. & respons.19.
num.2.& seq.pars.4.*
42 Deindè testatoris lege nil aliud Guber-
natoribus demandatum fuit,nisi vt Capel-
lanos deligerent. *L'elettione de' quali Sa-
cerdoti,e Cappellani si debba fare per li Signo-
ri Gouernatori, che pro tempore saranno in det-
to Hospedale mio herede.* Nullum ergo aliud
onus adiungere illis poterunt, quàm quod
testator iniunxit,sacra videlicet mysteria
Deo Altissimo in singulos dies offerendi:
*Quali ogni giorno incessantèr, & in perpetuũ
debbano celebrare vna messa per ciascheduno
per l'anima mia, & in remissione de' miei pec-
cati, & anco per l'anime, & in remissione de'
peccati delle buon'anime di mio padre, e ma-
dre. la quale celebratione si debba fare nella
Venerabile Chiesa dell'Incurabili, mio herede.*
Quidquid igitur oneris, præter hoc sacris
quotidiè operandi, electis iniunxerint Ca-
pellanis, vel illis eligendis, vt oneri assen-
tiantur, præter voluntatem defuncti erit.
Illius itaq; transgredientur legem, & vo-
luntatem. peccabunt proindè. quin indi-
43 gnos hæreditate se facient, & Ecclesiam
hæredem perturbabunt. Cùm contra au-
ctoris sui factum venientibus, vt indignis,
hæreditas legibus auferatur:nec eis liceat,
hæreditatem capientibus, contra auctoris
sui prosilire iudiciũ. verbis loquimur Ge-
lasij Papæ ad Crispinum, & Sabinum Epi-
scopos in *can.Syluester 13. 11.quæst.1.*& ad-
notat *Gloss.* ibidẽ verbo *patris.* cuius quoq;
sensus Iustinianus Augustus fuit in *l. vlt.&
auth.hoc ampliùs. C. de fideicommiss.* diximus
*d. respons.*nostra 35.*num.12.part.1.*
44 Et quidèm furti se reos duplici facient
iure: & quòd defuncti bona contra eius
voluntatem contrectabunt; & quòd à Ca-
pellanis, cùm eos oneri subijciẽt Sacristiæ,
stipem auferẽt,mercedemq;, quæ ob onus
illud Sacristiæ debebatur illis: & nihilo-
minùs onus adijcient, quod illis non de-
betur,nequè portare tenentur. Diminuent
proindè certam eis, debitamq; stipem. au-
45 ferent vtiquè,atq; furtum patrabunt. Fur-
ti enim nomine benè intelligitur omnis il-
licita vsurpatio rei alienæ. & quidquid il-
licitè rerum proximi aufertur. ex verbis
Augustini lib.quæstionum Exodi quæst.71.
relati *can. Pœnale est 13. 14.q.5.* Furtumq;
45 committit,qui rem contrectat alienam in-
uito domino. ex Gregorio IX. in *cap.dudũ
Ecclesia Rotomagensi 54. §.& retinendo bene-
ficia.*ibiq; *Gloss* verbo *furtum.de elect.* Nam-
46 què furtum est cõtrectatio rei alienæ frau-
dulosa, lucrifaciendi gratia, vel ipsius rei,
vel vsus eius, possessionisuè; quod lege
naturali prohibitum est admittere. ex Iu-
stiniano *§ furtum est. Institut de obligationi-
bus,quæ ex delicto nascuntur.* ijsdemq; verbis
Paulus lib.39. ad edictum in *l.1. §.furtum
est. ff.de furtis.* Vtroq; itaq; modo furti se
47 reos perbellè facient. Vel enim eligendis
Capellanis onus adijcient hoc; & cùm illi
in actu primo,& in potentia ius habere di-
cantur ad commodum illud ducatorum
octo in singulos menses pro absoluto one-
re semel singulis diebus Deo Altissimo sa-
cra offerẽdi; fiet vtiq; illis iniuria,& quod
eis testatoris voluntate ius est quæsitum,
aufertur, diminueturq;, ac detruncabitur.
Vel verò iàm electis capellanis in actu se-
cundo,& exercitio onus adingẽt Sacristiæ,
vel quid aliud; multòq; magis fiet illis in-
iuria; quia aufertur eis,quod dispositione
testatoris iure debetur. Est enim per ele-
ctionem in actu secundo ius illis acquisitũ
habendi ducatos octo in singulos menses
pro onere dùmtaxat in singulos dies in-
cruenta mysteria faciendi, litandiq; ergo
48 furtum,& iniquitas. Iniquitas autem pec-
catum est,siue peccatum est iniquitas. sicut
Ioannes epist.1. 3.4. loquitur. & nos verbis
49 eius. Iniquitas verò omnia præcipitat, &
in pessum trudit. ex *Gloss. in can. sacerdota-
le 1.*verbo *subitò. dist.61.* at *Gloss.in clement.
pastoralis 2. §. verùm quia.* verbo *præcipita-
tione. de sentent. & re iudic.* Namq; velox est
50 iniquitas, quæ ad nocendum occasionem
fugerit. vt Adamantius,& Hesychius dixe-
runt,relati *can. inter hæc hircum 34. §.sed ir-
rationabilis impetus. de pœnit.dist.3.* Inuolui-
51 tur propterea & hic iniustitia, quæ & ipsa
peccatum est cum obligatione restituẽdi,
52 quod ablatum est. Nam non remittitur
peccatum,nisi restituatur ablatum. ex Au-
gustini regula ad Macedonium epist.59.in
*can.si res aliena 1. 14.quæst.6.*relata per Bo-
nifacium VIII. in *regula peccatum 4. de re-*

53 *gulis*

53 *gulis iuris in 6.* & nisi inæqualitas, quæ per
ablarionem facta est, æqualitati per restitutionem reddatur. ex *S.Thom. 2. 2. q.62. art.2. in corpore.* diximus *respons.* nostra 92. *num.25.& 26. part.4.*
54 Restitutio enim est, cùm iteratò in possessionem rei suæ quis reponitur, ex eodem *Thom.* ibidem, & integrum ius recipit suũ. ex Paulo lib.1. ad edictum in *l. quod si minor 25. §. restitutio autem. ff. de minorib. Gloß. in cap. ad nostram 11.* verbo *sufficere. de reb. Eccles. non alien.* diximus *respons.* nostra 58. *nu. 17. ad 23. part.4.* Ni itaquè in suo pristino esse, quod testatoris lege est illis concessũ, ipsi conseruentur Capellani, in peccato sũt vtiquè Gubernatores. Præter quàm quòd
55 nequè à simoniæ labe excusari poterunt. Cùm equidèm ipsi, vt Capellanos eligant, Sacristiæ oneri nulla alia accepta stipe voluntariè vt se supponant, extorquent, commodum, vt percipiant ducatorum octo in singulos menses pro sacris dies in singulos pro testatoris anima Deo Altissimo offerendis; vt stipes, quæ illis aliàs pro Sacristiæ onere soluebatur, in Ecclesiæ lucrũ cedat, ipsiq; pro illo onere gratis seruiant: extorquent vtiquè, & quasi electionis in pretium stipem illam capiunt, quæ pro onere Sacristiæ iustè illis per priùs soluebatur. rem itaquè sacram, (nam ad sacra facienda eliguntur) accepto vendunt pretio. in simoniæ igitur labem incidunt; quia rem sacrã, & spiritualem, vel spirituali annexam, pre-
56 tio distrahere tentant. Est quippè simonia, studiosa voluntas emendi, vel vendẽdi pretio rem spiritualem; vel spirituali annexã. vt ex Vrbano IV. in *can. Saluator 8. 1.q.3.* & *Gloss. in summa 1.* verbo *quidam. 1. quæst.1.* definit *S.Thom. 2.2. quæst.110. art.1. Nauar. cons.49. num.1. lib.5. de simonia. & in manual. cap.23. num.100.* deduximus *respons.* nostra 44 *num.24. part.4.* sequitur *Pater Franciscus Bardi* Siculus ex Illustrissima Societate IESV in *explicationem Bullę Cruciatæ par.2.*
57 *tract.1.c.1. sect.1.n.2.* Simoniæ verò crimen in hęresim proclinat, quia Spiritum sanctũ, eiusquè dona, quæ gratis præstanda sunt; (*Gratis accepistis, gratis date.* Matth. 10. 8.) pretio distrahere tentat. ex Gregorio Nanzianzeno Magno illo Theologo, & Episcopo in *can. qui studet 11. 1. quæst.1.* ex *S.Tho-*
58 *ma d. quæst. 110. art.1.* Irreuerentiam itaq; Deo, eiusq; sacris rebus exhibet. est ergo
59 sacrilegus. Quia nimirùm sacrilegium sacræ rei est violatio, & irreuerentia. *Glos.1. in can. sacrilegium 4. 17. quæst.4. S.Thom. 2.2.*
60 *quæst.99. art. 1.2.3. & 4.* Sacrilegi verò, sacrilegijq; pœna condigna, excommunicatio est. Quia dignè extra gremiũ habetur Ecclesiæ, & à sacrorum cõmunione sciungitur, qui sacris iniuriam inferre veritus non fuit. *S.Thom. d. quæst.99. art.4.* ex Bonifacio Papa in *can. nulli liceat ignorare 3. in fin.* & Gregorio VII. in *can. quicunquè militum 4. 12. quæst.2.* Ioanne Papa *can. quisquis inuentus 21. 17. quæst. 4.* & Gregorio Nanzianzeno *d. can. qui studet 11. 1. quæst.1.* & Gregorio IX. in *cap. conquestus 16. de foro compet* latè deduximus *d. respons.* nostra 44. *d num.21. cum seq. part.4.* Non ergo leue est hoc peccatum. In hoc ergo tàm execrandũ dabunt facinus Gubernatores, si in assumpto proposito perseuerare eis placuerit. sed
61 *meliùs est mori, quàm fœdari.* & ex Aristotele; *Moriendum priusquam aliquid morte dignum committeris.* Auctor adagiorũ *chiliad.4. centur.9. adagio 11. fol. mihi 1076.* Sic hanc
62 sanctissimam determinationem Sancta selegit Susanna, *Danielis 13. 22.* cùm à scelestissimis illis senibus ad nefaria deposceretur. *Quam ob rem assentire nobis* (dicentibus) *& commiscere nobis cùm: quod si nolueris, dicemus contra te testimonium. quòd fuerit tecum iuuenis, & ob hanc causã emiseris puellas à te. Ingemuit Susanna, & ait: Angustiæ mihi sunt vndique: Si enim hoc egero, mors mihi est: Si autem non egero, non effugiam manus vestras. Sed meliùs est mihi absq; opere incidere in manus vestras, quàm peccare in conspectu Domini.* ò facinus omni laude dignissimum. Desinant proindè ipsi, ne peccent in conspectu Domini, à proposito, quod instituerunt.
63 Prætereà legatũ hoc, præter quàm quòd pro animæ suæ salute, suorumq; parentum reliquit testator vt Capellani sacris operarentur, atq; pro ipsis orarent; reliquit etiã,
64 vt munificentiam, & liberalitatem suam
65 in illos ostenderet. Legatum enim, donatio est quædam testamento relicta. ex Modestino lib.3. Pandectarum in *l. legatũ 37. ff. de legat.2.* & Iustiniano Cæsare *§ legatum. Institut. de legatis.* Propter nullam itaquè
66 aliam causam facit testator, quàm vt liberalitatem, & munificentiam in legatarium exerceat. Vlpianus loquitur, & perpendit lib.12. digestorum in *l.1. in princ. ff. de donat.*
67 Voluit quippè ex hac munificẽtia, & liberalitate, vt excitarentur Capellani ad feruentiùs orandum, atq; frequentius memoriam faciendum eius, qui legatũ reliquit; existentibusq; in purgatorijs pœnis liberiùs, frequentiùsq; subuenirent. ad Innocentij Tertij sensum in *cap. fraternitatem tuam 3.* ibiq; *Gloss.* verbo *frequentiùs. de se-*
68 *pulturis.* Hoc quippè modo animabus succurritur purgatorij illis in pœnis, ijsquè acerbissimis, purgantibus. ex Gregorio II. in *can. anima defunctorũ 22.* & Augustino in *can. non æstimemus 19. 13. quæst.2.* & Honorio III. in *cap. cùm creatura 11.* ibiq; *Gloß.* verbo *pro anniuersarijs. de celebrat. missarum.* diximus latè *respons.* nostra 4. *nu.42. & seq. part.1.* traditq; plenissimè Pater *Franciscus*

Bardi

Bardi è Societate IESV *in explicationem Bullæ Cruciatæ .part. 4. tract. 3. de suffragiis. sect.1 .per tot.& sect.2.3.& 4.cap.1.* Si in alio
distẽdantur exercitio,hoc non ita liberiùs
69 præstabunt Capellani . in causa ergo erũt
Gubernatores; vt suis defraudetur votis testator, cui, vtputa alterius fori effecti, nil
aliud debetur,nisi vt liber eius sit,quod nõ
iterùm redit, arbitrium; factumq; exitum
videat iudicium. ex Constantino Cæsare
Augusto *d.l.1. C.de sacrosanct. Eccles.* Pecca-
70 bunt ergo,nec leui fœminæ. Ceterùm le-
71 gatum hoc ducatorum octo in singulos
menses, munificẽtiùs reliquit testator propter familiæ suæ splendorem, vt esset hoc
viuorum consolatio. ex Gregorij Secundi
mente *d.can. anima defunctorum 22. §. curatio verò funeris 13. quæst.2.* quatènus habet.
72 Curationem funeris, conditionem sepulturæ,& pompas exequiarum,viuorũ magis
solatia esse,quàm subsidia mortuorũ. concinitq; Innocentius Tertius in *cap. sacris est canonibus 12. in fin.de sepultur.* Letabuntur
quippè,qui ex familia sunt testatoris,quòd
dicatur, reliquisse illum quatuor Capellanos, qui quotidiè sacris operentur; stipem
relicta illis exuberanti ducatorum octo in
73 singulos menses; Deumq; præpotentem
benedicent. Et ipsimet Capellani animæ
benedicẽt testatoris,& Deo Altissimo.Hęc
autem summa est viuentium consolatio.
74 Quemadmodùm sepulchrorum erectio; &
quod statuæ illis superponantur, ad familiarum splendorem cedit, vt ius suum nullum in illa ereditoribus esse possit, quòd
distrahi non valeant. ex Paulo lib. 55. ad
legem Iuliam in *l. Aufidius 13.ff. de priuileg. creditor.* verba damus Pauli: *Aufidius refert, statuas in publico positas, bonis distractis eius, cuius in honorem positæ sunt, non esse emptoris bonorum eius, sed aut publicas, si ornandi municipij causa positæ sunt; aut eius, cuius in honorem positæ sunt, & nullo modo eas distrahi posse.* ita Paulus. quo loco Gloss. verbo *aut eius.* quoad memoriam scilicet. Ita
leges memoriæ hominum conseruãdæ curam egèrunt, ne deperiret. & non Gubernatores Sacri Hospitalis, quod hæres à testatore dictum fuit,& cuius hæreditatem
possidet,memoriam eius habebunt,vt eius
firma sit voluntas, & Capellani ab eo relicti, qui sacris quotidiè operentur, relictam
ab eodem perfruantur munificentia, & li-
74 beralitate? Quando nec ipsemet dispositor mutare,quod iàm fecit, posset, si iàm
effectum eius vidisset voluntas. ex Vlpiano
lib.8.ad edictum in *l.statuas 41.ff.de acquir. rer. domin.* de eo loquens,qui statuas in Ciuitate posuit; non posse eas ampliùs remouere: *Vt quod ea mente in publico positũ est, ne liceret priuato auferre, nec ei, qui posuerit.* ea mente.puta in honorem Ciuitatis.Gloss.
ibidem infert commentum agens. eiusdemq; sensus est Labeo lib.6. epitomarum
Pauli in *l.Paulus ait 23.ff.de exceptionib.* nec
retrò à priori sensu idem abijt Vlpianus
lib.71. ad edictum in *l.is, qui puteum 11. §. quæsitum est, & §.seq. si quis de monumento. ff.*
75 *quod vi,aut clam.* Quia interfuit eius,eam
non tolli. de statua honoris causa in publico posita, loquens. Et non è re erit testatoris, vt relicti ab eo Capellani tuti sint.
neq; alieno angantur, grauenturq; onere?
Et quidèm. Eò quippè illos delegit, vt sacra Deo quotidiè offerant,nec alieno gra-
76 uentur onere. Manebit proindè Iudicis
officium ad authoritatem defuncti conseruandam. ex Pomponio lib.13. ad Quintũ
Mutium in *l. Quintus Mutius ait 7. §.Pomponius in testamentis ff.de annuis,& menstruis legatis.* noster Proauus *Robertus Maranta cons.70.num.7* deduximusq; Nos plenè *respons.* nostra *16. num.39 & seq. part.1.* Mul-
77 tòq; magis in hac re,in qua de sacris quotidiè Deo Altissimo faciendis agitur pro
animabus in purgatorio degentibus, vt
quantò citius ab illis grauissimis pœnis,vi
incruenti sacrificij liberentur; quod inter
78 omnia suffragia à fidelibus pro animabus
illis præstita,summè propitiatorium est.ex
Gregorio II. *d. can. anima defunctorum 22. 13. quæst. 2.* ex Sacro Concilio Florentino
in litteris vnionis *§. item definimus.* ex Sacrosancta Tridentina Synodo *in decreto de Purgatorio sess.25.*& deduximus Nos plenè
*d.respons.*nostra 4. *num.41.part.1.Pater Bardi d.tract.3. sect.4.* Videant proindè Domi-
79 ni Gubernatores,quanta in vno facinore
sunt crimina. verbis vt eos admoneamus
Sancti Ambrosij *lib.3. de virginibus post initium.* de Sancto Ioanne Baptista verba fa-
80 cientis,cui propter Herodiadem Herodes
Rex caput amputari fecit:quod puellæ saltanti iurasset: Marci 6. 23. *Quia quidquid petieris dabo tibi, licet dimidium Regni mei.* at illa *petijt dicens: Volo vt protinùs des mihi in disco Caput Ioannis Baptistæ.* Dimidium
81 ergo Regni Caput valuit Sancti Ioannis
Baptistæ. apud scelestissimum quoq; Regem, & incestuosum adulterum.

Atquè ita ex his, quæ lubentèr iudicio subijcimus saniori, prudentioriq;, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.



SVMMARIVM.

1 *Veritatis est, firmum, atq; constantem esse.*
Sicuti dimoueri, atq; fluctuare, Mendacij.
2 *Deus veritas summa.*
Eius proprium est, non mentiri.
3 *Locus Numeri* 23. 19. Non est Deus quasi homo vt mentiatur. *expenditur.*
Et Iob 33. 14. Semel loquitur Deus, & secundò id ipsum non repetit. *nu.*4.
5 *Cessionarius Cameræ Apostolicæ in ius succedit Cameræ.*
Eodemq;, quo ipsa, iure vtitur.
*Limita si ex falsa causa transactio processerit. num.*7.
*Vel si conditionalis fuerit. nu.*11. *& nu.*15.
Quod etiam negatiuè procedit, non est cessionarius.
*Neq; ergo eius iure vtetur. num.*16.
6 *Prior in tempore potior in iure erit.*
*Limita num.*21. *si conditionalitèr prior in tempore sit.*
*Et vt vterq; pares in causa sint, vt prior altero vnus diei valeat. num.*38.
*Et vt ipsa prioritas sit in vera fundata causa, non in conditionali, quæ exitum non viderit. num.*39.
Ex falsitate præsertim.
*Vndè vera causa non sit. num.*40.
Nàm tunc par ius habere non dicuntur.
8 *Mendax precator carere debet penitùs impetratis. & num.*31.
9 *Impetratio ex subreptione, vel falsis precibus, facta, nullum supplicantibus ferre remedium debet.*
*Ratio affertur. num.*10.
10 *Rescripta Principum semper in se conditionem habent.*
Si preces veritati nitantur.
11 *Clausula*: attentis narratis, *idem valet, atq;* si preces veritate nitantur, *& conditionem operatur.*
Et: Dummodò non excedant summam expressam, *qua compressiua est, nec vltrà progreditur expressa. num.*12.
13 *Conditio in suspenso dispositio tenet, donec ipsa foras venerit, exitumq; viderit.*
Vt nihil interim in exercitio factũ videatur.
Conditionibus in dispositione adiectis parendum. num. 14.
17 *Cessio non materialitèr, sed formalitèr perpendenda.*
*Neq; ex ipsa sola extrinseca nominis denominatione æstimanda. num.*18.
19 *Hæredis nuda nominatio, hæreditatis adhitionem non infert.*
20 *Cessionis instrumentum edendum est ei, contra quem est facta cessia.*
22 *Nominis nuda nũcupatio, nocere veritati minimè debet.*
23 *Nomina ad res dignoscendas, distinguendasq; imposita fuere, non ad earum substantias destruendas, peruertendasque.*
*Et ad res significandas reperta sunt nomina. num.*25.
*Nomina rebus omnibus Adam imposuit. num.*26.
*Quod autem vocauit, hoc est nomen eius. num.*27.
*Nomina rebus conuenientia esse debent. num.*28.
24 *Quiditates rerum, atq; substantias per voces cognoscimus.*
26 *Adam primus Parens omnium, quem de limo terræ formauit Dominus Deus rebus omnibus nomina ipse vocauit.*
29 *Nominis variatio à sua primæua impositione, rei substantiam non mutat, quàmuis alitèr extrinsecè illa denominetur.*
30 *Simonia est pro Chrismate nummos recipere.*
Quàmuis exteriùs sub cathedratici nomine illi recipiantur.
Prohibitum proindè.
32 *Fraudem, & dolum alicui patrocinari contra naturæ principium est.*
*Nàm fraus paulatim incipit, postmodùm verò in vsurpationem desinit. nu.*33.
*Fraudibus proindè, & hominum malitijs via sternenda haud erit. num.*35.
*Sed insistendum, ne illæ locum habeant. num.*37.
34 *Prouerbium*: Mendacium vtile, alicui esse non debet.
36 *Locus Hieremiæ Threnorum* 3. 9. Conclusit vias meas lapidibus quadris.
Et Lucæ 14. 9. Da huic locum.

ARGVMENTVM.

Cessionarius Cameræ Apostolicæ in ius succedit Cameræ, eiusq; iura, personamq; repræsentat. Ex conditionali verò cessione, conditione non exeunte, quia falsa fuere expressa, ius nullũ cessionario acquiritur, vt neq; præferri altero possit, qui quãuis posteriùs transegerit, veritatem tamen expressit, nequè pro eodem pretio. Discutitur proindè regula: Prior in tempore, potior in iure est. Nominisq; nuda denominatio, rerũ essentias non peruertit.

RESPON-

RESPONSIO XL.

1 FIrmum, atq; constantem esse, verita-
tis est, sicuti dimoueri, atq; quasi in
vasto fluctuari pelago, mendacij. Pro-
2 prium proindè Dei est, qui veritas summa
est, non mentiri. sic *Numeri* 23. 19. dici-
3 tur: *Non est Deus quasi homo, vt mentiatur.
nec vt filius hominis, vt mutetur.* & vti pa-
4 tientissimus testatur Iob 33. 14. *Semel lo-
quitur Deus, & secundò id ipsum non repetit.*
Quia (vt *Olimpiodorus* commentũ agit) il-
lum, hominũ more non pœnitet, vel quod
aliud meliùs ratiocinando reperiat. sequi-
turq; *Martinus del Rio adagialium socrorum
tom. 1. adagio* 114.

Non mirum est ergo, si nũc fluctuet Do-
minus Archidiaconus Baren Ramires, cũ
mendacio transactionem extorxerit à Ca-
mera Apostolica fructuum beneficij San-
ctissimi Crucifixi intus Collegiatã Eccle-
siam Sancti Nicolai, qui per supremum vi-
tæ diẽ D. Artemij Saluatoris Beneficij prę-
dicti vltimi possessoris, Cameræ eidem, vti
de spolio illius, vacauerunt. Multa namq;
ipse dixit, vt facilè tunc Illustrissimũ Nun-
tium Apostolicum ad eidem transactionẽ
pro ducatis decem concedendam inflecte-
ret, & quod non ampliùs quàm sex essent
annatæ, quæ inexactę remanserant; & quod
litibus inuoluta essent omnia, vt difficilli-
mè exigi valerẽt. Indulsit tamen illi tran-
sactionem Illustrissimus Dominus, cũ clau-
sulis: *attentis narratis*; & *dummodò non ex-
cedant summã in memoriali expressam*. Dete-
ctum postmodùm fuit, annatas inexactas
annuorum ducatorum vigintiquatuor, nõ
sex, sed fuisse decem, neq; litibus implici-
tam exactionem prædictam fuisse. Quam-
ob causam Ludouicus Portius cum Came-
ra prædicta Apostolica, expressis omnibus,
pro ducatis vigintiquinque transactionem
iniuit. cessione sibi facta iurium Cameræ
5 Apostolicæ. In ius proindè cedentis Ca-
meræ se ingessit. Eodem quippè iure, quo
cedens, cessionarius vtitur. ex *l. emptor* 5.
ibiq; *Bald. in* 1. *notab. C. de hæredit. vel action.
vendit. l. fin. C. de priuileg. fisci. Rota in recen-
tiorib. part.* 2. *decis.* 502. *num.* 2. & *decis.* 524.
num. 1. & apud *Cardin. Caualer. decis.* 244. *in
princ.* & apud sanct. memor. *Gregor. XV. de-
cis.* 121. *per tot.* ibiq; *Beltramin. addens* nu. 6.
& apud *Duranum decis.* 310. *num.* 2. & in *Ro-
mana anterioritotis* 23. *Iunij* 1603. corã *Pam-
philio decis.* 8. *num.* 9. apud *Zacchiam in tract.
de societate.* & in cessionario Cameræ Apo-
stolicæ quod eodem, quo ipsa iure vtatur
Gratian. forens. part. 5. *cap.* 907. *num.* 3. & *cap.*
936. *num.* 21.

Verùm duobus capitibus se Ramires
6 aduersus Portiũ opponit. Vno, quod ipse
prior sit in transactione, atq; proindè po-
tiora obtineat iura. ex Caio lib. singulari
ad formam hypothecæ in *l. potior est* 12. &
§. 1. *ff. qui potiores in pignore habeantur.* dixe-
ratq; per priùs Africanus lib. 8. quæstionũ
in *l. qui balneum* 9. *in princ. ff. eod.* respon-
ditq; nec immeritò Antoninus Cæsar in
l. si fundum 4. *C. eodem.* vt qui prior est tem-
pore, sit in iure potior. sequiturq; Iuris
sacrorum Canonum *regula qui prior* 54. *de
regul. iur. in* 6. *Roman. cons.* 47. *num.* 1. *Rota*
apud *Card. Seraphin. decis.* 187. *nu* 1. *Gratian.
forens. par.* 4. *cap.* 730. *num.* 14. & *seq.* & *par.* 5.
cap. 963. *num.* 1. *Barbosa axiom.* 188. *num.* 1.
Altero, velle saltim præferri pro eodẽ pre-
tio, quo transactionem Portius obtinuit;
quod potiora illo ipse iura habeat.

Neutrum verò horum locum habere as-
serendum erit. Non sanè Primum. Quia,
7 cùm ipse Ramires mendax fuerit in sua
expressione, nec veritate illa subnixa inne-
niatur. cecidit vtiq; à transactionis gratia,
quæ ideò indulta ei fuerat, quia lucro, se-
cundùm ea, quæ exposuerat Cameræ cede-
re proposuit. Fuerunt autem exposita fal-
sa. decidit proindè ipse à transactionis vi,
8 pactoq;. Cùm mendax præcator carere de-
beat penitùs impetratis. ex Innocẽtij III.
ratione in *cap super litteris* 20. *in princ. de
rescript.* nec alieno spiritu diù ante respon-
derat Pelagius Papa in *can. dicenti* 16. *in
9 fin.* 25. *quæst* 2. sic dicens: *Ea verò, quæ sub-
reptione, vel falsis precibus forsiton impetran-
tur; nullum supplicantibus ferre remedium.* &
ex Theodosio, & Valentiniano Augustis re-
fert ibidem *Gratian. §. rescripta.* rationem
10 reddens: nàm semper rescripta expres-
sam debent in se habere conditionem;
(*si preces veritote nitantur.*) Mendax enim
præcator debet carere impetraris: quin
quibus scripta diriguntur, sunt puniendi, si
præcum mendacia vetuerint argui.

11 Conditionalis quippè transactio ipsa
fuit; *Attentis narratis*: Si narrata scilicet
vera fuerint, quæ correspondet ei, (*si preces
veritote nitantur*) vel si præmissa vera fue-
rint, quæ conditionem operantur. vt si ve-
ra expressa inuẽta minimè fuerint, sit gra-
tia nulla, atq; inanis, nullumq; producat
effectum. vt post alios adnotat *Borboso de
clausul. vsufrequentib. claus.* 153. *num.* 4. & 5.
12 Quemadmodùm cõditionalis & illa quo-
què fuit: & *Dummodò non excedant summã
in memoriali expressam.* Eatenùs enim tran-
sactionem indulsit Illustrissimus Nuntius,
quatènus expressam summam annatarum
sex non excederet. cõpressit proindè tran-
sactionem ad ipsas sex annatas dùmtaxat,
nec vltra detraxit eam. ad Sceuolæ sensum
lib. 21. digestorum in *l. Lucius Titius* 78. *§.
quæ habebat filium, ff. ad Senat. Consult. Tre-
bellian. Rota decis.* 247. *num.* 26. *part.* 5. *in re-*

centior.Barbosa de dictionib.dict.95.nu.9. præsertim verò si in dispositiuis adiecta fuerit. *Rota decis.38.part.1.diuersor.*& apud *Cardin. Seraphin.decis.*1017.*nu.5. Barbos.ead.dict.95. num. 6.*

13 Condictio verò in suspenso disposita tenet, donec ipsa foras venerit, exitumq; viderit,vt interim facta transactio in actu secundo, & exercitio videatur minimè. ex Vlpiano lib.50. ad edictum in *l. si quis sub conditione 8. ff. si quis omissa causa testamenti.* & Paulo lib.7. ad Sabinū in *l. si haredi plures 5. ff. de condit. institut.* ea ratione; quia
14 adiectis in dispositione conditionibus parendum est. *Rota* apud *Cardin.Mantic.decis.* 244 *num.*4.& apud sanct.memor. *Greg.XV. decis.429.num.3.* diximus *respons.*nostra 34. *num.60.part.4.*

Nihil ergo in Ramires transactarium, transactio ipsa detulit,expressorum falsita-
15 te iam detecta, ac si facta minimè fuisset. Nihil igitur potioris in transactione, retinet.cùm nihil in re,transactione inualida existente, translatum in ipsum fuerit; neq; transigentis Cameræ locū obtinuerit; cùm cessione conditionali existente, conditione non exeunte, nihil in eum transierit. Cedentis itaq; Cameræ personam, & locū haud repræsentabit. Minimè igitur iura
16 eiusdem reportare nunc poterit. Si nempè Cameræ Cessionarius non est, nequè eius obtinebit iura. argumēto à contrario petito eius, quod supra diximus; quòd Cessionarius iura, & personam repręsentat cedentis. Non est cessionarius, ergo nequè iura, neq; personam repręsentabit prętensi
17 cedentis. Quia cessio non materialitèr tantū, sed formalitèr perpenditur; vt sicut iura cedentis vera esse debeant, ita, pariq; modo, & cessio ipsa vera, & absoluta esse debeat,non conditionalis,quæ conditione non exeunte, nihil in cessionarium transfert; vt neq; illud repręsentare valeat,neq; iuribus vti eiusdem. ad Alexandri Cæsaris sensum in eadem *l. emptor 5. C. de hæredit. vel action.vend.* ibiq; *Bart.in 1.notab.*& Callistrati lib.2.edicti monitorij in *l.si ager 51. in fin.* ibiq; *Bart.& Dynus. ff.de rei vendicat. Surd.decis.308.num.1.& cons.22.nu.16.lib.1. Rota* apud *Duranum d.decis.310. nu.2.par.2.* & apud *Card.Caualer.decis 310. num.9.* & in *Romana de Cassanis 5.Decēbris* 1612. coràm *Card.Sacrato decis.18.nu.8. & seq.*apud Zaechiam *de societate.*

18 Neq; porrò nominis ipsa nuda denominatio cessionis vim vllam habet, neq; effectum producit, sed ipsa vera,& substantia-
19 lis. Sicuti non ipsa nuda hæredis nominatio, qua instrumentum petit à detentore, ad deliberandum,si adhire debeat,hæreditatis adhitionis effectum producit. ex Vlpiano lib.8. ad Sabinum in *l. Aristo existimat 28. ff.de acquirend.vel amittend. hæredit.* ibiq; satis aptè *Bald.in fin. vers.* Item est ar-
20 gumentum,quod ei, contra quem est facta cessio, sit edendum instrumentū cessionis. *Roman. cons.163.num 6.* sequuta fuit *Rota in Florentina pensionis 9. Iunij 1636.* coràm *Mohanno decis.147.num.6. part.7.recentior. per Rubeum.*

Non itaq; ex duobus iàm propositis, secundum locum habebit,quo proponebat Ramires,se priorem in transactione fuisse, potiora proindè iura habere,atq; pręferendum, saltim in secunda transactione, pro eodem pretio.

21 Primò, quia transactio materialitèr, & denominatiuè tantùm fuit, nō formalitèr. sicuti & eiusdem vi facta cessio, cùm conditionalis, dumtaxàt fuerit: *veris existentibus narratis.* vt illis non veris detectis,cessio ipsa vti ex falsa causa data, abierit, Or-
22 cumq; petierit. Neq; porrò ipsa nuda nominis nuncupatio Cameræ, quæ conditionalitèr primò iura cessit, & non alitèr, nocere vllo debet modo. ex Vlpiani sensu libro 3. ad Sabinum in *l. siue ingenua sit 2. §. sed si sint sui. ff. ad Senat.Consult.Tertyllian.* illis verbis: *ne nudum nomen sui hæredis, noceat matri.* sequiturq; *Rota part.1. in recentiorib. decis.666.num.6.& par 2.in eisdem de-*
23 *cis.254. num.5.* Ad res quippè dignoscendas, easq; distinguendas imposita sunt nomina, non ad rerum ipsarū substantias destruendas,peruertendasq;. ex Diocletiani, Maximianiq; Cæsarum determinatione in *l.ad recognoscendos 10. C.de ingen.manumiss.*
24 Rationem reddit ibidem *Bald.* quòd per voces cognoscimus rerū quidditates,id est
25 substantias, & qualitates. Quia ad res ipsas significandas nomina reperta sunt. ex Imperatore Iustiniano in §. *si quis in nomi-*
26 *ne. Institut.de legat.* Et Parens omnium nostrum, quē Dominus Deus de limo formauit terrę, cùm rebus cunctis, quæ Deus formauerat, nomina imposuisset. hoc, quod ipsis imposuit,singulorum eorum nomen fuit. *Genesis 2.19.*Sacri textus verba damus: *Formatis igitur, Dominus Deus, de humo cunctis animantibus terræ,& vniuersis volatilibus Cœli, adduxit ea ad Adam,vt videret quid vo-*
27 *caret ea: Omne enim, quod vocauit Adam anima viuentis, ipsum est nomen eius. Appellauitq; Adam nominibus suis, cuncta animantia, & vniuersa volatilia Cœli, & omnes bestias terræ.* Ad res itaq; dignoscēdas,vt in substantia sunt, nomina data fuere, vt scilicet
28 conuenirēt rebus,iuxtà Ouidianum illud.

Conueniunt rebus nomina sæpè suis.

dixitquè Imperator Iustinianus in *§. est & aliud. Institut.de donationib.*& sentit Sceuola lib.17. digestorum in *l. his verbis 100 aliàs penult. §. Alumno præcepit. ff.de legat.3.* neq; alitèr disposuit Innocētius III. in *cap.cùm secun-*

secundùm Apostolum 16.ibiq; *Gloss.*verbo *nominis ratio. de præbend.& dignit. S.Thom. in 3.part. quæst.*37.*art*.2. Non vt in nomine si-
29 steremus dùmtaxat.Quando nominis ipsa
variatio, à sua primęua impositione,rei ipsius substantiam non mutat,quicquid aliàs
denominatiuè dùmtaxat,& extrinsecè nominaueris. ex Alexandro III. in *cap.ea,quę 16. de simonia*. Quàmuis enim nummos,
30 quos pro Chrismate quidam Episcopi accipiebant, cathedratici nomine inuoluerent, vt simoniæ crimen effugerent; quinimò tamen simonia esset,ex nominis ipsa variatione, diffugere minimè posse Alexander respondit. vetuitq; proindè, ne fieret. *Decian. cons.*11.*nu.*44.*lib*.1. & sequuta fuit *Rota* apud *Coccinum decis.*242. *num.*5.*in fine*. Non itaq; ex eo, quod transactio, & cessio nominata fuit,idcircò verè transactio, atq; iurium fuie cessio, cùm conditionalitèr dùmtaxat transactio nuncupata fuerit.

31 Deindè, quod mendax cùm fuerit Ramires, atq; Cameram falsa expressione decipere tentauerit. nullum ex sua fraude, & deceptione percipere commodũ debebit.
32 ne, contra ipsum naturæ principium,fraudem sibi patrocinantem sentiat, & dolum. ad *tex. in c.insinuatione* 50. *§.fin. de appell. & l.si legatarius* 25.*C.de legat.*deducitq; *Barbos. axiom.*102.*num*.1.Et ne in eum cadat,quod Ioannes Papa in *can.visis litteris* 1. *§.sic ita-*
33 *que* 16.*quæst*.2. de quodã dicit,qui: *Quod priùs fictè moliebatur lucrari, postmodùm detecta fraude, conatur quadam vsurpatione ex toto auferre*: prætendẽs nunc præferri Portio,qui legitimè transactionẽ inijt. Quando aliàs,vt in superioribus diximus: Mendax præcator carere penitùs debeat impetratis. quin magis puniri. Ceteroquin cederet sibi in commodum, quòd fraudem fecit. & deceptionem hanc facere tentaue-
34 tit in Camera Apostolica. esset sibi quod prouerbio fertur: *Mendacium vtile*. apud Adagiorum Auctorẽ *chiliad*.5.*centur*.2.*ada-*
35 *gio* 25. Sterneretúrq; hoc pacto satis ampla, & complanata lapidibus quadris via
36 fraudibus. iuxtà Hieremiæ illud Threnorum 3. 9. *Conclusit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subuertit*.Quando malitijs indulgendum sit minimè. ex Celso lib. 3. digestorum in *l. in fundo* 39. *§. nequè enim malitijs. ff. de rei vendic.* & ex Clemente V. in Concilio Viennen in *clement*.1. *§.fin.de concess. præbend.* & *clement*. 1. *de vsur.* plenè *Barbos. d.axiom.*102. *num*.2. & *num*.4. & 5.
37 quin insistendum, ne ille locum habeant. *Gratian.forens. part.*5. *cap.*851.*nu*.12.& *cap.* 873. *num*.5.

Demùm,quòd licet ipse priùs trãsactionem inierit,cùm tamen veritatem non expresserit,vndè ex clausulis: (*Attentis narratis*; & *dummodò non excedat summam in memoriali expressam.*) Concessio,cessioq; conditionalis fuerit, nullũq; ius in eum trãsijt, nullo vtiq; modo prior in tẽpore dici po-
38 terit, vt potior in iure euadat. Non sunt itaq; pares in causa Ramires,& Portius,cũ ille ex falsa veniat causa,iste verò ex iusta, & vera. ad *text.in cap.hi, qui* 12. ibiq; *Gloss.* verbo *antea. de præbend. & dignitatib. lib.*6. & *Gloss*. in. præcitata in initio regula *qui prior est tempore* 54. verbo *qui prior.vers.solue: hæc regula locum habet. de regul. iur. in* 6. patetq; ex Hermogeniano lib.4. iuris epitome in *l.quoties vtriusq;* 99.*ff.de regul.iur.* verba damus Hermogeniani, ex quibus, quod dicimus,manifestum fit; *Quoties in vtriusq; causa lucri ratio vertitur, is præferendus est, cuius in lucro causa tempore præcedit.* Par itaquè debet esse vtriusq; causa,non dispar,vt is præferatur, qui prior est tempore. & ita apertissimè sequitur *Federic.de Sen.cons.*69. *circa finem.vers.non obstat,quod primo dicitur. & cons.*197.*num*.1.*vers.restat respondere. Romanus d.cons.*47. *num*.1. sequiturq; *Cardin. Tuscus tom.*6.*lit.P.conclus.*465.*num*.39. *Barbosa d.axiom* 188.*num*.4.

39 Præthereà nullum ius per cessionem conditionalem acquisitum Ramiro fuit, qui mendax in exprimẽdo extitit. nulla proindè & prioritas eidem concedi debebit. Vt quid enim prior haberi debet,vt præferatur,qui mendacem se exhibuit,vt Cameram deciperet? Is autẽ præferri debet,cuius in lucro ratio tempore præcedit. Hermogenianus *ead. l.quoties in vtriusque* 99. *in*
40 *fine* loquitur. ratio vera scilicet, & subsistens.Nàm hęc regula,qui prior est tempore. in his locum habet, quæ par ius habẽt. vt *Gloss.*docet *d.reg.qui prior* 54. *in fin.de regul.iur. in* 6. sequiturq; *Feder.de Sen. d. consil.*69. *vers.pro secundo impetrante. & d.cons.* 197.*num*.2. *vers.non obstat quod dicitur. Barbosa d.axiom.*188.*num*.4 *in fin.* Nullum verò ius in cessione Ramires obtinet,cùm enarrata per ipsum vera minimè fuerint; & cõditiones, sub quibus cessio eidẽ data fuit, exitum non habuerint. Non mirùm ergo si fluctuet in prętẽsis iuribus suis,qui mendacio inniti voluit. Dare proindè locum
41 Portio debebit, qui veritatem aperuit, & iustè,verèq; cum Camera concordauit. Vt iure dicatur ei Euangelicũ illud Lucæ 14.9. *Da huic locum.* quod primum accubitum amauerit.

Atquè ita ex his Aristarchi supercilio; melioriq; Iudicio haud abiecto, respõdendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Locus Canticorum* 5.14. Manus eius tornatiles. *expenditur*.
2 *Fideicommissum in casu rogatum, si N. siue filijs decesserit, illo in supremo vitæ egressu, eum filijs decedente, extinguitur.*
3 *Donatio, actus est, qui à libera pendet donantis voluntate, vt munificentiam, liberalitatemq; suam in donatarium ostendat.*
Firma proinde donatio haud erit, si non à libera processerit donantis voluntate. nu.4.
Vel si causa, qua mota fuit, falsa adstruatur.
Donat nemo, qui donãdi volũtate caret. nu.6.
5 *Falsum est, quod verum non est, veritatiq; opponitur.*
Neq; veritatis iuuatur primordijs. num.7.
Neq; voluntatis potest esse obiectum. nu.8.
Nam in illud voluntas non fertur. sicuti bonum.
Falsum autem bonum non est, neq; esse potest. num.9.
Neq; præcognitum vt bonum.
10 *Voluntas sine præcedente cognitione nõ datur.*
Quia nihil volitum, quin præcognitum.
Neque in illud voluntatis inclinatio esse potest. num.11.
Namq; voluntas, quod non cognouit, non eligit.
Quin contemnit facile, & à se proijcit.
Voluntas quid? num.14.
Libera tamen esse debet, vt dispositio qualibet firma habeatur. num.56.
Contractuum omnium substãtia volũtas est. num.67.
13 *Benè facere nemo potest, nisi elegerit.*
15 *Mente, quæ fiunt alienata, imputanda nõ sunt.*
16 *Peccatum nullum nisi voluntarium, & sine voluntate non datur. num.57. & 61.*
17 *Humanæ actiones à voluntate diriguntur liberæ.*
18 *Bruta humana actione minimè diriguntur.*
Quia voluntate, atq; deliberatione carent.
Sed sola naturali inclinatione.
19 *Apostolos, qui varijs loquebantur linguis, musto repletos quidam, deridentes extstimarunt.*
Dei enim mysterium non intelligebant.
20 *Liberalitati necessitas ex diametro opponitur.*
Et vna detrudit aliam.
21 *Nemo in necessitatibus liberalis existit.*
22 *Donat minimè, qui ex necessitate donat.*
Quia nolens donat.
23 *Testes duo, rectè probant.*
24 *Absalon Regis Dauid natus solicitabat corda virorum Israel, vt Regem eum facerent.*
25 *Doli, machinationisq; malitas ex actibus augetur.*
26 *Donatio suspecta redditur, si in domo facta fuerit donatarij.*
Quia per machinationem facta præsumitur. num.29.
Hoc verò ne domesticis inimicis ad fraudes via sternatur. num.30. & 32.
27 *Herodias Herodis nata inter epulas saltauit, Caputq; Sãcti Ioannis Baptistæ premium reportauit.*
28 *Sanctus Ambrosius celebratur, quia eloquentissimus fuerit.*
31 *Pestis nulla maior excogitari potest eo, qui intus amicitiam simulat.*
33 *Inuerisimilitudo, fraudis, doliq; machinationis argumentum præbet.*
Quin falsitatis specimen redolet.
Præsertim verò ad scripturam, vel instrumentum infirmum, inualidumq; reddendum. num.34.
35 *Charitatis ordine magis quisq; ad patriam affectus esse debet, quàm ad alium locum.*
Ordinata namq; esse charitas debet.
Vt magis sibi quisq; debeat, quàm alteri.
Dicitur proinde: prima charitas à se ipso incipit. num.36.
37 *Foueam, quam quis alteri fodit, in illam ipse incider.*
Qui malum machinatur.
38 *Mulieres donare rarò accidit.*
Quia earum auarissimum est genus.
Repugnantia proinde præcedens, atq; subsequuta postmodùm lamentationes deceptionis, fraudisq; coniecturam in mulier tribuunt donante. num 39.
40 *Locus Lucæ* 19. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. *perpenditur.*
41 *Salutis suæ immemor nemo præsumitur esse in mortis articulo.*
42 *Protestatio animæ internum declarat, atq; manifestat.*
43 *Clausulæ insolitæ donationi adiectæ falsitatis suspitionem faciunt.*
Atq; donationem non voluntariè factam.
44 *Insolita, quæ sunt, suspecta habenda ex natura ipsa.*
Falsitatis proindè suspitionem faciunt.
45 *Prouerbium. Latet anguis sub herba.*
46 *Locus Ioannis* 2. 10. Tu autem seruasti bonum vinum vsq; adhùc. *proponitur.*
47 *Voluntari, qui obsequitur suæ, lucrari dicitur.*
48 *Notarius deponens vt testis, quòd instrumentũ iuxtà disponentis voluntatem fecerit suspectus euadit.*
Quod ad sui exonerationem dicit.
Præsertim verò si malitas ex instrumento ipso appareat.
49 *Bonæ famæ probatio nihil operatur, ad fraudẽ diluendam, quando ex ipsa scriptura suspitio educitur. num.50.*
51 *Iudicabitur quisquè ex operibus suis, suoquè ex ore.*
52 *Factis, quàm verbis loqui, satis plus est.*
53 *Scripturam in iudicio producens, acceptare eam videtur.*
Et omnia approbare, quæ in illa continentur.
54 *Dispositio quàmuis solemnitatibus iure ciuili perqui-*

perquisitis eareat, substinetur tamen piæ causæ fauore.
Quia solemnitates sunt extrinsecæ.
Exaudi tamen de extrinsecis solemnitatibus. num.55.
Non verò si de defectu voluntatis agatur. num.56.
Sine qua dispositio firma nulla est. nu.57.
58 *Voluntatem tolle, & omnis actus erit indifferens.*
59 *Emptio, & venditio consensu perficitur.*
60 *Contractus omnes consensu perficiũtur, & voluntate. num.67.*
61 *Mente, quæ fiunt alienata, non imputantur.*
62 *Iuramentum sine voluntate non obligat.*
Et eandem iuramentum assumit naturam, quã contractus, cui adijcitur, habet. nu.63.
Nam tacita inest iuramento conditio, si res ita se habeat.
Neque est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum.
Nec iniquitatis vinculum esse debet. nu.65.
Et tres secum habere comites debet: Veritatem, Iudicium, & Iustitiam. num.66.
Et licèt iuramentum solemnitatum defectũ suppleat. num.67.
Non tamen causæ. vtputà consensus, & voluntatis.
68 *Donatio lite pendente facta non tenet.*
Præsertim si in potentiorem fiat. num.69.
Vt est Ecclesia.
Fraudandi enim, circumueniendiq; animo facta videtur. num.70.
Est proindè nulla. num.71.
Ac si facta non fuisset. num.72.
Quia mutatur iudicium. num.73.
Lite tamen peragenda.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum factum cùm M. sine filijs decesserit. Fatis cedente illo cum filijs, extinctũ videtur. Donatio etiam Ecclesiæ facta, per deceptionem, fraudem, dolumuè, nulla est. Quia donatio ex libera procedit donantis voluntate. Præsertim verò si in domo facta fuerit donatarij, & post prandium donanti factum. Vndè quàmplures in hoc aceruantur coniecturæ, perpenduntur; siue quoq; si donatio lite facta fuerit pendente, vel à muliere, illaq; vetula, quæ facili decipi negotio potuit.

RESPONSIO XLI.

DVæ planè inspectiones sunt in hac facti specie, quæ expendendæ veniunt. Vna autem earum ex altera pendet. Vna quidèm, an per Iuliani Incoronati suprema funera fideicommissum aliàs per Faugustinam Ciurciam suis bonis iniectũ expirarit; vel si firmum fuerit filijs Francisci Antonij Incoronati fratris Honufrij, qui filium ex corpore reliquit Iulianum præfatum, nouissimè sine filijs defunctum, Antonia Giarrella matre hærede ex testamento relicta? Altera verò, nùm donatio (prætensa sanè) per dictam Antoniam Capellæ Sanctæ Mariæ de Carmelo de iure patronatus illorũ de Amatucijs intus Parochialem Ecclesiam Sancti Antonij de Vienua in Terra Sancti Potiti Auellinen. diœcesis, facta, firmitatẽ, roburq; obtineat, vt abijciẽda propterea Faugustina Incoronata hæres ex testamento dictæ Antoniæ Giarrellæ iurè veniat? Et quidèm inanis hæc veniet discutienda disceptatio, si per supremum Iuliani diem fideicommissum Francisci Antonij Incoronati filijs apertũ fuit. Quippè donatio ita præsũpta per Antoniam Capellæ Sanctæ Mariæ de Carmelo facta, hæc ipsa comprehẽdit bona, quæ sub fideicommisso veniunt, atq; per vltimum Iuliani spiritum sine liberis, Francisci Antonij filijs aperta dicuntur. Si nempè firmum fideicommissũ perseuerat; & Faugustina incoronata, Antoniæ ex testamento hæres, & Capella præfata Sanctæ Mariæ foras abibunt; bonaq; ex fideicõmisso, Francisci Antonij nati apprehendent. Hoc itaquè in Sacro Consilio Neapolitano discutiendum primitùs erit: confirmanda nè, an irritanda sententia sit Magnæ Curiæ Vicariæ, quæ ad fideicommissum Francisci Antonij natos admisit. Si hanc enim cõfirmarit sententiam Sacrum Consilium, ex fideicommisso bona capiẽt Francisci Antonij Incoronati liberi, & Capella, & Faugustina manibus abibunt apertis, vt dicatur de eis
1 Canticorum illud 5. 14. *Manus eius tornatiles.* quæ enim torno factæ sunt manus nõ aptæ sunt, vt aliquid retineant. nihil ergo ipsi manibus retinebunt. Et planè fideicõmissum per mortem Honofrij, qui Iuliano filio relicto, decessit, alijs nostris scriptis firmauimus, quæ prælo dedimus *respons.*

nostra 14.*part.4.* Ea præsertim ratione,nec
2 inadæquata: Quia fideicommissum rogatū fuit illis sine filijs ex corpore decedentibus. supremam verò traxit auram Honofrius Iuliano filio ex Antonia Giarrella vxore superstite. In occasum ergo fideicōmissum abijt. Martianum authorem antesignanum adduximus lib.8.Institutionum in *l.filiusfamilias* 117.*§.cùm quis rogatus.ff. de legat.*1. & Vlpianum lib.2. fideicommissorum in *l. ex facto* 17. *ff. ad Senat. Consult. Trebellian.* breuibus sic concludentem. *Aut igitur filius superuixit patri, & extinxit conditionē fideicommissi.* Superuixit autē Iulianus filius Honofrio patri, extinxit proindè conditionem fideicommissi. apertissimisq; verbis Zeno Cæsar in *l. iubemus 6. §. sin autem is. C. ad Senat. Consult. Trebell.* sic enim ipse decernit: *Sin autem is, qui fideicommissaria conditione grauatus est, vno filio superstite, vel nepote ex filio, siue filia nato, vel pronepote, vel posthumo relicto decesserit: nō videtur extitisse conditio, & ideò deficit fideicommissi petitio.*

Defecit proindè fideicommissi petitio Frācisci Antonij natis ex Iuliani superexistentia, cùm Honofrius supremā traxit auram, atq; in Orcum abijt Iuliano relicto.

Superest itaq; disceptatio: Firma ne sit donatio per Antoniam Giarrellam Capellæ Sanctæ Mariæ de Carmelo facta?

Infirmam nos illam fuisse tuemur.sic verò propositionem hanc adstruimus. validamq; reddimus.

3 Donatio actus est, qui à libera donantis pendet voluntate; propterea quippè donat, vt munificentiā, liberalitatemq; suam in donatarium ostendat. ex Vlpiano in *l.1.in princ. ff.de donationib.* ibidemq; *Gloss.* verbo *liberalitatem.* id est animi voluntatem ab omni auaritia, & alijs vitijs liberā exerceat. verbum illud *liberalitatem* enucleans. *Hippolytus Mata Siculus consult.34. num.22.& 23.*

Donatio autem hæc ab Antonia in Capellam Sanctæ Mariæ de Carmelo loci,siue Terræ Sancti Potiti,à libera eius non vtiq; voluntate processit, neq; vt liberalitatem exerceret. non ergo fuit donatio, neq; illa firma.

4 Astruitur minor. Causa ad donandum per Antoniam in ipsa donatione expressa, vera non fuit, neq; ab ea excogitata. ergo
5 falsa. Falsum quippè est, quod verum non est,veritatiq; opponitur. ex *S.Thoma 2. 2. quæst.93.art.1.in corpore.* habeturq; in *l.nec exemplum 10.C.ad legem Corneliam de falsis.* & ex Paulo libro singulari de pœnis in *l.quid sit falsum 23. ff.eodem de falsis.*ergo ab illa non volita. Sine voluntate proindè donatio processit. non ergo tenet. non ergo donatio.

6 Quid enim donat,qui donandi voluntate caret, neq; donare cogitauit? ex Vlpiano lib. 6. ad Sabinum in *l. est & hæc species* 1. & Africano lib.8. quæstionum in *l. nihil refert 4. ff. de donatione sine causa.* & ex Papiniano lib.2. quæstionū in *l. ex his omnibus causis 54. ff. de condit. indeb. Aymon cons.142. num.9.* sequitur Dominus Consiliarius *Theodorus* vir sanè doctissimus *allegat.19.num.1.*
7 Quod quippè falsum est, neque veritatis iuuatur primordijs. (ex Papiniani sensu lib.7. responsorum in *l. cùm filius 78. §.hæres meus.ff.de legat.2.*& sequitur *Gloss.in d.l.* verbo *siue autem ab initio. ff. de condit. sine*
8 *causa.*) volūtatis obiectum esse minimè potest, directè quidèm,vt falsum est,& cognitum. Neque enim in id, quod falsum est,
9 & non bonum,voluntas fertur. Falsum autem bonum non est, neq; esse potest, atquè
10 proindè neq; præcognitū,vt bonum. Sine præcognitione verò voluntas non datur, iuxtà illud Augustini lib.10.de Trinitate: *Nihil volitum,quin præcognitum* & ante eum Aristoteles. *S. Thomas prima secunda. q. 3. art.4. Nauar.de finibus humanorum actuum. num.29. vers. omissa tamen altiori disputatione.* & in *can.cogitationis pœnam 14. de pœnit.*
11 *dist.1.num.2.* Nulla ergo voluntatis inclinatio in id esse poterit, quod neq; præcognitum, neq; vt bonum apprehensum est.
12 Quid enim eligat quis,& diligat,quod nō cognouit, neq; optauit? quin facilè contemnit,& à se proijcit. ex Nicolao Papa in *can.præsens clericus 4. §.quapropter 20. q. 3.* neq; obseruat,quod non elegit. *can.sicut 9. 20.quæst.1.* Nam benè facere nemo potest,
13 nisi elegerit, nisi amauerit: quod est in libera voluntate. vt Augustinus contra litteras Petiliani lib.2. cap.83. in *can. ad fidem nullus 33. 23.quæst. 5.* loquitur. Antonia verò hęc seducta,quin omninò nolens,atq; decepta, ni etiam ebria, ad donationem hanc faciendam venit, quin non compulsa, & attracta. non ergo vt donationem faceret elegit, neq; amauit. sine voluntate proindè. ergo nulla. cùm à voluntate,(vt diximus) illaq; libera, donatio ex sua na-
14 tura procedere debeat. Voluntas verò (vt ex Augustino lib.1.retractationum cap.15. *Gratian.*definit *in sūma 15.quæst.1.in princ.*) est animi motus cogente nullo,ad aliquid, vel non imitandum,vel adipiscendum. Donatio autem hæc per Antoniam seductam, deceptam,& fortassis à mente alienam, ad actum hunc processit.ergo coactam. non fuit proindè animi spontaneus motus.non
15 ergo voluntaria. ergo nec donatio. Nàm, quæ alienata mente fiunt, imputāda minimè sunt. Sicuti de peccato (idē docet Augustinus) ex quo obligatio contrahitur ad
16 pœnam; nullum esse peccatum,nisi volun-
17 tarium.

17 *tarium*. Ex voluntate quippè libera,actio-
nes diriguntur humanæ.argumento *text.in
clem.vnic. si furiosus. de homicid.* pluribusq;
Gratian. d.15.q.1.in summa. Sine voluntate
ergo libera actio nulla humana, (vt huma-
18 na est) dicitur. Nàm bruta aguñt, non ta-
men actiõne humana, quia volũtate, ac de-
liberatione carent; sed inclinatione natu-
rali, quasi ab alio mota. secundùm *S.Tho-
mam prima secunda. quæst.1.art.2.in corpore.*
Non itaq; actione humana ad donationẽ
processit Antonia, iàm seducta, atq; dece-
pta, atq; à mente fortassis aliena,musto re-
19 pleta. (vt *actuum 2. 13.*) de Apostolis di-
xerunt quidam irridentes, cùm varijs lo-
querentur linguis, mysterium Dei non
intelligentes,neq; capientes,non enim à se
poterant. *Alij autem irridentes dicebãt: Quia
musto pleni sunt isti*. ergo coactè. non ergo
voluntariè, neq; ex liberalitate, sed ex ne-
cessitate, nesciens quid faceret. non itaq;
20 donatio.vt supra diximus. Quippè libera-
litati necessitas ex diametro opponitur, &
vna excludit aliã. ex Modestino lib.8. dif-
ferentiarum in *l.rem legatam 18. ff. de adim.*
21 *legat.* Ex illo principio: Nemo in necessi-
22 tatibus liberalis existit. Quia non donat,
qui ex necessitate donat. vt *Gloss.* ibidem
verbo *liberalis existat*, rationem reddẽs, in-
fert. Quid enim de suo dare videtur, qui
necessitate,vt daret,& nolens dedit? iuxtà
Papiniani sensum lib. 19. quæstionum in
*l.vnum ex familia 69. §. si de falcidia quæra-
tur. ff. de legat. 2.* verba excipe Papiniani
eruditissimi Viri: *Non enim facultas neces-
sariæ electionis, propriæ libertatis beneficium
est. Quid enim est,quod de suo videtur reliquis-
se, qui, quod reliquit, omninò reddere debuit?*
liberalis igitur non est,qui necessitate do-
nat. sequutaq; fuit *Rota* apud sanct. mem.
Gregorium XV. decis. 397. num. 2. diximus
respons. nostra 51.*num.*50.*part.*3.

Quòd autem seducta,& nolens, quin de-
cepta Antonia ad donationem hanc pro-
cesserit; id in facto probatur ex testibus
per Faugustinam examinatis, qui priùs ad
reuelationem monitorialium à Curia Ar-
chiepiscopali Neapolitana emanatarum
ad reuelandum accesserant. deponũt qua-
tnor testes concludenter fol.276.& seq. de
seductione D. N. Et quòd postquàm co-
mederãt,& biberãt in domo dicti Laudisij
Antonia donationem fecerit dictæ Capel-
læ, duo deponunt testes. Victoria Penta
fol.277.& Franciscus de Bardis ibidem. In
23 ore autem duorum, vel trium testium sta-
bit omne verbum. *Matthæi* 18.16. & sequu-
tus fuit id apertissimè disponens Alexan-
der Tertius in *cap.licèt vniuersis 23.in fin.de
testib.* & Paulus Doctor Gentium *2. ad Co-
rinthios* 13.1. diximus *respons.* nostra 3.*nu.*2.
*& seq. part.*3.

Singulis quippè diebus mulierem hanc
vetulam solicitabat,vt suæ Capellæ in Ter-
ra Sãcti Potiti bonorum suorum donatio-
nem faceret, persuadens ei,ac dicens: *Si-
gnora Antonia voi non hauete figli, fate dona-
tione della vostra robba alla mia Cappella,&c.*
Faciebatq; hoc singulis diebus,& solicita-
bat cor mulieris viduæ promissis. Veluti
24 quondã Absalon ille Dauid Regis Israel
natus, cùm Regnum appetiuisset; *Solicita-
bat corda filiorũ Israel dicens: Quis me con-
stituat Iudicem super terram, vt ad me veniãt
omnes, qui habent negotium, & iustè iudicem?
Sed et cùm accederet ad eum homo,vt salutaret
illum extendebat manũ suam,& apprehendens
osculabatur eum. Faciebatq; hoc omni Israel
venienti ad iudicium, vt audiretur à Rege, &
solicitabat corda virorum Israel.* 2.Reg. 15.4.

Dominam eam vocabat,vt bonis spolia-
ret, dominioq; priuaret, & sic solicitabat
cor eius, vt ex diuite pauperem faceret.
25 Augescitq; doli,machinationisq; malitas.
ad Iustiniani Cæsaris sensũ in *l.censemus 4.
§.sin autem ignorans.C de litigios.* Quod in
26 domo sua (ipsius scilicet Laudisij) dona-
tio hæc inita fuit, ipsoq; præsente, & acce-
ptante, atq; etiam disponente, & dictante,
vt ex contextu donationis apparet,& inter
epulas, atq; conuiuia iuratur, & promitti-
tur, & donatio extorquetur bonorum. Au-
dias (quæso te) Victoriam Penta fol. 277.
*In questo modo detto D. Luise mandò à chia-
mare detta Antonia in casa sua, conuitandola;
27 e dopò mãgiato li fè detta donatione* Sic quon-
dam inter epulas,atq; conuiuia filia Hero-
diadis saltauit,& iuratur ei, & caput Ioan-
nis Baptistæ in premiũ saltatricis abscin-
ditur, *Marci 6* Eruditissimis hoc expressit
28 verbis Ambrosij; mellifluũ illud os. (Nam
in cunabulis ipsis apes in os eius insede-
rant; vt suauissimam pueri futuram osten-
derẽt eloquentiã.) *Postremò* (inquiẽs lib.3.
de virginibus post initiũ) *(quod etiã omnes
barbari abhorrere cõsueuerũt) inter epulas, atq;
conuiuia consumãdæ crudelitatis profertur edi-
ctum, & à conuiuio ad carcerem, de carcere ad
conuiuium feralis flagitij circumfertur obse-
quium. Quanta in vno facinore sunt crimina.*
29 sic Sanctus Ambrosius. Ex his itaq; satis
apertè doli machinatio ostenditur; atquè
facta donatio claudicat,ne subsistat. Exco-
gitationis huius rationem. ex Constantini
Cæsaris mente in *l.data iam pridèm lege 27.
C. de donationib.* firmam reddimus. Ipse
namquè, vt donationes, quæ passim fiunt,
vndè facilè seductio in donantibus suspi-
cari potest, à mera, ac libera pendeãt,pro-
ficiscanturq; donantium voluntate, inter-
ueniente actorũ testificatione,per insinua-
tionem cõfici iubet: & hoc eò maximè in-
ter necessarias, coniunctasq; personas cu-
stodiri mandauit. *Siquidèm clandestinis, ac*

domesticis fraudibus (inquiẽs) *facilè quiduis*
pro negotij opportunitate cõfingi potest: vel id,
quod verè gestum est aboleri. Quem sensum
assecuta perpulchrè fuit *Gloss.* ibidem ver-
30 bo *domestici.* adnotans, id propterea fieri,
ne domesticis inimicis ad fraudes via
31 sternatur. Cùm nulla maior pestis excogi-
tari valeat eo, qui intus amicitiam simulat.
ex S. Petro Apostolorũ vertice in *can. si ini-*
micus est 1. dist. 93. verba damus Sãcti Apo-
stoli: *Et est multò nequior hostis hic, quàm il-*
li, qui foris sunt, & euidentèr inimici sunt. Hic
enim per amicitiarum speciem, quæ sunt inimi-
ca gerit, & Ecclesiam dispergit, ac vastat, &c.
Dixitq; Dominus noster IESVS Christus.
Matthæi 10. 36. *Et inimici hominis domestici*
eius. ijsdemq; verbis dixerat anteà per *Mi-*
cheam Prophetã 7. 6. *Quia filius* (inquiens)
contumeliam facit patri; & filia consurgit ad-
uersus matrem suam, & inimici hominis dome-
stici eius. sequiturquè *Bald. d. l. data.* per-
32 pendens faciliorem esse aditum ad eum
decipiendum, qui in domo existit eius, cu-
ius in fauorẽ donatur. Admittitq; ad rem
nostram satis aptè *Berous cons. 59. num. 2. &*
seq. per tot. vol. 1. Paris. cons. 57. num. 39. lib. 4.
& ad rem ipsam nostram in terminis, de
muliere loquẽs, quæ fratri donauit ad eius
transducta domum, vt donatio in fraudem
præsumatur, nec firma habeatur, sequitur
plenè, pluras enumerans coniecturas, ad
hanc præsertim, si in domo processerit do-
natarij, *Tiberius Decianus* doctissimus sanè
vir, iurisq; Consultus *cons. 32. nu. 14. & seq.*
ad vsq; num 20. lib. 3. & cons. 30. nu. 14 vol. 4.
Dominus Consiliarius *Scipio Theodorus al-*
legat. 78. nu. 5. & Ioan. Bapt. Larrea decis. Gra-
natens. Senat. decis. 66. nu. 4. & nu. 24. vbi ita
Senatum decreuisse refert: donationem
à muliere illa in domo factam donatarij,
annullatam fuisse. Et quidẽ iurè. Nunquid
non domum habebat Antonia, vt extra
domum traducenda fuerit, vt donationem
perficeret in domo Laudisij ad fauorem
eius Capellæ sub inuocatione Sãctæ Mariæ
de Carmelo in Terra Sancti Potiti Auelli-
nen diœcesis? An non vtiliùs, si erga Bea-
tissimam Virginem de Monte Carmelo af-
fecta adeò erat, propriæ Ecclesiæ in Ciui-
tate Neapolis, in qua degebat, & nata fue-
rat, donasset, quàm quòd ad Terram Sãcti
Potiti in Capella de iure patronatus illorũ
de Amatuccis, donationem transuertere
voluisset? Et quidèm si beneficia recepis-
set Beatæ Virginis intercessione; magis ea
recepisset, quòd ad imaginem Sãctæ Mariæ
de Carmelo Vrbis Neapolis orasset, ad quã
inuisendam, adorandamq; corporalitèr ac-
cessisset, flexisq; poplitibus corporis, ani-
mæq; humilitèr venerata fuisset, atq; inter-
pellasset; cùm non longè ab illa Ecclesia
ipsa degeret; quàm quòd ad Capellam de
Amatuccis affectum habuisset, cuius nec
33 notitiam tenebat. Ex hac itaq; inuerisimi-
litudine machinationis fraus, & dolus eui-
dentiùs arguitur. Cùm ipsamet rerũ inue-
risimilitudo falsitatis specimen redoleat.
Crauett. cons. 28. per tot. & cons. 134. num. 36.
Menoch. de præsumpt. lib. 5. præs. 20. nu. 12. 13.
& 14. Ioseph Ludouic. decis. Lucens. 13. nu. 20.
Cacheranus Osaschi dominus *decis. 117. nu. 8.*
Afflict. decis. 345. num. 2. in fin. Farinac. de fal-
sitate quæst. 153. num. 176. & 177. potissimũ
34 verò ne instrumentũ sit firmũ, sed clandi-
cet, vt notauit *Rota* apud *Card. Caualer. de-*
cis. 455. num. 1. & seq. diximus *respons.* nostra
21. num. 60. 61. & 93 part. 3.

Augetq; suspitionẽ, quòd obodorantes
ipsi inuerisimilitudinis huiusce vim, atquè
efficaciam, ad falsitatem demonstrandam,
indicandam, aperiendamq; aptam, articu-
lare conati fuere, sine etiam probare art. 5.
fol. 256. à ter. dictam Antoniam fuisse de-
scendentem ex Terra Lapij, nõ longè à di-
cta Terra Sancti Potiti dissita; indèq; mo-
tam ad donationem faciendam dictæ Ca-
pellæ Sanctæ Mariæ de Carmelo de iure
patronatus familiæ de Amatuccis.

Equidèm si ipsa ad dictã Terram Lapij,
quòd ex illa originem traxisset, affectum
habuisset, Ecclesiæ in dicta Terra existenti
donasset magis, quàm extrà in Terra Sãcti
Potiti. Vel potiùs Sanctæ Mariæ de Carme-
lo huius Ciuitatis Neapolis, in qua orta
fuit, eiusq; genitor Fabius Giarrella, dono
sua dedisset bona. Et sanè dictum Fabium
Antoniæ genitorem, Neapoli ortum fuisse,
apparet ex capitulis matrimonialibus, cum
anno 1613. ipsa matrimonio iuncta fuit
Honofrio Incoronato fol. 192. ex quo ma-
trimonio constante, Iulianum filium susce-
35 pit. Charitatis quippè ordine magis ad
patriam, in qua nata, eiusq; genitor, quàm
ad Terram Lapij, ad quam nunquàm acces-
serat, affectum habere debuisset. ordinata
nempè esse debet charitas, vti Canticorum
2. habetur: *Ordinauit in me charitatem.* vt
magis quisq; sibi debeat, quàm alteri. ex
S. Thoma 2. 2. quæst. 16. artic. 1. vndè ex no-
36 stratibus habemus: primam charitatem
à se incipere. ex *l. præses 9. C. de seruitut. &*
aqu. cap. nisi specialis 3. de authoritate, &
vsu pallij. Barbosa axiom 42. num. 1. diximus
respons. nostra 55. *nu. 20. & 29 part. 3.* quam
etiam perpensionem ad hanc ipsam rem
pœnè eandem, facit *Decian. d. cons. 30. nu. 28.*
lib. 4. Crescit proindè quàm maximè indi-
cium, argumentumq; incrementum non
leue suscipit; seductam, deceptamq; prædi-
ctam fuisse Antoniam in domo prædicti
Laudisij, & post prandium post vina epota,
& forrasse ad finẽ vsq; optima ad donatio-
nem faciendam Capellæ Sanctæ Mariæ de
Carmelo de iure patronatus familiæ de

Amatuc-

Amatuccis in Terra S. Potiti processisse; cùm illa hoc facere detrectasset. Et lapidē addit; quod probauere Aduersarij, (non
37 animaduertentes se in foueam decidere, quam foderūt. *psalm.7.16.*) Antoniam mulierem acris fuisse ingenij,atq; sagacem, prudentemq;. Propter hanc nempè causā donare Ecclesiæ de iure patronatus familiæ de Amatuccis in Terra Sancti Potiti Auellinen dioecesis, detrectabat, quia prudens erat, acrisq; ingenij, vndè hoc nole-
38 bat. Rarò enim accidit mulieres donare. vti Constantinus Cesar innuit in *l.si à sponso 16. §.quod si sponsa. C.de donat. ante nupt.* rationemq; reddit *Gloss.*ibidem verbo *rarò accidit.* Quia auarissimum genus est mulierum. sequiturq; plura alia ad rem referens *Decian. d.conf.32. num.6. & seq. d.lib.3. & d. conf.30.num.9.vol.4.Larrea d.decis.66.num.2. part. 2.*

39 Hanc verò mentem Antoniæ fuisse; noluisse videlicet illam donare, manifestissimè deducitur; & quia nunquàm anteà importunis D. Laudisij persuasionibus assensum præstare voluit; & quòd statim post peractam donationem, se seductam, atq; à compatre deceptam, ac proditam eiulatibus acclamauit, nec vnquàm cessauit, donec donationem non voluntariè factam, reuocaret.quod inter coniecturas,ad mentem arguendam mulieris donantis,illam deceptam præsumi, atq; citrà voluntatem donasse, agnoscit *Decian.d.conf.30.in 4.coniectura,num.18.& in 6. num.21. vol.4.* & latiùs *d.conf.33.*

Quid enim si ità rectè erga Beatissimam Virginem de Monte Carmelo, ob accepta præsertim beneficia affecta fuisset,vt ei dono sua dare voluisset, vt in præsumpta donatione per Laudisium assertum fuit,tàm citò, à proposito discesserit,ac facti se pœnituerit, & aduersus dictum Laudisium imprecationes verterit, quòd eam deceperit,prodideritué? Præsertim verò cùm donationis non voluntariè peractæ, reuocationem in testamento fecerit,ad mortem iam properans. Non ne tunc magis illam confirmasset,cùm iam ei ex humanis discedendum esset, omniaq; relinquenda, vt sic magis gratiam cum Beatissima Virgine
40 Maria iniret; faceretq; sibi amicos de mammona iniquitatis. iuxtà illud Domini Lucæ 16.9. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis?* Iniquitatis dixit; hoc est *solicitudinis*. Satis nempè soliciti sunt homines, vt pecunias conquirant, illasq; seruent. ex *Dionysio Carthusiano* in eundem locum Lucæ.Eo præsertim tempore,quando ad iudicium properandum erat, vt fa-
41 ctorum suorum rationem iustissimo redderet Iudici, vt nemo suæ salutis immemor esse præsumatur. ex Theodosio Cæsare in *l.sancimus vltima. §.& licet nemo. C.ad leg.Iul.repetund.*qui textus fuit per Gratianum inter sacros canones relatus in *can. sancimus 26. 1 quæst.8.* Neque bona secum deferre poterat,nisi hoc modo,vt Beatissimæ Virgini dicata essent, si verè, ac voluntariè eidē dicasset, donoq; dedisset. Quod
42 sanè ex hoc saltim actu protestatiuo,suæq; internæ volūtatis declaratiuo minimè apparet. ex traditis ab Innocentio Tertio in *cap.litteras vestras 14. de præsumptionib.* ibidemquè perpendit *Gloss.*verbo *tàm graue*. notauitq; Cardinalis *Zabarella* per dictum *tex.in clem.1.in 8.quæst. nu.6.in fin.de consanguinit.& affinit.et Felin.cap.2.nu.12.in 1.fallent. in fin. de constitut.* sequiturq; ad rem nostram *Decian. d. conf.30. in 6. coniectura num.21.liq.4.*dixeratq; ipsemet,latiusq; deduxerat in eadē causa *d.conf.32.in 12.coniectura,num.40.lib.3.*

Vt inferendum proindè sit necessariò: Antoniam non voluntariè, sed seductam, sed deceptam donationē illam post prandium in domo Laudisij fecisse, vt ipsa in suis supremis tabulis testamento scripto declarauit,confirmauitq;.

43 Adiuuantq; perpensionem hanc clausulæ tàm insolitæ, tàm arctè, presèq; combinatæ, & in vnum adiunctæ, vt valida donatio haberetur; quas sanè clausulas Antonia ipsa, asserta donatrix adijcere non vtiq; nouisset. Adiecit proindè illas Laudisius, cuius in fauorem (Capellæ scilicet de iure patronatus eius familiæ) donatio instituebatur. Ex seductione propterea, non ex Antoniæ libera voluntate donatio processit,vt ipsa antè, & post peractā donationem protestata fuit. Indè quippè clausulas ipsas Doctor adijecit Laudisius, qui vereri poterat, nè eius detegeretur fraus,& donatio nulla haberetur, quæ nolente,rēpugnanteq; Antonia instituebatur. ex Pomponij sensu lib. 5. ad Sabinum in *l. si quis sub conditione 7. ff. de conditionib. institut.* sequiturq; apprimè ad rem nostram *Gloss.*1.ibidem.eamq; approbat *Bald.eodem loco.* & in *l.testamentum 17.C. de testament.* aliosq; refert *Decian. d.conf.32.nu.64.& 65.*
44 *lib.3.* Ex ipsa quippè natura insitum nobis videtur,vt quæ insolita sūt,suspecta habeamus, atq; latere sub eis fraudem suspice-
45 mur. Velut in herba latet angnis. vt prouerbio fertur. argumento petito ex Vlpiani sensu lib.2. ad Sabinum in *l.si quis ita 6. & d.l.si quis sub conditione 7.* ibidemq; *Gloss. ff.de condition. institut.* & ex Innocentio III. in *cap.pastoralis 8. in fin. de fide instrumentor.* sequiturq; *Neuizan.conf.52.num.56.Gonzal. ad 8.regul.Cancell.Gloss.36.num.86.* diximus *responf.*nostra *84.num.1.2.& 3. & seq. par. 3.* Ipse verò (vt qui Doctor,& doctus,vt testibus probatum per Aduersarios fuit) natu-

ram nouerat mulierum auaram, & facilem
ad vertendum, tot adijecit clausulas, vt ex
ipsis firmum saltim faceret, q̃ ex se infirmũ
nouerat citra voluntatem, quin repugnãte
Antonia fatum. Madebat enim vino, quod
optimum fortassè fuerat ad extremũ vsq;
iuxtà Architriclini illud in cõuiuio, in quo
Christus Dominus vnus erat ex cõuocatis
46 Ioan. 2. 10. *Tu autem seruasti bonum vinum
vsq; adhùc*. vt faciliùs inebriaretur, cùm
donationem fecit; vndè etiam domum re-
uersa, quod acceperat cibi, potusq; euo-
mit, viditq;, inprecationesq; in compatrẽ
fulminabat, quòd illam decepisset, atquè
prodidisset, quin in languorem ex tristitia
incidit. Non enim hæc ita accidisset, si sua
spontè, ipsaq; volente, & postulante (vt ar-
ticulauit Pars aduersa, non probauit) Bea-
tissimæ Virgini Mariæ de Monte Carmelo
dono sua dare voluisset. Quin magis gaui-
sa fuisset, quòd id totum, q̃ in votis habue-
rat, implesset, suæq; obsequuta suisset vo-
47 luntati. quod sanè lucri loco habetur;
nàm lucrari dicitur, qui suæ obsequitur
voluntati. ex *Gloss. fin. in l. si emptionem 36.
ff. de minoribus vigintiquinq; annis. Gloss. fin.
in l. penult. ff. de conditionibus causa data, cau-
sa non sequuta. Neuiz. cons. 74. nu. 13. Mon-
terius à Cueua decis. Aragoniæ 14. num. 31. &
decis. 36. num. 80.* diximus *respons.* nostra 27.
num. 16. part. 3.
48 Quam ob causam, ne pili quidèm depo-
sitio officit Notarij, per Aduersarios ad
examen producti; cùm donationẽ per An-
toniam ex sua libera voluntate factam ip-
sum scripsisse, sacramento asserit.
Cùm, quòd ad sui ipsius exonerationem
hoc dicit, ni falsus habeatur.
Tùm quòd ex ipso donationis instru-
mento, quod ipse scripsit, nec denegat, quæ
dicimus apparent, atquè in ipso leguntur,
vndè hoc ipsum non minimi fraudis suspi-
tione eum nodatũ reddit. vti perpendit ad
rem *Decian. d. cons. 32. num. 64. & 65. lib. 3.*
49 Nequè etiam obstaculum faciunt, quòd
probare ipsi nixi sunt: D. Laudisium virũ
fuisse optimum, vtriusq; Iuris Doctorem,
Sacerdotem, Prothonotarium Apostolicũ,
Equitem Crucis Christi, probum, non quę-
rentem aliena, diuitem, aliorum non indi-
gentem.
50 Quæ nèpè asserimus ex ipso scripturę, &
instrumenti corpore nos deducimus. Neq;
.n. ipsi inficias ibunt, veluti neq; Notarius,
qui instrumentũ stipulatus fuit, abnegare
poterit, instrumẽtũ hoc, & scripturã in do-
mo D. Laudisij stipulatum fuisse, post pran-
dium, & ad sui fauorẽ dispositionẽ rogatã,
ipsumq; tot clausulas insolitas, nec cõsue-
tas, innexisse, quæ sanè Antòniæ, & fortas-
sè Notario ipsi incognitę erant. Ex ope-
51 ribus itaq; suis, suoq; ex ore iudicantur,
atquè paritèr condemnantur, iuxtà senten-
tiam illam Domini. Lucæ 19. 22. *De ore
tuo te iudico serue nequam*. Et satis plus est
52 factis, quàm verbis loqui. Veritate gesto-
rum sermonibus præualente. vt Innocen-
tius Tertius verba facit in *cap. cùm inter 13.
§. fin. in fin. de sentent. & re iudic.* & in *cap. di-
lecti filij 52.* ibidemq; *Gloss.* verbo *facto. de
appellat. l. 1. totoq; titulo. C. plus valere quod
agitur. Rota* apud sanct. memor. *Gregorium
XV. decis. 247. num. 18.* & apud *Card. Mantic.
decis. 146. num. 4.* & apud *Card. Caualer. decis.
100. num. 7.* & Nos *respons.* nostra 53. *nu. 10.
& seq. part. 3.*
Scripturam autem ipsi produxere, & fun-
53 damentum est intentionis eorum: viden-
tur proindè acceptare, & confiteri omnia
in ea contenta vera esse, eaq; probare. ex
his, quæ notant *DD. in cap. cũ venerabilis 6.
de exceptionib.* & in *l. 1. §. editiones. ff. de eden-
do. l. si filiusfamilias 18. ff. ad Senat. Consult.
Macedonian. Marania* meus Proauus *cons. 94.
nu. 1. Ioseph Ludouic. decis. Perusina 19. nu. 25.
26. & 28. Rota* apud *Coccinũ decis. 450. nu. 2.*
& apud *Card. Caualer. decis. 26. nu. 4.* quæ est
etiam in impressis apud *Marchesan. part. 1.
fol. 646. decis. 49. num. 4.* & apud eundem *Ca-
ualer. decis. 464. nu. 6.* & apud sanct. memor.
Gregorium XV. decis. 238. ibidemq; *Beltra-
min. num. 15. & decis. 385. nu. 1. & decis. 402.
num. 3.*
54 Nec ad rem facit: substineri fauore piæ
causæ dispositionem, quàmuis solemnita-
tibus carentem ex ciuili iure perquisitis;
quia in his, quæ ad Deum pertinent, con-
sequenterq; ad piam causam iuris ciuilis
solemnitates minimè desiderãtur. ad *text.
in cap. cùm esses 10. & cap. relatum 11. de te-
stament.* plura deduximus Nos *respons.* no-
stra 17. *n.* 10. & 11. *par. 1.* Sunt enim solem-
nitates extrinsecę, de quibus nullã in pijs
rationem habendam sacri disposuere Ca-
nones.
55 Nequè enim nos id abnuimus, neq; infi-
cias imus in extrinsecis solemnitatibus, vt
si de testium numero in testamentis iure
ciuili decretis agatur, alijsq; similibus so-
lemnitatibus, vt Nos *d. respons.* 17. *num. 2. &
56 seqq.* latè deduximus. Secus verò si de
voluntatis defectu agatur. Essentia namq;
dispositionis cuiusq;, siuè inter viuos, siuè
in suprema dispositione, à volũtate depen-
det libera disponentis. voluntatem hanc
liberã si de medio tuleris, dispositio, quæ-
cunq; illa sit, sine voluntate remanet, atq;
57 proindè manca, & nulla. Quid enim ex ho-
minis dispositione firmum esse potest, si à
libera non dependeat hominis voluntate,
sine qua nec peccatum ipsum, quod defe-
ctus est, datur, quantò magis actio altera
hominis, quàmuis virtutis? quod & Vale-
rianus, & Gallienus Cęsares agnouere pro-
fessiq;

fessiq; sunt in *l.fœdissimam* 20. *C.ad leg.Iul. de adulter.& stupro.* ibiq; Baldi summarium
58 dicentis: *Tolle voluntatem de medio,& omnis actus erit indifferens*. & ex Diocletiani, & Maximiani Imperatorum sensu in *l. emptionem* 2. *C. de contrahend..empt. & vendit.*
59 disponentium: Emptionem, & venditionem consensum desiderare: nec furiosi vllum esse consensum manifestũ esse. rationemq; reddere videtur *Bald.* in summario ibidem: *Quia vbi non est consensus, ibi deficit substantia emptionis,& vẽditionis.* & *Gloss.* ibidem. & firmiùs ijdem in *l.si donationis* 2. *C. eod.* dicentes: *Si donationis causa, venditionis,simulatus cõtractus, emptio in sui deficit substantia*. Quo loco *Gloss.* verbo *substantia.* ita ad rem. *Substantia emptionis est consensus. vt supra. l.prox. non autem consentiunt in venditionem,qui licèt verbis emptionem exprimant, corde tamen aliud sapiunt.* Ex consen-
60 su igitur, & voluntate libera contractus pendent. non fuit autem ex libera voluntate, neq; consensu per Antoniam facta donatio, quàmuis in piam causam: Quia decepta,seducta,vino plena donauit, quod
61 non intelligebat. non ergo donatio. Quia quæ alienata mente fiunt. & sine voluntate,non imputantur, vt supra ex *Gratiano* 15.*quæst.*1.*in summa.* retulimus.

Quomodò enim reus constituetur, qui nescit quid faciat? Augustinus loquitur in *can.aliquos scimus* 5 *ead.*15.*quæst.*1. & secundùm Ambrosium in Examerон lib.1. cap.8. à Gratiano relatũ *can.illa cauenda* 6. *ead.*15.*quæst.*1. Illa cauenda sunt,(dicentè) quæ ex nostra volũtate prodeunt. Nõ ergo firma habenda donatio erit,quòd in piam causam dicta fuit, cùm in substantia deficiat, sine donantis facta voluntate libera.

Neq; demùm obstaculum faciunt, quæ de iuramento ipsi obijciunt, quasi sacramento firma euaserit donatio, quæ aliàs sine illo non valebat.

Ex eodem quippè principio seductionis, deceptionis,& inuoluntarij iuramentum
62 processit. Quam ob causam eandem sortitur aduersus sacramentũ inuoluntarij exceptionem,quam & ipsa habet donatio, vt nulla sit.
63 Eandem porrò iuramentum assumit naturam, quam, cui adijcitur contractus, habet: vti expressissimè Iustinianus declaranit Cæsar in *l.indubitati iuris est* 16.*aliàs fin. C. de non numer. pecun.* Semper enim tacita inest sacramento conditio, si res ita se habeat. ex *Gloss.*ibidem verbo *sacramenti.* Improbatur namq; ex lege, quod citra disponentis voluntatem, in contractum, siue stipulationẽ deductũ est, nec vires obtinet.
64 Nec est obligatorium cõtra bonos mores præstitum iuramentum. *regula nõ est obligatorium* 58. *de regul.iur.in* 6. *Couar.in rubr. de testam. par.*2.*nu.*4. *Duegnas reg.*219. *in* 2.
65 *ampliat. & limit.*5. Neq; perfidiæ,& infidelitatis, quin etiã iniquitatis, vinculum esse iuramentum debet. quod reprobauit Innocentius III. ad Regem Aragoniæ scribens in *cap. quanto personam tuam* 18. §. *super quo. de iure iurand.* & S. Augustinus à Gratiano relatus in *can.inter cætera* 22. 22.
66 *q.*4 Vt sceũ tres habere comites oporteat Veritatẽ, Iudicium,& Iustitiã. ex *Hieremia* 4. 2. dicente Domino: *Et iurabis: Viuit Dominus: in veritate, & in iudicio,& in iustitia.* & vsurpauit Innocentius III. in *cap. & si Christus* 26. *de iure iurando.* sequiturq; pluribus *Io. Bapt. Larrea decis. Granatens.part.*1. *decis.*7.*num.*18.19.& 20.& *d.decis.*66.*nu.*36 *in fin.part.*2.*Molfes.cons.*4.*num.*15.26.& 27. & *seq. post* 1.*volum.commentariorum ad consuetudines Neapolitanas. Hippol.Maya d.consultat.*34.*num.*20.& 21 *Grattan. disceptat.forens. part.*4 *cap.*722.*nu.*39.& *seq. Rota in Pisorien Parochialis Sancti Hippolyti* 19. *Aprilis* 1639.coràm *Dunozetto decis.*115.*num.*20. in nouis additis ad *praxim Viuiani de iure patronatus*.
67 Iuramentum verò quàmuis solemnitatũ defectum impleat,non tamen causæ implementum supplet,vti consensus, & voluntas est libera,quę substantia est contractuum omnium, vt diximus. docuitq; *Puteus decis.*205.*n.*4.*lib.*3.& alijs relatis *Larrea d.decis.*7.*num.*20.*in fin.part.*1.

Præterquàm quòd, fac ex libera Antoniæ voluntate donatio processisset;neq; sic
68 tamen firma esset; cùm lite pendente inter ipsam,atq; natos Francisci Antonij Incoronati,qui ad se bona ex fideicommisso prætenso à Faugustina Ciurcia bonis suis adiecto, spectare prætendebant, (siculi ad hanc vsq; diem per appellationem lis pender in Sacro Consilio, & hoc primitùs nũc discutiendum remanet, (vt in initio diximus) an confirmanda, vel infirmanda sententia sit Magnæ Curię Vicariæ,quæ pro fideicommisso decreuit, donationem hanc inierit.Lite verò pendente inhibitum ei ex
69 iuris censura erat donare,& in alium,(potentiorem potissimùm,vt Ecclesia est) dominium donatæ rei transferre. Et quidèm ex sacris Canonibus ex Gelasio Papa in *can. quia res in litigio posita* 50. *aliàs fin.* 11. *q.* 1. & *cap.*1. & 2. *de alienatione iudicij mutandi causa facta.*ibidemq; *Gloss.* & *Scribentes. Gloss.in cap. ex litteris* 7. verbo *vel antequàm. de iure patronat. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ* 3. *vt lit. pendent.* ibidemq; *Abb. clement. cùm lite pendente* 2. *vt lit. pendent.* ex legibus verò ciuilibus. ex *l. penult. & final.*
70 *C. mandati.* Circumueniendi quippè animo fecisse videtur; quòd sic donauit. vt Imperator *d.l.penult. C. mandati.* obseruat.
71 Quam ob rem donatio ipsa, siue alienatio nulla

nulla euadit, neq; effectum vllum fortitur. *l.1.& 2.C.ne liceat potentioribus. l.1.& 2.ff. de alienat.iudic.mutand.cauf.fact.Innocent.& Abb. d.cap.2.de alienat.iudic.mutan.cauf.fact. l.lite pendente 2.* quæ est Constãtini Cæsaris *C.de litigiof.* expressissimis illis verbis: Tan-
72 quàm si nihil factum sit; lite nihilominùs peragenda. & *l. censemus 4. C.eodem. Gloss. in cap.Quin V. 11.* verbo *sicut inter. in fin.de iudic. Afflict.decis.354.in fin. Hieron.Cuuall. commun.contra commun. part.3.q.820.nu.28. & seq.* Regens *Ioan.Francisc.Sanfelic.decis.2. num.6.& 7.& seq.part.1.Rota* apud *Rubeum part.7. recentior. decis.227. nu.1.& 14.& decis.281.num.1.& seq. & num.18.ead. part.7.* Rationẽ reddit *Gloss. in d.cap.2.* verbo *Ecclesiasticum. de alienat.iudic.mutand.cauf.fact.*
73 Quia per hoc (dicẽs) mutatur iudicium.

Quòd autem lis pendebat in Magna Curia Vicariæ ab anno 1639.quo fatis cõcessit in Terra Anagniæ Iulianus Incoronatus, vt ex fide eius mortis fol. 33. id euidentissimè apparet ex petitione in Magna Curia per Iuliam Sabatinam viduam relictam quondã Doctoris Francisci Antonij Incoronati,matrem,& tutricem filiorum eiusdem fol.25. prætensa verò donatio per Antoniam inita fuit 20.Augusti 1640. fol. 168. Pendebat itaquè lis super petitione prætensi fideicommissi inter dictos natos Francisci Antonij, & Antoniam Ciarrellã, cùm donatio per eam Capellæ S.Mariæ de Carmelo in Terra Sancti Potiti inita fuit. Contra prohibitionem ergo iuris vtriusq; donatio processit. Ex hoc ergo vno nulla, atq; inualida, fac voluntate deliberata illã Antonia fecisset; multòq; magis cùm ex vtroq; capite nulla sit donatio.

Atquè ita ex his, quæ lubentèr iudicio subijcimus acriori, saniorіq; respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Mortis memoria satis dura est homini, dùm in humanis agit, vt sola eius recordatione horrescat.*
Amara proindè eius est memoria homini habenti pacem in substantijs suis.nu.2.
Maximum est tamen amuletum mortis memoria ad peccata vitanda. num.4.
Etiam ex Gentilibus Poetis. num.5.
Ex morte conturbati, qui in extremis agunt, suas volũtates supremas malè connectũt. num. 8.
3 *Ezecchias Rex ex sola mortis repræsentatione per Isaiam sibi annunciata conturbatus fuit; fleuitq; fletu magno; & orauit Dominum.*
6 *Bonũ operari debemus dùm tempus habemus; Dùm viuimus scilicet.*
7 *Conuersionem ad Dominum à peccatis differre non debemus.*
Ne veniat super nos ira eius.
9 *Fabrica Sancti Petri ius habet in omnibus legatis incertis.*
Maximè verò pro male ablatis incertis.
Verba referũtur declarationum Sacræ Congregationis.
Eaq; expenduntur. num.10.
11 *Dictio* (& maximè) *expenditur.*
12 *Dictio* (præsertim) *pro* (maximè) *exaudìtur.*
13 *Restitutio malè ablatorum, vbi certi sũt, à quibus ablata fuere, eis fieri debet, à quibus ablata sunt.*
Quia eis per ablationem inæqualitas illata est. num.17.
Quod de necessitate salutis est.
Neq; saluatur homo sine restitutione ablatorum. num 15.
14 *Peccatũ nõ dimittitur, nisi restituatur ablatũ. Si restitutio fieri possit. & num.28. & 30.*
16 *Restitutio actus est iustitiæ commutatiuæ.*
18 *Dictio* (perciò) *quæ causalis est, expenditur.*
Finalem denotat causam. num.19.
Ratio affertur. num 20.
20 *Effectus sua causa maior esse non potest, nequè eam vincere.*
21 *Causa suo effectu, quem producit, est potior.*
Et determinat id, propter quod fit aliquid. num.22.
Atq; per eam dispositum, quia
Causa est, quæ dispositum determinat. n.24.
Causa productiua legati attenditur. nu.25.
23 *Legatum relictum ob causam, determinatur secundùm causam sibi annexam.*
26 *Causæ proportio, causati quoq; proportio est.*
27 *Legatum pro malè ablatis, incertis, & in genere, idem.*
Declaratur, num.34.
28 *Restitutio facienda est ei, à quo aliquid ablatum, acceptumq; est.*
Et qui minus habet, quàm quod suum est. & num.35.
29 *Vsuræ his restituendæ sunt, à quibus extortæ, vel eius hæredibus, his non existentibus, pauperibus.*
31 *Solutio debet fieri cui debetur, non alij.*
Alioquin non liberatur soluens.
32 *Restituere est iterum aliquem in dominium, & possessionem rei suæ statuere.*
33 *Decretum Sacræ Congregationis Fabricæ super legatis pro malè ablatis relictis.*
36 *Fabrica Sancti Petri nõ comprehendit legata, quæ certis Ecclesijs, certisq; personis pro malè ablatis relinquuntur.*
37 *Genus latiùs patet, quàm species, quæ genus comprimit, & contrahit.*

38 *Anima*

38 *Animæ defunctorũ in purgatorijs pœnis purgantes, orationibus, atq; sacrificijs ab illis soluuntur.*

39 *Legato pro malè ablatis incertis onus adijci nõ potest.*

Quia æs alienum computatur.

40 *Testator non frustrà loquutus præsumitur, sed vt prudens.*

Potissimùm verò pro sua salute animæ. num. 41.

Id ergo sequendum quod ipse voluit. nu. 42.
Lex est enim eius voluntas.

41 *Animæ pro salute abundantiùs est agendum.*

ARGVMENTVM.

Legatum pro malè ablatis certæ Ecclesiæ, certisq; personis relictum, nùm ad Fabricam Sancti Petri vti incertum spectet? & quæ legata incerta ad Fabricam spectent? Nùmne idẽ omninò sit legatum incertum pro malè ablatis, & in genere pro malè ablatis relictum? Quomodò verò restitutio facienda sit eorum, quæ malè quis abstulit. Et nùm sufficiat pro malè ablatis in genere, atq; incertis relinquere, si certæ personæ sint, à quibus ablatum fuit?

RESPONSIO XLII.

1 MOrtis memoria satis dura est homini, dùm in humanis agit, vt sola eius recordatione horrescat, & conturbentur omnia ossa eius. Hinc Sapiẽs *Ecclesiastici 41. 1.* sic mortis exagerat memoriam. *O mors*
2 (inquiens) *quàm amara est memoria tua, homini pacem habenti in substantijs suis.* Ezec-
3 chias quippè Rex ex sola mortis memoria cùm ægrotaret, & ingressus ad eum fuisset Isaias Propheta (*Isaiæ 38. 1.*) atq; dixisset ei: *Hæc dicit Dominus: Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues*, commotus, atq; conturbatus conuertit faciem suam ad parietem, & orauit ad Dominum: *Et fleuit Ezecchias fletu magno.* Orauitq; *Quæsiui residuum annorum meorum: dixi: Non videbo Dominum Deum in terra viuentium.*

Non aspiciam hominem vltra, & habitatorem quietis.

Generatio mea ablata est; & conuoluta est à me, quasi tabernaculum Pastorum.

Præcisa est velut à texẽte vita mea: dùm adhùc ordirer succidit me: de mane vsq; ad vesperam finies me.

4 Maximum proindè amuletũ est ad peccatum euitandum mortis memoria. vt sapientis ore Spiritus nos admonet sanctus Ecclesiastici 7. 40. *In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua; & in æternũ non pec-*
5 *cabis.* & ipsi Gentiles Poetæ admoniuere Pers. satyra 4.
Viue memor lethi. fugit hora. hoc quod loquor inde est.
nàm vt Claudianus quoq; dixit:
Lex vniuersi est, quæ iubet nasci, & mori.
Scilicet omne sacrũ mors importuna profanat;
Omnibus obscuras inijcit illa manus.
6 Vt Ouidius 1. Amorum cecinit. Dùm itaq; tempus habemus operemur bonũ ad omnes. ex Apostolo ad *Galatas 6. 10.* dùm viuimus scilicet. & Sapiens *Ecclesiastici 5. 9.*
7 omnes admonet, dicens: *Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.* Tempus vindictæ mortis
8 est tempus. Hinc sanè est, quòd conturbati homines instantis mortis memoria, dùm in extremis agunt, vltimas suas voluntates malè connectunt, atq; componunt; & qui scribunt eas Notarij, parùm ipsi intelligẽtes, multis litibus successores inijciunt.

Hoc accidisse videtur in facto, de quo nunc controuersia agitur. Doctor Carolus Palescandolo supremum agens spiritũ, die 19. Iulij currentis anni 1648. dùm de rebus suis supremum quoq; iudicium daret. nàm non multò post moritur. sic inter cætera disposuit.

Item declaro douere conseguire dal Signor Vespasiano del Balzo Barone delli Schiaui vna sommma di danari per causa del prezzo della casa à Sãto Seuero, olim vendutali per lo quondam Geronimo Palescandolo mio padre, per li quali corrisponde l'interessi à me per lo complimento, deduttto quello si deue alli RR. Padri di San Giorgio. Perciò voglio, che lo capitale debito per detto Barone vadi tutto in beneficio della Chiesa di S. Giorgio, pro malè ablatis, & per suffragio animarum defunctorum patris, matris, fratris, & aliorum prædecessorum.

Post suprema Caroli funera, scrupulus refricatur Patribus prædictis Ecclesiæ Sãcti Georgij: esse legatum prædictum pro malè ablatis. Ad Fabricam proindè Sãcti Petri spectare suorum priuilegiorum, & facultatum vi. Fit propterea causæ status:

sint

fint ne iura Fabricæ tuta?
Tuta haud esse iura Fabricæ responden-
9 dum videtur. Ad Fabricam enim incerta
spectant, & maximè pro malè ablatis in-
certis relicta: sic nempè in declarationibus
dictæ Fabricæ apud *Steph. Quarant. in sum-*
ma Bullarum verbo *Fabricæ Sancti Petri fol.*
248. §. 5. in fin. habetur: *Decurrenda verò in*
futurũ pro pauperibus huiusmodi puellis ma-
ritandis, etiam anteà electis, vt præfertur, inte-
gra concedantur, nisi in totum incerta essent,
ita vt ad Fabricã, iuxtà priuilegia, omnino spe-
ctarent; proùt etiam eidem Fabricæ competunt
omnia pia legata incerta, & maximè pro malè
ablatis relicta, ita vt etiam ab Ordinarÿs loco-
rum, si fortè ad eos peruenerint, vindicari va-
leant iuxtà priuilegia prædicta. Sic declara-
tiones, quæ iuxtà priuilegia ad maiorem,
amplioremq; eorum lucem, datæ fuere.
10 Quam ob causam verba illa: *& maximè*
pro malè ablatis relicta; de incertis vtiquè
exaudienda erunt: & quòd præcedentia
verba: *Proùt etiam eidem Fabricæ competunt*
omnia pia legata incerta, ad subsequentia re-
ferri debẽt: *et maximè pro malè ablatis* (vtiq;
11 incertis) *relicta*. Dictionis quippè illius (*&*
maximè) est exprimere casũ minus dubita-
bilẽ, & implicare magis dubitabilẽ. ex Cõ-
stantino Cęsare in *l. qui se patris 3. C. vndè li-*
beri. illis verbis: *maximè emancipatus.* ibiq;
notãt DD. & Gloss. satis ad rẽ in *l. illud quę-*
sitũ 32. verbo *æstimari. in fin. ff. ad l. Aquil.* quę
sic loquitur: *vbicunq; inuenitur* (maximè)
in aliqua lege, denotat enim, quod alia ratio in
altera, tamen idẽ statuitur ius. secundùm Ac-
cursium. sic Gloss. sequiturq; *Rota* apud san-
ctæ memoriæ *Gregorium XV. decis. 420. n. 5.*
& 6. Si itaq; (*& maximè pro malè ablatis re-*
licta) in legatis incertis comprehendũtur;
& illa quoq; incerta esse oportebit. vt ca-
sus magis dubitabilis per dictionem (*ma-*
ximè) includatur. ex *Gloss. in can. multorum*
20. in fin. verbo *præsertim 27. quæst. 2.* quę di-
12 ctionem (*præsertim*) id est (*maximè*) inter-
pretatur. sequiturq; *Mandos. cons. 8. num. 7.*
13 *& seq.* Et quòd, malè ablatorum restitutio,
vbi incerti non sunt ij, à quibus ablatum
est, ijsdem, à quibus ablatum est, de neces-
sitate salutis fieri debet. Alioquin si resti-
14 tutio fieri potest; non dimittitur peccatũ,
nisi restituatur ablatum. ex S. Augustino in
can. si res aliena 1. 14. quæst. 6. regula pecca-
tum 4. de regul. iur. in 6. quem etiam refert
Alexander III. in *cap. cùm tu 5. §. super his.*
15 *de vsuris.* Nec saluatur homo, nisi restituat,
& vniuersa, quæ ablata sunt, restituantur.
ex Hieronymo *can. nemo, qui rapuit 4. 14.*
quæst. 5. & can. Diaconi sunt 23. §. certè, vt ipse
nosti. dist. 93. S. Thom. 2. 2. quæst. 62. artic. 2. in
16 *corpore.* Quia restitutio actus est iustitiæ
commutatiuæ, qua cuiq; redditur, quod ab
eo acceptum, ablatumquè iniustè est. ex
S. Thom. eod. art. 2. & art. 1. & Nos *respons. no-*
stra 92. num. 15. 25. & seq. part. 4.
Necessariò igitur verba illa declaratio-
nis exaudienda erunt de malè ablatis in-
certis, & in genere, vt illa ad Fabricam spe-
17 ctent; cùm quę à certis, notisq; personis
ablata fuere, illis vtiq; debeantur, quibus
per ablationẽ inæqualitas illata est. ex *S.*
Thom. d. art. 2.
At sunt, quæ Carolus Patribus, & Eccle-
siæ Sancti Georgij reliquit, non pro malè
ablatis incertis, sed certis. non ergo ad Fa-
bricam spectant:
Minorem adstruimus syllogismi: si ver-
ba iterùm detulerimus Caroli testatoris.
Loquẽs enim de Vespasiano de Baucio eius
debitore sic infert: *Per li quali* (vtputà ex
pretio domus) *corrispõde l'interessi à me per*
lo complimento, dedutto quello si deue alli RR.
Padri di S. Giorgio; perciò voglio, che lo capi-
tale debito per detto Barone, vada tutto in be-
neficio della Chiesa di S. Giorgio pro malè abla-
tis, e per suffragio animarum, &c. Pro malè
ablatis, vtiq; à dicta Ecclesia Sancti Geor-
gij, & RR. Patribus, quibus pro domibus
illis aliqua debetur portio, neq; illam pro
præterito soluerat Carolus, vndè nũc con-
scientię stimulis agitatus pro malè ablatis,
totum capitale eidem reliquit Ecclesiæ.
18 Causalis namq; illa (*perciò*) quæ idcircò,
ideò, propter hanc causam, propterea red-
ditur, non aliud inferre videtur, quàm ideò
se relinquere Patribus prædictis, quia in
eo, ꝙ ipsis debebatur singulis annis (*dedut-*
to quello si deue alli RR Padri di S. Gior-
gio) fraudem vtiq; cõmiserat. vt itaq; frau-
dem resarciret factam, sarctamq; redderet,
totũ capitale illis reliquit pro malè abla-
tis. ab ipsis vtiq; Patribus, quibus (*perciò*)
idcircò, propter hanc causam, propterea
voluit: *che lo capitale debito per detto Baro-*
ne vada in tutto in beneficio della Chiesa di S.
19 *Giorgio pro malè ablatis.* Dictio nempè illa
(*perciò*) propterea, ideò, idcircò, propter
hanc causam, finalem denotat causam. ex
Vlpiano lib. 4. disputationum in *l. cancella-*
uerat 2. ff. de ÿs, quæ in testamento delentur. il-
lis sanè verbis: *Sed si omnia nomina induxe-*
rit. (vt proponitur) adscripserit autẽ (idcircò)
se id fecisse, quia vnum hæredem offensum ha-
buerit, multum interesse arbitror, vtrum illud
tantùm fraudare voluit hæreditate: an verò
causa illius totum testamentum infirmare: vt
scilicet vnus causam inductionis præbuerit, ve-
rùm omnibus obfuerit. Dictio ergo idcircò,
quæ causalis est, causam inducit finalem.
quod notat *Socinus Senior cons. 159. in præ-*
senti. num. 21. lib. 2. Aymon Crauetta cons. 192.
num. 21. & Beccius cons. 20. num. 12. & 13.
vol. 1. Gratian. decis. Marchiæ 60. num. 1. & 2.
& sequuta fuit *Rota part. 1. in recentiorib. de-*
cis. 453. num. 2. in fin. Ea sanè, nec inadequa-
20 ta

20 ta ratione: Quia effectus causam, à qua-
pendet, superare non potest, eamq; egredi;
21 cùm semper suo effectu causa, quæ illum-
producit, sit potentior. ex *S. Thom. 2. 2. quæst.26.artic.3. in 1. argum. & part.3. q.54. artic. 3. in respons.* & ex Florentino lib.7. Institutionum in *l. in agris 16. ff. de acquirend. rerum domin.* & ex Vlpiano lib.11. ad Sabinum in *l. morbus 2. §. prius autem sibi. ff. de vulgari, & pupillari. Cugell. commun. contra commun. quæst.606. num.45.*

Causa igitur relicti capitalis per Carolũ Patribus fuit, propter malè ab eis ablata, ratione eorum, quæ ipsi super diuendiis domibus singulis annis consequi debent. Determinabitur ergo relictum ipsum per causam, quam ipse attulit; *perciò voglio, che lo capitale debito per detto Barone, vada tutto in beneficio della Chiesa di San Giorgio pro malè ablatis.* non vtiq; incertis; sed cer-
22 tis; & Ecclesiæ prædictæ debitis. Causa-
quippè determinat id, propter quod aliquid fit; & dispositum per eam. ex Papiniano lib.8. responsorum in *l. Scio amico 10.*
23 *ff. de ann. legat.* ibiq; *Bartoli* summarium, sic ait: *legatum relictum ob causam, determinatur secundùm causam sibi annexam.* & idem sequitur *Bald. in l.1. num.2. C. de legatis.* eandem referẽs *l. Scio amico.* ex *Iacobo de Arena.* & ex Martiano lib. 2: publicorum in-
l. ictus fustium 22. ff de his, qui notantur infamia. verba damus eius: *Ictus fustium infamiam non importat: sed causa, propter quam id pati meruit, si ea fuit, quæ infamiam dam-*
24 *nato irroget.* Causa igitur est, quæ dispositũ
determinat. sequiturq; *Cafanat. cons. 44. num.37. Surd. cons.150. num 62. vol. 1. Mantica de coniectur. vltimar volunt. lib 6. tit.14. num.13.* diximus *respons.* nostra 5. *num.* 102. *part. 1.*

Si nempè pro malè ablatis incertis, & in genere relinquere voluisset Carolus, non-
vtiquè certam Ecclesiam designasset, per causalem illam (*perciò voglio, &c.*) quæ dictum subsequens, & effectum relicti ad causam determinauit; *dedutto quello si deue al-*
25 *li RR. Padri di S. Giorgio.* Causa igitur pro-
ductiua legati, atq; totius capitalis relicti, fuit, quòd fortasse ipse in eo, quod Patribus singulis debebatur annis, fraudem aliquam fecerit, vel saltem per dilationem-
in soluendo, vndè ex ipsa dilatione damnũ intulit; vel pro expensis saltim pro mandatis executiuis pro debito excipiendo. Quod, verum esse, ex Patribus ipsis accepimus. obmurmurante igitur sibi conscientia de damnis datis; per totius capitalis relictum resarcire damna voluit; vndè causam aperuit relicti: *Perciò voglio, che lo capitale debito per detto Barone, vadi tutto in beneficio della Chiesa di S. Giorgio pro malè abla-*
26 *tis.* Vt proportio causæ, causati esset quo-
què proportio. ex *Bald. in rubr. ff. de rerum diuis. num.33.* quem sequuta fuit *Rota d. decis.453. num.2. in fin. part.1. in recentiorib.* & Nos *respons.* nostra 24. *num* 94. *part.1.* de-
hac ipsa legatorum pro malè ablatis incertis materia pro Fabrica respondentes.

Neq; porrò (conscientiæ obmurmurationi de malè ablatis fecisset satis Carolus,
27 si pro malè ablatis incertis, & in genere-,
(quod idẽ omninò est) legatum reliquisset; quando ipse certæ personæ, & per eum notæ, & cuius meminisset, damnum intulis-
28 set, vel ab ea contra iustitiam quidquam
accepisset. Ei nempè restitutio facienda-
est, à quo malè aliquid ablatum, acceptumq; est, & qui minus habet, quàm quod suum est. ex Alexandro III. Exonen Episcopo in *cap. sicut dignum 6. §. eos insuper. de homicid.* illis verbis: *Sed quæ occupauerunt eis, quorum fuerunt, tenentur in integrum restituere, si habent in facultatibus, vndè possint ea reddere.* idemq; Alexander Salernitano Archiepiscopo in *d. cap. cùm tu 5. §. super*
29 *his. de vsur.* qui de vsuris restituendis de-
cernens, sic strictiùs ad rem nostram loquitur: *Cogendi sunt per pœnam, quam statuimus in Concilio, eas* (vsuras scilicet) *his, à quibus extorserunt, vel eorum hæredibus restituere; vel his non superstitibus pauperibus erogare; dummodò in facultatibus habeant, vndè ipsis possint eas restituere: cum iuxtà*
30 *verbum Beati Augustini: Non remittatur*
peccatum, nisi restituatur ablatum. sic Alexander. ex ratione, quam Innocentius III. in *cap ex te 22. in princ. de iure iurando.* Ca-
31 rolitano Episcopo dedit: *Quod onus non*
remittitur, sed augetur, cùm cuiquam improuidè soluitur, quod alij ex debito est præstandum ibiq; *Gloss.* verbo *quod alij.* & *Gloss. d. reg. peccatum 4. in gloss. penult. de regul. iur. in 6.* ibiq; *Couar. par.2. in relect. n.6. S. Thom. 2.2. d. q.62. art.5. Nauar. in manual. cap.17. nu.28. & 29.* diximus plura cumulantes *resp.* nostra 25. *nu.31 32. & seq. par.1.* Hoc nempè est resti-
32 tuere: iteratò aliquem in dominiũ, & pos-
sessionẽ rei suę statuere, vt id, quod ei deest cõpensetur. ex *S. Thom. d. q.62. art.1.2. & 3.* & Nos *d. respons.25. num.18. & 19.* Voluit autẽ Patribus dari capitale totum pro malè ablatis. Pro malè ergo ablatis ab ipsa-
Ecclesia, & Patribus; non pro incertis, pro quibus non corresponderet causalis illa-
Perciò voglio, &c.

33 Hanc itaq; ob causam Sacra Congregatio super Fabricam constituta anno 1625. 10. Septẽbris in Generali Congregatione, approbans edicta per Tribunal Neapoli emanata sub die 11. Februarij 1625. pro malè ablatis incertis, vel in genere, quod idem est, illudq; confirmans, sic illud moderata fuit: *Non tamen quoad ea legata, quę vel certis Ecclesijs, vel nominatis personis prę*

restitutione iniustè ablatorum eisdem Ecclesijs,
vel personis à testatoribus, qui anteà illorum
bona administrassent, vel illorum aliàs consta-
ret esse debitores, non pro malè ablatis in gene-
re relinqui contingerit. sic Decretum, quod
nos iura statuentes Fabricæ *respons.* nostra
27.*in fin. par.*1. prælis premi curauimus. In
24 quo decreto animaduertere licet, verba
illa: *non pro malè ablatis in genere relinqui*
contingerit. verbum illud *in genere* idem re-
35 ferre, atq; pro malè ablatis incertis; nam,
quæ certa sunt, certis vtiq; personis, & à
quibus ablata fuere, certisq; Ecclesijs resti-
tuenda sunt. vt ex Alexandro III. *d.cap. si-*
cut dignum 6. *§. eos insuper. de homicid. & d.*
cap.cū in 5. *§. super his. de vsur.* & ex *S.Thom.*
& alijs paulò superiùs diximus. & ipsum-
36 met decretum exprimit: Fabricam non
cõprehendere legata pro malè ablatis, quæ
certis Ecclesijs, certisq; personis pro ipsis
malè ablatis relinquuntur. Hæc enim non
in genere, sed in specie pro malè ablatis
dicuntur, quia certis Ecclesijs, certisq; per-
sonis, à quibus ablata fuerunt, relinquun-
tur, quin magis restituuntur; alioquin nõ
dimittitur peccatum, nisi restituatur abla-
tum. ex regula S. Augustini supra relata.
37 Genus enim latiùs patet, quã species, quę à
sua latitudine genus retrahit, & cõprimit.
ex Aristotele. & habetur ex Paulo lib. 32.
ad edictum in *l. sed & si adyciatur* 13. *ff. pro*
socio. Bart. in l. quęsitū 8. *§. si quis fundum. nu.*4.
& 5. *ff. de fund. instruct. instrumentoq; legato.*
regula generi per speciem 34. *de reg. iur. in* 6.
Surd. decis. 255. *nu.* 19. *Gratian. forens. part.* 2.
cap. 350. *num.* 2 *& seq.*

Testator verò noster Carolus, non in ge-
nere pro malè ablatis, sed in specie, magis
autem in indiuiduo Ecclesiæ S. Georgij to-
tum capitale per Dominum Baronem de
Baucio debitum reliquit: *Perciò voglio* (in-
quiens) *che lo capitale debito per detto Baro-*
ne, vada tutto in beneficio della Chiesa di San
Giorgio pro malè ablatis, e per suffragio ani-
marum defunctorum patris, matris, fratris, &
aliorum prædecessorum.

Quia .n. non in omnibus pro malè abla-
tis dictę Ecclesiæ tenebatur; meritò quidē,
restitutione facta damnorum, in reliquis,
quæ sua erant, onus adiecit suffragiorum
pro animabus patris, matris, fratris, & alio-
rum suorum prędecessorum defunctorum;
38 vt orationibus, quas Patres fundent, & sa-
crosanctis mysterijs, quæ Deo Altissimo
offerent, à purgatorijs pœnis animæ soluā-
tur defunctorum. ex Gregorio *can. animæ*
defunctorum 22. 13. *q.* 2. & ex Concilio Flo-
rentino in litteris vnionis *§. item definimus*
tom. 3. *Conciliorum fol. mihi* 476. & ex Sacro
Tridentino *sess.* 25. *in decreto de purgatorio.*
& nos latè deduximus *respons.* nostra 4. *nu.*
præsertim 41. *& sequent. par.* 1. Cæteroquin
39 si pro malè ablatis incertis, & in genere
legatum fuisset; onus illud pro suffragio
animarum defunctorū patris, &c. adijcere
minimè potuisset, vtputà in re non sua; sed
alteri debita. vti Nos pleniùs *respons.* no-
stra 92. *à num.* 49. *& seq. part.* 4. deduximus.

Nihil omninò proindè in his ad Fabri-
cam spectat, quæ malè ablata incerta, & in
genere prosequitur tantùm, non, quę certis
Ecclesijs, certisq; personis pro malè ablatis
relicta fuere, vt diximus. Et quidē poterat
testator sine illo addito, se pro malè abla-
tis dictæ Ecclesiæ relinquere, legatum ro-
gare; voluit tamen id facere, suā vt magis
obmurmurantē conscientiam sedaret, sci-
rentq; Patres eum pœnitere damnorum,
quæ Ecclesiæ, vel non soluendo, vel tardiùs
soluendo, intulerat; sarctatectum autē velle
esse per legatum totius capitalis, id totum
damnorum, quod intulerat; suorumq; pec-
catorum misereretur Deus, eiq; remittere-
tur, quod per auaritiam non soluendo, vel
suo tempore non soluendo, peccauerat, &
per restitutionem æqualitas Ecclesiæ com-
40 pensaretur; libentiùsq; pro eo Patres ora-
tiones funderent, atq; illibata mysteria of-
ferrent. Neq; enim frustrà testatorē hunc,
qui etiā I.V.D. erat loquutū fuisse, putan-
dum erit, quin magis vt prudentem, & de
rebus suis in supremo vitæ alitu benè, re-
ctèq; disponentem. ex Sceuolæ sensu lib. 2.
responsorū in *l. Lucius Titius* 85. *in fin. ff. de*
hæred. instit. Bald. in l. penult. nu. 2. *C. de impub.*
& alijs subst. Card. Mantic. de coniect. lib. 6.
d. tit. 14. *nu.* 5. *Menoch. lib.* 6. *præs.* 45. *num.* 21.
diximus *respons.* nostra 92. *nu.* 37. *par.* 4. Pro
41 animæ suæ salute potissimū, pro qua abun-
dantiùs est agendū. ex Innocentio III. in
cap. veniens 3. *alias in fin. de presbytero non*
baptizato, & Eugenio Papa in *cap. iuuenis* 3.
de sponsal. Nauar. man. cap. 27. *nu.* 186. *et* 187.
diximus *respons.* nostra 4. *nu.* 56. 57. *&* 58. *&*
respons. 9. *nu.* 33. 34. *&* 35. *part.* 1.
42 Id igitur sequendum erit, quod ipse vo-
lens, prudēsq; declarauit, voluitq;, cùm lex
eius sit voluntas. *§. disponat. in auth. de nupt.*
collat. 4. *l.* 1. *C. de sacros. Eccl.* & ex Gregorio
in *can. vltima voluntas* 4. 13. *quæst.* 2.

Atq; ità ex his, quæ lubentèr Aristarchi
supponimus supercilio, respondendum
censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

Cùm litigia habere (cū Fabrica S. Petri
præsertim) non amarent Patres; præterquā
quòd lites corbonam exhauriunt; transa-
ctione negotiū dirimere putauerunt. quod
& præstiterunt. Solutis itaq; quinquaginta
steterunt lites.

SVMMARIVM.

1 Voluntates supremas morientium interpretari; maximam habere difficultatem Sapientes omnes æstimauere.
Quia sunt illæ occultæ, nulliq; peruiæ, nisi soli Deo. num.2.
Neq; aliter eorum internus sensus sciri poterit, nisi vel verbis, vel scripto manifestetur.
3 Locus Pauli 1. ad Corinth. 2.11. Quis enim hominum scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est. elucidatur.
4 Occultum quod est penetrare, difficile.
5 Mens dispouentis testatoris diligenti indagine ex verbis indaganda erit.
6 Verba unquã tãti valent, vt meliora sẽsu sint. Sunt tamen earum, quæ sunt in anima passionum nota. num.7.
Signa scilicet, conceptuum animæ.
8 Vita hominis breuis, & instat omnibus mors. Æternum vt labamur in exilium, sæuo rapiente fato.
9 Homines pessimi parati dicuntur suscitare Leuiatan.
10 Fabrica Sancti Petri ius habet in omnibus legatis incertis, præsertim, quæ pro malè ablatis incertis, relicta fuerunt.
Modò incerta sint.
Declarentur proinde verba Sacræ Congregationis. num.11.
Probare autem debet intentionis suæ fundamentum. num.20.
Neq; in hoc priuilegio aliquo fulcitur.
12 Restitutio ablatorum malè ijs facienda est, à quibus ablata fuerunt.
Alioquin non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.
Nec saluatur homo, nisi restituat. nu.13.
Restitutio commutatiuæ iustitiæ actus est. num.14.
Atq; redditionem importat eius, quod iniustè ablatum est.
Et vt per æqualitatẽ inæqualitas cõpensetur.
Et debet fieri ei, à quo ablatum est. nu.15.
Neq; ex proprio arbitratu restitutio facienda erit, sed præuia facta diligẽtia, vt sciatur, cui restituendum. num.17.
Ratio affertur. num.18.
16 Legata incerta, quæ in totum incerta sunt ad Fabricam Sancti Petri spectant.
Secus quæ certis Ecclesijs, vel nominatis personis pro restitutione relicta sunt. nu.46.
Vt supra declarauit Congregatio.
19 Restitutio ablatum supponit.
Quia est iteratò aliquem statuere in possessionem, & dominium rei suæ.
Restituere igitur minimè tenetur, qui conscientiã nõ habet se aliquid abstulisse. n.26.
21 Deus omnia nouit antequam fiant.
Et omnia nuda, & aperta sunt oculis eius.
22 Conditio suspendit relictum, cui adijcitur.
Et nihil in esse positiuo cõditio firmat. n.23.
24 Incertus dicitur de re, qui eius nõ retinet memoriam.
Alioquin si recordatur, certus dicitur, non incertus.
Et incertus dicitur, qui obliuioni præmittur. num.25.
27 Restituere quis nam teneatur?
Regula traditur. ex Nauarro, & alijs.
28 Animæ in purgatorijs pœnis purgantes certæ sunt, non incertæ.
Illis proindè écertis, quod relinquitur, certũ est, non incertum.
Captiuæ enim in vinculis illis detinentur, donec purgatæ fuerint. num.30.
29 Legatum incertum nõ dicitur, quod in redemptionem relinquitur captiuorum.
Ex consequenti namque, & in exercitio, cùm redimuntur, certè euadunt.
31 Iudas Machabeus duodecim mille dracmas argenti misit Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium.
32 Animabus pro purgandis in pœnis purgatorijs exorare, sancta, & salubris est cogitatio, vt à peccatis soluantur.
A residuis scilicet peccatorum; hoc est pœnis, pro quibus, dùm in humanis agerent, non fecerunt satis. num.33.
Illisq; magis prosunt suffragia, pro qua offeruntur, & soluuntur. num.35.
Quia pro ea solutio fit non pro alia.
34 Solutio ligamen supponit.
Nam soluitur, quod ligatum est.
36 Intelligimus pessimè, quæ scripta sunt, nisi eorum sensum per lectionem assequamur.
37 Donare ab initio voluntatis est, perfecta tamen donatione soluere, necessitas euadit.
Præsertim verò si in piam causã donatio fiat.
Quia inciuile, atq; inusitatum est, perfectas reuocare donationes. num.38.
39 Iudith sancta illa mulier hebræa confusionem magnam fecisse in domo Nabuchodonosor Regis dicta fuit, cùm caput Holophernis abstulit.
40 Testator quod distinctim dixit, confusim nos accipere non oportet.
Neque cauillus in eorum verbis perquirendus. num.41.
Nihil enim magis ei debetur, quàm quòd sit firmum eius supremum Iudicium. nu.45.
41 Verbis in testatoris non est cauillus intermittendus.
Neq; in illis subtilitates peruestigandæ.
Sed firmitèr eis insistendum. num.42.
Vt testatoris voluntas firma sit. num.44.
Quæ lex in bonis eius est.
43 Scriptura testamenti plus valere debet, quàm quod alij futilitèr æstimare possunt.
45 Hominibus postquàm hinc demigrauerent, nihil magis debetur, quàm, quòd eorũ sint firma iudicia de rebus suis.

ARGVMENTVM.

Relicta pro malè ablatis incertis Fabricæ Sancti Petri attributa sunt. Verùm si omninò incerta illa sint, secus si certæ relinquantur personæ, à qua ablatū quidquam fuit. Hanc ob causam Declaratio Sacri Collegij pro Fabrica prædicta deputati expenditur. Et quid si in beneficium illius animæ in purgatorijs pœnis purgantis, à qua dùm in humanis ageret testator aliquid debebat, relictum fuerit, nùm ne incertum legatum dicetur, vt ad Fabricam Sancti Petri spectet, vt per illam, vti incertum vindicari possit? Quid verò si sub dubio, atquè conditionalitèr testator locutus fuerit; atq; certæ Ecclesiæ, vel Pio loco reliquerit, vt pro anima illa, cui fortasse deberet, & certus non erat, oraret, præcesque funderet: nùm incertum relictum dicatur? Incertus quisnam dicatur? Donatio semel perfecta, reuocari minimè potest, ad pia præsertim facta, atq; translato dominio in donatarium. Dispositioni proindè testatoris, eiusq; verbis firmitèr inhærendum erit, neq; cauillus eius in apertis verbis præscrutandus, vt eius dissoluatur dispositio.

RESPONSIO XLIII.

1 MAximam semper habuere difficultatem apud Sapientes omnes, eorum, qui ex hisce nostris discessere, voluntates su-
2 premas interpretari. Sunt enim voluntates hominum occultæ, nulliq; peruiæ, nisi soli Deo. Ni ergo voluntates suas homines in apertum, vel verbis, vel scripto protulerint, quid in spiritu illi voluerint, nosse
3 nemo poterit. *Quis enim hominum scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est?* Paulus inquit Doctor Gentium *1. ad Corinthios 2. 11.* Quia in hominis intimis (putà in corde, & mente) delitescunt. *Gulielmus Estius, & Cornelius à lapide* commētum agunt à *Ioanne Gorcām* relati. Quod
4 igitur occultum est penetrare; difficile
5 per quàm maximè redditur. Diligenti proindè indagine mens est disponentis indaganda ex verbis, quibus ille loquutus fuit.
6 Nusquàm enim tanti valent verba, vt meliora sensu existant, sed ex verbis eruendus sensus. Iustinianus decernit Cæsar in *l. si quis filium 3. C. de liber. præter.* Quid igitur in suo sensu Dominus Placidus de Sangro Eques Sancti Iacobi de Spada nuncupati, voluerit, ex eius verbis venari nos oportet.
7 Verba sunt enim earum, quæ sunt in anima, passionum notæ. ex Aristotele. & Celso in *l. Labeo 7. §. id Tubero. ff. de suppellectili legatā. can. re vera 69. in fin. de consecr. dist. 2.* ibidemq; *Gloss.* verbo *sermo*. Signa scilicet conceptuum animæ. Hic itaq; D. Placidus anno 1636. donationis titulo irreuocabilitèr inter viuos donauit ducatos quinque mille Venerabili Congregationi sub inuocatione Venerationis Sāctissimi SACRAMENTI intus Domum Professorum Societatis IESV Neapoli constructæ, certis temporibus soluendos, quos tamen non soluit. Anno verò 1642. die 31. Augusti, mortis pressus angustijs supremas condēs tabulas, legatum sic scribit:

Item voglio, che dopò sia pagato quello, che si deue alli Padri della Congregatione del Padre Corcione Gesuita per instrumento. Di più li lascio tutto quello, che deuo hauere dal Signor Duca di Cainano alla detta Cōgregatione, e prego tanto à detto P. Corcione, quanto al R. P. Poderico, che aggiutino alla detta Signora D. Lucretia in tutto quello, che sarà necessario. Quale legato di più di quello deuo per instrumento, prima vada in sodisfattione, e beneficio dell'anima d'alcuna persona à chi douessi, e non me ricordo, & il di più à beneficio dell'anima mia.

8 Exsoluto itaquè humanæ vitæ debito: namque

Stat sua cuiq; dies, breue, & irreparabile tēpus
Omnibus est vita.

Sæuoq;

Saijoq; rapiente fato, æternum in exilium
testatore lapso, ex nouissimis illis legati
verbis: *prima vada in sodisfatione, e beneficio
dell'anima d'alcuna persona à chi douessi, e non*
9 *me ricordo.* putauere quidam, qui parati sũt
suscitare Leuiatan. *Iob 3. 8.* Legatum hoc
pro malè ablatis incertis esse. deberi pro-
indè Fabricæ Sancti Petri, quæ suis ex pri-
uilegijs incerta persequitur. In hoc itaq;
est causæ status: sit ne pro malè ablatis in-
certis hoc æstimandum legatum, vt ad Fa-
bricam spectet? Non vtiq; esse responden-
dum censuimus.

Duo nempè legatum hoc comprehen-
dit: Vnum quidèm, vt quinq; mille ex in-
strumento Congregationi debita, eidem
soluantur. Alterum verò, quòd præter illud
iam ex instrumento debitum; quod exsol-
uendum mandanit, Congregationi eidem
reliquit: *tutto quello, che deuo hauere dal Si-
gnor Duca di Caiuano*: & huic legato addi-
dit: *prima vada in sodisfattione, e beneficio
dell'anima d'alcuna persona, à chi douessi, e nõ
me ricordo.* Hoc itaq; secundum legatum,
*di tutti quello che deuo hauere dal Signor Du-
ca di Caiuano*, neq; incertum esse, neq; pro
malè ablatis incertis, neq; ad Fabricam
Sancti Petri spectare dicimus.

10 Ad Fabricam equidèm Sancti Petri ea
spectant legata incerta, quæ in totũ incer-
ta sunt, maximè verò pro malè ablatis in-
certis. Ex verbis hoc patebit declarationũ
ab Eminentissimis Patribus Collegij Fa-
bricæ Sancti Petri præfectis, emanatis. re-
fert eas *Quaranta in summa Bullar.* verbo
*Fabrica Sancti Petri. §. 5. similiter annua pia
legata*, eaq; sic sonant.

*Nisi in totum incerta essent; ita vt ad Fa-
bricam iuxtà priuilegia omninò spectarẽt. pro-
ut etiam eidem Fabricæ competunt omnia alia
pia legata incerta, & maximè pro malè ablatis
relicta.*

11 Duo proindè intercedere debent, vt hæc
Fabricæ legata quærantur; & vt incerta
sint; & vt omninò incerta existant: maxi-
mè verò pro malè ablatis (incertis videli-
cet) relictis. Cùm enim de incertis loquã-
tur Eminentissimi Patres, eaq; præsertim
omninò incerta, ad Fabricam pertinere
dicant. maximè verò pro malè ablatis; de
12 incertis vtiq; exaudienda erunt. nam, quę
certis debentur personis, à quibus ablata
fuere, ijs, (non sanè alijs, vel Fabricæ) sol-
uenda erunt. alioquin non dimittitur pec-
catum, nisi restituatur ablatum. ex Sancto
Augustino in *can. si res aliena 1. 14. quæst. 6.*
regula *peccatum 4. de regul. iur. in 6.* nec sal-
uatur homo, nisi restituat. Sanctus loqui-
13 tur Hieronymus. *can. nemo, qui rapuit 4.
14 quæst. 5.* Restitutio verò, quæ commuta-
14 tiuæ iustitiæ actus est, & importat reddi-
tionem eius rei, quæ iniustè ablata est, vt
per æqualitatem inæqualitas, quę per abla-
tionem facta fuerat, compensetur. ex *San-
cto Thoma 2. 2. quæst. 62. art. 2. in corpore.* ei
15 fieri vtiq; debet, à quo ablatum est, vt cui
inæqualitas per ablationem facta fuerat,
eidem per restitutionẽ æqualitas accedat.
*cap. sicut dignum 6. §. eos insuper. de homicid.
cap. sicut dignum 5. de vsur. cap. cum te 22. de
iure iurando.* diximus *resp.* nostra 25. *nu. 31.
& seq. part. 1.*

16 Legata itaq; incerta, atq; in totum in-
certa, & quæ pro malè ablatis incertis re-
licta fuerint, ad Fabricã spectant. hoc ve-
rò legatum incertum non est, neq; in totũ
incertum, neq; pro malè ablatis incertis
relictum. non ergo ad Fabricam spectat.
Minorem vt firmam reddamus, dilemmate
hoc præstamus.

Vel enim debebat hoc ipsum, quod reli-
quit testator alieni; vel nõ debebat. Si de-
bebat; iàm certa persona est, cui debebat.
Ei quippè reliquit, cui debebat, & cui resti-
tutio faciẽda erat, ei nimirùm à quo abla-
tum fuerat. reliquit enim: *Prima vada in
sodisfattione, e beneficio dell'anima d'alcuna
persona à chi douessi, e non me ricordo.* Certam
itaq; designauit personam, cui deberet, pro
cuius animæ beneficio, relictum impen-
dendum erat, & in cuius commodum ces-
surum. Non itaq; incerta. non ergo Fabri-
cæ cedere poterit, quæ incerta, illaq; in to-
tum incerta, & pro malè ablatis incertis
17 persequitur. Neq; porrò ablati restitutio
ex proprio fieri arbitratu debentis debet;
sed diligẽti facta perquisitione eius, à quo
ablatũ est: vt sciatur, ei, non alteri, neq;
cuiuis alteri, restitutio fiat. Eo verò non
inuento, eius hæredibus; nec istis existen-
tibus; in animæ eius commodum. diximus
plenè *d. respons.* nostra 25. *num. 34. 35. & seq.*
18 *part. 1.* Quia nimirùm, non est dandũ pau-
peribus, neq; ædificanda sunt Monasteria,
aut hospitalia, extantibus damnum passis.
Caietan. loquitur in *S. Thomã 2. 2. d. quæst. 62.
artic. 5. ad tertium.* sequutiq; Nos fuimus *d.
respons. 25. nu. 37.* In eius itaq; animæ com-
modũ, cui ipse debebit, ac debitor fuerit,
legatum cedere debere reliquit. Certa est
ergo illa anima apud Deum, & pro ea lega-
tum cedet. Si verò non debebat. (Ex hy-
potesi nempè legatum reliquit, si deberet.)
nulli relictum fuit alteri; sed in animæ suæ
commodum, & Congregationis, cui reli-
quit, perseuerare legatum voluit. Est ergo
certum, non sanè incertum. non ergo Fa-
bricæ debebitur, quæ incerta tantùm per-
sequitur. Præter quàm quòd si non debe-
bat; neq; restitutio locum habebat; quæ
19 ablatum supponit, estq; iteratò aliquem
statuere in possessionem, & dominium rei
suæ. ex *S. Thom. 2. 2. d. q. 62. art. 1. in corpore.*
vt si nihil ablatum, nihil vtiq; sit restituen-
dum.

dum. vti argumẽtatur etiam *Ioannes Escobar à Corro de vtroq; foro art.5.casu 2. nu.65. §. ex quo deduco.* Si ergo ablatum à nullo fuerat; nihil vtiq; debebatur: neq; consequentèr restitutio faciẽda erat. Hanc proindè ob causam nõ totum ipsum legatum in animæ eius, cui debebat commodum, & beneficium, cedere testator edixit: sed pro ea dumtaxat parte, pro qua debitor esset. Si quid verò residuũ remaneret, id in animæ suæ vtilitatem cederet: E*t il di più* (inquiens) *in beneficio dell'anima mia*. Non ergo incertum, sed certum legatum perma-
20 nec. non itaq; Fabricæ debitum. Alioquin elucidet ipsa Fabrica, quod debetur, nec ne. Neq; enim illa priuilegio eximitur, quin intentionis suę fundamentum probare debeat. ad regulam *text. in l. actor 23. C. de probat. cap. fin. §. fin. de iure iurand. Rota* apud *Card. Mantic. decis 68. num. 1. & 9. & decis 251. nu. 3.* & ita semper seruari in Tribunali prædicto vidimus. & Sacrum ipsum Collegium declarauit.

Accedit, quòd legatum hoc ex illa parte, quatenùs animã respicit eius, cui testator aliquo modo debitor esset, cujus tamẽ ipse nec meminerat, neq; etiã dubius erat, ad maiorẽ tamen, vberioremq; animæ suæ cautelam reliquit, conditionale, non simplex, & absolutum fuit; quatenùs videlicet deberet. Vel itaq; conditio exitum habuit,
21 quia verè ipse in conspectu Dei, (qui omnia nouit ante quam fiant. & omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. ad *Hebræos 4.13. & can. omnipotens Deus 20. in princ. 2.q.1.*) debitor alicui erat: & apertissimum est; certam euasisse personã in cuius commodum, & beneficium legatũ cederet, vt diximus. Vel conditio exitum nõ habuit, quia verè ipse nulli debebat; & legatum in sua puritate remansit, vt remanet, Congrega-
22 tioni relictum. Suspendit quippè relictum conditio, quatenùs vera sit qualitas illa, qua sub conditione relictum fuit, alioquin perindè dispositio habebitur, ac si facta
23 minimè fuisset. Quia nihil in esse positiuo conditio firmat. *l. cedere diem 213. §. vbi sub conditione. ff. de verbor. signif. l. non omnis 19. ff. si certum petatur. l. si quis sub conditione 8. ff. si quis omissa causa testamẽti. l. si haredi plures 5. ff de condit. instit. cap. 1. in fin. de sponsalib. in 6. cap. verum 4. de conditionib. apposit. extrà. Rota* apud *Card. Mantic. decis. 257 n.2.* & apud sanctæ memoriæ *Gregor. XV. decis. 187. num. 5. & decis. 428. nu. 4.* diximus *respons.* nostra *34. num. 60. & respons. 37. nu. 19. part. 4.* Nullo itaq; modo, neq; si debebitur, neq; si non debebitur, legatum incertum redditur. ergo certum. non itaq; ad Fabricam spectat, quæ incerta, & pro malè ablatis incertis persequitur, vt diximus.

Nec ad rem facit, quòd verè (vt nostri putant Aduersarij) pro malè ablatis incertis reliquit testator, cùm disposuit, vt in satisfactionem, & beneficium eius animæ cederet legatum, cui ipse debitor esset, non
24 tamen memoriam retinebat, nec recordabatur. Hoc ipsum enim non recordari, incertum illum fuisse, demonstrat; qui enim recordatur, & memoriam retinet, incertus non est; sicuti incertus est, qui non recordatur, & memoriam non habet. Incertus quippè erat ille, qui pecuniã peregrè profecturus in terram, custodiæ causa, condiderat, cùm eius memoriam non repeteret. vt Paulus lib. 4. quæstionũ in *l. peregrè profecturus 44. in princ. ff. de acquiren. vel amitt.*
25 *possess.* respondit. Sicuti incertus est is, qui obliuione premitur. ex Nicolao Papa in *can. præterea sciscitaris 12. dist. 23. in fin.* illis verbis. *actum, nusquã (nisi nos fallat obliuio)* legimus. Obliuione igitur premebatur testator à quo, quantumq; atq; si re vera à quoquã malè accepisset. Erat ergo incertus. restituere tamẽ voluit (verùm cui) incertus erat: reliquit tamen incerto: pro malè itaq; ablatis incertis. Reliquit enim in *sodisfattione, e beneficio dell'anima d'alcuna persona, à chi donessi, e non me ricordo.* pro malè ergo ablatis incertis. Ad Fabricã igitur hoc spectat legatum pro malè ablatis incertis relictum.

Non equidèm ita currit sillogismus, vt nostri putauere Aduersarij. Licèt quippè incertus testator esset, an deberet, & cui, vt ad relinquendum, restituendumq; minimè
26 teneretur. Cùm enim non sibi memoria occurreret, an deberet, neque cui, quantumuè, ad restitutionem non vtiq; tenebatur, quia nihil sibi cõscius erat. iuxtà Apostoli dictum 1. ad Corinth. 4. 4. *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.* Neq; ad conscientiam sibi faciendum de eo, quod occultum omninò erat, tenebatur. Restitutio quippè facienda est, si sciatur ablatum aliquod iniustè fuisse. ex dicta regula Sancti Augustini *d. can. si res aliena 1. 14. quæst 6.* Namq; solus ille ad restitutio-
27 nem tenetur, qui aliquam rem alienam tenet, vel aliquid lege iustitiæ specialis verè debet. ex regula, quam tradit, & pluribus explicat *Nauar. in man. cap. 17. nu. 12.* & sequitur *Trullench. in moral. lib. 7. cap. 5. dub. 2. num. 2. tom. 2.* Ad vberiorem tamen animæ suæ securitatem, in satisfactionem reliquit eius animæ, cui ipse fortassè deberet. Hæc
28 autem anima in purgatorijs purgans pœnis certa erat: Quia in illis erat. ergo certę, non verò incertæ reliquit personæ in purgatorio purganti. Restituit ergo ei, à quo dùm in humanis adhùc nobiscum ageret, iniustè acceperat, in animæ eius commodum cessurum. Certę proindè personæ. nõ ergo pro malè ablatis incertis, quæ Fabrica per-

ca per-

ea perſequitur. Et quidē reſtitutio faciē-
da erat, vel hæredibus eius, ſi illum ipſe no-
uiſſet, vel in animæ commodum eiuſdem,
vt in ſuperioribus diximus. In animę verò
reliquit commodum eius, cui fortaſsè de-
bitor eſſet. non ergo in incertum legatum
relictum, ſed certæ perſonæ, quæ in purga-
29 torio purgaret. Quemadmodùm incertū
legatum minimè æſtimatur, quod in redē-
ptionem relinquitur captiuorum. Ab exer-
citio quippè redemptionis certa fit, quę re-
dimitur perſona. vt Valentinianus, & Mar-
tianus reſpondere Cæſares in *l. nulli licere
28. C. de Epiſcop. & cler.* idemq; Iuſtinianus
reſpondit Imperator in *l. ſi quis ad declinan-
30 dam 47. C. eod.* Non ne in vinculis captiui
detinentur hi, qui in purgatorijs ſunt pœ-
nis purgantes? Et quidem. Ni enim in
vinculis ij eſſent, non vtiq; per ſuffragia
ab illis ſoluerentur. Sic conſequentiam de-
ducit ille, qui Macchabeorū ſcripſit libros.
31 *2. Macchabeorum 12.* Factum porrò nar-
rans ipſe fortiſſimi Iudæ. *Et facta* (inquit)
*collatione, duodecim mille drachmas argenti
miſit Hieroſolymam offerri pro peccatis mor-
tuorum ſacrificium, benè, & religioſè de reſur-
rectione cogitans, (niſi enim eos, qui ceciderāt,
reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum videretur, et
vanum orare pro mortuis) Et quia conſidera-
bat, quòd hi, qui cum pietate dormitionem acce-
perant, optimam haberent repoſitam gratiam.*
32 conſequentiam infert: *Sancta ergo, & ſalu-
bris eſt cogitatio, pro defunctis exorare, vt à
peccatis ſoluantur.* à reſiduis ſcilicet pecca-
33 torum pœnis videlicet, pro quibus in prę-
ſenti vita minimè fecerunt ſatis. ex *Conci-
lio Florētino* ſub Eugenio IV. *in litteris vnio-
nis vol. 3. Conciliorum mihi fol. 476. col. 2. circ.
med. verſ. item ſi verè pœnitentes.* deduximus
Nos *reſponſ.* noſtra 7. *num. 22. par. 1.* Sacro-
ſancta Tridentina Synodus *ſeſſ. 6. can. 30. &
ſeſſ. 22. cap. 2. in fin. in doctrina de ſacrificio miſ-
ſæ. & ſeſſ. 25. in decreto de purgatorio.* latè Do-
ctor *Martinus Carrillus in explicationē Bullæ
pro defunctis part. 2. cap. 1.* Soluitur autem
34 quod ligatum eſt. Nam ſolutio ligamen
ſupponit. ex Auguſtino in *can. remiſſionem
peccatorum 39. in fin. 1. quæſt. 1. §. nuptias. in
authent. de nuptijs, collat. 4. Gloſſ. in cap. frater-
nitatis 6.* verbo *diuinum. in princ. de frigid. &
35 maleficiat.* Soluitur autē per ſuffragia, (quę
mandauit teſtator,) illa anima, cui ipſe de-
bitor erat, quòd malè ab eo, dùm in huma-
nis ageret, aliquid, atq; iniuſtè accepiſſet,
vndè reſtituere eidem obnoxius factus eſt.
Si verè quidèm debitor eſſet. Certa proin-
dè eſt illa anima. Illa enim ſecundùm Dei
acceptationem, non alia, ſoluitur, quia pro
ea ſolutio fit, nō pro alia. *S. Thomas in ſup-
plemento ad 3. part. quæſt. 71. art. 12.* diximus
alios referentes *reſponſ.* noſtra 4. *num. 47.
part. 1. Martinus Carrillo in explicationem
Bullæ pro defunctis part. 2. cap. 10. nu. 5. & 6.
& ſeq. Card. Bellarmin. tom. 2. operum. lib. 2. de
purgatorio cap. 18. ad tertiam difficultatem.*
Non itaq; pro malè ablatis incertis reſti-
tutio hæc, ſed certis, facta eſt: quia pro cer-
ta demandata perſona eſt, in eius animæ
commodum. Nullum propterea in legatū
hoc ius eſt Fabricæ Sancti Petri, ad quam
legata pro malè ablatis incertis dùmtaxat
ſpectant. Fruſtraneo nunc igitur fatigatur
labore, hoc vt carpat legatum; quia cer-
tum eſt, & pro certa relictum perſona, &
cui certò debebatur, reſtitutione facta.

Inanis verò, (quin non ridiculam dixe-
ris) Aduerſariorum excogitatio facta eſt,
qua putauere; hanc factā teſtatoris decla-
rationē, quinq; millia quoq; comprehēde-
re, quæ per inſtrumentū anno 1636. teſta-
tor Placidus Congregationi dono dede-
rat. Ad Fabricā proindè vniuerſa ſpectare.
36 Decipiuntur planè, ſi ita intelligant. vt
dicamus illis: *In lege quid ſcriptum eſt? quo-
modo legis?* quibus verbis Dominus noſter
cuidam legis perito *(Lucæ 10. 26.)* tentāti
eum, reſpondit; Quinq; mille porrò mul-
tò autè teſtator ipſe Congregationi debe-
bat. Erat igitur æs alienum in bonis eius.
37 Quia profectò, & ſi donare ab initio vo-
luntatis fuit, perfecta tamen donatione,
ſoluere neceſſitatis euaſit. præſertim ve-
rò ſi in piam cauſam donatum fuit. te-
ſtatur hoc Iuſtinianus Cæſar in *l. ſi quis ar-
gentum 35. §. fin. C. de donationib.* ſic nempè
ipſe: *Cùm enim in arbitrio cuiuſq; ſit hoc fa-
cere, quod inſtituit:* (donare ſcilicet) *oportet
eum vel minimè ad hoc proſilire: vel cùm ad
hoc venire properauerit: non quibuſdam ex-
cogitatis artibus ſuum propoſitum defraudare,
tanquàm indeuotionem quibuſdam quaſi legiti-
mis velamentis protegere. Tantòq; magis hæc
firma eſſe, ſi pijs actibus, vel religioſis perſonis
donatio deputata ſit.* his Iuſtinianus. Ratio-
nem nos reddimus ex Diocletiani, & Ma-
ximiniani Imperatorum dictis in *l. inciui-
le 12. C. de reuocand. donat.* qui ad rem hanc
38 noſtram ſatis loquuntur affabrè. *Inciuile
eſt enim, atq; inuſitatum* (inquientes) *ſemel
voluntate libera factas donationes, atq; tranſ-
lato dominio in donatarium, temerè, ac ſine
cauſa reuocare.* idem eſt non ſoluere. Tan-
tùm verò abeſt, vt derogari ſemel donatio-
ni emiſſæ voluerit teſtator, vt magis, ma-
giſq; illam teſtamento confirmarit, impe-
rans, atq; mandans: *Voglio* (inquiens) *che
dopò ſia pagato quello, che ſi deue alli Padri
della Congregatione del Padre Corciono Gie-
ſuita per inſtrumento.* & hac perfecta oratio-
ne intulit: *E di più laſcio tutto quello, che de-
uo hauere dal Signor Duca di Caiuano alla
detta Congregatione, &c. quale legato più di
quello, che deuo per inſtrumento, prima vada
in ſodisfattione, e beneficio dell'anima d'alcuna*

perſona

persona à chi doueßi, e non me ricordo, & il di più à beneficio dell'anima mia. Palam igitur loquutus fuit testator, & prouerbium nullum dixit; dispositionesq; distinxit; vt qui distinctè ille loquutus est, confusim accipere nunc Aduersarij nostri velint, vt con-
39 fusionem hanc magnam ipsi faciat in Domo IESV, non in domo Nabucodonosor Regis. vt Assirij illi quondam Olophernis cubicularij, cũ truncum cadauer eius manè inuenissent, dixere. Iudith 14.116. *Vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo Re-*
40 *gis Nabuchodonosor*. Quod ergo ille distinctim loquutus fuit, confusim nos accipere, & exaudire minimè oportet. ex Pomponij sensu argumẽto ducto in *l. non distinguemus 37. in princ. ff. de recept. arbitr.* & Sceuolæ in *l. non vtique 3. §. item Iulianus. in fin. ff. de eo, quod certo loco dari oportet. can. si Romanorum 1. dist. 19. cap. quia circa 22. §. super quo, de priuileg. extra. cap. si Papa 10. eod. tit. lib. 6. Rota* apud *Duranum decis. 281. num. 9. part. 2.* diximus *respons.* nostra 80. *num. 18. part.* 4 In legato itaq; eorum, quæ sibi Dux Cayuani debebat, conditionem illam intulit testator, *(prima vada in sodisfattione, &c.)* non in ducatis quinque mille per instrumentum multò ante debitis: *(Quale legato* (inquiendo) *più di quello, che deuo per instrumento, prima vada, &c.)* Apertissimè ergo locutus est de secundo hoc legato; *tutto quello, che deuo hauere dal Signor*
41 *Duca di Caiuano.* non est itaq; cauillus in eius dictis perquirendus, neq; subtilitates admittendæ. vt illa dissoluantur. ex Martiani obseruatione lib. singulari ad formã hypothecæ in *l. sicut re corporali extincta 8. §. si debitori concessum sit. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluatur.* quin firmitèr
42 eius verbis, ex quibus animi sensus percipitur, inhęrendum: ex Marcello lib. singulari responsorum in *l. non aliter 67. cum §.*
43 *seq. ff. de legat. 3.* vt plus scriptura valeat, quàm quod futilitèr putauere Aduersarij. ad Modestini sensũ lib. singulari de enneimaticis in *l. si aly fundum 19. in fin. ff. de*
44 *vsu, & vsufructu legato.* Ne alioquin eius pronant voluntatem, cuius dispositio lex æstimatur. *§. disponat. in authent. de nuptijs,*
45 *collat. 4.* & cui nihil magis debetur aliud, quã quòd firma sint eius suprema iudicia. cùm nihil prętereà, ex humanis abstractus, velle possit. vt piè Constantinus ille Magnus Cæsar putauit, atq; disposuit in *l. 1. C. de sacrosanct. Eccles.*

Et quidem testator ipse hoc idem legatum *(di tutto quello, che deuo hauere dal Signor Duca di Caiuano,* purè Congregationi reliquit; & *(più di quello, che deuo per instrumento)* non in aliud opus perficiendũ, sed vt Cõgregationi acquireretur in opus, quod ipsa piè, sanctèq; exercet. Voluit tamen, vt primò legatum ipsum Congregationi cederet in *sattisfattione, e beneficio dell'anima d'alcuna persona à chi doueßi, e nõ me ricordo.* At persona hęc (si ipse deberet) certa est, vt ostendimus. & certa est Congregatio, cui relictum. Non ergo incertum, neq; pro malè ablatis incertis relictum. Non itaq; ad Fabricam spectat, ad quam ea legata dũmtaxat pro malè ablatis in-
46 certis relicta pertinent, quæ in genere pro ijs relicta fuere, non quæ certis Ecclesijs, vel nominatis personis pro restitutione iniustè ablatorum relinquuntur. vt Sacra declarauit Congregatio anno 1625. in decreto in hac re Mercurij 10. Septẽbris declarauit, quod Nos prælo cussum dedimus *respons.* nostra 27. *in fin. part. 1.*

Atq; ita ex his iudicio non abiecto saniori, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Paulus Doctor Gentium ad tertium vsq; Cœlum raptus fuit.*
3 *Deus non irridetur. & num. 52.*
3 *Operari nos benè oportet, dùm tẽpus habemus.*
Nec in supremum vitæ halitum differendum. num 21.
Sicut enim seminauerimus, ita metemus, & num. 6.
Alioquin nullum remedium apud Inferos, num. 4.
5 *Prouerbium. Inter os, & offam.*
Inter Calitem supremaq; labra.
Et nescis quid ferus vesper vehat.
7 Iniquitatem qui operantur, & seminãt dolores, metent eos. *ex Iob 4. 8.*
Namq; vt sementem feceris, ita & metes.
8 *Voluntates defunctorum exitum habere, easq; exequi, è re est publica.*
9 *Legatum pro exoneratione conscientiæ factum, pro malè ablatis incertis factum videtur, ac propterea ad Fabricã spectat S. Petri. Vi suorum priuilegiorum.*
Sed declaratur propositio. num. 10.
Et modò legata incerta in genere sint, neque certis Ecclesijs, vel personis relicta fuerint. num. 47.
Et declarauit Sacra Congregatio.
10 *Conscientiæ pro exoneratione relictum, & pro malè ablatis incertis, non omnino parificantur.*
Nam latiùs patet pro exoneratione conscientiæ. & num. 48.
Quàm pro malè ablatis incertis. & nu. 12.
Namq; potest relinqui pro exoneratione conscientia,

Et pro

Et pro malè ablatis, non tamen incertis. num.12.

11 *Peccatũ non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum.*

Nec ſaluatur qui alienum retinet, niſi reſtituerit.

13 *Reſtitutio vbi certus eſt Dominus, à quo quidquam ablatum eſt, ei facienda eſt, nõ alteri.*

Reſtitutio enim in priorem ſtatum repoſitio eſt.

Actus eſt iuſtitiæ commutatiuæ, quo cuiquè redditur, quod ſuum eſt. num.14.

Vbi verò neſcitur is, cui reſtituendum, poteſt relinqui Eccleſiæ, vel pauperibus. num.15.

Etiã nulla facta memoria ſe pro malè ablatis incertis relinquere. num.33.

Si autem pro malè ablatis incertis reſtitutio fieri mandetur.

Ad Fabricam ſpectat vti incertum.

Vi ſuorum priuilegiorum. num.16.

Secus verò ſi pro alia cauſa, quàm pro exoneratione conſcientię, pro incertis ablatis, malèq; reſtitutio fiat. num.17.

18 *Teſtatoris prudens conſilium in verbis, animaduerti debet.*

Non enim fruſtrà loquutus præſumitur.

Etiam ſi diminutè loquatur. num.34.

Ratio redditur. num.35.

Alioquin inane, & eluſorium eſſet, quod diſpoſuit, atq; mandauit. num.37.

Neq; præſumitur loquutus, quod mente nec agitauit. num.39.

20 *Verba teſtamentorum ſubtili indagine ſcrutanda ſunt.*

Vt animi ſenſum diſponentis inuenire valeamus.

Et aliquid verba ipſa operari debent. nu.39.

Stante præſertim diuerſitate loquendi in vno, & alio caſu. num.40.

22 *Prouerbium.* Morticinum in Vulturium manibus incidere. Et Gigantes gemunt ſub aquis. *ex Iob 26.5. num.24.*

23 *Infidelem eſſe in exequendis legatis pijs. peſſimum.*

Erga parentes potiſſimùm. num.25.

26 *Fidem fallere, graue.*

In cauſa pia præſertim. num.27.

28 *Suffragia, quæ ſibi fieri teſtatores reliquere; & ſi proſint eis, ſi in gratia ſint, quòad meritum ex opere operantis.*

Non tamen quòad effectum, ſi non exequutioni dentur quòad opus operatum.

29 *Tarditatis quiſq; ſuæ in exequẽdis legatis pijs, pœnas dabit.*

Fœdeq; metet, quod turpitèr ſeminauit.

30 *Conſcientia qui pondere grauatur reſtitutionis; illa obmurmurante ſequi oportet, ni peccato ſe exponere amauerit.*

31 *Argumentum ab affectione petitum diſponentis optimum.*

Quia à poſteriori concludit.

32 *Fideicommiſſum defeciſſe argumentatus fuit Papinianus, ex affectu teſtatoris ad filios, nepoteſq;.*

35 *Oratio imperfecta ex defuncti præſumpta voluntate perficitur.*

Præſertim verò ſi ſcripto dictum congruat. num.36.

Ratio eſt, ne eluſorium reddatur, quod diſpoſuit. num.37.

38 *Leges ludibrio rogata videri non debent.*

41 *Diuerſitas verborum, quibus teſtator vſus eſt, diuerſitatem indicat diſpoſitionum.*

42 *Malè ablata incerta, quòd in Fabricæ S. Petri iuſ reducantur, ex iure eſt poſitiuo Sũmorum Pontificum.*

Præſertim à Iulio Secundo. num.43.

43 *Iulius Secundus Papa nouam Fabricam Eccleſiæ Sancti Petri ipſe incępit.*

44 *Fabricæ Sancti Petri Miniſtri probare tenẽtur fundamentum intentionis ſuæ, etiam pro legatis pro malè ablatis incertis relictis.*

Nequè ab hoc onere, vt ſit libera priuilegio vllo fulcitur.

Quin ita ſeruatum fuiſſe teſtatur Auctor. num.45.

Et declarauit Sacrum Collegium. nu.46.

46 *Auctor conciliat ſe ipſum, cum his, quæ in hac materia dixit reſponſ.92. num.19. & ſeq. part. 4.*

Seq; declarat. num.51.

50 *Conſequentia nulla, nullaq; ſequela à ſe inuicem diſſitis, & ſeparatis.*

ARGVMENTVM.

Legatũ certæ Eccleſiæ ex obligatione, atquè exoneratione conſcientiæ relictum, pro malè ablatis incertis relictum nõ videtur; quam ob cauſam ad Sãcti Petri Fabricam, quę omninò incerta perſequitur, & pro malè ablatis incertis relicta, minimè ſpectabit. Latiùs quippè patet legari pro exoneratione conſcientiæ, quàm pro malè ablatis incertis. Suffragia, quæ faciẽnda ſibi teſtator reliquit, & ſi ex ipſo initio, ſi in gratia fuit, profecerint ei quòad meritũ ex opere

operantis, non tamen effectu proficiunt ex operato, ad pœnarum purgatorij solutionẽ, liberationemq; , nisi actu soluantur. Neq; debet, qui ad incerta pro exoneratione conscientiæ tenetur, hoc testamẽto exprimere, nec etiam verbo, sed potest post diligentem indagationem, ad certos repeuriendos Dños, à quibus ablatum fuit, eisq; non inuentis, simplicitèr Ecclesiæ, vel pauperibus relinquere.

RESPONSIO XLIV.

1 Doctor ille Gentium Paulus, qui raptus fuerat ad tertium Cœlum, & viderat arcana verba, quæ non licet homini loqui. 2. *ad Corinth.* 12. 4. ad Galatas scribens 6. 7. eosq; ad benefaciendum exortans, sic ad eos loquitur: *Nolite*
2 *errare*. (Fratres.) *Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Quoniã qui seminat in carne sua, de carne metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo me-*
3 *temus non deficientes. Ergo dùm tempus habemus operemur bonum ad omnes, maximè autẽ ad domesticos fidei*. Errant itaq; & Deum irridere putãtur, qui dùm tempus est; bonũ non operantur. Dicebat proindè, nec ab
4 re Salomon Ecclesiastes 9. 10. *Quodcunquè facere potest manus tua instãtèr operare: Quia neq; opus, neq; ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud Inferos, quò tu properas*. Ergo dùm tempus habemus operemur bonum, iuxtà Pauli rectam consequentiam. Quia
5 nimirùm multa possunt cadere *inter os, & offam; inter calicem, supremaq; labra*. & *Nescis quid serus vesper vehat*. cùm potissimùm vti Horatius cecinit
Quis scit, an adijciant hodiernæ tempora vitæ
Crastina Dij superi?
6 Certum verò sit quod quę seminauerit homo, hæc & metet, vt ex Paulo diximus, & ex Fortunatiano
Quisq; sua vita semina tasta metet.
& Beatus Prosper.
Quod serimus metimus, quod damus accipimus.

& vti Sanctus, & Patientię exẽplar *Iob* 4. 8. 3
7 loquitur: *Qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos*. metent proindè quod proijecerunt semen, qui iniquitates, & dolores seminant. vti non absimilitèr Salomon Prouerbiorum 22. dixit: *Qui seminaut iniquitatẽ, metent mala*. neq; ineleganti metaphora dixit Cicero: *Vt sementẽ feceris, ita & metes*. Interrogans verò Plato: *Quam hic messem facturus est? Haud sanè bonam*. respondit. Quia vt Euripides in Hecuba & ipse dixit:
Bonis bene euenire; sed malis male.
addiditq;
—— quin vbi quæ non decent
Haud veritus es patrare, fer quæ non libent.
Ergo dùm tempus habemus operemur bonum. Tempus bene operandi pręsens vita est, nunc tempus habemus; cùm autem venerit mors, tempus est metendi; quæ igitur seminauerimus hæc metemus. iuxtà illud quoq; Oseæ 8. 7. *Seminabunt ventum, & turbinem metent*. Videamus quæso te si benè seminauit, cuius nunc factum narramus, & æqualem sementi messem fecerit. Nicolaus Maria Baldinus in Casali Malleorum Consentinæ Diœcesis, cùm sibi vltima instaret dies, vt moreretur anno 1619. die trigesima Martij, supremis suis tabulis sic loquutus est, atq; disposuit: Notario scribente:

Item lascia ducati ducento per obligo, che tiene, & scarico della sua conscienza, che si piglino dalla sua heredità, e se ne debbia fare compra sicura di censo cũ potestate affrancandi, ò vero in perpetuum, come meglio si potrà; quale compra, e censo lo habbiano da fare l'infrascritti essecutori, e li censi prouenendi da detti ducati ducento di capitale si habbia da spendere, e conuertire ogni anno ad opere pie, cioè nella Fabrica della Chiesa Parochiale di Santo Elia di detto Casale, ò maritaggio di pouere di detto Casale, ò principio di Mõte di Pietà, e come più necessario li parerà alli Executori; firmo remanente detto capitale di ducati ducento. Addens prætereà.

Item voglio, che detto legato pio non si possa per qualsiuoglia modo da altri impetrare, ma che sia in perpetuum della Chiesa predetta di Santo Elia, e poueri di detto Casale, che così è la mia volontà.

Vita iàm functo testatore, Executores, vt
8 legatum factum, atq; volũtas exiret defuncti hominis, quod è re publica est. ex Pauli sensu lib. 8. ad Paulurium in *l. vel negare* 5. *ff. quemadm. testament. aperiant.* curauerunt, vt hæredes annuum Ecclesiæ Sancti Eliæ soluerent censuum ducatorum sexdecim, illumq; super bonis hæreditarijs fundarẽt. Censum sic fundauere hæredes, illumq; annis singulis Ecclesiæ soluerunt in illius reparationem. Verùm his paulò antè prætenitis

ritis annis Ecclesia tota terremotu concidit, reparatione à fundamentis indiget, nec alia spes superest, vt reparari valeat. Obodorauit tamen legatum Tribunal Fabricæ Sancti Petri, & ad se illud spectare
9 putat, quòd pro exoneratione conscientiæ relictũ fuerit: esse proindè pro malè ablatis incertis ad Fabricam propterea vi suorum priuilegiorum pertinere. Sunt qui putant argumentum inuincibile, atq; deploratum pro S. Elia negotiũ esse, ni ipse suo armatus zelo, Ecclesiã suam tutatus fuerit.

Vt nostrum aperiremus sensum requisiti. pro Sancto Elia respondendum putauimus, non esse legatum pro malè ablatis incertis, quamuis pro exoneratione consciẽtiæ relictum. Fabricam pro malè ablatis incertis relicta persequi. Nullo proindè iure ad Fabricam spectare. Maiorem in assumptione præpositam, vt probemus, supponendum censemus, quod nos aliàs pro Patribus Sãcti Caroli Almæ huius nostræ Vrbis *respons.* nostra 32. *num.* 16. *& seq. part.* 4.
10 deduximus. Latiùs videlicet diuagari terminum pro exoneratione conscientiæ, atq; pro malè ablatis relictum.

Quamuis porrò, omne, quod pro malè ablatis relinquitur, pro conscientię exoneratione relictum videatur. Quia nimirùm
11 Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum: *regula peccatum 4. de reg. iur. in 6.* ex Sancto Augustino in *can. si res aliena 1. 24. quæst. 6.* nec saluatur, qui alienum retinet, nisi illud restituatur ex Diuo Hieronymo *can. nemo, qui rapit 4. 14. quæst. 5. & can. diaconi sunt 23. §. certè vt ipse nosti. dist. 93. S. Thomas 2. 2. quæst. 62. art. 2.* Non æquè
12 tamen, pariq; modo, quod pro exoneratione consciẽtiæ relictum est, hoc pro malè ablatis incertis relictum censetur. Cùm possit propter aliud relinqui. vt Nos dicta nostra *resp. 32. nu. 4. & seq.* latè deduximus. Præter quã quòd potest relinqui pro exoneratione conscientiæ, atq; etiam pro malè ablatis, non tamen incertis, quia certus est is, cui relinquitur, à quo ablatum est.
13 Vbicunq; enim certus est Dominus, à quo quidquam ablatum est; vel cuius aliquod iniustè detinetur; ei, non sanè alteri, ex iustitia facienda est restitutio, quæ in priorẽ statum repositio est. ex *S. Thoma 2. 2. q. 62. art. 1. in corpore. & artic. 5. cap. cam te 22. in princ. de iure iurand. cap. sicut dignum 6. §. eos sufuper. de homicid.* diximus ad hanc eandẽ rem *respons.* 22. *num.* 60. *&* 61. *part.* 1. Quia
14 nimirùm restitutio actus est iustitiæ commotatiuæ, quo coiq; redditur, quod suum est. ex *S. Thom. 2. 2. d. quæst. 62. art. 1. 2. & 3.* deduximus Nos *respons.* nostra 23. *num.* 71.
15 *& seq. part.* 1. Cùm verò certò, à quo aliquid ablatũ est, memoria minimè succurrit, potest tũc pauperibus, vel Ecclesijs pro eo, à quo iniustè aliquid ablatum fuit, restitutio fieri, latè Nos *d.* nostra *respons.* 22. *num.* 61. *& seq. part.* 1.
16 Hęc autem restitutio si scripto legetur pro malè ablatis incertis, ex vi priuilegiorum ad Fabricam spectat S. Petri ex applicatione, & addictione à Summis Romanis Pontificibus Fabricæ eidem facta. vt Nos pluribus deduximus pro Fabrica respondentes. *respons.* nostra 25. *num.* 53. *& seq. & respons.* 26. *&* 27. *part.* 1.

Hoc supposito. Maiorẽ propositi syllogismi astruimus. Reliquit hoc legatum testator pro obligatione aliqua, qua tenebatur. ac pro exoneratione conscientiæ: *Per obligo, che tiene, e scarico della sua conscienza.* Sed obligatio hęc, pro malè ablatis incertis non erat. non itaq; ad Fabricam
17 spectat. Confirmatur maior. Indè quippè testator se legatum biscentum aureorum rogare protestatus fuit pro obligatione, qua tenebatur, atq; pro suæ exoneratione conscientiæ; quia ostendere voluit, se alia ex causa, quàm pro malè ablatorum incertorum restitutione, relinquere; nimirùm ex antecedenti obligatione; cuius quidẽ meminisse minimè oportebat, si pro malè ablatorum incertorum restitutione relin-
18 quere voluisset, vel debuisset. Et quidèm prudens consilium testantis animaduertitur. nõ enim verba illa protulisset, se relinquere *per obligo, che tiene*, si illa non peculiaritus aliquid significare intẽdisset. quemadmodum & Sceuola lib. 2. responsorum in *l. Lucius Titius* 85. *in fin. ff. de hæred. instit.* in re non absimili argumentatus fuit. Prudens testatoris consilium coniectans; noluisse substitutos admitti, si institutus hęres adijsset, vel cum filijs obijsset mortem. *Nam prudens consilium testantis animaduertitur.* (inquiẽs) *Non enim fratrem solùm hæredem prætulit substitutis; sed etiam eius liberos.* Voluit proindè eius liberos substitutis præferri; cęteroquin eorum non meminisset. indè verò meminit, vt internum animi sui sensũ ex verbis aperiret, id planè men-
19 te agitasse, quod verbis expresserat. *Equidèm non arbitror quemquam dicere, quod non sentit. vt maximè nomine vsus sit, quo id appellari solet. Nam vocis ministerio vtimur. Cęterùm nemo existimandus est dixisse, quod nec mente agitauit.* Verba sunt Celsi lib. 19. digẽstorum in *l. Labeo ait 7. §. id Tubero. ff. de supellectili legata.* quæ ad amussim ad rem hanc nostram faciũt. Non protulisset porrò verba illa testator, se biscentum relinquere: *per obligo, che tiene.* prudenti si fine consilio illa scripsisset; neq; mente, vt operarentur aliquid, agitasset.

Imperiali ppptereà lege astringimur, sub-
20 tili indagatione verba ipsa scrutari disponentis; inueniemus certè non frustrà testa-

Hh 2 torem

torem loquutum fuisse. Audias quęso Iu-
stinianum Imperatorem in §. *nos igitur le-
gis. in auth. de restitut. fideic. collat. 9.* non vul-
garibus id perpendentem, id verbis pręci-
cipientem: *Vnde subtilius* (inquientem) *te-
stamentum considerātęs, verbis ipsis inuenimus
hęredibus demonstratis filijs alienationē inter-
dictam, quando futuri essent sine filijs fungi vi-
tam: non vlterius verò ijs, qui solùm eis succes-
serint filijs: sed sufficere defunctorum vsquè ad
filium stare interdictionem. Si enim & ipsi fi-
lios relinquentes moriantur, quod est relictum,
neq; in longiore à filiorū vita alienationis pro-
hibitionem voluisse facere.* Imperiali igitur
pręceptione astringimur verbis insistere
testamentorum, vt testantium ex illis men-
tem eruamus. Vt quid enim dixisset ille se
relinquerę, *per obligo, che tiene*, si nihil per-
pendendum illis verbis indicerę voluisset?
21 Et sanè ostendere voluit; omnes, (ex Diui
Pauli consequentia) dùm tempus perdu-
rat vitæ, illudq; habemus, operari bonum
debere; non in supremum vitæ ipsius ali-
tum id differendum. Distulisse se propte-
reà, quæ à suis fortasse parentibus sibi reli-
cta piè fuerant, vt impleret; quę illi secreto
commiserant conscientiæ, vt exequeretur;
metere nunc tarditatis suæ pœnam, quod
stimulis agebatur conscientiæ, vt vel in su-
premo saltim vitæ halitu relinqueret. Et
quod illi fortasse fecerāt, ne suis supremis
tabulis demandarent, ne ipse, qui hæres di-
ctus fuerat, quòd *non impleret, vel tardiùs
fortasse exequeretur, in Commissariorum Fa-*
22 *bricę* (vt prouerbio fertur) incideret. Mes-
suisse illos negligentiæ iàm fatæ pœnas, q
23 suffragia non interim receperint. Et infi-
delem parentibus ipsum fuisse; vndè con-
scientiæ vrgebatur lancinatibus, pōdereq;
grauabatur malè gestorum. quam ob cau-
sam è tam graui se pondere eximerę per-
24 tentans, nec sub illo subsistere posse, sub
quo Gigantes gemunt sub aquis. *Iob 26. 5.*
protestatus iure proindè fuit, se relinquere
per obligo, che tiene, (suorū parentū fortasse)
e per scarico di sua conscienza. Nec crudesce-
25 bat quippè, nec leuitèr obmurmurabat
sibi conscientia, quod parentes, qui ipsum
genuerant tandiù sine suffragijs, purgato-
rijs reliquisset in pœnis. ex Gregorio in
can. si infidelis 2. 28. q. 2. & cap. peruenit 3.
26 *de iure iurando*. Graue est enim fidem fal-
lere. ex Vlpiano lib. 4. ad edictum in *l. 1. ff.
de pactis*. Nos *respons.* nostra 59. *num. 40. 41.
42. & 43. ac sequentib. part. 4.* & in hoc ge-
27 nere potissimùm ex Concilio Carthagi-
nense in *can. qui oblationes 9.* & Concilio
Varense in *can. qui oblationes 10. 13. quæst. 1.*
& Nos *ibidem num. 49. & 50.* Nam etsi qui-
28 dèm, etiam relicta suffragia, si in gratia
Dei is, qui disponit, existat, suffragentur ei
ad meritum ex operantis opere; nō tamen
ad effectum consequendum eorum, ex ope-
re operato proficiūt, ni efficacitèr exequu-
tioni demandentur. ex *S. Thoma in supple-
mento part. 3. quæst. 71. art. 3. ad quartum*, atq;
*quodlib. 6. quæst. 8. art. 13. & in quartum, di-
stinct. 45. quæst. 2. art. 2. ad 2. quæst. in respons. ad
quartum. Nauar. in manuali cap. 17. num. 68.
& cap. 26. num. 36.* plures alios retulimus
respons. nostra 4. *num. 77. part. 1*, Tarditatis
29 proindè suæ dabat pœnas, fœdèq; mete-
bat, quod turpitèr seminarat. ex *Gorgia*,
vt eum refert *Martinus del Rio adagialium
sacrorum part. 2. ex Iob adagio 3. circa finem.*
Quid verò, si ipse Sancti Eliæ Ecclesiæ
Administrator, & Oeconomus fuisset, atq;
suæ malè administrationi damna consciē-
tia oblatrante, in supremo vitæ conflictu
sentiret; malamq; volens deponerę con-
scientiam, quod tenebatur, (cùm retinea-
tur, nec dimittatur peccatum, si non resti-
tuitur ablatum.) vt in superioribus dixi-
mus, perpendimusq;, cui damnum intule-
rat restitutione facta, resarcire conaretur?
Protestatus proindè fuit, se relinquere *per
obligo, che tiene* (Ecclesiæ videlicet) *e per
sgrauio di sua conscienza*. Indè quippè bis-
centum in vtilitatem expendi mandauit in
singulos annos Ecclesiæ pręfatæ Parochia-
lis Sancti Eliæ, & in perpetuum Ecclesiæ
eiusdem commodum cedere, & vtilitatem;
30 quia in hoc pondere grauabatur consciē-
tiæ; seuerę illa sibi obmurmurantę, obla-
trante, obstrepēte: recrudescentes ni æter-
nis addiceretur ignibus. *Et ibunt hi in sup-
plicium æternum.* iuxtà Domini sententiam,
Matthæi 25. 46. qui malè se vtiq;, (dùm vi-
tæ superstites fuere) gesserūt, sequi proindè
ipse conscientiam in hoc debebat, ni con-
tra illam faceret, & peccato se exponeret.
ex *cap. fin. de præscriptionib.* sequitur *Nauar.
in cau. si quis positus. num. 14. de pœnit. dist. 7.*
Et Nos pluribus *respons.* nostra 51. *num. 18.
& 19. part 4.* Neq; porrò insufficiens, neuè
31 insulsum hoc æstimatur argumentū, à po-
steriori scilicet, ab affectu petitum dispo-
nentis. vti Sceuola lib. 16. digestorum *in
l. Aurelius Symphorinus 29. §. Titius testamē-
to. ff. de liberat. legat.* argumentatus & ipse
fuit, ex ratione, quam reddit. *Respondi* (in-
quiens) *cuius notio est, æstimaturum. Præsum-
ptio enim propter naturalē affectum facit om-
nia patri videri concessa: nisi aliud sensisse te-
statorē ab hæredibus eius approbetur.* eodemq;
modo Papinianus lib. 9. responsorum in
l. cùm auus filium 101. ff. de condit. & demon-
32 *strat.* & ipse ex affectu testatoris ad filios,
nepotesq;, etiam aduersus scripturā, fidei-
commissum defecisse, argumentatus fuit:
*Fideicommissi conditionem coniectura pietatis
respondi defecisse, quòd minus scriptum, quàm
dictum fuerat, inuenitur.* perpendimusq; d.
respons. 4. num. 98. part. 1.

Ni enim sic fuisset, vti perpendimus; vel
ex vna, vel ex altera causa, non opus erat, vt
exprimeret se ex obligatione, qua teneba-
tur, atq; pro exoneratione conscientiæ le-
gatum relinquere biscentum in Ecclesiæ
Sancti Eliæ vtilitatem, & commodnm. Sat
nempè erat, si diceret; se pro exoneratio-
ne conscientiæ relinquere. Quin neq; hoc
33 opus erat. Sufficiebat enim, quando ipse
memoria non retinuisset, cui debitor esset;
Ecclesiæ, vel pauperibus relinquere, nulla
alia memoria exonerationis conscientiæ
facta. vti Nos aliàs *respons.* nostra 25. *nu.* 64.
& seq. ac præsertim *num.* 71. *part.* 1. pluri-
bus deduximus. & *respons.* 27. *num.* 10. ean-
dem prosequentes materiã de relictis pro
malè ablatis incertis. & *respons.* 22. *nu.* 40.
ead. par. 1. Expressit auté ex obligatione se
relinquere, qua tenebatur, atq; pro con-
34 scientiæ exoneratione, non itaq; frustrà.
Neq; enim frustrà testatorem loqui putan-
dum est, quàmuis ipse diminutè loquutus
fortassè fuisset. iuxtà Alpheni responsionẽ
lib. 2. digestorum in *l. si testamenta* 109. *ff. de
legat.* 1. verba damus Alpheni. Laconicè n.
rem decernit. *Si testamento scriptũ esset: Hæ-
res meus aureos centum Licinio damnas esto;
neq; ascripsisset dare; deberi ei legatum consta.*
35 Rationem reddit *Bart.* ibidem in summa-
rio: Quia *oratio imperfecta perficitur ex præ-
sumpta voluntate defuncti.* & approbat *Glos-
36 sella* marginalis ibidem. præsertim verò, si
dicto scriptum congruit. vti Papinianus
lib. 8. responsorum loquitur in *l. cum pater*
79. *§. cùm imperfecta scriptura. ff. de legat.* 2.
quem textum dicta *Glossella* marginalis re-
37 fert. confirmamusq; nos: Quia frustraneè
loqui testator non præsumitur. alioquin
inane, & elusorium esset, quod testator dis-
posuit, eiusq; imperium. ex Vlpiani sensu
lib. 48. digestorum in *l. sicut is* 7. *aliàs fin. in
fin. ff. ne quid in loco publico, vel itinere fiat.*
eisdemq; verbis Iulianus lib. 35. digestorũ
in *l. si prætor iußerit* 75. *in fin. ff. de iudic.* Ne
ludibrio dispositiones esse testatorum vi-
38 deantur. Quemadmodùm de legibus Iu-
stinianus loquitur Imperator in *l. fin. §. non
autem filio damus. C. de bonis, quæ liberis.* Ne
ludibrio (dicens) leges ei fiant. Lex auté
est testatoris voluntas. *§. disponat. in auth. de
39 nupt. collat.* 4 Quin verba ipsa aliquid ope-
rari debent. ex Africano lib. 6. quæstionũ
in *l. si quando quis vxori* 112. *ff. de legat.* 1. vti
etiam Bonifacius VIII. verba facit in *cap.
si Papa* 10. *§. si autem Ecclesia. de priuil. in* 6.
ibidemq; *Gloss.* verbo *debeant*. non ab re
animaduertit, dicens: Et *nota arguendum à
verbis.* Non itaq; illiberalitèr nos fecimus,
cùm à verbis argumentati huc vsq; testa-
toris fuimus, vt maiorem assumpti syllo-
gismi firmam redderemus, pro malè abla-
tis incertis legatum minimè fuisse, quàm-
uis pro exoneratione conscientiæ illud re-
liquerit, decreueritq; ac testator iusserit.
40 Quia profectò, cùm diuersimodè loqu-
tus fuerit, diuersimodè quoq; mente rem
agitasse, præsumendus erit. atq; pro certis,
quòd certus Ecclesiæ debitor esset, dispo-
suisse; non verò pro malè ablatis incertis.
Quod Fabricæ Oeconomo nõ quàm opti-
41 mè arridet. Diuersitas quippè verborum,
diuersitatem & dispositionum indicat. ex
Constantino Imperatore in *l. si idem codi-
cilli* 7. *C. de iure codicillorum*. & ex Vlpiano
lib. 29. ad edictũ in *l. procuratoris* 5. *§. si plu-
res. ff. de tributoria actione. Rota* apud *Cocci-
num decis.* 289. *num.* 1. & apud sanct. memor.
Gregorium XV. decis. 555. *num.* 8. diximus
respons. nostra 52. *nu.* 46 *part.* 3. *& respons.* 78.
num. 20 *part.* 4.

Probatur minor: Fabricam pro malè
ablatis incertis relicta persequi; non sim-
plicitèr omnia alia legata pro exoneratio-
ne conscientiæ facta; nisi illa in malè abla-
torum incertorum rationẽ cadant, cedant,
reuertantur.

42 Hoc nempè, quòd malè ablata incerta
in Fabricæ Sancti Petri ius reuertantur, nõ
iure diuino, neq; naturali, sed positiuo Sũ-
morum Romanorum Pontificum factum
43 est. Præsertim verò à Iulio Secundo, qui
primò Fabricam nouæ Ecclesiæ Sancti Pe-
tri à fundamẽtis excitare cœpit. vt ex eius
patet Cõstitutione, quæ incipit: *Liquet om-
nibus*, in *Bullar. par.* 1. *constit.* 23. *§.* 13 *fol.* 438.
Atq; subsequentèr declarauit Collegium
Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Eccle-
siæ Cardinalium eidem Fabricæ Sancti Pe-
tri præfectum. apud *Quarantam* verbo *Fa-
brica Sancti Petri §.* 5. *similitèr annua in fine.
fol. mihi* 248. sequentibus declarans: *Nisi
in totum incerta essent, ità vt ad Fabricam
iuxtà Priuilegia in totum spectarent.*

*Proùt etiam eidẽ Fabricæ competunt, omnia
alia pia legata incerta, & maximè pro malè
ablatis incertis relicta; ità vt etiam ab Ordi-
narijs locorum, si fortè ad eos peruenerint, vin-
dicari valeant iuxtà priuilegia prædicta.* His
Eminentissimi Patres & deduximus quoq;
Nos in hac materia disceptantes dicta *res-
pons.* nostra 25. *num.* 74. *part.* 1. *& respons.* 22.
num. 82. *ead. part.*

Hinc itaq; duo nos aduertimus. Vnum
quidèm; Fabricam Sancti Petri in ijs lega-
tis ius sortiri, quæ incerta, & in totum in-
certa sunt: alterum verò ad eandẽ specta-
re Fabricam, quæ pro malè ablatis incertis
44 relicta sunt, prosequi. Ad Fabricæ proindè
Ministros spectare, vbi in dubio essemus,
neq; liquidò appareret, an pro malè abla-
tis incertis legata forent; id probare apud
competentem Iudicem: Legata pro malè
ablatis incertis relicta fuisse. Quia funda-
mentum est eorum intẽtionis, neq; ab hoc

onere

onere Oeconomus eximitur Fabricæ, intentionem suam probandi, sicut quilibet alius. ad *tex.in can.sciant cuncti 2. 2 quæst.8. cap fin.* §.*hu. de iure iurand. cap.cùm Ecclesia Sutrina 3. in fin. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. l.2. ff.de probat. l. actor 23. C. eodem. & l.qui accuſare 4. C. de edendo. Menoch. de arbitrar. Iudic.caſu* 191.*nu.*4.*Rota* apud *Card.Mantic. deciſ.*68. *num.*1. & 9. & *deciſ.*251. *num.*3. & apud *Coccinum deciſ.*448.*num.*2. Et ità ſeruatum ſemper vidimus cùm eiuſdem Tribunalis Patroni cauſarum, atq; Coadiutoris officio functi fuimus. Seueriùſq; ſeruari doctiſs. Scipio Rouitus ſecundarū cauſarū Cōſultor, & poſtmodùm Regiā quoq; Cancellariam Regens, volebat, exquirebatq;.

45

46 Quod etiam ipſummet Sacrum Collegium declarauit in decreto, quod pro hac ipſa malè ablatorum materia anno 1625. decreuit, quod Nos *d.reſponſ.* noſtra 27. *in fin.* prælo preſſimus, ac denuò hic ſubijcimus. eſt enim.

Mercurij 10. Septembris 1625. in Congregatione Generali.

Neapoli, &c.

In cauſa legatorum pro male ablatis. *Domini approbauerunt, & confirmauerūt edictum aliàs de voto Reuerendiſſimi Domini Caualerij, & approbatione, ac iuſſu Sacræ Cōgregationis emanatum, & in Ciuitate Neapolitana impreſſum, & publicatum ſub die 11. Februarij 1623. illudq; denuò quatenùs opus ſit imprimi, publicari, atq; exequi mandarunt. Nō tamen quoad ea legata, quę vel certis Eccleſijs, vel nominatis perſonis pro reſtitutione iniuſtè ablatorum eiſdem Eccleſijs, vel perſonis à Teſtatoribus, qui antea eorum bona adminiſtraſſent, vel illorum aliàs conſtaret eſſe debitores, non pro malè ablatis in genere relinqui contingerit.* Sic decretum.

47 Ea ergo pro malè ablatis incertis legata proſequitur Fabrica, quæ in genere pro malè ablatis incertis relicta fuere; non verò, quæ certis Eccleſijs, vel perſonis quoq; certis, quàmuis pro malè ablatis, relicta fuere. potiſſimū verò, ſi bona teſtator eorum dùm in humanis agebat, adminiſtraſſet, quod illo intuitu reliquiſſe videatur. Teſtator verò hic noſter nō pro malè ablatis incertis, neq; in genere reliquit: ſed in ſpecie (in indiuiduo philoſophicè dicamus) certæ Eccleſiæ, & in eiuſdem reparationem reliquit; neq; ſine cauſa, ſed illa expreſſa, *per obligo, che tiene, e per ſcarico della ſua conſcienza*. Non itaq; hoc legatum abripere poterit Fabrica, quaſi pro malè ablatis incertis relictum fuerit: Et quod certæ Eccleſiæ deſtinatum: Et quod pro malè ablatis incertis relictū minimè fuit. Nam & ſi quidèm pro exoneratione conſcientiæ illud teſtator rogauerit, nō tamen pro malè ablatis incertis reliquit. Quinmultò magis *per obligo, che tiene*; eidem fortaſsè Eccleſiæ, vti diximus.

Decipitur propterea in minori ſui ſyllogiſmi Fabricæ Oeconomus. Eſt legatum pro exoneratione conſcientiæ relictum. Quod verò pro exoneratione conſcientiæ relinquitur, pro malè ablatis incertis relictum videtur. ad Fabricā proinde ſpectat.

Decipitur ſanè Oeconomus in minori

48 ſubſumpta. Nàm non omne, quod pro exoneratione conſcientiæ relinquitur, pro malè ablatis incertis relictū videtur. Cùm latiùs pateat terminus pro exoneratione conſcientiæ, quàm pro malè ablatis incertis, vt in ſuperioribus diximus. & Nos latè probauimus *d.reſponſ.* noſtra 32. *à num.*4. & *ſeq. part.*4.

49 Neq; obſtaculum facies, vt noſtris nos armis perimas; quod *reſponſ.* noſtra 92. *nu.* 19. & *ſeq.* per totam reſponſionem *part.*4. probare nixi fuerimus: relictum viginti millium aureorum per D.Gaſparem in pia factum, pro exoneratione conſcientiæ dictum fuiſſe, ac pro malè ablatis incertis conſequenter. illaq; ad Fabricam ſpectauiſſe. Quam ob cauſam factum eſt, vt ſeptingenta aureorum tranſactionis iure Fabrica exceperit. Idem igitur in hac re noſtris quoq; verbis concludendum; vt pro malè ablatis incertis legatum hoc biſcentum videatur, quod pro exoneratione ſuæ conſcientiæ relinquere teſtator profeſſus fuit. Non equidèm obſtaculum faciunt, vt nec dicere nos oporteat, quod illa apud Ouidium:

Heu patior telis vulnera facta meis.

Satis enim diſſiti, & à ſe inuicem ſeparati, diuiſiq; ſunt termini, vt nulla proiudè re-

50 cta ab illis ad hæc ſequela inferatur. ex *can. propoſuiſti* 2. §. *ſed ea planè. diſt.* 82. & Vlpiano in *l.Papinianus exuli* 21. *ff.de minorib.* & in *l.naturaliter* 12. §. *nihil commune. ff.de acquir.poſſeſſ.* & ipſe Papinianus in *l.de ſeruo. fin. ff.de calumniator.* diximus *reſponſ.* noſtra 80. *num.*3.*part.*4.

51 In illa equidem apertiſſimè teſtator pro malè ablatis incertis relinquere viginti millia viſus eſt. Quod nēpè in illa reſponſione in diſceptationē veniebat, hoc erat: quòd ſcrupulis angebatur teſtator de reſtitutionibus faciendis, illiſq; incertis; cùm perſonarum, & fortaſsè rerum memoriam nequaquàm haberet; vt ſecuram ſuā redderet conſcientiam, tandem ad legatum intulit viginti millium pro reſtieutione vtiq; , illaq; incerta cùm perſonarum memoriam non teneret, quibus reddere obnoxius fuiſſet, ſi memoria certò occurriſſent, ſi enim de reſtitutionibus, illiſq; incertis perſonis faciendis, dubium ſaltim non habuiſſet, in illam deliberationem nō vtiq; deueniſſet. Cùm (non illo ſibi facto ſcrupulo)

scrupulo) liberè viginti millia, vt sibi libebat, in pia relinquere potuisset. Aperire tamen amauit, (sic Diuina permittēte iustitia, vt quod in secreto fecerat, in palàm deduceret) se legatum illud, vt conscientiæ maiori securitate, ex restitutionū scrupulis agitatæ, angustiatæ, afflictæ, succurreret, relinquere, rogareq;, decernere. In hoc ergo toti in illa responsione fuimus, vt ex verbis testatoris, illum pro exoneratione conscientiæ, ex malè ablatis incertis grauatæ, viginti millia reliquisse, ostenderemus, consequenterq; ad Fabricam spectare. Non æquè verò in hac nunc re est. In hac nempè, apertè testator se biscentum relinquere dixit: *per obligo, che tiene, e per scarico della sua conscienza*, illaq; Ecclesiæ Parochiali Sancti Eliæ in eius reparationē reliquit. nulla itaq; incertorum cadit restitutio, cùm certè Ecclesię sit relictum *per obligo, che tiene, &c.* vt in superioribus ostēdimus. Si itaq; ex obligatione (*per obligo, che tiene.*) iure, nec sanè sine causa relinquendo illa suam conscientiam exonerare tentauit, vt tenebatur. Quia obligatione præmebatur. Cùm, quòd fortasse parentes eius hoc reliquere legatū, quod ipse viuens soluere distulit: tùm quòd bona administrauit Ecclesię dum vita[?] perfruebatur aura, eiq; obnoxius remansit. Quoquomodo proindè Ecclesiæ S. Eliæ legatū debebatur. Ideircò illud eidem reliquit. Hac quippè præmebatur obligatione; & pro hac vt suæ satisfaceret conscientiæ legatum reliquit, non pro malè ablatis incertis in genere, quæ Fabrica prosequitur, quin non persequitur dixeris. Nullum ergo nunc ius superest Fabricæ, hoc vt redhibeat legatum. Dùm ergo tempus habemus operemur bonum ad omnes. nec erremus.

52 Deus enim non irridetur. Neq; nos in arctissimo discessionis termino, cùm abeundum omninò est, in angustias conijciamus, vt quæ seminauimus mala metamus. quod Deus sua benignitate auertat, & donum faciat remissionis, ante diem rationis.

Atq; ita ex his, virgula haud abiecta censoria, quin expetita, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.



SVMMARIVM.

1 *Homines, qui non intelligunt, quæ vera sunt, sine intellectu esse dicuntur.*
2 *Locus Matthæi* 15. 16. Adhùc & vos sine intellectu estis. *expenditur.*
3 *Cogitationes malæ de corde exeunt.*
4 *Hominis sensus, & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua.*
5 *Locus Psalmi* 93. 11. Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanę sunt. *illustratur. non igitur malè cogitandum. num.10.*
6 *Lingua facta est, vt sit cordis interpres, verbum verò in corde est.*
Lingua est riuus, quo quæ in mente sunt abstrusa prodeunt. num.7.
7 *Mens fons est, vndè ratio promanat.*
8 *Verba data sunt homini, vt suas internas cordis cogitationes in apertum deducat.*
9 *Vita præsens summè breuis est. non ergo differendum, vt benè agamus.*
Nec sapientis est dicere viuam.
11 *Beneficia iurispatronatus in actu primo à voluntate pendent fundatorum; in actu verò secundo ab Episcopi assensu; & ab illo perfectionem recipiunt.*
Beneficia non nascuntur, sed fiunt. nu.12.
13 *Beneficium non dicitur nisi fuerit per Episcopum ordinatum.*
Est enim ius spirituale. num.14.
Siue spirituali annexum. num.15.
Constitui proindè sine Ecclesia auctoritate non potest.
16 *Fieri debere aliquid, vel fieri mandatum esse; & factum esse differunt.*
Non sequitur ergo, fieri mandatum est. est ergo factum. num.18.
17 *Facto in quolibet tria quæri possunt: factum ne fuerit: si fieri potuit: & quid voluerit is, qui fecisse præsumitur.*
Pro facto habetur, quod de proximo est faciendum. expenditur. num.19.
20 *Factum, & faciendum differunt, quia hoc in potentia, illud in exercitio.*
Et quod pendet, non est pro eo quasi sit.
Factum non dicitur, quod factum nō perdurat. num.21. & num.23.
22 *Diuortium non dicitur; si statim ad virum reuertatur vxor.*
24 *Fuisse non dicitur, qui in esse non perdurauit, & natus mox perijt.*
Probatur ex Iob patientissimo. 10.18. nu.25.
25 *Locus Iob 10.18. expenditur.*
26 *Possessionem adeptus non videtur, qui ita nactus est, vt retinere non possit.*
27 *Lex à fundatore beneficij, Episcopi assensu accedente, dicta, seruari debet. ex loco Lucæ 10.26. In lege quid scriptum est?*
Quomodò legis? & Matth.21.16. Audi quid isti dicunt, nunquàm legistis.
28 *Beneficiario in possessione existenti satis, super-*

perq;

perq; est Aduersarium excludere per ius non suum.

Quia solùm ius actoris consideratur, qui si nihil probauerit, reus absoluitur. nu. 29.

29 *Actoris ius tantummodò consideratur, Quia si nihil de iure suo ipse probauerit, Reus, & si nihil præstiterit, absoluitur.*

30 *Vocatus qui non est ex præsentandis ad beneficium, ius nullum ad illud obtinet.*

Dicere proindè eidem sufficit: quòad te liberas ades habeo. num. 31.

31 *Quòad te liberas ades habeo, iure respondetur ei, qui ius non obtinet ad rem, quam petit.*

Etiam in materia iurispatronatus. nu. 32.

33 *Liberum esse dicitur, quod ex alieno arbitrio non dependet; sed ex mera facientis voluntate.*

34 *Liberè aduerbium, ex mera significat facientis voluntate.*

Sine, sine alicuius contradictione, nu. 35.

35 *Liber est qui causa sui est, & ex se operatus, nō ab extrinseco motus.*

36 *Domus, siue Casa appellatione cognatio signatur,*

Sicuti familia. num. 37.

Præsertim si nomine proprio (propria casa) *sit restricta. num. 38.*

37 *Familia nomen cognationem significat, quæ ab vnius sanguine descendit.*

39 *Linea propria vocata, de effectiua vocantis intelligitur, non de contentiua, quæ à latere est.*

40 *Linea quid?*

41 *Familia de propria ij sunt, qui eadem arma, eademq; deferunt insignia, & ab eodem descendunt.*

Præsertim verò si non in genere familia sit vocata, sed in specie propria d'essi, &c. *num. 42.*

43 *Frustra tentatur, quod nec initium habere potest, nec finem videre, imò apertæ amentiæ videtur, & num. 65.*

44 *Vocatum, qui se asserit ad aliquid, probatione præstare id debet.*

Similitèr & ad beneficium, quod certo personarum debetur generi. num. 45.

46 *Adagium. Spirare Caciat videtur. elucidatur de ijs, qui turbas, & lites excitant.*

47 *Beneficium, quod non vacat, alteri conferri minimè potest,*

48 *Inhabilis ad aliquid obtinendum, siue beneficium, perindè habetur, ac si non esset.*

49 *Exhæredatio vt effectum producat, ritè, hoc est solemnitèr, vt facta fuerit, oportet.*

50 *Quod non est, vel non ritè factum, effectū minimè producit.*

51 *Vitam quod non habet, & spiritum, & mortuum est, alteri spiritum, & vitam dare non potest. ex regula.*

52 *Nemo dat quod non habet.*

53 *Beneficium iurè semel collatum, auferri ab eo minimè potest ex superuenienti casu, quòd alter aptiùs nunc sit.*

Quia in casu isto melior est conditio possidentis. num. 54.

Et semel canonicè institutus non est amouendus. num 57.

54 *Possidentis conditio melior.*

55 *Factum legitimè irritari non potest, nec debet.*

56 *Beneficia Ecclesiastica hoc ex natura habent, vt perpetua sint.*

Ad Vitam scilicet eius, cui collata sunt.

Ratio affertur. num. 57.

57 *Matrimonium carnale sicut ad tempus nō contrahitur, ita & paritèr, nec spirituale.*

58 *Institutio, & collatio differunt.*

Illa enim ex necessitate procedit, & patronorum præsentationem prærequirit. n. 60.

Hæc ex libera pendet conferētis voluntate. num. 61.

59 *Collationis proprium est, vt in perpetuū conferatur.*

62 *Factum infectum fieri non potest. & nu. 64.*

63 *Quod est, impossibile est, quod non sit.*

ARGVMENTVM.

Beneficia iurispatronatus in actu quidèm primo à volūtate dependent fundari illa mandantium, in actu verò secundo, & exercitio ab Episcopi assensu, & voluntate, à qua complentur, & perfectionem accipiūt. Beneficia quippè non nascuntur, sed fiunt. Non itaq; sufficit beneficium esse mandatū erigi, & fundari, nisi erectum, & fundatum fuerit. Ex tunc ergo cùm fundatum fuerit, dicitur factum, atq; beneficiū. Lex proindè in fundatione data seruari debet. Qui igitur se ex fundatione vocatum asserit, probare id oportebit. Factum esse, & fieri debere differunt. nec factum dicitur ꝙ non ducat factum. Sat est autem beneficiario per ius non

suum

suum aduersarium excludere. Liberum autem esse præsentare quẽ maluerint, quid importet, expenditur. veluti etiã: quid Domus, quid linea, quid familia denotet à fundatore nuncupata? Præsertim si pronomine propria, restricta fuerit. Quod autem non est, effectum nullum producit. Beneficium quod non vacat, conferri alteri non potest. Sufficit autem ad excludendum oppositorem, quod quo tempore collatum fuit, idoneus non esset. Beneficia quippè in perpetuum conferuntur. Aliud verò est collatio, aliud institutio.

RESPONSIO XLV.

1 Sine intellectu sanè sunt homines, qui
ea non intelligunt, quæ vera sunt. Sic
2 Dominus *Matthæi* 15. 16. Apostolis
dixit: *Adhùc & vos sine intellectu estis? Nõ
intelligitis, quia omne, quod in os intrat, in ventrem
vadit, & in secessum emittitur? quæ autem
procedunt de ore, de corde exeunt, & ea
3 coinquinant hominem: de corde enim exeunt
cogitationes malæ, homicidia, adulteria, furta,
falsa testimonia, blasphemiæ. hæc sunt, quæ coinquinant
hominem. Non lotis autem manibus
manducare, non coinquinant hominem.* Sen-
4 sus enim, & cogitatio humani cordis in
malum prona sunt ab adolescentia sua. *Ge-
5 nesis* 8. 21. Dominus dixit. Dominus ergo
scit cogitationes hominum, quoniam vanę
sunt. *Psalm.* 93. 11. Regius dixit Psalres. id
est ad malum pronæ. vt *Lyranus* ibidem
commentum agit. Ideò has relinquite,
(*Gloss. interlinearis* ibidem obseruat) vt
comprehendatis cogitationes Dei, quæ
sapientes sunt; quas comprehendit, qui
est in firma mente Cœli. De corde ergo
6 exeunt cogitationes malæ. Nàm verbum
quidèm in corde est, lingua autem facta
est, vt sit cordis interpres, Arabs quidam
apud *Galatinum* dixit *lib.* 3. *cap.* 3.
7 Mens enim fons est, vndè ratio promanat,
& sedes; lingua verò riuus, quo, quæ in
mente sunt abstrusa, prodeunt. ex *Philo-
8 ne* in vita Moysis. Indè quippè verba data
sunt homini, vt suas internas cordis cogitationes in apertum deducat. ex *Aristotele 1. perihermenias*. & Celso lib. 19. digestorũ in *l. Labro 6. §. ad Tubero. ff. de supellect. legat.* & *Martino del Rio Adagialium sacrorum veteris testamẽti par. 2. in cap. 8. prouerbiorũ. adagio* 164. os bilingue *col. 4. fol.* 165. Ex verbis igitur, quid in animo lateat, habemus. Vanæ ergo cogitationes sunt eorũ, qui Clerico Iosepho Vecchiono Nolanen Ciuitatis puero annorum terdecim persuadent, ad se spectare Beneficiũ de iure patronatus *delli Vecchioni* sãcti Nicolai titulo insigne, quod D. Honufrius Vecchionus Nolanus Sacerdos ex resignatione sibi facta per D. Franciscum Vecchione cùm assensu Patronorum, per Apostolicas Bullas obtinet, possidetq; vt putẽt deijcere se posse è Beneficio, in cuius possessione reperitur, dictum D. Honufrium. Exordiuntur autem ex ouo, vt hanc vanam, firmam cogitationem faciãt. Exordiuntur autem sic: Anno 1601. Notarius Aprilis Vecchionus supremam suam scribens voluntatem, hæredem sibi dixit vniuersalẽ Clericum Philippum Vecchionum filium, alijs filijs alimentis, vel quid simile legitimæ loco relictis. Mandat autẽ ab hæredibus scripris erigi Beneficium de iure patronatus laicorũ onere iniecto bis in singulas hebdomadas Deo Altissimo offerendi, legemq; fundationi sequentibus dicit:

Insuper vult, vt prædictum iuspatronatus à propria domo non discedat, & si forte in linea domestica defecerint, in proximiorem consanguineum etiam illitteratum conferatur, etiã si Clericus sit. Præterea vult, vt prædicti iurispatronatus titulus sit S. Nicolai, cuius Festum celebratur in mense Decembris. Vult etiã, vt in hoc iurepatronatus prædictus hæres possit vel mutare, vel diminuere, vel addere, & omnia facere, quæ ipsi placuerint. Et ex nunc pro tunc præsentat in dicto iurepatronatus dictum Clericum Philippum filium, & hæredem.

Beneficium hoc, vel quia satis tunc non cessit testaror; vel quia neglexit hæres. Facultas namq; ei à testatore patre facta fuerat, erigendi ius prædictum patronatus, (*e dove li piacerà, e quando li parerà,*) erectũ tunc non vtiq; fuit. Verùm vigesimum post annum 1621. dictus Philippus hæres tractatu habito cum Illustrissimo Episcopo Nolano, ab eo Capellam obtinuit nomine celebrem Sanctæ Mariæ de Porta, vt in ea ius erigat patronatus à patre sibi iniunctũ, dotemq; ei constituit modiorum octo terræ. Iubet verò, quòd dictum iuspatronatus sit de familia ipsius Philippi tunc Clerici, Doctoris Sebastiani sui fratris, & aliorum

fratrum vtrinq; coniunctorum, non verò aliorum, & eorum primogenitorũ masculorum: *E mancando la linea de' mascoli, ne possa l'vltimo mascolo retta linea vt supra, che restarà in vita disponere di detto ius præsentandi à suo arbitrio, e volontà, come cosa propria; atteso così vuole esso Abbate Filippo come herede, &c.*

Vt ostenderetur verò, quod vanæ sunt cogitationes hominum, quàmuis hęc Philippi dispositio publico instrumento firma facta fuerit, effectum tamen non vidit, quia morte prçoccupatus in Orcum transijt. In-
9 re proindè cecinit Horatius lib. 1. carm. Ode 4.

Vitæ sũma breuis spẽ nos vetat inchoare longã:
Iam te premet nox, fabulaq; manes.
Et domus exilis Plutonia.

Conclusitq;, nec iniuria Martialis lib. 1.

Non est, crede mihi, sapientis dicere viuam:
Sera nimis vita est crastina, viue hodie.

Illo iàm mortuo, residui fuere Sebastianus, & Ioannes Baptista fratres, alijs è medio iàm sublatis. Hi anno 1630. Episcopi assẽsu interueniente, in executionem voluntatis Philippi fratris ius ipsum patronatus erigunt, fundant, dotant, atq; pro dote territorium emunt, quod singulis annis quinquaginta ducatos monetæ pro Rectore complet, modiorum decem territorij; onere Rectori dato, bis in singulas hebdomadas celebrandi, vel celebrari faciendi; Feria sexta in memoriã Passionis D. N. IESV Christi; & Sabato Beatæ MARIÆ semper Virginis, qui Rector pro onere annuos quatuordecim ducatos excipere debeat; residuos verò triginta sex pro dote percipiat Capellæ: hac verò lege addita:

Con conditione però, che sempre, & quandocunq; in perpetuum s'haurà da presentare detto Rettore in detta Cappella, et iurepatronatus, s'habbia da presentare vno, che sia di detta propria casa, linea, e fameglia di essi di Vecchioni dotanti detta Cappella; e nõ essendoci tale Rettore in loro casa, e fameglia, sia ad arbitrio di quelli hauranno da presentare, e succederanno in detto iuspatronato, di presentare quello Rettore, che vorranno in detta Cappella à loro libito, e volontà. quia sic, &c.

Primus in dicta Capella Rector institutus, fuit R. D. Frãciscus Vecchionus Sebastiani fundatoris filius. Institutus proindè Rectoriã per plures annos retinuit. Tedio postmodùm affectus hinc à duobus annis Capellaniam prędictã resignauit ad beneficium R. D. Honufrij Vecchioni, reseruata sibi pensione, bullis expeditis per Romanã Curiam, Patronorum assensu, expressissimè accedente. Post duos annos insurgit dictus Clericus Ioseph Vecchionus tredecim annorum puer, & ex testamẽto Aprilis primi testatoris, patris Philippi, qui iuspatronatus primò erigi mandauit, ad se beneficiũ prædictum spectare asserit, tanquàm qui proximior sit, defecta iàm linea præfati Aprilis, illis verbis superiùs relatis: *Insupèr vult, vt prædictum iuspatronatus à propria domo non discedat; & si fortè in linea domestica defecerint, in proximiorem consanguineũ, etiam illiteratum conferatur, etiam si sit Clericus.* Esse ipsum Iosephum, ex proximioribus. ad ipsum proindè beneficium prædictum spectare. Amouendum, idcircò, eijciendumq; dictum Honufrium.

Verùm scit Dominus, quoniam cogita-
10 tiones hominum vanæ sunt. *Vt quid igitur cogitatis mala in cordibus vestris?* Sicut Scribis malè cogitãtibus Dominus dixit *Matthæi* 9. 4. & nos ipsis dicimus. Duplici itaquè iure vana eorũ est cogitatio. Et quòd Aprilis dispositio locũ non habet: & quòd Beneficium non vacat, vt de institutione prætendere Ioseph valeat.

11 Beneficia quippè iurispatronatus, licèt quidèm in actu primo, atq; materialitèr, ex voluntate pẽdeant eorum, qui ea fundant, construunt, dotant: Beneficia namq; non vtiq; nascũtur, sed fiunt. ex *Abbate cons.* 54. *num. 2. in fin. vers. pro hoc etiam facit. lib.* 1. In
12 actu tamen secundo, atquè in exercitio, & formalitèr, ab assensu pendent Episcopi, eiusq; institutione perfectionẽ adipiscuntur. ex Concilio Aurelianensi in *can. nemo Ecclesiam* 9. & ex Decretis Horsmidæ Papæ in *can. nullus presbyter* 25. *de consecrat. dist.* 1. & ex Concilio Bracharensi 2. cap. 5. in *can. placuit vt quoties* 1. 1. *quæst.* 2. & ex Gelasio Papæ Senecioni Episcopo in *can. piæ mentis* 26. & *can. Frigentius* 27. 16. *q.* 7. & ibidem *Gloss.* & ex Alexandro Tertio in *cap. consuluit nos* 15. & Clemente Tertio in *cap. nobis fuit* 25. ibiquè *Gloss.* verbo *assensu diœcesani. de iurepatronat. extrà.* Nec dicitur
13 beneficium, nisi fuerit per Episcopum ordinatum. *Gloss. in element. si beneficiorum decima* 2. *aliàs fin. in Gloss.* 1. *in fin. vers. in dic contrà. de decim. Felin. in cap. ex parte* 5. 12. *num. 2. de rescript. Lambertin. de iurepatronat. lib. 1. par. 1. quæst. 2. principali. art. 11. num. 1. & seq. Claudius Tutius de iure patronat. quæst.* 1. præsertim *num. 13. & quæst. 8. nu. 7. Alexand. Raudens. variar. resolut. cap. 19. nu. 30. Nauar. cons. 8. in Prouincia Tarraconen num. 7. lib. 3. de iurepatronat.* rationem reddens; Quòd
14 beneficium ius sit spirituale. ex Innocentio Tertio in *cap. dilecto filio* 25. *§. procurator tuus. & §. præterea, de præbend.* siue etiam
15 spirituali annexum, secundùm *S. Thomam* 2. 2. *quæst. 100. art. 4.* vt constitui sine authoritate Ecclesiastica minimè possit. Episcopi proindè consensus requiritur, vt acquiratur. *Rota decis. 222. num. 3. & decis. 223. nu. etiam 3. par. 1. diuersor. & decis. 85. nu. 1. & 3. part. 2. etiam diuersorum.* eadem *Rota* apud

Card.

Card. Caualer. decis. 165. *n.* ... & dictum fuit in *Melphitten legati* p*ij* 24. *Ianuarij* 1629. corám *Dunozetto. in manuscript. decis.* 82. quæ est etiam in impressis *par.* 5. *in recentiorib. per Rubeum decis.* 238. *num.* 2. diximus *respons.* nostra 88. *num.* 119. *par.* 3. *Barbosa de officio, & potestate Episcopi par.* 3. *allegat.* 70. *nu.* 20. *Garsias de benefic. par.* 5. *cap.* 9. *num.* 71.

Beneficium autem hoc per Notarium Aprilem, licèt in actu primo per eum demandatum fuerit, in actu tamen secundo, & in exercitio, nunquàm exijt. nullum ergo ex illo ius obtinere Clericus Ioseph poterit. Et quidem in actu primo fundandū demandatum fuit: *che si facci da detti heredi vno iuspatronatus doue li parerà, e quando li piacerà.*

In actu tamen secundo non exijt, quia neque per se ipsum, si post supremas, quas dedit tabulas, adhùc vita fortassè superstes fuit, neq; per Philippum hæredem, quem scripsit, post vigesimum annum ipsum pa-
16 tronatus fundatum, erectumq; fuit. Aliud autem est fieri debere aliquid, vel fieri deberi, mandatum fuisse; aliud verò factum esse. ex Vlpiano lib. 3. ad Sabinum, argumento ducto in *l. nolle adhire* 4. ibiq; Bald. *ff. de acquirend. hæred.* verba damus: *Nolle adhire hæreditatem non videtur, qui non potest.* Quia nimirùm aliud est velle, aliud facere. sicuti (*Gloss.* ibidem aduertit) non potest repudiare, qui non potest adhire. repudiatio est priuatio, qui igitur nō potest habere, neque repudiare poterit. Tria
17 nempè quolibet in facto quæri possunt: Factum ne fuerit: si fieri potuit; & quid voluerit is, qui fecisse præsumitur. vt *Æmilius Ferrettus* (inquit) *resp* 24. *nu.* 1. Quàmuis igitur erigi, atq; fieri ius hoc patronatus in suis supremis tabulis mandauerit Notarius Aprilis, vndè & fieri potuit. Factum tamen, erectumq; atq; fundatum,
18 & constructum minimè fuit. Factum ergo dici haud potuit, vt nec potest, ex illa suprema sua voluntate, quæ in actum secundum, & exercitiū nunquàm exijt, & si quidèm exire potuit, & fieri. argumento etiā ducto ex Papiniani responso lib. 6. responsorum in *l. filiusfamilias* 44. *ff. de milit. testam.* ibiq; *Bart.* summarium dicens: *Ha-*
19 *betur pro facto, quod de proximo est fiendum.* & Gloss. fin. ibidem.
20 Distinctio quippè non modica est inter factum, & faciendum. hoc nempè in potentia est, illud verò in actu, & exercitio. Nàm fieri debere denotat id, quod futurum est; & in potentia, vt fiat, vt fieri etiam possit, ne fiat. & quod pendet, non est pro eo, quasi fit. ex Vlpiano lib. 2. ad edictum in *l. is damnum dat* 130. §. *fin. ff. de regul. iur.* ibiquè *Gloss.* verbo *quod pendet.* nec dicitur factum, quod effectu caruit. ad eiusdē Vlpiani sensum lib. 17. ad Sabinum in *l. si quis sub conditione* 11. *ff. de testament. tutel. Barbosa axiom.* 93. *num.* 18. Factum verò esse, perfectum denotat, & exercitium, atq; esse rei. ita planè, vt ne factum dica-
21 tur, quod, & si incępit, factum tamen non perseuerat. ex Paulo lib. 35. ad edictum in *l. diuortium non est verum* 3. *ff. de diuortijs, & repudijs.* qui textus inter sacros Canones à Gratiano relatus fuit in *can. diuortium* 21. *de pœnitent. dist.* 1. ibiq; *Gloss.* verbo *ratum*, quæ sic argumentū deducit. *Non dici quid*
22 *factum, si non perseuerauerit.* Quid enim profuit diuertisse à viro vxorem, si ad eum statim reuersa est? non enim diuortium dicitur. Eiusdemq; argumēti videtur fuisse Scenola lib. 2. digestorum in *l. inter Castellianum, & Seium* 49. *ff. de recept. arbitr.* summario ibidē, quod sic formatum fuit: *In his, quæ habent causam successiuam, non sufficit ab initio factum, nisi perseuerantia subse-*
23 *quatur.* nec dicitur factum, quod non durat factum. vt ex Vlpiano lib. 29. ad edictū habetur in *l. si pro parte filius* 10. §. *versum autem sic accipimus.* ibiq; *Gloss.* verbo *duret versum ff. de in rem verso* & *Glossella* marginalis ibidem. *Rota pat.* 2. *in recentior. decis.* 445. *num.* 4 *in fin.* Multò minus igitur factū dicetur, quòd neq; fieri cępit, quàmuis, vt
24 fieret mandatum fuerit. Porrò, quod neq; fuisse dicitur, qui in esse non perdurauit, & natus mox perijt. ex Hieronymo in *cap. nā & ego* 3. ibiq; *Gloss.* verbo *quasi nunquàm esset. de verbor. signific. extrà.* coneinitq; Pa-
25 tientissimus Hussita ille *Iob* 10. 18. qui sic Deum interpellat: *Quarè de vulua eduxisti me? qui vtinam consumptus essem, ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem, de vtero translatus ad tumulum.* qui natus de vtero egressus statim perijt, quasi non esset æstimatur. multòq; magis, qui nunquàm fuit. Et nos factum æstimabimus, quod nec incępit? Quemadmodùm Iabolenus lib. 19. ex Cassio, siue ex Causis in *l. non videtur* 22. *ff. de acquirend. possess.* verbis id manifesta-
26 uit satis aptis ad rem: *Non videtur possessionem adeptus* (inquiens) *is, qui ita nactus est, vt retinere non possit.* Et factū æstimabitur, quod non adhùc in esse cœpit? Absit. pertractat plenè *Abbas cons.* 69. *videtur primò, sub num.* 1. *vers. sed bis non obstantibus. & num.* 2. *part.* 1. *Franc. Beceius cons.* 57. *num.* 8. *lib.* 1. *Rota* apud sanct. mem. *Gregorium XV. decis.* 441. *num.* 5. *& decis.* 477. *num.* 3. & ibidē *Beltramin.* addens *num.* 4.

Beneficium ergo, quod erectum fuit, & nunc extat de iure patronatus familiæ *delli Vecchioni*, à Sebastiano fundatum, erectumq; fuit, atq; dotatum, Episcopi accedente consensu, & assensu, & à Sebastiano,
27 Episcopo annuente, lex conscripta fuit eo-

rum, qui præsentari deberēt. illa igitur ser-
uanda, non alia. Audi profectò Dominum
legis perito dicentem, qui eum tentare ve-
nerat. (Lucæ 10.26.) *In lege quid scriptum*
est? quomodò legis? Audi quæso quid isti
dicunt. nunquàm legistis? *Matth.* 21. 16.
Quia Sebastianus, qui Beneficium funda-
uit, se ità fundare protestatus est;

Con conditione però, (inquiens) *che sem-*
pre, e quandocunq; in perpetuum s'hauerà da
presentare il Rettore in detta Cappella, & iure
patronato, s'habbia da presentare vno, che sia
di detta propria casa, linea, e fameglia d'essi di
Vecchioni dotanti detta Cappella, e non essen-
doci tale Rettore in loro casa, e fameglia, sia
in arbitrio di quelli l'haueranno da presentare, e
soccederanno in detto iuspatronato di presenta-
re quel Rettore, che vorranno in detta Cappel-
la à loro libito, e volontà, &c.

Neq; huiusmodi dispositio aduersa est
voluntati Aprilis, nam ipse expressis ver-
bis facultatem hæredi scripto dedit; *vt in*
hoc iurepatronatus prædictus hæres possit, vel
mutare, vel diminuere, vel addere, & omnia fa-
cere, quę ipsi placuerint. Propter quam facul-
tatem dictus Philippus hæres nuncupatus,
iàm voluntatem prædictam Aprilis Patris
mutauerat, & in aliam formam reduxerat,
vt in initio detulimus. Nihil igitur iuris
superest nūc dicto Clerico Iosepho ex dis-
positione dicti Notarij Aprilis; vt sufficiat,
28 & satis, superq; sit Honufrio, qui in pos-
sessione est Beneficij, si illum excludat per
ius non suum. Quia solùm ius actoris con-
29 sideratur, quo non fundato, Reus, & si nihil
ipse præstiterit, absoluitur, atq; liber di-
mittitur. ex Innocentio III. in *cap. cùm Ec-*
clesia Sutrina 3. *§. verùm quoniam in fin.* ibiq;
Gloss. fin. de caus. possess. & propriet. & ex Gre-
gorio IX. in *cap. iuramentum* 36. *& fin. §. sa-*
nè si actor. ibiq; *Gloss.* verbo *in probatione. de*
iure iurando. & ex Diocletiano, & Maximi-
niano Augustis in *l. actor* 23. *C. de probation.*
quā inter sacros canones registrauit Gra-
tianus in *can. accusator* 2. *alias fin.* 6. *quæst.* 5.
ibiq; *gloss.* 1. & ex Arcadio, & Honorio Im-
peratoribus in *l. cogi* 11. *& l. vlt. C. de petit.*
hæred. eisdēq; Diocletiano, & Maximiniano
in *l. res alienas* 20. *alias fin. C. de rei vendic.*
Verall. Episcopus Caputaquen *decis.* 11. *n.* 1.
& seq. par. 1. *Rota decis.* 6. *de re iudic. in antiq.*
& decis. 4. *cod. tit. in nouis.* & apud *Coccinum*
decis. 259. *num.* 4. *& decis.* 281. *num.* 3. *& decis.*
385. *nu.* 1. & apud *Card. Caualer. decis.* 8. *nu.* 4.
& decis. 606. *num.* 11. & in *Iacen Archidiaco-*
natus 1601. coràm *Pamphilio decis.* 167. *nu.* 1.
in fin. post 1. *volum. consil. Farinac. Card. Tusc.*
tom. 1. *lit. A. conclus.* 117. *num.* 29. *Lancellott. de*
attent. par. 3. *cap.* 24 *quæst.* 1. *de reo, & excep-*
tionib. num. 36. *Rota* apud *Duranum* Episco-
pum Vrgellen *decis.* 278. *num.* 3. *& decis.* 350.
num. 1. *par.* 2.

Neq; profectò ex voluntate, & disposi-
tione Aprilis, (quàmuis ipse beneficium
iurispatronatus fundari mandauerit,) nītc
proceditur; sex ex his, quę Sebastianus, qui
beneficium fundauit, construxit, atq; do-
tauit, & Episcopi consensu (vt in superiori-
bus diximus) perfectionem, & complemē-
30 tum recepit, disposuit, atq; mandauit. Ex
his autem nullum est Clerico Iosepho ius;
quia ipse ex vocatis non est, cùm non sit:
Di detta propria Casa, linea, e fameglia di essi
di Vecchioni dotanti detta Cappella. vt dicere
31 eidem satis, superq; possit Honufrius: *Quò-*
ad te liberas ædes habeo. iuxtà Vlpiani res-
ponsum lib. 17. ad edictū in *l. loci corpus* 4.
§ competit etiam. in fin. ff. si seruitus vēdicetur.
cuius hæc sunt responsionis verba: *Hoc igi-*
tur intendo, habere me ius altiùs tollendi inuito
eo, cum quo ago: quantum enim ad eum per-
tinet, liberas ædes habeo. Idemq; lib. 28. ad
edictum in *l. si pignore subrepto* 22. *§. si præ-*
do. ff. de pignoratit. action. Ancharan. cons. 360.
Ex serie pacti. num. 1. & in hac ipsa nostra
32 materia iurispatronatus respondit *Ioan.*
Bapt. Ferrett. cons. 185. *num.* 6. *in fin. vers. item*
dato, quòd. Caualcan. decis. 16. *num.* 5. *lib.* 4.
Tria nempè simul coire debent, vt ex Seba-
stiani dispositione præsentari Clericus Re-
ctor valeat; vt præsentantes videlicet, Se-
bastiani fundatoris lege, ad certum illum
Clericum Rectorē præsentandum, tenean-
tur. primum vt sit, *di detta propria Casa,* se-
cundum *linea*; tertium verò *e fameglia di*
essi di Vecchioni dotanti detta Cappella. Vnū
si horum desit, lege illà non tenentur, & li-
berum sit eis ex eorum arbitrio pręsentan-
di: *Di presentare quel Rettore, che vorran-*
no in detta Cappella à loro libito, e volontà.
33 Si ergo liberum est eis quemcunqnè vo-
luerint præsentare, si tria illa non adsint,
præsentando, strictim ex lege fundationis:
nullius vtiq; alterius auxilio, vel volunta-
te, siue nutu egebunt, vt præsentare valeāt
quemcunq; voluerint; ex mera eorum vo-
34 luntate. Hoc nempè aduerbium illud (*li-*
berè) significat. ex mera scilicet voluntate.
ex Clemente V. in Concilio Viennen in
clement. vt ij, qui diuinis 2. *de ætat. & qualit. &*
ord. perficiendor. illis verbis: *Etiam si hoc sibi*
ab alijs liberè concedatur. liberè. hoc est ex
mera eorum voluntate. perpenditq; *Gon-*
zalez ad regul. 8. *cancellar. gloss.* 53. *num.* 5.
qui à *num.* 1. ad *num.* 26. omnes casus enu-
merat, quibus aduerbium hoc (*liberè*) per-
pendi possit. præsertim *num.* 4. ad rem no-
35 stram, in quo aduerbium illud (*liberè*) hoc
est sine alicuius contradictione, exaudit. ex
Innocentio III. in Concilio Generali in
cap. irrefragabili constitutione 13. *§. vt autem*
de officio Ordinarij extrà. verba damus Inno-
centij: *Vt autem correctionis, & reformatio-*
nis officium liberè valeat exercere, decernimus

vt exe-

ut executionem ipsorum nulla consuetudo, vel
appellatio valeat impedire . liberè, sine alicu-
ius contradictione videlicet. quia liber est,
qui causa sui est 1. methaphys. cap. 2. & ex se
operatur, nec ab extrinseco motus. secun-
dùm S. Thomam 2. 2. quæst. 19. art. 4. in corp.
nàm qui liberè quid potest, absolutè po-
test. sequiturq; Alexand. cons. 150. viso, &
considerato. num. 13. lib. 2. plenè quoq; Gra-
tianus forens. par. 5. cap. 921. nu 20. 21. & 22.
Roland. à Valle cons. 42. nu. 17. cum seq. ad 21.
lib. 1. meus Marana cons. 46. num. 15. Surd.
cons. 143. num. 23. lib. 1. & decis. 272. num. 14.
idem Gratian. forens. par. 1. cap. 23. num. 23.
Ioan. Bapt. Ciarlin. forens. controuers. cap. 90.
36 num. 8. 9. 10. & seq. Et sanè primum illud
verbum (di detta propria Casa.) verbum sci-
licet illud (Domo) non pro familia, sed pro
cognatione exaudiendum erit, ad distin-
ctionem vtriq; subsequentium verborum
(e fameglia di essi di Vecchioni dotanti) in
quibus nomen illud fameglia pro Casata
accipitur. & in nomine illo Casa, propria
37 Casa, propria Domo, pro cognatione.
Quia appellatur familia, plurium personarũ,
quæ ab eiusdem vltimi genitoris sanguine pro-
ficiscuntur; sicuti dicimus familiam Iuliam,
quasi à fonte quodã memoriæ. verbis dicimus
Vlpiani lib. 26. ad edictum in l. pronunciatio
195. §. item appellatur. ff. de verb. signif. ibiq;
Bart. & in l. tutelas 7. num. 4. ff. de capit. dimi-
nut. Card. Tusc. tom. 2. lit. D. conclus. 618. nu. 2.
Molina de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 4. nu 9.
Ciarlin. forens. controuersiar. cap. 23. num. 3. &
nu. 18. Rota apud sanct. memor. Gregor. XV.
decis. 464. nu. 4. Card. Mantic. de coniectur. vl-
timar. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 17. diximus
respons. nostra 20. num. 6. & seq. nu. 9. & seq.
par. 3. & respons. 19. num. 22. par. 4. Gratian.
forens. par. 2. cap. 218. n. 16. 17. & seq. & par. 4.
38 cap. 645. num. 1. Adde, quòd non Domum
(Casa) simpliciter nuncupauit, sed eã pro-
nomine (propria) restrinxit; vt magis suam
declararet voluntatem; suam propriam pa-
rentelam, & cognationem vocasse. ex Gra-
tiano d. cap. 218. num. 19 & Nos perpẽdimus
d. respons 20. num. 10. par. 3. & d. respons. 19.
num. 25. & 26. par. 4.
Secundum verò requisitum in præsẽtan-
39 do Sebastianus desiderauit, vt esset de li-
nea, propria videlicet; vt pronomen illud
(di detta propria Casa, linea, e fameglia di essi
di Vecchioni dotanti) ad omnia subsequẽtia
referretur, essetq; propria vocata linea, ef-
40 fectiua scilicet, non contẽtiua. Linea quip-
pè collectio est personarum ab eodem sti-
pite descendentium, gradus continens, &
numeros distinguens. iuxtà Gloss. in arbore
affinitatis ad calcem, tit. de consanguinit. & af-
finit. in decretalib. de effectiua proindè in-
telligi voluit. Illa namq; propria est linea;
nàm contentiua ex latere prouenit. Fran-
cisc. de Ponte cons. 47. num. 7. vol. 1. Rota in Ro-
mana iurispatronatus 15. Martij 1630. coràm
Merlino decis 362. num. 6. par. 5. in recentiorib.
per Rubeum. diximus Nos respons. nostra 7.
num. 13. & seq. par. 2. & respons. 28. num. 17.
par. 3. & respons. 23. num. 1. & seq. par. 4. Rota
in recentiorib. par. 1. decis. 697. num. 5. & par. 2.
decis. 707. nu. 2. Gabr. cons. 132. quæst. 6. nu. 58.
59. & 60. vol. 1. Gratian. forens. par. 5. cap. 869.
num. 27.
Voluit demùm, vt esset de propria fami-
41 lia d'essi di Vecchioni dotanti. De propria
igitur familia ij sunt, qui eadem arma, ea-
demq; deferunt insignia, & ab eodem de-
scendunt. ex Bart. in d. l. tutelam 7. num. 4. de
capitis diminut. Alexand. cons. 213. ponderatis
his, quæ in themate. num. 3. lib. 6. Menoch. lib. 4.
præsumpt. 88. num. 12. Gabr. d. cons. 132. nu. 59.
vol. 1. Rota in recentiorib. par. 1. decis. 697. nu.
5. 6. & 8. Marius Antonin. Maceraten variar.
resolut. lib. 1. resolut. 82. num. 9. in calce, cuius
refert bis aliàs in Rota decisũ, & Nos ple-
nè retulimus respons. nostra 48. num. 20. 21.
42 & seq. par. 2. Neq; profectò in genere fa-
miliã vocauit, sed in specie (d'essi Vecchioni
dotanti.) vt de illa exaudiri dumtaxat de-
beat, non de familia delli Vecchioni in ge-
nere. ex Alexand d. cons. 213. nu. 3 lib. 6. opti-
mè Paris. cons. 51. num. 5. & num. 10. lib. 2. Ro-
ta d. decis. 697 num. 6 par. 1. in recentiorib. Me-
noch. d. præsumpt. 88. num. 2. lib. 4. Gratian. fo-
rens. par. 5 d. cap. 869. num. 27. & Nos d. resp.
19 num. 26. par. 4.
Ioseph verò neq; de cognatione, Casa,
videlicet, neq; linea, neq; etiam de propria
familia, in specie, est dicti Sebastiani. non
43 ergo de vocatis. Frustrà igitur tẽtat, quod
neq; initium habere potest, neq; exitum.
apertè igitur dementię videtur, id tentare,
quod frustraneum est, neq; exire in actum
potest. nàm Frustrà niti dementiæ est. vt pro-
uerbio fertur. & dixit Sophocles in Anti-
gone
Frustranea agere insignis est amentia.
Author Adagiorum chiliade 5. centur. 2. fol.
44 mihi 1129. Regulare profectò est, vt qui se
vocatum per institutionẽ, vel substitutio-
nem, vel fideicommissum, vel alio modo
prætendit, probatione id præstare debeat.
ex Gloss. recepta in l. qui duos 10. verbo su-
perstes. circ. med. ff. de reb. dub. cuius verba
damus: Regulare est (inquiente) vt neq; ad
hæreditatẽ, neq; ad legatum, neq; ad fideicom-
missum, vel tutelam aliquis admittatur, nisi do-
ceat, casu existente, se inuitatum. sequiturq;
Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 5.
tit. 1. num. 18. Surd. cons. 129. num 16. & seq.
Hector Capycius Latro Regẽs Marchio To-
relli decis. 1. num. 1. Rota apud Cardin. Sera-
phin. decis. 1023. num. 1. & apud sanct. mem.
Gregorium XV. decis. 433. num. 1. & 3. Gra-
tian. forens. par. 2. cap. 275. num. 16. diximus
respons.

respons. nostra66.*num.2.& 5 par.3.* Ita pari-
45 tèr,& ad beneficium, quod ex fundatione
certo personarum generi debetur, vtputà
quòd sint ex parentela, familia,vel cogna-
tione . ex *Clement. quia contingit 2 de relig.
domib. Rota par.2.in recentior.decis.254.nu.2.
in fin.*& apud *Duranum decis.8.num.4.par.1.*
Non est ergo Ioseph ex vocatis . Vanas
proindè cogitationes assumpsit, quando
Honufrium de beneficio, quod iure possi-
46 det, deturbare prætendit. *Spirare* quippè
Cæcias videtur. vt adagio fertur. Est enim
ventus, qui ad se nubes pertrahit, & eos
exprimit, qui turbas, & lites excitant. di-
xitq; Aristophanes in Equitibus
Vt iste spirat Cæcias, & Sycophantias iam.
& adnotat adagiorum Auctor *chiliade 4.
centur.8 fol.*1072. Verùm,fac etiā (veri sine
præiudicio) Iosephum, ex vocatis à Seba-
stiano esse fundatore, neq; ad beneficium
47 nunc ipse admitti posset. Est namq; plenū
Beneficium, nec vacat. ex Alexandro III.
Victonien Episcopo in *cap.illud prætereun-
dum* 8. *de iurepatronat* illis verbis : *tùm quia
de re non vacante facta*. Quando nempè Be-
neficium per resignationem Francisci, Se-
bastiani filij, Honufrio collatū fuit, Ioseph
48 aptus non erat, vt beneficium obtineret;
perindè igitur habebatur, ac si non esset.
ex Vlpiano lib.40.ad Edictum in *l. non pu-
tauit Prætor* 8.*§.nō quæuis. ff de bonor. possess.
contra tabulas.* Verba damus Vlpiani : *Non
49 quæuis exhæredatio* (inquientis) *submouet fi-
lium à contra tabulas bonorum possessione, sed
quæ ritè facta est*. Ritè. id est solemnitèr.
Gloss. ibidem commentum agit. non ergo
50 effectum producit,quod non est, vel non
ritè factum; quia pro non facto habetur;
consequentèrq; nō esse habet. Sicuti quod
51 vitam non habet, & spiritum, & mortuum
est, alteri vitam,& spiritum dare nō potest.
52 ex regula *nemo potest 79. de regul. iur. in 6.*
ex Vrbano II. in *can. Daibertum* 24. 1.*q.7.*
& Alexandro III. in *cap. quod autem 5. in
fin. de iurepatronat.* eiusdemq; Vlpiani sensu
in *l.si sic legatum* 78.*§ si mihi. ff.de legat.1.* &
Africani in *l. si seruus legatus* 111. §.*qui
quinque. ff eodem de legat.1.* ex Vlpiano lib.
29. ad Sabinum in *l.traditio* 20. *ff.de acquir.
rer. domin. Rota* apud *Crescentium decis.18.
num.2. de rescript.* non erat igitur tunc Io-
seph; cùm aptus ad obtinendum benefi-
cia minimè esset. Iurè proindè Honufrio
53 beneficium datum fuit, vt nullo modo ab
eo auocari valeat, quàmuis nunc Iosephus
aptus esset, vt beneficium obtinere posset.
54 Quia in casu isto melior est conditio pos-
dentis. vt Alexander Tertius Eboracensi
Archiepiscopo respondit in *cap. quod au-
tem* 5. ibiquè *Gloss.* verbo *possidentis.* & in
cap.consultationibus 19. rationèmq; ibi red-
55 dit *Gloss.* verbo *remoueri*. Quia quod le-
gitimè factum est,non debet irritari. & ex
Innocentio III. Elien Episcopo in *cap. pa-
storalis 29.de iurepatronat.* eandem Alexan-
dri III. rationem sequens : *qui* (inquiens)
*inter præsentatos à laico, conditionem possiden-
56 tis censuit meliorem*. Et Beneficia Ecclesia-
stica hoc ex natura sua habent,vt perpetua
sint; ad vitam videlicet possidentis.ex Ge-
lasio Papa in *can.præcepta canonum 12. dist.*
55. & ex Concilio Vrbani II. habito Pla-
centiæ in *can.sanctorum canonum 2. dist. 70.*
ibiq; *Gloss.* verbo *perpetuò*. quæ *(idest dum
viuit)* exponit. ex Innocentio III. ad Are-
laten Archiepiscopū in *cap. ex parte tua 5.
de clerico ægrotante, vel debilitato extrà*. &
*Gloss.in cap si gratiosè 5. de rescrip.lib.6.*ver-
bo *perpetuò*.idest,donec vixerit ille,cui fuit
gratia concessa. retinendi videlicet bene-
ficia. & Bonifacio VIII. in *cap presbyteri
vnic.de capellis monachorum in 6.* ibiq; *Gloss.*
57 verbo *perpetui*. quæ rationem reddit : *Si-
cut enim* (dicens) *matrimonium carnale ad
tempus non contrahitur; sic nec spirituale. de
conditionib.apposit.cap.vlt.*sic *Gloss.*& Rota
apud Card.*Caualer.decis.350.num 4.& decis.
640.num 9.* & in *d.decis.254.num.3.par.2. in
recentior.Gonzalez ad regul.8.cancell. gloss.5.
num 11.& 12.* & semel canonicè institutus
non est remouendus. ad *text. in d. cap. con-
sultationibus 19.de iurepatronat.& cap.querel-
lam 24. de elect. Rota par.1.in recentior. decis.
374. num.3. Gonzalez ad regulam 8. gloss 45.
§.2. num.8.& seq.* Fuit verò per resignatio-
nem à Francisco ad fauorem Honufrij fa-
ctam, accedēte expresso patronorum con-
sensu, cum reseruatione pensionis annuæ
pro dicto resignante, eidem per Summum
Romanum Pontificem in perpetuum be-
neficium prædictum collatum. non vtiquè
auocabit ab eo illud Clericus Ioseph, eo
dumtaxat prætextu, quòd ex dispositione
Aprilis proximiores sint vocari, vt in supe-
rioribus diximus,ostendimusq;. Cùm hæc
58 non fuerit institutio.sed collatio per Sum-
mum Romanum Pontificem ex resignatio-
59 ne facta. Collationis verò Beneficij pro-
prium est, vt in perpetuum conferatur. ex
*Abbate cons.47.num.1, vers.item quia in per-
petuum. lib.2.* quem sequitur *Rota part.2. in
recentior.decis.25.nu.6.* & apud *Coccinum de-
cis.396. nu.3.* & apud *Duranum* Episcopum
Vrgellen *decis.381.nu.7.par.2.*Verba autem
Aprilis,quatenus locum haberent,vt non
habere ostendimus, de institutione dispo-
nunt,non de collatione,quę per Papam fit.
60 Institutio nempè præsentationem antè se
omninò præcedentē exposcit, & ex neces-
sitate sequi debet. ex Cœlestino III. in *cap.
ea noscitur 6.* ibiq; *Scribētes. de his,quæ fiunt
à prælatis sine consensu capituli.*& Alexandro
Tertio in *cap.quod autem consulis 5. de iure-
patronat. Rota decis.4.de iure patron. in nouis,*
& apud


& apud *Achill.de Graff. decis.12.num.1.& 2. de iurepatronat. Marius Antonin. Maceraten variar.resolut. lib.1.resol.47.num.6.* ad regulam *Beneficia 1. de regul. iur. in 6.* diximus *respons.* nostra 82. *num.1.& 29 par.3.* alios
61 referentes. Collatio verò à libera pendet conferentis voluntate Episcopi, vel Papæ. ex *Paulo de Cittadinis de iurepatronat.part.6. art.3. num.82. & seq. Marius Antonin. lib.1. resolut.112. casu 68. in fin. vers.quàmuis aliqui teneant. Rota* apud *Coccinum in Pientina iurispatronatus 23. Martij 1611. decis. 337. num.2. in fin. part.2. in recentiorib.* diximus *respons.*nostra 57.*num.13.& 14.par.4.*

Non igitur aperta tunc erat Iosepho via ad agendũ pro institutione, quàmuis ipse ex vocatis esset,(quod ex dictis, apertè abnuimus) cùm beneficium ad fauorem Honufrij per resignationem,accedente patronorum consensu,vacauit, eiq; per Sanctam Sedem Apostolicam reseruata annua pensione pro Francisco resignante,collatum
62 fuit. Factum igitur in irritum reuocari, atq; infectum fieri minimè potest. ex *can.si Paulus 11.*ibiq; *Gloss.*verbo *suscitare.32.q.5. Gloss. in can. Ecce ego 6. §.sed oderunt hoc sacerdotes. dist.95.* ex Triphonio lib.4. disputationum in *l. in bello 12. §. facta. ff. de captiu. & postlimin. reuers.* verba excipe Triphonis: *factæ autẽ causæ, infectæ nulla constitutione fieri possunt.* eiusdemq; sensus est Vlpianus lib.42.ad Sabinum in *l.verum est 32. ff.de regul.iur.* ibiquè *Gloss* rationem
63 reddens: *Quia* (inquiens) *impossibile est,vt quod est,non sit,* ibiq; plenè *Decius,& Cagnolus.* & *§.1.vers.qua igitur.in authent.de æqualitate dotis. collat. 7.* Iustiniano Cæsare ra-
64 tionem reddente, atq; dicente: *Quod enim factum est, infectum manere impossibile est.* sequiturq; *Nauar.cons.2. num.2. lib.4. qui filij sint legitmi.*

Sine intellectu igitur erunt,qui Iosepho tredecim annorum puero,quod verum nõ est, persuadere conantur. Sunt enim vanæ cogitationes eorum; Honufrio ex resignatione per Sanctam Sedem Apostolicam beneficium possidente, & cum patronorũ assensu. intercipere haud igitur hoc
65 poterunt. *Frustrànea* ergo *agere insignis est amentiæ.*

Atquè ita ex his, quæ Aristarcorum iudicio lubentissimè subijcimus, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.



SVMMARIVM.

1 *Humanis rebus quisquis nimium se figit, decipitur sanè,*
Quia transeunt, & diù nobiscum non perdurant.
Et mors in ianuis astat. num.2.
3 *Facultate qui facit,quam ei testator fecit, iure videtur agere.*
4 *Emphyteuticus contractus stricti iuris est.*
Quicquid igitur non est in eo expressũ,omissum censetur.
Nec consequentèr concessum.
Neq; dilatanda concessio. num.9.
5 *Emphyteuta quàmuis alienandi facultatem obtineat, non tamen vti ea poterit, in personas prohibitas, in Ecclesiam præsertim. num. 8.*
Quam ob causam retinentur verba in sensu quidèm composito,nõ in sensu diuiso.nu.6.
Et ex sequentibus concessio restrictionem accipit. num.7.
6 *Sensus rerum dupliciter dari potest, & in sensu composito, & in sensu diuiso.*
7 *Verba dispositionis ex præcedẽtibus, & ex subsequentibus interpretationem accipiunt.*
10 *Comunio discordiarum quandoq; non leuis est causa.*
11 *Interpretatio in contractibus faciẽda est pressa.*
In emphyteuticis præsertim.
12 *Emphyteusis concessa pro se,& filijs suis, fæminas non comprehendit.*
Nequè etiam neptes.
Si expressum non fuerit.
Quinimò concessa cũ clausula (ad habendum, & quicquid placuerit) *etiam extraneos comprehendit. num.13.*
Capaces tamen.
Ecclesiastica ad manus mortuas deuenire nusquam potest. num.16.
Quia linea nusquàm finitur. num.16.
Et Ecclesia careret laudimiorum commodo.
Quod maximum est Ecclesiæ præiudicium. num.22.
14 *Ecclesia manus mortua dicitur.*
Et quia non moritur.
Et quia potentior æstimatur.
Propterea cogi poterit emphyteusim vendere, vt à mortuis vindicetur. num.15.
Ecclesia cultrix est iustitiæ, neq; debet cum proximi damno lucrari. num.17.
18 *Cessio lite pendente facta non tenet.*
Hoc verò ne lites immortalitatem sentirent.
Est enim cessio alienationis species.nu.19.
Et morti similis habetur. num.23.
20 *Alienationis nomen generale est.*
Et omnem alienationis comprehendit speciẽ.
Omnesq; modos, quibus res de manu dimittitur, & in alium transfertur.
Verùm in hac alienationis materia prohibita, non solùm præsens, sed & futurum præiudicium attendi debet.num.21.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Emphyteusis Ecclesiastica nùm transmitti per testamentum possit? Et quid si ad certas personas determinata fuerit, potuerit postmodùm emphyteuta, ex facultate sibi facta: (*Et eo deficiente, & non disponente, neq; in vita, neque in morte, ex nunc, &c.*) in extraneos disponere, præsertim in Ecclesiam? Nùm verò Ecclesia (quæ manus mortua dicitur) emphyteuticariam rem vendere cogi valeat, ne alia damnū patiatur Ecclesia? Cessio rei emphyteuticę lite pendente facta, nùm valida sit? Et an cedens alienare dicatur, ita vt à iure cadat Ecclesiæ?

RESPONSIO XLVI.

1 DEcipitur planè quisquis in his rebus humanis nimiū defixus est, quasi diù nobiscum perdurare valeant. Nàm: *Omnia tempus habent, & suis spatijs trāseunt vniuersa sub Cælo.* vt Salomon *Ecclesiastes* 3. 1. nos docet. Tēpus est enim nascendi, & tēpus est morien-
2 di. Vix nascitur homo, & ad sepulchrum defertur.

Stat sua cuiq; dies, breue, & irreparabile tēpus
Omnibus est vita.

Vergilius cecinit 10. Æneidos.

Putarat equidèm diù se victurū D. Ioannes Matthęus Mazzia Canonicus Capuanus, quando anno 1630. emens à Dianora Catoza Ciuitatis eiusdem Capuæ petium quodam terræ modiorum decem circitèr, & aliud modiorum trium, quæ in emphyteusim tenebat à Venerabili Monasterio Montis Virginis Ciuitatis eiusdem, cum annuo canone eidem Monasterio granorum quinque pro dicto petio modiorum decem, & pro alio modiorum trium, granorum duorum, & dimidio. Assensum obtinuit à Patribus dicti Monasterij die 28, Maij anni eiusdem 1630. & pro laudemio iuxtà loci consuetudinem quartariam soluit. Assensum autem sic præstiterunt, vel præstitisse Notarius asseruit, dicens:

Assentierunt, & consentierunt, & eorum, & dicti Monasterij assensum, & consensum paritèr præstiterunt, & præstant R. D. Ioanni Matthęo Mazzia Canonico Capuano præsenti, & acceptanti, & ipso deficiente, & non alitèr disponente in vita, vel in morte, pro D. Cæsare Mazzia, D. Sebastiano, Iulio, Hieronymo, ac Fabio Mazzia eius fratribus sobrinis. Decimum post annum die 21. Iunij 1641. supremum agens diem idē D. Ioannes Mattheus, scripto sibi elogio hæredem vniuersalem Reuer. Capitulum Cathedralis Ecclesię Capuanæ dixit: *Sopra tutti suoi beni mobili, e stabili, franchi, reddititij, emphyteotici, & censuarij, crediti, & essigentiæ, raggioni, & attioni qualsiuogliano: Con peso d'impetrarsi l'assenso, seù assensi nel reddititio, seù emphiteotico, da proprietarij frà termino di vn'anno.* Testamento absoluto diem obiuit suum testator. Capitulum verò in possessionem se immitti bonorum fecit, quæ fuerunt dicti testatoris, inter alia verò in dictis bonis emphyteuticis, nullo impetrato assensu à Fratribus dicti Venerab. Monasterij Montis Virginis. Existimat autem iure id se fecisse Reuer. Capitulum cùm in assensu per eiusdē Monasterij Fratres dicto anno 1630. dicto D. Ioanni Matthæo præstito, apertè dicatur: *Et ipso deficiente, & non alitèr disponente, nec in vita, nec in morte.* At per supremum elogium testator disposuit etiam de bonis emphyteoticis, Reuer. Capitulum Capuanum hęredem instituendo. ex facul-
3 tate itaq; in assensu præstita, tutum est Capitulum, se iurè bona quoq; emphyteutica possidere. Quia vsum est facultate, quā ei testator cōcessit. ad Vlpiani sensum lib. 50. ad edictum in *l. quia autem is 6. §. planè si nominatim. ff. si quis omissa causa testamenti.* Fit ergo causæ status: Disposuit ne iurè D. Ioannes Matthęus in Capitulū Capuanum de emphyteuticis quoq; bonis, quæ à Monasterio præfato obtinebat; vel, nō sine iniuria bona prædicta Reuer. Capitulum occupet? Et sanè non iure Reuer. Capitulum bona prædicta emphyteutica occupare respondendum putamus.

4 Quia nimirùm, cùm contractus hic emphyteuticus stricti sit iuris, quidquid non est in eo expressum, omissum censetur, nec consequentèr concessum. ex Celso lib. 38. digestorum in *l. quicquid astringendæ 99. ff. de verbor. obligat.* & Vlpiano lib. 33. ad edictum in *l. si cùm dotem 23. in princ. ff. solut. matrim. Paris. cons. 117. num. 6. cum seq. lib. 1. Roland. à Valle cons. 58. num. 63. & 64. lib. 3. Ruin. cons. 35 num. 2. vol. 1. Corbul. de iure emphyt. de causa priuationis ob finitam lineam num. 3.*

num.3. & 4. sequuta fuit Rota in *Romana*
deuolutionis 7. Maij 1599. corā *Penia decis. 9.*
nu.2. in impressis per *Postium ad calcē tract.*
5 *de subhastat.* Hæc verò facultas in personas
à iure prohibitas (vtputà si ad manus mor-
tuas res emphytentica deuoluatur) eidem
D. Ioanni Mattheo data non inuenitur. nō
itaq; potuit ea vti, quā non habebat. *Paris.*
d. cons. 117. num. 7. & seq. Corbul. d. tit. de causa
priuationis ob lineam finitam. num. 4. & seq.
Rota coràm *Penia d. decis. 9. num. 4.* Et pla-
nè, licèt in assertiua ex verbis supra per nos
in initio relatis facultas tributa videatur
nominandi successorē in emphyteusi præ-
dicta, per verba illa: *Assensum, & consensum*
pariter præstiternut, & præstant dicto D. Ioan-
ni Mattheo Canonico Capuano præsenti, & ac-
ceptanti, & ipso deficiente, & non alitèr dispo-
nente nec in vita, nec in morte pro D. Cæsare
Mazzia, D. Sebastiano, Iulio, Hieronymo, ac
6 *Fabio Mazzia eius fratribus sobrinis.* tamen
verba illa non ita expansè accipienda
erunt, vt in quemcunq;, etiam prohibitum,
disponendi, sine nominandi facultatem
acceperit, sed nominādi tantummodò ali-
quem ex sibi coniunctis, in sensu quidèm
composito, non verò in sensu diuiso, secun-
dùm *Gloss. in can. cùm renunciatur 9. in glos. 1.*
circa finem. 32. quæst. 1. Alciat. lib. 9. responsor.
cons. 39. num. 19. & seq. Per sequentem quip-
pè numerationem, ac nominationem: pro
D. Cæsare Mazzia, &c. quid in antecedenti
facultate (*& ipso deficiente, & non alitèr dis-*
7 *ponente, nec in vita, nec in morte*) exaudiri vo-
luerint Partes assensum concedentes, ma-
nifestissimè demonstratur. Ex ijs enim, quę
præcedunt, & quæ subsequuntur, verborum
interpretatio desumitur. ex Iuliano lib. 24.
ad Sabinum in *l. si seruus plurium 53. §. fin.*
ff. de legat. 1. & ex Vlpiano lib. 4. ad edictum
in *l. si ex argentarijs 6. §. si initium tabularum.*
ff. de edendo. ibidemq; *Bald.* diximus *respons.*
nostra *23. nu. 75. par. 1.* Neq; porrò laxam,
diffusamq; disponendi de re emphyteuti-
ca Ecclesiastica potestatem tradidere; sed
nominandi dumtaxat, & si non alium no-
minaret, concessa ex tunc emphyteusis vi-
8 deretur, pro Cæsare Mazzia, & alijs nomi-
natis, non quòd potestatem haberet ad Ec-
clesiam emphyteusim transferendi, cùm
hoc in facultate expressum non fuerit, vt
non sit proindè dilatatio de vno in alium
facienda casum, quin magis reprimenda:
9 Quia contractus hic emphyteusis stricti iu-
ris est. vt alijs relatis sequitur *Corbul. d. tit.*
de causa priuationis ob lineam finitam. num. 4.
& seq. sequutaq; fuit *Rota in dicta Romana*
deuolutionis coràm *Penia d. decis. 9. nu. 3. & 4.*
Quòd autem hæc mens fuerit contra-
hentium, non equidèm lippis legitur ocu-
lis in dicti instrumenti fine, in dispositiuis
videlicet, in quibus *versa vice promisit ipse*
Ioannes Matthæus pro se, & prædictis nomina-
tis in præsenti assensu, & eorum, & cuiuslibet
ipsorū liberis, &c. tenere, & recognoscere præ-
dictas duas petias terrarum, vt supra.
Restrinxit quippè se, pro se, & nomina-
tis in antecedentibus, eorumq; liberis, &
non ad alios extendit. Quam ob causam
verba illa: *& ipso deficiente, & non alitèr dis-*
ponente, nec in vita, nec in morte pro D. Cæsa-
re, &c. Exaudienda vtiq; erunt de disposi-
tione per nominationē alicuius ex nomi-
natis eisdem, cui magis ex eis acquiri vo-
luisset, ne in cōmuni in vna re starent om-
10 nes. Cùm cōmunio discordiarum nō leuis
causa esse quādoq; cōsueuerit. ad Paplnia-
ni sensū lib. 7. responsorū in *l. cùm pater 79.*
§. dulcissimis fratribus meis. ff. de legat. 2. quē
nos pluribus elucidauimus *respons.* nostra
86. num. 1. & seq. part. 3. Non verò quòd di-
scedere à nominatis per verba prædicta
posset; *& ipso deficiente, & non alitèr dispo-*
nente, in vita, vel in morte. cùm ex tunc iàm
disposuisset in beneficium D. Cæsaris, &
aliorum, viceq; dispositionis in vita hæc
secunda haberetur declaratio; vt non po-
tuerit proindè de hac re emphyteutica in
morte disponere, de qua in vita iàm dispo-
suerat.
Hæc verò vt certior redderetur inter-
pretatio, neq; verba illa; & *non alitèr dispo-*
nente, nec in vita, nec in morte, diffusè exau-
direntur, sed in sensu composito, non autē
diuiso, eodem die alio subsequuto instru-
mento declarauerunt: *quòd deficientibus iàm*
ipso Ioanne Mattheo, quam omnibus illis præ-
nominatis in assensu, eorumq; legitimis liberis
vtriusq; sexus, &c. dicta terra cum omni augu-
mento similitèr reuertantur ad ius, & dominiū
dicti Monasterij, &c. Non itaq; voluerunt ad
alios emphyteusim deuenire posse, quàm
ad nominatos. Restrinxerūt proindè facul-
tatem illā (pręsumptā saltim) (*& non alitèr*
disponēte, nec in vita, nec in morte) ad personas
vtiq; nominatas, ad quā potiùs ex illis de-
11 uenire debuisset. Pręssa quippè in contra-
ctibus (emphyteuticis potissimùm) inter-
pretatio fieri debet; adeò quidèm, vt con-
12 cessio data pro se, & filijs suis, fœminas
minimè comprehendat. neq; etiam nepo-
tes, si expressum non fuerit, vt ad illos de-
ueniat. vt post *Rolan. à Valle d. cons. 58. n. 62.*
63. & 64. lib. 3. quem alijs relatis prosequi-
tur *Corbul. d. tit. de alienat. ob lineam finitam.*
num. 2. 3. & 4. ac seq. & sequuta fuit *Rota*
d. decis. 9. num. 2. 3. & 4. apud *Peniam.* facit
Rota par. 2. in recentior. decis. 294. num. 1. Ruin.
d. cons. 35. num. 2. & seq. vol. 1.
13 Quinimò quàmuis emphyteusis (Eccle-
siastica præcipuè) data fuerit cum clausu-
lis ad habendum, &c. & quicquid placue-
rit, ipsaq; facultas in dispositiuis relata sit,
& posita, vt quoscunq; comprehendat hæ-

redes, extraneos quoquè; exaudietur tamen de capacibus, nec emphyteutim habere iure prohibitis, vtputa si ad manus mortuas deuoluatur. ex *Iulio Claro §. emphyteusis* 28. *in fine*. *Rota* apud Illustrissimũ *Duranum* Episcopum Vrgellen *decis.* 295. *num.2. par.2.& d.decis.294 num.3.par.2. in recentioribus* . sequiturq; *Ciarlinus forensium. cap.8. num.*80. *&* 81.

24 Ecclesia verò, manus mortua dicitur; & quia nunquàm moritur; & quia potentior (ob difficultatẽ scilicet conueniendi eam) æstimatur. iuxtà *Gloss.* receptam in *cap.potuit emphyteuta* 4. verbo *prohibentur. de locato,& conducto.* ibidemq; *Imola num.*25. *cap.* 1. *de alienat. feud. in vsib. feudor.* vbi etiam *Afflict.num.*4.*&* 5.*& seq. Rota par.*1. *in recentiorib. decis.*603.*num.*2.*Iulius Clarus §.emphyteusis. quæst.*15.*num.*2. *vers.arbitror tamen. Rota* apud sanct. memor. *Gregorium XV. decis.*520.*num.*11. ibidemq; plenè *Beltramin.num.*14.*& decis.*529. *per totam. Ciarlin.d.cap.*8.*num.*81.*& seq.& num.*85.

25 Hanc proindè ob causam potest cogi Ecclesia, ad quam emphyteutica peruenerit res, quàmuis Ecclesiastica,intra annum illam vẽdere, vt ad priuatorum manus deueniat; ne in damno Ecclesia Domina reperiatur . ad *text.* Iustiniani Cæsaris in *§. si verò contingerit.& §. emphytensis verò. in authent. de alienatione, & emphytenſi. collat.*9. & in terminis sequuta fuit *Rota* apud *Dominum Andrea d.decis.*603. *num.*1. *& seq. part.*1.*in recentiorib.* sequutusq; fuit *Beltraminus ad d.decis.*520.*num.*14. sanct.memor. *Gregor.XV.*& apud *eundem d.decis.*529.*nu.*8. *& seq. & par.*2.*in recentiorib.decis.*543.*nu.*3. *in fin. & par.*1. *in eisdem recentiorib. in Ferrarien Bonorum* coràm *Coccino.* infra quoq; referenda *decis.*368.*Ciarlin.d.cap.*8.*num.*86.

Et propter hanc causam fortasse idem D. Ioannes Matthæus, qui hæredem sibi vniuersalem dixit Capitulum Capuanum super bonis suis omnibus: *franchi, redditizij, emfitheotici, e censuarij*, conditionem illam in testamento addidit: *Con peso però d'impetrarsi l'assenso, seù assensi, nel reddititio, seù emfiteutico da proprietarij fra termine*

26 *di vn'anno.* Nouerat enim hoc ipse, rem emphyteuticam,Ecclesiasticam potissimũ, ad manus mortuas deuenire minimè posse, vt mãdarit expressè assensum impetrari debuisse intra annum. Verùm hoc nõ fecit Capitulum; neque Monasterium eidem concedere emphyteuticum hoc territoriũ intendit, cùm, vt diximus, in maximum hoc vergat Monasterij damnum; & quia linea nunquàm finitur; & quia caret consequentèr Ecclesia laudemiorum commodo. vt perpensum fuit in *Rota* coràm *Andrea d. decis.* 603. *per tot.* & apud sanct. memor. *Gregor.XV. d. decis.*529.*& d.decis.*543. *num.*3.*part.*2. *recentiorum*.Et hoc ipsum in maxima æquitate fundamentum habet, ne

27 Ecclesia, quæ cultrix Iustitiæ est, cum alterius nimio detrimento, vel ditetur,vel augescat. vt perpensum fuit in dicta *Ferrarien.Bonorum* 9. *Decembris* 1611. coràm *Coccino*, quæ est in impressis *par.*1. *in recentioribus decis.*368.*num.*1.2.*&* 3. cuius meminit *Beltramin. ad dictam decis.* 520. *num.*14. *Gregor.XV.*

Nec noui quidquam dicto Capitulo addit cessio iurium, quam in beneficium, & pro Capitulo fecit D. Cæsar Mazzia, vnus ex vocatis in instrumento nouæ concessionis.

28 Cùm quòd cessio huiusmodi lite inter Capitulum, & Fratres dicti Monasterij Montis Virginis pendente, facta, & emissa fuit. vndè ex hoc vno vitiosa, quòd lite pendẽte innouari minimè aliquid debuisset. Ea sanè ratione, ne lites, & dissentiones in longum protrahantur, neque mortem vnquàm videant, gustentq; . *cap.*1. *& seq. vt lite pendente nihil innouetur*. tùm extrà, tùm *etiam lib.*6.*clement.*1. *eodem. l.*2. *& vltima. C. de litigiosis.* noster *Maranta tract. de multipl. alienat. in* 14. *casu. num.* 97. *cum seq. & num.* 161. *Rota* apud *Cardin. Caualer. decis.* 339. *num.* 3. *& seq.* diximus Nos alios referentes *respons.* nostra 17. *num.* 3. *&* 4. *part.*3.

29 Tùm quòd cessio alienationis est species. quam ob causam sicuti rem emphyteuticam, Ecclesiasticam præsertim, alienare non poterat, non reseruato assensu Domini; ita neq; cedere. A iure proindè excidit, quod habebat. *Riccius* Episcopus Vici Equensis *decis.*122. *num.*3. *par.*3. Alie-

30 nationis quippè nomen generale, ac satis laxum est, omnesq; comprehendit modos, quibus res de manu dimittitur,& in alium trãsfertur. *§.alienationis autem nomen. cap.*1. *in authent.de non alienandis, aut permutandis. collat.*2.*cap.nulli liceat* 5.*de rebus Eccles. alienand. vel non. Gloss.in summa* 12.*quæst.*2.verbo *nunc quæritur* . *Rota* apud *Card. Caualer. decis.*290. *num.*5.

31 Et in hac materia prohibitæ alienationis, non tantùm præsens præiudicium perpendi debet; sed multò magis futurum. *Afflict. decis.*87. *num.*3. *Maranta de multiplici alienatione . à num.* 8. *cum seq.* perpendit *Rota decis.*65.*num.*4.*&* 5.*par.*2.*diuersor.*

32 Maximum est autem, nec leue præiudicium,quod Monasterio ex hac accedit cessione,cùm res emphyteutica ad manus deueniat mortuas. vti supra perpendimus.

33 Cessio verò morti similis habetur, cùm à cedẽte ius omne abdicetur, & in cessionarium transferatur. *Rota decis.*1. *de renunciat. in nouis.* & apud *Verallum decis.*329. *num.*3. *aliàs* 75.*de concess.præbend. par.*1.*Rota* apud *Card.*

Card.Caualer. decis.104. nu.2. perpendimus respons.nostra 60.num.14.par.4.

Non itaq; potuit, neq; D.Ioannes Mattheus in Capitulum disponere Capuanum, neq; D. Cæsar in idem cessionem facere. Quatenùs verò potuerint (ex hypothesi dato) tenetur Capitulum, vti manus mortua, à sua dimittere manu territorium, atq; ad viuas reponere, vt ostendimus.

Atq; ita ex his, lima non abiecta censoris, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Mutationes omnes (repentinæ præsertim) periculosę.*
Quia inimicæ naturæ sunt. num.2.
Cui inimicum omne nimium. num.3.
Eodem modo in morali Reipublicæ corpore mutationes periculosæ. num.4.
3 *Naturæ inimicum est omne nimium.*
Quia naturæ substantia in elementorũ commoderatione consistit.
5 *Mutationes defectibus ascribuntur.*
Sapientibus igitur non conueniunt.
6 *Luna menstruis mutationibus crescit, & decrescit.*
Stultus proindè Lunæ comparatur. nu.7.
7 *Locus Ecclesiastici 27. 12.* Stultus vt Luna mutatur. *elucidatur.*
8 *Decretum diffinitiuum, quod toti lit, & controuersiæ finem ponat, dicitur.*
Est proindè per eundem Iudicem irreuocabile. num.9.
Quia siuè benè, siuè malè, functus est Iudex officio suo. num.10.
Siuè Ordinarius, siuè sit Delegatus. nu.11.
Præsertim verò si capita non sint distincta. num.12.
Vel si decretum fuerit propter merita latũ; num.13. & num.40.
Siue etiam ius ex eo quæsitum fuerit. nu.14.
Vel si in contractum transiuerit. nu.19.
Irreuocabile proindè perseuerat. num.41.
Et si de facto reuocetur, reuocatio nulla.
15 *Iuris quæsiti nomine quodcunq; ius etiam minimum, siuè in re, siuè ad rem comprehenditur.*
Quia ius quæsitum in personã infixum dicitur. num.16.
Vt neq; per Principem tolli possit.
Præsertim verò si irreuocabilitèr sit ius illud acquisitum. num.18.
17 *Quod nostrum est, nobisq; quæsitum, nobis inuitis, & reluctantibus à nobis auferri nõ potest.*
20 *Contractus est vltrò, citròq; obligatio.*
Quia hinc inde sui natura partes connectit, & colligat.
Rescindi proindè postquàm initus fuit, vna parte reluctante non potest. num.22. & num.24.
21 *Obligatio, vel re contrahitur, aut verbis, aut litteris, aut consensu.*
23 *Fidei humanæ nihil tàm congruum, quàm ea, quæ inter eos placuere seruare.*
Fides, etiam inimico præstita, seruanda. num.28.
Fidem proindè fallere graue facinus. nu.29.
25 *Pactis, qui non steterit initis, Ecclesiasticam sentire disciplinam necesse est.*
Nàm humana pacta nõ possunt impunè calcari. num.26.
Pactis non stare duplex est peccatum. nu.27.
Et infidelitatis.
Et iniustitiæ. num.30.
30 *Iustitia cuiq; tribuit, quod suum est.*
Contrarium verò eius est iniustitia. nu.31.
Quæ iustitiæ opponitur.
Est proindè peccatum grande cum obligatione resarciendi damnum illatum. nu.32.
33 *Merces laboris eximij est, quicquid pro labore docendi alios, datur.*
Merces ex iustitia laboranti debetur. nu.34.
Mercedem proindè nõ soluere facinus grande est. num.36.
Quia operarijs mercedis exhibitio debetur.
Denegans propterea mercedem operanti cõtra iustitiam facit. num.37.
Peccat ideirco & homicidij peccato.
35 *Debita sunt soluenda.*
38 *Operanti merces debetur ex iustitia. ex Paulo ad Romanos 4. 4.*
Ex operum scilicet condignitate, & rigore.
Et irreuocabilitèr ei debetur. num.40.
39 *Labor sine mercede esse non debet.*
42 *Sententia contra sententiam lata, quæ transiuit in rem iudicatam, est ipso iure nulla.*

ARGVMENTVM.

Decretum diffinitiuum dicitur, quod toti controuersiæ finem imponit, & proindè ab eodem Iudice reuocari minimè potest: Quia functus tunc videtur officio suo Iudex. Præsertim verò post acquisitum ius parti, pro qua decretum latũ fuit. Iuris verò quæsiti nomine omne ius comprehenditur,

ſiuè in re, ſiuè etiam ad rem. Multòque magis ſi in contractum decretũ tranſierit. Cùm contractus vltrò, citròq; ſit obligatio. Cõtractus verò poſtquàm initi fuere, vna parte reluctante, reſcindi minimè poſſunt gentium. Quia etiam inimico fides ſeruanda eſt præſtita. Pactis autem non ſtare, duplex eſt peccatum, & infidelitatis, & iniuſtitiæ. Merces laboranti debetur. Mercedem proindè operario denegare, graue facinus eſt, vt homicidio comparetur. Quia merces ex iuſtitia debetur, & debitum eſt, non quid gratuitum. Eſt itaq; decretum hoc pacto interpoſitum irreuocabile.

RESPONSIO XLVII.

1 MVtationes omnes, repentinas
præſertim, periculoſas eſſe
docuit *Hippocrates lib.2. aphoriſm.* 51. quia nimirùm inimi-
2 cæ naturæ ſunt: vtputà plurimum, atquè
repentè (Hyppocrates inquit) euacuare,
vel replere, ſeù quouis alio modo corpus
3 monere, periculoſum; omne enim ni-
mium, naturæ inimicum. Conſiſtit nempè
naturę ſubſtantia in elementorũ commo-
deratione. propterea omne nimium, natu-
ræ inimicum, cùm elementorum commo-
derationem deſtruat. vt *Galenus* ibidem
commentum agit.
4 Periculoſæ nũc igitur repentinę hę mu-
tationes eſſe poterunt, quæ à præcedenti-
bus decretis, in Capitulo Generali Patrũ
Congregationis Caſſinen prætenduntur.
Quia vniuerſo corpori nocent, & mutant
elementorum commoderationẽ, cùm ſine
cauſa ab his recedere putant, quæ in præ-
cedentibus Capitulis, cauſis benè, rectèq;
cognitis, cõſtituta fuere. Et ſanè mutatio-
5 nes defectibus aſcribuntur. Luna enim
6 menſtruis mutationibus, incremẽti, & de-
crementi defectui ſubijcitur. Propter quã
7 causã Eccleſiaſtici 27.12. *Stultus* (dicitur)
vt Luna mutatur. Quia animi quadam im-
pellitur inconſtantia, ac leuitate. vt *Martinus del Rio tom.2. Sacrarum Adagialium, adagio* 400. aduertit.

Fuit itaquè anno 1645. die 15. Maij in Capitulo Generali, in Monaſterio Sancti Petri de Peruſia habito, tale interpoſitum, cauſa diſcuſſa, decretum.

PRO MONASTERIO N.

D. N. Qui per viginti annos functus eſt officio Lectoris Sacræ Theologiæ, & Philoſophię in Monaſterio N. cum maxima laude noſtræ Congregationis, erit primò promouendus ad Prioratum pro dicto Monaſterio, ſiuè per obitum, ſiuè per reſignationem. Committimus igitur Reuerẽdiſſimo Patri Procuratori in Curia, vt hoc noſtrum decretum authoritate Eminentiſſimi Domini Cardinalis Protectoris corroboret. Datum in Monaſterio Sancti Petri de Peruſia 15. Maij 1645.

D. Honoratus à Vulterri Scriba Capituli.

Interceſſit huic ipſi Capitulari decreto Eminentiſſ. Cardinalis Protectoris Confirmatio ſequens.

Decretum huiuſmodi Capitulare approbamus, & confirmamus, nec nõ obſeruari, & exequi mandamus 25. Maij 1645.

Franciſcus Card. Barberinus Protector.

De duobus igitur difficultas nunc mouetur: Poſſit ne Generale ſubſequens Capitulum, nulla etiam id exigente legitima cauſa, præfatum reuocare decretum? Quid verò ſi de facto reuocauerit, ſit ne reuocatio nulla?

Non poſſe Capitulum Generale decretum in irritum vocare prædictum, ſi nulla in aduerſum ſufficiens aduenerit cauſa. Quod ſi fecerit, nullam debere eſſe reuocationem, iurè, nõ ſanè iniuria reſpondendum cenſemus.

Pro primo verò firmitas non in anguſto
8 poſita eſt. Fuit nempè decretum hoc diffi-
nitiuum in caſu illo, non interlocutorium;
definiuit namq; totam illam controuerſiã,
ſi deberetur primus, qui vacauiſſet, Priora-
tus in Domo N. Reu. Patri D. N. qui per
viginti annos Philoſophiæ, & Sacræ Theo-
logiæ Lector in eadem Domo fuerat, atq;
maxima cum laude totius Cõgregationis.
Cùm deberi Prioratum prædictum decre-
uerit, atq; concluſerit, totam vtiq; contro-
uerſiam illam definiuit. Fuit igitur decre-
tum diffinitiuum, non interlocutorium.
diximus *reſponſ.* noſtra 11. *num.1. par.*1. De-
9 cretum verò diffinitiuum, quod ſemel Iu-
dex interpoſuit, irreuocabile eſt. Celſus li-
bro 20. digeſtorum in *l. quod iuſſit* 14. *in fine.*
ibidẽq; *Gloſſ.* verbo *Prætor.* & Paulus lib.7.
reſponſorum in *l. Paulus reſpondit reſcindere*
42. *ff. de re iudic.* Vlpianus lib.1. ad Sabinũ
in *l. Iudex* 55. *ff. eodem*. verba damus eius.

quia

quia optimè omnium rem definit; rationē
quoq; reddens; *Index* (inquit) *postquàm*
semel dixit sententiā, Iudex esse desinit, Et hoc
iure vtimur: vt Index, qui semel vel pluris,
vel minus condemnauit, ampliùs corrigere sen-
10 *tentiam suam non possit; semel enim siuè ma-*
lè, siuè benè, officio functus est. eiusdemq; sen-
sus, & sentētiæ conspicitur Alexander Cæ-
sar in *l.1. C.quando prouoc. non est necess.* cu-
ius verba in inferioribus referemus. con-
cinitq;, licèt in Delegato loquatur, Hono-
rius III. in *cap.venerabili fratri nostro 37. in*
fin.de offic.deleg. in ratione, quam reddit: *Et*
Archiepiscopus ipse, (inquiens) *(cùm iàm*
suo functus esset officio dicto Abbati committē-
do in integrum vices suas) huiusmodi negotiū
dicto Thesaurario non potuit demandare. Indè
quippè à se latam semel sententiam in ir-
ritum vocare Index minimè potest, quia
suo per latam sententiam officio defunctus
est. Qua ratione vsus quoq; videtur Ale-
xander III. Brixien Episcopo scribens in
cap.in litteris 9.cod.de offic.deleg. Ratio nem-
pè, quam affert, generalis est. inquit enim:
Consultationi tuæ taliter respondemus; quod ex
quo Index Delegatus per se, vel per alium sen-
tentiam executioni mandauit, vel mandari pre-
cepit, eius auctoritas, & iurisdictio cessat: Quia
semel est officio suo functus. Hæc itaquè ratio
11 vniuersalis est, vt nequeat Iudex, postquā
diffinitiuè decreuit, suam ampliùs reuoca-
re sententiam: Quia semel est officio suo
functus. & hanc ipsam sententiā post *Ale-*
xand.cons.119.volum.3.col.2. sequitur noster
Proanus Robertus Maranta in specul.6. part.
princ.part.3. de sentent.in 12.different. nu.21.
Rota apud *Coccinum decis.336.nu.2.& par.2.*
in recentior.decis.264.num.3.in fin. pręsertim
12 verò si capita non sint distincta, vt in hoc
facto. ex eodem *Coccino ibidem num.3.*

Reuocationi ergo patere haud poterit
ampliùs decretum prædictum per Capitu-
lum generale interpositum; cum in hoc
functum officio suo fuerit Capitulum, dif-
13 finitiuè decernendo, ex meritis antelato-
rum laborum in legendo, aliosquè per tot
annos Philosophiam, Sacramq; docendo
Theologiā, dari sibi Prioratū, q primò in
dicto Monasterio, siuè per obitum, siuè per
resignationem vacauerit, Reu.Patri N. de-
creuere Patres in illo coacti. Si igitur ex
merito. ergo debitum. Irreuocabile proin-
dè. nam merces operanti debetur ex iusti-
tia. vt infra dicetur.

14 Præterquàm quod etiam per decretum
præfatum ius quæsitum fuit dicto Reu. Pa-
tri, vel saltim ad rem: ad petendum scilicet
Prioratum prædictum, cùm primùm vaca-
uerit; vt sibi iàm quæsitum hoc ius fuerit,
cùm primùm decretum pręfatum interpo-
situm fuit; validiùsq; cum confirmatione
per Eminentissimum Dominum Cardina-
lem Protectorem roboratum fuit. & iuris
15 quæsiti nomine quodcunq; ius etiam mi-
nimum siuè in re, siuè ad rem comprehen-
datur. ad *tex. in cap.cum, qui beneficium 18.*
in fin. ibidemq; *Probus ad Ioan.Monach.n.6.*
de præbend. in 6. Rota apud *Crescentium de-*
cis.7.num 2.de iurepatronat.& par.1.diuersor.
decis.364. num.1.& 2. & apud *Card. Seraph.*
decis.1082. num.1.& 2. diximus *respons.* no-
stra 14.*num.20.par.3.*

Nullo itaq; pacto, quæsito iàm sibi iure,
per Capitulum Generale dicto Reu. Patri
præiudiciū inferri poterit. Iàm enim est in
16 personam illius hoc ius infixum, atq; (vt
ita dixerimus) radicatum, vt neq; per su-
premum Principē tolli, auelliq; ab eo va-
leat. *Rota* apud *Card.Canaler.decis.231. n.4.*
Molina de iust.& iure tom.3.disput.727. n.1.
diximus *respons.* nostra 32. *num.73. part.3.*
17 Quia nimirùm id, quod nostrum est, no-
bisq; quæsitum, nobis inuitis, ac reluctan-
tibus, vt auferatur, iustitiæ aduersum, atq;
repugnans æstimatur. ex Pomponio lib.6.
ad Sabinum in *l.quod nostrum 11. ff. de reg.*
iur. atquè ex Furio Anthiano in *l. fin. ff. de*
pact. & Clemente V. in Concilio Viennen
in *clement.Constitutionem 4. circ. fin.de elect.*
18 præsertim verò si irreuocabilitèr sit nobis
tale ius quæsitum. ex *Natta cons.501.nu.15.*
Gratian forens.par.4.cap.654.num.2.& 3. di-
ximus *respons.* nostra 81.*nu.27.& 28.par.4.*
19 Nihilominùs decretum præsatū in con-
tractum ex Patrum sponsione, atq; Reu.Pa-
tris N. petitione, transiuit. Non enim aliud
fuit petere, sibi ob tot exantlatorum labo-
rum in legendo, docendoq; sudores, dari
mercedem, & Patres illi primò vacantem
20 Prioratum spondendo, quàm contractum
inire. Contractus verò, vltrò citròq; est
obligatio. ex Vlpiano lib.11. ad edictum
in *l.Labeo.lib.1.19. §.contractum autem. ff.de*
verb.signif. Quia hinc indè sui natura par-
tes connectit, atq; colligat. ex *Gloss.* ibidē
21 verbo *vltrò, citròq;*. Obligatio autem, vel
re contrahitur, aut verbis, aut litteris, aut
consensu. vt Iustinianus docet Cæsar in
§.fin. Institut.de obligat. Fuit itaquè per de-
cretum hoc inter Patres in Capitulo Ge-
nerali coactos, & Reu.Patrem prædictum
initus contractus, atq; hinc indè obligatio
22 exorta. Contractus autem rescindi post-
quàm initi fuere, vna parte reluctante, mi-
nimè possunt gentiū, quia nimirùm vtrius-
què contrahentis consensu perficiuntur.
23 Nihil autem tàm congruum est humanæ
fidei, quàm ea, quę inter eos placuerint, ser-
uare. vt indè pactio duorum, pluriumuè in
idem placitum, & consensus dicatur. ex
Vlpiano lib.4.ad edictum in *l.1.ff.de pactis.*
24 Vnius itaq; non possunt voluntate violari;
quando in his cōtractibus alter alteri obli-
gatur de eo, quod alterum alteri ex bonq,

& æquo

& æquo præstare oportet. Iulianus lib. 3.
Institutionum loquitur. in *l. consensu fiunt*
obligationes 2. ff. de action. & obligat. Ex bo-
no igitur, & æquo obligationis ratione te-
nētur Patres, Capitulares ea præstare Reu.
Patri huic, quę spopondere eidē. Hoc nem-
pè per hunc contractum, per obligationē
hanc eidem præstare, ac facere se obstrin-
xerunt. ex Paulo lib. 2. Institutionum in
l. obligationū substantia 3. in princ. ff. de action.
& obligat. vt primum vacantē, vel per mor-
tem, vel per resignationem Prioratum ob-
25 tineret. Stare igitur eos pactis conuenit,
ni Ecclesiasticam sentire disciplinam vo-
luerint, quasi qui à fide præstita defecerint,
Sic nempè in Concilio Africano diffinitū
fuit, Antigono Episcopo dicente in *cap. 1.*
de pactis. Aut inita pacta suam obtineant
firmitatem; aut Conuentus (si se non cohi-
buerit) Ecclesiasticam sētiat disciplinam.
Vniuersi dixerunt: Pax seruetur, & pacta
26 custodiantur. Namq; humana pacta non
possunt impunè calcari. ex verbis Leonis
Papæ in *can. puella 8. in fin. 20. q. 1.* Quin
quisq; ad illa seruanda cogi poterit. ex VI-
piano d. lib. 4. ad edictum in *l. iuris gentiū 8.*
§. prætor ait. ff. de pact. sequiturq; *Gloss. d. c. 1.*
verbo *pacta custodiantur. de pactis.*
27 Non stare itaq; pactis duplex erit Patrū
peccatum; & quod infideles se in promis-
sis habebunt, nec fidem confratri, qui por-
tauit pondus diei, & æstus per viginti an-
nos legendo, atq; docendo, seruabunt, ne-
què denarium, quod spoponderunt, soluēt.
28 & fides, si inimico præstita, seruanda est,
multòq; vtiq; magis amico, & fratri firma
habenda erit. ex Augustino ad Bonifaciū
29 in *can. noli æstimare 3. 23. quæst. 1.* Fidē pro-
indè fallere graue est facinus. *cap. nouit 13.*
§. licet autem. de iudic. cap. 1. de tregua, & pa-
ce. apud Gentiles quoq; ex Vlpiano in *l. 1.*
in princ. ff. de constit. pecun. l. 1. §. meritò in fin.
ff. deposit. diximus *respons* nostra 13. *nu. 48.*
30 *part. 4.* & quod contra iustitiam facient,
quæ cuiq; tribuit, quod suū est. ex Vlpia-
no lib. 1. regularum in *l. iustitia 10. ff. de iu-*
stit. & iure. § 1. Instit. eodem. can. ius natura-
le 7. dist. 1. cap. ex ore 17 in princ. de priuileg.
& in æqualitate consistit rei ad rem. ex
S. Thoma 2. 2. quæst. 62. art. 2. in corp.
31 Contrarium ergo eius (quod iniustitia
est, atq; iustitiæ opponitur) ex *S. Thom. 2. 2.*
quæst. 58. art. 11. diximus *respons.* nostra 65.
num 45. par. 3. erit ius suum, cui debetur,
non tribuere, atq; inæqualitatem facere;
auferre vtiquè; quod alteri debetur. erit
32 ergo peccatum, & hoc sanè grauissimum
cum obligatione resarciendi damnum il-
latum. ex *S. Thom. 2. 2. quæst. 59. artic. 4. Na-*
uarr. man. cap. 25. nu. 5. in fin. & de orat. & hor.
canon. cap. 22. miscellan. 43. num. 77. vers. nam
vt peccatum. diximus *respons. 58. n. 32. par. 3.*
& respons. 53. num. 16. part. 4. Non itaq; hoc
admittere facinus Patres debebunt. erit
ergo irreuocabile, quod interpositum fuit
decretum.

Tùm etiam, quòd promittere per decre-
tum Patri huic primum Prioratum, qui vel
per mortem, vel per resignationem in eodē
vacauerit Monasterio, ob exantlatum vi-
ginti annorum pondus Philosophiam, atq;
Sacram legendi, docendiq; Theologiam;
33 mercedis species fuit. quin merces labo-
ris eximij appellanda est, vt eam appellauit
Paulus lib. 5. sententiarum in *l. si pater 35.*
34 *§. fin. de donationib.* Merces autem ex iusti-
tia laborāti debetur. *Voca operarios, & red-*
de illis mercedem. Pater familias procurato-
ri suo præcepit. *Matthæi 20. 8.* Dignus est
enim operarius mercede sua. *Lucæ 10. 7.*
Matth. 10. 10. & Paulus Doctor Gentium
1. ad Timoth 5. 18. Concilium Toletanum 4.
in *can. quicunq; 66. in fin. 12. quæst. 2.* & idem
Apostolus ad *Romanos 13. 7.* admonet om-
nes dicens, atquè consequentiam inferens,
35 debita esse soluenda: *Reddite ergo omnibus*
debita, cui tributū tributum; cui vectigal ve-
ctigal; cui timorem timorem; cui honorem ho-
36 *norem.* Vt mercedem non soluere, facinus
graue adeò æstimetur, vt Iacobus Aposto-
lus *Epist.* sua canonica 5. 4. contestetur om-
nibus: *Ecce merces (inquiens) operariorum,*
qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata
est à vobis, clamat, & clamor eorum in aures
Domini Sabaoth introiuit. Cùm operarijs
mercedis exhibitio debeatur. vt Bonifa-
cius VIII. loquitur in *extrauaganti super*
Cathedram 2. §. verùm ne Parochiales. de se-
pultur. inter cōmunes. Quisquis igitur mer-
37 cedem mercenario suo denegauerit, con-
tra iustitiam faciet, atq; consequentèr pec-
cabit (nec iniuria, quin sanè iustè) peccatū
homicidij. Spiritum sanctum doctorem
excipe, si nobis fidem non præstas, *Ecclesia-*
stici 34. 25. docentem, dicentemq;: *Panis*
egentium vita pauperum est; qui defraudat il-
lum homo sanguinis est. Qui aufert in sudore
panem, quasi qui occidit proximum suum. Qui
effundit sanguinem, & qui fraudem facit mer-
cenario fratres sunt. Fratres, idest pares, siue
similes in peccato. *Gloss.* commentum agit
in *can. immolans 2.* verbo *fratres 14. quæst. 5.*
quem text. ex Ecclesiastico retulit ibidem
Gratianus.

Hoc itaq; se maculabunt famine Patres
in Capitulo cogendi, si interpositum semel
decretū in irritum vocare tentabunt, quia
defraudabunt hunc Patrem mercede sua,
quam sibi tot annorum laboribus acquisi-
uit, atq; consequentèr contra iustitiam fa-
cient. Neq; enim huic Reu. Patri Prioratus
hic ex gratia debetur, sed ex iustitia. ex de-
bito igitur ei debetur, non ex gratia, quia
38 merces est. *Ei autem, qui operatur* (Apo-
stolus

stolus loquitur Paulus ad Romanos 4. 4.) *merces non imputatur secundùm gratiam; sed secundùm debitum*. Nàm ex operum condignitate, & rigore merces eidem debetur. ex *Titelmanno* ibidẽ.& *Gloss in can. Ibi adunati 49.* verbo *laborem 7.quæst.1.*quæ docet, *laborem sine mercede esse minimè debere*. &
39 Imperator Iustinianus præceperat: ne labor sine mercede fiat. *in §. ne autem circa hoc. cap 9. in authent. de Iudicibus. collat.6.* Iustum namq; est, vt illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium. Gregorius rationem hanc ipsam reddit. ex quo mutuati fuimus. in *can. charitatem tuam 45. in fin.12.quæst.2.* & rationẽ etiam infert *Gloss.* ibidem in verbo *stipendium in fin.* quòd labor non debet esse sine fructu. & deduximus Nos *resp.*nostra *27.nu.32.33.& seq.p.3.*

Non itaq; poterunt, etiam si volent, decretum hoc reuocare, quin iniustitiam faciant; quia Prioratus ex iustitia dicto Pa-
40 tri debetur, & irreuocabile decretum hoc factum est. vt in simili Paulus loquitur in dicta *l.si pater 35. §.fin. ff.de donat.* de eo loquens, qui quendam è latrunculorum, vel hostiũ manibus liberauerat, si quid ei donatum est, datum, non dici donatum, sed mercedis loco debitum,& proindè irreuocabile, etiã ingratitudine sequuta.vt *Gloss.* ibidem verbo *irreuocabilis.* aduertit.
41 Si itaq; illum reuocare tentabunt, id reuocabunt,quod est irreuocabile,firmum, atq; stabile. Nihil proindè facient, quin firmum perseueret. Audias (quæso te) Alexandrum Cæsarem in *d. l.1. C. quando prouocare non est necesse*. quem de industria in hunc reijecimus locum. *Latam sententiam* (inquit) *dicitis, quam ideò vires non habere contendits, quod contra res prius iudicatas, à quibus prouocatum non est, lata sit. Cuius rei probationem, si promptam habetis, etiam citra prouocationis adminiculum, quod ita pronunciatum est, sententia authoritatẽ non obtinebit.*

Quia nimirùm *Paul.de Castr.* ibidem in
42 summario rationem reddit: *Sententia diffinitiua* (inquiens) *lata contra aliam sententiam validam, & quæ transiuit in rem iudicatam, est ipso iure nulla.*

Non ergo tenebit quod reuocauerint: multòq; magis quòd confirmatio accesserit Eminentiss. Cardinalis Protectoris, quã ipsimet Patres, ad firmandũ ampliùs, quod fecerant, exquisierunt. Disputẽt verò ipsi, an hãc obtineat potestatẽ Eminẽtiss. Protector nec ne. Neq; .n. nunc hoc sibi tẽpus spectacula poscit. Ipsi verò repẽtinas mutationes periculosas esse experiẽtia discent.

Atq; ita ex his, iudicio non abiecto meliori, respondendum censuimus:

Carolus Maranta V.I.D. Epus Iuuenat.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus à patronis existẽtibus in possessione iuris præsentandi, institui ipse debet.*
Vt denegari eidem institutio minimè possit gentium.

2 *Familia, siue de Casata, qui se dicit esse, probare descendentiam debet eorum, quorum familia vocata fuit.*
Nàm qui familiam vocauit, eorum, non in genere familiam vocasse videtur.
Sed in specie (eorum videlicet) nec aliorum. num. 3.
Namq; pronomen illud eorum, stat personalissimè. num.4.

4 *Pronomen (eorum) stare personalissimè dicitur, reprimitq; dicta, ne diffluant.*

5 *Patroni liberum habent arbitrium, quemcunq; maluerint præsentandi ad beneficium iurispatronatus.*
Modò idoneum præsentent.
Et facultas à fundatore, non sit aliàs illis compressa ad certum personarum genus; vti ex sanguine iunctos præsentandum.

6 *Iuspatronatus, & præsentandi reseruatum certis, & nominatis personis, nisi qui præsentare intendunt, se de descendẽtibus ab his vocatis ostenderint, nihil illis proficit præsentatio.*
Præsertim verò si semel à præsentationibus excidere. num.7.
Eodemq; modo præsentandi, ni probauerint se esse de semine eorum. num.9.

8 *Præsentatio, quæ effectum sortita minimè fuit, nullum ius tribuit.*
Neq; æstimatur quidquam.

10 *Vocatum qui se dicit à fundatore, vt præsentetur, ostendere debet se ex vocatis esse.*
Alioquin inani desudat labore.

ARGVMENTVM.

Præsentatus ab existentibus in quasi possessione iuris præsentandi institui debet. Quid verò si fundator mãdauerit, præferri Clericum de Casata eorum, quibus iuspatronatus & præsentandi reliquit, an sufficiat esse genericè de Casata, vel stent restrictiua verba illa (*in la casata loro*?) Præsentatio, quæ per institutionem effectum sortita minimè fuit,

ius

ius nullum tribuit præsentandi, præsertim verò si reiecta, vel semel fuit. Vocatum verò qui se dicit, probatione id ostẽdere debet.

RESPONSIO XLVIII.

QVæ duo sunt, quæ plurimùm pro se facere Clericus Petrus de Emilia existimat, vt beneficium consequatur Sãcti Ioannis Euangelistæ nomine conspicuum, in Casali Casandreni Auersanen Diœcesis: patronorum præsentario, & fundatoris vocatio: hæc pro se ambo Clericus Ioannes Thomas de Angelo, quem tuemur, non minoris existimat. Habet enim ipse, & patronorum (eorum, qui in possessione sunt præsẽtandi) suffragia omnia; & fundatoris dispositionem. Fundatoris quidèm dispositionem, quia hic, Ioannes scilicet de Emilia, in supremis suis tabulis, quibus Tadæum de Emilia filium hæredem scripsit, Capellam Sancti Ioannis Euãgelistæ nomine conspicuam, in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Casali Casandreni construi mandauit, eamq; dotari, & de iure esse patronatus suorum disposuit. Capellanum verò præsentari voluit per Tadæum filium heredem nuncupatum: *à beneplacito di detto suo figlio, & herede, e de suoi heredi, e successori in perpetuum*. Voluit tamen: *Che morendo detto Tadeo suo figlio legitimo, e naturale in pupillari ætate, ò vero senza figli legitimi, e naturali, mascoli tantùm; che in tali casu debbano hauere autorità, e potestà in conferire detta Cappella de iuspatronato li sopradetti Gio. Cesare, e Paulo d'Emilia*, (fratres vtriq; testatoris) *e suoi figli, & heredi in perpetuum*. Verùm addidit: *Nella elettione del quale Cappellano sempre, che in la Casata loro si farà alcuno Prette, ò Clerico, debba essere preferito à qualsiuoglia altra persona*. Tadęo ex humanis abrepto, ad præsentandi ius, & patronatus successere vti vocari à Ioanne fundatore, Ioannes Cęsar, & Paulus prædicti, à quibus est Ioãnes Thomas præsentatus. Habet itaquè Clericus Ioannes Thomas de Angelo testatoris pro se dispositionem, cùm nullus alius reperiatur, vel Presbyter, vel Clericus de Casata, seù familia dictorũ Ioãnis Cęsaris, & Pauli de Emilia, qui anteferri in præsẽtatione ei valeat.

1 Patronorum verò suffragia pro ipso sũt omnia eorum, qui in possessione sunt præsentandi. Ipse igitur institui ad beneficiũ debet. *cau. si fortè 36. qui est fiu. dist. 63.* ex Leone Papa. & ex Concilio Lateranen in *cap. quoniã 3. de iurepatronat.* & ex Innocentio III. in *cap. quærelam 24. §. nos igitur. de elect.* & Alexandro, ipso quoq; III. in *cap. consultationibus 19.* & in *cap. ex litteris 7. de iurepatronat.* & eodem Innocentio III. in *cap. cùm Ecclesia Sutrina 3. §. nos igitur, in fin.* ibidemq; *Gloss.* verbo *quasi possessionem. de caus. possess. & propriet.* plures deduximus Nos *respons.* nostra 39. *nu. 9. & seq. & nu. 14. & seq. & respons. 66. num. 30. par. 4.* & dictum fuit in *Lucana iurispatronatus 25. Iunij* 1638. coràm *Carillo decis.* 118. *nu.* 10. vt denegari minimè gentium ei possit institutio. vt dixit Rota in *Cremen. Capellaniæ 6. Februarij* 1640. coràm *Rojas decis.* 123. *num.* 12. in nouis additis ad *praxim Viuiani de iurepatronat.* itidemq; in *Comen Parochialis 27. Aprilis* 1640. coràm *Pirouano decis.* 125. *num. 9. & part. 2. in recentiorib. decis.* 337. *num.* 1. & apud *Duranum decis. 293. num. 1.*

Haud itaquè quidquam faciet pro Clerico Petro de Emilia, quòd ipse de do-
2 mo, sit & familia de Emilia. Debet enim probare, nec leuitèr, se de familia esse de Emilia à dictis Ioanne Cæsare, & Paulo de Emilia descendentibus. Neque porrò Ioannes testator Presbyterum, vel Clericum de familia de Emilia si adesset simplicitèr in præsentatione præferri voluit; sed cum addito (eorum;) *sempre che nella Casata loro si farà alcuno Preite, ò Clerico, debba essere preferito à qualsiuoglia altra persona.*
3 Eorum dixit, non simplicitèr. Demonstrare proindè voluit eorum familiam tantùm, (ab ipsis scilicet descẽdentem) non absolutè familiam de Emilia. Alioquin non opus erat, vt eorum familiæ meminisset; cùm sat, superq; fuisset, si dixisset: *sẽpre che nella Casata d'Emilia si farà alcuno Prete, &c.*
4 Stat quippè personalissimè pronomen illud *(eorum)* & ita se habet, vt solos vocatos comprehendat, non alios ab illis non descendentes. Sit tibi veritatis huius firmissimus Testis, quin Iudex, Callistratus lib. 1. de cognitionibus in *l. generaliter 9. ff. de officio Præsidis.* illis verbis: *Is æstimabit, quid sit partium suarum, &c.* quæ sanè, *Gloss.* ibidem verbo *cognitionis.* ex pronomine illo *Is:* scilicet, *per se tantùm,* interpretatur. nec alienum ab hoc habuisse sensum Iustinianus Cæsar videtur in *l. vnic. §. sine autem hoc. C. de caduc. tollend.* & ex Vlpiano lib. 16. ad edictum in *l. restituta hereditas 37. §. pupillus autem. ff. ad Senat. Consult. Trebell. Ripa in l. filiusfamilias 117. §. Diui Verus, & Antoninus. ff. de legat. 1. num. 111. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 38. nu. 32. Surd. cons. 53. nu. 7. & 11. & cons. 123. num. 17. & 18. vol. 1. Rota part. 1. in recentiorib. decis.* 619. *num.* 3. & apud *Cardin. Caualer. decis.* 340. *num. 2. Gratianus discept. forens. par. 1. cap. 104. num. 14. & cap. 145. nu. 5.* diximus *respons.* nostra 77. *nu. 45. & 46.*

& 46. par.3. & respons.19. nu.26. par.4. Ad solos itaquè descendentes à familia dictorum Ioannis Cæsaris, & Pauli verba referentur testatoris *(in la Casata loro)* vt vltra non progrediatur. Clericus verò Petrus de familia dictorum non est vocatorum. Non itaq; ad eũ dispositio dimanabit testatoris. Liberũ ergo fuit Compatronis quemcunq;
5 Clericũ (idoneum tamen) præsentare. ad *text.in cap.cùm aded 17.in fin.de rescript.* illis verbis: *si dignus existeret*, vbi etiam *Gloss* & *cap. significasti 18. de iurepatronat.* diximus *respons.74 nu 64 part.3.* Iurè ergo ex libertate, quam in præsentando habebant, præfatum Clericum Ioannem Thomam præsentauere. vt ipse vti vnus præsentatus à veris patronis, & in possessione præsentandi existentibus institui debeat. vt diximus.

Neq; eidem Clerico Petro præsentationes suffragium ferunt per Andream, Aloysiam, siue Laysam, Victoriam, Antoniam, atque Columnam de Emilia factæ.

6 Quia nimirum ius præsentandi reseruatum fuit per Testatorem Ioannem Tadæo eius filio,& post suprema eius funera,fatiq; diem, Ioanni Cæsari, & Paulo eius fratribus. Istæ verò ex descendentibus ab eis non sunt. nullum itaq; ius pro eis ad præsentandum superest. Quemadmodùm anno 1642 accidit: Nàm cùm hæ ipsæ Clericum Carolum Balsamum præsentassent,ipse Carolus liti, & præsentationi pro se factę, tanquàm à non habentibus ius præsentandi, nunciu apertè misit apud acta Curię fol.66. Probatione propterea id præstare debebũt se ex descendentibus esse,vel Ioannis Cæsaris,vel Pauli. ad *tex in cap.licet ex quadã 47. §.testes autem. de testib.* ibidemq; *Abb. nu.2. Rota decis.288.nu.2. par 2.diuersor.* & coràm *Card. Caualer. decis 46.nu.4.& decis.61 .nu.2. & seq.& decis.382.*& apud *Duranum decis.8. num.4.par.1.* diximus *respons.46.num.49.50. & 51. par. 3.* sequuntur; fuit Rota in nouis additis ad *actam praxim Viuiani de iurepatronatus decis.115. num. 4. & 5. & decis.126. nu.21.& decis.139.num.5. & decis.146.nu.4.* Hoc autem pręstare haud poterint,cùm nõ
7 sint. Decident proindè,sicut aliàs dicto anno 1642.à pręsentationibus excidere.quod perpendit *Rota* apud *Duranum Episcopum Vrgellen decis.87.num.19.par.1.*& Nos *respons.* nostra *66. num.44.par.4.*

Non itaquè glorientur, quòd anno præfato 1642. dictum Clericum Carolum Balsamum præsentauere. Quia earum præsentario, eùm nullum ius ad eas pertineret, ef-
8 fectum sortita minimè fuit. Præsentatio verò, quæ effectum non sortitur, nullo proficit modo. ad *text. in cap. cùm inter vos 13. de sentent.& re iudic.Calderin.cons.12.de iure patronat.* canonizatum in *Rota part.2.diuersorum decis.318.num.2.* & apud *Card. Caualer.decis.55.num.4.& decis.197.num.3.& decis.526. num.2.& 3.* & apud *Coccinum decis. 245.nu.2.* & apud *Duranum d.decis.87.nu.8. & 12.* & apud sanct.memor.*Gregor.XV.decis.222. num.4. & 5.& decis.417.nu.1.& decis.442.num.14.& seq. & num.19* alios Nos retulimus *d.respons.66. num.46. part.4. Rota in d. decis.115.num.15.& 16. in dictis additis ad praxim Viuiani.*

Firmioremq; perpensionem hanc Clericum Petrum vti non de familia dictorum Ioannis Cæsaris, & Pauli, à beneficio præfaro excludi, omnesq;, alios pari modo secludi, reddunt, quæ, immediatè allatis supra Testatoris verbis, subsequuntur. infert quippè: *E che in detta elettione di Cappellano non si possa intromettere qualsiuoglia altra persona Ecclesiastica, etiam superiore, eccetto che li sopradetti vt supra mentionati, perche così è la volontà d'esso testatore.* Omnes itaq; alios, quoscunq; exclusit, præter nominatos.Haud ergo includetur Clericus Petrus, quàmuis de familia de Milia, siue Emilia;
9 cùm non sit de semine virorum illorum, qui à testatore vocati fuere, Ioanne Cæsare scilicet, & Paulo. allusimus illi 1. Macchabeorum 5. 62. *Ipsi autem non erant de semine virorum illorum, per quos salus facta est in Israel.* Doceat proindè oportet, de semine esse eorum, atque sub vocatione
10 comprehendi testatoris, alioqui inani defudabit laborc. ex *Gloss.inl qui duos 10.* verbo *superstes. circa medium. ff. de rebus dubijs.* quæ regulam statuit; vt, qui se vocatum oicit, probatione id præster. & sequitur *Card. Mantic.de coniectur.vltim.volunt.lib.5. tit.1.num 18. Rota* apud sanct. memor. *Gregor.XV.decis.433.num.1.& seq.* & apud *Cardin.Seraphin. decis.1023. num.1. Gratian. forens. par. 2.cap.275.num.12.* diximus *respons.* nostra *66. num.2.& num.5.par.3.*

Vel itaquè se talem doceat Clericus Petrus, qualem se asserir; vel det locum Angelo, se honoratiori, à veris patronis, atq; in possessione existentibus, præsentato.

Atquè ita ex his, aeriori iudicio, melioriq; non abiecto, respondendũ censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Terminos rebus suis à testatore statutos, qui destruere conatur, inani labore fatigat.*
Ex Sacra Scriptura probatur. num.2.
2 *Locus Ecclesiastes 10. 9.* Qui transfert lapides affligetur in eis. *elucidatur.*
3 *Factum est, ex quo ius elicitur, & vt dici sueuit ex facto ius oritur.*

4 *Vocatus à fundatore ad beneficium iurispatronatus, institui ipse debet.*

5 *Institui is debet ad beneficium iurispatronatus, qui à patronis in possessione existentibus iuris præsentandi fuerit præsentatus.*

6 *Linea, nomen est collectiuum, atq; proindè tàm masculos, quàm fœminas comprehendit.*
Linea quid? num.7.
Reprime, si testator ipse lineas distinxerit, atq; diuisim masculinam, atq; fœmininã vocauerit. num.8.
Linea fœminina principium dat fœminæ. num.9 & num.15.
Quàmuis à masculis descendat. & nu.16.
Quæ sententia magis recepta dicitur. nu.10.
Ratio affertur. num.11.

11 *Linea (secundũ Mathematicos) protractio est puncti, siue extensio.*
In linea computanda pater non includitur. num.12.
Quia ab ipso, vti à puncto linea procedit. & num.19.
Linea duplex, contentiua, & effectiua. nu.35.

12 *Fœmina initium est lineæ fœmininæ, & protractio puncti.*
Quàmuis à masculis descendat.
Et frondibus, non stipiti comparatur. nu.13.

14 *Vocatus de linea masculina duo probare debebit, & se esse de linea; atq; de linea masculina. & num.36.*

17 *Lineam suam vnusquisq; constituit.*
Quot igitur sunt filij, tot sũt distinctæ lineæ, ab vno stipite computatæ.
Vndè à masculis masculina.
Et à fœminis fœminina procedit. num.18.

20 *Linea non à se ipso, sed à filijs incipit.*
A stipite scilicet per descendentem lineam à puncto.

21 *Verba vbi non conueniunt dispositionis, nequè dispositio ipsa conuenire debebit.*
Quia ex verbis dispositio vim habet. nu.22.

23 *Coniectura non vocationis propriæ filiæ, indicium tribuit, neq; fœminas aliorum testatorem admittere voluisse.*
Nec verisimile æstimatur. num.24.

24 *Verisimile nõ est, testatorem plus dilexisse substitutum, quàm primo loco nominatum.*

25 *Testator quod voluit, & mandauit, hoc sequendum.*
Quia ipse rerum suarum moderator est, & arbiter.

26 *Patronus quemcunq; voluerit Clericum præsentare poterit.*
Modò tamen sit idoneus ad beneficium obtinendum.
Nisi vt certum genus personarum præsètet, fundator edixerit.
Non tamen in seruitutem redigi debebit. num.30.

27 *Dignus ad beneficium præsentari debet.*
Et hæc conditio semper censetur adiecta.
Quàmuis certo generi personarum ex fundatione præsentatio debeatur.
Quia hoc ex natura est negotij, quòd dignus præsentetur. num.28.
Quòd verò detur consanguineo, ex accidenti est.
Et tamen idoneus esse debebit. num.29.

30 *Testatoris contra legem, patronus in seruitutem præsentandi certum genus personarũ redigi minimè debet.*
Lex enim est eius voluntas, omninò seruanda.
Et modis omnibus impleri debebit. nu.31.

32 *Sententia in causa status lata, facit ius quòad omnes, qui eiusdem status sunt.*
Quia sententia facit de albo nigrum.
Et pro veritate accipitur. num.33.
Et pro veritate firmitatem obtinet.
Reprime tamen, si sententia mendacij coarguatur. num.34.
Vel sit erronea; testatorisq; dispositioni aduersa. num.38.
Et ex falso præsupposito.
Quia nulla redditur. num.39.
Vndè in iudicatum non transit. num.40.
Neque reuocatione indiget. num.41.

33 *Ingenuus quisnam dicatur?*

37 *Fundationis tenor seruandus, vt præsentatio facta substineatur.*

42 *Vocatus sub conditione aliqua, probare debebit se sub illa conditione esse.*
Alioquin non admittitur.
Ex regula Gloss. in l. qui duos 10. ff. de reb. dub. verbo superstes fuit. nu.43.

ARGVMENTVM.

Lineæ nũcupatione omnes comprehenduntur, siuè masculi, siuè fœminę. Quid verò si testator diuisim lineas vocauit, masculinam primò, & in defectu fœmininam? Et à quo linea incipiat? Et quid si à masculo fœmina descẽderit, nùm ex ea descendentes de linea æstimentur masculina, vel verò fœminea? Et qui nàm ex linea numerentur fœminina? Nùm verò sat fuerit, se ex linea descendentem probasse, ni quoq; ex masculina se probauerit? Sententia in causa

status

ſtatus nùm quoad omnes ius
faciat? Quidue ſi ea mendacio
coarguatur, nùm in iudicatum
tranſeat? Quid verò in facto
iuriſpatronatus, ſi deſcendens
ex linea vocatus fuerit maſcu-
lina, & in defectum fœmini-
næ, quo pacto computatio
detur?

RESPONSIO XLIX.

1 INani certè labore fatigat quiſquis ſta-
tutos à teſtatore rebus ſuis terminos
infringere, atq; deſtruere conatur. ve-
luti *Eccleſiaſtes* 10. 9. nõ abſimilitèr admo-
2 nuit Sapiens: *Qui transfert*, (inquiens) *la-
pides, affligetur in eis* Sicut enim, qui ſępem
deſtruit, laborat, & laboris pręmium refert
damnum. *Marinus del Rio adagialiũ ſacro-
rum tom. 2. adagio* 324 adnotat.

Sic accidere, nobis nunc videtur, Abba-
ti Hectori de Paſſeribus Ciuitatis Melphit-
ti, qui dùm ab V.I.D. Gratiano de Iudici-
bus ſtatutos rebus ſuis in ſuprema ſua vo-
luntate terminos trãsferre conatur; & ina-
ni labore fatigat; & laboris pręmium re-
feret damnum: quia concupitum nõ con-
ſequetur effectum.

3 Cauſam igitur perpendamus & factum,
vt ex eo ius demũ venemur. ad Pauli ſen-
ſum in *l. ſi ſeruus 49. in fin.* & Alpheni in *l. in
plegis 53. §. in Cliuo Capitulino.* nec non Iu-
liani in *l. item vulneratus 52. §. eiuſdem ergo.
ff. ad legem Aquiliam*. Gratianus itaq; de
Iudicibus V.I.D. Ciuitatis Melphitti, cùm
officio Gubernatoris in Ciuitate Conuer-
ſani fungeretur anno 1527. in morbum in-
cidit. Exiſtimans autem ſe moriturum, de
rebus ſuis diſponere ſtuduit, ſcriptiſq; ſu-
premis tabulis, poſthumum naſciturum ex
Cæcilia de Leporibus eius vxore hæredem
vniuerſalem dixit: relicta Antoniæ filiæ ex
eadem Cæcilia ſuſcepta congruenti dote:
Quòd ſi poſthumus non naſceretur, vel na-
tus in pupillari ætate, vel quandocunquè
ſine filijs moreretur, diemq; obiret ſuum;
ſucceſſionis ſubirent ius Galienus, Cleri-
cus Gualterius, Adrianuſq; de Indicibus
eius fratres. Quibus tamen onus adijecit,
ædificandi Capellam in maiori Eccleſia
Ciuitatis Melphitti, cui hæredes *aſſignare
deberent omnia bona ſua & poſſeſſiones, & do-
mos, quæ ſuperetunt poſt maritagium dictæ ſuæ
filiæ, ſeù filiarum; & alterius ipſarum ſuperui-
uentium*. Primum autem Beneficiariũ Ca-
pellæ prædictæ nominauit ipſe dictum Cle-
ricum Gualterium de Iudicibus. Capellæ
à viſitatione Beatiſſimæ Virginis MARIÆ
nomen dedit: *Cum onere celebrari faciendi
in dicta Capella conſtruenda pro anima ipſius
teſtatoris, & parentum ſuorum miſſas quinque
qualibet hebdomada. Addens teſtator ipſe,
quòd ſi ante euentum caſus conſtructionis dictę
Capellæ dictus Dñus Gualterius deceſſerit, vel
quandocunq; poſtquàm effectus fuit Capella-
nus; hæredes prædicti, ſcilicet, dicti eius fratres,
& hæredes ipſorum maſculi, præſentare habeãt
in dicta Capella tunc, & quandocunq; eam va-
care contigerit, Sacerdotem, ſi reperiatur de
linea maſculina, ideſt patris ipſius teſtatoris, &
ſi nõ reperiatur de dicta linea, ſit de linea fœmi-
nina, ideſt matris ipſius teſtatoris; et ſi de dictis
lineis nõ reperiatur aliquis Sacerdos, præſente-
tur qualiſcunq; idoneus Sacerdos cũ onere cele-
brandi ſupradictas miſſas modo præmiſſo.* Poſt
ſuprema teſtatoris funera, quia poſthumus
natus non fuerat, Capella conſtructa fuit.
Quæ nouiſſimis hiſce diebus vacauit per
ſupremi diei terminũ R. Dñi Ioannis An-
tonij de Paſſeribus Sacriſtę Maioris Eccle-
ſiæ Melphitten. & Beneficiarij Capellę præ-
fatæ. Ad Capellaniam prædictam ab vnico
Compatrono Dño Troiano de Iudicibus
præſentatus fuit Adm. Reu. Dñus D. Fran-
ciſcus Maria de Luca Sacerdos, & Canoni-
cus eiuſdẽ Cathedralis Eccleſiæ Melphit-
ten. Sed inſurgit aduerſus eum R. D. He-
ctor de Paſſeribus, quòd ex linea ſe deſcen-
dentem patris dicti fundatoris eſſe putat,
4 atq; ex vocatis ab eo. deberi proindè ſibi
inſtitutionem, non verò alteri. *Rota* apud
Creſcentiũ deciſ. 7. de iurepatronat. apud *Pu-
teum deciſ. 99. & deciſ. 252. lib. 3. Rota in re-
centiorib. part. 2. deciſ. 253. num* 1. & apud *Vi-
nian. in praxi iuriſpatronatus deciſ. 57. nu. 5.
& 6. in Geiunden Beneficij 2. Decembris 1605.*
coràm *Card. Sacrato.* alioſq; retulimus *reſp.*
noſtra 48. *nu. 1. par. 2. & reſp. 32. nu. 17. par. 3.*

Fit itaquè cauſæ ſtatus: ſit nè ex deſcen-
dentibus ex linea maſculina Patris funda-
toris D. Abbas Hector, vt præferri in Ca-
pellania debeat: vel verò defecerit linea,
vt liberum factum fuerit Compatronis
quemcunquè idoneum Sacerdotem præ-
ſentandi, eſſeq; propterea præſentationem
in perſonam dicti Domini Abbatis Fran-
ciſci Mariæ de Luca firmam, ac ſtabilem,
5 ipſumq; inſtituendum? Is enim inſtituen-
dus erit, qui à patronis in poſſeſſione prę-
ſentandi exiſtentibus præſentatus fuerit.
ex *text. in cap. quoniam 3. & cap. conſultationi-
bus 19. de iurepatronat. Rota in recentiorib.
part. 2. deciſ. 146. num. 4. & deciſ. 202. nu. 1. &
part. 2. diuerſ. deciſ.* 117. *num.* 1. & apud *Card.
Mantic. deciſ* 86. *nu. 3. &* 4. diximus *reſponſ.*
noſtra 14. *num. 1. & reſponſ. 44. nu. 14 par. 3.*

Defeciſſe lineã maſculinã Patris funda-

toris, nec adesse fœmininam matris eiusdē,
atq; proindè iurè præsenratum fuisse Do-
minum de Luca, ipsumq; instituendum esse
respondendum censemus.

Et quidē suam lineā sic deducit Hector.

Galienus fundatoris Germanus
Vergiliam filiam habuit. hæc
Creusam de Leporibus. ab hac
Dorothea. quæ viro coniuncta fuit
Hectori de Passeribus. ab hoc
Lactantius. ex Lactantio verò
Abbas hic *Hector*.

Licet ergo sit ipse ex linea Patris fundato-
6 ris. Quia nimirùm linea tàm masculos,
quàm fœminas comprehēdit, cùm nomen
sit collectiuum. ex Paulo lib. 26. ad Edictū
in *l. pronunciatio 195. ff. de verb. signif.* & Ale-
xandro Cæsare in *l. voluntas patris 4.* ibiq;
Scribentes. *C. de fideicommiss. Io. Dilectus Du-
rantes de arte testandi tit. 5. cautela 22. num. 1.
tom. 8. tract. par. 1. fol. 124. Peregr. de fideicom.
artic. 25. num. 24. Fusar. de substitut. quæst. 345.
num. 1. & 6. Rota in Pampilonen sepulturæ 10.
Nouembris* 1608. coràm *Ludouisio* postmo-
dùm sanct. memor. Gregorio XV. *par. 2. re-
centior. decis. 22. num. 3.* quæ est in impressis
apud eundem *decis. 383. nu. 3.* & in *Bononien
fideicommissi de Desiderijs 20. Martij* 1630. co-
ràm *Merlino decis. 6. nu. 15. part. 5. recentiorū
nouissimarum. & par. 7. in eisdem per Rubeum
decis. 97. nu. 8. Magon. decis. Floren. 138. nu. 1.
Ant. Monach. decis. Lucens. 63. num. 16.* dixi-
mus *respons.* nostra 28. *num 13. part. 3.* Est
7 quippè linea collectio personarum ab eo-
dem stipite descendentium, gradus conti-
nens, & numeros distinguens. ex *Gloss. in
arbore de consanguin. & affinit. §. linea verò
post Clementinas.*

8 Non tamen sic erit, si testator (vt in hoc
facto) lineas distinxerit, masculinam vide-
licet, & fœmininam, distinctim vnam ab al-
tera vocando, præsertim verò fœmininam,
& in defectum lineæ masculinæ, quàmuis
9 fœminina à masculis descenderet: quia
fœmina principiū est lineæ fœmininæ. pro-
sequitur optimè *Castrens. in l. maritus 21.
num. 5. & 6. C. de procurator. & cons. 190. in-
cip. nouitèr reuocatur in dubium. num. 4. lib. 2.
Dilectus de arte testandi. tit. 5. d. cautel. 22. n. 3.
Simon de Pretis de interpret. vltimar. volunt.
lib. 3. dub. 4. solut. 11. interpr. 3. num. 51. ad 57.
fol. mihi 291. Fusar. de substitut. quæst. 346.
num. 12. & seqq. & cons. 14. num. 18. 19. & 20.*
10 qui hanc sententiam magis receptam præ-
dicat. *Verall.* Episcopus Caputaquen *decis.
16. num. 5. & decis. 17. num. 6. part. 2. Ladercb.
Imolen cons. 135. num. 3. Gratian. forens. par. 5.
cap. 901. nu. 4. 5. & 22. Scipio Rouitus cons. 16.
à num. 4. per tot.* qui hanc sententiam ma-
gis receptam & ipse dicit, prosequiturquè
cons. 17. lib. 1. in quo respondet *cons. 50. Pe-
regrin. vol. 3. Rota in Romana fideicommissi de
Caietanis 23. Martij* 1635. coràm *Coccino De-
cano decis. 33. num. 4. & 5. part. 7. in recentior.
per Rubeum.* perpendimusq; *d. respons.* no-
stra *28. num. 16. & 17. & seq. part. 3.*

11 Præterquàm quòd linea (secundùm Ma-
thematicos) cùm protractio sit puncti, siuè
extensio, ipsaq; protractio, deductio, siuè
extensio à fœmina fiat, quàmuis à masculo,
vt à puncto deducatur, linea tamen fœmi-
nina dicitur, non masculina. optimè *Ca-
strens. in d. l. maritus 21. num. 5. C. de procura-
torib. Rouitus d. cons. 16. nu. 5. & seq. Ladercb.
Imolen. d. cons. 135. num. 3. Rota in d. Romana
fideicommissi* coràm *Coccino d. decis. 33. nu. 3.
& 4. part. 7. recentior.* perpendimus alios re-
ferentes *d. respons. 28. num. 27. & 28. par. 3.*

Quamuis itaquè Vergilia, à qua deduci
lineam suam, Hector gloriatur, per Galie-
num descendat; ex ipsa tamen, vti fœmina,
initium ducit linea fœminina Galieni, nec
12 pater computatur, qui vt punctus habetur,
sed ipsa, quæ initium est lineæ, & protractio
puncti. vt idē *Castrens. d. l. maritus 21. nu. 5.
C. de procuratorib.* optimè perpendit, sequi-
turq; *Rouitus d. cons. 16. num. 5. Ladercb. Imo-
13 len. d. cons. 135. nu. 3.* Quia nimirùm fœmi-
na frondibus, non stipiti comparatur. vt
Dilectus testatur *de arte testandi. d. tit. 5. cau-
tela 22. num. 2.* Testator autē præsentari Sa-
cerdotem voluit, si reperiretur, de linea
masculina, idest patris ipsius testatoris. De
linea verò masculina Hector ipse non est;
non est itaq; de vocatis à testatore.

14 Hanc ob causam duo probanda per ip-
sum erunt: & de linea se esse patris funda-
toris, quod probare fortassè poterit; & de
linea se esse masculina eiusdem, quod pro-
bare minimè poterit, cùm de linea sit fœ-
minina. ex Paulo lib. 2. ad Sabinum in *l. si
hæredi plures 5. ff. de conditionibus institutio-
num.* qui rationem reddit: *Quia vnius loco
habentur.* dicens: quòd videlicet sit de li-
nea, & de linea masculina, eiusdemq; sensus
Iulianus videtur lib. singulari de ambigui-
tatibus in *l. si is, qui ducenta 14. §. verum ita
concipias. ff. de rebus dubijs. Castrens. d. cons. 190.
num. 4. lib. 2. Gozadin. cons. 87. num. 15. Surd.
cons. 45. num. 15. lib. 1. & cons. 403. num. 29. &
30. lib. 3. Gratian. forens. d. cap. 901. num. 19.
& 20. Rouit. d. cons. 16. num. 6. Rota par. 2. re-
centiorum decis. 203. num. 5.* sequiturq; *Rota*
apud *Duranum* Episcopum Vrgellen. *decis.
300. num. 7. part. 2.* Nos *d. respons. 28. nu. 26.
part. 3.*

Nec ad rem facit, quòd refricat ipse: Te-
statorem, ac Beneficij, siue Capellaniæ fun-
datorem addidisse. *Et si nō reperiatur de di-
cta linea* (masculina videlicet) *sit de linea
fœminina, idest matris ipsius testatoris*, descē-
dere ipsum per lineam fœmininam matris
fundatoris. Supponit namq; Galienum
eiusdem matris filium fuisse: Vergiliam

fœmi-

fœmininam filiam fuisse Galieni. est itaquè
per lineam fœmininam matris fundatoris.
15 Pace porrò dixerim ipsius; lineà fœmi-
nina à fœmina trahit originem. esset itaq;
ipse de linea fœminina matris fundatoris,
16 si à fœmina matris filia, atquè fundatoris
sorore descenderet. A fœmina quippè li-
nea incipit fœminina, non autem à mascu-
lis. ex Castrensi d.l.maritus 21.num.5. C.de
probationib. Gratian. d.cap.901.num.5. Rouit.
17 d.cons.16. num.5. Vnusquisq; enim suam
constituit lineam. quot igitur sunt filij, tot
distinctæ ab vno stipite computãtur lineæ.
ex Paulo in l.Iurisconsultus 10. §.cognationis
origo. ff.de gradibus affinitatis. Molina de His-
pania primogen.lib.3.cap.6.nu.38. sequiturq;
Francisc.Costa Messanen.cons.5.nu.50. & tra-
dita per Carol.Ruin. cons.9. num.4.vol.1. A
18 masculis proindè masculea procedit li-
nea, & à fœminis fœminea computatur.
Laderch. Imolen. d. cons. 135. num.3. Ioseph
Sesse Regni Aragoniæ decis.49. num.6. & 7.
part.1. Siuè ergo à matre fundatoris lineã
duxeris, siuè etiam à Galieno; Vergilia,
(multòq; magis descendentes ab ea) de li-
nea fœminina nõ dicetur, à matre scilicet
fundatoris. A matre quidèm, nàm ipsa
non est linea, sed caput lineæ, atq; princi-
pium, & origo vndè deriuatur Linea, quasi
à puncto. Nequè testator, fundator scilicet,
descendentem à linea vocauit; sed Sacer-
dotem præsentari voluit de linea fœmini-
na, matris ipsius, si tamen reperiretur; &
quando nullus adesset de linea masculina,
id est patris ipsius fundatoris; tunc sanè in
defectum lineæ masculinæ, Sacerdotem de
linea fœminina, idest matris testatoris ip-
19 sius, præsentari voluit. Linea ergo à Vergi-
lia incipit, quia ab ipsa, Galieni linea, vti à
puncto protrahitur, atq; deducitur. adno-
tauimus d.respons. nostra 28.num.27. & 28.
part.3. & respons.14.num.10.part.4. Quia
20 profectò linea non à se ipsa, sed à filijs in-
cipit: à stipite (inquam) per descendentẽ
lineam; à puncto videlicet (mathematicè)
per protractionem puncti; quæ per filios
protrahi, deduciq; incipit. Sicuti à puncto
linea protrahitur, & fit linea, atq; linea ap-
pellatur, quæ est protractio puncti. ex Ari-
stotele. & nostri ex Cœlestino III. in cap.
quod dilectio 3. & Gregorio IX. in cap. vir,
qui à stipite 9. quod est fin. de consanguinit.
& affinit. Castrens. d.l.maritus 21.num.5.C.de
procur. alijq; apud Gerium Spinium cons.12.
nu.1. Laderch. Imolen. d.cons.135.num.3. Gui-
lelmus de Monferrato tract. de success. Regum
dub.1.num.1.tom.16.tractatuum fol.178. Est
itaq; Vergilia principium lineæ fœmininæ
Galieni, non verò lineæ matris testatoris,
21 fundatorisq;. Non ergo conueniunt ver-
ba, vt neq; dispositio conuenire debeat. ex
Vlpiano lib.34. ad Edictum in l. si verò ne-
gotium 65. §. de viro: ff. solut. matrim. lucu-
lentissima sunt eius verba, damus proindè
ipsa: De viro, heredeq; eius lex tantùm loqui-
tur; de socero, successoribusq; soceri, nihil in lege
scriptum est; & hoc Labeo, quasi omissum ad-
notat. In quibus igitur casibus lex deficit; non
erit, nec vtilis actio danda. Similiq; modo ipse
idem Vlpianus lib.1. ad edictũ in l. dies cau-
tionis 4. §.totiet autem Prætor. ff.de damno in-
fecto: ibidemq; Pauli summarium: Vbi de-
ficiunt verba legis, (inquiẽtis) deficit legis dis-
22 positio. Nàm ex verbis legis dispositio vim
habet; vt in alijs, de quibus non loquitur,
locum sibi nequeat vindicare. ex Bonifa-
cio VIII. in cap. indemnitatibus monasteriorũ
43. §. supradicta siquidèm in fin. & §.seq. qui
est fin. de elect. in 6. Rota apud Coccinum de-
cis.460.nu.5. & in recentior. par.2.decis.502.
sub num.3. diximus respons. nostra 25. nu.8.
& respons.40.num.68.part.4.

Proficitq; ad hanc nostram firmandam
23 perpensionem, coniectura; quòd fundator
ipse, nequè a filia (Antonia videlicet) de-
scendentes vllo modo vocauit, nequè eorũ
vllo meminit modo, quasi non fuisset filia;
vt multò minus ab aliorũ fœminis descen-
dentes admittere voluisse videatur. ex Mar-
celli coniectura lib. singulari responsorum
in l. Publius Mæuius 36. §. Titia codicillis. ff.
de condit. & demonstr. ex Bartoli quoq; sum-
24 mario ibidẽ: Non esse verisimile, (dicẽtis)
quòd testator plus diligat substitutũ, quàm
primo loco positum. Sed non est verisimile
(Marcellus loquitur) vt maturiùs voluerit
testatrix ad substitutos hoc transferre. Eius-
demq; sensus Theodosius, & Valentinianus
Cæsares in l. si viua matre 3. §. nàm licet hoc.
C. de bon. matern. fuisse videntur illis verbis:
Non tamen ab re est, vt in hoc casu deteriores
esse nepotibus filii sinantur. & hanc coniectu-
ram post Gozad. cons.87.num.15. & Peregr.
de fideicommiss. artic.26.nu.30. & alios sequi-
tur Fusar. de substit. d.quæst.346.num.39. &
seq. eamquè admittit Rota in Romana mensæ
nummularia. 30. Iulij 1614. coràm Coccino
Decano decis.663. num.22.par.1. in recentior.
& apud eundem decis.33.nu.16. & 17. par.7.
recentiorum per Rubeum. Fundator verò de-
ficiente linea masculina, id est patris, voca-
uit presbyteros ex linea fœminina, id est
matris: Quia ipse sic voluit, & mandauit,
25 cùm suæ rei moderator esset, & arbiter. ad
text. in l. in re mandata 21. C. mandati. Ratio-
nem Imperatore reddente: Nam suæ qui-
dem quisq; rei moderator, atquè arbiter, non
omnia negotia, sed pleraq; ex proprio animo fa-
cit. Noluitq; propterea proprios hæredes
semper, & in perpetuum ligatos habere, vt
ex proprio arbitratu presbyteros præsen-
26 tare minimè possent. Cùm alioquin sat,
superq; patrono sit, si quemcunq; voluerit
Clericum, idoneum tamen, coràm Ordina-

rio

rio instituendũ, præsentauerit. ex Alexandri III. determinatione in c. significasti 18. de iurepatronat. eiusdemq; sensus esse videtur Innocẽtius III. Archiepiscopo Mediolanen scribens in cap. cùm adeò 17. in fin. de
27 rescript. illis quidem verbis: si dignus existeret. quæ sanè conditio, etiam si non exprimatur, exaudiri semper debet adiecta.
28 vt Gloss. ibidẽ, quæ est finalis, aduertit. hoc nempè de natura est negotij, vt beneficia Ecclesiastica dignis, atquè idoneis conferantur, illiquè præsententur; ex accidenti verò fit, in beneficijs iurispatronatus lai-
29 corum, vt consanguinei ad illa præsententur, idonei tamen ex Sacrosancta Tridentica Synodo sess. 24. cap. 18. de reform. & perpendimus Nos respons. nostra 74 num. 64. part. 3. Extra itaquè illam lineam, masculinam, & fœmininam in sua libertate patronos reliquit, præsentandi quemcunquè voluerint, idoneum tamen. Hector verò, neq; de masculina, neque de fœminina, vocata quidèm, linea est. non itaq; arctatur Patronus eum præsentare. est ergo liber. Libertate itaquè donatus, iurè, nec sanè iniuria dictum Abbatem Franciscum Mariam, virum sanè idoneum, præsentauit. ipse igitur instituendus. vt in superioribus perpendi-
30 mus. Ne alioqui contra testatoris legem rebus suis dictam, liberos homines in seruitutem redigamus: quando lex est testatoris voluntas, omninò seruanda. §. disponat. in authent. de nuptijs collat. 4. l. si a te in princ. C. de fideicommiss. can. vltima voluntas 4. 13. q. 2.
31 qui consultò talem suis hęredibus mandauit legem. modis itaquè omnibus impleri eam sacræ volunt leges. §. semper igitur nobis. in proœmio. in auth. de hæredibus, & falcidia collat. 1. l. 1. C. de sacros. Eccles.

Nequè vlteriùs inclamet Hector: Ren. D. Ioannem Antonium de Passeribus, patruum ipsius, annis non longè præteritis, quando Capellaniam obtinuit, sententia Curiæ Episcopalis Melphitten fuisse declaratum; ipsum fuisse, & esse de linea testatoris. fuisse propterea ad dictam Capellaniã institutum. Cuius ex supremo funere nunc
32 vacat. Sententiã hanc in causa status æstimari. facere proindè ius quòad omnes, qui eiusdem sunt status, quàmuis postmodùm ad causam venerint. Facit nempè sententia de albo nigrum, vt prouerbio fertur. eruiturq; argumentum ex Vlpiani sensu lib. 1. ad legem Iuliam, & Papiam in l. ingenuum 25. ff. de statu hominum. Verba referimus Vlpiani, ex quibus firmam nostram assertio-
33 nem facimus: Ingenuum accipere debemus (inquit ipse) etiam eum, de quo sententia lata est, quamuis fuerit libertinus. Quia res iudicata pro veritate accipitur. habet ergo veritatis firmitatem sententia, atquè is, qui illam pro se habet. ex Vlpiano in l. res iudicata 208. ff. de regul. iur. ibidemq; Cagnol. & Mayner. nu. 53. & 54. sequiturq; Rota apud Card. Cavaler. decis. 250. num. 4. & apud Dunozetum Episcopũ Vrgellen decis. 340. nu. 13. part. 2. diximusq; respons. nostra 51. num. 8. part. 4 & respons. 41. nu. 14. 15. & seqq. par. 3.

Hanc pro se habet sententiã Hector; Quia nimirùm si pro Ioanne Antonio patruo lata fuit; illum de linea testatoris esse; ipse ex Lactantio, fratre Ioannis Antonij, per Dorotheam de Agno, Vergiliæ neptem descendit. est itaq; & ipse de linea fundatoris. Verùm si vidẽs videre voluerit Hector, atquè oculis videre, perspiciet certè, sententiam præfatam apertissimè mendacio
34 conuinci ad effectum illum, de quo agebatur; præsentationis ad beneficium, siue Capellaniam prædictam. Porrò, quàmuis
35 esset Ioannes Antonius ex fundatoris linea, contẽtiua scilicet, non effectiua. iuxtà distinctionem, quam tradunt Doctores, quam sequta fuit Rota in Romana iurispatronatus 15. Martij 1630. coràm Merlino decis. 362. num 6. part. 5. recentiorum. & Nos plures retulimus respons. nostra 7. nu. 13. par. 2. & d. respons. 28 num. 17. part. 3. atquè in hoc vera sententia esset, esse illum de linea fundatoris, non tamen dicebat esse illum de linea masculina, id est patris ipsius testatoris, vel in defectũ de linea fœminina, id est
36 matris ipsius fundatoris. Vtrumq; autem probandũ per eum fuerat; & esse de linea atq; de linea masculina patris fundatoris, vel saltim fœminina, id est matris fundatoris ipsius. (vt in superioribus quoq; per-
37 pendimus.) Hoc autẽ ipsum ex fundatione (cuius tenor seruandus erat) ad obtinendam præsentationem omninò perquirebatur. ex Pelagij Papæ sensu in can. Ecclesias 30. in fin. 18. quæst. 2. & Alexandri III. in cap. porrò quàmuis 7. & cap. percepimus 8. de priuileg. Clement. quia contingit 2. de relig. domibus. Sacrosancta Tridentina Synodus sess. 25. cap. 5. de reformat. deduximus pluribus respons. nostra 81. num. 8. 9. & 10. part. 4.
38 Fuit proindè hac in parte sententia præfata omninò erronea, testatorisq; dispositioni aduersa, eiusquè menti contraria. ex falso proindè pręsupposito lata. nulla pro-
39 pterea. ad text. in l. 2. C. quando prouocare nõ est necesse. & l. 1. & 2. C. si ex falsis instrumentis. cap. licet 9. de probat. cap cũ venerabilis 6. de exceptionibus. Rota apud Card. Cavaler. decis. 280. nu. 3. diximus alios referentes resp.
40 nostra 88. num. 121. part. 3. vt in iudicatum nec quoq; transierit. d. l. 1. in fin. C. si ex falsis instrumentis. Rota apud Coccinum decis. 234.
41 nu. 7. nequè reuocatione egeat. Rota apud Card. Cavaler. decis. 69. num 3. & decis. 270. num. 5. diximus d. respons. 88. num. 123. 124. & 125.

Præterquàm quòd, noua nunc indiget, ex sua

ex sua persona, probatione Hector, nouaq; sententia, quę pro eo esse minimè nunc poterit, detecto iam impedimento, quòd ipse, neque de linea sit masculina, id est patris; neq; de linea fœminina, hoc est matris ipsius fundatoris. sub hac enim conditione
42 vocatus fuit, non aliàs. seruanda igitur conditio erit, sub qua vocatus fuit, atquè probāda. ex Triphonij sensu lib. 21. disputationum in *l. qui duos* 10. *ff. de rebus dubijs.* atquè etiam Martiani lib. 2. regularum in *l. eum, qui nouissimus* 34. *ff. ad Senat. Consult. Trebell.* illis verbis: *Si non ostenderit, quis no-*
43 *uissimus obijsset.* ex quibus regulam format *Gloss. in d. l. qui duos* 10 *de rebus dubijs.* verbo *superstes fuit.* Vt neque ad hæreditatem (dicendo) neq; ad legatum, neq; ad fideicommissum, vel tutelā aliquis admittatur, nisi doceat casu existente, se inuitatum. & hanc Glossæ regulam sequuntur omnes, & sequuta fuit *Rota* apud *Card. Seraphin. decis.* 1023. *num.* 1. & apud sanct. memor. *Gregorium XV. decis.* 433. *num.* 1. & Neapolitanum Consiliū Regium apud *Regentem Hectorem Capycium Latrum decis.* 1. *nu.* 1. & Nos *resp.* nostra 66. plures alios referentes *num.* 5. *post.* 3. Nullo igitur modo probare poterit se de linea esse, vt fundator mandauit. Liberum ergo Patrono manet arbitrium, quemcunq; sibi benè visum, idoneum Sacerdotem ad Capellaniam hanc præsētandi. Quia nulla detinetur alia lege, certum præsentandi, illa iàm fundationis dispositione dissoluta. Præsentauit autem dictum Dominum de Luca. Ipse ergo instituendus. Prudentèr itaq; Hector agit, si *cecidit sors super Matthiam.* actuum 1. 26.

Atquè ita ex his, emunctioris naris iudicio nō exploso, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Militem voluntarium sibi elegit Christus, sicuti voluntarium seruum sibi Diabolus auctionatus. probatus num.* 3. *ex Christi Domini verbis.*
2 *Voluntas sola pro facto habetur.*
3 *Locus Ioannis* 7. 37. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. *expenditur.*
4 *Assuerus Rex magnum conuiuiū populis suis fecit.*
In quo nullus ad bibendum cogebatur.
Quod expenditur ex Lysano. num. 5.
5 *Spirituale donum accipere nemo cogitur.*
Filios vult Deus, non seruos.
6 *Voluntatem vult Deus, non necessitatem.*
7 *Clerici, qui ad secularem habitum reuerti voluerint, vt remaneant cogendi non sunt, nequè possunt cogi clericalem deserre habitum, si nolint. num.* 34.
Nisi beneficium obtineant. num. 35.
8 *Seruitia coacta Domino Deo præstanda non sunt.*
9 *Clericum agere à mero depēdet voluntatis arbitrio.*
Nulli proindè violentia inferenda.
10 *Bonum nullum, nisi voluntarium.*
Voluntariè sacrificabo tibi. *ex psal.* 53. 8.
11 *Locus Matthæi* 10. 10. *in via nihil ferendum præcipit Dominus, nequè virgā; quia violentia nulli inferenda.*
12 *Contemnitur facilè, quod non amatur.*
Et quod non eligitur. & num. 34.
13 *Clericus nemo fieri debet, nisi voluntarius.*
Indè infantes, qui doli capaces non sunt, Clerici tonderi non possunt.
Quia liberam voluntatem non habent.
14 *Voluntate à libera, quæ dependent, nisi in votum, vel aliam transierint promissionem, vel obligationē, pro libito mutari possunt.*
15 *Votum est deliberata promissio facta Deo, de aliquid faciendo, vel non faciendo.*
Qui votum dicit factum, ipse probare debebit. num. 16.
17 *Negantis factum nulla est probatio.*
18 *Clericus per clericatum ad sacram adsciscitur militiam.*
Cœlestem militiam sequitus, Cœlestis dictus miles.
Atquè Christi, & Dei.
19 *Arma terrena sunt Clericis prohibita.*
20 *Clerici cùm se ad arma conuerterint terrena, Ecclesiasticæ sanctitatis profanatores sūt, & à Clero amoueri debent.*
Quia non possunt simul Deo, & seculo militare.
Et sunt hi duo Domini sibi inuicem contrarij. num. 22.
In suo igitur sensu relinquendi.
21 *Locus Matthæi* 6. 24. Nemo potest duobus Dominis seruire. *expenditur.*
23 *Arma militia cœlestis, ab illis terrenæ differūt.*
Cœlestis enim sunt lachrymæ, gemere, flere, orare, sustinere.
Terrenæ verò corporalia sunt. num. 25.
Arma militiæ cœlestis non carnalia sunt, sed spiritualia. num. 31.
Quia hostes contra quos dimicatur, spirituales sunt.
Spiritus scilicet nequitiæ. nu. 32.
Aduersus quos ieiunijs, & orationibus dimicatus. num. 33.
24 *Sacerdotis munimenta, & arma lachrimæ sūt, & orationes.*
26 *Clericos terrena, atq; corporalia arma portare non decet.*
27 *Clerici eo ipso, quòd ad terrenā se transferunt militiam, cœlesti militiæ nuncium mittere videntur.*

Atquè

Atquè ex Dei Christi milite, mundi se militem declarat.
Desertor est itaq; Christi militia.
Christo proindè placere nõ poterunt. nu. 30.
28 *Militia Christi, & mundi sibi inuicem sũt contraria.*
Sibiq; inuicem aduersantur.
29 *Locus Apostoli 2. ad Timothaeum 2. 4.* Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus. *perpenditur.*
32 *Locus Apost. ad Ephesios 6. 12.* Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ, & sanguinem, &c. *elucidatur.*
33 *Dæmones aduersus ieiunijs, & orationibus dimicatur.*
Non armis terrenis gladio, & arcu.
36 *Apostata, quasi retro stans, dicitur.*
37 *Clericus militiæ se ascribens seculari, apostatare à clericatu dicitur.*
Cùm à clericatu recedat, eius violator.
Refutandus proindè. ex Anacleto Papa.
Amittit proindè etiam beneficium. nu. 38.
39 *Clericus primæ tonsuræ, vel in minoribus constitutus, beneficium non obtinens, vt fori priuilegio gaudeat, & in habitu, & tonsura incedere debet, & alicui Ecclesiæ de mãdato Episcopi inseruire. ex Sacri Tridentini Concilij decreto.*
Habitus enim, & tonsura insignia sunt Clericorum. num. 42.
40 *Dispositio negatiua strictiùs operatur.*
41 *Negatiua malignãtis natura dicitur, & quidquid post se inuenit, inficit, & negat.*
42 *Habitus, & tonsura insignia sunt Clericorum.*
43 *Mulier quàmuis honesta, si eius pudicitia attentetur, & in habitu incesseris meretricali, iniuriarum agere haud poterit.*
45 *Locus Matthæi 15. 14.* Sinite illos; cœci sũt, & duces cœcorum, *perpenditur.*
Et eiusdem 25. 12. Amen dico vobis. nescio vos. *num. 46.*

ARGVMENTVM.

Clericus nùm voluntariè habitũ excutere valeat clericalem, atquè seculari se militię ascribere? Et quid si se de facto militiæ dederit seculari, illiq; ascribi fecerit, nùm etiam pro Clerico habendus sit, si ille Clericum agere nolit? Et quid si beneficium obtineat Ecclesiasticum, nùm illud amittat? Quiduè si sęuis se immiscuerit, irregularis effectus? Et nùm Clericus habitum dimittens clericalem, apostata nuncupari valeat? Et quæ requisita habere debeat ex Sacrosãcta Tridentina Synodo, vt fori gaudeat priuilegio?

RESPONSIO L.

1 VOluntarium sibi militẽ legit Christus; voluntarium seruũ sibi Diabolus auctionatur. Sanctus loquitur Ambrosius lib. 1. de Iacob, & vita beata
2 cap. 3. relatus *can. non est* 10. 15. *quæst.* 1. vt ipsa sola volũtas pro facto habeatur, ipsaq; magis, quàm factum probetur. ex Augustino in *can. magna pietas* 5. *de pœnit. distinct.* 1. illis verbis: Votum enim pro opere reputatur. ibiq; *Gloss.* verbo *pro opere*. sic Naso dulciloquus ille lib. 3. de Ponto.

Vt desint vires, tamen est laudanda voluntas:
Hac ego contentos auguror esse Deos.
Hęc facit vt veniat pauper quoq; gratus ad aras,
Et placeat cæso non minus agna boue.

3 Hoc vt ostenderet Christus Dominus, & Magister noster *Ioannis 7. 37.* in Templo stans clamabat, dicens: *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* voluntarios ad bibendum vocauit, neminem coegit: *Si quis sitit, veniat, & bibat.* (inquiens) veniat, affectu scilicet amoris, & passibus fidei, recedẽdo ab amore mũdi. *Gloss. interlinearis* ibidem adnotat. Sic Apochalypsis 22. 17. *Qui vult* (inquit) *accipiat*
4 *aquam vitæ gratis.* Ita quoque in conuiuio illo magno Regis Asiueri, quod cunctis Principibus, & pueris suis multo tempore, cẽtum videlicet, & octoginta diebus fecit. *Ester* 1. 8. In quo bibebant, qui inuitati erant, aureis poculis. *Vinum quoquè vt magnificentia regia dignum erat, abundans, & pręcipuum ponebatur. Nec erat, qui nolentes coge-*
5 *ret ad bibendum.* Quia nimirùm (*Lyranus* commentum ibidẽ dicit:) Nemo cogitur
6 spirituale donũ accipere: filios vult Deus, non seruos. Voluntatem vult, non necessitatem, secundũ illud (Matth. 19.) *Qui potest capere capiat.* item: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et si vir perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & veni seque-*
7 *re me.* sic Lyranus. Indè Marcellus Papa decreuit, vt qui ad secularem habitum reuerti voluerint: (ex ijs videlicet, qui clericali militiæ se ascripserunt) redeundi licẽtia nullo denegetur modo: *Quia satis inu-*
8 *tile*

8 *tile est*, (rationem reddens) *vt coacta serui-*
tia Domino præstentur in can. illud autem
10. in fin. 20.quæst.1. Sic respondendum
censemus in facto, quod nunc in cõtrouer-
siam venit: Gaspar Ronconus Ciuitatis
Capuę, adhùc puer clericali militię Christo
nomen dedit: Verùm minus Christi aquas
sitiens, respiciens retrò, excusso Clerici ha-
bitu, atq; cœlesti militia, seculari militiæ,
annos natus decẽ & octo, se addixit. Hanc
ob causam anno 1641. mense Iunij 27. in
libros se referri officij Maioris Scribæ Ra-
tionis sub Præfecto militum (vulgò *Mastro*
di Campo) Domino Diomede Carafa pas-
sus est, & vt miles vixit ad annũ vsq; 1645.
quando, iusta (vt putat) id exigente causa,
duorum virorum nobilium sanguinem fu-
dit. Pœnam vt diffugeret, etiam volũtariè,
& vt miles voluntarius proprijs sumptibus
Sacræ Regiæ Maiestati Catholicæ, vulgò
(vt *Auenturiero*) in Terra Orbitelli aduersus
Gallos deseruiuit, & militauit. Erat ibi etiã
Franciscus eius Germanus Dux Cohortis
Equitum leuis armaturæ, qui in recessu à
dicto loco, post Gallos fugatos, quibus
Dux Exercitus pręerat Serenissimus Prin-
ceps Thomas Emanuel, Cohortem, (quòd
ipse malè se haberet) eidem Gaspari com-
mendauit, qui Neapolim eam reduxit;
Francisco interim ex infirmitate ab huma-
nis abrepto. vndè ab Excellentissimo Pro-
rege S.R.M. Locumtenente, Dux eiusdem
Cohortis Gaspar fratris loco confirmatus
fuit. Ab anno itaq; 1641. vt laicum se ges-
sit Gaspar, neq; Clericum egit ampliùs, sed
militem secularem. Ex causa verò patra-
torum homicidiorum, cùm ipse iàm abes-
set, à Vicario Generali Illustriss. Archiepi-
scopi Capuani verbaliter vt Clericus cita-
tus, & quòd vnus eorum, qui mortem obie-
re, Eques esset professus Religionis Sancti
Ioannis Hierosolymitani, & Sãcti Domini
Sepulchri, citationis nulla habita notitia
in contumaciam (vt dixerũt) excommu-
nicatus denunciatus fuit. Postquàm verò,
se ita excommunicatum fuisse, ad eius per-
uenit notitiam, Vicarium adhire facit. Ille
verò se contra eum vti Clericum procede-
re velle protestatur. Opponit se Gaspar; &
se Clericum non esse, & ab anno 1641. cle-
ricatum escussisse, neq; velle esse, neq; pos-
se, quòd irregularis effectus fuerit, edicit.
Fit igitur causæ status; potuerit ne Gas-
par voluntariè habitum excutere clerica-
lem, seq; militiæ ascribere seculari, & an
pro Clerico, vel pro laico habẽdus sit? Po-
tuisse Gasparem pro suæ voluntatis libito,
neque etiam Episcopo rogato, clericalem
dimittere habitum, seq; seculari addicere
militiæ, neq; pro Clerico haberi ampliùs,
9 respondendum cẽsuimus. Est nempè hic
actus à mero dependens voluntatis arbi-
10 trio. Nullum quippè bonũ nisi voluntariũ.
Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomi-
ni tuo Domine, quoniam bonum est. Psalmo-
graphus edicebat Regius *Psalmo* 53. 8. &
11 idcircò Dominus *Matthæi* 10. 10. non fe-
rendam in via virgam, per quam violentia
vlli inferatur, præcepit. *Quod enim quis non*
12 *eligit, nec optat, profectò nõ diligit: quod au-*
tem non diligit, facilè contemnit. vti Nicolaus
Papa omnibus Episcopis in Regno Lodo-
uici scribit in *can. præsens clericus 4. §. qua-*
propter consultè. 11. *quæst.* 3. Hinc ex Conci-
lio Moguntino in *cap. 1. de regular.* ita fuit
13 statutum: *Nullus tondeatur, nisi in legitima*
ætate, & spontanea voluntate. Quia si coactè,
non valeret. *Gloss.* ibidem verbo *spontanea*
voluntate. subnectit. & propter hanc causã
infantes, quia doli capaces non sunt, & vo-
luntatem non habent liberam, in clerica-
lem asciscì militiam prohibentur à Boni-
facio VIII. in *cap. nullus Episcopus 4. aliàs*
fin. de temporib. ordinat. in 6. ibiq; *Gloss.* verbo
infanti. & *Gloss. d. cap. 1. de regularib.* verbo
nullus tondeatur. Voluntate itaq; libera, nõ
coactè ad Christi Domini militiam asci-
scuntur homines, atq; clericali tondentur
14 corona. Sed quæ à libera voluntate depẽ-
dent, donec in votum, promissionemq;, vel
aliam obligationẽ transierint, possunt pro
libito voluntatis mutari: ex *S. Thoma* 2. 2.
quæst. 88. *artic.* 1. & Gregorio Magno super
Ezecchielẽ in *can. qui bona agunt* 4. 17. *q.* 1.
ibiquè *Gloss* verbo *deliberant.* scilicet firmi-
tèr promittendo. sequiturq; *Abb. in cap. lit-*
teraturam 3. nu. 2. de voto, & voti redẽptione.
Potuit proindè pro libito voluntatis habi-
tum excutere clericalem Gaspar, ni fortas-
sè ex voto ad illum ferendũ astrictus fuis-
15 set, quod, qui dicit, probare debebit. Vo-
tum enim est deliberata promissio facta
Deo de aliquid faciẽdo, vel non faciendo.
ex *S. Thoma d. quæst.* 88. *artic.* 1. & Alexandro
III. in *d. cap. litteraturam* 3. ibiq; *Gloss.* ver-
bo *proponens in animo. de voto.* diximus *res-*
16 *pons.* nostra 4. *num.* 9. *par.* 3. Qui igitur pro-
misisse illum, & ex voto Clericum agere,
asseuerare voluerit, ipse probatione id prę-
17 stare oportebit, cùm hoc neget Gaspar,
atq; negantis factum nulla sit probatio. ex
c. 1. de confessis lib. 6. & cap. super hoc 5. §. por-
rò. de renunciat. comprobauereq; Diocle-
tianus, Maximianusq; Cęsares in *l. actor* 23.
C. de probat. quem *text.* inter sacros retulit
Canones Gratianus in *can. accusator 2. in*
fin. 6. quæst. 5.
18 Sicuti verò Clericus per clericatum ad
sacram asciscitur militiam. Quia nimirùm
clericatus sacra militia à Syricio Papa in
can. quicunque 3. §. qui verò dist. 77. nuncupa-
tur. & Clerici cœlestem militiam sequi di-
cuntur, ipsi cœlestes milites. ex Gelasio Pa-
pa in *can. Christianis 12. circ. fin.* 11. *quæst.* 1.

atquè Christi, & Dei. ex *Gloss.* ibidem verbo *cœleste militem.* & *Gloss.in can.militare* 5. verbo *militiæ.*23.*quæst.*1.& ex Sacrosancta Tridentina Synodo *sess.*25. *in fin. in decreto de defectu ciborum in princ.* illis verbis: *tan-*
19 *quàm boni milites Christi.* Cùm se ad arma conuerterint terrena, quæ sunt ipsis sacrorum censura canonum prohibita. ex Concilio Pictauen in *cap. clerici* 2. *de vita, &*
20 *honestate clericorum.* Ecclesiasticeq; sanctitatis profanatores fuerint, gradus proprij amissione mulctantur. Quia non possunt simul Deo,& seculo militare. vti Meldense decreuit Concilium cap.37.in *can. quicun-*
21 *cunq; ex clero* 6.23.*quæst.*8. nemo enim potest duobus dominis seruire. Dominus edicebat (*Matthæi* 6.24.) Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. sequutaque fuit septima Synodus in *can. Clericus* 1. 21.*quæst.*1.& Augustinus de pœnitentia in *can. consideret* 1. *§. timeat illam veritatis sententiam. de pænit.dist.*5.& in *can. tolle charitatem* 30.*de pænitent.dist.*2. Sunt hi
22 nempè duo domini ab inuicem contrarij. vt *Gloss. d.can.Clericus* 1. verbo *dominis.* aduertit; & simul esse non possunt, vt quis duorum eodem tempore sit miles,& in eorum duorum militia militet. Cùm præser-
23 tim arma militiæ cœlestis ab illis terrenæ militiæ satis distent. Cœlestis nêpè lachrymæ sunt, gemere flere, non resistere, non repercutere, sed orare. ex Ambrosio ad Marcellinam sororem epist.33. in *can. conuenior ipse* 21. *§.quid ergo turbamini* 23. *q.* 8. verba damus Ambrosij omni acceptione digna: *Quid ergo turbamini?* (inquit) *volens nunquam ius deseram: coactus pugnare non noui; potero dolere, potero flere, potero gemere: aduersus arma, milites, Gothos quoquè,*
24 *lachrymæ meæ mea arma sunt. Talia enim sũt munimenta Sacerdotis. Alitèr non debeo. nec possum resistere.* sic Ambrosius. concinitq; Vrbanus II. in *can.saluator* 8. *§.quod si præfati milites* 1.*quæst.*3. ibidemq; *Gloss.* verbo *milites,* quæ sic & ipsa subnectit: *Clerici scilicet, qui tales milites sunt, quorum arma la-*
25 *chrymæ sunt,vel orationes.* Terrenę verò corporalia sunt. ex Ioanne Papa VIII. in *can. porrò si de annorum numero* 14. 16.*quæst.*3.
26 Non decet igitur milites cœlestes terrena, atq; corporalia arma portare. vti *Gloss. d.*
27 *can.porrò.* verbo *arma.* concludêter infert: Eo ipso itaquè, quòd ad terrenam militiã se transfert Clericus,cœlesti mittit nunciũ militiæ, atq; ex Dei,Christiq; milite,mundi se militẽ declarat.est ergo militiæ Christi desertor. Militum namquè Christi est Christo seruire,militum verò seculi seculo. Nicolaus vt Papa loquitur in *can. irrepa-*
28 *rabile* 18.23.*quæst.*8.Sed sunt hæc sibi inuicem cõtraria,sibiq; inuicẽ aduersantur.ex Leone Papa in *can. contrariũ est omninò* 3.*de*
29 *pœnitent. distinct.*5. Iurè proindè dicebat Apostolus 2.ad Timotheum 2.4. *Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus.* sequiturq; Maguntinum Concilium in *cap.* 1. *in fin. ne clerici, vel monachi secularibus negotijs se immisceant.* & Gelasius Papa ad Episcopos per Lucaniam in *can consequẽs est* 2. *dist.*88. Si negotijs secularibus se implicare prohibetur militans Deo, & Christo; militiæ se seculari addicere licebit? non vtiq;.
30 Cùm placere ei minimè possit, qui se probauit; Cœlesti militiæ eum ascribendo. ex Cypriano in *can.Cyprianus* 4. 21.*quæst.*3. & *Gloss.*ibidem verbo *probauit.* & ex Concilio Chalcedonensi in *can.eiedo placere* 2.*eadem* 11.*quæst.*3. Ascripsit proindè se militiæ seculari Gaspar,militia relicta Christi. inter seculares ergo milites habebitur, nõ inter
31 cœlestes,& Christi, ac Dei. Arma quippè
32 militiæ cœlestis non carnalia sunt,sed spiritualia. *Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnẽ,& sanguinem; sed aduersus Principes,& potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum,contra spiritualia nequitia in cœlestibus.* sic Apostolus Paulus ad *Ephesios* 17.12. nos exortatur. vt stare possimus aduersus insidias Diaboli. Nàm per mũdi rectores intelligit Dęmones, qui in tenebroso hoc aere morantur. secundũ *Gulielmum Estium,& Cornelium à Lapide,* atq; *Ioannem*
33 *à Gorcum.* Aduersus verò Dęmones, non gladio, non arcu,non pilis ex tormẽto bellico excussis pugnatur, qui corpus non habent, sed orationibus,lachrymis, ieiunijs, atquè pœnitentijs, iuxtà illud Dñi Marci 9.28. *Hoc genus* (Dęmoniorum videlicet) *in nullo potest exire,nisi in oratione,& ieiunio.* & Matthęi 17.20. Mutata igitur cœlesti militia ad carnalem se transtulit Gaspar. inter carnales idcircò, nõ inter cœlestes milites
34 habendus. Licuit enim hoc ei facere, neq; cogi vllo modo potest, vt clericalem deferat habitum, cùm hoc ipse nolit, vti Honorius Tertius decreuit in *cap.vt consultationi* 10.aliàs *fin.de cleric.coniug.extra.*ibiq; *Gloss.* verbo *non est cogendus.* quæ rationẽ reddit
35 dicens: *Quia licitum est ei renunciare huic priuilegio, cùm nullum recipiat beneficiũ Ecclesiasticum.* sequiturq; *Abbas* ibidẽ. ipseq; etiam in *Thesauro* verbo *Clericus.*§.*Clericus eo ipso.* qui sanè videtur idem cum Repertorio Milis. *Ausrer.de potestate Iudicis secularis in personas Ecclesiasticas reg.*1.*fallent.* 20.*num.*28.*vol.*13 *tract. part.*1. *& Gigans de pensionib. quæst.*55.*vol.*15.*tract.par.*1. & prosequitur *Carol.de Graff.de effectib.clericat. effectu* 1. *num.*865. 866. *& seqq. fol.mihi* 240. facitq; *text.* Alexandri Tertij in *cap* 1. *de apostatis extra.* ibiq; *Gloss.*verbo *Apostasia,*
36 dũm verbum apostata interpretatur, quasi retrò stans. ex Pio Papa in *can. si quis verò* 3.

trò 3. 3.quæst 4. illis verbis: *à suo proposito re-*
trò exorbitauerit. retrorsũ nempè abijt Gas-
par, neque in clericatu permenere voluit,
sicuti neque vult; quin sęuis se immiscuit
per homicidia, & in militia perseuerauit,
atque perseuerat, Dux effectus Equitum le-
uis armaturæ, & irregularis est. Tanquàm
37 apostata itaq; ab habitu clericali, & spon-
tè transgressor legis clericalis, eiusq; viola-
tor, & recedens à clericatu, iure, nec sanè
iniuria refutandus est. ex Anacleto Papa
in *can. Beatus prædecessor noster 2. eadẽ 3. q. 4.*
ex Clemente III. in *cap. in audientia nostra*
25. *de sentent. excommun. extra.* ibiq; *Imola.*
Carol. de Grass. de effectib. clericat. d. effectu 1.
num. 865. in fin. sequiturq; *Barbosa de offic. &*
potest. Episc. part. 2. allegat. 12. num. 23. Paul.
Squillant. de priuileg. cleric. cap. 6. num. 12.
38 *& cap. 7. nu. 32.* Adeò quidèm, quòd si be-
neficium habuisset illud quoq; amisisset. ex
Sixti Papæ V. Constitutione, quam refert
etiam *Quaranta in summa Bullar.* verbo *ha-*
bitus: sequiturq; *Ioan. Francisc. de Ponte con-*
sil. 36. num. 4 & 5. tom. 2. Rota apud *Cardin.*
Seraphin. decis. 1471. num. 4. Ioan. Lupus de
libertate Ecclesiæ part. 2. q. 2. nu. 3. & q. 4. nu. 2.
tom. 13. tractatuum part. 1. Ioan. Azor. institut.
moral. part. 2. lib. 7. cap. 15. in princ. Barbosa de
officio & potestate Episcopi part. 2. allegat. 57.
num. 216. qui sequitur *Gloss. in cap. fin.* verbo
redierint. de cleric. non resident. quæ sanè in-
ter modos amittendi beneficia, enumerat,
si quis factus est miles: *vel factus est miles,*
(inquiens) *vel ioculator.* & Glossam apertis-
simè sequitur *Gonzalez ad 8. regul. Cancell.*
gloss. 15. prima num. 54. alijq; paulò ante re-
lati Doctores. Et sanè Clericus ipse vel pri-
39 mæ tonsuræ, vel in minoribus constitutus,
si beneficium nõ obtineat Ecclesiasticum,
ne dùm in habitu, & tonsura clericali in-
cedere eum oportet, vt priuilegio perfrua-
tur fori, verùm alicui Ecclesiæ ex mandato
Episcopi inseruire. ex Sacrosanctæ Triden-
tinæ Synodus sanctione *sess. 23. cap. 6. de re-*
format. cuius verba damus. *Is* (Clericus vi-
delicet) *fori priuilegio non gaudeat, nisi bene-*
ficium Ecclesiasticum habeat; aut clericalem
habitum, & tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ
ex mandato Episcopi inseruiat. &c. Animad-
40 uertendum quippè est; quòd Sacrum Con-
cilium à negatiua dispositionẽ agreditur:
Is fori priuilegio non gaudeat, nisi &c. Nega-
41 tiua autem malignantis adeò naturæ est,
vt quidquid post se inuenerit, inficiat, ac
neget. ex Iuliano in *l. hoc genus legati* 105.
ff. de condit. & demonstrat. ibiq; *Gloss. fin. in*
fin. & *Gloss. in cap. cùm dilectus* 8. *§. quia no-*
bis. verbo *suspensis. circa medium, de consuet.*
diximus Nos plura animaduertentes *resp.*
nostra 43. *à nu. 10. ad 15. part. 4. & resp. 87.*
num. 22. & seq. ead. par. & rem ipsam expen-
dunt *Marius Antonin. Maceraten variar. re-*
solut. lib. 3. resolut. 48. per tot. Barbosa de offic.
Episcopi part. 2. d. alleg. 12. nu. 19. & seq. & in
collect. ad dictum cap. 6. Sacri Concilij à nu. 10.
Ioan. Bapt. Ciarlin. forens. controuers. cap. 20.
num. 2. & seq. per totum. Donat. Ant. de Ma-
rin. resolut. quotidian. cap. 49. num. 3. Ioan. Esco-
bar à Corro de vtroque foro artic 4. de defectu
mentis legislatoris nu. 55. Eatenùs igitur fori
priuilegio gaudebit Clericus, quatenùs re-
quisita habuerit à dicto Sacro Concilio, vt
si non habuerit: negatiua in eo firmetur
dispositio, vt fori nullo modo gaudeat pri-
42 uilegio. Habitus quippè, & tõsura insignia
sunt Clericorum. qui igitur in habitu, &
tonsura non incesserint clericali, Clerici
habendi nõ erunt. ex Clemente III. *d. cap.*
in audientia nostra 25. de sentent. excommun.
43 quatenùs habet: *Matronam cuius pudicitia*
attentata fuerit, non posse iniuriarum agere, si
in veste meretricali fuerit deprehensa. aduer-
titq; *Gloss.* ibid. verbo *meretricali.* dicens: &
sic perdit priuilegium.
44 Quibus accedit, quòd eo ipso, eodemq;
tempore patratorum homicidiorum ipsa
Curia Archiepiscopalis eundẽ Gasparem
vti laicum habuit, agnouitq; ; cùm passa
fuerit eum à laicis Iudicibus in Ecclesia,
ad quam confugerat, compedibus; etiam
ferreis, vinciri, neq; tutatus fuerit. vt quid
igitur nunc eundem vt Clericum habere
vult, quem laicum agnouit; & ipse Clericũ
agere nec amauit, nec elegit? quod igitur
non eligit, nec optat, profectò non diligit;
quod autem non diligit facilè contemnit.
vt ex Nicolao Papa in *d. can. præsens cleri-*
cus 4. 20 quæst. 3. in superioribus diximus.
Neque Clericus itaq; est Gaspar, neq; pro
Clerico habendus. Voluntariũ quippè sibi
militem legit Christus, voluntarium seruũ
45 sibi Diabolus auctionatur. In suo igitur
sensu relinquendus. iuxtà illud Domini,
Matthæi 15.14. *Sinite illos: Cæci sunt, & du-*
ces eorum. quæ est consequentia entimema-
tis illius: *Omnis plantatio, quam non planta-*
uit pater meus cæléstis, eradicabitur. Itaq; *Sini-*
te illos: Cæcì sunt, & duces cæcorum. eradica-
bitur. id est reprobabitur, atq; dãnabitur.
vt *S. Dionysius Carthusianus* commentum
agit. Videant itaq; ipsi, qui post datũ Chri-
sto nomen, recedũt. Audiẽt fortassè. *Amen*
46 *dico vobis nescio vos.* Matth. 25.12. hoc est
scientia approbationis. vt idem Carthu-
sianus explicat.

Atq; ita ex his, quę Aristarchi supercilio
iubeurèr subijcimus, respondendum cen-
suimus.

Carolus Maranta V.I.D. Ep̃us Iuuenac.

Cùm laicum se profiteretur Gaspar, vt
laicum ageret dimissus fuit.

SVMMARIVM.

1 *Clericos fieri, aut monachos eos, qui ratiocinijs reddendis, publicis præsertim, sunt obstricti, Sanctorum Patrum, atquè Sacrorum Canonum est censura inhibitum.*

Ne Ecclesia infametur, nisi prius à ratiocinijs absoluti fuerint. num.2.

Simile statutum est in Religione Patrum Discalceatorum S. Mariæ de Monte Carmelo. num.3.

Idem decernitur ex Constitutione Sixti Papæ V. num.40.

3 *Religio Discalceatorum S. Mariæ de Monte Carmelo statuto potitur, vt si criminibus irretiti, vel ratiocinijs reddendis obstricti, Religionem ingressi fuerint, & ante professionem id celauerint, detecto defectu, etiam post professionem, expellantur.*

Proindè protestatur de illos non recipiendo ad professionem, nisi sub illa conditione, vt possit expellere. num.13. & num.41.

Materialitèr enim tunc eorum professionem admittit, nō formalitèr. nu.15. & nu.34.

Quod statutum perpenditur, & declaratur. num.23. & num.39.

4 *Professio cōtractus est vltrò citròq; obligatorius, qua Religioni professus, & profitenti Religio obstringitur, & ligatur vtrinque. num.10.*

Reprime; si claudicanit ex parte vnius eorum contractus. num.5.

Quia deceptus fortassè fuit.

Tunc enim non consentire dicitur.

Vel si errauit.

Vel conditionalitèr Religio ad professionem professum admisit. num.16.

6 *Errantis nullus est cōsensus, ac si præstitus minimè fuisset.*

Qui igitur errat, non consentit. num.8.

7 *Matrimonium carnale in aliquibus cum spirituali conueniunt.*

Matrimoniū sine consensu esse nō potest. n.9.

Etiam spirituale matrimonium. nu.17.

8 *Consensus est duorum, vel plurium sensus.*

Et est contractuum essentia. num.11.

11 *Contractuum essentia, & substantia in consensu consistit.*

12 *Pactio est duorum, pluriumuè in idem placitū, & consensus.*

14 *Clerici fieri haud poterant ij, qui serui fuerant, & manumissi.*

Ne dominis obstricti remaneant adhùc Clerici.

Neq; etiam ratiocinijs astricti, nisi liberationem obtinuissent. num.24.

18 *Professione regulari professus Religioni incorporatur, atq; de corpore fit Religionis.*

Incorporatio autem fit per legitimum Religionis Superiorem.

Debet verò esse simplicitèr, non conditionalitèr. num.19.

Alioquin cōditione resoluta, & incorporatio resoluitur.

Neq; proficit siuè bona, siuè mala profitentis fides ad professionis validitatem fundandam. num.32.

20 *Contractus, atq; distractus vna, & eadem, atq; par ratio est.*

21 *Distractus antecedētis contractus dissolutio est.*

22 *Quo modo vnumquodque conficitur, eodem distrahitur, atque dissoluitur.*

25 *Administrator quilibet bonorum alienorum rationes reddere tenetur.*

Hoc enim ex natura venit negotij, vt rationes reddat. num.26.

27 *Celare est occultare, non manifestare, non patefacere.*

Etiam ex locis Sacræ Scripturæ elucidatur. num.31.

Quāmuis alioquin differētia agnoscatur inte celare, & non indicare. & celare dicitur qui non indicat. num.31.

28 Text. Vlpiani in l. qui vas 49. §. qui furem. ff. de furtis *perpenditur, & elucidatur. num.30. & 31.*

29 *Furem celare, & non indicare differunt.*

Nam celans furti tenetur.

Non indicans, minimè.

Declaratur. num.30.

33 *Professionis regularis actus ex mala, vel bona profitentis fide quoad se non immutatur.*

34 *Rationes reddere qui tenetur, quāuis publicas, potest illas per procuratores reddere.*

Eodēq; modo, qui syndicatū tenetur reddere.

Rationes reddere res timoris est, atq; formidinis. num.37.

Et Villicus ille Euangelicus rationes reddere timuit, & expauit. num.28.

35 *Syndicatui assistere, illiq; se subijcere reddendæ rationis est species.*

Descenditq; ab illo Redde rationem, &c. *Lucæ 16.3.*

Neq; leui quid æstimandum. num.37.

36 *Iustitiam qui malè administrat, Deum, atquè Diuinam, & humanam ipsam naturam offendit.*

ARGVMENTVM.

Monachos fieri eos, qui criminibus, vel etiam ratiocinijs reddendis astricti sunt, Sixti V. Constitutione est ità interdictum, vt emissa quoquè nulla reddatur professio, possintq; cùm in cognitionē id venerit, iure expelli. Religio Discal-

ceato-

ceatorum S. Mariæ de Monte Carmelo hoc peculiare in suis Constitutionibus à sācta Sede Apostolica approbatis habet statutum, vt si quis criminibus irretitus, vel ratiocinijs reddēdis astrictus in scrutinio de eo ante professionem emittendā, perquirendo, quidquam eorū occultauerit, cęlauerit, non manifestauerit, post quàm in cognitionem id peruenerit, eo ipso expellatur. Quidam eorū ratiocinijs astrictus, professionem emisit, sed cęlauit defectum. in notitiā peruenit Religionis, possit ne iure nunc expelli? Et quid nàm sit ratiocinijs esse astrictum reddēdis? Nùm qui officia publica exercuit, nec syndicatū dedit, ratiocinijs reddēdis obstrictus dicatur? Quiduè sit cęlare? & quid si bona fide non manifestauit, cęlauit, occultauit?

RESPONSIO LI.

1 EXosum semper ab ipso nascentis Ec-
clesiæ initio visum Sāctis est Patri-
bus, rationibus reddendis, (publi-
cis præsertim) obnoxios, vel in Clerum,
vel in Monasterium recipi, nisi rationibus
factis; *Quia, dùm in Ecclesiastico habitu non*
dissimiliter, quàm vixerāt, viuunt, nequaquam
student seculum fugere, sed mutare. Gregorius
inquit Papa in *can. legem* 1. *dist.* 53. addens
aptè satis ad rem nostram. *Quòd si etiam*
tales quoquè Monasterium petunt; suscipiendi
nullo modo sunt, nisi priùs à ratiocinijs publicis
absoluti fuerint. Quia profectò verendum
2 est, *si ante libertatem negotiorum, vel officiorū*
fuerint ordinati, Ecclesia infametur. vt ex Cō-
cilio Carthaginense, in quo Magnus Epi-
scopus Augustinus interfuit. in *cap. vnic.*
de obligat. ad ratiocinia ordinandis, vel non.
Gratus respondit Episcopus; cuius respon-
sionem vniuersum probauit Concilium.
3 Iure proindè quam meritissimo factum
esse conspicitur, vt in sanctissima Religio-
ne Patrum Discalceatorū Sanctæ MARIÆ
de Carmelo, in eorum regulis, quæ à Sancta
Sede Apostolica approbatæ fuere, *part.* 2.
Constitutionum cap. 5. de nouitiorum exa-
mine receptioni præmittendo §. 2. in quo
defectibus notati recipi prohibentur. inter
alia statutum fuerit: *Criminosum, vel de ali-*
quo delicto inquisitum, seù suspectum; rationi-
bus reddendis obnoxium; ęreq; alieno, cui sol-
uendo non sit, grauatum non recipi. Inferens
§. 3. Sed si quis aliquem defectum ex proximè
enumeratis in §. 2. cęlauerit, statim ac scietur,
expellatur, etiam si professionem emiserit. Con-
gregationis quippè animus est, eos, qui prædi-
ctos defectus patiuntur, & cęlant, ad professio-
nem non recipere. Sic Constitutio.

Quidam itaq; homo, qui officia publica exercuerat, (& fortasè, vt consueuere homines mundo dediti) non facta suæ administrationis ratione, nequè syndicatu reddito, ad hanc sanctissimam euolauit Religionem, in qua susceptus, in nouitiatu vixit, & postmodùm expleto anno, professionem emisit, nulla facta memoria se officia publica exercuisse, neq; rationem non dedisse, neq; syndicatui, vt tenebatur astitisse, quod rationē reddere est. cęlat itaq; hos defectus. in Religione quindecim annis perseuerat. Nouissimè diebus istis, vel ipso faciente, vel Diabolo zizaniarum satore, ad notitiam deuenit Religionis, hunc rationibus reddendis obnoxiū, & fortasè criminibus, qui publica officia exercuit. Suo iure vti velle Superiores Religionis protestantur; nec abnuit homo, quin fortasè extimulat. Sunt tamen, qui professionem ritè emissam dicant, illamq; firmam, nec patere nullitati. non posse proindè eijci, vel saltim non posse illum egredi. quod Religioni per professionē validam obstrictus teneatur adhùc. Hoc ipsum propterea causæ statum tribuit: sit ne nulla hominis istius professio, iureq; possit illum Religio eijcere? Nullam professionem fuisse, & esse, iureq; illum Religionem eijcere posse, atq; expellere, respondendum perquisiti censemus.

Firmamus responsionem nō infirmo ar-
4 gumenti axe. Quia profectò: Professio cō-
tractus est vltrò, citròq; obligatorius, quo
profitenti Religio fit obnoxia ad profiten-
tem retinendum, atquè tractandum, alen-
dumq; iuxtà Religionis institutum: & vi-
cissim profitens ad Religioni conuiuendū
iuxtà Religionis regulas. *cap. porrectum* 13.
& cap. ad Apostolicam 16. *de regular. Nauar.*
cons. 26. *nu.* 1. *lib.* 3. *de regular. Decian. cons.* 18.
num. 9. *lib.* 3. *Gerius Spinius cons.* 1. *num.* 5. di-
ximus

ximus *respons.* nostra 54. *num.11.part.3. & respons.36.num.26.& respons.69.nu.1.part.4.*
At nullo pacto Religio se huic homini, qui
impedimentũ cęlauit, obstringere voluit,
neq; intendit, ex supradictis. fuit ergo nul-
5 la professio. Quia claudicauit ex parte
Religionis contractus, quæ decepta in hoc
6 fuit, atq; consequẽtèr non consensit: Quia
errauit. Errantis autem nullus est consen-
sus, ac si præstitus minimè fuisset. *Cùm* (vt
Iulianus scribit) *non consentiant, qui errant.
Quid enim tàm contrarium est cõsensui, quàm
error, qui imperitiam detegit?* Vlpianus lo-
quitur lib.2. de omnibus tribunalibus. in
l. si per errorem 15. ff. de iurisdict. omn. Iudic.
Imperitiam, hoc est ignorantiam. secundũ
Gloss. ibidem verbò *detegit, in fin.* Si etenim
hoc Patres sciuissent eum rationibus red-
rendis obnoxium, non vtiq; recepissent, ne-
què ad professionem admisissent. ignoran-
tèr ergo fecerunt, cùm admiserunt eum
per errorem proindè. non ergo consense-
runt. fuit itaq; nulla professio. argumentũ
hoc ad amussim Gratianus expressit 29.
7 *quæst.1. §. his ita respondetur.* de matrimonio
carnali loquens, vt multò magis eius sede-
re debeat sententia, spirituali in matrimo-
8 nio. *Consensus* (inquiens) *est duorũ, vel plu-
rium sensus in idem. Qui autem errat, nõ sen-
tit: non ergo consentit: id est simul cum alijs
sentit. Hæc autem errauit. non ergo consensit.
non itaq; coniux est appellanda: quia nõ fuit
9 idem consensus vtriusq;, sine quo nullum ma-
trimonium esse potest.* Errauerunt itaq; Pa-
tres, qui impedimentum ignorauere oc-
cultum. non itaq; senserunt, vt hic voluit
homo. non ergo consenserunt. Inualida
proindè professio fuit, quæ à consensu de-
pendet vtriusq;. Est enim contractus vltrò
10 citròq; obligatorius. vt diximus. vtrinq;
videlicet, quia vnus obstringitur alteri. ex
Vlpiani sensu lib.11. ad edictum in *l. Labeò
19. §. contractuum autem. ff. de verbor. signific.*
ibidemq; *Gloss.* verbo *vltrò, citròq;.* vtriusq;
11 propterea perquiritur consensus: quia
contractuum essentia in consensu consistit
vtriusq; contrahẽtis. ex Pomponio lib.36.
ad Quintum Mutium in *l. in omnibus nego-
tijs 56. ff. de actionib. & obligat. l. sicut initio 5.
C. eodem.* & Vlpiano lib.4. ad edictum in
l.1. §. est autem pactio. ff. de pactis. dùm pa-
12 ctionis descriptionem tradens: Est autem
pactio (inquit) duorum, pluriumuè in idẽ
placitum, & cõsensus. placitum, & consen-
sus. id est placitus consensus. *Gloss.* ibidem
exprimit. ex consensu itaq; mutuo contra-
ctus pendet. Pactione equidem inter duos,
pluresuè contractus perficiuntur. est ergo
cõsensus contractuũ substantia, & essentia.
13 Probatur minor. Inde quippè protesta-
ta se Religio in Constitutionibus fuit: *Si
quis aliquem defectum ex proximè enumeratis
in §.2. cęlauerit; statim ac scietur, expellatur;
etiam si professionem emiserit. Congregationis
quippè animus est, eos, qui prædictos defectus
patiuntur, & cęlant, ad professionem non reci-
pere.* Quia nimirùm non intendit Religio
se obligare ei, qui defectus enumeratos pa-
titur, & cęlat, neq; eiusdem obligationem
per professionem admittere, recipereque.
Vult enim eos, qui profitẽtur, ab omnibus
prorsus similibus enumeratis defectibus
d. §.2. omninò exemptos, ac liberos esse, ne
per illos Religioni infamia inuratur: Quẽ-
14 admodùm ex Concilio Toletano quarto,
relato in *can. quicunq; 5. distinct.54* nec re-
cipi ad clericatum eos decretum fuerat,
qui serui fuerant, & manumissi, sed retento
obsequio patronis præstando. Rationem
reddit: *Pro eo* (inquiens) *quod adhuc patro-
ni seruitute tenentur obnoxij, nullatenùs sunt
ad Ecclesiasticũ ordinem promouendi: ne quan-
do voluerint eorum domini, fiant ex Clericis
serui.* Ne itaquè post quàm monachi facti
sunt, ad omissas reddendas rationes iterũ
pertrahantur, qui in Religione per profes-
sionem Deo nomen dederunt; propterea
Religio se nolle recipere illos protestatur;
animumq; suum aperit. ne quando volue-
rint eorum creditores, ad reddẽdas ratio-
nes pertrahantur, & fiant ex Monachis liti-
gantes. At homo iste tunc quando profes-
sionem emisit, erat adhùc rationibus red-
dendis obnoxius, quia Iudicis, vel Guber-
natoris laycalis officia exercuerat, & cęla-
15 uit, nec manifestauit. Non itaq; eum rece-
pit Religio, neq; eius professionẽ, nisi ma-
terialitèr admisit tantùm, & recepit, non
formalitèr. Nulla proindè ex vtriusq; par-
te professio fuit emissa.
16 Ex parte Religionis, quia noluit se eidẽ,
nisi conditionalitèr, obstringere; quatenùs
.s. si defectus aliquis occultus detegere-
tur, liceret eidem eum dimittere, expelle-
reuè. *Nauar. d. cons.26. nu.1. & cons.48. lib.3.
de regular.* Ex parte verò profitentis; quia
nòn alitèr eiusdem obligationem per pro-
fessionẽ admittere Religio voluit, nisi ser-
uata regula, & si aliquis ex enumeratis de-
tegeretur defectibus, posset eum expellere.
& ita ipse Religioni consensum præstitit,
seq; eidem obstrinxit. sine itaq; vtriusquè
consensu professio fuit hominis istius; &
Religionis, & ipsius. sine verò cõsensu pro-
fessio nulla formalitèr tenet: Quia consen-
17 su perficitur matrimonium spirituale,
sicuti sine consensu vtriusq; coniugis ma-
trimonium quoq; carnale nullum est. vt di-
ximus. firmatq; Nicolaus Papa in *cap.2. de
desponsat. impuber.* & Alexander III. in *cap.
cùm locum 14. de sponsalib.* Nicolaus quoq;
Papa à Gratiano relatus in *can. sufficiat 2.
27. quæst.2.* Sanctusq; Ioannes Chrysosto-
mus in *can. matrimonium 1. eadem causa,
& quæst.*

& quæst. & ex Prophanis Vlpianus lib. 24. ad Sabinum in *l. nuptias 31. ff. de regul. iur. Nauar. d. consf. 26. num. 1. de regularib.* deduximus *respons.* nostra 94. *num.* 25. *part.* 4.

18 Accedit, quòd per professionem incorporatur Religioni professus, atquè de corpore fit Religioni. Incorporatio autem hæc per legitimum loci superiorem fit, qui potestatem incorporandi habeat. Cùm enim profitentis legitimam admittit in eius manibus emissam professionem, tunc Religioni eum incorporat, & fit contractus vltrò, citroq; obligatorius, quo profitens Religioni, & Religio profitenti obstringitur. *d. cap. porrectum 13. cap. sicuti tenor 15. & cap. ad Apostolicam 16. de regular. Gloss. 1. in cap. fin. eod. tit. in 6. & cap. 1. & 2. eod. lib. in 6. Nauar. d. consf. 26. num. 1. & consf. 38. nu 1. & consf. 40. n. 2. de regular.* & in *commentar. 4. de regular. in can. non dicatis. nu. 74. Ioan. Azor. Institut. moral. part. 1. lib. 12. c. 5. quæst. 3.* alios retulimus Nos *d. respons.* nostra
19 *69. num. 3. part. 4.* Incorporatio autem hæc Religioni hominis istius, conditionalitèr, non simplicitèr, facta fuit; quatenus scilicet nullū in posterum detegeretur impedimentum ex illis, quæ supra enumerauimus. Detectum verò fuit hoc impedimētum, cum primū apparuit rationibus reddendis ob administrata officia publica hunc esse obnoxium. Statim proinde cessauit incorporatio. vt sicuti ex parte Religionis incorporatio nulla fuit; quia ad tēpus tantummodò perdurauit; pari quoq; modo & ex profitētis parte cessauit, & nulla fuit; quia par, & vnus vtriusq; fuit consensus, & par, & vnus vtriusq; fuit contractus, vt sicuti vnius ex parte (Religionis videlicet) rescissus fuit, ita pariq; modo ex
20 parte profitentis. Par equidem, atq; vna
21 ratio contractus est, atquè distractus, qui antecedentis contractus dissolutio est: vt sicuti ille consensu firmatur, sic & iste dissoluatur consensu. ex Neratio lib. 3. membranarum in *l. ab emptione 59. ff. de pactis.*
22 Quo enim modo vnumquodq; cōficitur, eodem distrahitur, dissoluiturq; . ex *l. si tu* *ue 2. C. si aduersus donationem. Authent. contra qui propriam. C. de non numer. pecun. l. c. & 2. C. quando liceat ab emptione discedere.* & ex Vlpiano lib. 51. ad Sabinum in *l. nihil tam naturale 36. ff. de regul. iur.* & Pomponio lib. 4. ad Quintum Mutium in *l. prout quisq; contractus 80. ff. de solutionib.* Dictum fuit in Rota *in Vlixbonen nullitatis professionis 17. Maij 1641.* coràm *Carrillo. §. quoniam licet. in fin.* impressa per *Dianam ad calcem 6. par. suarum resolut. fol. mihi 223.* diximusq;, atq; perpēdimus *respons.* nostra 51. *nu. 22. par. 4.* ex ratione, quam *Nauar. d. consf. 26. num. 1. cir. fin.* refert: Quia deficiente causa, regularitèr effectus deficit. Idemq; *d. consf. 48. eodem tit.* Nulla ergo, tàm ex parte Religionis, quàm etiam profitentis, emissa hominis istius professio fuit.

23 Duo quippè per Constitutionē perquiruntur, vt professio nulla, atq; in hac re inualida, & pro nō facta habeatur, ita vt possit professus è Religione mitti, atq; expelli. Vnum quidem, vt aliquis intercedat defectus ex ijs, quæ *d. cap. 5. §. 2.* enumerantur. Alterū verò, vt hic defectus ab eo, qui professurus est, celetur. Duo hæc si intercesserint, quàmnis professio subsecuta fuerit, statim ac postmodùm scietur, qui sic professus est, & defectum celauit, expelli poterit, quin debebit. Præceptiuis etenim verbis Constitutio loquitur: *Statim ac scietur, expellatur*: etiam si professionem emiserit.

Hæc autē duo in hoc facto interuenere. poterit, indè & securè expelli, quin expellendus erit. *expellatur.* Cōstitutio præcipit.

Et quidem, quòd defectus intercesserit, quòd hic homo erat tunc rationibus reddendis obnoxius, patet: Quia publica
24 exercuit officia. *Siue enim procurator quis fuerit, siuè actor, siuè executor, seù curator pupillorum, antequàm onera deposuerint, & rationes reddiderint, ordinari minimè debent, neque ad clericatum assumi. Si enim ante libertatem negotiorum, vel officiorum fuerint ordinati, Ecclesia infamatur.* Gratus dixit Episcopus in Concilio Carthaginen. in *d. cap. vnic. de obligatis ad ratiocinia ordinandis, vel non.* Non ergo melioris conditionis esse debebit hic, quin ad rationes reddendum
25 teneatur, quàm alij omnes sunt, qui aliena administrauere, & rationes reddere nihilominus tenētur. Absolutum porrò illud est, quod in Euāgelio *Lucæ 16. 3.* Dñus iniquitatis Villico, qui aliena malè administrauerat, dixit: *Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ: iàm enim non poteris*
26 *villicare.* Ex natura quippè venit negotij, vt qui res, negotiaq; gerit aliena, eaq;, quæ vel publica, vel priuata sunt, administrat: siuè negotiorum sit gestor, siuè procurator, vel quiuis alius, rationem reddere teneatur. ex Caio lib. 3. ad edictum prouinciale in *l. si quis absenti 2. §. & si sanè. in fin. ff. de negot. gest.* & Vlpiano lib. 31. ad edictum in *l. idemque, & in fundo 10 §. si ex fundo, & §. si mandauero. ff. mandati.* & lib. 3. ad edictum in *l. quædā sunt personæ 9. & l. argentarius 10. ff. de edendo. l. ex mandato 20. ff. mandati. Rota Genua* apud *Marc. Ant. Bellon. decis. 116. n. 1. & decis. 191. nu. 4. & 5. Rota* apud *Coccinum decis. 361. nu. 1. & seq.* & apud *Card. Caualer. decis. 412. num. 2. & decis. 647. nu. 4.* diximus *respons.* nostra 62. *num. 33. 34. & 35. part. 4.* Reddere itaq; administrationis suę, & officiorum, quæ exercuerat, rationem tenebatur, nec diffugere ex natura ipsa iàm gesti poterat negotij.

Hoc

Hoc verò ipse cęlauit, non manifestauit, occultè: incidit proindè in cęlantis,(non 27 manifestantis vtiq;) pœnam. Cęlare nempè, occulere est, non manifestare, non patefacere. Vlpianum lib. 28. ad Sabinum in *l. 1. §. venditor. ff. de actionibus empti, & venditi*. dicti huius Doctorem excipe: *Venditor* (inquit ipse) *si cum sciret deberi seruitutem, cęlauit, non euadet ex empto actionem, si modo eam rem emptor ignorauit. Omnia enim, quæ contra bonam fidem fiunt; veniunt in empti actionem. Sed scire venditorem, & celare, sic accipimus, non solùm si non admonuit; sed & si negauit seruitutem istam deberi, cum esset ab eo quæsitum.* Cęlare ergo, non manifestare est, non propalare, negare id, quod aperiendū erat. docet quoq; hoc Modestinus lib. 17. responsorum in *l. eum, qui 5. ff. ad leg. Flauiā de plagiarijs*. verba damus eius: *Eum, qui fugitiuum alienum* (loquitur) *suscepisse, & cęlasse doceatur, ex eo quod proprietatis quæstionem referret, crimen, si probetur, euitare minimè potest.* & cęlasse, hoc est occultasse, quia velandi causa fecit. *Gloss.* ibidem verbo *minimè*. aduertit. Cęlare igitur occultare est. Quemadmodùm & apud Vlpianum lib. 3. ad Sabinum in *l. qui testamentum 2. ff. ad legem Corneliam de falsis*. cęlare, pro occultare, accipitur. *Qui testamentum amouerit, cęlauerit, rupuerit, &c.* cęlauerit, occultauerit scilicet, ex contextu patet. & ex Honorio III. in *cap. venerabilis frater 11. aliàs fin. de testib. cogend. extra*. illis sanè verbis: *Nihilominus in detrimentum eius, dantes eis quandam pecuniæ quantitatē, & ad hæc cęlanda se astringentes vinculo iuramenti*. cęlanda, hoc est occultanda. Cęlare igitur occultare est, ac non manifestare, non indicare, non palàm facere.

28 Decipiuntur proindè, & à veritate toto abertant cœlo Aduersarij, cùm ex Vlpiano lib. 42. ad Sabinum in *l qui vas 49. §. qui furem. ff. de furtis*. voluere, non cœlasse hunc hominem, ex quo non indicauit se propter officia publica, quæ gessit, rationibus obnoxiū fuisse. *Multum enim interest* (inquiunt ipsi) *inter non indicare, & cęlare*. Sed non vniuersim, & in genere, ac strictim in facto, de quo loquebatur Vlpianus. verba damus, vt apertus eorum, quæ dicimus, fiat sensus.

29 *Qui furem nouit* (Vlpianus fatur) *siuè indicet eum, siuè non indicet, fur non est: Cùm multum intersit, furem quis cęlet, an non indicet*. rationem reddit: *Qui nouit, furti non tenetur, qui cęlat, hoc ipso tenetur*. Quia (dica-30 mus nos) cęlando furem, (occultando scilicet) furto patrocinium ferre videtur, & particeps fieri furti. non æquè verò, qui nō indicauit; non propter hoc enim furti particeps videtur. Cùm indicare nō tenetur. Occultare verò per actum positiuum, non vtiq; debebat. iure proindè meritò vti particeps, furti tenetur. Errauere itaq; nostri Aduersarij. ex Vlpiano vniuersim volentes multum inter se differre, cęlare, & non indicare, cùm cęlare dicatur, qui nō indicat.

31 Ionatam audi Amicū Dauid 1. *Reg.* 20. 2. sic enim ad Dauidem loquitur: *Absit, non morieris: neq; enim faciet pater meus quidquā grande, vel paruum, nisi prius iudicauerit mihi: hunc ergo cęlauit me pater meus sermonē tantummodò? nequaquàm erit istud*. Cęlat igitur qui nō indicat. manifestumq; fit id ex subsequentibus Dauid verbis: *Scit professò pater tuus, quia inueni gratiam in oculis tuis, & dicet: nesciat hoc Ionatas, nè fortè tristetur*. Idcircò enim cęlauit Ionatam Saul, vt nesciret. nec contristaretur. Cęlare ergo, est occultare, ne sciatur.

In illo ergo casu peculiari Vlpiani, sicuti indicare nō tenebatur, ita pariq; rōne cęlare, hoc est occultare nō poterat, ni furti teneretur. Cęlauit igitur, quia occultauit, & non indicauit defectum, quo tenebatur hic homo, reddendi rationes administratorū publicorum officiorum. incidit proindè in casum Constitutionis, vt ob nullitatem professionis expellatur.

32 Nihil verò ad rem, quòd ipse in bona fide fuisse videatur. Cùm sat, superq; fuerit ad nullitatem emissæ professionis, se defectum illum: (rationibus reddendis obnoxium fuisse) cęlasse, & non indicasse. Hoc vnum nempè perpendit Constitutio; non 33 verò vel bonam, vel malam fidem. Neque porrò ex malo, vel bono fine, quem profitens habet; professionis actus immutatur in substātia. vt ex *Lezana in sum. par. 4. verbo transeuntes regulares. num. 2. & Bonatius de clausura q. 2. punct. 9 §. 3. difficult. 1. num. 7. Ioan. Azor. d. lib. 12. cap. 5. quæst. 13. par. 1.* diximus *respons.* nostra 52. *num. 6. & 7. part. 4.*

34 In hoc verò, ideò est, quòd sit professio nulla ex sola cęlatione defectus, quia Religio non consensit, neq; professionem formaliter acceptauit, neq; professo obligare se intendit, neque vicissim eius admittere obligationem, neq; eum Religioni incorporare: quod nullo modò à bona, vel mala profitentis fide dependet; quando cęlauit; cùm sat fuerit cęlasse. Ab initio enim sic Religio contraxit; non admittere videlicet huius professionem, nisi sub illa conditione; si deregatur defectus, ex enumeratis, quem cęlauerit, vt statim expellatur. detectus fuit. expellatur oportet. Conditio enim sub qua recepta professio fuit id operatur, vt in superioribus diximus. Est igitur nulla professio, quia nulla intercessit obligatio, & contractus ab initio defecit, quia eius defecit substantia, vt in superioribus ostendimus. nec Religio aliter contrahere voluit.

35 Neque facit obstaculum, quòd potuerit homo

homo iste per procuratores, atq; etiam
fideiussores syndicatui assistere, suæq; ad-
ministrarionis publicæ rationes reddere,
vt nostri putauerẽ Aduersarij. ex *Amodeo
Iustino de Castellione tract. de syndicatu. nu.
213. eodem vol.7. tract. fol.346. col.4. Paride
de Puteo, Baldo de Perusio, alijsq;.* validam
proindè inserentes emissam professionem
fuisse.

Hoc enim modũ respicit reddẽdę ratio-
nis. & viderit hoc ipse. Substãtia verò ne-
gotij est, ꝙ ipse tunc temporis rationibus
reddendis erat obnoxius,& hoc cęlauit,nõ
indicauit, occulit, non manifestum fecit.
hoc perquirebat Religio, vt nosset, quem
recipiebat. occultauit, cęlauitq; non con-
sensere proindè patres. fuit propterea pro-
fessio eius inualida. potest idcircò,detecto
iàm impedimento, iurè expelli; quin ex-
pelli debet ex Constitutionibus, vt in su-
perioribus ostendimus.

Equidèm syndicatui assistere; redden-
dæ vtiquè rationis est species; hoc nempè
in syndicatu agitur; videri, atquè discer-
ni, si iustitiam fecerit,vél dolosè se officia-
lis gesserit. Descenditq; ab illo diuino
præcepto (Lucæ 16.3.) *Quid hoc audio de
te? Redde rationem villicationis tuæ*. tradi-
ditq; Innocentius III. in Concilio Gene-
rali in *cap. qualiter, & quando debeat prala-
tus 24. de accusationib. extrà.* concinitq; In-
nocentius IV. in Concilio Lugdunen in
*cáp. cùm æterni tribunal Iudicis 1. de sentent.
& re iudic. in 6.* tationem sanè non incon-
gruam proferens. in fin. *Dignum est enim*
(inquiens) *vt qui tot præsumit offendere,*(Iu-
stitiam videlicet detorquendo) *pœna mul-*
36 *tiplici castigetur.* Nequè potrò vnum iniu-
ria afficit, qui malè iustitiam administrat,
sed (vt *Gloß.* loqnitur ibidem verbo *vt.*)
*Deum, iustitiam, officij debitum, humanam na-
turam: quia contra proximum est corruptus;
& sic nec Deum timet, nec hominem reneretur.*
sic Gloss. sequiturq; *Paris de Puteo de syndi-
catu part.1. post præfationem in princ. num.2.
& seq. tom.7. tractat. fol.mihi* 227. eumq; se-
quitur *Augustin. Dulceti* in *simili tract.nu.2.
& seq. eod.vol.7.tract.fol.*261.Non itaq; leue
37 adeo est, vt nostri putauere Aduersarij,
syndicatui assistere, atq; administratæ iu-
stitiæ rationem reddere. Cui oneri homo
iste quando professionẽ emisit, obnoxius
erat, nec indicauit Patribus. Quando (vt
diximus) etiam villicus ille, qui à Domi-
38 no audiuit: *Quid hoc audio de te? Redde
rationem villicationis tuæ, iàm enim non pote-
ris villicare.*timuit, cepitq; intra se dicere:
*Quid faciam,quia Dominus meus aufert à me
villicationem? fodere non valeo, mendicare
erubesco.* & hic nõ timebit? Quam ob cau-
sam nihil omninò obstaculi est, quòd in
sua depositione respõderit homo hic, *che
non sapeua niente di questo*. quòd eius pro-
fessio nulla fuisset, & proindè non manife-
stauit tunc tale impedimentum; *perche nõ
sapeuo, che impedissero la professione*. Siuè
nempè malitiosè, siuè etiam ex ignoran-
tia, atq; consequentèr bona fide defectum
hunc ipse cęlauerit, non manifestauerit,
occultauerit; non ex hoc tamen remoue-
tur; tunc temporis eum huic oneri ratio-
nis reddendæ administratorum publicorũ
officiorum obnoxium fuisse; nec manife-
39 stasse. Hæc enim duo sunt illa substantia-
lia,quæ Cõstitutio perquirit,vt possit quis,
post quoquè professionem emissam, expel-
li. & quòd rationibus reddendis sit obno-
xius: & quòd in scrutinio ante professio-
nem cęlauerit. vt succedat,quandocunquè
postmodùm scietur, *expellatur*. ex ratione
fundamentali, quam Constitutio refert:
*Congregationis quippè animus est,eos,qui præ-
dictos defectus patiuntur, & cęlant, ad profes-*
40 *sionem non recipere*. Conciuitq; Constitu-
tio Sixti V. quæ incipit: *Cùm de omnibus
Ecclesiasticis ordinibus. §. cęterum quoniam*.
quam refert *Quarania in summa Bullarum*
verbo *Monasteria, & Conuẽtus. fol.mihi* 307.
41 *&* 310. & quòd hæc omnia quãdo ad pro-
fessionem admissus fuit, patefacta eidem
fuere. quod perpendit *Pater Thesaurus in
praxi de pœnis Ecclesiasticis par.2.* verbo *pro-
fessiò cap.3. §.verum est,quod si Religio.* & se-
quitur *Lezana in summa quæstionum regula-
rium part.4.* verbo *professio regularis. nu.*10.
Vtrumq; horum in hac re accidit: & quòd
rationibus reddendis, illisq; publicis, ho-
mo hic obnoxius erat; & quòd occultauit.
Detectum nunc est,& defectus scitur. Iure
ergo expellitur, nè Religio infametur,
quòd obstrictos ad ratiocina reddenda
retineat.

Atquè ita ex his, prudentioris iudicij,
acriorisq; non abiecta lima, respondendũ
censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Lites, dissentionesq; inter homines ex concupi-
scentijs insurgunt.*
Dùm quilibet augere tentat,quod suũ putat.
*Illustratur ex loco Iacobi in epist. cap.4. 1.
num. 2.*
3 *Termini transgrediendi nõ sunt, quibus res fi-
nita inter nos sunt.*
Transgrediens maledicto feritur. num.4.
5 *Iudici sine iurisdictione ius dicere tentanti non
paretur impunè.*
Vndè peccato se inficit, maculatq; sine iuris-

dictione ius dicere in non subiectos tentans. num. 6.

Et potest ei de facto resisti. num. 9.

Tunc nempè vt pars procedit, nō vt Iudex. num. 10.

7 *Ecclesias, seù Capellas alias Religionis Hierosolymitanæ visitare non potest Episcopus, nisi in illis actu animarum cura secularium personarum exercecatur.*

Et quòad sacramenta dumtaxat. & num. 12.

Et tanquàm Apostolicæ Sedis Delegatus.

Ex Pij Papæ V. Constitutione.

Et declarauit Sacra Congregatio. nu. 11.

8 *Iniustè fit quod malè fit.*

13 *Vim repellere vi licet.*

Quod à naturæ principio proficiscitur. n. 14.

15 *Clerici percussio violenta, suadentcq; Diabolo esse debet, vt peccaminosa fit, vt censuris iniiciens innectatur.*

Debet itaq; esse formalis, nō materialis tantùm, & physica. num. 16.

Alioquin sēper esset peccaminosa percussio.

Neq; vllus vnquàm daretur casus, quo percutiens non incidat. num. 17.

Casus tamen plures sunt, in quibus excusatur. num. 18.

Inter eos si vim repellendo fiat. num. 20.

Vel si clericus in habitu non incedat, & tonsura, vt pro Clerico non habeatur.

19 *Excommunicatio ex solo mortali peccato contrahitur.*

21 *Episcopus excommunicatū declarare nō potest Regularem Religionis Hierosolymitanæ, etiam ob canonem si quis suadente.*

Quia priuilegio potiūtur, nè possint excommunicari.

Quod sanè priuilegium omnem amouet ab Episcopis iurisdictionem. num. 22.

23 *Clericum percutiens leui manuum iniectione excommunicatus, potest à solo Episcopo absolui.*

Etiam ex extrauaganti Ioannis 22. nu. 24.

25 *Excommunicatio nulla redditur ex defectu citationis, & num. 27.*

26 *Citatio vt quis excommunicari valeat, præcipitosa esse non debet, sed trina, & aliquorū dierum spatio distincta.*

Vel vna pro tribus. num. 28.

Quæ Canonica dicitur citatio, seù monitio.

Citationis defectus insanabilis dicitur, quia tollit defensionem. num. 30.

29 *Excommunicationis sententia si plus contineat, quàm in citatione dictum sit, nulla æstimatur.*

Quia citationis causa in ipsa citatione inseri debet.

Vt se tueri valeat citatus.



ARGVMENTVM.

Possit ne Episcopus Capellas, & Beneficia visitare, quæ intus Bailiuatus Religionis Hierosolymitanæ sunt; quàmuis in illis secularium personarū nulla exerceatur animarum cura? Quid verò si de facto velit procedere, nùm ei non pareatur impune? Et nùm possit Episcopus incurrisse declarare Regularem, ob excomunicationem à Canone inflictam? Et nùm Regularem Religionis prædictæ Hierosolymitanæ? Et quibus ex causis in *Canone si quis suadente Diabolo* **29. 17. *quæst.* 4.** incidisse quis non dicatur? Quiduè sit manus violentas suadente Diabolo in Clericum, seù Monachū iniicere? Quæ verò citatio requiratur, vt declarari quis iure possit?

RESPONSIO LII.

1 Hinc lites, hinc dissentiones inter homines, ex concupiscentijs nostris, dùm quilibet augere tentat, quod suum putat. Sic sanè hoc affabrè, hoc sanctè, hoc diuinè explicat S. Iacobus Apostolus in sua canonica epistola *cap. 4.*
2 dùm sic interrogat, sic loquitur: *Vnde bella, & lites in vobis? non ne hinc? ex concupiscentijs vestris, quæ militant in membris vestris? Concupiscitis, & non habetis: occiditis, & zelatis: & non potestis adipisci: litigatis, & belligeratis, & non habetis, propter quod nō postulatis. Petitis, & nō accipitis: eo quòd malè petatis, vt in concupiscentijs vestris insumatis.* Propter hanc causam, ne vnus, quod alterius est occuparet, præceperat Deus *Deuter.* 19. 14. non esse transgrediēdos ter-
3 minos iàm positos: *Non assumes,* (inquiēs) *& transferes terminos proximi tui, quos fixerunt*

runt priores in possessione tua, pariq; modo Deutor.27.17. repetijt: Ne transgrediaris (imperando) terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. & Prouerbioru 22.28. quod trăslatu fuit in can. nullus alterius 1. in fin.9.q.2.
4 adeò quidem vt maledicto feriatur, qui transfert terminos proximi sui. Deutor. 27.17. in can. in legibus seculi 10.12.quæst.2. Terminos itaque transgressus est, quos Patres nostri (Summi videlicet Romani Pontifices) in iurisdictionis exercitio Episcopis posuere, Illustrissimus Episcopus dum Oratorium sub inuocatione Săcti Ioannis Decollati in Cohorti extructu Bailiuatus Illustrissimæ Religionis Săcti Ioannis Hierosolymitani in Ciuitate Venusij sub inuocatione Sanctissimæ, & Indiuiduæ Trinitatis existentis, sine cura animarum, visitare tentauit. Sine iurisdictione propterea processit. Attentauit proinde. vt iure
5 ei sine iurisdictione ius dicere tentanti, impuneq; paritum non fuerit. ex Bonifacij VIII. sanctione in cap. 2. in fin de constitut. in 6 nec abnuit Paulus Iurecconsultus lib.1. ad edictum in l fin. ff. de iurisdict.omn.Iudic.
6 Quin ipse peccato se inficit sine iurisdictione in non subiectos per vim quoq; ius dicere volens. ex S.Thoma. ibidemq; Caietano 2.2.quæst.88.art.12. sequiturq; Nauar. in manual. cap.12.num.71.vers.quia habes. & cons.77. num.2. lib.3.de regular. diximus respons.nostra 78.num.5.& num.71.par.3. Ter-
7 minos verò finxit Pius Papa V. Constitutione sua anno 1571. Pontificatus autem sui anno 6. quæ incipit: Exposcit Pastoralis officij, &c. quibus se continere Episcopi deberent: vt illas Ecclesias dumtaxat visitare possent Religionis Sancti Ioannis Hierosolymitani, quibus cura animarum secularium personarum annexa est. Hoc autem quoad Sacramentoru administrationem dumtaxat, & vt tanquàm Sanctæ Sedis Apostolicæ Delegati procederent, non alias. Oratorio autem Sancti Ioannis Decollati præfato nulla cura imminet animarum. non subest proinde Episcopi iurisdictioni, vt ab eo, tanquàm Sedis Apostolicæ Delegato visitari possit. Attentauit propterea cùm id tĕtare voluit, quod sibi Piana Constitutione inhibitum erat. malè er-
8 go fecit. ergo iniustè. argumento text. ex Augustino petito in can. quid dicam 11. 14.
9 quæst. 4. Potuit propterea de facto quoque eidem resisti, quia nimirùm hoc attentando grauabat, ius lædĕs alterius. notat Gloss. ex illo text. in cap. ex litteris Patriarcha 29. in fin. verbo denuncietis irritam. de offic. Iud. deleg. diximus alios perpendentes, referentesq; respons. nostra 40. num.12.& 13.par.3.
10 Tunc nempè vt pars procedere dicitur, nõ vt Iudex. argumento text. in l fin. C. si per vim, vel alio modo. & l.fin. C. comminationes, epistolas, pragmaticas. Rota part.1. diuersor. decis. 802. num.7. vers. quia pro responsione. & part.2. in recentiorib. decis.270.nu.2.& par 2. decis.147.num.4. & apud Coccinum decis.97. num.1.& apud Card.Caualer. decis.171.nu.8.
11 & hoc ipsu in terminis dictæ Pianæ Constitutionis declarauerat Sacra Cŏgregatio dicens: Ecclesiæ Militum Hierosolymitanorum sunt exemptæ priuilegijs Summi Pontificis à Visitatione Episcoporum, præterquàm si fuerint curatæ. vti refert eam Barbosa in collectan. ad Sacrum Concilium sess. 7. cap. 9. nu. 21. in impressis nouissimè Venetijs anno 1643. & sess.21.cap.8.num.7 & in collect. Bullarij verbo Milites Sancti Ioannis Hierosolymitani 7. vers illorum parochiales & vers. à visitatione Episcoporum fo.mihi 453.in im-
12 pressis Lugduni. Ita tamen, vt illa dumtaxat visitent, quæ animarum curam, illiusq; exercitium, & Sacramentorum administrationem respiciunt. Vim itaq; intulit Illustrissimus Episcopus. licuit ergo excedentem illum repellere, atq; vim retundere vi.
13 Nàm iure hoc euenit, vt quod quisquè ob tutelam sui fecerit, iure fecisse æstimetur. Florentinus docet lib.1. institutionum in l.vt vim 3. ff. de iustit. & iure. cap. significasti 18. § fin. ibidemq; Gloss. verbo vim vi. & verbo moderamine.de homic. A naturę quip-
14 pè dictamine proficiscitur, violentiæ per vim repulsio. vt ex Isidorio in libris etymologiarum lib.5. cap. 4. deducit Gratianus in can. ius naturale 7 dist. 1. Propellit proinde Frater Ioănes Baptista de Rubeis Miles professus, Sacræ Hierosolymitanæ Religionis sibi à Clerico Iosepho Iosia substituto Fiscali Curię Episcopalis Venusij illatam violentiam ad sui propterea defensionem id fecit. (quatenus verum sit illum in dictu Iosephum manus injecisse.) non itaq; iniuriosè, neq; Diabolo suadente, vt malè putauit Episcopalis Curia. in
15 nullam, propter hanc rem, censură dedit. Violenta quippè, atque iniuriosa, ac suadente Diabolò iniuria esse debebit, manuumq; injectio, vt in sententiam quis incidat excommunicationis, ex canone ab Innocentio II. in Concilio Lateranensi promulgata. & à Gratiano relata in can. si quis suadente Diabolo 29. 17.quæst.4. Non
16 equidem ipsa sola materialis manuum in Clericum, vel Monachum injectio ibi perpenditur, sed materialis, ac physica simul, & formalis. Si quis suadente Diabolo (Innocentius inquit) huius sacrilegij reatu incurrerit, quòd in Clericum, vel Monachum violentas manus injecerit, anathematis vinculo
17 subiaceat. Equidem si ipsa nuda, & physica, siuè materialis manuum injectio perpenderetur, neq; formalis quoq;, quæ in violentia, atq; Diaboli suasione consistit, vt iniuriosè fiat: nullus omninò esset ca-

sus, qui manuum illam injectionem excu-
18 saret. At plures sunt casus, quibus etiam
per manuum iujectionem in Clericum, vel
Monachum, censura quis pręfata non liga-
tur, vtputà si ioco fiat, vel ad correctionem,
veluti si Magister Clericũ non addiscentẽ
percutiat; vel cùm quis hostiarius ratione
officij, Clericum, vel Monachum propellit
arcendo. vel si defendendo se ipsum, seq;
tuendo percutiat. vel si cum vxore, matre,
sorore, filia turpitèr agendo vel Monachũ,
vel Clericum quis offenderit. quos casus
Glossa enumerat ibidem verbo *violentas*. nõ
itaq; ipsa sola materialis injectio perpen-
ditur, sed formalis insimul & materialis, vt
scilicet facto percutiatur Clericus, & vio-
lentèr, suadenteq; Diabolo, vt peccamino-
19 sa scilicet mortalitèr, percussio accedat.
nàm solo mortali peccato excommunica-
tio contrahitur. ex Meldensi Concilio cap.
56. in *can. nemo Episcoporum* 41. 11. *quæst*. 3.
& perpendit *Nauar*. post alios *in man. c*. 27.
nu. 76 *& seq. & num*. 80. *Card. Tolet. instruct.
sacerdotal. lib*. 1. *cap*. 31. *num*. 3. *&* 4. *& seq.
Caiet. in sum*. verbo *excommunicatio. cap*. 10.
*Frater Hieronimus Gliamas in instruct. confess.
part*. 1. *cap*. 8. §. 1. & ex *Portello in dub. regular*.
verbo *excommunicatio. num*. 11. sequitur *Dia-
na par*. 5. *tract*. 5. *de paruitate materia resol* 65.
concinit *text. in cap. si verò* 3. §. *si verò*. *&
cap. ex tenore* 10. *in fin*. ibi: nisi se defenden-
do. *de sentent. excommun. Marius Alterius
tom*. 1. *de censur. de excommun. Bulla Cœna.
disput*. 13. *lib*. 5. *cap*. 1. *fol*. 645. *col*. 1. *in fin. lit. E.
Marius Antonin. variarum lib*. 3. *resolut*. 11.
nu. 1. *&* 2. *Sayrus in thesauro de censur. lib*. 3.
cap. 26. *&* 33. *ad fin. vsque*. *& cap*. 27. casus
enumerans, in quibus ob percussionem in
Clericum, materialẽ quidèm, non verò for-
malem, excommunicatio nõ contrahatur.
plura cumulat *Pater Alphonsus de Leone de
censur. recollect*. 5. *num*. 294. *cum seqq. fol. mihi*
440. *Pater Francisc. Pellizzar*. è Societate
IESV *in manual. regular. tom*. 2. *tract*. 7. *cap*. 1.
quæst. 8 *n*. 58. *& tract*. 8. *cap*. 6. *quæst*. 17. *n*. 168.
20 *ad nu*. 172. Quatenùs itaq; in Clericum il-
lum Iosephum, qui violentiam inferebat,
D. Ioannes Baptista vim repellendo manus
injecisset, illa tamen neq; iniuriosa, nequè
suadente Diabolo, neq; propterea pecca-
minosa mortalitèr fuit. in nullam propte-
reà censuram dedit. malè proindè incidis-
se declaratum fuit, qui vim repellendo vi,
non inciderat.
21 Quàmuis verò incidisset; nequè poterat
illum Episcopus, multòq; minus eius Vi-
carius, nequè eum citare, cùm actus hic sit
iurisdictionis, quã in Regulares exemptos
minimè obtinet, multòq; minus in hos Re-
gulares Religionis Hierosolymitanæ, quæ
priuilegijs fulcitur, vt eius Regulares, neq;
excommunicari, neq; suspendi, neq; inter-
dici valeant; si verò de facto excommuni-
centur, sit sententia nulla, ipsoq; iure inua-
lida. Manifestam assertionem hanc nostrã
facimus ex Innocentij IV. dispositione in
Concilio Generali Lugdunen in *cap. volen-
tes* 1. §. *in eos autem. de priuileg. in* 6. sequen-
tibus nempè Innocentius mentem suam in
palàm facit: *In eos autem*, (inquiens) *qui-
bus ne interdici, suspendi, vel excommunicari à
quoquam valeant, à Sede Apostolica est indul-
tum: sicut sunt Religiosi quamplures, in quorũ
priuilegijs continetur, ne quisquam Episcopus,
vel Archiepiscopus Monasteriorum suorũ Mo-
nachos pro vlla causa, vllonè loco interdicere,
suspendere, vel excommunicare pręsumat: ijdem
Ordinarij iurisdictionem suam quantùm ad ista,
vbicunq; illi fuerint, penitùs exercere non pos-
sunt*. sic Innocentius.

Sine iurisdictione propterea Vicarius
processit D. Fratrem Ioannem Baptistam
incidisse declarando. ergo nullitèr. Nulla
proindè ille censura tenetur: & quòd in
illam non dedit, vt in superioribus proba-
uimus; & quòd, quatenùs dedisset, quòd in-
ficias apertè imus, à Vicario Episcopi Ve-
nusini declarari haud potuit. quam senten-
tiam apertè sequitur *Nauar. cons*. 2. *num*. 2.
lib. 5. *de sentent. excommun*. latè deducit *San-
chez de matrim. lib*. 7. *disput*. 33. *num* 23. & in
summa moral. tom. 2. *lib*. 6. *cap*. 1. *num*. 14. *Por-
tell. ad dubia regularia in additionib*. verbo
Episcopus nu. 5. *Loritus de Franchis* postmo-
dùm Episcopus Capritanus, & deindè Mi-
noren *de controuers. inter Episcopos, & Regu-
lares quæst*. 7. *fol*. 319. *Barbosa ad Sacrum Tri-
dentinum in collectan. sess*. 25. *cap*. 14. *de regu-
larib. num*. 10. qui etiam, vt morale est ei,
alios quoq; refert. ipsemet *Barbosa in colle-
ctanea Bullarij* verbo *Eques Hierosolymita-
22 nus*. §. 3. *fol*. 335. Quia nimirùm priuilegia
omnem amouent ab Episcopis facultatem
aduersus regulares, ita exemptos, proce-
dendi. Quicquid igitur fecerint sine iuris-
dictione erit, ac consequentèr nullum, in-
ualidumq;.

Verùm (fac illum in excommunicatio-
nem canonis dedisse, illumq; ab Ordinario
declarari potuisse, vt non potuisse osten-
dimus,) neq; tamen censura reseruata fuis-
set, vt perperàm Vicarius declarauit. vt
23 enim supponitur manuum illa fuit inje-
ctio, arcendo Cursorem, siue substitutum
Fiscalem; non igitur grauis. non itaq; re-
seruata. ex Clementis III. responsione in
cap. peruenit 17. *de sentent. excommun*. & ex-
trauagãti *Perlectis*, quę Ioanni XXII. ascri-
bitur, quam refert *Nauar. in man. d. cap*. 27.
24 *num*. 91. qua inter cætera habetur: *percussio-
nem manu, pede, vel etiam baculo factam, mo-
do carnium suggillationem nõ efficiat, vel den-
tium effractionem secum non trahat, nequè san-
guinis effusionẽ pariat, leuem æstimari; posseq;
ab Epi-*

ab Episcopo, qui in illã incidit, solui. his Ioannes XXII. Nauar. loco paulò ante relato d. cap.27.num.91. & 92. Cardin. Tolet. d. lib.1. cap.32. num.2. & 3. Marius Antonin. variar. lib.3.d.resolut.11.num.16. Marius Alterius de censur.d.lib 5.disput.13.cap.1.fol.645. Sayrus d.lib.3.cap.28.num.8. & seq. & num.31. plenè Pellizzar. in man.regular.tom.2.tract.8.cap.6. sect.3.q.26.nu.185. & nu.187.cum seq. Barbosa de offic. Episc. part.3.allegat.41.num.2.& seq.

Preterquàm quòd quàmuis iurisdictionem Vicarius, siue Illustrissimus Episcopus declarandi illum obtinuisset, fuisset nihilo-
25 minùs nulla declaratio ob defectum citationis. Nimis quippè animosa fuit citatio cum termino horarum sex, atq; propterea præcipitosa, neq; casus talis erat, vt tantam
26 perquireret properationē (præcipitationem dixeris) debebât proindè aliquorum dierum competentia interualla assignari, saltim trium, vt citandus ad respondendũ se parare valuisset, atq; peritos consulere, vt disposuit Gregorius X. in Concilio Generali Lugdunen in cap. constitutionem 9. §. statuimus, de sentent. excommun. lib.6. ibidemq; Gloss. verbo competentia. & verbo vna pro omnibus. & Alexander III. in Concilio Lateranen in cap. reprehēsibilis 26. de appellationib. extra. sic in principio statuēs: Præsenti decreto statuimus, vt nec Prælati (nisi canonica commonitione præmissa) suspēsionis, vel excommunicationis sententiam proferant in subiectos. &c. Canonica commonitione, trina scilicet. illa enim dicitur canonica. Gloss. ibidem commentum agit. & Gloss. in cap. statuimus 3. §. fin. verbo monitionem canonicam. eod. tit. in 6. Geminian. & Anchar. d. cap. constitutionem, ibidemq; Barbosa, Bellettus Episcopus Hieracen disquisitionis clericalis. tit. de fauore clericorum canonis. §.4. num.39. fol. 199. in minori impressione, Pellizzar. d. tom.2. tract.7. cap.1. quæst.19. nu.79. & nu.81.

27 Nulla proindè fuit, ex hoc etiam capite declaratio prædicta, non dato competenti termino ad comparendum. ex eodē Gregorio X. in cap. statutum 13. in fin. de sent. excommun. in 6. illis sanè, nec vulgaribus verbis: Decernentes easdem sententias (excōmunicationis videlicet, suspensionis, & interdicti, de quibus loquebatur) non tenere aliter promulgatas. Cōmentumq; agit Gloss. ibidē verbo aliter. dicens: Scilicet non præmissa canonica monitione, & nominatim. Ca-
28 nonica autem monitio dicitur, quæ trina est, vel vna pro tribus cum aliquorum dierum cōpetentibus interuallis. vt ex d. text. in cap. constitutionem 9. §. statuimus. non longè antè deduximus.

29 Ni etiam & aliam addideris nullitatem, quòd citatus ad dicendum causam, quare non debebat declarari incurrisse in canonem si quis suadente Diabolo. &c. In cedulonibus tamen fuit declaratus, ob vsurpatam iurisdictionem ordinariam, & manus violentas injectas in personam Clerici Ioannis Iosiæ substituti fiscalis. Addidit proindè nouam causam in cedulonibus in citatione non insertam. Quòad hanc partē igitur sine citatione processit. Debebat quippè inseri causa, ob quam in iudicium vocabatur, vt se tueri posset. ex Clemente Quinto in Concilio Viennen in clem. cum lite pendente 2. aliàs fin. vt lite pendente. sic enim ille in fin. Dùm tamen in citatione prædicta talia sint expressa; per quæ plenè possit instrui, super quibus in iudicio conuenitur. ibiq; Gloss. & Card. num 4. in 3. notab. & D. Ægidius Fuscarius in ordine iudiciario in foro Ecclesiastico fol.6. tit. qualitèr literæ citationum. &c. ex Felin. in cap. super literis 20. nu. 12. in fin. in 1. limit. de rescript. quem sequitur Quintilian. Mandos de monitorys. quæst 27. num.4. tom.3. part.2. tractatuum. nec in tenebris venatur ex Innocentio III. in Concilio Generali in cap. sacro 48. de sentent. excommun. extra. illis verbis, quibus Iudices monet: Caueant diligentèr (inquiens) ne ad excommunicationem cuiusquam absq; manifesta, & rationabili causa procedant. est ergo exprimenda causa, ob quã quis ad iudiciũ vt censuris feriatur, interpellatur. quod notat non inconcinnè Gloss. ibidem verbo caueat etiam. & dilucidiùs ex Innocentio IV. in Concilio Lugdunen in cap. cũ medicina 1. § quisq; igitur. de sentent. excommun. in 6. qui talibus imperat. Quisquis igitur excommunicat, excommunicationem in scriptis proferat, & causam excommunicationis expressè conscribat, propter quam excommunicatio proferatur. Exemplum verò huiusmodi scripturæ teneatur excommunicato tradere. &c. debet itaq; manifestari causa, ob quam quis excommunicatur. ergo & quando citatur ad dicendum causam. Quam enim excusationis causam afferet, qui nesciebat, quam vocaretur ob causam? quod Gloss. ibidem aduertit verbo causam. idcircò enim exemplum ei dare debet, vt causam nouerit. Sine citatione itaq; quòad hanc partē proces-
30 sit. nullitèr propterea ob defectum citationis; qui sanè defectus insanabilis dicitur: Quia nimirùm defensionem, etiam naturali, atq; diuino iure debitam, aufert. Gloss. in clement. sæpè 2. verbo defensiones. de verbor. signific. Rota in recentior. per Farinac. collecta part.1. decis.179. num.2. & 3. quæ est etiã in impressis per Card. Caualer. decis.53. num.1. & seq. & apud eundem decis.35. nu.1. & decis.396. num.1. & 6.

31 Præter quàm quòd neq; constabat, illum notorium esse Clericum, & quid si non in habitu, & tonsura incedebat clericali? ex Alexandro III. in cap. si verò aliquis 4 ibiq; plenè Gloss. verbo ignorauerit. de sentent. excommun.

commun. S. Thom. in additionib. ad 3. par. q. 24. art. 1. Nauar. maxual. cap. 27. num. 80. plenè *Sayrus d. lib. 3. cap. 27. num. 2. in 1. casu in Thesauro.*

Nulla idcircò declaratio fuit huiusmodi, & quia non incidit Frater Ioannes Baptista Miles Hierosolymitanus; & quia facultatem hanc declarandi non habebat Illustrissimus Episcopus, eiusq; Generalis Vicarius; & quia legitimè citatus nō fuit. & denuò, quia causa non fuit vera, vt in superioribus deduximus.

Atq; ita ex his, iudicio non abiecto saniori, aeriorīq; respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

Hanc ob causam dictus Frater Ioannes Baptista ab Illustrissimo Nuntio Apostolico Neapoli absolutionem obtinuit cum reincidentia ad duos menses, & Episcopo rescriptum, vt acta transmitteret. quæ demùm transmissa fuere; verùm respondere fecit his nostris, quæ præpoperè, ac festinantèr dederamus. hinc vt iura tueremur Ioannis Baptistæ, ac Religionis huius Illustrissimæ, respondere denuò adacti fuimus. quā responsionem subsequētèr subijcimus. Rogatos tamen volumus benignos Lectores, vt patientèr perlegant, & pareant mihi; satis enim qui scripsero, vesparum aculeis nos tetigere. non valuimus, non aliquantispèr commoueri, vesparum stimulos vt remoueremus, nec tantā pateremur molestiam, neq; ipsi sibi scioli viderentur, quòd nullus eis responderet. iuxtà Sapientis illud Prouerbiorū 26. 4. *Respondeas stulto iuxtà stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur.* sequentibus proindè responsionem dedimus.

SVMMARIVM.

1 *Prouerbium.* Operam, & oleum perdere. *elucidatur.*

Et Apud fimum odorem spargere.

3 *Veritas, quæ Deus est, & vna simplicitatis amica.*

Non est propterea fucis tegenda, nec obumbranda, neq; exornanda.

4 *Manus iniiciens violentas in Clericum, in canonem dat si quis suadente Diabolo.*

5 *Prouerbium.* Festucam eijcis de oculo fratris, & trabem in oculo tuo nō vides. *ex Euangelio. expenditur.*

Oculos in calcaneo habere, & non in capite. num. 6.

7 *Sapientis oculi in capite eius.*

Expenditur. num. 8.

9 *Ianus apud Antiquitatis studiosos, quare bifrons pictus?*

Prudentiam per eum indicarunt.

10 *Papæ authoritate facit, qui vt ab eo Delegatus facit.*

Nam ipse videtur cognoscere, qui dedit authoritatem.

Facitq; nomine Papæ delegantis. num. 13.

11 *Oratoria, quæ eriguntur, priuata, vt in eis sacra fiant, ab Ordinario visicanda sunt, vt conspiciatur, an bene sint instructa.*

12 *Semel permissum, nō est alia vice tentandum.*

13 *Iudex per sententiam, functus officio suo dicitur.*

Si quid proindè postmodùm fecerit: sine iurisdictione facere videbitur.

Vnde peccabit.

Poteritq; ei iure resisti.

Quia grauat.

Et vti priuatus procedere dicitur. num. 15.

Grauiterq; peccat.

Ius grauans alterius. num. 16.

17 *Prouerbium.* Memorem doces. *perpenditur.*

Et Amico animo dicere. num. 18.

Mendacem memorem esse oportet. num. 19.

20 *Constitutio Gregorij XV. de Conseruatoribus eligendis, locum non habet in Sacra Religione Hierosolymitana.*

Declarauit Sacra Congregatio.

Et confirmauit Vrbanus Papa VIII. n. 21.

22 *Nuntius Apostolicus Neapoli Generalis est Conseruator à Sancta Sede Apostolica deputatus Religionis Hierosolymitanæ aduersus Ordinarios eius iurisdictionē violantes.*

23 *Papa nemo dicere potest: Cur ita facis?*

24 *Testis ad sui exonerationem, & subleuamen dicens, ei non creditur.*

Et statur dicto testis contra producentem dicentis. num. 26.

25 *Distinctio in sensu diuiso, & in sensu composito multum prodest.*

27 *Consuetudo vim legis obtinet.*

Iurisdictionem tribuit.

Ac priuilegium inducit.

Quia ex tacito consensu Principis, procedere videtur.

28 *Permittere videtur, qui sciebat, & potuit prohibere, nec tamen prohibuit.*

29 *Licitum æstimatur, quod prohibitum non inuenitur.*

30 *Sani capitis qui est, non præsumit id, quod non est, nec esse potest.*

31 *Prudens homo, nō præsumitur temerè operari.*

32 *Finis est, propter quem vnusquisq; operatur.*

33 *Facti causa potiùs, quàm factum ipsum attendendum.*

Quam ob rem vbi causa non est faciendi, neque factum ipsum præsumendum. nu. 34.

35 *Fieri quòd possibile est, & expetitum, præsumitur vtiq; factum.*

36 Deli-

ARGVMENTVM.

Eiusdem Responsionis materiam prosequitur. Et nùm Illustrissimus Nuntius Neapoli sit iure Cõseruator Religionis Hierosolymitanæ à Sancta Sede Apostolica datus? Et nùm in illa Constitutio locum habeat Gregorij XV. de Conseruatoribus edita? Quando quis Episcopalem iurisdictionẽ occupasse videatur; vt in censuras in Bulla in Cœna Domini dedisse iudicetur?

RESPONSIO LIII.

1 NON operam (me Hercle) nec oleum perdidimus, iuxtà vetus Adagiũ à Plauto in penulo deductum. *Tùm pol ego* (dicente) *& oleum, & operam perdidi.* idest quicquid insumpsi, seu rei, seu laboris, id frustra insumptum est. quod non rectè nostri æstimauere Aduersarij: Cùm pro Sacra Religione Hierosolymitana, Fr. Ioannem Baptistam de Rubeis eiusdẽ Religionis Equitem professum, Gubernatorem Sacri Baiuliuatus Ciuitatis Venusij tutantes, aduersus Dominum Vicarium Generalem Illustris. D.Episcopi Venusini, responsionem dedimus. Sed veritatis, & sobrietatis verba cum Apost. Paulo (*Act.*36.25.) loquuti
2 fuimus. Magis autem ipsi: Apud simum odorum vaporem sparsere. vt aliud se fert Adagium, ex Suida. Quia nimirùm perit omnis fragantia, Fimiq; fœtore vincitur. Cùm mendacia exornare doctrinis puta-
3 uere. Veritas autem, quæ Deus est, qui vnus est.

eſt. *can. fraternitatis t. 35. quaſt. 10.* vna & ipſa, ſimplicitatiſq; amica eſt. ex Clemente Tertio in *cap. veritatis 14. in princ. de iure iur.* Non itaq; fucis veritatem ipſam tegere, neq; exornare, quin non magis deturpare, debuere; vt aſſererent, dictũ Fr. Ioannem Baptiſtam, & iuriſdictionem occnpaſſe Epiſcopalem, & ipſi Epiſcopo, nè iuriſdictione vteretur ſua, impedimento fuiſſe, & in notoriũ Clericum Ioſephum Ioſiam Epiſcopalis Curiæ Fiſcalem violentas in-
4 ieciſſe manus. in cenſuras proindè dediſſe, & in Bulla in Cœna Domini, & in *can. ſi quis ſuadente Diabolo 17. quaſt. 4.* Licuiſſe propterea Curiæ Epiſcopali prædictæ illũ, publicè, affixis etiam cedulonibus, in cenſuras impegiſſe prædictas declarare. At fe-
5 ſtucam eijcere tentantes ex oculo fratris, ipſi trabem, quæ in oculo eorum eſt, non viderunt. Admonuit autem hoc nos Dominus Ieſus Chriſtus. Marth. 7. 1. *Nolite* (inquiens) *iudicare, vt non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis. Quid autem vides feſtucã in oculo fratris tui: & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo: ſine eijciam feſtucam de oculo tuo: & ecce trabs eſt in oculo tuo? Hyppocrita eijce primum trabem de oculo tuo: & tũc videbis eijcere feſtucam de oculo fratris tui.* Et
6 fortaſsè, quod ipſi in calcaneo oculos habent, & non in capite. ſicuti de ſtulto quidam dixit: *Neq; in vertice cerebrum, neq; in capite oculos habet.* Cum contrà de ſapiente
7 Sapiens Ipſe dixerit: (Eccleſ. 2. 14.) *Oculi ſapientis in capite eius.* Interpellat proindè hos iure, nec ſanè iniuria Horatius lib. 5. Satyr. 3.

Cum tua (inquiẽs) *peruideas oculis mala lippus inunctis:*
Cur in amicorum vitijs tàm cernis acutum;
Quam aut Aquila, aut Serpens Epidaurius?

Et planè putant ipſi, nos in facto erraſſe, quod dixerimus; Illuſtriſs. Epiſcopum turbarum cauſam dediſſe, quod viſitare voluerit Oratorium ſub inuocatione S. Ioannis Decollati intra ſepta Domus Sacri Baiuliuatus præfati exiſtens. Cum euidentiſſimè appareat, dictum Ill. D. Epiſcopum id tentaſſe, ægrèq; tuliſſe, quod ſe opponere Fr. Ioannes Baptiſta minatus fuerit. Quam ob cauſam ſacra in dicto Oratorio faciẽdi facultatem (cauſa alia non præcedẽnte) publico reuocauit edicto ſub datum Venuſij 15. Maij 1646. paucos ante dies, quàm turbæ acciderent, quæ incrementum cępere die 27. menſis eiuſdem. Præuideri propterea potuere cauſæ, quæ turbas excitare valuiſſent, illaſq; aliquantiſpèr retinere, temperareq; ne progrederẽtur. Sapientis quippè in capite ſunt oculi: Quia perſpicaci indagine, mentis oculis, initia, (quaſi rerum anteuertit capita) & velut ex ſpecula, quæ futura ſunt, longè ante proſpicit. Quod nec Comicum Terentium effugit, cum dixit: *Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modò eſt, videre, ſed etiam illa, quæ futura ſunt, proſpicere.* Hoc .n. eſt oculos habere in fronte; præſentia cũ præteritis conferre, & quæ
9 futura ſunt præuenire. Hic Ianus ille apud Antiquitatis ſtudioſos, bifrons pictus: quia prudentiſſimus. Exprimitq; viuis coloribus Macrob. ſaturnſal. lib. 1. *Creditur* (inquiens) *geminam faciem prætuliſſe, vt quę ante, & poſt tergum eſſent, intueretur. Quod proculdubio ad prudentiam Regis, ſolertiamq; referendum eſt, qui & præterita noſſet, & futura proſpiceret. Sicuti Anteuorta, & Poſtuorta, diuinitatis ſcilicet, aptiſſimè comites apud Romanos coluntur. Prudentia certè cum præſentium ſcientia memoriam, præteritorum, & futurorum proſpicientiam requirit.* vt norit vir ſapiens.

Quę ſint, quę fuerint, quę mox vẽtura trahũtur.

Homerus inquit. aduertitq; *Martinus del Rio Adagialium ſacrorum par. 2. adagio 294.*

Nec ſuffragium fert eis, quod putent ex Breui Pauli V. fel. mem. huius Oratorij viſitationem Ill. Epiſcopo demandatam fuiſ-
11 ſe. Facere proindè authoritate Papæ, vt ipſe ſanè Papa feciſſe videatur. Papæ enim authoritas in Delegato ab eo repręſentatur. ex Gregorio ad Epiſcopos Siciliæ ſcribente in *can. valdè neceſſarium t. diſt. 94.* rationemq; reddente: *Vt vbi nos præſentes eſſe non poſſumus, noſtra per eum, cui præcipimus, repręſentetur authoritas.* Augetq; rationem *Gloſſ.* ibidem verbò *repręſentetur.* Nàm idẽ ipſe videtur cognoſcere, qui dedit Iudicem. idẽ ex *tex. in cap. paſtoralis 28. §. quia verò. & cap. quia in iure peritus 33. de offic. deleg. cap. paſtoralis 11. §. fin. de offic. Ordin. Rota in poſthum. per Farinac. par. 1. deciſ. 155. nu. 3. in fin.* diximus *reſponſ.* noſtra 80. *n. 16. par. 3.*

Vel enim ipſi Pauli Papæ V. Breue prædictum ſub datum apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris ſub die 8. Ianuarij *1619.* non legere; vel nimis feſtinantèr, atq; per tranſennam, vt dici ſolet, videre? vel eius ſenſum aſſecuti minimè fuere, vel tandem aſſequi, vel non voluere, vel non potuere; vel fortaſsè timorem nobis incutere, (quaſi Laruati pueris) putauere. Cum equidem Baiulinus dicti Baiuliuatus Venuſij tunc temporis in ipſa priuata domo Baiuliuatus Oratorium ſub inuocatione S. Ioannis Decollati inſtituiſſet, atq; in illo pro ſui, ſuæq; familiæ commoditate, ſacra fieri ſingulis quibuſquè diebus optaret; à Sancta Sede Apoſtolica, & in illa ſedente Paulo Papa V. facultatem habuit; *Vt in priuato domus tuæ, & pro tempore exiſtentium Baiuliuorum dicti Baiuliuatus Venuſini Oratorio ad hoc decenter muro extructo, & ornato,*

ſcà

seù extruendo, & ornando, ab omnibus dome-
sticis vsibus libero per Ordinarium loci priùs
visitando, & approbando, & de ipsius Ordinarij
licentia, eius arbitrio duratura, vnam Missam
pro vnoquoq; die, &c. celebrari facere liberè;
& licitè valeat, Apostolica authoritate tenore
præsentium, concedimus, & indulgemus.

Prima itaquè illa vice visitatio præfata
Oratorij prędicti per Summum Romanum
11 Pontificem Ordinario demandata fuit.
Cùm enim approbare ipse facultatē à Papa
indultam deberet; visitare vtiquè, atq; ocu-
lari inspectione Oratoriū perlustrare præ-
dictum oportebat. Visitauit, & approbauit,
atquè facultatē sacra in Oratorio faciendi
dedit, fortassis liberè, vel ad arbitrium.
Nulla propterea adhùc permanet facul-
tas visitandi, absq; speciali Sanctæ Sedis
Apostolicæ indulgētia; cùm locus ab Or-
dinarij aliàs sit iurisdictione exemptus.
Quia illa vna vice dumtaxat facultas visi-
tandi data fuit, & ad vnum illum effectum,
12 approbandi illud dùmtaxat: non itaq; ad
aliam extēdetur vicem. ex regula Pompo-
nij lib.6.ad Sabinum in *l.Bones 8. §.hoc ser-*
mone. ff.de verbor. significat. ibidemq; *Tira-*
quell.in princ. Rota apud *Card.Mantic. decis.*
322.nu.6. Perez de Lara de anniuersar. lib.1.
cap.3.num.1.& seq. idem *Card.Mantica de*
tacit.& ambig. tom.1. lib.6.tit.20.num.56. &
tom.2.lib.22.tit.23.num.19. diximus *respons.*
nostra *14.num.27.& respons.74.nu.1.part.3.*
Processit proindè vt Delegatus illa vice
13 Ordinarius. Nomine itaq; Papæ delegan-
tis fecit. Functus propterea officio suo fuit
visitando Oratorium, illudq; approbando;
atq; data iurisdictio illa ipsa vice cessauit,
& extincta fuit. *cap.in litteris 12. & cap. ve-*
nerabilis 37.de offic.deleg. Vlpianus ad Sabi-
num in *l. Iudex postquàm 55. ff. de re iudic.*
Rota apud *Card.Caualer.decis.347.num.2.* &
in *Papien.bonorum 17.Iunij 1602.*coràm *Pe-*
nia apud *Marchesan. part.1. decis.18. num.1.*
fol.240. Non itaq; in id ipsum absq; noua
14 reuertetur delegatione. Quod si tentaue-
rit, sine iurisdictione procedet, vt iure ei;
atq; non pareatur impunè. ex *text.in cap.2.*
aliàs fin.de constit. in 6. l.fin. ff.de iurisd. omn.
Iudic. Quin, vti grauanti; suosq; terminos
excedenti, non iniutia resisti eidem possit.
ex *Innocent.in cap.si quando 8. de offic. deleg.*
quem ibidē sequuntur *Ant.de Butr.& Ioan.*
de Imol. Belleucin. de charit. subsid. quæst.24.
num.2.& quæst.90.num.1.& 2. tom.15. tract.
15 Tunc quippè vti priuatus procedere dici-
tur, non vt Iudex. quam ob causam grauat.
Rota apud *Coccinum decis.225.num.8.* & in
Colonien Monasterij Canonicorum Regulariū
Beatæ Mariæ Nouesij 21. Iunij 1627. coràm
Vbaldo decis.6.circ.med. & apud *me in manu-*
16 *script.* Quin grauitèr peccat, ius lędens al-
terius. ex *Caietan. 2.2. quæst.88.art.12. Na-*
uarr.in manual. cap.12.num.71.vers.secundò.
qui habens.& cons.77. Quæritur primò. nu.2.
lib.3.de regular. Cùm nullus alterius termi-
nos vsurpare debeat. *can.nullus 1. 9.quęst.2.*

Frustrà igitur comminiscuntur Aduer-
sarij, quòd disparato cœlo iurisdictionis
defectum opposuimus, quod visitare tenta-
uerit Oratorium Sancti Ioannis Decollati,
in ipsa Bainliuationis Domo extructum;
cùm id (quod paulò antè ostendimus) ex
ipso Illustrissimi Domini Episcopi edicto
pateat. Sic facili negotio memoria ipsis
excidit, quod initium turbarum fecit? Vel
17 ipsi *Memorem docent.* vt prouerbio fertur?
& loquūtur ei, qui ipse rē callet? vt magis
nos cum Euripide in Hecuba dicamus eis:
Dixti nouum nihil, sed probè scientibus.
Hæc exprobasti. Vel cum Homero odissęę p.
Et noui, & teneo: tàm narrans ista scienti.
18 An quia amico animo hæc dixerunt, vt
nos admonitos facerent, ipsos memoria
laborare? iuxtà illud eiusdē Homeri Ilia-
dos de Nestore admonente filium.
Dixit amico animo, licet hæc per se sapienti.
Verùm, vt vetus se fert Adagium: memi-
19 nisse debuissent: *Mendacem memorem esse*
oportere. ne dùm memoria laborat, oblitus,
quæ priùs dixerat, parum postmodùm sibi
constet, & disparata loquatur. Et quidem
faciunt hoc libentèr, dùm de Conseruato-
20 ribus Iudicibus deligendis ad formam
Constit. fęl. mem. Gregorij XV. verba fa-
ciunt, vt putent nos, ne quidèm illa vidis-
se, multòq; minus legisse. Sed amico ani-
mo admonebimus eos: Sacram Eminen-
tissimorum S.R.E, Cardinalium Congre-
gationem Sacri Concilij Tridentini Inter-
pretum die 6. Februarij 1627. declarasse,
ac censuisse: *Constitutionem sanct.mem. Gre-*
gorij XV. de Conseruatoribus, non afficere Re-
ligionem Hierosolymitanam: nisi quòad Iudi-
ces Conseruatores: Eidemquè Religioni adhùc
ius, eiusmodi Iudices Conseruatores eligendi,
competere. Sic Patres Eminentissimi.
21 Quod decretum fuit per sanct. memor.
Vrbanum VIII. per Breue Sanctitatis Suæ
sub Annulo Piscatoris apud Sanctum Pe-
trum die 17. Februarij anni 1628. Pontifi-
catus sui anno quinto, confirmatum, illiq;
inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur
adiectum. Cum clausulis derogatorijs: *Et*
ità per quoscunq; Iudices iudicandum, &c. Ex-
trà terminos proindè Constitutionis præ-
dictę Gregorij XV. Religio est Hierosoly-
mitana, nisi quòd potest sibi Iudices Con-
seruatores, si voluerit, deligere, vt de facto
deligit, quando sibi placuerit. meminitq;
Lezana tom.2.qq.regul.c.5.n.52.in fin. Barbosa
in collect. Bull. verbo *Eques Hierosolymitanus,*
§.2.et ver. Milites S.Io.Hierosolymitani 7.§.fin.
22 Quod verò Illustrissimus Nuntius Apo-
stolicus pro tempore in Regno in omnibus

causis pro Religione aduersus Ordinarios omnes procedat: Id quidèm non facit, vt Conseruator per Religionem electus, sed vt Delegatus Apostolicus à Sancta Sede destinatus.

Cùm enim quotidiè in Regno hoc Neapolitano inter locorũ Ordinarios Archiepiscopos, Episcopos, & Ecclesiarum Prælatos, atq; Milites Religionis Sancti Ioannis Hierosolymitani lites quòad iurisdictionis exercitium orirentur; ipsiq; Ordinarij in propria causa ius dicere viderentur; Pius tùnc Papa V. sanct. memor. per Breue Sanctitatis Suæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 3. Iulij 1568. Pontificatus verò sui anno tertio, ad Nuntium scribēs: *Dilecto* (scilicet) *filio moderno, & pro tempore existenti nostro, & Sedis Apostolicæ in Regno Neapolitano Nuntio.* Motu proprio, ac de mera liberalitate, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes causas coràm Ordinarijs super iurisdictionis controuersias cum dictis Militibus tenore præsentiũ, Apostolica authoritate ad se auocauit, *illasq; omnes, & singulas, tibi, & pro tempore existenti nostro, & Sedis Apostolicæ in Regno Neapolitano huiusmodi Nuntio audiendas, & fine debito terminandas committimus. Districtiùs inhibentes, quibusuis locorum Ordinarijs, ac quibusuis Iudicibus, tàm Ordinarijs, quàm Delegatis in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub excommunicationis maioris, alijsq; arbitrio nostro moderandis, & infligendis pœnis, nè de cætero in præmissis quomodolibet se intromittere, aut Milites, & personas huiusmodi quomodolibet molestare, aut perturbare præsumant, &c. sublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & ità iudicari, ac definiri deberi, ac ex nunc irritum, & inane, si secùs super his à quoquam quauis authoritate scientèr, vel ignorantèr contingerit attentari. Non obstantibus, &c.*

Hæc igitur causa est, cur Illustrissimus Nuntius Æmilius Alterius Episcopus Camerinen. in causa hac manus apposuit, & Fratrem Ioannem Baptistam de Rubeis cũ reincidentia ad duos menses à censuris à Curia Venusina (& si nullitèr, & attentatè fulminatis) absoluit; & iterùm ad duos alios menses, paratus etiam Dominum Generalem Vicarium Venusinum, & Dominũ V.I.D. Archidiaconum, & Consultorem, in censuras, & pœnas in dicta Constitutione Pij Papæ V. inflictas, incurrisse, declarare: dictumq; Fratrem Ioannem Baptistam de Rubeis, vti sine iurisdictione, & attentatè, ac sine causa, immò maxima cum animositate, iurisq; ordine non seruato, excómunicatum declaratum, absoluere, & liberare. actaq; omnia in dicta causa facta, nulla, & inualida, ac sine iurisdictione facta, & attentata, & iniusta declarare, pronunciareuè, dictosq; Dominum Vicarium, & Archidiaconum Consultorē in expensis condemnare, atq; etiam de illata grauissima iniuria punire.

Nihil igitur superest, vt laboremus in hoc casu, quòad materiam Constitutionis Gregorij XV. de Conseruatoribus Iudicibus deligendis, cùm certam habeamus à Sancta Sede, & Summo Pontifice Pio Papa Quinto determinationem. Quis autem ei
23 dicere poterit: Cur ità facis? Sicuti neq; Deo. vt perpendit *Gloss. in cap. quanto personam tuã 3. verbo veri Dei, de translat. Episc.* diximus *respons.* nostra 1. *nu.* 33. & 34 *par.* 4.

Vt autem de delictis impositis contra dictũ Fratrem Ioannem Baptistã à calumnia eũ vindicemus, perspiciamus (quæso) quod illum de vsurpata, & turbata iurisdictione Episcopali, coarguunt; & in censuras in Bulla in Cœna Domini fulminatas incidisse denunciant; nec non, quòd in notorij Clerici, & substituti Fiscalis Curiæ Episcopalis Venusij personã violentas manus injecerit. Sed nihil horum subsistit, perperàm igitur ex hoc capite Curia Episcopalis processit. Minorem sillogismi, sic adstruimus. Omnem hanc inquisitionem aduersus Fratrem Ioannem Baptistam instituerunt sub prætextu, quod licentiã dederit in die Festo Sãctissimæ Trinitatis, Titularis Ecclesię Baiuliuatus, quibusdã vendendi comestibilia quędã: & quod facultatem cuidã fecerit quæstuandi sub nomine Sancti Antonij: & quod impedimento fuerit, nè sua fungeretur iurisdictione Illustrissimus Episcopus. Sed nihil horum, vel probatur, vel verum fuit. ergò nullitèr. ergò inualidè, ac sine causa Curia Episcopalis contra dictũ Fratrem Ioannem Baptistam processit.

Et quidèm, quòd non probetur dictum Fratrem Ioannem Baptìstam facultatem hanc vendendi, (vsurpando sibi Episcopalem iurisdictionem, in hoc) dedisse, apparet euidentèr ex dictis testium examinatorum per Curiam Episcopalem. Ipsi enim dixerunt, quod ipsi venditores hoc asserebant, cùm Cursores Curiæ peterent, quã ob causam vendebant. *Risposero, che essi vẽdeuano, che lo Signor Caualiero F. à Gio. Battista Gouernatore del Bagliuaggio, l'haueua dato licen-*
24 *za di vendere.* Sufficiens hęc probatio nõ erat, quia, quatenùs hoc dixerint, ad sui leuamen hoc dixere. Nullus autem idoneus testis in re sua intelligitur. ex Pomponio lib. 1. ad Sabinum in *l. nullus 10. ff. de testibus.* confirmaueteq; Imperatores Valens, Gratianus, & Valentianus in *l. omnibus 10. C. eodem. Rota* apud *Cardin. Caualer. decis.* 570 *nu.* 9. & apud *Farinac. post 2. volum. consil. decis.* 296. *num.* 8. Neq; ipsi vendentes per Curiam Episcopalem Venusinam examinati

minati

minati fuere, neque quisquam ex eis: sed Cursores dumtaxat eiusde Curiæ Episcopalis, qui in hoc vti partes habentur, neq; eorum depositio formalis est, vt ad censuras in casu vsurpationis iurisdictionis Episcopalis procedi valeret, vt probabimus.

25 Deinde quod (fac verum esset, Fratrem Ioannem Baptistam hac facultatem dictis vendentibus fecisse) exaudienda vtiq; erit in sensu diuiso, non sane in sensu composito, vt facultatem fecerit vendendi in loco, & territorio Bainliuatus, sine cuius facultate, quamuis Illustrissimus Episcopus id permisisset, neq; vendere potuissent. Prohibere namque potuisset Frater Ioannes Baptista, ne in territorio Baiuliuatus venderent. Non sane quod in sensu cōposito in die Festo facultatē fecerit, vti iurisdictionem exercens, etiam Episcopalem, illamq; suam æstimando. Quod plane fundamentum intentionis Curiæ Episcopalis erat, vnde hoc ipsum formaliter eam probare oportebat, vt de vsurpata iurisdictione Episcopali hominem nobilem, Equitem Hierosolymitanum inquireret. Hoc vero distinctionis genus, quo Philosophi, atque Theologi vtuntur, in sensu scilicet diuiso, & in sensu composito, habes quoq; à *Gloss. in glos. 1. in fin. vers. Ego dico omnes quæstiones. in can. cùm renunciatur 6. 32. quæst. 1.* & ab doctissimo *Alciato lib. 9. resp. cons. 36. nu. 19. & seq.*

Similiq; modo exaudietur, quod permiserit quendam quæstuare sub nomine Sancti Antonij ante fores Ecclesiæ Baiuliuatus, videlicet, in sensu diuiso, non sane in sensu composito; quemadmodum & ipse Curiæ Episcopalis Fiscalis deponit: *Sono andato subito con il serviente della Corte di V. S. & alcuni Monaci alla Chiesa della Santissima Trinità, auanti la quale v'era detto Forastiero, che andaua cercando con detta statua.*

26 Cuius sane dicto contra se, & Curiam Episcopalem, quæ eum produxit, & approbauit, omni procul semota difficultate, statur. *Lanfranc. in cap. quoniam contra. in verbo testium. col. 13. vers. vnum non omitto, de probat. Abb. & Canonista in cap. præsentium 31.* ex ipsomet *text. in fin. de test. & Gloss. ibid.* noster *Maranta cons. 19. num. 24. & cons. 47. num. 5. & cons. 48 num. 4. Mar. Antonin. Macerat. var. resolut. lib. 3. resolut. 5. num. 5. & seqq. Francisc. Merlin. decis. Lucens. 12. num. 12. Vinius decis. 172. num. 9. Rota in Toletana decimarum 22. Iunij 1592. coram Lutta* apud *Marchesan. part. 1. fol. 1341.* & apud *Farinac. post secundum volum. consilior. decis. 291. num. 7. in fin. & num. 12. Hieronym. de Federic. resol. crim. 9. num. 1. & 2. post d. vol. 2. consil. Farinac.*

Hanc autem perpensionem veram esse ex eorundem testium pro Curia examinatorum depositione, firmissime probatur;

Quia nimirum consuetum semper fuit dicto die Festo Sanctissimæ Trinitatis nundinas illas fieri ante fores eiusdem Ecclesiæ. *di Copetari, Merciaioli, & altri.* sic Fiscalis Clericus Ioseph Iosia; *hò ritrouato auanti detta Chiesa della Santissima Trinità, luogo solito da farsi fiera in detto giorno, con licenza però di Monsignor Illustrissimo, e del Signor Vicario, molti, che vendeuano robba, come Copetari, Merciaioli, & altri, &c.* Ità quoq; Ioseph Columna Clericus examinatus per Curiam prædictam, qui narrans factum accessus, *nella Chiesa della Santissima Trinità, auati la quale si faceua la fiera, e vi erano molti Merciaioli, Copetari, & altri, che vendeuano robbe per la Festa della Santissima Trinità conforme il solito, &c.* Inde ergò accesserant ad vendendum (comestibilia potissimum) quia consuetum erat, vt id fieret, alioquin si consuetum non fuisset, non vtiq; acces-
27 sissent. Consuetudo autem vim legis obtinet. *Gloss. in cap. dilecti filij 4. verbo consuetudinem. de arbitr.* & iurisdictionem tribuit. quin priuilegium inducit. *Gloss. in can. quia per ambitionem 6. verbo antiquitas. dist. 64.* Quia nimirum ex tacito consensu Principis procedere videtur. ex *Sancto Thoma 1. 2. quæst. 97. art. 3.* sequiturq; *Eminentiss. Card. Bellarm. controuers. tom. 2. lib. 1. de canonizat. Sanctorum cap. 8. in fin. vers. Respondeo, Sanctos. Grilenzon. cons. 6. num. 8 & 9. Rota* apud *Coccin. decis. 376. num. 5. & 6 & decis. 401. sub num. 3.* diximus *respons.* nostra *47. num. 31. part. 4.*

Nulla itaq; alia peculiari facultate indigebant homines illi, vt ad locum accederent illum vendendi causa; cùm id ex consuetudine eis permitteretur. Quam ob rem
28 si id permittere noluisset Illustriss. Episcopus, primitùs, quàm accederent, prohibere debuisset. Non prohibuit. permisisse proinde videbitur. *can. quod autem 6. 30. q. 4.* illis Vrbani Papæ verbis: *Nulla auctoritate prohibitum.* ergò permissum. addimus nos. & ex Vlpiano in *l. nec nō, & si quis 28. §. quod eis. ff. ex quib. caus. maior.* ad Innocētij III. sensum in *cap. quanta præsumptionis 47. de sentent. excommun.* Quia permittere videtur, qui potuit, nec prohibuit. illis verbis: *Eos delinquentibus fauere interpretans; qui cùm possint, manifesto facinori desinunt obuiare.* Permisisse igitur iuxtà solitum nundinas illas Illustriss. Dominus Episcopus videbitur; cùm potuerit prohibere, & non
29 prohibuit. Quapropter eo ipso aliquid licitum inuenitur, quod prohibitum nō est. *Gloss. in can. quàmuis 15. verbo accipiamus. 22. quæst. 1.*

30 Nemo igitur, (sani capitis si ipse sit, neq; desipiat. ad Innocentij III. sensum in *cap. nisi cùm pridem 10. §. certè desipis. de renunc.*) hoc præsumere poterit; Fr. Ioannem Ba-

 31 ptistam,

31 ptistam, hominem, non sanè ignarum, facultatem hanc vendendi die illo Festo hominibus illis facere voluisse, atq; Episcopi iurisdictionem vsurpare, quando ex generali illa consuetudine hoc permittebatur. Et fac, ipse permisisset, (nisi in illo tantùm sensu diuiso, vt diximus, in loco scilicet, & territorio Baiuliuatus) neq; absq; Episcopi facultate homines illi accessissent. Sed accessere cõsuetudine securi, quam adhùc Illustrissimus Episcopus, (vt tenebatur, si noluisset id fieri) non reuocauerat, non cassauerat, non annullauerat. præsumendũ proindè, non facultate Fratris Ioannis Baptistæ illo die Festo accessisse, sed quia cõsuetudine, vt accederent, venderentq;, per-
32 mittebantur. Vnusquisq; enim cùm operatur, propter finẽ operatur. Idcircò pro-
33 indè facti causa magis attenditur, quàm factum ipsum. vt *Gloss.* loquitur in *can. occidit Phinees hominem* 14. verbo *& causam*, 23. *q.* 8. ex Alexandro Papa in *can. si quandoquè* 1. *§. fin.* 15. *quæst.* 6. dicente: *Nec tantùm attendenda sunt, quæ fiunt, quantum quo animo fiant*. quibus in verbis *Gloss.* verbo *quæ fiunt*. rationem reddit: *Quia potiùs respicienda est causa facti, quàm ipsum factum*. ex Claudiano Saturnio lib. singulari pœnarum in *l. aut facta* 16. *ff. de pœnis*, quæ canonizata fuit per Gratianum in *can. aut facta* 19. *de pœnit. dist.* 1. *Felin. in cap. dilectus* 26. *num.* 10. *in fin. de rescript.* ex Augustino in *can. quisquis rebus* 1. ibiq; *Gloss.* verbo *sed libido. dist.* 41.

Nulla verò erat càusa, propter quã Fra-
34 ter Ioannes Baptista formalitèr Episcopalem iurisdictionem in hoc facto vsurpare voluisset. Non igitur fecit. Multòq; magis, quod iàm homines ex antiquara consuetudine, vt venderent, accesserant, nequè illi accessissent, ni consuetudo id fieri posse suasisset. Nulla igitur ex causa moueri poterat Frater Ioannes Baptista, vt id faceret.
35 non ergò fecit. argumento (non sanè ineptè) ducto ex his, quæ habet *Bald. in l. septimo mense* 12. *super verbo credendum. ff. de statu hominum*. dicit enim ipse: *Quod possibile est esse; pium est id præsumi esse. vndè quando aliquid potest esse verum, nunquàm præsumitur esse falsum*. & hanc doctrinam sequitur *Phœbus decis. Lusitaniæ* 11. *num.* 12. Præ-
36 sertim quòd delictum non præsumitur, nisi concludẽtibus adstruatur probationibus; eiq; argumento magis insistendum est, quo delictũ excluditur, quàm, quo includitur. ex Vlpiani sensu lib. 30. ad Sabinum in *l. merito autem* 51. *ff. pro socio*. Rationem habes ex Martiano lib. 6. institutionum in *l. veriùs* 21. *ff. de probat.* dicente: *Quia sem-*
37 *per necessitas probandi incumbit illi, qui agit*. & ex *regula præsumitur ignorantia* 47. *de regul. iur. in* 6. *Grammat. cons. crim.* 13. *n.* 8. *&* 9. *Maranta* noster Proanus *cons.* 66. *nu.* 10 *Lopez ad prax. crim. Diaz cap.* 17. *num.* 12. *Menoch. lib.* 5. *præsumpt.* 3. *num.* 14. *Rota* apud *Card. Canaler. decis.* 398. *num.* 5. & in *Aretina confidentiæ* 1595. coràm *Litta decis.* 101. *nu.* 10. *in fin. post primum volum. consil. Farinac.*
38 Potissimùm verò si de re agatur, quæ nullam, vel saltim modicam secum refert vtilitatem. *Francisc. Merlin. decis. Lucens.* 99. *n.* 5.
39 Ad dandum verò in censuras in Bulla in Cœna Domini contentas, potissimùm in decimaseptima, ea præsertim conditio perquiritur, vt vsurpatio formalitèr fiat, cum quadam scilicet appropriatione, quasi ad ipsum vsurpantem pertineret. ex *Gloss. in can. multi corriguntur* 18. *§. non enim contrarium*. verbo *extraordinario in fin.* 2. *q.* 1. vt ex *Caietan. in summa* verbo *excommunicatio. cap.* 27. *vers. quarta est*. loquitur *Card. Tolet. in instruction. Sacerdot. lib.* 1. *cap.* 28. *nu.* 3. *vers. tertia vt ista vsurpatio*. & in hunc ipsum text. *Fr. Antonius à Sousa in Bullam in Cœna in cap.* 17. *in notation. circa textum*. & *Vgolinus de censur. reseruat. par.* 2. *cap.* 17. *in* 1. *par. capit.* quam inter sacros canones Gratianus retulit in *can. sciant cuncti* 2. 2. *quæst.* 8. Hoc autem ipsũ probari debebat, nec præsum-
40 ptiuè dumtaxàt, sed formalitèr, & concludentèr. probationibùs vtiq; luce clarioribus. vt Imperatores Gratianus, & Valentinus tradidere in *l. sciant cuncti* 25. *aliàs fin. C. de probat. Thesaur. de pœnis Ecclesiast. par.* 2. verbo *vsurpatio, cap.* 1. *§. nota primo. & §.* 2. *ex Bulla in Cœna Domini. Sayr. in thesaur. lib.* 3. *cap.* 21. *in fin. Alphonsus de Leone de censuris. de offic. & potest. confessar. recollect.* 4. verbo *incidẽtes. fol.* 339. & verbo *vsurpãtes. fol.* 401. *Pater Francisc. Pellizzar. in man. Regularium tom.* 2. *tract.* 7. *cap.* 2. *sect.* 3 *quæst.* 7. *num.* 188. *Francisc. Merlin. decis. Lucens.* 11. *num.* 1. *& seq. per tot.*
41. Potissimùm verò ad effectum incursus censurarum. *Rota* coràm sanct. mem. *Greg. XV. decis.* 96. *num.* 3. *& part.* 2. *in recent. decis.* 751. *num.* 3.

Præterquàm quòd euidentissimè ex ipsis examinatorum testium depositionibus apparet, Dominum Vicarium, vt occasiones quæreret aduersus Fratrem Ioannem Baptistam, qui, ni visitaretur Oratorium Sancti Ioannis Decollati, se opponere velle iactauerat, vt ex ipso Illustrissimi Domini Episcopi edicto patet, cui maxima adhibẽda est fides, propter dicentis authoritatẽ, dignitatemq; hæc omnia confixisse, quòd scilicet Episcopalem iurisdictionem vsurpare tentarit, facultatem faciendo die illo Festo comestibilia vendendi, & alij cuidã sub Sãcti Antonij nomine quæstuandi. Vndè propterea Fiscalem dimisit, vt Confessarios, iàm ab ipso Episcopo approbatos, in Ecclesia illa Sanctissimæ Trinitatis die

Festo mane confluentis populi sacramen-
rales peccatorum confessiones excipien-
tes, suspenderet: & indè ortum fuir scan-
dalum in Populo,

Ipse igitur minus prudentèr, minusquè
piè agens, nesciens fortassè, quid diceret
41 (sicut & Sancto Petro quandoq; in Monre
Sancto accidit, *non enim sciebat, quid diceret;
Erat enim ex timore exterritus*, Marci 9. 5.)
An ipse quoquè rimore exterritus fuit?
Scandali, nec leuis Populo occasionẽ sub-
43 ministrauit; Occasiones quærens, quonàm
pacto Fratrem Ioannem Baptistã nihil tale
cogitantem, caperet, vel in factis, vel in ser-
mone. Sicuri quodã iniquissimi Pharisæi
(à se ipsis etiã diuisi) consilium inierunt, vt
44 caperent Christum in sermone: Et mittũr
ei discipulos suos cum Herodianis, dicen-
tes: *Magister scimus, quia verax es, & viam
Dei in veritate doces, & non est tibi cura de
aliquo, non enim respicis personam hominum;
dic ergò nobis, quid tibi videtur: licet censum
dare Cæsari, an non?* Matthæi 22. 15. Semper
enim, (vt Salomon Prouerb. 18. 1. inquit)
occasiones quærit, qui vult discedere ab amico.
Sic olim Rex Israel cũ Regis Syriæ litteras
accepisset, vt Naaman eius militiæ Princi-
pem à lepra curaret; scidit vestimenra sua,
& air: *Numquid Deus ego sum, vt occidere
possim, & viuificare, quia iste misit ad me, vt
curem hominẽ à lepra sua? Animaduertite, &
videte, quòd occasiones quærat aduersum me.*
4. Reg. 5. 7. Quis itaq; non videt hæc om-
nia ex occasione quęsita, & conficta fuisse,
vt eum caperent? Præsertim verò cùm ex
fide Capellanorum dictæ Ecclesiæ Sanctis-
simæ Trinitatis appareat, Fr. Alexandrum
Cuccia Priorem dictæ Ecclesiæ, mane eius-
dem diei Festi accessisse ad Dominum Ge-
neralem Vicarium, & ab eo facultatem ob-
tinuisse, vt iuxtà solitum venderentur bona
ante fores dictæ Ecclesiæ Sanctissimæ Tri-
nitatis,

Ipse igitur Dominus Vicarius, qui tur-
barum, & damnorum causas dedit, & tur-
bas excitasse, & damna dedisse videbitur,
Ni, & Dominus Archidiaconus Consultor
45 quoq; accesserit: vt super eos iure hæc cu-
datur faba iuxtà illud Senecæ in tragedijs.
Sępè in Magistrum scelera redeunt sua.

46 Ipsi nempè, qui causa fuere, damnum fe-
cisse videntur. ad *text. in cap. fin. de iniurijs,
& damno dato. cap. de cętero* 11. ibidemquè
Gloss. verbo *causam dedisse. de homicid. Gloss. in
can. presbyterum* 7. verbo *aliam. eod. l. qui
occidit* 30. §. *nàm si die ventoso*. ibidemquè
Gloss. verbo *fecisse. ff. ad leg. Aquil. l. nemo
damnum* 194. ibidemq; *Gloss. & Caguol. ff. de
regul. iur. l. scientiam 46. §. qui cùm alitèr. ff.
ad leg. falcid. Beccius cons.* 133. *num.* 6. *lib.* 2. di-
ximus *respons.* nostra 8. *nu.* 34. *& respons.* 86.
num. 89. *&* 95. *part.* 3.

Propterea ipsi sic properantèr processe-
re in causa, (vt asseruerunt) incursus cen-
surarum, & grauissima, terminum dantes
sex horarum, quod infrà perpendemus. vt
dignum ipsis visum fuerit hominem inau-
ditum censuris ligare, iurisdictione ca-
rentes,

Ex eodem autem fonre procedit, quod
asseruere, impedimento illum fuisse, ne sua
vteretur iurisdictione Illustriss. Episcopus.
dedisse propterea in censuras in cadẽ Bul-
la in Cœna Domini decimasexta, contra
impedientes Archiepiscopos, Episcopos, &
alios Iudices Ecclesiasticos, ne sua iuris-
dictione Ecclesiastica contra quoscunquè
vtantur,

Præterquàm quod enim & eodem pro-
bationis defectu hæc ipsa eorum laborat
prætensio, vt nihil probatum inueniatur,
quo formalitèr inferri possit impedimen-
tum, quod ipsi præsumunt, datum fuisse, ne
Illustriss. Episcopus sua fungeretur iuris-
dictione. In hac verò censurarum materia
47 potissimùm, & obiectiua, probationes luce
clariores desiderantur, vt in superioribus
diximus. & *Rota* apud sanct. memor. *Gre-
gorium XV. decis.* 322. *num.* 1. *& seq. & decis.*
353. *num.* 7. & 8. ibidemquè *Beltram. num.*
17. & 18.

48 Nihilominùs tamen impedimentũ hoc,
ne sua fungatur iurisdictione Episcopus,
formalitèr esse debet, & de facto, non de iu-
re: ait nempè *text.* Bullæ: *Secundùm quod
Canones, & Sacra Constitutiones Ecclesiastica,
& decreta Conciliorum Generalium, præsertim
Tridentini statuunt.* vt aduertit *Vgolin. de
censuris Summo Pontifici reseruat. d. part.* 2.
cap. 16. *in* 1. *part. capit. num.* 2. *Sousa cap.* 17. *in
notationibus circa text. num.* 1. *Thesaur. d. ver-
bo vsurpantes.* §. 2. *ex Bulla in Cœna Domini.*

Quatenùs verò ipsi prætẽderint, idcircò
impedimenro fuisse Fratrem Ioannem Ba-
ptistam, nè sua vteretur iurisdictione Illu-
strissimus Episcopus, quòd supponant, pro-
indè violentas manus in Clericum Iose-
phum Iosiam iniecisse, nè iurisdictionis
ordinariæ exercitium exequeretur in illos,
quos supponebant diei Festi trãsgressores
fuisse.

Verùm (fac hoc ita fuisse,) & Fratrem
Ioannem Baptistam in Clericum Iosephũ
Fiscalem Curiæ violenras manus (vt ipsi
prætendunt) iniecisse, quod nos apertè ab-
nnimus, cùm id minimè probetur. Id ta-
men fecisse, non vt Illustrissimus Dominus
Episcopus sua non vteretur iurisdictione
iuxtà Sacros Canones: sed ne aliam per suũ
executorem (contra Sacrorum Canonum
formã, atq; Summorum Pontificum Con-
stitutiones) violaret. Neq; enim perpende-
bat Iosias; veluti neq; Dominus Vicarius,
eiusq; Consultor perpenderunt; se in alie-
no ter-

no territorio iurisdictionem exercere tentasse. Contra verò Iosiam de facto attentantem intra Ecclesiã Baiuliuatus ab Episcopali iurisdictione exemptam, licuit de facto illi resistere. Non enim vti Fiscalis Curiæ tunc habebatur, sed vti pars attentans, atq; damnum inserens, & violentiam faciens. Poterat igitur ipse Frater Ioannes Baptista vim vi repellere. Ex iuris quippè
49 naturæ principio est: violentiæ per vim repulsio. *can. ius naturale 7. dist. 1.* omnesq; leges, omniaq; iura vim vi repellere permittant. vt Alexander Tertius nos docet, in materia loquens excõmunicationis, per manus violentas iniectas. in *cap. si verò alicuius 3. de sentent. excommun.* & eodem sensu Innocentius quoq; III. in *cap. significasti nobis 18. in fin. de homicid.* eodemquè modo Florẽtinus lib. 1. Institutionũ in *l. vt vim 3. ff. de instit. & iure.* Vlpianus quoq; *lib. 2. ad edictum in l. sed & partus 12. §. 1. ff. de eo, quod vi, metusq; causa gestum est.* dùm ex Pomponio rationem reddit, quam ob causam ei,
50 qui vim fecerat, vim passo, minimè succurrat Prætor? *Nàm* (inquiens) *enim liceat vim vi repellere; quod fecit, passus est.* Quod fecit igitur passus est Iosias. Sibi hoc imputet. Putare siquidèm debuerat, vt vetus fert Adagium.
51 *Et musca splenem habet, & formica bilem.*

Quòd verò pugnis, verberibusq; Clericum Iosiam affecerit Frater Ioannes Baptista, id quidèm non aliter constat, nisi ex conquestu ipsius Iosiæ, qui querelam insti-
52 tuit, nec ei fides habetur. In ore duorum, vel trium testium stabit omne verbum. vt ex lege Diuina, Sacrisq; Canonibus constitutũ est. *Deutoronom. 19. 15.* Paulus Doctor Gentium *2. ad Corinth. 13. 1.* Alexander III. in *cap. licet vniuersis 25. in fin. de testib. & attestationib. cap. in omni negotio 4. de testib.* Dominus IESVS Christus Magister noster *Matth. 18. 16.* diximus *respons.* nostra *3. nu. 1.*
53 *& seq. par. 3.* Non igitur ipsius querelantis dicto stabitur, quamuis mille de conquestu deponant, quia nihil ampliùs probant, quàm ipse vnus querelans.

Perperàm igitur ex his omnibus, & sine causa, contra iustitiam, sine Iurisdictione, atq; nullitèr, & attentatè, præcipiranterq; Dominus Vicarius, cum consilio Domini Archidiaconi ad declarationem censurarum contra Fratrem Ioannem Baptistam de Rubeis Equitem professum Hierosolymitanum processit.

54 Erit proindè dictus Dominus Fr. Ioannes Baptista antè omnia in pristinum statum restituendus. ex Iulio Papa in *can. nullus potest 5.* ibidemq; optimè, & in terminis *Gloss.* verbo *omnia iura 2. quæst. 2.* quam singularem æstimat *Afflict. decis. 395. num. 5. Abb. in cap. querelam 24. nu. 13. de elect. Gloss. in cap. Romana 3. §. quod si obijciatur.* verbo *minus legitima. de sentent. excomm. in 6. Genuens. in practicab. Ecclesiast. quæst. 706. nu. 1. in princ. Rota in Viecn. Prioratus 1610. coràm Pamphilio decis. 283. n. 1. in fin. apud Farinac. tom. 2. consiliorum.*

Et quidèm quòd sine causa illum incidisse declarauerint, ex iàm in superioribus perpensis, dormientibus etiam apparet.

Quòd verò contra iustitiam; id quoque non cęcutientibus fit manifestum, ni dixeris & cęcis ipsis apparere. Si enim sine causa, vt diximus, eum censuris ligatum esse
55 publicauere. Ergo sine iustitia. nàm vbi causa non est, nec effectus erit. ex *text. in cap. cùm cessante 60. de appellat. cap. magnæ deuotionis 7. in fin. de voto, & voti redempt. l. adigere 6. §. quàmuis. ff. de iurepatronat.* Iu-
56 stitia autem cuiq; tribuit, quod suum est, neminiq; iniuriam facit, cùm in æqualitate iustitia consistat, *l. iustitia 10. ff. de iustit. & iure. can. ius naturale. dist. 1. cap. ex ore 17. in princ. de priuil. S. Thom. 2. 2. quæst. 62. art. 1. 2. & 3.* Hi verò iniuriam fecerunt, nullam causam mortis in Fratrẽ Ioannem Baptistam inuenientes, & tamen illum condemnauere ad mortem æternam, per censurarũ fulminationem. per iniustitiam ergo. In-
57 iustitia quippè est, quicquid à iustitia deflectit, & nocumentum alteri infert, quod peccatum est. *S. Thom. 2. 2. quæst. 55. artic. 4.* diximus *respons.* nostra 88. *nu. 54. part. 3.* Vi-
58 deant proindè ipsi, si in pœnas dedere in *cap. sacro 48. de sent. excommun. extra.* quo per Innocentium III. in Cõcilio Generali admonentur omnes Ecclesiastici Iudices, ne ad censuras fulminandas, absq; manifesta, & rationabili causa procedant. *Caueant etiam diligentèr* (inquiens,) *ne ad excommunicationem cuiusquam, absq; manifesta rationabili causa procedant.* Hìc verò neq; manifesta, neq; rationabilis causa fuit, quia neq; in crimen dedit Frater Ioannes Baptista, quod illi impegere, neq; probatum fuit. In pœnas proindè dederunt dicto Sacro Canone inflictas, ac præsertim suspẽsionis per mensem ab ingressu Ecclesiæ. Medicinalis porrò excommunicatio est, non mortalis, non immeritò igitur, qui eam temerè relaxauerit in pœnas dabit, dictæ potissimùm suspẽsionis per mensem ab ingressu Ecclesiæ. ex Innocentio IV. in Concilio Lugdunen. *cap. cùm medicinalis 1. de sentent. excommun. in 6.*

Quòd autem sine iurisdictione processerint, id manifestissimè deducitur ex supra allata Pij Papæ V. Cõstitutione, qui causas omnes huiusmodi contra personas Equitum Hierosolymitanorum ad se auocauit,
59 & Illustrissimo Nuntio pro tẽpore in hoc Neapolitano Regno existenti, commisit, delegauit, relaxauit, cum clausulis *Irritum,*

& inane,

*& inane, si si tùs à quoquam scientèr, vel igno-
rantèr cõtingerit attëtari, &c. & sublata cui-
libet, &c.* quæ clausulæ (decreti irritantis)
penetrabiliores omni gladio ancipiti æsti-
mantur, & quòad nullitatem gestorum,
ignorantes quoquè colligant,& afficiunt,
omniaq; recidunt, quæ facta fuere. *Rota*
apud *Card.Mantic. decis.76.num.4.* Quia de-
struunt omnia. *Rota par.2.diuersor. decis.24.
num.5. Gratian.forens.par.3.cap.517.num.18.
& 19. Rota* apud *Cardin.Caualer. decis.430.
num.3.& decis.438.num.2.* præsertim cùm
motu proprio positæ fuerint. vt perpendit
Rota part.1. in recent. decis.228. num.4. quæ
est etiam in impressis apud *Card. Caualer,
decis.92.num.4.*

60 Iudicij verò fundamentum iurisdictio
est, sine qua iudicium omne claudicat. *Ro-
ta* apud *Card.Caualer.decis.63.num.3.* Quia
nimirùm iurisdictionis defectus est insana-
bilis. vt *Rota* loquitur apud *Verall.decis.38.
nu.2.par.3.* Ratio autem habetur ex S.Pau-
lo ad Romanos 14.4. *Tu quis es, qui iudicas
alienum seruum?* quia alienus, non suus est
subiectus. Peccato se proindè inficit, nec
leui, qui sine iurisdictione iudicat. ex *San-
cto Thoma 2.2. quæst.60.art.6.in corpore.* quę
sequitur *Nauar.in man.cap.12.num.71. vers.
secundò, qui habens, & cap.27. num.8.* Quia
non suum, sed alienum seruum iudicat.

61 Prçsertim verò cùm de censurarum agi-
tur iudicio, eùm primis autem excommu-
nicationis. *Molina de iustit. & iure tract.5.
disput.18.lit.D.vers.tertiò quoniam.*

62 Fuit proindè iudicium hoc nullum, &
censurarum declaratio nulla, atq; si ioco-
sè,& extraiudicialitèr gesta fuissent: velu-
ti qui extrà territorium ius dicit, quia iu-
risdictione caret. *d.cap.2. sive fin. de constit.
in 6. l fin. ff.de iurisd. omn.Iud. Thom.Triuis.
decis.68.num.4,lib.1.*

Si igitur nulla declaratio facta fuit, quia
sine iurisdictione Dominus Vicarius pro-
cessit, consequenterq; attentata fuit, atquè
innouata, cùm sibi, tàm ex Constitutione
præfata Pij Papæ V. quàm ex priuilegijs
Summorum Romanorum Pontificum Re-
ligioni Hierosolymitanę Sãcti Ioannis Ba-
ptistæ indultis, præsertim, ne possint excõ-
municari, suspendi,& interdici, prohibitũ
63 erat. Attentat verò, & innouat qui id fa-
cit, qui iurisdictione detinetur, ne id face-
re valeat, (veluti post interpositam iure
appellationem. ex Bonifacio VIII. in *cap.
non solùm innouata 7. & Gloss.* ibidem *de sen-
tent.excommun.in 6.*& Nos in prioribus no-
stris scriptis pro hac re deduximus.)

64 Nullum vtiq; producere valuit effectũ.
Quid enim efficacitatis pariat, atq; ex se
producat, quod nullum est, consequenterq;
nihil? *text.in cap.2. §.sed neq; illud, de transl.
Episcop. l.quod dictum 33. ff.de pact. l. 4.
§.condemnatum. ff.de iudic. Gloss. in cap. cùm
nostris 6.*verbo *de facto, de concess. prabend. Ro-
ta part.1. in recent. decis.572.num.9.* perpen-
dimusq; *respons.*nostra 26. *nu.6. & num.10.
& respons.28.num.33. part.3.*

65 Præterquàm quòd nulla etiam fuit de-
claratio, (fac iurisdictio firma fuisset) quę
præcipitantèr lata intra terminum horarũ
sex, vt in prioribus nostris scriptis proba-
uimus, neq; expectato termino sex hora-
rum, eidem ad comparendum, atq; ad di-
cendum causam Quare, indulto.

Fuit namq; citatio relaxata die 29. Maij
1646. & intimata eodem die hora decima-
octaua, & significata erat, vt decima octaua
dici potuisset. hora enim labitur, cùm lapsa
est tunc dicitur illa hora, quę lapsa est, ali-
66 quin in incerta hora citatio facta fuit. ad
Vlpiani sensum lib.7.ad edictũ in *l.aut, qui
alitèr facit 5. §.si quis se denunciauerit. ff.quod
vi, aut clam.*& *Bart.*ibid. quem ad amussim
perpendit *Glossella marginalis* in principio
l. sequentibus dicens: *Bart.hic dicit, quòd iste
text. deberet scribi litteris aureis ad hoc propo-
situm, quòd vbi aliquis citatur ad aliquem actũ,
si ille actus alitèr agitur, vel in qualitate, vel in
substantia, quàm fuerit dictum in citatione, nõ
vales, & censetur factus parte non citata. Bo-
lognin.* ita Glossella. Erat igitur principiũ
horę decimęnonæ. ipsa itaq; hora decima-
nona, quia in termino erat, nõ computaba-
tur. Incepit ergò ab hora 19. significata,
ac consequentèr incipiente hora vigesima,
terminus currere sex horarũ, quæ datę fue-
re, duæ pro prima, duæ pro secunda,& duæ
pro tertia, & vltima perẽptoria citatione.
Hora tamen vigesimaquarta, consequen-
tèrq; non effluxo termino sex horarum, il-
loq; perdurante,& hora solita causarum,
(cum Vespertiliones, qui Solem conspicere
nõ valent, aduolare consueuere) sedẽte Cu-
ria, incusatur contra Fratrẽ Ioannem Ba-
ptistam vltima contumacia. Et aliæ duæ
priores, prima,& secunda, quo nàm tempo-
re incusatæ fuere? Nunquàm vtique. Quia
non apparet. Non ergò incusatæ. Ex reuo-
67 lutione quippè actorum nullitas edocetur
nõ factæ rei. ex *Gloss.*recepta *1.in fin.in L.in-
stum 6.C.de edendo, Rota par.1.diuers decis.64.
num.1.*& apud *Card.Mantic. decis.34.num.9.*
& apud sanct.mem. *Greg.XV.decis.432.nu.3.*
apud *Duran.decis.6.num 9.*diximus *resp.*no-
68 stra 8. *nu.14. par.3.* Et tamen totum spatiũ
sex horarũ, quod tota noctis secunda hora
perdurabat, diffinere debebat: cùm eius
commodo,& fauore spatium illud indultũ
fuisset, vt etiam nouissima hora comparere
potuisset; & tamẽ per duas horas ante cõtu-
max, & incurrisse declaratur, cędulonesq;
relaxantur,& affiguntur. Et nocte iudiciũ
69 fertur,& in tenebris, quod expressè prohi-
buit Innocentius III. Toletano Archiepi-
scopo

ſcopo ſcribens in *cap. conſuluit nos* 24. *§. uerò iudicium. de offic.deleg.* ibidemq; plenè *Felin. num.* 18. *& ſeq.* In tenebris enim qui ambulat, neſcit quo vadat. *Ioan.* 12.35. proindè offendit. Propterea ergò ipſi non rectum iudiciũ iudicauere, quia in tenebris
70 illud dixere. Quemadmodùm cõtra Chriſtum Dominum Iudęi nocte illum reum, eſſe mortis dixerũt. Matthęi 26. 66. *Et mane facto vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato Cæſari.* eod. 27.1. propterea periere. Diffluere proindè totus terminus debebat. & peremptorio elapſo contumax reputari, atq; demùm lucẽte die damnari, ſi damnatione dignus erat. ex eodẽ Innocentio III. *d. cap. conſuluit nos* 24. *de offic. deleg.* illis præſertim verbis: *peremptorio elapſo citanda.* & ex Clemente V. in Concilio Viennenſi in *clem. 1. de iud.* de citatione per edictum loquente, illis verbis: *Sic valeant, atq; arctent citatos poſt lapſum terminũ, quem (conſiderata diſtantia locorum) citationibus ipſis apponi cõuenit competentem, ac ſi ad eos perſonaliter deueniſſent.* Poſt igitur lapſum competentem terminum aduerſus citatos, non comparentes, proceditur, non verò illo adhuc pendente, ac perdurante. Idem conſtituerat Bonifacius VIII. Conſtitutione ſua de hac re, quã quoàd rigorem moderatus fuit dictus Clemens V. *d. clem.* 1. & in *extrauag. rem non nouam. §. præmiſſis igitur, de dol. & contum. inter commun. Gloſſ. per illum text. in* verbo *tribuit. in §. omnis ſtipulatio. Inſtit. de verb. oblig.* quã ſequitur *Alexand. in l. ſi finita* 11. *§. Iulianus. n.* 25. *verſ. quia erat in poteſtate rei comparere. ff. de damno infecto. Rota in Aquen. penſionis* 2. *Decembris* 1633. coràm *Sacrato* apud *Marcheſan. par.* 1. *deciſ.* 22. *ſub nu.* 3. *verſ. fuit reſponſum. fol.* 69. *Camill. Borrell. in ſumma deciſionũ omnium tom.* 1. *tit.* 43. *de citat. nu.* 58. *&* 59.

Nulla ergo ex his omnibus declaratio eſt contra Fr. Ioannem Baptiſtam Equitem Hieroſolymitanum facta. Viribus proindè non ſubſiſtit, tàm ex iuriſdictionis defectu, quàm cauſæ, ſiue etiam iuſtitiæ, & ordinis. Videant ergo Aduerſarij noſtri, tàm perſpicacibus, atq; lincęis oculis, næuos etiam aliorum penetrantes, ſi operam, oleumq; perdidimus, & nõ magis ipſi in vanũ laborauerunt, vt nõ ædificent domũ. *Pſal.* 126.1.

Atq; ità ex his Ariſtarchi ſupercilio non expulſo, reſpondendum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Illuſtriſſimus Nuntius nullam cenſurarum declarationem, & relaxationem aduerſus Fratrem Ioannem Baptiſtam factã declarauit.

S V M M A R I V M.

1 *Forum quis ſortitur, vt conueniri valeat pluribus modis.*
Ratione originis, domicilij, contractus, delicti, & ratione rei ſitæ.
Quod pro regula ſtatuitur. nu. 2. *& nu.* 8.
Ratione proindè rei ſitæ forum quis ſortitur. num. 3. *&* 5.
In actione quidèm reali. num. 5.
Siue etiam mixta, perſonali videlicet ratione rei. num. 6.
Non poterit tamen cogi ad comparendum, ſi noluerit. num. 4.
Ex ſententia Goffredi Tranen. quæ declaratur. num. 9.
Quæ regula in foro quoq; laicali locum obtinet. num 7.
9 *Goffredi Tranen ſententia de foro ſortiendo ratione rei ſitæ declaratur.*
Vt licet ad comparendum cogi non poſſit, qui conuenitur.
Immittuntur tamen actores in poſſeſſionem bonorum. & num. 11.
10 *Innocentius IV. magnus Canoniſta, Mundiq; Monarcha celebratur.*
11 *Forum quis ſortitur ratione contractus.*
Licet trahi non debeat inuitus.
Poterit tamen Iudex loci contractus miſſionem facere contra bona.
12 *Iuris diſpoſitio ſecundùm ea, quæ proponuntur, ſuccedit.*
Nàm in cauſa, hoc eſt in facto, ius eſt poſitum. num. 13.
14 *Prouerbium:* Beotica cantilena. *expenditur.*

ARGVMENTVM.

Quibus modis forum quis ſortiri dicatur? Et nùm ratione rei ſitæ forum quis ſortiatur, vt citari valeat à Iudice loci rei ſitę? Et nùm cõpelli ad comparendum valeat, & ſi non comparuerit, contumax haberi, vel dari immiſſio agenti debeat in bonis? Et ſententia dilucidatur Goffredi Tranen ad intellectum *cap ſanè* 3. *& fin. de foro compet. & cap.* 1. *§. contrahentes. de foro compet. in* 6.

RESPON-

RESPONSIO LIV.

1 FOrum quis sortitur, vt conueniri valeat, vel ratione originis, vel domicilij, vel contractus, vel ratione delicti, vel tandem ratione rei sitæ. ex Pelagio Papa ad Benegestum Defensorem in *can. experientia tua* 15. ibiquè *Gloss. & can. seq.* 11.*quæst.*1. & Gregorio IX. in *cap. licet ratione* 20. *aliàs fin. de foro compet.* & Innocentio IV. in Concilio Lugdunen in *cap.*1. *de priuileg. in* 6. *Gloss. in summa* 3. *quæst.*6. verbo
2 *extra Prouincium*. & hoc sanè pro regula statuitur, quam plenè prosequitur *Marian. Socin. in cap. sanè* 3. mox infra referendus *de foro compet. à nu.* 3. Compilator *Regularum vtriusquè iuris tom.*1. verbo *forum. fol. mihi* 626. *& seq. &* 628. exactissimè *Thomas Carleualius de iudicijs lib.*1. *disput.* 2. qui modos omnes per singulas prosequitur quæstiones.
3 Est ergo inter modos forum sortiendi, vnus ille, ratione rei sitæ. Non iniuria proptereà Vicarius Generalis Iuuenacen fecit, qui Clericum Doctoré Ioannem Vincentium Moschettum in Ciuitate Bitetti degentem, & domicilium trahentem actione reali conuentum pro rebus in Ciuitate, & Diœcesi Iuuenacen sitis, & quæ possidet, si sua putauerit interesse, citauerit, brachiúq; perquisierit Illustrissimi Domini mei Episcopi Bitetten, vt eundem Clericum citari permitteret; sed renuit; ad se iudicium domicilij ratione spectare prætendens. ex *Goffredo Tranen in summa tit. de foro compet.*
4 *num.*5 asserente: Non posse cogi quem alibi degentem ad comparendum coràm Iudice rei sitæ, nisi voluerit ipse, voluntarièq; consenserit. & *Tranensem Goffredum* refert *Abb. d. cap. sanè* 3. *num.*4. *& Marian. Socin.*
5 *ibid. in* 12. *declar.* Et quidè potuisse iurè, nec sanè iniuria conueniri dictũ Clericũ Actoribus reali actione agentibus pro bonis in territorio sitis Iuuenacen hypothecaria, siue iure assistendi coràm Vicario Generali Iuuenacen ex satis trita, omnibusquè obuia regula, quòd forum sortitur quis ra-
6 tione rei sitę, actione quidèm reali, siue etiã mista, personali videlicet pro re sita. ex Africano Concilio *d. cap. sanè Episcopi* 3. *de foro compet.* ibiq; *Abb. num.*4. qui Goffredi sententiam abnuit, sequitur autem illam *Hostiensis Cardinalis* ibidem *nu.*3. qui reali actione reum in foro Iudicis, cuius in territorio res sita est, conueniendum dicit. plenèq; *Marian. Socin.* qui regulam statuit *d. cap. sanè. à num.*3. atq; præsertim in 12. *declarat. & duabus seqq.* & ibiq; etiam *Butr. num.*6. & in *cap. fin. num.*19. *&* 20. *eod. tit. Gloss. in cap. ex parte B.* 15. verbo *in eadem*
7 *est diœcesi, de foro compet.* & in foro laicali eandem prosequitur regulam Vlpianus libro 6. fideicommissorum in *l. sed & si susceperit* 52. *§ si ea res fin. ff. de iudic.* decreuerãtq; Valentinianus, Theodosius, & Arcadius Augusti in *l. actor* 3. *aliàs fin. C. vbi in rem actio exerceri debeat.* & hunc eundem sensũ decernit Gregorius IX. *d. cap final. de foro compet.* verba excipe Gregorij: *licet ratione delicti,* (inquientis) *seù contractus, aut domicilij, siue rei, de qua contra possessorem causa mouetur, quibus forum regulariter quis sorti-*
8 *tur, &c.* regulariter. ex regula igitur habetur, vt dictis modis forum quis sortiatur. sequiturq; *Gloss.* ibidem verbo *contra possessorem*. quæ sequentibus commentũ & ipsa agit: *Ratione possessionis, de qua quis conuenitur, sortitur quis forum, & coràm illo Iudice conueniri quis debet, in cuius iurisdictione res est, supra eodem cap. sanè.* & pro regula sequitur *Marian. Socin. ibid. & Carleual. d. disputat.*2. *quæst.*3. *num.*143. & decisum refert in Neapolitano Cõsilio *Vinc. de Frãch. decis.*177. *num.*1. *& seq. & decis.*389. *num* 2. *& in fin. Ioan. Cephal. cons.*309. *num.*67. *vol.*3. *Gaspar Anton. Thesaur. forens. qq. lib.*2. *q.*15. *num.*17. *Ioan. Bapt. Ciurlin. controuers. forens. cap.*17. *num.*34. *& cap.*52 *num.*15. *Rota* apud *Card. Seraphin. decis.*1018. *num.*2.
9 Licet verò (vt cum *Tranen* sentiamus, consentiamusq;) non possit Curia Episcopalis Iuuenacen, eiusq; Vicarius eundem cogere Clericum ad comparendum, neq; si non comparuerit, contumacem eum habere; poterit tamen post eundem citatum, in possessionem bonorum actores immittere; Quod sanè diffugere minimè ipse
10 poterit. vti in Concilio Lugdunen Innocentius IV. Magnus ille inter Canonistas Princeps, summusq; mundi Monarcha in *cap.*1. *§. contrahentes. de foro compet. lib.*6. de-
11 creuit. sic nempè ipse: *Contrahentes verò aliarum diœcesum, super contractibus initis in Remen diœcesi ab eisdem (nisi reperiantur ibidem) trahere coràm se non debet inuitos, licet in possessionem bonorum, quæ ibi habent, etiam cum alibi copiam sui faciunt; si eorum authoritate citati comparere contemnant, possint missionem facere contra eos: vel (si fortè malitiosè se ipsos occultauerint, ne citatio peruenire ad eosdem) decernere faciendam in possessionem bonorum, quę in alia etiam diœcesi obtinere noscuntur, sed tunc loci Diœcesanus ad denunciationem ipsorum, faciet huiusmodi missionem.* ita Innocentius in Concilio Lugdunen. & hanc prosequitur declarationem *Marian. Socin. d. cap. sanè* 3. *in* 12. 13. *&* 14. *declarat. de for. compet.*

Non itaq; nos Doctorem Clericum Muschettum vt in nostra concinat Curia cogimus, quod perpẽdit *Tranen.* sed citamus eum, sua (si voluerit) aduersus actores iura proponat: Quare in rebus petitis, quæ in

nostra sunt diœcesi, assistentia dari non debeat: quod si non comparuerit, in pos-
32 sessionem bonorum petitorum, ex his, quæ proponuntur. (ad Pauli sensum lib. 1. quæstionum in *l. Nesennius Apollinaris 36. ff. de negot. gest.* illis verbis: *hæc disceptatio in fa-*
33 *cto est.* quòd *in causa,* hoc est in facto ius sit positum. ex Alpheno lib. 1. digestorum in *l. si ex plagis 53. §. in clino Capitolino. ff. ad legem Aquiliam.* ibidemq; *Gloss.* verbo *in causa.*) actores iure imponemus. ex Innocentij determinatione *d. cap. 1. §. contrahentes. de foro compet. lib 6.* prosequiturq; *Socin. d. cap. sanè 3. in 12. 13. & 14. declarat. & Carlenal. d. disput. 2. quæst. 3. nu. 149. & seq.* Videat ergo ipse Clericus Moschettus quàm benè
34 hæc sibi respondeat cantio, ne sibi *Bœotica succedat cantilena.* Adagium de illis dictum, quorum initia tranquilla, ac prospera fuissent, posteriora turbulenta, ac tristia. sicut Sophocles dixit

Vbi quis cecinit cantionem Bœoticam.

Sequiturq; Author adagiorum Chiliade 2. centur. 3. adagio 8. fol. mihi 470.

Atq; ita ex his, Aristarchi non abiecto supercilio, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Actore non probante, reus, & si nihil ipse præstiterit, absoluitur.*

2 *Fides (priuata præsertim) fidem nullam facit.*
Etiam si Iudicis fides fuerit. num. 3.
Præsertim in re graui. num. 4.
Quàmuis Cardinalis fides esset. num. 5.
Potissimùm si per ipsos testes recognita non fuerit. num. 6.

4 *Ecclesiæ de iuribus vbi agitur, res grauis dicitur.*

7 *Testes, quæ pro veritate ipsi nouerũt, pro vtraque parte deponere debent.*
Detrectãs verò super interrogatorijs respondere nihil probat, & suspectus euadit.
Et referentes se ad fidem anteà factam, nihil ampliùs probant. num. 9.
Quàmuis ad instrumentum se referant.
Vel si nesciuerint quis fidem scripserit.
Vel si interesse habent in re. num. 11.
Vel per fidem ante scriptam. num. 12.
Quia sine iuramento deponunt.

13 *Iuramentum testis præcedere debet, non subsequi.*

14 *Testes de mandato Iudicis recipi debent, & à Notario de eius mandato.*
Alioquin nihil probant.
Quia Notarius iurisdictionẽ non habet sine Iudicis mandato.
Vel si sine citatione partis recepti fuere. num. 15.
Vel si recepti fuerint domi sine Iudicis mandato. num. 17.
Neque in termino designato.

16 *Citatio ex præsenti die in antea ad videndum iuramenta testium, non sufficit.*
Cùm sit nimis laxa.

18 *Locatio rerum Ecclesiæ, eidem damnosa, non tenet.*
Cùm dismembrationis sit species.
Consequenterq; alienationis.

ARGVMENTVM.

Absolui debet Conuentus actore non probante. Probatio autem per fides non est sufficiens: debent autem fides recognosci formitèr per eos, qui illas dedere. Nec testis referens se ad fidem ipsam, quicquã probat. Quemadmodùm testis interesse habẽs in causa ipsa, nec probat. Debent recipi de mandato Iudicis, & in loco iudicij, atq; parte citata ad certũ tempus, & locum.

RESPONSIO LV.

Absolui omninò debet ab impetitis per Iosephum de Margionibus R.D. Nicolaus Antonius Textor Sacerdos Frignani maioris Auersanen diœcesis super conductione, quam prætendit territorij Ecclesiæ, supponens conuentionem, atq; etiam anticipatam in partem solutionem ducatorum quatuor præcessisse. Quoniam Ioseph ipse actor in probatis non est.
1 Actore autem non probante, reus, & si nihil ipse præstiterit (per probationem scilicet) absolui debet. *l. qui accusare 4. C. de edendo. l. actor 23. C. de probat. cap. fin. §. fin. de iure iurando. cap. cùm Ecclesia Sutrina 3. in fin. de caus. poss. ff. & propriet. Gloss. 1. in cap. mulieri 34. de iure iurando. cap. fin. de sentent. & re iudic. Rota* apud *Card. Mantic. decis. 68. num. 1. & num. 9.* & apud *Coccinum decis. 215. num. 3.*

Quod autem ipse in probatis non sit, id apertè deducitur. Primò, quia omnem in-

tentionem

tentionem suam probare nititur per fidem
priuatam dnorum ipsi cohęrentium testiũ.
2 Fides verò fidem nullam facit, pręsertim
priuata, neq; à Notario scripta, cùm hic,
neq; sciatur, qui illam scripserit; quam ob
3 causam nihil probat; etiam si Iudicis fides
esset. ex Innocentio III. *cap.cùm à nobis 28.*
de testib. Gloss.in cap sicut 39.in gloss.fin. de
sentent. excommun. §.not autem.in auth. de ta-
bellionib. collat.4. Rota apud *Postium tract.de*
mandato de manutenendo decis.159. num.11.
& apud *Coccinum decis.4 num.3.* In re præ-
4 sertim graui, vt hęc est. Agitur enim de iu-
ribus Ecclesiæ conseruandis. *Rota part.1.in*
recentiorib.decis.441 nu.6. & apud sanct.me-
mor. *Gregorium XV. decis. 214. num.2.* ibi-
demq; *Beltramiu.num,3.*qui rem latam red-
5 dit: quàmuis Cardinalis fides esset. *& decis.*
*260.num.3.& decis.296.nu.10.*diximus *resp.*
nostra 63.*num.14.15.& 16.part.3.*
6 Deindè quia per ipsos testes, & si perpe-
ram examinatos.recognita minimè fuit in
eorum subscriptionibus fides prædicta,sed
recognoscentes ipsi, se nimium præmi per
interrogatoria per D.Nicolaum data, for-
mitèr respondere diffugientes,sẽper in an-
gulo se retraxere,dicentes *questa fede è ve-*
7 *ra, e quella accetto, e ratifico.* Testes verò,quę
in veritate rerum nouerunt, deponere pro
vtraq; parte debent. ex Pelagio Papa in
can. hortamur 30. in fin. 3.quaest 9. ibidemq;
Gloss. verbo *nouerunt. Gloss.in can. nullam 3.*
8 verbo *falsum 2.quaest.4.* At testis detrectans
super interrogatorijs formitèr responde-
re, eaq; non euacuans responsione, & nihil
probat,& suspectus euadit.*Farinac.de testib.*
quaest.73.num.14. Rota apud *Card.Seraphin.*
decis.836. num.2. Aymon cons.134. num.43.
Rota part.2.in recentiorib. decis.700. num.32.
in fin. & apud sanct.memor. *Gregor.XV.de-*
cis.553.num.10. ibidemq; *Beltramin. nu.17.*
9 Prætereà referunt se ad ipsam fidẽ, vndè
nihil magis probant, quàm ipsa fides pri-
uata,quę nihil omninò probat,vt diximus,
quàmuis instrumentum esset, ad quod se
refert testis. *Afflict. decis.72.num.7.* quem
sequuta fuit *Rota* apud *Seraphin. d. dec.836.*
num.3. & apud *Dutannm decis. 329. num.2.*
part.2.
10 Cæterùm nihil quoq; probant, quia de-
posuerũt super fide ab ipsis testibus facta,
qui dicunt nescire,qui illam scripsit. vndè
manifestè apparet, quã integri sint testes.
ex *Bald.in l.1. C.de Episcop.& cleric. Aymon*
*cons.9.num.9.Rota decis.49.num.1.& seq.*ibi-
demq; *Centolin.*addens post 1.*volum.consil.*
11 *Farinac.* præter quàm quòd interesse ha-
bent cum ipso principali super affictu feni
allo Mazone. vt super secundo interroga-
torio dixerunt. habent igitur affectionem
ad causam. *Rota* apud *Farinac.post 2.volum.*
12 *consilior. decis.346. num.5.* Testes verò, qui
per fidem primitùs subscriptam deponũt,
13 nihil probant. Quia nimirùm iuramen-
tum depositionem ipsam pręcedere debet,
non subsequi. ex *text.in cap.2. qui matrimo-*
nium accusare possunt. ibiq; *Scribẽtes. Cache-*
ranus, qui de communi testatur *decis.128.*
num.9.Boet.decis.1.nu.38.Doctor Marta voto
138.nu.12.& 13. Decian.cons.51.nu.6.vol.2.
Farinac.de testib. quaest.80.nu.27.& seq. Ber-
nardin.Gręuen ad Cameram Imperialem lib.1.
conclus.100.consider.3.num.7. Rota apud *Fa-*
rinac. post 1.volum. consilior. decis.30.num.6.
Barbosa in collectan. ad d. cap.2. qui matrim.
accus.poss.num.2.
Deinceps,quia testes ipsi nullitèr exami-
nati reperiuntur. Nescitur enim per quem,
neq; de mãdato Iudicis, neq; etiam à No-
tario Actuario examinati fuere. & nihilo-
14 minus de mandato Iudicis, etiam ab ipso
Notario examinari, ac recipi debebant.
alioqui si recipiantur,nullitèr recipiuntur,
atq; sine iurisdictione,nec probant: quia
Notarius nullitèr iuramenta recipit testiũ,
iurisdictione carens,sine Iudicis mandato.
Crescent. decis 1. de iure iurando. Grauat. ad
Vestrium lib.6.cap.2.num.45.cum seq. & ip-
semet *Vestrius ibidem num.11.& 12. Afflict.*
decis.317 nu.5.Geminian.cons.38.num.8. Ro-
ta par.1.in recentior.decis.393.num.1. Riccius
*collect.263.part.2.*ad *text.in cap.tuis quaestio-*
nibus 39. de testib.
15 Accedit, quòd testes ipsi recepti fuere
absq; monitione, & citatione partis ad vi-
dendum iurare testes. licet enim die 21.
Iulij 1646. fol.11. citatio præcesserit, qua
perquirebatur D. Nicolaus Textor ad cõ-
parendum in Curia Episcopali ad viden-
dum iurare testes, cum assertione in fine
loco subscriptionis. N. Campanilis est
16 Actuarius. tamen fuit citatus ex præsenti
die in antea. Nimis itaq; laxa fuit citatio,
& vaga, atq; seruitutem generans, præser-
tim cũ vnus testis fuerit postmodùm exa-
minatus die 3. Augusti, & alter die 6. eius-
dem, & tunc iurauere. non itaq; debebat
D.Nicolaus omni die, & hora assistere, vt
testium iuramenta videret. Citatio verò
ad videndum iurare testes necessaria est;
alioquin non probant. *cap.2.de testib.Capu-*
taquens.decis.274.per tot. par.3. Rota d.decis.
393. num.6. part.1.in recentiorib.& num.11.
& apud *Farinac. post 2.volum.consilior. decis.*
296. num.3. & apud *Puteum decis.252. lib.1.*
& decis.148.lib.2. & apud *Card.Caualer. de-*
cis.376.nu.5. & 6. & apud sanct.mem. *Gre-*
gor. XV. decis.71. num.3. & 6. & decis. 140.
nu.1.& apud *Card. Mantteam decis.9.nu.2.*
17 Præter quàm quòd primus testis exami-
natus fuerit domi propriæ, cũ citatio præ-
cesserit ad videndum iurare in Curia Epi-
scopali, fuit proindè receptus non in loco
iudicij, & designato, neq; de mandato Iu-

dicis, & non in termino per Iudicem designato. *Rota* apud *Card. Caualer. decis.* 254. *num.* 1. *& decis.* 349. *num.* 1. *& seq.* & apud *Duranum decis.* 6. *nu.* 1. *& seq.* & apud *Card. Mantic. d. decis* 9. *nu.* 3. & apud *Farinac. post* 1. *volum. consilior. decis.* 65. *num.* 4.

Nihil itaq; certi de intentione sua probauit Ioseph. Absolui proinde omnino debebit Dominus Nicolaus reus conuentus, vt in initio deduximus. Præter quàm quòd
58 nec etiam sustineri deberet hæc locatio, cùm satis Ecclesiæ damnosa sit, cum non modico vsurpationis periculo in damnum Ecclesiæ. Saperet proinde alienationis, & dismembrationis speciem, quæ omni iure sacrorum canonum prohibita inuenitur. *cap. nulli liceat* 5. *de reb. Ecclesi. non alienand.* & *Gloss. ibidem* verbo *alienationis.* Paulus II. in *extrauag. ambitiosæ vnic. de rebus Ecclesiæ non alienand. l. sancimus fin. C de reb. alienis non alienand.* diximus pluribus *respons.* nostra 58. *à num.* 63. *cum seq. part.* 4.

Atq; ita ex his, iudicio non abiecto Aristarchi, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Iudiciũ duplex de vnaquaq; re agitari potest.*
Possessorium vnum.
Petitorium aliud.
Illud summarium, hocverò ordinarium.
2 *Petitorium intentatum videtur, vbi petit quis, adiudicari sibi aliquid.*
Et in hoc iudicio ne dùm plena, verùm plenissima perquiruntur probationes. nu. 3.
Sine quibus agens nihil facit.
4 *Actio ex obligatione nascitur, & sine ea non datur.*
Cùm obligatio mater æstimetur actionis.
5 *Obligatio quid?*
6 *Decimas præteritas petens tẽpore prædecessorũ decursas, sine actione experiri dicitur.*
Quia vel donatæ præsumuntur.
Vel non deberi.
Deberi autem probari debet per illas petentem. num. 15.
Et si à probatione defecerit, excludatur. num. 21.
7 *Probationes ossa sunt iudiciorum.*
Atq; vehiculum ad sententiam proferendã.
8 *Actione carens qui agit, Iudicis quoq; officio repelli debet.*
9 *Instrumentum in forma probanti non extractũ, non probat.*
Vel si extractum parte non citata. num. 10.
Vel etiam lite pendente. num. 11.
Neq; Iudicis mandato extractum.
12 *Locus Psalmi* 59. 10. *Moab olla spei meæ, perpenditur.*
13 *Res suas potest quisque moderari, non verò alienas.*
Neque eas donare.
Quia nemo dat, quod suum non est. nu. 14.
14 *Dat nemo quod suum non est.*
16 *Resupinus nemo præsumitur, vt nolit quod sibi debetur exigere.*
Alioquin non deberi præsumitur.
Accedente præsertim longissimi lapsu temporis. num. 17.
18 *Temporis lapsus præsumi facit, extrinsecùs accessisse solemnitates.*
Præsertim longissimi. num. 19.
Quis modus est tollendæ obligationis.
Et vsum præsumi facit. num. 20.
Et vim legis obtinet.
Et vt non pateat originis conditio. num. 21.
Præsumiq; facit priuilegium. num. 25.
22 *Decimæ Deo debentur.*
Et possideri per laicos non possunt.
Quia incapaces sunt iurium spiritualium. num. 23.
Præscribi tamen possunt ab Ecclesia contra Ecclesiam. num. 24.
Præscriptione quadragenaria.
Multòq; magis per tempus longissimum. num. 26.
Atq; per Regulares contra Ecclesiam secularem.
Quia priuilegij iure id fecisse videntur.

ARGVMENTVM.

Iudicium aliud petitorium, possessorium aliud, hoc summarium, illud plenum. Decimæ quo iure debeantur, & an præscribi valeant? Et quid de priuato? Quid verò de Ecclesia aduersus alteram Ecclesiam?

RESPONSIO LVI.

1 IVdicium duplex est, de vnaquaque re, quod agitari passim valet: vnum quidèm possessorium, petitorium aliud, illud summarium, hoc verò ordinarium est; & ita inter se se dissita, atq; disseparata iudicia sunt, vt vnum nihil commune cum alio habeat. ex Vlpiani sensu in *l. naturaliter* 12. *§. nihil commune. ff. de acquir. possess. Rota* apud *Coccinum decis.* 378. *num* 9. Petitorium verò inductum censetur, vbi quis
2 adiudicari sibi aliquid petit. *Contard. de* *menen-*

momentan.possess.quæst.13.nu.24.& seq. Rota in recentiorib.part.2.decis.455.sub num.2. At
petit in Sacra Congregatione Reuerendis-
simus modernus Episcopus Capritanus,cō-
demdari Patres Carthusianos in Monaste-
rio S. Iacobi Captearum degentes ad sol-
uendum Mensę Episcopali omnes decimas
ab anno 1371.ad hāc vsq; diē,& in futurū
soluendas. Ergo petitorio iudicio. Ergo
ordinario. Non sine itaq; plenis probatio-
nibus fieri petita hæc condemdatio debe-
3 bit. Sacra verò Congregatio in his peti-
torijs iudicijs, in quibus plenæ, quin plenissimę perquiruntur probationes nō con-
sueuit procedere, sed ad Rotam remittere.
Ad Rotam propterea hæc remittenda cau-
sa erit. Inani igitur iudicio nūc Patres fa-
tigat Reuerendissimus Episcopus in Sacra
Congregatione, omni pro se carens actio-
4 ne, & probatione. Actione quidèm, quia
hæc ex obligatione originem ducit, eiusq;
agnoscitur partus. ex Paulo lib.8. ad edi-
ctum in *l. licèt in popularibus 42. §.ea obliga-
tio.* ibidemq; *Gloss.* verbo *paris.in princ. ff.de
procurator.§.1.Instit.de obligat.* Ex ipsamet
obligationis descriptione, quā sic descri-
5 bit Imperator: *Obligatio est iuris vinculum,
quo necessitate astringimur alicuius rei soluen-
da, secundùm nostræ Ciuitatis iura.* Et *§.1. In-
stitut. de verbor. obligat.* Nulla verò obliga-
tione Episcopo Patres ad decimas dādas,
soluendasq; tenentur. Caret ergo actione
Episcopus illas petēdi. Et sanè quoad præ-
6 teritas nō solutas, actione omni caret; quia
quatenùs debitæ fuissent, donatæ per ante-
cessores Episcopos videntur, qui illas non
exegere. ex *S.Thom.2.2. quæst.87.artic.1.&
quodlib.2. art 8.& quodlib.6.art.10. Syluester
in summa* verbo *decima.quæst.4.num.10.vers.
quantum ad 3. Rota decis.1.in antiq. de decim.
& par.3.diuersor.decis.1281. Federic. de Senis
cons.81. Laycus de prædio. Peregrin. decis.Pa-
tauina 143.num.21.* diximus *respons.* nostra
59.*num.24. part.3.* Quo verò ad futuras:
quia nihil deduxit, nihilq; probauit. Ca-
ret igitur probatione. Nullam proindè ob-
tinere pro se responsionem poterit: quia
7 nimirùm probationes vti ossa sūt iudicio-
rum. ex *Bald.in cap.cùm causam.nu.2.de pro-
bat.* ita pariq; modo vehiculū sunt ad sen-
tentiam proferendam,& in his stat pondus
totius litis, & exitus controuersiæ. *Baldi*
sunt verba *in cap.quia propter. num.23. in
fin. de elect.* quem sequuta fuit *Rota* apud
Card.Mantic.decis.68.num.9. & Nos *respons.*
nostra 10. *num.9.& 10. part.3.*

8 Caret itaq; probatione Episcopus, caret
actione: Omninò itaq; etiam Iudicis of-
ficio repellendus, nec audiendus erit. ad
*text.in l.si pupilli tui 6. §.videamus in fin.ff.de
negot. gest. Bart. in l.vbi pactum 40. num.10.*
ibidemq; *DD. C.de transact. Aym.cons.191.
num.1. Rota* apud sanct.memor.*Gregor.XV.
decis.119.num.6.& part.1.in recentior. decis.
627.num.1.* & in *Cornetana bonorum* coràm
*Comitulo 1589.decis.71.n.1. post 1.vol. consil.
Farin.* diximus *respōs.* nostra 31 *nu.41.par.3.*

Obstaculum haud proindè facient ver-
ba ex instrumento præsumpto donatio-
nis Reginæ Ioannæ, quibus cùm à dona-
tione Monasterio facta bonorum stabi-
lium excepisset scabellum Iustitiæ, exce-
pit quoquè decimam dicens: *Nec non de-
cima debita, & spectante ad prædictam maio-
rem Ecclesiam Capritanam.* Cùm, quod de
9 prefato asserto instrumento donationis nō
constat, neq; illud in forma probāti extra-
ctum fuit: quam ob causam non probat.
*cap.1.& cap.cùm P. Tabellio 15.de fid.instru-
mentor.* ibidemq; *Scribentes.authent.si quis in
aliquo documento.C.de edendo. auth.de instru-
mentorum cautela, & fide. §. sed & si instru-
menta publicè. collat.6. gloss. d. cap.6.* verbo
*authenticam. de fide instrument. cap.licet cau-
sam 6.* vbi *DD. communitèr de probat. Rota
part.1.in recent.decis 384.sub num.5.* & apud
*Card.Canaler.decis.122.num.1.& seq. Rota in
Treueren decimarum 17. May* 1628. coràm
Dunozetto.

10 Tùm quia, quatenùs extractum hoc præ-
sumatur instrumentum ab originali, fuit
tamen extractum parte non citata: quam
ob causam nihil probat. ex *Felin.in cap.fin.
num.6.de fide instrum. Bart.& DD. in d.auth.
si quis in aliquo documento. C. de edendo. Ma-
rantu in specul. 6.part. in 10 actu. tit.actorum
editio.num 4. Cassador.decis.1.nu.1.de except.
Cacheran.decis.1.num.46. Rota in recentiorib.
part.2. decis.32. nu.5.& 8. & decis.581.nu.1.
& seq.* & apud *Card.Mantic.decis.32. num.8.
& seq.* & in *Romana legatorum de Sabellis*
1596. coràm *Orano decis.110. num.1. post
1.volum. consilior. Farinac. Tiber. Sallust. in
praxi A.C. lib.3.cap.15.per tot.* diximus *res-
pons.* nostra 46. *num.26.part.3.* Præsertim
11 verò, cùm lite pendente extractum fuerit,
& informatione commissa Reuerēdissimo
Episcopo Sorano Ministro Sanctæ Inquisi-
tionis in Regno Neapolitano, nequè eius
mādato extractum fuerit. *Putens decis.152.
lib.3. Rota* apud *Coccinum decis.289. num.6.
& decis 317.nu.1.* Tùm prætereà, quòd ver-
ba illa Reginæ Ioannæ donatricis, (in qui-
bus tota vis intentionis Episcopi reposita
12 videtur: quasi olla spei eius. iuxtà Daui-
dicum illud *Psal.59.10.Moab olla spei meæ*)
non assertiua fuere, sed exceptiua. Nequè
13 enim poterat illa, quod suum non erat do-
nare. In re enim sua quilibet est modera-
tor, & arbiter, non in aliena. ad *text.in l.in
re mandata 21. C.mandati.* Donauit itaquè
territoria, excipit autem decimas matrici
Ecclesiæ Capritanæ debendas, vel debitas;
ne fortassis eas inclusisse videretur; non
quod

quod affirmarit eas omninò deberi . cùm
hoc sub iuris communis dispositione reli-
quisse videatur,quatenùs deberentur. Quã
ob rem non sequitur ; excipit Regina de-
cimas matrici Ecclesiæ debitas , ergo om-
ninò illæ debentur. Excepit enim,ne,quod
suum non erat, in donatione inclusisse
24 videretur.Nemo verò dat,quod suum non
est . ex *Vlpiano in l. nemo plus iuris* 55. *ff. de
regul.iur. l.traditio* 20. *de acquir, rer, domin.
l. si vniuersa* 15. *C. de legat.* meus *Maranta
conf.*56.*num.*7.*Rota* apud *Card.Mantic. decis.*
78. *num.*6. *in fin.*& apud *Cardin. Caualer. de-*
25 *cis.*212. *num.*3. Quam ob causam proban-
dum erit per Reuerendiss. Episcopum , il-
las tunc temporis debitas fuisse , Quo ar-
gumenti genere vsa fuit *Rota* apud *Cocci-
num d. decis.*289. *num.*6. Verùm contra ip-
sum satis firmum est argumentum,decimas
26 tunc debitas non fuisse . Neq; enim ita
resupini tunc temporis Episcopi fuissent ,
vt decimas non exegissent , si illæ debitæ
fuissent . vndè penè trecenti effluxere an-
ni, neq; vnquam decimas petiuere ? Est er-
go à posteriori argumentũ , tunc decimas
has debitas non fuisse. ex Vlpiano in *l.cùm
de indebito* 25. §.*qui enim soluit. ff. de probat.
Rota* apud *Card.Caualer. decis.*109. *num.*10.
& apud *Duranum decis.*27.*num.*17. *Gratian.
forens.part.*5.*cap* 925.*nu.*8.*&* 10. *Rota* apud
sanct.memor.*Gregorium XV.decis.*521.*nu.*1.
diximus in hac eadem decimarum mate-
ria *resp.*nostra 59.*nu.*22. *p.*3. Accendente
27 præsertim lapsu temporis ità longissimi
trecentorum penè annorum. Quemadmo-
28 dùm lapsus tẽporis præsumi facit extrin-
secas sollemnitates intercessisse. meus *Ma-
ranta cons.* 66. *num.* 3. *& tract. de multiplici
alienatione,num.*133. *&* 134. *Rota in Regien.
iurispatronatus* 10.*Iunij* 1623.coràm *Pirouа-
no decis.* 16. *num.*2. *&* 10. apud *Viuianum in*
29 *praxi iurispatronatus.* Quin ipsum tempus,
quatenùs memoriam excedit hominum
(vti in hoc facto post trecentos penè an-
nos) modus est tollendæ obligationis . ex
gloss. in can. nullus Episcopus 124. verbo *ex*
30 *vsu* 1.*quæst.*1. Quia temporis ipse longissi-
mi lapsus vsum præsumi facit , vimq; legis
obtinet. argumento *tex.in can.diuturni mo-
res* 6. *distinct.*12. Hoc igitur sequetur di-
lemma : ex tam longissimo tẽporis lapsu ,
quo decimæ hæ petitæ non fuere ; vel illas
debitas nõ fuisse , vel earum saltim soluen-
di causam præscriptam fuisse . hoc nempè,
temporis tam longissimi cursus operabi-
31 tur , vt non pateat originis conditio . ex
can. longinquitate tẽporis 64. *in princ.* 12.*q.*2.
Reuerendissimi itaquè Episcopi erit hoc
probare,vt si defecerit, excludatur.
32 Nec officiet obiectio , decimarum solu-
tionem inpræscriptibilem esse , quia illæ
Deo debentur,& possideri per laicos non
possunt. *cap. causam quæ* 7. *de præscriptionib.
Gloss.in can.illud autem* 22 verbo *præsumptũ.
dist.*93. diximus *d.respons.*nostra 59.*num.*42.
*part.*3.
23 Procedit sanè obiectio quòad personas
laicas , quæ incapaces iurium spiritualium
sunt. vt *text. ipse in d.cap.causam. quæst.*7. *de
præscript.* disponit , secus verò quòad Ec-
24 clesias , cùm vna contra aliam Ecclesiam
quadragenaria valeat præscriptione præ-
scribere. *cap.illud autem* 8. *de præscript. Ro-
ta* apud *Crescentium decis.* 1.*de decimis.*Potis-
25 simùm verò cùm lapsus ipse temporis,tàm
longissimi priuilegium præsumere faciat .
Nec defuere Summi Romani Pontifices,
qui quàmplura Carthusianis priuilegia
indulxere . vti perpendit quoq; *Crescentius*
26 *d.decis.*1.*de decimis.* Et dubio omni secluso
per immemorabile tempus certum est, de-
cimas per Ecclesiam contra Ecclesiã præ-
scribi posse. *Rota* apud sanct. memor. *Gre-
gorium XV. decis.*174.*num.*4. *Barbosa de offic.
Episc.par.*3.*alleg.*86.*num.*39. *Gratian.forens.
par.*3.*cap.*595.*num.*26.

Vel itaq; nunquàm antea decimę hę de-
bebantur, & pro nobis res est, nihilq; offi-
ciet exceptio per Reginã facta , quæ quod
suum non erat, donare non poterat, vt di-
ximus. Et Episcopi erit probare cõcluden-
tèr illas debitas fuisse; vel saltim ex tempo-
ris tam longissimi lapsu eas soluendi obli-
gationem ab Ecclesia contra Ecclesiam
præscriptam fuisse. Quoquo modo admi-
seris, pro nobis res est .

Atquè ita ex his, Aristarchum non effu-
gientes, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

Fuit à Sacra Cõgregatione reiectus Re-
uerendiss. Dominus Episcopus,annuente
etiam Sanctissimo, quod cõtra ius peteret.

SVMMARIVM.

1 *Vita præsens sicut herba transit, & fugit velut
vmbra,et nunquã in eodẽ statu permanet.*
*Hoc itaq; cogitandum. num.*5.
2 *Prouerbium* : Vt herba solstitialis. *ex Plauto
illustratur.*
*Et ex Dauide Psalm.*89. 6. Sicut herba
transit. *num.*3.
4 *Locus Psalmi* 109. 12. Dies mei sicut vmbra
declinauerunt. *perpenditur.*
6 *Ecclesia Tropien septingentum ducatorũ pen-
sionc grauata reperitur.*
7 *Camera Apostolica in Ecclesia Tropien pro ra-
ta fructuum spolium exigit.*

Quo

Quo verò iure nesciture, nec sine admiratione est. num.8.
Nam in Episcopatibus, & beneficijs ad regiam præsentationem, vacãtibus, ius nullum obtinet. num.9.
Sed fructus successoribus reseruantur.
Quod & iuri Sacrorum Canonum concinit. num.10.
Quo fructus successori reseruantur.
Cùm tamen pro rata fructus exigat: pro rata ad onera tenebitur omnia. num.11.
Etiam famulorum, & ministrorum. nu.12. & num.17.
13 *Camera Apostolica ex priuilegio Summorum Pontificum in locum suffecta est successorum ad spolium defunctorũ Beneficiariorum. ad Cameram proinde Apostolicã pro rata fructuum, quos percepit, onera supportare incumbentia oportebit. num.14. & 23. & num.27.*
Etiã Vicarij Apostolici Sede Vacante. nu.16.
Ratio affertur. num.17.
Quod in ratione etiam naturali fundamentum obtinet. num.19.
Et successor potest habere recursũ aduersus Cameram, vt pro rata onera soluat. n.32.
Neque Camera cum alterius iactura locupletari debet. num.33.
15 *Onera Ecclesiarum, quæ nam dicãtur, quæ supportare eas oportet.*
Ad quæ fructus sunt destinati Beneficiorum. num.18.
20 *Commoda cuiusq; rei eum sequi debent, quem sequuntur incommoda.*
Quod naturali principio innititur. & n.21.
21 *Lucrũ qui sentit, & onus quoq; sentire debet.*
22 *Prouerbium*: fœcem bibat, qui vinũ bibit.
24 *Pensio est vna; & tota pro integro anno debetur.*
Diuisa autem est in duos terminos, faciliores solutionis gratia.
Attenditur proinde ratio fructuum perceptorum. num.25.
Non decursi temporis.
Ideò pro vna integra perceptione fructuũ, integra debetur pensio. num.26.
Fructuum locum pensiones obtinent. nu.28.
Vnde in hac pensionum materia quoad fructus Rota sequi solet dispositionem tex. in l.defuncta 65. ff. de vsufruct. *nu.29.*
30 *Pensionarij pro pẽsionibus decursis fructus hypothecatos habent.*
Fructus proinde sequuntur pænès quẽcunq; fuerint.
Quare etiam contra successorem agere poterunt. num.31.
Sicut etiam aduersus Cameram pro fructibus perceptis. num.32.
34 *Locupletari cum alterius iactura nemo debet.*
Est iàm enim hoc naturæ principijs aduersũ.
Quia bono, & æquo non conueniti. nu.35.
36 *Ecclesia cultrix est iustitiæ.*
Sicut igitur suorum bonorum rapinam pati minimè debet.
Sic neq; alteri damnum inferre.
Alioquin restitutioni erit obnoxia. nu.37.
Etiam ex ministrorum culpa.
38 *Iustitia, quod suum est, cuiq; tribuit.*

ARGVMENTVM.

Camera Apostolica in Episcopatibus ad præsentationem Regiæ Maiestis Catholicæ, illis vacantibus super fructibus ius non habet, sed ad successorem spectant. Quid si Camera de facto saltim exegerit pro rata, nùm pro rata ad onera teneatur, & ad pensionum solutionem, quæ super Ecclesię fructibus alijs reseruatę reperiuntur? Pensionarij pro pensionibus decursis fructus hypothecatos habent, atquè etiam aduersum successorẽ agere possunt. Et nùm Camera ex ipsa rata salarium soluere teneatur Vicario Apostolico à Sacra Congregatione deputato, ob malam Vicarij Capitularis electionem à Capitulo non suo tempore factam?

RESPONSIO LVII.

1 Vita omnis præsens sicut herba transit, & fugit velut vmbra, & nunquã in eodem statu permanet. hinc in-
2 ter adagia ex Plauto: *vt herba solstitialis*, relatum fuit prouerbiũ, cùm ipse in Pseudulo, amantẽ subita spe deiectum, & conquerentem inducit:
Quasi solstitialis herba paulisper fuit;
Repente exortus sum, repentinò occidi.
3 & sacro Adagio locus factus est: *Sicut herba transit.* ex Dauide psalm.89.6. *Mane* (dicente) *sicut herba transeat, mane floreat, & transeat: vespere decidat, induret, & arescat.*

Quia

Quia nimirùm (vt patientissimus Iob 8.9. contestatur) *Sicut vmbra sunt dies nostri super terram.* & sicut nocturnæ, seù vespertinę vmbræ plus spatij occupant; sic tamen citiùs dilabuntur, & sunt propriores nihilo. Non importunè ergo, sed opportunè satis
4 Sanctus meditabatur Rex Dauid Psal. 109. 12. *Dies mei sicut vmbra declinauerunt*: (dicens) *& ego sicut fœnum arui.* Quia statim in ictu oculi de præsenti vita ad sepulchrū transimus, quin magis rapimur; & fugit hora præsens. vt Persius satyr. 1. meminit, & admonuit

------ *Viue memor lethi, fugit hora.*

5 Quin vtiliùs Spiritus sāctus *Ecclesiastici* 38. 23. Sapientis ore nos admonitos fecit: *Memor esto iudicij mei: sic enim erit & tuum: mihi heri, & tibi hodie.* & bene dixit hodie, non cras: vt quisquè intelligat, quemlibet præsentem diem sibi posse vltimum esse. iuxtà illud:

Omnem crede, diem tibi diluxisse supremum. ex Martino del Rio adagialium sacrorum *tom. 2. adagio* 459. Sic admonere nos videtur Illustriss. Episcopus Mandina Tropien, qui nō diù in Episcopatu demoratus, sicut herba transisse visus est. nàm 30. Maij anni ſiàm elapsi 1646. vitali intercepta aura, supremum traxit spiritum. Fuit igitur eius transitu septem pęnè mensibus vacans Ecclesia Tropien donec per Regiam Maiestatem Catholicam Illustrissimus Dominus meus Dñus Frater Ioannes . . . . . . Ordinis Sancti Augustini Sacrę Theologię
6 Magister Episcopus nominatus fuit. Erat Ecclesia Tropien pensione grauata (vt est) ducatorum septingentum, duobus terminis soluenda, in vno, in Sancti Ioannis Baptistæ mense Iunij, in altero Sancti Ioannis mense Decembris Festiuitatibus. præter quàm quòd habet onus Ecclesiæ luminarium olei, ceræ, ministrorū Sacristiæ, & aliorum. Vacante igitur Ecclesia, ob malam Capituli Vicarij Capitularis electionē factam, Sacra Congregatio Vicariū Apostolicum Ecclesiæ designauit, eiusdem Ecclesiæ sumptibus pro ipsius Vicarij salario,
7 & expensis. Camera Apostolica pro medietate fructuum, quàmuis Ecclesia ad Regiæ Maiestatis Catholicæ sit præsentationem, Commissarium destinauit. Quam ob causam soluit pro rata fructuum pensionis terminum Sancti Ioannis Baptistæ, ad vsq; trigesimam ipsam Maij diem, qua Illustrissimus Mandina Episcopus diem supremū duxit. Residuam verò portionem fructuū ab Excellentissimo Domino Regni Prorege Locumtenente designatus Oeconomus exegit, qui onera soluit Ecclesiæ, suamq; retinuit portionem salarij. Ad successorem verò Dominum meum modernum Episcopum nihil residui dimisit. Mense Decembris proximi præteriti Festo Sancti Ioannis, antequàm possessionem ingrederetur dictus Illustriss. Dñus meus Episcopus, qui etiā eodem die Sācti Ioannis consecrationis munus suscepit, & alter cessit pensionis terminus persoluendæ. Post captam verò possessionē Ecclesiæ, reuenit Camera Apostolica, quæ pro rata fructus percepit, pro rata & hunc eundem pensionis terminum soluere, ad modernum Episcopum spectare dicens. Fit proindè causæ huiusce status: libera ne sit Camera Apostolica, quæ pro rata fructus vacante exegit Ecclesia, ne pro rata ad onera concurrat omnia? Et nùm ad solum successorem Episcopum onerum omnium solutio spectet? Ad Cameram spectare onus, sicut pro rata fructus exegit, & pensiones soluendi, atquè Vicarij Apostolici salarij, aliorumq; Ecclesiæ onerum solutionem, neq; ab his oneribus liberàm illam esse: neq; ad solum Episcopum successorem onerum spectare omnium solutionem, è iure magis respondendum censemus.

8 Et quidē non sine admiratione est, quod in Episcopatu Tropien. vacante Ecclesia, in fructibus exigendis Camera se se ingerat Apostolica, cùm aliàs ex concordatis
9 inter Sanctissimum fœlicis memoriæ Paulum Tertium Farnesium, & gloriosæ memoriæ Carolum Quintum Cæsarem, & Regni Regem in Episcopatibus, & beneficijs, quæ ad regiam præsentationem spectant, fructus omnes, vacātibus Ecclesijs, successori reseruantur, perq; Regium Oeconomū percipiūtur, vt in Episcopatibus omnibus, qui ad Regiam præsentationem pertinent, seruatum semper fuit, atquè seruatur. vti experientia constat, testaturq; *Iacob. Anton. de Mauro allegat.* 34. *num.* 6. *Ioan. Francisc. de Ponte Regens decis. Sacri Collateralis Consilij* 12. *num.* 12. *&* 13. *Prosper de Augustino ad Quarantam in summa bullar.* verbo *beneficiorum possessio lit. C.* §. *quos fructus à die, &c. fol. mihi* 97. & eum sequitur, referetq; *Ioannes Antonius Nouarius Canonicus Neapolitanus in summa Bullar. part.* 1. *de beneficiorum fructibus non exactis in vita beneficiati. nu.* 7. *&* 9. *vers. verùm Quaranta. fol. mihi* 88. *in*
10 *prima impress.* Quod iuri quoq; Sacrorum Canonū concinit, quo bona, & fructus omnes vacante Ecclesia percepti, Ecclesiæ, vel successori in beneficio, vel Ecclesia reseruantur. ex Bonifacij VIII. Constitutione in *cap. quia sæpè contingit* 40. *de elect. in* 6. *& in cap. præsenti* 9. *aliàs fin. de officio Ordinarij. eod. lib.* 6. *Nauar. de spolijs clericorum.* §. 12. *num.* 2. *Ioan. Azor. institut. moral. par.* 2. *lib.* 8. *cap.* 3. *quæst.* 14. *Prosp. de August. ad Quarant. d.* verbo *beneficiorum possessio,* §. *quos fructus.*
11 Verùm fac, quòd Camera de facto exegerit, vel de iure, cùm pro rata exegerit pro

rata

rata quoq; ad onera omnia tenebitur: sic
nempè ex dicta Bonifacij VIII. Constitu-
tione in *d.cap.præsenti 9.* aliàs *fin.de offic.or-
din. in 6. §.fin.* disponitur, verba damus, vt
melius percipias: *Porrò vbi ex priuilegio*
(Bonifacius inquit) *vel cõsuetudine, seù alia
de causa rationabili, sibi aliquis prædictorum
asserit bona competere supradicta*: hoc de il-
lis *bonis solùm debet intelligi. quæ solutis debi-
tis, si quæ sint, & his, quæ fuerint necessaria pro*
12 *seruitoribus, & ministris, ac incumbentibus one-
ribus vsq; ad nonos redditus supportandis con-
gruè reseruatis, ex ipsis reperta fuerint supe-
resse.* sic Bonifacius:
13 Camera verò ex priuilegio Summorum
Pontificum Pij IV. Gregorij XIII. & alio-
rum in locum suffecta successorum est, pro
fructibus post obitum obtinentium suscc-
ptis, qui spolij nomine vocantur. *Redoan.de
spolijs quæst.5. in 2.præmiss. & quæst. 27 nu.2.
Ioan. Azor.d.cap. 3.quæst.14. & seq. Prosper de
Augustino ad Quarant.d.§.quos fructus. Rota*
apud *Duranum* Episcopum Vrgellen. *de-*
14 *cis.314.num.5.part.2.* Ad Cameram proin-
dè pro ipsa fructuum, quos percepcrit, ra-
ta, onera supportare Ecclesijs incumben-
tia, spectabit. quod & decreuit Ioannes
XXII. in *extrauagant. Susceptis regiminis 2.de
elect.* illis præsertim verbis: *Eidem beneficio
cõgruè faciens deseruiri, ac eius supportari one-
ra consueta.* quem tex. ad rem *Gloss.* refert in
eod. cap. præsenti. fin. verbo superesse. de offic.
15 *ordin. in 6.* Onera autem, vt eadem *Gloss.*
eodem *tex.* verbo *oneribus* refert, sunt, velu-
ti: *Fabrica Hospitalitatis, receptione Legato-
rum, & nunciorũ Sedis Apostolicæ, & reliquis*
16 *similibus.* Ac salarij Vicarij Apostolici: vt
post *Gennens. in praxi de Capitulo sede vacãte
num.34.* sequitur *Nouarius in summa Bullar.
de beneficiorum fructibus non exactis & c. n.9.
in fin.* & ante eum *Gratian. forens. par.1.c.94.
nu.36. & 37.* quæ sanè doctrina fundamen-
tum habet in ratione, quam in *d.cap. præ-
senti. fin. §. fin. in 2. notab.* affert *Philipp. Franc.*
17 quia necessariæ expensæ pro seruitoribus,
& ministris Ecclesiæ dicuntur esse factæ in-
tuitu Ecclesiæ. sequiturq; dictus *Iacob. An-
ton. de Mauro d. allegat.34. num.1. & seqq. per
totam.* Necessarius autem omninò erat Vi-
carius Sede vacante, qui populis iustitiam
administraret, hunc verò Sacra deputauit
Congregatio constituto illi competẽti sa-
lario ex fructibus Ecclesiæ. Fructus autem
hos pro rata, Camera exegit, & pro rata
Oeconòmus à Rege deputatus pro succes-
sore Episcopo. Vterquè igitur eorum pro
rata ad salariuñ soluendũ Vicario ex Ec-
clesiæ fructibus tenebitur. Quia nimirùm
vt *Philipp. Franch. d.cap. præsenti. §. fin. in vlt.*
18 *notab.* adnotat: *Fructus, & redditus Eccle-
siæ censentur deputati pro necessarijs expensis,
& oneribus incumbentibus Ecclesiæ toto anno*
vsq; ad nonos redditus, seù fructus. & idem
*Iacob. Anton. de Mauro d. alleg. 34. d. num.1. &
seq. & nu. 3. Rota in Cremonen pensionis 23.
Maij 1625.* corãm *Vbaldo decis.166. num.7.
& 8. in collectis per Rubeum. 3. part. recentior.*
Nihil ergo pro Camera erit, quod ei suf-
fragium ferre possit, quin pro rata ad one-
ra necessaria Ecclesiæ teneatur, quemad-
19 modùm pro rata fructus percepit. Ex na-
turæ porrò principio hoc originem ducit.
ex Paulo lib.3. ad Sabinum in *l. secundũ na-
turam 10. ff. de regul. iur.* dicente, atquè do-
20 cente: *secundùm naturã est commoda cuiusq;
rei eum sequi, quem sequuntur incommoda.* se-
quiturq; Iuris sacrorum canonum *regula*
qui sentit 55. de regul. iur. in 6. & ex Grego-
rio Papa ad Theodorum Consiliarium *can.
Ecclesiasticus 67. in princ. 12. quæst 2.* vt sanè,
ex ratione, quã Iustinianus Cæsar in *l. vnic.
§. pro secundo verò ordine. C de caduc. tollend.*
21 refert: ferẽdus non sit is, qui lucrum quì-
dèm amplectitur, onus autem ei annexum
contemnit: atq; proindè disponat: omnes
personas, quibus lucrum defertur: eas etiã
grauamen, quod ab initio fuerat comple-
22 xum omnino sentire. vt *Fecem bibat, qui vi-
num bibit.* ex veteri prouerbio deduximusq;
respons. nostra 10 *num.1. & seqq. part.2.* &
23 hanc sententiam, teneri Camerã ad onera,
& debita per defunctũ Episcopum, vel be-
neficiariũ pro Ecclesiæ seruitio, suæq; per-
sonæ contracta: post *Redoan. de spolijs cleri-
corum. quæst 10. per tot tom.14 tract. fol.250.*
sequitur pluribus *Gratian. forens. p.1. d.c.94.
num.31. cum seqq. Prosper de August. ad Qua-
rant. d.* verbo *beneficiorũ possessio. §. quos fru-
ctus. in fin. Iacob. Anton. de Mauro d. alleg.34.
nu.3. & seq. Nanar. de spolijs clericorum §.10.
num.6. & 7. Ioan. Azor. institut. moral. d. lib.8.
par.2. cap.3. quæst.3 cum seq.* Tenebitur pro-
indè pro rata, quam percepit fructuum
Camera pensiones soluere, tàm termini
S. Ioannis Baptistæ mense Iunij; cùm tri-
gesima Maij, diem viderit vltimũ Illustriss.
Episcopus Mandina; quàm etiã S. Ioannis
mẽse Decẽbri, qui terminus, ante quàm Il-
lustriss Modernus Dominus meus Episco-
pus Ecclesiæ possessionem ingrederetur,
cessit. Quia totius anni fructuum pro rata
portionem Camera percepit, vt pro rata
quoquè fructuum soluendæ pensionis onus
24 eidem incumbat. Vna namq; est pensio, &
tota pro integro debetur anno; diuisa verò,
atquè in duos deducta est terminos, faci-
lioris, siue comodioris gratia solutionis.
25 Quam ob causam, non ratio decursi tem-
poris, sed perceptorum fructuum attendi-
tur. *Rota* apud *Puteum decis.189. nu.2. lib.2.
Gigans de pensionib. q.53. per tot.* sequutaq;
plurièS fuit *Rota* apud *Card. Caualer. decis.
129. nu.1. & 2.* qui *nu.3.* infert: *& ideò* (in-
26 quiens) *pro vna integra perceptione fructuũ*

Qq debetur

debetur integra pensio, Rota in vna Nazare-
na pensionis 15. Ianuarij 1607. coràm *Coc-
cino decis. 327. num 1. Gratian. forens. part. 3.
cap. 548. num. 46. 47 & 48.*

27 Camera verò pro rata fructuum, quos
percepit, quæ totius anni fuit. Percepit
namq; fructus mense Iunij, frumentorum;
& vini mense Septembris, & Octobris; atq;
etiam olei, censuum, & reddituum à men-
se Maij ad mensem penè totum Decẽbris,
quo etiam terminus soluendæ pensionis
die 27. Festo Sancti Ioannis, cessit, ad tradi-
ta per Vlpianum lib. 1. responsorum in *l. ce-
dere diem 213. ff. de verbor. signif.* Pro rata
itaquè fructuum ad pensionem tenebitur,
vti diximus, probauimusq;. Iàm enim fru-
28 ctus illi per Cameram sublati fuerant; vt
ex ijs pensiones pro rata soluantur, quorũ
locum pensiones obtinent. ad Sceuolæ sen-
sum lib. 3. responsorũ in *l. defuncta fructua-
ria 65. ff. de vsufructu.* cuius sanè text. dispo-
29 sitionem in hac pensionum materia Rota
sequitur. vt dixit *Rota* apud *Card. Caualer.
d. decis. 129. nu. 1.* & apud *Coccinũ d. decis. 327.
num. 1.* eademquè Rota in *Papien fructuum
12. Februarij* 1601. coràm *Card. Lancellotto.
vers. nam huiusmodi pensiones*. quam prælo
pressit *Marius Antonin. variar. lib. 1. resol. 46.
ad calcem.*

30 Pensionatij verò pro pensionibus decur-
sis fructus hypothecatos habent, quæ reale
onus in fructibus æstimantur. illosq; sequũ-
tur, penès quemcunq; fuerint, siuè Came-
ra, siuè hæres titularij, siuè successor in
beneficio, siuè quiuis alius, qui fructus su-
scepit. *Gigant de pensionib. quæst. 51. num. 1.
& seqq. Roman. cons 388. nu. 3. Euerard. cons.
147. num. 4. & 5. Verall. decis. 362. aliàs 7. de
pensionib. num 4 & 5. part. 2. Rota in Cusenti-
na prætensæ confidentiæ* 1595. coràm *Orano
decis. 102. num. 18. in fin. ad calcem vol. 1. con-
silior. Farinac. Gratian. forens. d. cap. 94. nu. 51.
& seq. part. 1.* diximus *respons.* nostra 68.
num. 16. part. 4.

Prò rata ergo eorum fructuũ, quos per-
cepit, ad pensionis solutionem Camera te-
nebitur, siuè terminus fuerit Sancti Ioan-
nis Baptistæ mense Iunij, siuè Sancti Ioan-
nis Euangelistæ mense Decembris, ad ratã
sanè fructuum, non temporis, vti diximus,
pensiones debentur.

31 Et licèt quidẽ huius hypothecæ vi pen-
sionarij aduersus successorem in Ecclesia
pro decursis terminis nõ solutis recursum
habere valeant. ex Vlpiano lib. 27. ad edi-
ctum in *l. stipulationum 2. §. ex his igitur. ff.
de verbor. obligat. & l. vlt. ff. si vnus ex pluri-
bus hæredibus. Rota* apud *Card. Caualer. de-
cis. 453. num. 1. & seq.* Rota Maceraten apud
Marc. Anton. Thomati nunc Episcopum Bi-
tetten *decis. 22. num. 7.* diximus *d. respons.* no-
stra 68. *num. 18. par. 4.*

32 Non est tamen, quin contra Cameram
recursum habere possint pro rata fructuũ,
quos percepit; vel modernus saltim Epi-
scopus, qui vti successor pro pensionibus
cõuenitur, vt ipsam ratam Camera soluat,
ad quã tenetur. ad *text. in l. si cùm dotem 23.
§. trãsgrediamur. ff. solut. matr. l. fin* ibidemq;
*Bald. in fin. C. si vnus, vel plures. Afflict. decis.
332. num. 2. Rota* apud *Card. Caualer. decis.
392. num. 1.* diximus *d. respons.* 68. *num. 17.
part. 4.*

33 Quid enim Camera cum alterius iactu-
ra, ipsa emolumentum capiet, lucrumq; fa-
34 ciet, atq; locupletabitur, alio damnum
sustinente? At hoc naturæ aduersum est
ipsi. ex Pomponio lib. 21. ad Sabinum in
l. nam hoc natura 14. ff. de condit. indeb. ve-
tuitq; sacrorum regula canonum in regula
*locupletari 48. de regul. iur. in 6. Barbosa axio-
35 mate 139. num. 1.* Quia bono, & æquo non
conuenit, aut lucrari aliquem cum damno
alterius, aut damnum sentire pro alterius
lucro. verbis dicimus einsdem Pomponij
inter Iureconsultos non secundi lib. 14. ad
Sabinum in *l. iure succursum est. 7. in fin. ff. de
iure dotium.*

36 Ecclesia verò, quæ cultrix est Iustitiæ, si-
cuti suorum bonorum rapinam pati mini-
mè debet, ita pariq; modo, neque alteri
damnum inferre. ex Gregorio Papa *can.
sicut Ecclesia 49. 12. q. 2. cap. nuper 6 §. quod
autem, de donation. inter virum, & vxorem.*
37 Alioquin si quid tale ministrorum culpa
admiserit, restitutioni fit obnoxia. ex *Gloss.
d. can. Ecclesia.* verbo *alienas*. diximus *resp.*
nostra 33. *num. 17. 18. & 19. part. 4.*

Non feret itaq; vt Illustrissimo Domino
meo moderno Episcopo Camera damnum
inferat, faciet autem, vt suum cuiq; iustitia
38 tribuatur. *cap. ex ore 17. in princ. de priuil.
l. iustitia 10. ff. de iustit. & iure. can. ius natura-
le 7. dist. 1.*

Atquè ita ex his, quæ Censoris lubentèr
subijcimus virgæ, respondendũ censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Homines mali aduersus eos, qui eos admonent, persecutionem excitãt, veluti qui fodit foueam, incidet in eam.*

2 *Locus Ecclesiastes* 10. 8. Qui fodit foueam incidet in eam, &c. *expenditur.*

3 *Hæretici ligna sunt infructuosa.*
Magno in periculo sunt, qui eos contra insurgunt.

4 *Superiores, qui vitia corrigunt, nunquàm carent periculo.*

5 *Ladere*

60 *Consuetudo etiam praua excusat à pœna.*
Ante declarationem præsertim. nu. 61.
62 *Causa qualibet, etiã bestialis, excusat à pœna.*
Quia sine dolo fecisse videtur.
Multòq; magis si causa erit iusta. nu. 63.
64 Præsumere *verbum dolum, et temeritatem denotat.*
65 *Regulares de causis ad Sanctum Officium spectantibus apud Inquisitores deuũciari per suos debent superiores.*
Exauditur tamen de rebus ad Sanctum Officium spectantibus. num. 71.
67 *Hæretici, & de hæresi suspecti denunciandi sunt.*
Et fautores, & defensores eorum.
Quàmuis occulti. num. 68.
Et quàmuis dubium sit, an emendati sint.
69 *Hæresis est error cum pertinacia circa aliquem fidei articulum.*
70 *Hæreticus non est, qui quàmuis erret in fide, paratus est tamen corrigi.*
73 *Opinione à communi licet recedere cum causa, & si ratio euidens, vel textus in contrariũ adsit.*
74 *Lazarum praecepit Dominus ab Apostolis solui, & vt abiret.*
75 *Melius est nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare.*
76 *Foueam, qui fodit, videat, ne in illam ipse cadat.*
77 *Nocere qui alteri tentat, ipse vt suam sentiat iacturam iustum est. & lex sanè iusta: necis artificem arte perire sua.*
Nàm pœna in auctorem redeunt suũ. nu. 78.

ARGVMENTVM.

Regulares nullo modo se ingerere possunt in cauusis ad Sanctum Officium spectantibus contra eis subiectos, cùm sit eis hæc ablata facultas ex Constitutione Pauli V. *Romanus Pontifex*. Vndè ad eius interpretationem multa deducuntur, quando videlicet causa ad Sanctum spectare dicatur Officium. Et nùm sanè studiorum præfecti, Patrum Lectorum propositiones expendere, censurareuè possint, cuius farinæ illæ sint; in ordine quidèm ad doctrinam? Nùm verò simplex verbũ (*Absoluo*) sufficiens sit in sacramẽto pœnitentiæ, vt forma dicatur sacramẽti? Hæreticus quis nàm dicatur? Et nùm paratus corrigi hæreticus dicatur? Opinione à communi recedere licet, vbi vel ratio euidens, vel textus contrariũ suadeat. Melius est tandèm nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare.

RESPONSIO LVIII.

1 SEntiunt quàm sepissimè illi, qui zelo
mori Dei, homines reprehendunt errantes, quantam contra se ipsos persecutionem excitant. Velut ille, qui scindit
ligna, sæpè vulnerabitur ab eis. & qui fodit
2 foueam, incidet in eam. Spiritum sanctum
excipe hoc expressè dicentem Ecclesiastes
10. 8. *Qui fodit foueam* (dicit ille) *incidet in eam; & qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Qui transfert lapides, affligetur in eis: et qui scindit ligna, vulnerabitur ab eis.* Diuus
3 Hieronymus censet: Ligna infructuosa
esse hæreticos; scindentem verò esse illum, qui gladio sermonis sui hos ferit: & hunc in magno periculo versari, quãuis sit prudens, & doctus vir, nisi diligentèr attende-
4 rit. *Ferus*; scindere ligna eos putat, qui præpositi cæteris, vitia corrigunt, qui nunquàm carent periculo. & certè multotiès ipsi, qui alijs damna parant, vel parare tentant, mala, quæ parauerant, sentiunt. & qui
5 fodit foueã, incidet in eam. & vt dixit Hesiodus:
Ipse sibi mala fert, alium qui lædere quærit.
Consultum malè, consultori pessima res est.
deducitq; *Martinus del Rio adagialium sacrorum tom. 2. 324. & 325.* super illud: *qui transfert lapides, affligetur in eis.* respondetq; Prouerbiorum 26. 27. *Qui voluit lapidem, reuertetur ad eum.* nempè qui voluit in aliũ, vt eum obruat; pernicies, quam alteri molitur, in ipsum reuoluetur. refertq; vetus Adagium Plutarchi.
6 *Damna parans alij, proprio parat hic pati dãna.*
Sic sanè euenit ijs, qui R.R. Patres è Societate IESV, Patrem videlicet Ferdinandũ & Patrem Prouincialem apud sanctũ Tri-

bunal

bunal detulerunt, quasi in pœnas dederint
Constitutionis sanct. memor. Pauli V. quæ
incipit : *Romanus Pontifex*. anno 1606. Ka-
lendis Septẽbris, Pontificatus sui anno se-
cundo, editæ. relatæ in *Bullario* per Cheru-
binum *part.3.constit.26. fol.* 210. quòd pro-
positiones quasdã à Patre N. de pœnitẽtia
discipulis lectas, atquè scriptis traditas,
mandato Patris Prouincialis tribus Patri-
bus Societatis eiusdem censurandas dede-
rit, cùm esset ipse Rector Collegij Neapo-
litani. Deq; re eadem censura, totoq; facto
certiorem Reuerendissimum Patrem Ge-
neralem fecerit,

Verùm in pœnas præfatas Constitutio-
nis prædictæ *Romanus Pontifex* Pauli V. nõ
dedisse eos, & si benè factũ perpẽdatur, qui
7 sapit omnis facilè respondebit. Iuris quip-
pè determinatio omnis, veluti ex prçiacẽti
materia forma, ex facto deducitur, atq; ex
illo dirimitur. iuxtà Celsi sensũ lib.3.dige-
storum in *l. in fundo alieno 39. in princ. ff. de
rei vendicat.* illis verbis: *Bonus Iudex variè
ex personis, causisq; constituet*. Perindè nem-
pè factum habetur, atq; causa ad effectum:
8 Quia ex facto ius oritur. ex Alfeno in *l. in
plagis 53. §. in Cliuo Capitolino*. & Iuliano in
l. item vulneratur 52. §. eiusdem ergo. & Pau-
lo in *l. si seruus 49. ff. ad legem Aquiliam*. eo-
demq; lib. 1. quæstionum in *l. Nesennius 36.
ff. de negotijs gestis*. illis verbis: *Respondi, hæc
9 disceptatio in facto consistit*. Alioquin si fa-
ctum certum non erit, incerta succedet
determinatio. secundùm *Gloss.* ibidem ver-
bo *in facto. Barbosa axiom. 93. num. 5.* Namq;
propositiones à Patre N. datas discipulisq;
lectas, nõ sanè in ordine ad Sanctum Offi-
cium censurandas dederunt, illasq; Patres
censores susceperunt; sed in ordine ad do-
ctrinam, vt ex ipsamet censura apud Sanctũ
Tribunal data, videre licet, cuius copia (vt
defensionem traderemus, nobis data fuit)
& ex depositionibus à Patribus factis, pa-
tet. Ita sanè, vt nequè nomen eius, qui pro-
positiones dederat, patefactum Patribus
censoribus fuerit; sed ipsę tantùm propo-
sitiones datæ, vt illas censurarent, exami-
narentuè, non vti Iudices, sed vt periti, in
ordine dumtaxat ad doctrinam. Illis ve-
rò censura notatis, mandatum fuit dicto
Patri Rectori (vti studiorũ Rectori) & alijs
Patribus censoribus, vt ab ipso N. exquire-
rẽt, teneret ne datas propositiones vt abso-
lutè veras, illasq; ita tradiderit discipulis,
vel verò relatiuè aliorũ referẽdo sentẽtias,
vel opiniones & de his omnibus ad doctri-
næ ordinem Reuerendissimo Patri Gene-
rali relationem in quodam folio, eorũ sub
scripto manibus, transmiserunt. Nihil pro-
indè egerũt ex his omnibus, quod Consti-
10 tutioni dicti Pauli V. *Romanus Pontifex* ad-
uersetur. verba damus Constitutionis §. 2.

Reuocans quippè ipse Summus Romanus
Pontifex Paulus V. priuilegia omnia Re-
gularibus indulta, causas suorum subdito-
rum ad Sanctum Officium spectantes, co-
gnoscendi: sic infert: *Causas ad dictum Of-
ficium* (sanctum videlicet) *quouis modo spe-
ctantes, cognoscendi, & terminandi, seù in illis
quoquo modo se intromittendi; quorum omniũ,
& singulorum teneret, etiam si de illis specia-
lis, & expressa mentio habenda esset, præsenti-
bus pro plenè, & sufficientèr, expressis, & inser-
tis habentes; Apostolica authoritate tenore prę-
sentium perpetuò cassamus, reuocamus, & abo-
lemus: ipsisq; Generalibus, Superioribus, &
Prælatis, vt de cætero quouis quæsito colore, vel
prætextu præuentionis, & consuetudinis, &
præscriptionis immemorabilis; seù cognoscen-
di, an delationes huiusmodi calumniosæ sint, nec
ne in eisdem causis tàm motis, quàm mouendis,
quoquo modo se intromittere, seù immiscere, de-
nunciationes recipere, testes examinare, proces-
sus conficere, causas ipsas cognoscere, definire..,
vel terminare minimè audeant, seù præsumant,
simili authoritate districtiùs inhibemus*. his
Constitutio. In ordine igitur loquitur ad
Sanctum Officium, nõ in ordine ad doctri-
nam in scholis publicis tradendam disci-
11 pulis. Cùm enim sint in Collegio scien-
tiarum omnium, atq; Grammarices scho-
læ, & Sacræ Theologiæ cùm primis, tùm
speculatiuæ, tùm moralis, atquè vt in benè
instituta republica præfecti adsint studio-
rũ; propositionesq; illæ traditæ à Patre N.
à communi deflecterent, in ordine, vtiquè
ad doctrinam, examinandæ fuerant, vt fue-
re. Nihil igitur quod ad Sanctum Officium
12 spectaret, egerunt. Non itaquè dispositio-
nis, & Constitutionis Pauli verba facto cõ-
ueniunt huic. nec ergo dispositio cõgruet.
13 Quia nimirùm dispositio secundùm suam
causam determinatur. ex Vlpiano lib. 25.
ad edictum in *l. ita autem 5. ff. de administrat.
& periculo tutor.* eius damus verba: *Et cùm
causa* (inquit) *depositionis exprimatur, scilicet,
vt prædia pupillis comparentur, manifestum
est, vt ad minimas summas non videatur perti-
nere*. Expressit Summus Pontifex Paulus
14 mentem suam, de causis ad Sanctum Offi-
ciũm spectantibus, vt in his Regulares non
se ingerãt. extra igitur causas ad Sanctum
15 Officium, non extendetur; quia de illis nõ
loquitur, cessatq; hęc pars edicti. vt idem
docet Vlpianus lib. 1. ad Edictum in *l. dict
cautionis 4. §. toties. ff. de damno infecto*. ibiq;
Paulus in summario. dicens: *vbi deficiunt
16 verba legis, deficit iuris dispositio*: Cum in
ipsis hoc locum sibi nequeat vindicare. ex
Bonifacio VIII. in *cap. indemnitatibus 43.
§. supradicta siquidèm. de elect. in 6. Afflict. de-
cis. 221. num. 9. & decis. 335. nu. 8. Card. Tusc.
tom. 2. lit. D. conclus. 493. nu. 1. & seq. Nauar.
de indulgent. notab. 28. num. 22. & cons. 12. in
fin. lib. 1.*

fin. lib.1. de maiorit. & obedient. Gonzalez ad regul.8. cancell. gloss.5. in princ. nu.24. Barbosa axiom.73. num.16. Rota apud Card. Mantic. decis.163. num.5. & in *Sutrina monasterij 29. Aprilis* 1598. coràm *Orano decis.126. num.3. ad calcem 1. volum. consil. Farin. & decis.145. num.2. in fin. post 2. volum. consil. eiusdem.* & apud *Coccinum decis.460. num.5. & part.2. in recentiorib. decis.502. sub num.3.*

17 Et quidèm causa, quatenus ad rem nostram aptatur, dicitur ius ipsum deductum in iudicio; quòd causa est in dicendo posita eum internentu certarum personarum, scilicet actoris, rei, Iudicis, & testium. vt *Gloss.* loquitur in *cap. forus* 10. verbo *causa*, *de verbor. signific. Gloss. & DD. in l. causas 16. C. de transactionib. Maranta* noster *in speculo part.5. num.66.67. & seq.* sequitur; *Barbosa in d. cap. forus 10. num.3. Card. Tusc. tom.1. littera C. conclus.155.* ibiq; *nu.3.* ex *Baldo cons. 106. proponitur, quòd quidam. nu.2. lib.2.* Cau-

18 sam propriè dici, atq; accipi, & exaudiri infert pro facto, obligationeq; vel alio iure, quod in iudicio proponitur. denunciationes scilicet recipiendo, testes examinando, processus conficiendo, ipsasq; causas cognoscendo, definiendo, vel terminando. vti Constitutionis verba se habēt, quæ paulò ante retulimus.

19 Iudicium verò, quasi iuris dictio, dici-
20 tur. Et iustitia, quasi iuris status. vti ex Isidoro in libris Etymologiarum lib.18. c.9. sequitur *text. d. cap. forus 10. de verbor. signif.* Nullum verò hoc modo hic iudicium dictum est: sed extraiudicialitèr dùmtaxat processerunt: propositiones censurando, (an secundū communem essent doctrinā) vti Doctores Theologi, non vt Iudices sācti Officij, quod vetarat Constitutio. Non igitur Constitutionis verba in hoc conueniunt facto. nec ergo dispositio locum habebit. Ea potissimùm nec infirma ratio-

21 ne: Quòd in criminalibus ad culpam, peccatumq; excludendū; consequentèrq; pœnam, verba in sua propria exaudiri significatione debeant, atq; proindè reprimi, nō diffundi, nec dilatari. ex Hilario in *cap. intelligentia verborum* 6. & Gregorio Papa in *cap. propterea* 8. ibiq; *Gloss.* verbo *proprietas. de verbor. significat. extra.* plenè, vt assolet ad materiā *Felin. in cap. nam concupiscentiam 4. de constitut. Nauar. in cap. inter verba 11. q.3. corollar. 66. nu.781. Card. Tusc. tom. vlt. lit. F. conclus. 101. & 102. Marius Antonin. Maceraten. variar. resolut. lib.1. resolut.69. nu.2. Vulpell. cons.2. num.2. & cons.3. num.11. Farinac. cons.9. num.18. lib.1.* in terminis loquens interpretationis Bullæ sanct. memor. Grego-

22 rij XIII. de duello. Quia nimirùm ad pœnam excludendam verba pro reo magis exaudiri, atq; interpretari debeant, quàm contrà, & illo sensu præsertim, vt exeluda-

23 tur crimen. ex 11. *regula*: Cùm sunt partium iura obscura, reo fauendū est potiùs, quàm actori. *de regul. iur. in 6. Aymon cons.6. num.41.* & dictum fuit in *Ferrarien societatis 28. Iunij* 1599. coràm *Card. Mellino decis. 137. num.3. ad calcem 1. volum. consil. Farinac.* materiam pertractar *Menoch. de arbitr. lib.1. quæst.99. num.1. & seq. per totam.*

Loquutus verò fuit Santissimus Romanus Pontifex Paulus de causis ad Sanctum

24 Officiū spectātibus, formalitèr, vt ad Sanctum Officium spectant, quando scilicet de materia agitur hęreticali. non ergo extra illas extendenda Constitutio, quæ strictè,

25 pressèq; loquitur. Distinctio enim adhibetur non leuis, inter Inquisitores, vt hæreticorum Iudices sunt, & inter propositionū qualificatores, censoresq; vti ex Innocentio Papa ad Episcopos Concilij Mileuitani in *cau. quoties fidei ratio 12. 24. quæst.1.* & *Gloss.* ibidem verbo *nisi ad Petrum.* ex Lucio Tertio in *cap. ad abolendam 9. extra de haret.* sequitur per quā optimè *Alphonsus de Castro de iusta hæreticorū punitione cap.5. vers. si quis verò nobis obiiciat. colum.9 fol. mihi 27. circa finem. in minori impressione Antuerpia.*

26 Namq; Inquisitores non hæresum Iudices sunt, sed hæreticorum. Qualificatores verò hæresum, atq; proindè propositionū Iudices sunt; vt illas vti periti dijudicent, an

27 hereticales, nec ne sint. quòd si in dubium vertatur, Sācta sit Sedes adeunda. vt Innocentius *d. can. quoties fidei ratio* 12. decernit, & *Glos.* ibidem: dictusq; *Alphonsus à Castro loco supra relato.* Ne Iudices itaq; sint Regulares in causis ad Sanctum Officium spectantibus, Paulus sua inhibuit Cōstitutio-

28 ne; non verò, ne vt præfecti studiorum propositiones qualificent, censurentuè vti periti, non vt Iudices inquisitionis. Prohibetur nāq; dictis Superioribus Regularibus: *In eisdem causis tàm motis, quàm mouendis, quoquo modo se intromittere, seù immiscere, denunciationes recipere, testes examinare, processus conficere, causas ipsas cognoscere, definire, vel terminare.* Causas scilicet ad Sanctum Officium spectantes. vt *d. §. 2. in fin.* dicta Constitutio verba facit. atq; ita Constitutionē hanc exaudiunt *Petrin. de priuileg. regular. tom.2. in 9 constitut. Pauli V. à num.3. & seq. Lezana in summa qq. regular. part.1. cap.18. n.18. Cespedes de exemptione regular. cap.16. quòad delicta dub.266. num.1. & seq. Pellizzar. in manual. regular. tom.2. tract.8. de priuileg. cap.6 sect.1. quæst.7. num.14. Nald. in summa* verbo *hæresis. nu.23. Pater Thesaur. in praxi pænarum part.2.* verbo *hæresis. regulor. cap.7.* & nouissimè *Bordonus in tract. sacrum Tribunal Iudicum in causis sanctæ Fidei cap.27. de religiosis Inquisitoribus subiectis. quæst.2. num.2.* referens dictam Constitutionem Pauli V. & *quæst.3. num.9.* referens Constitutio-

stitutio-

stitutionem Vrbani VIII. incipientem *Sicut accepimus*.

Cæterequin si hoc esset in omnibus propositionibus, siuè ex Philosophia, siuè ex Theologia, vel speculatiua, vel morali, siuè in omnibus alijs propositionibus, quæ in scholis publicis habentur, si paululum illæ à communi deflexerint, ad Sanctum Offi-
29 cium recurrendum erit; ad quod non nisi de hæresi constet, vel de propositione hereticali, vel scádalosa, vel quòd sit aliquis de hæresi suspectus, recursus habendus erit. ex *Alphonso de Castro d. cap. 5. colum. 10. & 11.*
30 *fol. 28.* vt sẽper postmodùm maiores causæ, quæ de fide sunt, ad Petri referantur. ex Pelagio II. in *can. multis denuò 5. §. si verò. dist. 17.* & Lucio III. *d. cap. ad abolendam 9. de haret. extrà*. & ex Clemente IV. Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in *cap. vt offi-*
31 *cium 11. de haret. in 6.* illis verbis: *Contra hareticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, nec non contra infamatos de haresi, vel suspectos, iuxtà sanctiones canonicas (hominum metu diuino timore postposito) procedatis.* eodemq; sensu Bonifacius VIII. in *cap. vt commissi vobis officij 12. eod. de haretic. lib. 6.* qui sic loquitur: *Vobis, & vestrum singulis commissi Edi citationes, & denunciationes, quas in quoslibet hareticos, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum tuleritis.* sequiturq; *Peirin. in d. constit. 9. Pauli V. à nu. 3. cum seq. Naldus in summa* verbo *haresis n. 3. & 4. Thesaur.* in terminis dictæ Cõstitutionis dicti Pauli V. d. verbo *haresis cap. 7.* perpenditq; latè *Bordonus d. cap. 27.* præsertim *quæst. 7. num. 16.* Hæresis itaq; causæ ad Sanctum spectant Officium. talis verò nõ erat, quæ de propositionibus à Patre N. lectis agebatur. vna namq; earum erat: Formam
32 sacramenti pœnitentiæ rectè compleri in ipso verbo (*Absoluo.*) Hanc autem Patres censores, non vti hæreticam damnarunt, sed cõtrà communẽ, receptamq; Doctorũ sententiam dixerunt esse. quàmuis illam aliqui sequantur *Henriquez* è Societate IESV Magnus ille Theologus, qui auditorem suum habuit Patrem Franciscum Suarez in *summa lib. 4. cap. 11. §. 1. & §. 3. in fin. & allegationibus Doctorum*, quos in *Gloss. d. §. 1. lit. B.* refert. alijsq; Neotericis, quorũ meminit *Bonacina tom. 1. disput. 5. quæst. 4. punct. 2. num. 10. in 8. corollar. & Pater Ioannes Præpositus in 3. part. D. Thomæ quæst. 89. de forma sacramenti pœnitentiæ quæst. 6. art. 5. fol. mihi 659.* deduciq; pluribus Eminentissi-
33 mus, & dignitate, & doctrina *Card. de Lugo de Sacramento pœnitentiæ. disputat. 13. sect. 1. num. 16. & seq.* ex eadem Societate IESV, neq; *Bonacina*, neq; aliquis ex Doctoribus relatis, absolutè eam damnant. neque *Card. de Lugo ibid.* sed ex *Soto in 4. dist. 22. quæst. 1. art. 1. 3. postremum tandem dubium.* illum di-
34 cere refert: in articulo mortis, quãdo periculum esset, ne moreretur homo absquè absolutione sacramentali, posset Sacerdos cum intentione absoluendi simul à censu-
35 ris, & peccatis proferre verbum (*absoluo*) quod sufficeret. Quod tamen non approbat *Filiuc. tom. 1. tract. 6. cap. 3. quæst. 7. nu. 66.*
36 *& 67.* seb infert verba (*absoluo te*) esse necessaria, & essentialia. respondetq; replicationi eorum, qui dicũt, verba (*absoluo*) posse determinari ad absolutionẽ à peccatis
37 per intentionem ministri: Quia formæ sacramentorum sunt institutæ à Christo, & proindè immutabiles ab hominibus, neq; sufficere intentionem ministri: Quia non est sensibilis. sequiturq; pluribus *Card. de Lugo d. sect. 1. à num. 8. & per totam.* & nouissimè *Trullenk in praxi sacramentorum. lib. 4. cap. 2. dub. 3. num. 7. 8. & 9.* ex Sacro Tridentino *sess. 14. cap. 3. in princ.* docente: Formam
38 sacramenti pœnitẽtiæ in illis ministri verbis positam esse: *Ego te absoluo.* & quàmuis illud pronomen *ego* intelligatur in verbo (*absoluo*) non tamen ita explicitè intelligitur pronomen *te*. reddiq; proindè dubiũ, nàm indifferens est ad absoluendum te, illum, vos, aut illos.

Nequè Pater N. illam priorem sententiam de verbo (*absoluo*) quòd sufficiat, absolutè tradidit, sed relatiuè; tradidisse verò; communem sententiã esse: (*te absoluo*) vt quatuor ex discipulis auditoribus eius tradiderunt ex scriptis, quæ acceperũt. De-
39 ficiebat proindè materia, siuè delicti corpus, vti nostrates tradunt. perquiri verò illud necessariò. *Nisi enim constet aliquem esse occisum, non haberi de familia quæstionem. Liquere igitur debere, scelere interemptum, vt Senatusconsulto locus sit.* Vlpianus lib. 50. ad edictum in *l. 1. §. item illud sciendum est. ff. ad Senat. Consult. Syllanian.* docet. & post alios *Clarus lib. 5. §. fin. quæst. 4. & quæst. 55. num. 10. vers. post autem. Foller. in praxi crim. part. 1. tit. capiat informationem. num. 3. Farinac. de inquisit. quæst. 1. num. 6. & quæst. 2. nu. 1. & seqq. Hieron. de Federic. resolut. crimin. resolut. 14. nu. 2. & resolut. 45. & resolut. 57. nu. 1. post 2. volum. consil. Farinac. Hieron. de Laurent. decis. Auenionen 20. num. 1. Thom. Triuisan. decis. 23. num. 4. lib. 2.*

Præter quàm quòd Patribus censoribus propositiones censurandæ traditæ fuere, non patefacto nomine eius, qui eas tradiderat; vt merè se vt periti habuerint erga propositiones propositas, non circa perso-
40 nam aliquam. In Sancto verò Officio circa personas proceditur, qui propositiones tradiderunt hæreticas, vel hæreticales; denunciationes recipiendo, testes examinando, processus conficiendo, causas ipsas cognoscendo, definiendo, terminãdo. quod dicta sua Constitutione Paulus V, Regula-

ribus

ribus prohibuit *d. §. 2.* Nulla itaq; adfuit
materia ad Sanctum Officium spectans ex
dicta Pauli V. Constitutione. Non igitur
illa locum habebit. Cœterùm si hoc esset,
neq; Regulares contra hæreticorum
propositiones respondere possent, neq; sanam
tradere doctrinam, illorum pessimam
41 diruendo. Multi antè sunt Regularium virorum
Doctorum libri cōtra hæreses scripti,
præloq; pressi. Neq; aliud iniunctum
Patri N. fuit per Patrem Præpositū ex censura
censuratorum, nisi, vt argumentis in
contrarium pro prima sententia responderet.
In causa igitur ad Sanctum Officium
spectante non processerunt, non igitur in
prohibitionē dederunt Cōstitutionis Pauli
V. neq; in pœnas ab illo decretas. Quippè
qui dicere voluerit, ipsos in Cōstitutionem
dedisse Pauli V. qualitatem illam primitùs
probare debebit, illos in causa processisse
ad Sanctū Officium spectante. Fun-
42 danda quippè qualitas est, quę iurisdictionem
tribuit, nec leniter, sed apertissimis
probationibus. ex Gratiano, Valentino, &
Honorio Augustis in *l. sciant cuncti 25. alias
fin. C. de probationib.* quam legem inter sacros
canones retulit Gratianus in *can. sciant
cuncti 2. 2 quæst. 8.* nec inerudite dixit, Modestinus
lib. 3. differentiarū in *l. si vsusfructus
21. ff. quib. mod. vsusfruct. amitt.* dum re-
43 spondet: vsumfructum Ciuitati relictum
amitti, si in illam aratrū immittatur; Quia
Ciuitas esse deficit. Deficiet proindè lex, si
qualitas ab illa requisita, non adsit. Dat
tibi testimonium Bonifacius VIII. in *cap.
statutum 22. de elect. in 6.* quatenus docet:
44 Parochialis Ecclesię nomine, non comprehendi
Collegiatam, etiā si aliàs Parochialis
extiterit. rationem reddit ipse ad rem
nostram aptissimam: *Quia* (inquiens) *cùm*
45 *sit pœnale* (statutū scilicet) *restringi potiùs
conuenit, quàm laxari.* & nos in pœnalibos
vertimur. vndè *Glossella* marginalis ibidē
sic infert. *Nota, iura pœnalia strictè esse interpretanda.
ad hoc regula in pœnis infra de regulis
iuris.* quæ est 46. in 6. rationemq; reddit
Gloss. ibidem verbo restringi. *nam odia
restringi, & fauores conuenit ampliari. infra
de regulis iuris odia.* quæ est 15. ibidem. sequiturq;
*Paul. de Castr. consil. 299. visa inquisitione
sub num. 1. volum. 2. Gayll. pract.
obseruat. lib. 2. obseruat. 94. num. 2. Menoch. de
præsumpt. lib. 6. præsumpt. 15. num. 47. Marius
Antonin. Maceraten variar. resolut. lib. 1. resolut.
82. num. 1. Barbosa axiom. 196. nu. 7. Clarlinius
controu. forens. cap. 116. num. 30. part. 1.*
46 Probationes namquè (in criminalibus
præsertim) essentiales sunt, vt sententia ferri
possit. ex *Gabr. de sentent. conclus. 9. nu. 1.
Rota in d. decis. 145. num 4. ad calcem secundi
voluminis consiliorum Farinacij.* Neque ab
hac re aliena perpensio illa erit. Quòd vbi
47 lex, vel Constitutio aliquid prærequirit, vt
dispositio ipsa verificetur, prærequisitum
illud fundari primitùs debebit, atq; verificari;
alioquin incassum agitur, non verificato
præsupposito illo, quod ex Constitutione,
vel lege prærequirebatur: Quia deficit
fundamentum. ex *Gloss.* recepta, atquè
singulari æstimata in *l. mancipia 5.* verbo *aduocandum.
C. de seru. fugit.* illis verbis: *Et intellige
in vtroq; casu cū effectu. idest cum iuit,
aliàs frustrà diceret, restituat.* sequiturq; *Castrens.*
ibidem *num. 5. & Roman. singul. 495.
incipit statutum, vel lex,* Glossam prædictam
singularem æstimat, nec minoris illam facit
noster *Marànta cons. 43. num. 2. Mascard.
de probat. tom. 2. conclus. 1216. num. 5. Alciat.
lib. 9. respons. cons. 14. nu. 3. Gayll. de pignor.
obseruat. 1. num. 2. Benintend. Rotæ Bononien
decis. 18. nu. 3. Rota* apud *Card. Seraphin. decis.
1090. num. 2. Gutierr. cons. 26. num. 6. Rota in
Anconitana censui 24. Maij 1613.* coràm
Vbaldo decis. 84. num. 21. & decis. 271. num. 8.
apud *Cencium de censib.* Verificari proptereà
qualitas illa debebat, tàm Patrem Rectorem
Collegij, quàm assumptos Cēsores,
quàm etiam Patrem Prouincialem in causa
processisse aduersus Patrem N. ad Sanctum
Officium spectare, & vti Iudices processisse
in illa, denunciationem recipiēdo,
testes examinādo, causā cognoscēdo, definiēdo,
ac terminādo; vt ita in pœnas dedisse
viderentur Cōstitutionis præfatę Pauli V.
Cęteroquin nec peccauere ipsi, quibus
mandatum à Superiore, Rectore videlicet,
& illi à Prouinciali, vt propositiones excuterent;
an rectè secundum doctrinā procederent,
& quòd in illis peccatū inuenirent.
48 Neq; porrò hoc cōtra legem erat sacrorum
canonum, neq; contra legē Dei æternam,
neque contra Constitutionem prædictam
Pauli V. parendi propterea eos manebat
necessitas. ex Hieronymo in epistolam
ad Titum cap. 2. in verba illa: *Serui Dominis
suis subditi* à Gratiano relato in *can. si
dominus 93.* & Ambrosio in *can. Iulianus 94.
11. quæst. 3.* verba damus Hieronymi. *Si Dominus
ea iubet, quæ non sunt aduersa scripturis
sanctis, subijcitur seruus Domino. Si verò contraria
præcipit: magis obediat spiritus, quàm
49 corpus Domino.* Nihil hic præcipiebatur,
quod legi repugnaret sacrorum canonum:
neq; dictę Pauli Constitutioni, neq; etiam
Vrbani VIII. quā referet *Bordonus d. quæst. 3.
num. 9.* obedire proinde debebant. Quod
enim imponebatur simpliciter erat, vt propositiones
illas excuterent, censurarentuè,
nullam verò hoc repugnantiam habebat;
ne obedire tentarentur: neq; porrò ex propositionibus
habebatur adhuc, quod illæ
peccatū saperent. parere idcircò teneban-
50 tur. Hoc nempe professi ipsi fuerunt, cùm
professionem, vel expressam, vel saltim ta-
citam

ctam emiserunt; Superioribus suis obedientiam. ex *S. Thoma in 2. lib. sententiar. dist. 44. quæst. 2. art. 3. in vlt. argum.* sequiturq; *Thomas Sanchez in moral. tom. 2. lib. 6. cap. 2. nu. 2.*
51 Perfecta namque obedientia (ex S. Patriarcha Benedicto monachorum omnium Patre, refertq; *S. Thom. d. quæst. 2. art. 3.*) legem nescit, terminis non arctatur, non continetur professionis angustijs; sed ad omne, quod iniungitur spontaneo vigore liberalis, alacrisq; animi, modum non considerans, in infinitum fertur. In Societate hac
52 IESV potissimùm, in qua ex regulis; ecca quædam, atq; omninò indiscussa Superioribus obedientia debetur. vt ex *6. par. Constitutionum cap. 1.* & ex *3. cap. item primo. nu. 24.* refert *Pater Suarez tom. 4. de relig. c. 15.*
53 *num 30.* patetq; ex Gregorij XIII. Constitutione, per quā Societatis Constitutiones approbatæ fuerunt; atquè præsertim quoad obedientiam Superioribus præstandam; in ijs potissimùm, quæ in quotidiano monasticæ vitæ exercitio sese offerunt. vt post *Sotum* Dominicanæ familiæ splendorem *lib. 7. de iustit. & iure. quæst. 2. art. 4. ad finem corporis.* sequitur *Pater Sanchez d. cap. 2. num. 3. lib. 6. moralium.*
54 Accedente potissimùm, quod non leuis in Societate hac, à Summis Romanis Pontificibus approbata, viget consuetudo, ob scientiarum omnium scholas, vt in illis recta, approbataq; tradatur doctrina, censores, & præfectos scholarum, & doctrinarū, ac propositionum præficiendi; vt omnia secundùm veram doctrinam catholicam, & apostolicam procedant. indèq; ex discipulis probatissimi procedant Magistri, qui sanam doctrinam alios docere valeant. Nihil proindè sinistrum suspicari hi potuere
55 Patres Censores, cùm propositiones præfatæ censurandæ præpositæ eis fuere, quàm quod consuetum est fieri in Religione: Ideòq; parere necessè fuit. nullo igitur modo in dolo fuere. ex Vlpiano lib. 49. ad Edictum in *l. non videntur data 133. §. quod*
56 *iussit. ff. de regul. iur.* Vsi quippè facultate fuere, quam Religio ex suis Priuilegijs, & Constitutionibus à Sancta Sede Apostolica approbatis, ipsis fecerat, propositiones omnes expendendi, censurandiq; vti peritis in scientijs. ex Vlpiani sensu lib. 50. ad edictum in *l. 1. §. si proponatur.* & in *l. quia autem it 6. §. nec enim. siue §. planè, si nominatim. ff. si quis omissa causa testamenti.* ex ratione, quam respondendo reddit *d. §. si proponatur.* Et non puto incidere, (inquiēs) quasi testator hanc ei dederit facultatē, qui eum substituit. & *d. §. planè si nominatim.* Quia vsus est facultate ea, quam ei testator con-
57 cessit. In nullam idcircò dedere culpam. nec consequenter in pœnam; quia lege id fecere permittente. ex Augustino in *can. quid dicā 11. in fin. 14. quæst. 4. & can. qui peccat 36. in princ. 23. quæst. 4.* & Alexandro Cesare in *l. Gracchus 4. C. ad leg. Iul. de adulter.* nec refugit Paulus lib. 64. ad Edictum in *l. nemo damnum 194.* ibiq; *Decius, & Cagnol.*
58 *ff. de regul. iur.* Multòq; magis, quod ex perfecto viuendi genere Prouincialis, satis religioso, in suspitionem nullā incidere potuere, illum contra legem præcipere, qui Dei timore mouebatur. ex Fabiano Papa in *can. qui omnipotentem Deum 95. 11. q. 3.* &
59 secundùm regulam præcipiebat. vndè parere eos oportebat. vt sequitur *Sanchez d. cap 2. num. 8. 9. & seq. lib. 6 moral.*
60 Et fanè si consuetudo praua, legibusq; improbata excusationē pro pœna præbet. secundū *Gloss. in cap. cùm venerabilis 7. verbo migrasse. in fin. de consuet.* ibiq; *Abb. nu. 5.* qui obliuioni non esse tradendam exagerat. & *Butr. in cap. quia in omnibus 3. num. 4. de vsuris. Maranta* noster *cons. 69. num. 10. Grammat. decis. 50. nu. 3. & seq.* dictumq; fuit in *Romana Societatis 2. Ianuarij 1570.* coràm *Card. Lancellotto seniore decis. 2. sub num. 1. ad calcem 2. volum. consil Farinae.*
61 Præsertim verò, ante quàm declaratum fuerit, consuetudinem illam prauam, atquè improbatam fuisse. ex *Abb. d. cap. cùm ve-*
62 *nerabilis 7. eod. num. 5.* Quia nimirùm in criminalibus qualibet causa, quāmuis hestialis (vt nostrates loquuntur) excusat à pœna. Quoniā sine dolo fecisse videtur, nec delinquendi animo, & voluntate. ex Vlpiano lib. 55. ad edictum in *l. igitur sciendum est 12. § potest & seruus. ff. de liber. caus.* & Innocentio III. in *d. cap. cùm venerabilis 7. de consuet. Cassador. decis. 6. nu. 8. de caus. poss. & propriet.* ab ordinaria potissimùm pœna. ex nostro *Maranta cons. 63. num. 5.* Multòq;
63 magis si causa iusta fuerit, atq; legitima. *Maranta cons. 77. num. 7. & cons. 131. num. 4. Menoch. de recuper. possess. remed. 5. quæst. 14. à num. 48. cum seq. Maceraten variar. resolut. lib. 1. d. resolut. 69. num. 4. Card. Tusc. tom. 1. littera C. conclus. 152. nu. 1. & seq. Barbosa axiomate 40. num. 36. & 37.* Et non excusabit sic iusta, atq; legitima causa, qua omnes hi Patres in hac re moti fuere, ex approbato modo procedendi in Religione ex approbatis eorum Regulis, & Constitutionibus, has censurandi propositiones quoad doctrinam, non verò in ordine ad Iudicium forense, multòq; minus ad causas ad Sanctum Officium spectantes? Potissimùm verò cùm Paulina ipsa Constitutio in eos inuehitur Superiores, qui in causis ad Sanctū Officium spectantibus se intromittere, seu immiscere ausi fuerint, aut præsumpserint: *Minimè audeant*, (dicens) *seu præsumant.*
64 Audere verò, siue præsumere est ausu temerario sine authoritate Superioris facere. ac dolum, & temeritatem denotant. ex Syno-

do Eugenij Papæ in *cap. deternimus* 2. ibiq; *Gloss.* verbo *non præsumant.* & *Abb. num. 6. de iudicijs extra.* & ex Bonifacio VIII. in *cap. statutum* 11. §. *insuper, vt gratis.* & *Gloss.* verbo *præsumpserint. de rescript. lib. 6. Cardin. in clement.* 1. *quæst.* 38. *num.* 22. *de priuileg. Nauar. manual. cap.* 27. *num.* 155. & 156. & in *commentar.* 4. *de regular.* in 7. *notab. nu.* 62. & *consf.* 19. *lib.* 3. *de rebus Eccles. non alien. Sanch. de matrim. lib.* 3. *disp.* 2. *quæst.* 1. *nu.* 5. & *lib.* 9. *disput.* 32. *num.* 38. *Glorit. respons.* 12. *num.* 26. *Barbosa de dictionib dict.* 278. *num.* 1. 2. & *seq. Card. Tuscus tom.* 2. *lit. D. conclus.* 339. *num.* 1. & *seqq.* Nihil verò iu hac re fuere ausi Patres, neq; præsūpserunt se in causa ad Sanctum Officium spectante intromittere, seù immiscere, cùm nec etiam de causa ageretur ad Sanctū Officium spectante. Ad censurandas autem propositiones processerāt ab obediētia iussi, in ordine ad doctrinam, non ad Iudicium forense, neq; ad Sanctum Officium. In Constitutionē proindè haud dedere Panli Papæ V. eiusq; pœnas.

65 Neq; facit obstaculum: debuisse saltim Patrem Rectorem denunciare apud Inquisitorem Patrem N. quòd propositiones illas docuerit; vt non denunciando in culpa fuerit. ex dicta Pauli Cōstitutione §. 3. & 5.

Cùm quia, nedùm quidèm nō constabat, Patrem N. simpliciter illas propositiones docuisse; quin magis retulisse dumraxàt: quam ob causam in nullam dederat suspitionem malæ doctrinæ.

66 Tùm, quòd propositiones ipsę, atquè potissimùm illa de verbo (*Absoluo*) non nisi contra communem, censuratę fuerant; non verò hæreticæ, vel hæreticales. denunciandus igitur non fuerat. Cùm causa ad San-

67 ctum Officium spectans non esset. Hæretici nempè, vel de hæresi suspecti, eorumquè fautores, & defensores denunciandi sunt.

68 vt in superioribus diximus. quàmuis occultus quis esset hæreticus, vel saltim dubium esset, an emēdatus fuisset. vt ex *Emanuele Moura* sequitur *Diana part.* 4. *tract.* 3. *de conscientia dubia. resolut.* 61.

69 Hæresis verò est error pertinax hominis Christiani Fidei catholicæ ex parte cōtrarius. secundùm finitionem, quā affert Cardinalis *Toletus instruct. sacerdot. lib.* 4. *cap.* 3. *nu.* 1. & post alios *Ferdinandus à Castro Palao in opere morali par.* 1. *de hæresi. tract.* 4. *disp.* 3.

70 *punct.* 2. *nu.* 1. atq; adeò pertinacia requiritur; vt si is, qui in fide errat, paratus sit corrigi, hæreticus non dicatur. ex Hieronymo ad Damasum in *can. hæc est fides* 14. ibiquè *Gloss.* verbo *emendari* 24. *quæst.* 1. & ex Augustino in *can. dixit Apostolus* 29. 24. *quæst.* 3. ibiq; *Gloss.* verbo *pertinaci. Gloss. in can. nec licuit* 4. verbo *ad recipiendam. dist.* 18. & eadē *Gloss. in can. quæ dignior domus* 26. verbo *deuita. in fin. eadem* 24. *quæst.* 1. *S. Thomas* 2. 2. *quæst.* 5. *art.* 3. & *quæst.* 11. *art.* 2. *ad tertium.* sequiturq; post alios quoq; *Bordonus in sacro Tribunali cap.* 9. *de hæresi. quæst.* 5. *num.* 22. & *num.* 23. Nulla autem hic in Patre N. fuit pertinacia, & quia propositiones illas non absolutè docuit, & quia paratus fuit conformare se cum communi, atquè Patribus quòad doctrinam parere. non itaq; denunciandus fuerat, cùm nihil ad Sanctum Officium spectans adesset. vt in superioribus aduertimus.

Nequè item obstabit, Patrem Rectorem cum Patribus Censoribus relationem subscriptam dedisse Reuerēdissimo Patri Generali. incidisse proindè in Constitutionē Pauli V.

71 Quia profectò relatio hæc ipsa de re ad Sanctum Officium spectante non fuit, cùm ipsamet materia ad Sanctum nec spectaret Officiū, vti hucusq; probare nixi fuimus,

72 sed in ordine ad doctrinam in scholis tradendā iuxtà approbatas à sancta Sede Religionis huius Constitutiones. Neq; vnquā aliàs in dubium reuocatum fuerit: posse, nec ne, Patres censores, siue præfectos studiorum, lectorū propositiones, quòad doctrinam in scholis tradendam, censurare, expendereuè; vt admoneantur illi, quam doctrinam in scholis tradere debeant, & ne

73 à communi recedant, sine euidenti causa, vel textu, vel ratione. ex Clemente III. (ni magis Cœlestinus fuerit) in *cap. Cavellanus tuus* 4. §. *quia verò. de ferijs.* illis verbis: *Tolerior sententia meliori, & subtiliori vtitur ratione.* & ex Iustiniano Cæsare in *l. Deo auctore* 1. §. *sed neq; ex multitudine authorum. C. de veteri iure enucleādo.* sequiturq; *Nauar. manual. cap.* 27. *num.* 285. & 286. & *cons.* 25. *an conuersus. nu.* 8. *lib.* 5. *de priuil. Felm. in cap.* 1. *num.* 54. *de constitut. Ioannes Sanchez in selectis disput.* 7. *nu.* 18. *Rota* apud *Coccinum decis.* 214. *num.* 2. diximus alios referentes *respons.* nostra 55. *num.* 27. *part.* 3. & in nostro *apologetico pro iuribus Ecclesiæ. respons.* 1. *nu.* 107. *Romæ presso.*

Neq; ex eo, quod de his, quę acciderant, quòad doctrinā in ordine ad scholas, Generali relationē fecerunt; idcircò de causa cognouerunt ad Sanctum Officium spectante. Nequè de ea Generalis cognouit. alioqnin ipse in pœnas dedisset Constitutionis Pauli V. vel saltim Vrbani VIII. ex *Bordono d. cap.* 27. *quæst.* 7. *num.* 16. neq; quid vel magnum, vel paruum contra dictum Patrem N. actū fuit, vt cognouisse de causa dici possent. sed scire dūtaxàt amicabilitèr, & extraiudicialitèr ab eo voluit Pater Rector, an assertiuè, vel relatiuè doctrinam illam tradiderit; & admonitus in ordine ad doctrinam, vt se cōmuni conformaret sententiæ, paruit. Nihil igitur egerunt, quod ad Sanctum Officium spectaret. de eis igitur

tur non loquitur Constitutio Pauli V. nec eius ergo in eos locum habebit dispositio. Absoluendi proindè erunt, atq; soluendi,
74 vt abeant. Sicuti de Lazaro ad vitam renocato Dominus Apostolis (Ioannis 11. 44.) dixit: *Soluite eum, & sinite abire*. Quando
75 aliàs (satiùs esse impunitum relinquere facinus nocentis, quàm innocentē damnari) putarit Vlpianus lib. 7. officij Proconsulis in *l. absentem 5. §. sed nec de suspitionibus. ff. de pœnis.* sequiturq; *Card. Tusc. tom. 1. lit. A. conclus. 41. num. 3. & tom. 5. lit. O. conclus. 55. num. 2. & Barbosa axiom. 146. num. 6.* Videat
76 ergo, qui foueam hanc fodit, ne & ipse in
77 illam ceciderit. & sanè iustè; *vt qui alij nocendum esse existimauit; ipse suā sentiat iacturam.* vt Imperator Iustinianus respondit in *l. si legatarius 25. C. de legatis.* Nec verò

——— lex est iustior vlla,
Quàm necis artificem arte perire sua.
vt
78 *Discat in auctorem pœnam redire suum.*

Atq; ita ex his, quæ iudicio subijcimus cuiuscunq; rectiùs sentiētis, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ cùm primis, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

Fuerunt à Sāctissimo Inquisitionis Prætorio liberi dimissi Patres; atquè soluti, abierunt.

SVMMARIVM.

1 *Hominum cupiditas, qui vndiq; sibi coaceruare aurum quærunt, insatiabilis.*
Nec anima eorum implebitur.
Probatur ex loco Ecclesiastes 6. 7. num. 2.
2 *Locus Ecclesiastes 6. 7.* Omnis labor hominis in ore eius est, sed anima eius non implebitur. *expenditur ex S. Hieronymo.*
Et eiusdem 6. 1. num. 3.
3 *Hominum pessimum malum, qui laborare non cessant, vt acquirant, & tamen nec audent ex acquisito comedere.*
Sed homo extraneus vorabit illud.
Thesaurizant, & ignorant cui congregabunt ea. *psalm. 38. 7. num. 4.*
4 *Locus Psalmi 38. 7.* Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea. *perpenditur.*
5 *Humanam instabilitatem plorauere Gentiles quoquè.*
Sic ille apud Lucam 12. 17. Destruā horrea mea, & maiora faciam. *num. 6.*
6 *Locus Luca 12. 17.* De diuite, qui horrea destruere cogitauit, vt maiora faceret; & nocte sublatus fuit.
7 *Prouerbium.* Thesaurus carbones fuerunt. *elucidatur.*
Et Miscere sacra prophanis. num. 8.
Confundens fasq; ; nefasq;.
Et suo iuramento sibi malum accersere. *ex Plauto. num. 9.*
10 *Delicti corpus certum esse primitùs debet, atq; de eo constare, siue de delicto in genere, vt postmodum de inquisitis quęstio habeatur.*
Quod non vsquequaq; firmum est. nu. 20.
11 *Verum, vel falsum dici non potest, quod nunquam fuit.*
12 *Res in suo esse primitùs constitui debet, vt de ea postmodùm qualitates dentur. nam res, quæ non est, æstimari non potest. nu. 15.*
13 *Testamentum sine scriptura esse potest, etiam à non minore.*
14 *Legatum ei relictum, qui tempore codicillorū non erat, non tenet.*
16 *Quod non est, non habet bonitatem, nec malitiam.*
17 *Qualitas sine subiecto esse non potest.*
18 *Species nulla effici potest sine materia.*
19 *Falsitas est veritatis mutatio ex certa scientia, siue dolo facta.*
21 *Delicta, siue facinora multa sunt, quæ nullum post se relinquunt apparens corpus.*
Inde facti transeuntis nuncupatur. nu. 22.
Alia verò sunt, quæ corpus post se relinquūt, factiq; permanentis nuncupantur. nu. 23.
24 *Vulnera humano inflicta corpori voces sunt, quæ facinus clamant.*
25 *Stuprum vel cum virgine, vel cum puero, patratur. & num. 63.*
Quod in his pudendarum fractura perspiciatur.
Et etiam cum vidua stuprum committitur. num. 26.
27 *Delicti corpus omninò desideratur in his criminibus, quæ facti sunt permanentis. secus verò in delictis, quæ facti sunt transeuntis. num. 31.*
28 *Hominem post mortem in vitā restitui, solius Dei potentiæ est.*
29 *Deus solus vitæ, mortisq; potestatem habet.*
30 *A priuatione ad habitum non nisi per Diuinā potentiam regressus datur.*
32 *Delicta impunita ne remaneant è Republica est.*
Siuè facti sint permanentis, siuè transeuntis.
33 *Falsi in crimine corpus desideratur delicti, vt appareat quod falsatum est.*
Secus verò, in eo, qui persuadet falsum.
34 *Persuasio fit verbis, quæ nullum post se relinquunt permanens factum.*
35 *Dei solius verba permanent, quàmuis Cælum, & Terra transeant.*
Dei enim verba facta sunt: Quoniam ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. *num. 36.*
37 *Hominum verba ventosa appellantur.*
Quia in ventum proferuntur.

do Eugenij Papæ in *cap. decernimus* 2. ibiq; *Gloß.* verbo *non præsumant. & Abb. num. 6. de iudicijs extra*. & ex Bonifacio VIII. in *cap. statutum* 11. *§. insuper, vt gratis. & Gloss.* verbo *præsumpserint. de rescript. lib. 6. Cardin. in clement. 1. quæst. 38. num. 22. de priuileg. Nauar. manual. cap. 27. num. 155. & 156.* & in *commentar. 4. de regular. in 7. notab. nu. 62. & cons. 19. lib. 3. de rebus Eccles. non alien. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 1. quæst. 1. nu. 5. & lib. 9. disput. 32. num. 38. Glorit. respons. 12. num. 26. Barbosa de dictionib dict. 278. num. 1. 2. & seq. Card. Tuscus tom. 2. lit. D. conclus. 339. num. 1. & seqq.* Nihil verò in hac re fuere ausi Patres, neq; præsūpserunt se in causa ad Sanctum Officium spectante intromittere, seù immiscere, cùm nec etiam de causa ageretur ad Sanctū Officium spectante. Ad censurandas autem propositiones processerāt ab obediētia iussi, in ordine ad doctrinam, non ad Iudicium forense, neq; ad Sanctum Officium. In Constitutionē proindè haud dedere Pauli Papæ V. eiusq; pœnas.

65 Neq; facit obstaculum: debuisse saltim
Patrem Rectorem denunciare apud Inquisitorem Patrem N. quòd propositiones illas docuerit; vt non denunciando in culpa fuerit. ex dicta Pauli Cōstitutione *§. 3. & 5.*

Cùm quia, nedùm quidèm nō constabat, Patrem N. simpliciter illas propositiones docuisse; quin magis retulisse dumtaxàt: quam ob causam in nullam dederat suspitionem malæ doctrinæ.

66 Tùm, quòd propositiones ipsę, atquè po-
tissimùm illa de verbo (*Absoluo*) non nisi
contra communem, censuratę fuerant; non
verò hæreticæ, vel hæreticales. denuncian-
dus igitur non fuerat. Cùm causa ad San-
67 ctum Officium spectans non esset. Hæreti-
ci nempè, vel de hæresi suspecti, eorumquè
fautores, & defensores denunciandi sunt.
68 vt in superioribus diximus. quàmuis oc-
cultus quis esset hæreticus, vel saltim du-
bium esset, an emēdatus fuisset. vt ex *Ema-
nuele Moura* sequitur *Diana part. 4. tract. 3.
de conscientia dubia. resolut. 61.*

69 Hæresis verò est error pertinax hominis
Christiani Fidei catholicæ ex parte cōtra-
rius. secundùm finitionem, quā affert Car-
dinalis *Toletus instruct. sacerdot. lib. 4. cap. 3.
nu. 1.* & post alios *Ferdinandus à Castro Palao
in opere morali par. 1. de hæresi. tract. 4. disp. 3.
70 punct. 2. nu. 1.* atq; adeò pertinacia requiri-
tur; vt si is, qui in fide errat, paratus sit cor-
rigi, hæreticus non dicatur. ex Hieronymo
ad Damasum in *can. hæc est fides 14.* ibiquè
Gloss. verbo *emendari 24. quæst. 1.* & ex Au-
gustino in *can. dixit Apostolus 29. 24. quæst. 3.*
ibiq; *Gloß.* verbo *pertinaci. Gloss. in can. nec li-
cuit 4.* verbo *ad recipiendam. dist. 18.* & eadē
Gloss. in can. quæ dignior domus 26. verbo *de-
vita. in fin. eadem 24. quæst. 1. S. Thomas 2. 2.
quæst. 5. art. 3. & quæst. 11. art. 2. ad tertium.* se-
quiturq; post alios quoq; *Bordonus in sacro
Tribunali cap. 9. de hæresi. quæst. 5. num. 22. &
num. 23.* Nulla autem hìc in Patre N. fuit
pertinacia, & quia propositiones illas non
absolutè docuit, & quia paratus fuit con-
formare se cum communi, atquè Patribus
quòad doctrinam parere. non itaq; denun-
ciandus fuerat, cùm nihil ad Sanctum Of-
ficium spectans adesset. vt in superioribus
aduertimus.

Nequè item obstabit, Patrem Rectorem cum Patribus Censoribus relationem subscriptam dedisse Reuerēdissimo Patri Generali. incidisse proindè in Constitutionē Pauli V.

71 Quia profectò relatio hæc ipsa de re ad
Sanctum Officium spectante non fuit, cùm
ipsamet materia ad Sanctum nec spectaret
Officiū, vti hucusq; probare nixi fuimus,
72 sed in ordine ad doctrinam in scholis tra-
dendā iuxtà approbatas à sancta Sede Re-
ligionis huius Constitutiones. Neq; vnquā
aliàs in dubium reuocatum fuerit: posse,
nec ne, Patres censores, siue præfectos stu-
diorum, lectorū propositiones, quòad do-
ctrinam in scholis tradendam, censurare,
expendereuè; vt admoneantur illi, quam
doctrinam in scholis tradere debeant, & ne
73 à communi recedant, sine euidenti causa,
vel textu, vel ratione. ex Clemente III. (ni
magis Cœlestinus fuerit) in *cap. Capellanus
tuus 4. §. quia verò. de ferijs.* illis verbis: *Po-
sterior sententia meliori, & subtiliori vtitur ra-
tione.* & ex Iustiniano Cæsare in *l. Deo aucto-
re 1. §. sed neq; ex multitudine authorum. C. de
veteri iure enucleādo.* sequiturq; *Nauar. ma-
nual. cap. 27. num. 285. & 286. & cons. 25. an
conuersus. nu. 8. lib. 5. de priuil. Felin. in cap. 1.
num. 54. de constitut. Ioannes Sanchez in sele-
ctis disput. 7. nu. 18. Rota* apud *Coccinum de-
cis. 214. num. 2.* diximus alios referentes *res-
pons.* nostra 55. *num. 27. part. 3.* & in nostro
*apologetico pro iuribus Ecclesiæ. respons. 1. nu.
107. Romæ presso.*

Neq; ex eo, quod de his, quę acciderant, quòad doctrinā in ordine ad scholas, Generali relationē fecerunt; idcircò de causa cognouerunt ad Sanctum Officium spectante. Nequè de ea Generalis cognouit. alioquin ipse in pœnas dedisset Constitutionis Pauli V. vel saltim Vrbani VIII. ex *Bordono d. cap. 27. quæst. 7. num. 16.* neq; quid vel magnum, vel paruum contra dictum Patrem N. actū fuit, vt cognouisse de causa dici possent. sed scire dūtaxàt amicabilitèr, & extraiudicialitèr ab eo voluit Pater Rector, an assertiuè, vel relatiuè doctrinam illam tradiderit; & admonitus in ordine ad doctrinam, vt se cōmuni conformaret sententiæ, paruit. Nihil igitur egerunt, quod ad Sanctum Officium spectaret. de eis igi-

tur

tùr non loquitur Constitutio Pauli V. nec eius ergo in eos locum habebit dispositio. Absoluendi proindè erunt, atq; soluendi,
74 vt abeant. Sicuti de Lazaro ad vitam reuocato Dominus Apostolis (Ioannis 11.44.) dixit: *Soluite eum, & sinite abire*. Quando
75 aliàs (satiùs esse impunitum relinquere facinus nocentis, quàm innocentē damnari) putarit Vlpianus lib. 7. officij Proconsulis in *l. absentem* 5. *§. sed nec de suspitionibus. ff. de pœnis*. sequiturq; *Card. Tusc. tom. 1. lit. A. conclus. 41. num. 3. & tom. 5. lit. O. conclus. 55. num. 2. & Barbosa axiom. 146. num. 6.* Videat
76 ergo, qui foueam hanc fodit, ne & ipse in
77 illam ceciderit. & sanè iustè; *vt qui alij nocendum esse existimauit; ipse suā sentiat iacturam.* vt Imperator Iustinianus respondit in *l. si legatarius* 25. *C. de legatis*. Nec verò

——— lex est iustior vlla,
Quàm necis artificem arte perire sua.
vt
78 *Discat in auctorem pœnam redire suum.*

Atq; ita ex his, quæ iudicio subijcimus cuiuscunq; rectiùs sentiētis, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ cùm primis, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

Fuerunt à Sāctissimo Inquisitionis Prætorio liberi dimissi Patres; atquè soluti, abierunt.

SVMMARIVM.

1 *Hominum cupiditas, qui vndiq; sibi coaceruare aurum quærunt, insatiabilis.*
Nec anima eorum implebitur.
Probatur ex loco Ecclesiastes 6. 7. num. 2.
2 *Locus Ecclesiastes 6. 7.* Omnis labor hominis in ore eius est, sed anima eius non implebitur. *expenditur ex S. Hieronymo.*
Et eiusdem 6. 1. num. 3.
3 *Hominum pessimum malum, qui laborare non cessant, vt acquirant, & tamen nec audent ex acquisito comedere.*
Sed homo extraneus vorabit illud.
Thesaurizant, & ignorant cui congregabunt ea. *psalm. 38. 7. num. 4.*
4 *Locus Psalmi* 38. 7. Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea. *perpenditur.*
5 *Humanam instabilitatem plorauere Gentiles quoquè.*
Sic ille apud Lucam 12. 17. Destruā horrea mea, & maiora faciam. *num. 6.*
6 *Locus Lucæ* 12. 17. De diuite, qui horrea destruere cogitauit, vt maiora faceret; & nocte sublatus fuit.
7 *Prouerbium.* Thesaurus carbones fuerunt. *elucidatur.*
Et Miscere sacra prophanis. num. 8.
Confundens fasq; ; nefasq;.
Et suo iuramento sibi malum accersere. *ex Plauto. num. 9.*
10 *Delicti corpus certum esse primitùs debet, atq; de eo constare, siue de delicto in genere, vt postmodùm de inquisitis quæstio habeatur.*
Quod non vsquequaq; firmum est. nu. 20.
11 *Verum, vel falsum dici non potest, quod nusquam fuit.*
12 *Res in suo esse primitùs constitui debet, vt de ea postmodùm qualitates dentur. nàm res, quæ non est, æstimari non potest. nu. 15.*
13 *Testamentum sine scriptura esse potest, etiam à non mutue.*
14 *Legatum ei relictum, qui tempore codicillorū non erat, non tenet.*
16 *Quod non est, non habet bonitatem, nec malitiam.*
17 *Qualitas sine subiecto esse non potest.*
18 *Species nulla effici potest sine materia.*
19 *Falsitas est veritatis mutatio ex certa scientia, siue dolo facta.*
21 *Delicta, siue facinora multa sunt, quæ nullum post se relinquunt apparens corpus.*
Inde facti transeuntis nuncupatur. nu. 22.
Alia verò sunt, quæ corpus post se relinquūt, factiq; permanentis nuncupantur. nu. 23.
24 *Vulnera humano inflicta corpori voces sunt, quæ facinus clamant.*
25 *Stuprum vel cum virgine, vel cum puero, patratur. & num. 63.*
Quod in his pudendarum fractura perspiciatur.
Et etiam cum vidua stuprum committitur. num. 26.
27 *Delicti corpus omninò desideratur in his criminibus, quæ facti sunt permanentis. secus verò in delictis, quæ facti sunt transeuntis. num. 31.*
28 *Hominem post mortem in vitā restitui, solius Dei potentiæ est.*
29 *Deus solus vitæ, mortisq; potestatem habet.*
30 *A priuatione ad habitum non nisi per Diuinā potentiam regressus datur.*
32 *Delicta impunita ne remaneant è Republica est.*
Siuè facti sint permanentis, siuè transeuntis.
33 *Falsi in crimine corpus desideratur delicti, vt appareat quod falsatum est.*
Secus verò, in eo, qui persuadet falsum.
34 *Persuasio fit verbis, quæ nullum post se relinquunt permanens factum.*
35 *Dei solius verba permanent, quàmuis Cælum, & Terra transeant.*
Dei enim verba facta sunt: Quoniam ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. *num. 36.*
37 *Hominum verba ventosa appellantur.*
Quia in ventum proferuntur.

38 Verba data sunt homini, vt mentis, animiq; cogitationes internas in apertum deducat.

39 Persuadere peius est, quàm facere.

Et plus delinquit qui persuadet, quàm qui facit. num.41.

Persuadere graue est facinus. num.43.

Est enim plus quàm cogi, aut cōpelli parere.

40 Homicida est, qui fratri suo malum persuadet, eumq; occidit.

Quia se, & animam illius perdit.

42 Consilium dans malum magis quandoq; punitur, quàm faciens.

44 Falsi crimen, cùm difficilis probationis sit, in eo per suspitiones, & præsumptiones proceditur.

Ad habendam præsertim de inquisitis quæstionem.

Non verò ad condemnandum. num.45.

46 Confessus se hominem occidisse, eiusq; cadauer in flumen proiecisse, vel in salo, vt de corpore desperata sit spes, neque de eo appareat, & fama percrebuit illum occisum.

Confessus impunitus non abibit.

47 Hæresis crimen verbis perficitur; & corpus post se non relinquit.

Semiplenè tamen probatum, & sufficientia non desint indicia, inquisitum quæstioni supponit.

48 Corrumpens ad falsum, pœna tenetur falsi.

Distinguitur tamen corruptionis flagitium, ab ipsa falsi depositione, quam in iudicio testis facit corruptus.

Hoc enim depositione, illud suasione perficitur.

Sicuti corrumpens Iudicem, & corrumpendum curans. num.51.

49 Nominis falsi, vel cognominis assecuratio, pœna falsi coercetur.

52 Testes ad deponendum pretio conduci non debent.

Quia pretio sunt corrupti.

53 Corrumpens testes ad falsum deponendū maiori se crimine obstringit, quàm ipsi testes, qui corrupti falsum deposuere.

Quoniam initium rei præstitit. & aliū peccare fecit.

54 Damnum dat, qui iubet damnum dari.

Quia sua opera damnum factum videtur: num.55.

Et is committit verè, cuius authoritate, vel mandato crimen committitur. num.56.

55 Iniuriarum non solùm is tenetur, qui fecit, verùm ille, qui curauit, doloue fecit, vt fieret.

57 Corrumpens ad falsū tenetur, quàmuis ex corruptione, seù suasione in corrupto, effectus sequutus minimè fuerit.

Sat est enim solicitasse ad faciendum.

Quàmuis corruptus crimen manifestauerit. num.58.

Hoc enim corrumpentis opera non euenit, sed corrupti.

Suum tamen vitium permansit. num.59.

Quia punitur in eo affectus, licèt nō sequatur effectus. num.60.

Et causam præstitit, vt sequeretur effectus.

Et hoc ne crimen ob impunitatem in exemplum transeat. num.61.

Et quia crimen hoc sine verbis non admittitur, quæ idm effectū suū sortita fuere per corruptionem, & ad malum solicitationē. num.67.

Et est causa falsitatis. num.69.

Et satis est induxisse ex Constitutione Leonis X. num.84.

62 Solicitatores aliarum nuptiarū, vel matrimoniorum pœna feriuntur, quàmuis effectus sequutus minimè fuerit.

Solicitator quippè idm ipse ex se crimen perpetrauit.

Sicuti & qui puero stuprum persuadet; & puellæ. num.63.

64 Confessarius ad turpia solicitans pœnitentem, siuè consentiat illa, siuè dissentiat, solicitationis crimen patrauit, & in Bullam incidit Gregorij XV. Vniuersi Dominici.

Quàmuis eum post solicitationē pœniteat. num.66.

Quia per ipsam solicitationem crimen patratur, & sacramento iniuria irrogatur. num.65.

Quàmuis igitur solicitata se consensisse dixerit, hoc tamen recipiendum non est. num.70.

Neque scribendum.

66 Quod factum est, nequit non factum esse.

68 Qui est causa causæ, est causa causati.

71 Mandans de mandato ad pœnam tenetur, quāuis effectus sequutus non fuerit.

In atrocioribus præsertim.

Veluti in crimine assassinij. num.72.

72 Assassinij pœna mandans tenetur, quàmuis effectus sequutus non fuerit.

Et in hoc crimine mandatarius integer est testis aduersus mandantem, si mandatum non acceptauit. num.92.

73 Verberari aliquem mandans, quàmuis ne occideretur, præceperit, si fines mandati excedat mandatarius, & occidat, tamen tenetur mandans de occiso, & irregularis efficitur.

Quia mandando in culpa fuit; & hoc euenire posse debuit cogitare.

74 Culpa, quæ ordinatur ad casum, ita est punibilis, vt casus ipse.

75 Corrumpētis, & corrupti actus distincti sunt.

Et habent se, vt causa, & effectus.

Et vt crimina distincta habentur. num.85.

76 Actus ordinanti magis, quàm exequenti tribuuntur.

Ordinans enim habet se vt causa; exequens verò vt effectus.

Nec sequitur effectus, nisi causa præcesserit.

77 Effectus tribuitur causæ, à qua pendet.

Et secundùm illam dirigitur, & æstimatur.

Et effe-

Et effectus accessorius est ad causam.
Et tribuitur causæ ordinanti. num.78.
79 *Iudicem corrumpens, vel qui corrumpendum curauerit, pari pœna feriuntur.*
Quàmuis Iudex corruptioni assensum non præstiterit. num.80.
Eodemq; modo in teste. num.81.
82 *Hæreticos instruens citator, vel eorum credentes ad celandam veritatem, vel dicendam falsitatem, hæreticorum fautor dicitur, & habetur.*
Quàmuis effectus sequutus nō fuerit. nu.83.
86 *Testis dicto an stari debeat asserenti se corruptum fuisse ad falsum deponendum sine quæstione?*
Distinctio adhibetur. num.87.
Præsertim verò, si crimen occultum fuerit; vt non facilè aliæ supersint probationes.
Corruptiq; dictū adminiculis adiuuetur, atq; præsumptionibus. num.90.
88 *Virtus est assensum persuasioni pessimæ non dedisse.*
Vt pessimum, persuasisse.
91 *Mandatarius integer est testis aduersus mandantem, etiam sine quæstione, si mandatum non accepeauit.*
Etiam in crimine assassinij. num.92.
93 *Testis dicto priori statur in crimine hæresis, ob fauorem fidei; quàmuis illud renocauerit.*
Concurrentibus præsertim indicijs ad fauorem fidei.
Alijsq; adminiculis. num.94.
Vel si sua sponte, & sine tormentis testimonium primò dixit. num.95.
Vel si tentatus assensum nō præstiterit, quin technas aperuerit. num.96.
Quàmuis primum dictum in mortis articulo reuocauerit. num.98.
Quia tunc veritatem dixisse præsumitur. num.99.
Accedentibus potissimū adminiculis. n. 100.
97 *Fidei in fauorem semper declinandum est, aduersus hæreticos, vt extermineutur.*
101 *Testium corruptio ex indicijs arguitur, & ex præsumptionibus.*

ARGVMENTVM.

Corrumpentis testes ad falsum dicendum, in Sancto Officio præsertim, crimen, sit ne distinctum ab ipso corrupti testis facinore? Et quid si corruptus, ante quā crimen perficiat pœnitentia ductus, corruptionis detegat technas? An verò in omni crimine de corpore constare debeat delicti, siue de delicto in genere? Et quæ trāseuntis facti dicantur, quęuè permanentis? Nùm ne mādatarius aduersus mandantem indicium faciat, si præsertim mandatū non acceptauerit? Et quid in crimine assassinij? Confessarius, qui pęnitentem in confessione solicitauit, iàm per solicitationem facinus perfecit nefandum, sacramentoq; iniuriam intulit, quàmuis solicitata consensum non pręstiterit, vel ipsummet statim pœnituerit. Testi verò corrupto an credatur aduersus corrumpentem, non habita priùs de eo quæstione? Et quid si corruptioni nō crediderit, neque assensum pręstiterit? Testis primo dicto an testetur in fauorem fidei: & quid si in mortis articulo dictum reuocarit testimonium?

RESPONSIO LIX.

1 INsatiabilis est hominum cupiditas eorum, qui vndiq; sibi aurum coaceruare contendunt; sed acquisierint quàmuis, anima eorum non implebitur. vt *Eccle-*
2 *clesiastes 6.8.* inquit: *Omnis labor hominis in ore eius est: sed anima eius non implebitur.*
Quia omne, quod laborāt homines in hoc mundo, ore cōsumitur, & attritū dentibus ventri traditur digerendū: Cùmq; paululū gulam delectauerit, tandiù videtur tribuere voluptatem, quandiù gutture continetur, cùm verò in aluum transierit, desinit inter cibos esse distantia. Hieronymus rationem reddit. Quàmuis itaq; nullo pacto eorum quiescat desiderium habendi, nihil tamen ampliùs habent, quā quod ore per-
3 cipiunt comedendo. quin, (quod pessimū

æstima-

æstimatur) nec comedunt quidē,& priuant se bonis, quæ labore acquisiuere, vt comederent. Hanc pessimam occupationē sic lachrymis deflet Salomon. Ecclesiastes 6.1. *Est & aliud malum, quod vidi sub sole*, (inquiens) *& quidem frequens apud homines. Vir,cui dederit Deus diuitias,et nihil deest animæ suæ, ex omnibus,quæ desiderat : nec tribuit ei potestatem Deus,vt comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud. hoc vanitas, & miseria magna est*. Sic Salomon satis experien-
4 tia doctus. Thesaurizat igitur, & ignorat cui congregabit ea. vt Pater eius Rex Dauid *Psalm.*38 7. dixit: Quia nimirùm præsentibus contenti non sumus,& vnicuiquè fœlicior, ac pinguior aliena conditio videtur, nec tamen Animæ impletur. sed augescit semper desiderium. Sapienter igitur
5 Horatius *Satyra* 1. hanc humanam instabilitatem, qua

nemo, quam sibi sortem
Seù ratio dederit, seù fors concesserit, illa
Contentus viuat,laudat diuersa sequentes.

sic carmine insectatus fuit.sequiturq; *Martiuus del Rio adagialium sacrorum par. 2. ada-*
6 *gio* 309. Hoc motiuo mouebatur ille apud Lucam 12. 17. *Quid faciam, quia non habeo, quò congregem fructus meos? & dixit: Hoc faciam: Destruam horrea mea, & maiora faciam*. sed responsum fuit ei: *Stulte hac nocte animam suam repetent à te: quæ autem parasti, cuius erunt?* concluditq; Dominus: *Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum*
7 *ditues*. Sic accidit his de quibus nunc fabula narratur; *Thesaurus carbones fuerunt*. vt prouerbio fertur in eos,qui spe sua frustrātur, quiq; magnificis rebus expectatis, meras nugas reperiunt. Author adagiorum chiliade 1: cent.9.adagio 30.fol.mihi 338. Delati namq; quidam in sācto Inquisitionis Prætorio Neapoli fuere: quòd sortile-
8 gijs adhibitis, manifestā sapientibus hæresim, sacrisq; peractis (immane sanè scelus:

Misiere sacra prophanis,
Confundens fasq; nefasq;)

& Sathanæ oblatis, thesaurum inuenire tentarunt. At thesaurus carbones fuerunt. vt diximus.

Multis proindè super execrando facinore receptis testibus. Principales inquisiti carceribus dati fuere. Intelligentes illi, malum eis esse paratū, occurrereq; putan-
9 tes,*suo iuramento sibi malū accersere*.vt Plautus in Amphitrijone dixit: *Ipse homo sibi à me malam rem accersis iumento suo*. Perpenditq; Adagiorum Author chiliade 1. centuria 1.aduerbio 50. fol.mihi 52.ex denunciantibus quendam impulere, vi, minisq;, vel arte,vt quod sacramēto detulerat, confisto se ab æmulis seductū dixisse, in irritum reuocaret. Hic primò,dictis audiens, scripta fide testibus firmata,vt persuasum sibi fuerat,asseruit. Verùm pœnitudine ductus dato supplici libello ad Illustrissimū Inquisitorem,rem aperit omnem.Vt est ille sagax, cordatusq;, quin examini illum subijciat, non deserit: sic iure iurando aduersariorū thecnas omnes aperit, palamq; facit; priorem à se factam depositionem, denunciationemq; firmam, sartamq;.& tectam vult, enunciatq;, nonoq; roborat sacramento;testesq; enunciat,qui orditis intersuere thecnis. Interrogati, constitutiq; Principales, quāuis ipsi crimen abnuerint, negauerintq;, varietatibus tamen summoperè se patrati sceleris suspectos fecere. Quarè defensionibus receptis, processuq; instructo,ac compilato,factaq; in Congregatione coràm Consultoribus plena relatione, auditisq; excusatoribus: Expectandum esse principalis causę exitum Delatorum, eorum edicebat Aduocatus: Quod sanè, in dubium reuocetur adhùc, nequè sciatur, in malum ne tetenderit seductio,ni verè de principali crimine dignoscatur: facilèq; factu fuerit,vt principalis ipse enūciator falsitatis redarguatur, mendacioq; superetur in eo,quod denunciauit.Et quid si inimicus approbetur, decidatq; denunciatio? non seductores habebuntur, sed vt
10 verum aperiret expostulasse videbuntur. Constare primitùs oportere de delicto in genere, siue,vt nostrates loquuntur,de corpore delicti. *Nisi enim constet aliquem esse occisum, non haberi de familia quæstionem. liquere igitur debere, scelere interemptū, vt Senatusconsulto locus sit*. Vlpianus lib. 50. ad edictum in *l.1.§ item illud sciendum est.ff.ad Senatusconf. Syllanian.* loquitur. sequiturq; *Bossius de delict.nu.1.& seq. Clarus l.5.§.fin. quæst. 4. & quæst.55. nu.10. vers.potest autem. Petr.Foller.in praxi crim.part.1.tit.capiat informationem. num.3. Farinac.lib.1.de inquisitione quæst.1. num.6.& quæst.2.num.1.& seq. Hieronym.de Laurent. Auenion. decis.10.nu.1. Triuisan.decis.23.num.4.lib.2. Hieron.de Federic. resolut.crimin.resolut.14.num.2.& resolut.45.& resolut.57. num.1.* loquens de teste corrupto.*post 2.volum.consiliorum Farinacij.*
11 Verum quippè,vel falsum dici haud potest, quod nusquam fuit. Constitui proin-
12 dè deberi rem in suo esse, suaq; essentia, vt dari de illa qualitates valeant. Quid enim qualitates prædicas de re, quæ non existit? Florentinum lib. 10.Institutionū in *l.Diuus Traianus 25.ff.de milit.testam.*testem audias: *Id priuilegium, quod militibus datum est; vt quoquo modo facta ab his testamenta rata sint; sic intelligi debet, vt vtique prius constare debeat, testamentum factum esse: quod & sine*
13 *scriptura, & à non militantibus fieri potest.* prius ergò testamentum à milite confectum esse debet,vt postmodùm,an militum priuilegio sit firmum, discerni valeat. nec

longè

longè discessit Sceuola lib. 8. quæstionum
in *l. quidam referunt* 14. §. *ego autem. ff. de iure*
codicillor. cuius ex verbis sic res habetur:
14 *Nullius enim momenti est legatum, quod datũ*
est ei, qui tempore codicillorum in rebus huma-
nis non est, licèt testamenti tempore fuerit. Esse
enim debet, cui detur: deindè sic quæri an da-
tum consistat: vt non ante iuris ratio, quàm
persona quærenda sit. cõcinitq; Paulus lib. 5.
ad Sabinum in *l. si seruum* 4. §. *si modus agri.*
ff. de actione empti, & venditi. in ratione, quã
15 reddit: *Quia* (inquiens) *vbi modus minus*
inuenitur, non potest æstimari bonitas loci, qui
16 *non extat.* Quia quod non est, non habet
bonitatem, nec malitiam. *Bart.* in summa-
rio ibidem rationem reddit. notatq; ibi-
dem *Glossella* marginalis, dicens: *nota tex.*
17 *qualitèr non potest esse qualitas sine subiecto.*
rationem habens ex Caio lib. 2. rerum quo-
tidianarum in *l. adeò quidem* 7. §. *cùm quis*
ex aliena materia. ff. de acquir. rer. domin. di-
18 cente: *Quia sine materia nulla species effici*
possit. sequitur *Gloss. in cap. ad dissoluendũ* 13.
verbo *accusari. de desponsat impuber. Achill.*
de Graß. decis. 4. de rescript. Farinac. d. tit. de
inquisit. quæst. 2. num. 1. in fin. vers. ratio autem
huius. Rota apud sanct. mem. *Gregorium XV.*
decis. 381. *num.* 3. 4. & 5. diximus *respons.* no-
stra 55. *nu.* 23. & *respons.* 79. *nu.* 50. *part.* 4.
19 Falsitatem autem, veritatis mutationem
ex certa sciẽtia, siue dolo factam, vocarere
Doctores secundùm *Hostiens. in summa de*
crimine falsi. Hyppol. de Marsil. in l. 1. num. 1.
ff. ad leg. Cornel. de fals. Farinac. de falsit. par. 1.
quæst. 150. *num.* 1. & *seq.* & *cons.* 11. *num.* 32.
vol. 1. Non habere nos adhùc ex probatio-
nibus, verè mutatam per falsitatem verita-
tem fuisse: ipsum itaquè causæ principalis
exitum attendendum; vt de inquisito quæ-
stio haberi possit, vt in initio dicebamus.

Huic tamen ità apparenti respondeba-
20 mus argumento. Non esse vndequaq; ve-
rum, neq; absolutũ in vnoquoq; facinore
cõstare primitùs debere de corpore delicti,
siue de delicto in genere. Pleraq; namq;
21 facinora sunt, quæ nullum post se relin-
quunt apparens corpus, sed solo perficiun-
tur animo, vt hæreses. Distinctio proindè
traditur: Quædam essë facinora, quæ licèt
facto committantur, nullum tamen post se
22 apparens relinquant vestigium, indè facti
transeuntis nuncupari. vt fornicatio, adul-
terium, alijq; carnis coitus, qui absq; cor-
poris læsione fiunt, & fractura; furtum sine
fractura, verba iniuriosa, blasphemiæ, hisq;
23 similia. Quædam verò alia reperiri homi-
num scelera, quæ ità quidẽ facto perficiun-
tur, vt post se vestigia relinquant, & facti
nuncupentur permanentis; vtputà furtum
cum fractura portarũ, siue serarum, archa-
24 rumuè, homicidium, in quo de perempto
homine constat, ipsaq; euidentèr loquun-
tur vulnera. iuxtà illud Domini ad Cain,
Genes. 4. 10. *Vox sanguinis fratris tui clamat*
25 *ad me de terra.* stuprum vel cum virgine,
vel cum puero. ex Paulo lib. 5. sententiarũ
in *l. 1. §. qui puero stuprum. ff. de varijs crimi-*
nibus. quod in his pudendarum fractura
perficiatur. ex Modestino lib. 1. regularũ
in *l. stuprum committit* 34. §. *adulterium. ff. ad*
leg. Iul. de adulter. & stupro. dicente: *Stuprũ*
26 *in vidua, vel virgine, vel puero committitur.*
eodéq; titulo ex Papiniano lib. 1. de adul-
terijs in *l. inter liberas* 6. §. *lex Iulia. ff. eod glo.*
in §. itẽ lex Iulia. verbo *viduã. Instit. de publ. iu-*
dic. Glos. in can. lex illa 2. §. *cũ ergo. qui est Gra-*
tiani. verbo *propriè* 36. *q.* 1. *Gomez. ad l.* 80.
27 *Tauri n.* 5. Desideratur proindè in istis cri-
minibus delicti corpus, atq; q̃ de delicto in
genere constet. *Nisi enim constet, aliquem esse*
occisum, non haberi de familia quæstionem. Vl-
pianus contestatur. Ridiculum sanè esset
de homicidio quæri, nullo apparẽte homi-
ne occiso. Et quid si, de quo occiso, quęstio
mouetur, aduersariorũ actu, malitiauè la-
teat, vt postquã de prętẽso homicida pęnas
28 sũpseris, reuertatur ille? Nunquid itera-
tò hominẽ in vitã restitues? Opus soli Deo
reseruatũ, qui vitæ, mortisq; habet potesta-
tem. sic *Sapientiæ* 16. 13. Salomon, quin eius
29 voce Spiritus sanctus loquitur: *Tu es enim*
Domine, qui vitæ, & mortis habes potestatẽ, &
deducis ad portas mortis, & reducis: homo au-
tem occidit quidem per malitiam, & cùm exie-
rit spiritus, non reuertetur, nec reuocabit ani-
mam, quæ recepta est: sed tuam manum effu-
30 *gere impossibile est.* A priuatione quippè
ad habitum non nisi per Diuinam poten-
tiam regressus datur. ex Philosopho. nec
ineruditè ex Paulo lib. 15. quæstionum in
l. qui res suas 98. §. *aream promisi, ff. de solut.*
argumentũ sumimus dicente illo: *In per-*
petuum sublata obligatio restitui non potest. se-
quiturq; *Ioseph Ludouic. decis. Perusina* 17.
num. 10. & Nos *respons.* nostra 97. *num.* 31.
& 32. *part.* 4.
31 In alijs verò criminibus, quæ nullum
post se relinquunt vestigium, quæuè facti
dicuntur transeuntis, & si quidèm delicti
corpus apparens, non desideretur, quia ex
rei natura non potest, non proindè impu-
32 nita remanere debebunt. Est enim è Repu-
blica, quàm maximè, ne impunita malefi-
cia dimittantur. ex Iuliano lib. 86. dige-
storum in *l. si ita vulneratus est* 52. §. *æstima-*
tio autem. ff. ad legem Aquiliam. & Innocen-
tio III. Londonien Episcopo in *cap. vt fi-*
ma tua 35. ibiquè *Gloss.* verbo *impunita. de*
sentent. excommun. Boss. Clar. & Farinac. ple-
nè locis supra deductis. *Triuisan. d. decis.* 23.
nu. 5. *Hieronym. de Federic. d. resolut.* 45. *nu.* 5.
Petr. Caballus resol. crim. centur. 3. *tom.* 3. *casu*
271. *num.* 4.

Quod verò hoc in facto per quàm ap-
primè

primè dominos mouebat, & Fiscus exagerabat. erat, quòd non de falsi crimine quæstio habebatur, sed de corruptione testiū, ad falsum in sancto Inquisitionis Prætorio deponendum, atquè vt se ab eo, quod verè
33 deposuerant, retractarent. Ee quidèm quàmuis in crimine falsi corpus desideretur delicti, ipsumq; delictum in genere, vt appareat, quod falsatum est; in hoc verò, quod in suasione consistit, nullum
34 permanentis facti perseuerat actus apparens. Verbis enim fit persuasio, quæ transeuntis facti sunt, nequè verborum permanet vestigium. Dei solius verba permanēt.
35 indè *Matth.24.35.* Dominus noster IESVS Christus verborum suorum firmitatē contestans: *Cœlum, & terra transibunt* (inquit)
36 *verba autem mea non præteribunt.* Quia Dei omnia potentis verba, facta sunt. *Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & crea-*
37 *ta sunt.* Psalm. 32. 9. Hominum verò verba ventosa appellantur, & in ventum prolata, quia non permanent, neq; vestigium post se relinquunt. iuxtà illud Iob 6. 26. *Ad increpandum tantùm eloquia concinnatis; & in ventum verba profertis.* & 16. 3. *Nunquid habebunt finem verba ventosa? aut aliquid tibi molestū est, si loquaris?* In hoc enim
38 verba data sunt homini, vt mētis, animiq; cogitationes internas in apertū deducant, palamq; faciant. ex Celso in *l.Labeo 7. §. id Tubero. ff. de supellectili legata.* & S. Augustino in *can. si autem 4. 22. quæst 2.* vltra id verò vestigium post se non relinquunt, vt
39 apparere illud valeat. Persuadere autem peius est, quàm facere. vt *Gloss.* dixit in *can. deteriores 15.* verbo *deteriores 6. quæst. 1.* & *Gloss. in can. noli putare 27.* verbo *persuades: de pœnit. dist. 1.* quæ sic infert: plus est persuadere, quàm facere. illo enim canone, qui est Augustini, sic Sanctus hic doctor admo-
40 net: *Noli putare* (inquiens) *te non esse homicidam, quando fratri tuo mala persuades. si fratri tuo mala persuades, occidis.* sic ille. rationemq; refert *Gloss.* ibidē verbo persuades. *Qui enim persuadet* (inquiendo) *corrumpit.* Et se ipsum itaq; perdit, & fratris animam.
41 plus ergo delinquit, qui persuadet, quàm qui facit. ex Gregorio ad Ianuarium Episcopum in *can. tanta nequitia 24. §. eos verò dist. 86.* excommunicationi namq; supponit eos, qui peruersum dedere consilium. *Eos* (inquiens) *quorum consilio hæc egisti, in duobus mensibus excommunicatos esse decernimus.* ex quo *text.* ad rem ita *Gloss.* verbo *excommunicatos* argumentum deducit: *ar-*
42 *gumentatur, quòd quandoq; magis puniuntur*
43 *Consiliarij, quàm facientes.* Persuadere igitur quod malum est, non leue est facinus, quin animaduersione, nec leui dignū. Nàm *persuadere est plus, quàm compelli, atque cogi* [illegible] Vlpian. [illegible] dicit lib. 23. ad edictū
in *l. 1. §. persuadere autem. ff. de seruo corrupto.* Iure ergo in facinorosos hos homines animaduertitur Fiscus.

44 Eoq; magis; quòd (sic de falsi crimine ageretur) in eo tamen, (cùm difficilis probationis fiet) per suspitiones, atq; præsumptiones proceditur; ad habendam præsertim de inquisitis quæstionem. *Farinac. de inquisit. quæst. 2. nu. 21. & de falsit. par. 1. quæst. 152. num. 2. cum seq. & nu. 20. & 36. Hieron. de Federic. d. resolut. 45. num. 3. & resolut. 57.*
45 *num. 1.* non verò ad condemnandum. *Petr. Caball. resolut. crim. centur. 3. tom. 3. casu 251. num. 3. & num. 13. & seqq.*

46 Et quid, quæso, si confiteatur delatus de homicidio, perdidisse se hominem, eiusq; cadauer in flumen, vel in salo deijecisse, vt de corpore desperata sit spes inueniendi illud, nullibi tamen de homine appareat, sitq; de eo fama, quòd perierit. nunquid nè impunitus delatus abibit, ne animaduertatur in eum? non vtiq; vt *Clarus d. q. 55. num. 11. vers. si verò confiteatur.* ibiq; *Baiard. num. 23. & Farinac. de inquisit. d. quæst. 2. limit. [illegible] num. 9. 10. & 12.* testatum relinquere.

47 Et in crimine hæresis idem testatur *Farinac. de hæret. quæst. 185. §. 8. num. 147.* quàmuis de corpore non appareat delicti, quia hæresis verbis perficitur, semiplenæ modò probationes non desint, & sufficientia ad quæstionem indicia præcedant, haberi de inquisito iutè quæstionem, vt tormentis subijciatur.

48 Licèt verò corrumpens ad falsum, pœnæ teneatur falsi. ex Papiniano lib. 15. responsorum in *l. falsi nominis 13. ff. ad legem Cor-*
49 *neliam de falsis.* cuius verba sunt: *Falsi nominis, vel cognominis asseueratio, pœna falsi coercetur:* quia generatim falsitas est. vt *gloss. 1.* ibidem aduertit *in fine. Simancha in enchiridion iudicij violatæ Religionis tit. 38. num. 8. Lopez ad Diaz in praxi cap. 96.* in verbo *ex lege eorum. lit. B. vers. & quòd testibus. Farinac. de testibus quæst. 77. §. 7. num. 258. in 12. ampliat.* qui communem asserit, & *de hæresi quæst. 188. §. 2. num. 44 in 5. ampliat. Auendan. de exequend. mandat. Re-*
50 *gis part. 2. cap. 27. num. 19.* Nihilominùs tamen, non minimi inter se distant, flagitium hoc corruptionis testium; ipsumq; falsitatis, quod ex falsa depositione in iudicio testes contrahunt. Hoc enim nisi depositione in iudicio facta, non perficitur: illud autem ipsa sola suasione ad falsum deponendum æstimatur, dicat nec ne testimonium seductus, siuè verum, siue falsum: hanc firmare propositionem videtur Martianus lib. 14. Institutionum in *l. pœna legis Corneliæ 1. §. 1. ff. ad legem Corneliam de*
51 *falsis.* illis verbis: *Et qui Iudicem corrupecit, corrumpendumuè curauerit.* eodemquè modo Paulus lib. singulari ad Senatuscon-

sultum

sultum Turpillianum in *l. qui duobus 21. ff.*
eodem. illis & ipse verbis: *His adiungitur, &*
is, qui Iudicem corruperit. quem *text.* allegat
Gloss. verbo *curauerit d. §. 1.* Ecce tibi Mar-
tianus, distinctum crimen facit corruptio-
nis Iudicis, ab alio legis Corneliæ de falsis.
vtrumq; tamen crimen falsitatem redolet;
sed distinctum vnum est ab altero. ità pari-
tèr facinus distinctum est, testis falsum de-
ponẽtis, & alterius illum ad deponendum
corrumpentis; hoc enim flagitiũ corrum-
pentis est; illud verò deponẽtis. Prohibuit
52 proindè Concilium Matercense, ne testes
ad deponendum pretio conducantur in
cap. 1. de testib. & attestationib. quorum te-
stimonium non valet, quia pretio sunt cor-
rupti. *Gloss.* ibidem verbo *pretio.* addit. quẽ
textum retulit Gratianus in *can. placuit 2.*
4. q. 3. sequiturq; *Felin. d. cap. 1. n. 1. circ. fin.*
de testib. & in *cap. licet causam 9. col 17. n. 30.*
vers. secundus casus est. de probation. nec ab-
similitèr *Nauar. in can. si quis dicam rapere.*
de pænitent. dist. 1. num. 6 circa finem. vers. sum
quia licet, qui consuluit. de consulente deli-
ctum verba faciens. *Hieron. de Federic. d. re-*
solut 57. num. 3.
53 Quinimmò maiori se facinore corrum-
pens obstringit, quam testis ipse, qui cor-
ruptus falsum deponit: Quoniam initium
rei præstitit, & alium peccare fecit. vt in-
quit *Simancha in enchiridion d. tit. 38. num. 8.*
Farinac. de testib. d. quæst. 77. §. 7. in 12. & 13.
ampliat. num. 258. & 260.
54 Is autem damnum dat, qui iubet damnũ
dari. Vlpianus docet lib. 2. ad edictum in
l. is damnum 130. ff. de regul. iur. idem ipse
Vlpianus lib. 57. ad edictum in *l. non solùm*
autem 11. §. si mandato meo. ff. de iniur. & fa-
mos. libell. qui sic infert: *Proculus rectè ait;*
si tu hoc te conduxerim, vt iniuriam facias, cũ
vtroq; nostrum iniuriarum agi posse: Quia
55 *mea opera facta sit iniuria*, & ipsemet in ini-
tio legis: *Non solùm autem is iniuriarum te-*
netur, qui fecit iniuriam, hoc est, qui percussit,
verùm ille quoq; continetur, qui dolo fecit, vel
qui curauit, vt cui mala pugno percuteretur.
mala, idest maxilla *Gloss.* ibidem exprimit.
Rationem accipimus ex Alexandro III. in
cap. mulieres 6. §. illic verò. de sentent. excom-
56 *munic.* dicente: *Cùm is committat verè, cu-*
ius auctoritate, vel mandato delictum committi
probatur. ibiq; plenè *Gloss.* verbo *auctorita-*
te. regula qui facit per alium 72. de regul. iur.
in sexto.
57 Nequè omninò opus, vt factum à corru-
pto sequatur, sed sat erit, vt de facinore te-
neatur, tentantem, corrumpentemuè soli-
citasse ad faciendum, si præsertim eum de-
terioris animi fecit. patet hoc ex Alexan-
dri Cæsaris responsione A. Aurelio Hero-
di in *l. aduersus eum 4. C. de furtis, & seruo*
corrupto. Audias, quæso, eum: *Aduersus eum*
(inquit) *dumtaxàt, quem seruum tuum solici-*
tasse dicis; si eum deterioris animi fecit, serui
corrupti agere potes. sic Cæsar Augustus. ibiq;
Gloss. in verbo *fecit.* satis aptè ad rem no-
stram commentum dicit: *Idem si non fecit,*
& per eum non remansit, quin corrumperet eũ.
Decidit hanc rem concinnè satis Iustinia-
nus Imperator in *l. si quis seruo 20. C. eodem.*
58 qui magis infert, licèt seruus deterior fa-
ctus non sit, quia domino propalauit: *Licèt*
enim seruus minimè deterior factus sit. tamen
consilium corruptoris ad perniciem probitatis
serui introductum est. & paulò post diluci-
59 diùs ad rem nostram: *Ita & serui corrupti*
contra eum actio propter suum vitium, non ab
re extendatur. Rationemq; reddit *Gloss.* ibi-
60 dem verbo *extendatur.* consequentiam in-
ferens: *Punitur ergo affectus, licèt non sequa-*
tur effectus, Quia causam præstitit, vt seque-
retur effectus Ex accidenti quippè factum
est, ne sequeretur. ex Iouiano Cæsare in
l. si quis non dicam rapere 5. C. de Episcop. &
cleric. qui textus inter sacros canones à
Gratiano relatus fuit in *can si quis non dicã*
rapere 6. de pænitent. distinct. 1. Rationem
habemus ex eodem Iustiniano Augusto
61 *d. l. si quis seruo 20. in fin.* dicente: *Ne ex hu-*
iusmodi impunitate, & in alium seruum, qui
facilè possit corrumpi, hoc facere pertentet.
Namquè edicto de seruo corrupto is tene-
tur; qui seruum solicitat ad aliquid, vel fa-
ciendum, vel cogitandum improbè. prose-
quitur pluribus Vlpianus in *d. l. 1. §. persua-*
dere. ff. de seruo corrupto. Gloss. in l. mãcipia 5.
per ipsum *text.* verbo *auocandum, in fin. C. de*
seru. fugitiu. eodemquè modo sequentibus
Paulus lib. 5. sententiarum in *l. 1. ff. de extra-*
ord. criminib. rem hanc prosequitur: *Solici-*
62 *tatores* (inquiens) *alienarum nuptiarum;*
itemq; matrimoniorum interpellatores, & si ef-
fectu sceleris potiri non possunt, propter volun-
tatem tamen perniciosæ libidinis extra ordinem
puniuntur. & *§.* qui puero eod. ita prosequi-
63 tur: *Qui puero stuprum abducto ab eo, vel*
corrupto comite, persuaserit; aut mulierẽ, puel-
lamuè interpellauerit: quiduè impudicitiæ gra-
tia fecerit: domum præbuerit, pretiumuè, quò
id persuaderet, dederit, perfecto flagitio punitur
capite: imperfecto in insulam deportatur. cor-
rupti Comites summo supplicio afficiãtur. Sic
Paulus. Ipsum itaquè corruptionis crimen
ex se pœna dignũ est. dictumq; textũ Pau-
li inter sacros canones registrauit Gratia-
nus in *can. solicitatores 15. de pænitent dist. 1.*
sequitur *Petr. Gregor. Tholosates syntagm. iur.*
part. 3. lib. 36. cap. 12. num. 8.
64 Velut etiam ex Gregorij XV. Constitu-
tione, quæ incipit: *Vniuersi Dominici. 30.*
Augusti 1622. sat est ad pęnam ineundam,
Confessariũ ad turpia pęnitentẽ solicitasse.
Quàmuis affectus sequutus minimè fuit,
vel quia assensum non præstitit mulier, vel

qnia ipsum, antè opus perfectum, post solicitationem pœnituit. Crimen quippè solicitationis, ad turpia solicitando cõpletur.
65 Nàm per solicitationem sacraméto pœnitentiæ iniuria fit. quæ est criminis huius sacrilegi formalitas. ex *Paramo de origine sanctæ Inquisitionis lib.3.de solicitantibus q.10. nu.118.& seqq.* rationem reddit *Sanctarell. tract. de hæresi cap.44. dub.vnic.nu.18* de eo,
66 quem post solicitationé, statim pœnituit: *Nàm quod factũ est, nequit non fieri.* inqũiés. eumq; sequitur *Diana par.4.tract.5.de cõfessarijs solicitantibus resol.22. Ioannes Scobar à Corro Hispanus de confessarijs solicitantibus. par.1.q.1.à nu.55.cum seq.ad fin.vsq; quæst.& eadẽ par.1.q.4.§.2.num.7.* in quo statuit re-
67 gulã, eamq; ampliat, & limitat. Sine quippè verbis illis præcedentibus crimen non admittetur. ex Vlpiano lib.4.de adulterijs in *l.& si amicis 9 ff.ad legem Iuliam de adulterijs.* de illo loquens, qui domum promisit ad adulterium perpetrandum, ita teneri, ac si patratum fuisset. rationem reddens in fin. *Quia* (inquiens) *sine colloquio adulteriũ non cõmitteretur?* propter quã causã dicta
68 *lege. & si amicis.* summarium ad rem datũ est: *Qui est causa causæ, est causa causati.* Est
69 ergo causa effectus falsæ depositionis in teste, ipsa corruptio. ipsa igitur pœnis cõprimenda erit, sicut solicitatio ipsa pœnitentis in sacramento pœnitentiæ. Et hanc
70 ob causam, quia in ipsa solicitatione crimen patratum est, atq; sacramento iniuria illata, qui solicitationis crimen defert, quàmuis ipsa consensũ præstiterit, & quãuis flagitium sequutum; nihil tamen de hoc dicere debet, & quàmuis dixerit, non recipiendum, nequè scribendum. quia facinoris huius formalitas, in ipsa solicitatione completur. quicquid autem sequutũ fuit extra formalitatem est. vt Sacra declarauit Congregatio Sancti Officij datis peculiaribus litteris ad Ministros Tribunalis Sancti Officij, & ad Ordinarios, & præsertim ad Eminentissimum Cardinalem Carafam Archiepiscopum Neapolitanum. sub datum Romæ 27. Septembris 1624. per Eminentissimum Cardinalem Millinum, quæ prælis impressæ fuerunt in libello *Bulla, & decreta recentiora fol. mihi 42.*

71 Accedit, quòd pari modo tenetur mandans de mandato ad pœnam, quàmuis effectus sequutus minimè fuerit. in atrocioribus præsertim criminibus. Ipsum enim mandare crimen patrari, facinus est, nec leue. ex Vlpiano lib.57. ad edictum in *d.l.nõ solùm 11. §.si mandato meo.* ibiq; *Bart. nu.3. ff.de iniurijs, & famosis libellis.* plenèq; *Petr. Plaza in epitome delictorum. lib.1.cap.17.per*
72 *tot.* nec dissimilitèr id probatur. ex *text. in cap. si pro humani 1. de homicid. in 6.* ex quo mandans, christianum hominem per assassinos occidi; dat vtiq; in canonis pœnas, quãuis effectus minimè sequutus fuit; quia mandatarius non impleuerit, quod acceperat, mandatũ. iàm enim formalitèr perfectum per mandatũ scelus fuit mandantis. & homicidium quòad eum in actu primo iàm patratũ dicitur. vt post *Francum, & Ioan. Andr.* sequitur *Couar. in d.clem.si furiosus vnic. in 2. par. relectionis in initio nu.9. in 1.casu de homicid. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 360. num.39. & 44.* Veluti & ille, qui
73 verberari aliquem mandauit, quàmuis ne occidatur expressè præcipiat, si fines excedat mandati mandatarius, quia inflictis verberibus occidit illum; & de homicidio mandans tenetur, & irregularis efficitur. Cùm mandãdo in culpa fuerit, & hoc euenire posse, debuit cogitare. vti Bonifacius decreuit VIII. in *cap.is, qui mandat fin. de homicid. lib.6.* ibiq; *Gloss.* verbo *culpa.* Quia
74 culpa, quæ ordinatur ad casum, ita est punibilis, vt casus ipse. ex *Philippo Franco* ibidem. sequiturq; *Bertazz. cons.218.n.8. vol.1.*

Corrupisse igitur satis est testes, ad falsũ
75 in Sancto Officio deponendum. Iàm enim corruptionis flagitium, quantum ex ipsis est, patratũ fuit. aliud verò fuisset crimen, quod testes admisissent, ex suasione illa falsum deponendo. Actus enim distincti sunt. neq; idem numero corrumpentis, & corrupti factum, pessimum consilium exequentis; sicuti distincti sunt actus mandantis, & mandatarij, quia distincta sunt supposita, & habent se actus mandantis, & mandatarij, sicuti causa, & effectus, & causa ad causatum, quod causa, mandati videlicet, vel corruptionis, effectus est: Nàm quod ex suasione præmissa Titius falsum postmodũ in iudicio deponat, effectus vtiq; est pessimæ causæ, quæ præcessit, suasionis videlicet. Et quòd puer abducatur, atq; interpelletur puella, & stuprũ perficiatur, pessimæ abductionis, suasionisq; effectus est. actus tñ distincti sũt. vt plenè lucerna iuris *Bart.* aduertit in *l. sed si vnius 17. §. serui mei, num.2. vers. modò tamen. & num.5 ff.de iniur.*
76 *& famos. libell.* Actus verò ordinanti magis, quàm exequenti tribuuntur. Quia ordinans habet se vt causam, exequens verò, vt effectus; nec sequatur effectus, nisi causa præierit. habes hoc ex Paulo lib.9. ad edictum in *l.item eorũ 6. §.si Decuriones. ff.quod cuiuscunq; vniuersitatis nomine.* in rationem, quam *in fin.* reddit Paulus: *Parui enim refert* (inquiens) *ipse ordo eligat, an is, cui ordo negotium dedit.* ibiq; *Gloss.* verbo *negotiũ dedit.* quæ ita commentum agit. *Id est potestatem eligendi. & sic nota, quòd qui per aliũ facit, ipse facere videtur.* Et summarium ad d. §. sic sequitur: *Quod fit ab his, qui habet auctoritatem à Concilio, videtur fieri à Concilio.* Quia actus ordinanti potiùs, quàm exequenti

77 quenti tribuitur, quemadmodùm causæ
effectus tribuitur, à qua pendet. ex Paulo
lib. 35. ad edictum in *l. si hęres testamento 5.
ff. de actionibus empti, & venditi.* quatenùs ex
eo textu probatur: effectum causæ tribui,
& secundùm illam dirigi, & æstimari. quia
effectus accessorius est ad causam suam.
idem est argumentum ex Bonifacio VIII.
in *cap. cum aliquibus 4. de rescript. in 6.* qua-
tenùs probatur: receptionem in Canoni-
cum vi mãdati Apostolici factam per eos,
ad quos fuerant litteræ directæ, quàmuis
ad eos huiusmodi datio in Capitulo non
spectaret, auctoritate tamen Apostolica
78 dignosci esse factam; vt effectus causæ tri-
buatur ordinanti. *Crauetta cons. 144. nu. 3.
Surd. decis. 292. num 9. Marius Antoninus va-
riar. resolut. lib. 3. resolut. 19. nu. 5. Card. Tusc.
tom. 1. lit. A. conclus. 144. Rota* apud sanct. me-
mor. *Gregor. XV. decis. 252. num 9. Barbosa
79 axiom. 12. nu. 4.* Pari proindè pœna feriun-
tur, & qui Iudicem corruperit, & qui cor-
rumpendũ curauerit. ex Martiano in *d. l. 1.
§. item qui ob instruendam in fin. ff. ad leg. Cor-
neliam de falsis.* illis verbis: *Et qui Iudicem
corruperit, corrumpendumq; curauerit* Iàm
enim ex parte eorum completum est faci-
80 nus, quàmuis Iudex corruptioni assensum
81 præstare noluerit. eodemq; modo in teste,
vt sequitur *Bald. in authent. nouo iure. C. de pœ-
na Iudicis, qui malè iudicauerit. nu. 5. vers. quę-
ro, quid de eo. Boer. decis. 319. num. 6. Hieron.
de Federic. resolut. 58. num 2. & 3.* decreuitq;
hoc Alexander IV. Inquisitoribus hæreti-
cæ prauitatis scribens in *cap. accusatus de
hæresi 8. §. sacerdotes insuper. de hæret. in 6.*
82 eosq; admonens delinquere illos: *qui ne-
gotium inquisitionis instruendo citatos hæreti-
cos, vel eorum credentes de cęlanda verita-
te, vel dicenda falsitate; seù eos indebitè libe-
rando, inuenti fuerint impedire.* Hi porò in
pœnas incidunt, atq; hæreticorum fauto-
res habentur ex sola instructione, quàmuis
83 effectus sequutus non fuerit, quòad ipsos
instructos, vel quòd non cęlauerint verita-
tem, vel quòd falsitatẽ non dixerint. Quia
84 per instructionem, fauorem iàm dedisse
videntur. Et est in terminis nostris aperta
Constitutio Leonis X. quam refert *Pegna
in director. commentar. 122. col. 4. lit. B. fol. 624.*
illis verbis: *Qui illos ad talia committenda
minis cogunt, aut pecunia alliciunt.* & infra:
*Aut alium ad falsum deponendum, aut verum
tacendum induxerit.* sat est ergo induxisse.
sequiturq; post alios *Farinac. de hęresi quæst.
188. §. 2. num. 44. in 5. ampliat.*

Non itaq; expectandus erit principalis
85 causæ exitus, vt Delatorum insistebat Ad-
uocatus. Est enim distinctum hoc facinus
ab illo causæ principalis, quin vincit illud.
ad illam enim diruendam hoc patratum
Animaduersione ex se dignum. vt ex *Ro-
berto Aurelianen. lib. 1. sententiarum Iuris
cap. 12. Menochius* aduertit *de arbitrarijs
casu 167. num. 11. Afflict. decis. 229. Bossius tit.
de falsis, num. 111.*

86 Difficultatem tamen faciebat: stari ne
deberet testis dicto asserẽtis, se corruptum
fuisse, atq; ad falsum sollicitatum, non ha-
bita de eo quæstione?

87 Distinctionem proindè adhibebamus:
vel post datum falsò testimonium ex cor-
ruptione, atq; post periuriũ, se corruptum
detegit; vel antequàm corruptionẽm effe-
ctu perfecerit, id aperit se tentatum fuisse.
vt primo casu, cùm se periurio fędarit, sitq;
consequentèr infamis, quæstione eum pur-
gare oporteat, vt aduersus socios fidem
faciat. Secundo verò casu, cum nulla sua
ex persona notetur infamia, qui malæ sua-
sioni non auscultauerit, aurétq; denegaue-
rit, sed technas manifestè aperuerit, laude
magis, quàm notatione dignus. Crimen
quippè corrumpentis fuit, non eius, qui as-
88 sensum non præstitit. in hoc quippè virtus
est, pessimę suasioni assensum non præstitis-
se. quod perpendisse ad amussim Iustinia-
nus Cęsar videtur in allata superiùs *l. si quis
seruo 20. C. de furtis.* illis verbis, quæ etiam
superiùs retulimus, hìc autem iustè repeti-
mus: *Licèt enim seruus minimè deterior fa-
ctus sit, tamen consilium corruptoris ad perni-
ciem probitatis serui introductum est.* sequi-
turq;: *Ita, & serui corrupti contra eum actio
propter suum vitium, non ab re extenditur.* &
hanc distinctionẽ plenè prosequitur post
alios *Farinac. de indicijs, & tortura quæst. 45.
per tot.* præsertim verò *num. 29. in 1. limitat.
Rota decis. 234. par. 4 diuersor. collecta per Fa-
89 rinac.* Præsertim verò si crimen occultum
fuerit, vt non facilè aliæ supersint proba-
tiones. ex *Francisco Marco* Senatus Delphi-
90 natus *decis. 488. num 9. par. 1.* Ipsumq; cor-
rupti dictum adminiculis fulciatur, alijsq;
præsumptionibus. Sufficiens hęc namq; in-
dicium præstabũt ad habendam de inqui-
sito quæstionem. secundùm eundem *Fari-
nac. d. quæst. 45. num. 34 in 3. limitat.* videnda
Rota apud eundem *Farinac. post 1. volum.
consilior. decis. 125. num. 5.* ibiquè *Famianus
Centolinus* Addens. Quemadmodùm de
91 mandatario, quòd integer sit testis aduer-
sus mandantem, si mandatum nõ accepta-
uit. sequitur *Marsil. in l. 1. §. diuus. num. 8.
92 ff. de quæstionib.* & in crimine assassinij ad-
mittit *Marta voto 238. num. 6.*

93 In crimine verò hęresis in fauorem fidei
statur dicto testis, qui suum primęuũ cor-
rigit dictum, etiam contra se, ac alios suos
complices, deponendo. præsertim verò, si
ex manifestis indicijs apparuerit, *tales non
animi leuitate, aut odij fomite, seù corruptione
pecuniæ; sed zelo fidei orthodoxæ dictum suum
velle corrigere, ac modò, quæ priùs tacuerant,*

reuelare. vt idem Alexander IV. disposuit, declarauitq; *d. cap. accusatus* 8. *§. licèt verò. de hæret. lib.6.* & hoc, propter fidei fauorē. vt ipsemet Alexander disposuit ad eosdem Inquisitores scribens in *cap. in fidei fauorem* 5. *de hæret lib.6.* & de communi testatur *Royas de hæret. part.2. in 7. assert. num.154 & 155. Paramus de sanctissima Inquisitione. d.*
94 *quæst.10. num.163.* potissimùm verò si alijs ipsius dictū adminiculis fulciatur. vt multis relatis admittit *Farinac. de hæresi. quæst. 185. §. 8. in 6. limitat. num.151.* vel si suâ
95 spontè, ac sine tormentis testimonium dixerit. sequitur *Simancha in catholic. institutionib. tit.64. de testib. num.38.* multòq; ma-
96 gis, quod tentatus ad malum, neque consensum exhibens, tenchnas aperuit. ex *d. §. licèt verò cap. accusatus* 8. *de hæret. in 6. Caldern. de hæret. cap.14 num.4. Repertorium Inquisitorum* verbo *testes. col.15. vers. sed ponamus, quòd testis. fol. mihi* 743. *Hieronym. de Federic. resolut.16. post* 2. *volum. consil. Fari-*
97 *nac.* Semper enim in eam inclinamus partem, quæ in fidei fauorem tendat, vt hi pessimi, qui contra eam machinantur, extirpentur, exterminenturq; . ex dicto *text. in*
98 *fidei fauorem* 5. ab Alexādro IV. adeò quidem; vt quāmuis primum dictū in mortis articulo testis reuocauerit, adhùc tamen priori in fidei fauorem stetur. vt *Royas* sequitur *de hæretic. part.2. assert.9. num.161.*
99 Quia nimirùm tunc veritatem dixisse præsumitur. ex Innocentio III. Niuernēsi Episcopō in *cap. litteras vestras* 14. ibiquè *Gloss.* verbo *tàm graue. de præsumptionib.*
100 Accedentibus potissimùm adminiculis, quibus huius corrupti dictum adiuuatur, atquè Delatorum varietatibus, mendacijsq;, vt per *Martam d. voto* 238. *num.8.*
101 Testium verò corruptio ex indicijs arguitur, & ex præsumptionibus. *Guido Papa conf.75. nu.3. & seq. Farinac. de testib. d. q.77. §. 7. num.257. in 11. ampliat.* Iure ergò ad quæstionem Delatorum ex deductis deueniri poterit, vt sum voti. Hanc ipsam sententiam maior Dominorum pars admisit, atquè eam sequutus fuit Illustrissimus Dominus meus Minister.

Carolus Maranta V.I.D.
Sancti Officij Sanctissimę Inquisitionis Ordinarius Consultor.

SVMMARIVM.

1 *Vita humana tempus, negotiationis tēpus est.*
Non itaq; procrastinandum. num.3.
Et metendi spatium hac vita conscribitur. num. 6.
Post verò mors.
Nec inuenitur cibus. num 7.
2 *Adagium.* Nundinis dissolutis, non est negotiationis commercium. *expenditur.*
4 *Locus Ecclesiastes 9.10.* Quodcunq; potest facere manus tua, instātèr operare, &c. *perpenditur.*
5 *Homo fugit velut vmbra, & nunquàm in eodem statu permanet.*
7 *Locus Ecclesiastici 14.17.* Ante obitum tuū operare iustitiam. *deducitur, & perpenditur.*
8 *Mors omnes vna manet:*
Et cùm peruenerimus, progredi ampliùs nō poterimus.
Ante quàm discedamus, cogitandum. nu.10.
9 *Locus Lucæ 19.13.* Negotiamini dùm venio. *elucidatur.*
11 *Negatiua ex reuolutione probatur librorum, & scripturæ. & num.29. & num.34.*
Non tamen conuincit. num.32.
Proceditq; in his, in quibus scriptura de essentia rei est. num.35.
Vel si scriptura ab alio deuēdeat, cùm potuerit ille non describere ex malitia. nu.36.
12 *Culpa vnius, alterius esse pœna non debet.*
Ratio affertur. num.13.
13 *Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur, nec filius patris iniquitatem portabit.*
14 *Iniquum est, vt propter alterum ei, qui non deliquit, iniqua conditio inferatur.*
15 *Iustitia præcipit honestè viuere, alterum non lædere, ius suum cuiq; tribuere.*
16 *Dubio in facto certum esse iudicium minimè debet.*
Sed Deo dubia relinquenda iudicia. nu.17.
Quinimò meliorem in partem dubia interpretanda. num.18.
Benigniorem q; interpretationem sequi nos oportet. num.19.
Idquè & iustum, magisq; tutum.
Et in eum propēsiores esse debemus, vt eum excusemus. num.20.
Ex coniecturis potissimùm. num.21.
Vt peccatum euitemus.
21 *Sacerdos, qui quotidiè celebrat missarum onere, cui ex beneficijs tenebatur, fecisse satis putandus est.*
22 *Peccatum super omne detestabile fugiendum.*
Et quasi à facie colubri.
Nec in eo subsistendum. num.26.
Quia peccatum, quàmuis minimum, omnibus alijs malis grauius. num.23.
Et mala omnia toleranda magis, quàm peccato consensum præstere. num.24.
Magisq; excommunicatio sustinenda, quàm peccare mortalitèr. num.25.
27 *Nemo salutis animæ suæ immemor præsumitur.*
Atquè pecunias animæ suæ saluti præferre voluisse.
In sacramentali præsertim, & interiori iudicio. num.28.

30 Sub-

ARGVMENTVM.

Missarum faciendarum oneri nō fecisse satis Beneficiariũ dùm in humanis ageret, an ex libro probetur, in quem satisfactio deferri consueuerat, si in illo descriptus non reperiatur? Et nùm ex illis negatiua probetur? Quid verò si Deputati ad hoc munus nō descripserunt? Et quid si exẽptus ille à iurisdictione esset Ordinarij, Subcollector Apostolicus? An in dubio absolutum esse debeat iudicium? Quid verò si certum fortassè sit, non fecisse illum satis missarum oneri, nùm hæres teneatur? Et nùm in sancta visitatione compelli per Episcopum possit, vel saltim, quòd de executione piarum

rum agatur dispositionũ pro missarum celebratione ? Et nùm ad pœnam teneatur hæres, ad quam defunctus dedit fortassè, dùm vitalem traheret auram, si ad illam viuens adhùc damnatus non fuit ? Et nùm iure pro illis cum Fabrica Sancti Petri compositio admittatur ?

RESPONSIO LX.

1 VItæ huius nostræ tempus, negotia-
2 tionis tempus est. *Nudiuis proindè dissolutis, nõ est negotiationis commercium.* Adagio vt fertur 1 Quia (vt *Damascenus* inquit *sermone de defunctis*) soluta hac fragili compage, nullum futurum auxilij tempus, nullam profuturam aduoca-
3 tionem. Non itaquè procrastinandum, ne si non agamus, cùm possumus, non possimus, eùm velimus. Iure proindè Sapientissimus ille Rex Salomon (*Ecclesiastes 9. 10.*) quin eius ore Spiritus sanctus:
4 *Quodcunq; facere potest manus tua* (contestatur omnibus) *instantèr operare; quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientiã erunt apud Inferos, quò tu properas.* Instantèr operare dùm dies est; dùm tẽpus habes. *Glossa interlinearis* ibidẽ adnotat. Quia nec opus exterius, nec ratio. mentis videlicèt meditatio. nec sapientia de diuinis, nec sciẽtia, de humanis apud Inferos; quò tu prope-
5 ras. vt *Iob. 14.* inquit: *Homo fugit velut vmbra, & nunquàm in eodem statu permanet.* ex Lyrano, & Glossa interlineari. & merendi
6 spatium hac vita circumscribitur. post verò, vt Horatius lib. 1. carm. Ode 4. cecinit:

Iàm te premet Nox Fabulæq;, Manes,
Et domus exilis Plutonia; quò simul mearis;
Nec regna vini sortiere talis.

7 meritò *Ecclesiastici* 14. 17. dicitur: *Antè obitum tuum operare iustitiam; quoniam non est apud Inferos inuenire cibum.* refectionem scilicet vitæ æternæ. ex *Glossa interlineari.* sine merendi locum. ex *Lyrano*. quem sequitur *Martinus del Rio adagialium sacrorum par. 1. adagio 196. digress. 2. in 79. loco. fol. mihi 245.*
8 Cùm enim peruenerimus, progredi amplius non poterimus.

Omnes vna manet mors,
Et calcanda semel via lethi.
Mista senum, ac iuuenũ densãtur funera: nullũ
Sæua caput Proserpina fugit.

Idẽ cecinit Venusinus lib. 1. carm. Ode 28.
9 Iure propterea quàm meritissimò Dominus sub parabola hominis nobilis, qui abijt in regionem longinquam *Lucæ* 19. 13. seruis suis, quibus dedit decem mnas: *Negotiamini* (dixit) *dùm venio* Interim namq; est status merendi, & demerendi. Hæc est negotiatio spiritualis, ac bona, qua Regnũ Cœlorum emitur paupertate; quies æterna temporali labore; honor, & gaudium Regni cœlestis confusione, & dolore incolatus terrestris. Commentũ agit *S. Dionysius Carthusianus*.
10 Antequã igitur discesserimus sic viuendum, vt discedendum cogitemus, sicuti etiam Pers. satyr. 5. nos admonet.

Viue memor lethi, fugit hora; hoc quod loquor, indè est.

Nè postquã hinc demigrauerimus, nostros quoq; litigijs inuolutos hæredes dimittamus. Sic sanè accidit non longè ab hisce diebus. vita functus est D. Ioannes Antonius de Passeribus Sacr. ista Cathedralis Ecclesiæ Melphitten., qui dùm viueret multa obtinebat simplicia beneficia de iure patronatus laicorum, quibus onus erat annexum sacra Deo statis diebus offerendi mysteria. Oneribus an fecerit satis in difficultatem vertitur, quam ob causam modernus Episcopus in sancta visitatione inueniens numerum missarum pœnè quinque mille ex his beneficijs impletum non fuisse, aduersus hæredem, vt illi fiat satis, ius dirigit. Et vt sacra fiant, quæ dùm in humanis nobiscũ Ioannes Antonius agebat, nec fecit, nec fieri curauit. Et vt pœnam soluat, ad quam ille, si viueret, ex Synodalibus Constitutionibus à prædecessoribus Illustrissimis Episcopis, tenebatur. Statutũ namquè in illis est: vt qui missarum non fecerit satis oneri beneficijs annexo, carolenos duos in singulas soluat missas; vnũ, vt Sacerdoti facturo pro eleemosynæ, cedat; alterũ in pœnam negligentiæ, propter quam oneri defecit. Defertur hoc hæredis ad aures, qui vti laicus, in Iudicem consentire non intendit; atq; oneri satisfecisse Ioannem Antonium eddicit. Quòd enim oneri non fecerit satis, id non ex alio percipi, quàm, quòd in libris missarum implementum ascriptum non reperitur. vt ex re-
11 uolutione librorum negatiua probetur. ad *Gloss.* receptam in *l iustum 6. in gloss. 1. C. de edendo. Rota* apud sanct. memor. *Gregor. XV. decis. 13. nu. 10 & decis. 433. nu. 3* & apud *Cardin. Caualer. decis. 35. nu 2.* diximus alios recentes *respons.* nostra *39. nu. 27 part 4. Rota in Comen Parochialis 27. Aprilis 1640.* corã *Pirouano decis. 125. nu. 1* in nouis additis ad *praxim Viuiani de iure patronat.*

Respondet tamen motiuo hæres; ex Ecclesiæ præfatæ Constitutionibus, vel etiam

Synoda-

Synodalibus, duos in singulos annos per
Capitulum deputari, qui missarum satisfa-
ctionem in libros dietim referant. Quid
12 itaq; si defecerunt illi, neq; scripsere: erit
ne vnius culpa, alterius pœna? non vtiquè.
13 Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur; &
filius non portabit iniquitaté patris. Ezec-
chielis voce Dominus omnipotens edicit
18. 20. quia nemo peccato alterius sine
sua cõsensione tenetur obnoxius. ex S. Au-
gustino ad Bonifacium epist. 23. in can. idem
itaquè 8. 1. quæst. 4. & ipse idem ad Auxiliũ
Episcopum epist. 75. in can. si habes de hac re
sententiam 1. §. tunc quidèm ad terrorem. 24.
quæst. 3. ibidemq; Gratianus in sũma §. spi-
ritualitèr autem peccatis parentum. Idemquè
Augustinus ad eundem Bonifacium eadẽ
epist. 23. à Gratiano relatus in can. quartis à
me 129. §. anima, quæ peccauerit. de consecrat.
14 dist. 4. Nequè iustum æstimatur, vt propter
alterum, ei, qui non deliquit, iniuria, ini-
quaq; inferatur conditio. ex Pomponio
lib. 1. quęstionum in l. non debet alteri 75. ff.
15 de regul. iur. Contra iustitiam quippè age-
ret, quæ cuiq; præcipit; honestè viuere, alte-
rum non lædere, & ius suum cuiquè tribuere.
Affligeret enim alterum iniquè, qui non
deliquit. vt Gloss. 1. d. l. non debet. peradæ-
quatè satis perpendit. eiusdemquè sensus
esse videtur Paulus lib. 3. ad edictum in l. si
vnus ex argentarijs 28. in princ. & §. ante om-
nia animaduertendum est. ff. de pact. illis ver-
bis: Ne conuentio in alia re facta, aut cum
alia persona, in alia re, aliauè persona noceat.
ibiq; Gloss. verbo noceat. sequiturq; Gloss. in
can. sacramenta 34 verbo iniuriam. 1. quęst. 1.
& can. deniq; 10. verbo neutrũ in fin. 14 q. 5.
& d. can. si habes 1. 24. q. 3. regula non debet
22. de reg. iur. in 6. cap. si compromissarius 37.
§. porrò eo casu. de elect. lib. 6. Nauar. cons. 7. in
5. argum. lib. 4. de cognat. spirit. Barbosa axiom.
22. num. 1. Dubium est itaq; fecerit, ne sa-
16 tis oneri beneficiarius Ioannes Antonius
nec ne. In dubio verò, certum minimè esse
iudicium debet. ex Gregorio in can. graue
satis 74. 11. quæst. 3. & Augustino in can. no-
men presbyteri 12. 2. quæst. 1. & ex Sixto Pa-
pa relato per Gratianum in can. si quis di-
uinis 9. §. his ita respondetur 30. quæst. 5. di-
cente: Incerta nemo Pontificum iudicare præ-
sumat. Ibidemq; ex Victore Papa, qui & ip-
17 se ad Theophilum Episcopum scribens, sic
inquit: Incerta (charissime) nullatenus iudi-
cemus, quoàd vsq; veniat Dominus, qui laten-
tia producat in lucem, & illuminabit abscon-
dita tenebrarum, & manifestabit consilia cor-
dium. ex Paulo 1. ad Corinth. 4. 5. quin du-
18 bia ipsa meliorem in partem interpretari
nos decet, imò oportet. ex Beda in homi-
lijs in cap. estote misericordes 2. ibiquè Gloss.
verbo in meliorem partem. de regul. iur. extrà.
& ex Gregorio in can. sunt nonnulli 2. §. sed
sanctus vir. ibiq; Gloss. verbo non æstimat. di-
stinct 46. & Nicolao Papa Gallioni Seuensi
Archiepiscopo in can. iudicas Hermannũ
Episcopũ 14. in fin. 3. quæst. 9. & Antero Pa-
pa in can. absit, vt quidam 14. ibiquè Gloss.
verbo sinistrum. 11. quæst. 3. concinit Paulus
lib. 3. disputationum in l. cùm creditor 57. ff.
de furtis. ibiq; Gloss. verbo contrectare. aper-
tissimè omnium Marcellus lib. 29. digesto-
rum in l. proximè 3. ff. de his, quæ in testam.
19 delent. sic dicens: Sed in re dubia benignio-
rem interpretationem sequi, non minus iustum
est, quàm tutum. eundemq; sensum Sanctus
admittit Thomas 2. 2. quæst. 60. art 4. in cor-
pore in fin. Nauar. cons 5. num. 6. lib. 4 de des-
ponsat. impuber. diximus respons. nostra 32.
num. 25. 26 & 27. part. 4. Barbosa axiom. 78.
20 num. 1. Et in dubio pro reo propensiores
esse debemus, vt eum excusemus. ex regula
cùm sunt partium iura obscura 11. de reg. iur.
21 in 6. Potissimùm verò, cùm quotidiè Ioan-
nes Antonius, dùm in humanis nobiscum
ageret, sacris operari consueuisset. Obtu-
lisse proindè, vt beneficiorum oneri face-
ret satis, putandus erit, ne se alioquin pec-
cato macularet. ex Gloss. in c. accepimus 16.
aliàs fin. verbo præsumimus. de purgatione
canonica. ibiq; Glossella marginalis. ex Sãcto
22 Thoma d. art. 4. & Caietano ibidem. Quando
super omne detestabile peccatũ, & fugien-
dum, & detestandum, abominandumq; sit.
iuxtà illud Ecclesiastici 21. Quasi à facie
23 colubri fuge peccatum. Vt peccatum, quàm-
uis minimum, omnibus alijs malis grauiùs
æstimari debeat, atq; detestari. ex Augu-
stino in can. ita ne 3. 32. quæst. 5. dicente:
24 Mala omnia tolerari magis deberi, quàm pec-
to consensum præstare. eiusdemq; sensus est
Ambrosius in can. tolerabiliùs 1. ead. 32 q. 5.
25 Substinendam proindè magis excommu-
nicationem, quàm peccare mortalitèr. ex
Innocentio III. in cap. inquisitioni tuæ 44. in
1. responso. ibidemq; Gloss. in casus figura-
tione, in 1. notab. & in verbo humilitèr sub-
26 stinere. de sentent. excommun. Nullo idcir-
cò modo in peccato subsistendum, sed ab
illo quàm citissimè fugiendũ. ex S. Thom.
2. 2. quæst. 62. art. 8. in corpore. Nauar. cons. 57.
num. 4. lib. 5. de simonia. Non æstimandum
ergo; Ioannem Antonium, qui sacra offer-
re mysteria quotidiè consueuerat, missarũ
oneri, cui ex beneficijs tenebatur, facere
satis noluisse; vt se peccato inficeret, æter-
27 nisq; Inferni cruciatibus addiceret, suæq;
salutis immemorem fuisse, atquè pecunias
animæ suæ saluti præferre voluisse. quam
perpensionem summoperè Theodosius, &
Valentinianus Cæsares æstimauere in l. san-
cimus fin. C. ad leg. Iul. repetund. retulitquè
Gratianus inter sacratos canones in can.
28 sancimus 26. in fin. 1. q. 7 in inferiori præser-
tim iudicio, & sacramentali. ex Gloss. in cap.
tua

tua noi 26. verbo *qualiter tibi constiterit. de sposalibus,& matrimonijs. Gloss. in cap. penult.* verbo *mulieris. in fin. de raptorib. Peregrin. conf.27.nu.2.lib.4.Menoch.de præsumpt.lib.5. præsumpt. 5. per tot. Rota part.1.diuersor.decis. 751. num.8.* deduximus *respons.* nostra 32. *num.67.part.4.*

Si verò certum est, (quod probari vtiq; minimè potest) Ioannem Antonium suo muneri pro beneficijs offerendi, vt tenebatur,
29 tur, non fecisse satis. (quæ sanè probatio ex negatiua illa pendet, quòd in libris celebrationis missarum descriptus non reperiatur, præsertim cùm hęc descriptio à Deputatis ad hunc effectum dependeret; qui vel ex negligentia, vel ex animi passione non descripserunt, vel quòd putauerunt, nō
30 debere describere, cùm esset Ioannes Antonius Subcollector spoliorū Cameræ Apostolicæ, atq; proinde ab Ordinarij iurisdictione exemptus, ex Constitutione Eugenij IV. in *Extrauaganti Diuina 3. de priuileg.*
31 *inter communes.* in criminibus præsertim ex Constitutione Gregorij XIII. incipiente *Cupientes pro nostri officij* in nouo *Bullario* per Cherubinū *tom.2. constit.25. fol.392.* sequiturq; *Zerola* Epus Minoren in *praxi Episcopali par.2.* verbo *exēptio. §.6.* diximus *resp.* nostra 44. *nu.1.& seq. par.2.* vbi ad calcē Constitutionem retulimus nouissimā gloriosæ, ac sanct. memor. Vrbani Papæ VIII. sub datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem 2. Iulij 1636. Pontificatus sui an-
32 no 13. vt neq; visitari, nec corrigi possint ab Episcopo loci Ordinario. refert decisū *Nicol. Garf. de benefic. part.3. cap.2. num.198. in 18. declarat. Barbosa de offic. & potest. Episc. allegat. 74. nu.28.)* vel quomodocunque sit; sufficiens non æstimatur probatio, vt con-
33 uincere valeat: cùm probatio positiuum quid habeat, negatiua verò auferat, non ponat, vt improbabilis videatur. ex Diocletiano, & Maximiano Augustis in *l. actor 23. C. de probationib.* quam inter sacros Canones Gratianus retulit in *can. accusator 2. in fin. 6. quæst.5.* & ex Clemente III. in *cap. super hoc 5. §. fin. extrà de renunc.* & ex Innocentio IV. in Concilio Lugdunen in *cap.1. de confessis. lib.6.* sequiturq; ibidem *Gloss.* verbo *negatiuas.* dicens: Item negatiua positio, non ponit, sed remouet. *Rota* apud *Card. Caualer. decis.103. num.5.* Nec
34 omninò conuincit assertio in initio data; negatiuam ex reuolutione probari actorū, & libri, vt qui in libro descriptus non reperiatur adimpleuisse, quod in illo scriptū non reperitur, non vtiq; putetur, nec præ-
35 sumatur. Locum sanè sibi in hac re faceret assertio, quando de essentia rei, negotijq; scripturæ hęc esset, vt sine scriptura esse negotium minimè posset, tūc sanè procedat, negatiuam alicuius scripturæ (non esse quem descriptum in illa) ex eiusdem patere reuolutione scripturæ: ex *Cephal. cons. 144. num.1. vol.1. Vantius de nullit. tit. de nullitate ex defectu mandati. nu. 62. fol. mihi 148.* in minori impressione. *Surd. cons. 18. n.114. lib.1. Rota part.1. diuersor. decis. 64. num.1. & seq.* & apud *Duranam decis.2. num.3. & decis.6. num.9* Licèt enim in libris missarum descriptus Ioannes Antonius minimè reperitur, non tamen probatur, missarum illum oneri non fecisse satis, cùm satisfactio hæc ex scriptura pēdeat minimè, & potuerit satisfecisse oneri, quāmuis descriptus
36 nō fuerit; & quòd ipse sacris operari quotidiè consueuerat; & quòd scriptura huiusmodi ab ipso fieri nō vtiq; debebat, sed à Deputatis ad scribendum. Et quid si ipsi non descripserunt? præsertim (vt diximus) quòd vt Apostolicus Subcollector ab Or-
37 dinarij iurisdictione esset extortis. Qui igitur oneri haud fecisse illum satis asserere voluerit, ipse probandi negatiuam hanc onere præmetur, quod intentionis suæ fundamentum sit. ex *Gloss* recepta in *cap.1. in fin.* verbo *non timore mortis. de his, quæ vi metusq; causa fiunt.* sequitur *Parisius de resign. benefic. lib.10 quæst.5. nu.16. Garsias de benefic. par.11. cap.3. num.305.& 309 Rota par.4. diuers.* collecta per *Farinac. decis.671.* & apud *Card. Caualer. decis 315. nu.5.* & in *Panormitana Archipresbyteratus 28. Aprilis 1617.* coràm *Buratto decis.468. num.2. & seq. & nu.7. part.2. in posthum. per Farinac* & in *Pistorien beneficij 31. Maij 1617.* coràm *Buratto* apud *Viuian. ad praxim iurispatronatus. decis. 15. nu.5. Ciarlia controuers. forens. par.2. cap.123.*
38 *num.15.* Eoque magis, quòd in pœnam dimittentis missarum oneri facere satis præter stipem Sacerdoti operanti debitam, & alter carolenus esset impositus Fisco addictus. eius igitur erit suæ probare fundamentum intentionis. vt diximus.

Verùm, fac omninò certum esse (quod tamen abnuimus) Ioannem Antoniū oneri sacris offerendi ad beneficiorum legem, non fecisse satis: Certum quoq; sequetur; satisfaciendum oneri esse, teneriq; illum (eius scilicet hæreditatem, cùm vita iàm
39 functus sit) ad stipem Sacerdoti facienti persoluendam. Contrà namq; commuta-
40 tiuam peccanit iustitiam, proximo damnū inferens in re graui; mortuis præsertim.
41 Inæqualitatem igitur illam, quam per cessationem sacris offerendi defunctis, in purgatorijs pœnis purgantibus, intulit, per æqualitatem, diuinæ faciendo mysteria, compensare debebit. ex *S. Thoma 2. 2. q.62. art.1. & 2.* & ex Paulo lib.1. ad edictum in *l. quòd si minor 25. §. restitutio autem ff. de mi-*
42 *norib.* dùm docet ipse; tunc dici restitutionem, cùm vnusquisq; integrum ius suū recipit. eiusdemque sensus Antoninus est Cæsar

Cæsar in *l.1. C. de reputationib.* nec abhor-
ruit Innocentius III. in *cap. ad nostrã noue-*
ritis 11. de reb.Eccles.non alienand. ibidemq;
Gloss. in verbo *sufficere. Nauar.cons.5.num.3.*
lib.5.de furtis. diximus *respons.* nostra 58. *nu.*
17. & seq. & respons.81.num.2.& respons.92.
num.25.26.& seq.part.4.
Secundùm iustitiam itaq; ad hanc stipẽ
dandam, vt sacris operetur Sacerdos, qui-
bus, dùm vitalem nobiscum traxit auram
Ioãnes Antonius operatus nõ fuit, eius te-
43 nebitur hæres. Onus est enim hoc in hære-
ditate, atq; proindè alienũ æs. ex Vlpiano
lib.14. ad edictum in *l.Papinianus 8. §.quar-*
ta. ff.de inoffic. testam. deducendum propte-
reà ex *l.fin §.& si præfatam.* ibiq; *Gloss.* ver-
bo *accomodate. C. de iur. deliber. Rota* apud
44 *Card.Caualer.decis.41.num.2.* Hęredis nem-
pè ex persona obligationis defuncti con-
ditio minimè mutatur, sed eadem perseue-
rat, vt sicut ille tenebatur, teneatur & ipse.
ex Paulo lib.27. ad edictum in *l. stipulatio-*
num 2. § ex his igitur. ff.de verbor.obligation.
Pauli verba, rationem ab eo dictorum red-
dentis, hæc sunt: *Non enim ex persona hære-*
dum conditio obligationis immutatur. sequi-
turq; lib.73. ad edictum in *l. prætoria stipu-*
lationes 2. §.incertam quantitatem. ff. de præ-
tor. stipulation. & in hiscemet nostris termi-
nis satis ad rem nostram strictiùs Marcel-
lus lib.15. digestorum in *l. postulante Sticho*
44. in fine principij. ff ad Senat.Cons.Trebell.
his demùm concludens verbis: *Cęterùm*
existimo, idem in hærede eius constituendum,
45 *quod in illo constitutum est. Cur enim recu-*
saret, quod recusare non potuit is, cuius hæredi-
tatem suscepit? & hanc ipsam sententiam
sequuntur *Francisc. Zoannett. in l.2. ff. solut.*
matrim. num.45. Surd.cons.146.num.7.vol.1.
Vincent.de Franch. decis.83.nu.5. Gratian.de-
cis.Rota Marchiæ 19. nu.41. Rota Maceraten
apud *Thomati decis.83.num.5.& Rota* apud
sanct.mem. *Gregorium XV.decis.489.num.9.*
& apud *Card.Caualer.decis.453.nu.2.Rota in*
Pampilonen celebrationis missæ 7. Februarij
1594. coram *Card.Mantica decis.262.num.1.*
& seq. quem sequitur *Barbosa de offic.& po-*
test. Episc. part.2. allegat.24. num. 31. & 32.
Sicut igitur, si vitali adhùc frueretur aura
Ioannes Antonius, pro sacris, quibus non
fecit satis, nec operatus est, teneretur; pari
quoq; modo, & eius tenebitur hæres, quia
æs est alienum in hæreditate; & hæres ad
46 debita tenetur soluenda defuncti; etiam
in solidum, si inuentarium non confecit.
ex *Gloss in can. Episcopus, qui filios 34.* verbo
47 *ab hæredibus. in fin. 12.quæst.2.* Quia nimi-
rùm hæres adeundo hæreditatẽ quasi con-
trahit cum creditoribus, seq; ad soluendũ
ligat, stringitq; obnoxiumuè facit. *§.hæres.*
de obligationibus, quæ ex quasi contractu na-
scuntur Institut. Magnus Vlpianus lib.9. ad
Edictum in *l. apud Iulianum 3. §.si pupillus*
hæres. ff.quib.ex caus.in possess.eatur. rationẽ
reddens. *Etenim* (inquiens) *videtur impu-*
bes contrahere, cùm adhit hæreditatem. ibiquè
Gloss. verbo *contrahere.* id est quasi contra-
here. & ipsa inquiens. *Gomesius variar.resol.*
tom.1.cap.12. de legat. sub num.11. vers.cuius
ratio vera, & fundamentalis. Rota apud *Card.*
Seraphinum decis.321. num.3. & apud *Card.*
Canaler.decis.272.nu.2. vt ex proprio quoq;
48 teneatur, si non confecerit inuentarium.
num.3. Barbosa de officio Episcopi. part.3.alle-
gat.82.num.20. Tenebitur itaq; hæres hanc
49 ad soluendum stipem. Teneatur autem ad
pœnam in Synodo statutã? negatiuè vtiq;
respondendũ videtur, & quia Ioannes An-
tonius, vti Subcollector, à iurisdictione
50 exemptus erat Ordinarij, vt lex illa in non
subiectum lata videatur, vt ei nõ pareatur.
impunè. ex Paulo in *l fin ff de iurisd. omnium*
Iudicum. cap.2. in fin. de constitutionib. lib.6.
Caietan.2.2.quæst 88 art.12. diximus *respons.*
51 nostra 88. *nu.5 part.3* Et quia pœna, quàm-
uis ipso facto imposita, ante condemnatio-
nem non vtiq; debetur, nequè in foro con-
scientiæ, neq; in foro fori. ex *Gloss.* singu-
lari in *can fraternitas tua 11. in fin.* verbo *cũ*
augumento. in fin. 12.quæst.2. S.Thomas 2.2.
quæst.62. art.3. in corpore. Gloss. in clement.2.
§.1. verbo *officij. de hæres. Nauar. cons.4. de*
iniurijs, & damno dato. lib.5. & cons.92. nu.3.
de simonia. & cons.15. num.2. in fin. lib.4. de
clandest.desponsat.& manuali cap.17.num.13.
& seq. & cap.23. num.66. & cap.25. nu 118.
& de oratione, & horis canonicis. cap.21.n.47.
49. & num.54. & in *Gloss.3 summa de pænit.*
dist.5.num.22. & 23. Felin.in cap.1.de constit.
num.41. in 3.casu. in 6.fallent. Couar. in regula
peccatum. in 2.part.relectionis. §.2.nu.3. vers.
ex tertia conclusione. col.1. in fin. Paris.de resi-
gnat. lib.10. quæst.9.nu.12. Sanctarell.variar.
resolut. quæst.4. nu.49. alios quàmplures re-
ferens. & *num.22. & quæst.27.num.9.* pertra-
ctat longo sermone materiam hanc *Ioseph*
à Ianuario resolut.moral. resolut.65. per tot. à
52 *num.14. & seq.* Mortuus verò damnari hãc
ad pœnam, quæ personalis est propter ne-
gligentiam, neutiquàm poterit, iàm illo fo-
ri alterius effecto. vt perpendimus *respons.*
53 nostra *26.nu.2.par.4.* Omnia quippè mors
soluit, quin non dissoluit magis. vt Impe-
rator quoq; docet, non dissoluta experien-
tia notissima omnibus. in *§.deinceps autem.*
in authent. de nuptijs. collat.4. text. in § simili
modo. ibiq; *Gloss.* verbo *morte naturali. Insti-*
tut, quibus modis tutela finitur. diximus *resp.*
54 nostra *72. num.16. part.4.* nàm:

Omnia mors æquat.
Omnes eodem cogimur, omnium
Versatur vrna, seriùs, ocyùs
Sors exitura: & nos in æter
Num exilium impositura Cymbæ.

Tt vt Ho-

vt Horatius lib.2.Carmin. Ode 3. cecinit.
Tùm prætereà,quia ab iurisdictione exem-
ptus Ordinarij,vt diximus. vt neq; eius re-
55 neatur hæres. Tenebitur tamen hæres ad
stipem illam Sacerdoti facienti dandam,
vt non factarum missarũ onus, cui (fac ve-
rum esse,& absolutũ.) non fecit satis Ioan-
nes Antonius, dùm vitalem nobiscum tra-
56 hebat auram,impleatur. Quia stirpes illa
æs alienum est in bonis eius, atq; necessa-
riò abstrahendum,vt res in bonis defuncti
non existens,sed aliena.ex Paulo lib.40.ad
Edictum in *l. bonorum appellatio* 49. & Ia-
boleno lib.5.ad Paulutium in *l. propriè bo-
na* 83. *ff.de verbor.significat.* diximus *d.resp.*
nostra 92. *num.*56.*&* 57.*part.*4.

57 Actiones verò omnes, & obligationes
defuncti in hæredem transeunt, & ab hære-
de soluuntur. ex *l.* 1. *in fin. C. vt actiones ab
hæredibus, & contra hæredes incipiant.* §.*post
mortem. Institut.de inutilib. stipulationib.* di-
ximusq; in hiscemet terminis celebratio-
nis missarum *respons.* nostra 15. *num.*62. *&
seq. & num.*65.*part.*4. tenebitur ergo hæres
ad hanc stipem Sacerdoti facienti soluen-
dam.

Verùm si noluerit ille; quo coràm Iudi-
58 ce in iudicium interpellabitur? coràm
suo vtiq; competente. Rei quippè forum
actor sequitur. ex Romana Synodo in *can.
neminem* 16. 3. *quæst.* 6. & Pelagius Papa
Benegesto Defensori in *can. experientiæ tuæ*
15. *& can.si quis clericus* 16. 11.*quæst.*1.ver-
ba damus Pelagij d.can. experientiæ: *Præ-
senti auctoritate mãdamus,vt in causis,in qui-
bus qualibet Ecclesiastici officij persona loco
petitoris existit, quemquam laicum pulsatura,
apud sua prouinciæ Iudicem suas proponere
actiones non deserat.* & d.can.si quis clericus
in fin. *Quem ordinem legibus per omnia con-
uenientem, atq; consentaneum demonstrari, il-
la regula manifestat, quæ præcipit, actorem fo-
rum semper sequi pulsati.* & *Gloss.* ibidẽ ver-
bo *regula. cap.si clericus* 5. *& cap.cùm sit ge-
nerale* 8. *& cap.si diligenti* 17. *de for.compet.*
59 *l.fin. C. vbi in rem actio.* Alioquin iuris or-
do peruertitur, si non actor rei forum, sed
reus actoris sequitur. vt Diocletianus, &
Maximianus Cæsares decernunt in *l. iuris
ordinem* 2. *C.de iurisd.omn.Iudic.* Quàmuis
60 Ecclesia sit, quæ iudicio aduersus laicum
experitur. vt sequitur *Sempronius Ascia de-
terminat.*139 præsertim *num.*4. *& seqq. Ma-
rius Antoniu.Maceraten variar.resolut. lib.*1.
*resol.*15.*num.*1.*& seq. Afflict.decis.*268.*nu.*1.
*& seq. Capyc.decis.*18.

61 Hæreditatis verò adhitione bona pro-
prium efficiuntur hæredis patrimonium;
quia defuncti bona esse mutatione personæ
desierunt. ex Paulo lib.12. responsorum
in *l.per procuratorem* 89. *ff.de acquir. hæred.*
plures retulimus *respons.* nostra 30. *num.*9.
& 10. *part.*3. *& respons.*97. *num.*56. *part.*4.
Coràm suo itaquè Iudice vocari hæres de-
bebit,quia reus est,& actor rei forum sequi
tenetur.

Nec difficultatem faciebat, quod ex Sa-
crosancta Tridentina Synodo *sess.*12.*cap.*8.
62 *de reformat.* afferebant: Episcopos piarum
dispositionum omnium executores esse,
etiam tanquã Sanctę Sedis Apostolicæ De-
legatos, poterit proindè Episcopus hære-
dem cogere ad stipem Sacerdoti dandam,
qui facturus erit, pro missis,quibus Ioan-
nes Antonius vitalem dùm attrahebat au-
ram,onus non compleuit. hoc enim iussta
vitio defuncti bona ad eum transiere: adi-
gi proindè ad soluendum poterit.

Satis quippè dissiti,atq; diuersi sunt ter-
mini dictę Sacrosanctæ Synodi. neque nos
in executione nunc vertimur piarũ dispo-
sitionum; sed in defectu missarum,ad quas
ex beneficiorum lege defunctus tenebatur,
& dubium adhùc superest, vt diximus, fe-
cerit,nec ne satis; sed mutatione personæ
bona proprium hæredis effecta sunt patri-
monium. Ipse igitur in iudicium pulsan-
dus,vt stipem hanc soluat. Altercatio ergo
perquiritur,sit,nec ne damnandus. hoc au-
tem coràm suo faciendum est Iudice, nec
Iudicium Ecclesiasticum est, sed seculare;
vt soluat. Neque porrò ipse ad onus tene-
tur missarum, tenebatur autem defunctus.
Certum verò cùm factum fuerit non fecisse
illum satis sacrificiorum oblationi, hære-
ditas tenebitur, quia æs est alienum in hæ-
reditate,vt diximus. in solutione igitur fa-
cienda hæres vocandus, vt soluat. Coràm
63 suo ergo Iudice interpellandus; cùm per-
sonæ mutatione in hæredis patrimonium
bona transierint. vt ex Paulo *d.l.per procu-
ratorem.* paulò ante meminimus. ex regula
(vt diximus) quòd actor rei sequi forum
64 tenetur.neque in aduersum legitima regu-
læ refertur restrictio; vt ei standum sit in-
terim. ad *text.in cap.*2.*in fin de restit. spoliat.
in* 6. ex *Gloss.* celebri, cui similis non inue-
nitur in *rubr.de regul.iur.lib.*6 & in *l.omnis
definitio* 103. *ff.de reg.iur.* docet *Nauar.cons.*
13. *sub num.*12. *vers.secundò, quòd d regul.*
*lib.*4 *de clandest. desponsat. Rota* apud *Cocci-
num decis.*383. *num.*2.*& decis.*500. *num.*4. *&
part.*4.*diuersorum* collecta per *Farinac.decis.*
688. *sub num.*3. idem *Nauar.cons.*12.*num.*4.
*in fin.lib.*1.*de elect. Caputaq. decis* 307. *nu.*2.
& 3. *part.*2. *Cenedus quæst.*14. *sub num.*1.

Neque dicas,in sancta visitatione posse
65 Episcopum cognoscere, factum ne sit satis
sacrificiorũ oblationi magna quippè Epi-
scoporum est auctoritas in suis visitandis
gregibus & in morum correctione, vt etiã
tanquàm Sanctæ Sedis Apostolicæ Delega-
ti procedere valeant, omni remota ap-
pellatione. ex Sacrosancta Tridentina Sy-

nodo

nodo *sess.24. cap. 10. de reformatione*.
66 Hoc nos quidèm haud abnuimus, sed
vbi de correctione agitur morum. vt ex
contextu patet *d.cap.10.* Sacrosanctæ Syno-
di. & *sess.13.cap.1.de reformat. Marius Anto-
ninus variarum lib.1. resolut.95. nu.11. vers.
& dùm obijceretur.& resolut.110. num.14.&
seqq. Barbosa in collectan. ad Sacrum Conci-
lium. d. cap.1. num.5. & d.cap.10. num.2. &
de officio,& potestate Episcopi par.3.alleg.73.
num.* 32. & perpensum fuit satis ad rem in
Calaritana Capellæ 19. Februarij 1644. co-
ràm *Bichio decis.* 137. *num.*18. in nouis ad-
ditis ad *praxim Viuiani de iure patronatus*.
In nostro verò hoc facto punctus difficul-
tatis est.vt hæres soluat; ille verò,per adhi-
67 tionem, dicit; bona meum sunt effecta
patrimonium, in hæredem actiones om-
nes, siuè actiuæ, siuè passiuæ à defuncto
transfusæ sunt, si me igitur quæritis, co-
ràm meo me pulsare Iudice sequamini
68 vos rei forum. Prætèr quàm quòd Ioan-
nes Antonius vti spoliorum Subcollector
à iurisdictione extorris erat Ordinarij, Il-
lustrissimi Nuntij iurisdictioni subiectus.
vt animaduertit etiam *Barbosa de offic. Epi-
scopi. part.3. allegat.* 73. *num.*34. & in *colle-
ctan. ad dictum cap.10. Sacri Concilij. num.*4.
& in superioribus quoq; meminimus. Co-
ràm quo ergo Iudice hæres interpellãdus,
vt soluat? nouum est enim hoc iudicium,
quod aduersus hæredem dandum est, cu-
ius defuncti bona per adhitionem effecta
sunt patrimonium.
69 Verùm ad omne sedandum conscientiæ
scrupulum, ob incertitudinem aliquam,
fecerit,nec ne satis Ioannes Antonius mis-
sarum oneri,dùm viralem nobiscum traxit
auram,non absurdum æstimauerim,si cum
Fabrica Sancti Petri,ob non facta fortassè
sacra, compositionem iniret aliquam;tran-
70 sigeret videlicet. ex facultatibus Fabricæ
apud *Quarantam in summa* verbo *Fabrica
Sancti Petri. §. 3. fol mihi* 248. Idem namq;
componere est, atquè transigere. ex Paulo
lib.1. sententiarum in *l. ab accusatione 6. in
princ. ff. ad Senat. Consult. Turpillian.* & ex
Honorio III. ad Cardinalem Sanctæ Pra-
xedis in *cap.ex parte tua 11. siuè fin. de tran-
sactionib.* noster *Maranta* Proauus *cons.*118.
71 *num.* 2. Transactio verò de re fit dubia,
& de qua possit esse litis suspitio. ex Anto-
nino Augusto in *l. cùm te proponas* 2. &
Diocletiano, & Maximiniano, etiam Au-
gustis in *l.causas 16. C. de transaction.* & Vl-
piano lib.50. ad Edictum in *l.1. ff.de tran-
sactionib.* & ex Gregorio Magno in *cap.1.de
transactionib.* Idèm noster *Maranta cons.*83.
num. 12. *Rota* apud sanct. memor. *Grego-
rij XV. decis.149. num.2.* ibiq; *Beltramin.
num.5. & decis.158. num.3.* & apud *Cardin.
Caualer. decis.23.num.2.* Iure ergo per tran-
sactionem ab omni conscientiæ se libera-
bit scrupulo, atquè dùm nundinarum est
tempus, negotiabitur, ne illis dissolutis
præstoletur frustrà.

Atquè ità ex his, quæ Aristarchi super-
cilio, acrioriq; iudicio lubentèr subijci-
mus, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

Transactione cum Fabrica inita, paca-
tam à scrupulis suam reddidit conscien-
tiam hæres.

S V M M A R I V M.

1 *Causarum facta iure distribui debent, vt recta
in illis sequi sententia valeat.*
*Facta enim sunt velut materia, ius verò
forma.*
2 *Formæ de potentia educuntur materiæ.*
*Debent ergo formæ materiæ corresponden-
tes esse.*
3 *Factorum diuersitas, diuersam quoq; iuris res-
ponsionem exquirit.*
Nàm in facto ius positum est. num.4.
5 *Iure in patronatus hæreditario in stirpes suc-
cessio defertur, in gentilitio verò in capita.*
6 *Feudum aliud hæreditarium, aliud ex pacto, &
prouidentia concedentis, siuè simpliciter,
siuè hæreditarium.*
7 *Ius patronatus aliud hæreditarium, aliud gen-
tilitium, siue familiare, aliud ex pacto, &
prouidentia, siuè simpliciter, siuè etiam
hæreditarium.*
8 *Rem nouam dicimus, imò non nouam, sed ve-
terem. ex Hieronymo.*
9 *Ius patronatus quoad successionem, secundùm
terminos feudorum, siuè etiam emphyteu-
sis regulatur.*
*In iure patronatus hæreditario, qualitas hæ-
reditaria omninò desideratur, etiam si fi-
lius fuerit. num.10.*
11 *Declarans, noui nihil facit, sed quod est mani-
festiùs, aperit.*
*Sicut qui spicas excutit, nouam speciem non
facit.*
*Hoc verò addit declarans, vt habeamus ve-
ram, & effectualem declarationem, sicut
ab initio. num.12.*
13 *Iuris patronatus Beneficia, ex Episcopi assensu
vires, atquè formam recipiunt.*
*Quia illa ab Episcopi ordinatione pendent.
num.14.*
15 *Fœmina finis est familiæ suæ, & alterius, non
suæ, principium.*
*Quarè filij earum, in familia earũ non sunt.
num.16. & num.18.*

16 *Filij non matris, sed patris familiā sequuntur.*

17 *Tentare id, quod exitum habere non potest, aperta amentia est.*

19 *Forma data in fundatione iuris patronatus, Episcopi accedente consensu, præteriri nō potest.*

Quia, quæ de forma sunt, omitti minimè possunt. num. 20.

21 *Fœmina semel exclusa propter masculos, perdurat semper exclusa.*

Vt eius etiam filij exclusi videantur.

Quia de familia non sunt.

Etiam in materia iuris patronatus. nu. 22.

23 *Argumentum ab absurdo vitādo firmum æstimatur.*

Etiam in materia iuris patronatur. nu. 25.

24 *Ius patronatus partim esse gentilitium, & ex pacto, & prouidentia, & partim hæreditarium, vt etiam fœminæ admittantur, absurdum æstimatur.*

26 *Lex captiosa esse non debet; ne alieni laqueus per eam paretur.*

27 *Scripturam producens, omnia in eo contenta approbare videtur.*

28 *Possessio defuncti in hæredem non transit, nisi apprehendatur.*

Quia possessio facti est, & nisi apprehendatur, minimè acquiritur.

Possessio iuris præsentandi per effectuationē præsentationis acquiritur. nu. 29.

Etiam semel.

30 *Ius patronatus gentilitium non nisi ad Gentiles transit. probare se igitur Gentilem debet, qui ad illud prætendere præsumit.*

31 *Illustrissimus Frater Ioseph à Cornea Episcopus fuit Casertanus anno 1633.*

32 *Scriptura de quo non loquitur, nec comprehensum in illa videtur.*

Vt dici iure possit: de te scriptura nō loquitur. num. 33.

Non igitur comprehensus.

34 *Fundationis tenor stricta lege seruandus est.*

Ne alioqui retrahātur homines ab Ecclesijs fundandis, dotandisq;.

36 *Præsentationem obtinens ab eo, qui non est patronus, neque in possessione præsentandi, nihil sibi prodest.*

Quāmuis descendentiam probet.

37 *Descendentiā probare ab eo, qui non est in possessione iuris præsentandi, nihil prodest.*

38 *Derogationem obtinens pro medietate patronorum, vel se à maiori parte præsentatū asserens, & pro alia parte derogationem impetrans, vtrumquè probare tenetur, suasq; iustificare Bullas.*

39 *Bullæ Apostolicæ sunt iustificandæ; quāmuis in negatiua fundamentum habeant.*

Ratio refertur. num. 40.

40 *Rescripta Principū sic exaudiri debent, si preces veritate nitantur.*

Alioquin falsus precator carere omninò debet impetratis. num. 41.

42 *Gratia non iustificata, non substinetur.*

43 *Præsentatio facta contra formam in fundatione datam, nulla est, & inualida.*

Quāmuis patroni illam nescirent. nu. 44.

Quia tenentur scire.

45 *Sententia, quæ in causa erronea, & falsa, fundamentum obtinet, est inualida, nullumq; producit effectum.*

Propter vitiū pronunciationis ex falsa causa. num. 46.

Vel si nulla præcesserint probationes. nu. 47.

Vel si sine monitione ad dicendū, partibusq; non auditis prolata fuit. num. 48.

Vel sine citatione ad sententiam.

Illaq; præcisa ad sententiam audiendam. num. 49.

Vel si neque lecta, neque lata, neque publicata fuit. num. 50.

Alioquin neque sententia nomen merebitur.

Vel si non appareat, à Iudice subscriptam fuisse. num. 51.

52 *Negatiua omnis, non adesse aliquid in actis, vel in scriptura, ex reuolutione resoluitur actorum.*

Quia omne, quod in actis scriptum nō reperitur, neq; actum præsumitur.

53 *Institutio debetur ei, qui à maiori patronorum suffragio præsentatus est.*

54 *Iulius Caponus Sacræ Theologiæ, & V.I.D. publicusq; Cathedraticus extollitur.*

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus aliud hæreditariū, gentilitium aliud, siuè familiare, aliud ex pacto, & prouidentia, siuè gentilitium, siuè hæreditarium. Nàm ad instar feudorum, & emphyteusis, quòad successionem defertur. Hæreditarium quidèm in stirpes, gentilitium verò in capita. Ex pacto, & prouidentia si excludantur fœminæ, earumq; quoquè filij exclusi videntur. Declaratio nil noui facit, sed quod erat, derigit. Ius patronatus ab Episcopi cōsensu pēdet. Et forma in fundatione data, seruanda est. Hæreditarium sine qualitate hæ-

reditaria

reditaria non transit. Neq; ad hæredes transfertur sine possessione. Impetrans derogationem, pro medietate, se præsentatũ ab altera medietate probare debet, atq; suas iustificare Bullas. Sententia ex quibus nulla reddatur, si ex falsa causa, si sine citatione, si non lecta lata, & publicata fuit. Negatiua ex reuolutione probatur actorum.

RESPONSIO LXI.

1 CAusarum facta ni iure distribuantur, rectam in illis ferre sententiã haud poterimus. Sunt enim facta velut materia, ius autem forma. Sicuti ve-
2 rò è potentia materiæ formæ educuntur, ex Philosophorum placito, neque enim aliam à materia diuersam formam induces, sed correspondentem illi; exemplum in artificiatis accipe, in ligno, quæ materia est, vel scamni, vel sellæ, vel capsæ formam
3 introduces; Ita planè ex factorum diuersitate, varia quoq; succedit iuris responsio. ex Diocletiani, Maximipianiq; sensu in *l. precibus 8. C. de impuber. & alijs substit.* qui diuisim, secundũ varias rerum diuisiones, & temporum petenti mulieri responsum dederunt; eam etiam admonentes manifestiùs factum proponere debuisse, præcisam, vt acciperet responsionem. Quòd in
4 causa, hoc est in facto, ius positum sit. ex Alpheno lib. 2. digestorum in *l. si ex plagis 53. §. in Cliuo Capitolino. ff. ad legem Aquiliã.* Congruam igitur in hac re, de qua causa nunc agitur, vt responsionem habeamus, ex facto ius petendum. Aliter enim erit iudicium, si ius patronatus, Sanctæ Barbaræ nomine signatum, in Villa Salæ Ciuitatis Casertæ, illorum de familia de Grauso hæreditarium sit; aliter verò, si Gentilitium, siue familiare, vel ex pacto, & prouidentia.
5 In hæreditario quippè in stirpes successio defertur, in Gentilitio verò in capita. ex *Clem. plures 2. de iure patronat. Rota in Cæsaraugustana Beneficij de Linares* 10. *Februarij* 1645 coràm *Bubio decis.* 134. *nu.* 7. in nouis additis ad *praxim Viuiani de iure patronatus.* & ibidem in *Fesulana Parochialis* 1. *Iunij* 1644. coràm *Otthobono decis.* 142. *num.* 2. At qui verò ex facto ipso Gentilitium manifestissimè apparet, quin non magis ex pacto, & prouidentia: vt Gentilitium vtique habendum erit, atque ex pacto, & prouidentia. Et quidèm quàmuis ab immemorabili tẽpore ius hoc patronatus Gentilitiũ fuerit familiæ de Grauso, id tamen euidentissima luce deducitur ex cõcessione, siue potius ex declaratione per Curiã Episcopalem Casertanam per publica documenta anno Dominicæ Incarnationis 1539. mense Octobri 28. instantibus illis de domo *delli Grausi* facta, in actis apparẽte fol. 36. Verba damus concessionis, siue declarationis, vt prouerbium nullũ loqui videamur. sic illa: *Qui quidèm Reuerendus Dominus Albericus Vicarius, vt suprà attendens, & considerans, sicut dixit, deuotam animi deuotionem eorundem comparentiũ: eosdemq; iusta petere, & iusta petentibus non esse denegandum assensum: & maximè quia plenè informatus, vt dixit, de iuribus eorundem comparentium; dictam Capellam cum omnibus eius iuribus, actionibus, pertinentijs, redditibus, & obuentionibus, ac integro eius statu in eorum ius patronatus confirmauit, & confirmat, Declarans, & faciens rem dubiã claram: & quatenùs opus est dictam Capellam in eorum, & cuiuslibet ipsorum; & eorum, & cuiuslibet ipsorum legitimorum liberorum, natorum, & in antea nasciturorum per rectam lineam masculini sexus tantùm. I. d. quòd si fæminæ successerint alicui in integra hæreditate propter defectum marium, quod tunc, & eo casu non intelligantur succedere in dicta Capella. sed accrescat tantummodò superstitibus masculis.* Est itaquè ius hoc patronatus illorum de domo, ac consequentèr familiæ *delli Grausi*. Ergo Gentilitium, siue familiare, & ex pacto, & prouidentia, quia concessum, & declaratum, vt sit eorum, & cuiuslibet ipsorũ; & eorum, & cuiuslibet ipsorum liberorum, natorum, & in anteà nascitnrorum per rectam lineam masculini sexus tantùm, &c. de domo scilicet *delli Grausi*, pro qua concessio facta legitur. Ex prouidentia igitur pendet, & pacto eorum, qui ius ipsum fundauerunt. Neque est ex prouidentia hæreditarium, sed Gentilitium, eorum, qui de domo sũt, siue familia *delli Grausi*, pro quibus vel concessio, vel declaratio facta fuit.
6 Sicut enim feudum, aliud est hæreditariũ, aliud ex pacto, & prouidentia concedẽtis, siuè simpliciter, siuè etiam ex pacto, & pro-
7 uidentia hæreditarium: ità quoque & ius patronatus, aliud hæreditarium est, aliud Gentilitium, siuè familiare; aliud ex pacto, & prouidentia, siuè Gentilitium, siuè etiam hæreditarium: secundum videlicet prouidentiam fundatorum. Non equidèm rem
8 nouam dicimus, imò non nouam, sed veterem. ex Hieronymo in *can. non satis* 3.
9 *§. quod si durum 34. quæst.* 1. Iuspatronatus, quoad

quoad fuccefſionem, regulari ſecundùm
terminos feudi, & emphyteuſis: *Cardin. de*
clement.plures 2.num.8.de iure patronat. Ro-
ta apud *Coccinum decif. 232. num.4. Decius*
conf.32. nu.12.lib.1. Gratian.part.3.cap.521.
n.31.& 32. Rota par.1.in recentior.decif.155.
num.8.in fin. diximus nos *reſponſ.*noſtra 19.
20.& 21. part.2.& reſponſ.74 num.35 36.&
37. part.3.& reſponſ.66.num.17 part.4. prò-
indè ad illa nos remittimus. & perpendit
Rota in *Mediolanen.iurifpatronatus 18.Apri-*
lis 1616. coràm *Pirouano decif.70.num.5.* in
impreſſis apud *Viuian de iure patronat.*

Vel itaquè, vt declarationem hanc acce-
perimus conceſſionem; vel vt nouam con-
ceſſionem: quoquo modo accceperimus,
Gentilitiū hoc erit ius patronatus de do-
mo,& familia *delli Graufi*, atq; ex pacto, &
prouidentia; cùm in illo ſuccedere debeāt
liberi nati,& in anteà naſcituri per rectam
lineam maſculini ſexus tantùm. Nàm in
30 hæreditario,qualitas hæreditaria omninò
deſideratur; vt qui hæres non fuerit,quām-
nis aliàs filius,minimè admittatur.vt dixi-
mus plenè *d.reſponſ.* noſtra 16. *nu.17. par.2.*
& d.reſponſ.66. num.19. part.4. & dixit *Rota*
in Neapolitana iurifpatronatus 27. Ianuarij
1644. coràm *Orthobono decif.136 num.3.*in
nouis additis ad *praxim Viuiani de iure pa-*
tronatus. & num.16.

Si ergò, vt declarationem admiſerimus,
vt verè declaratio fuit: *Declarans* (inquit)
& faciens rem dubiam claram, certiſſima
ſuccedit veritatis manifeſtatio, ab ipsò
fundationis initio beneficiū hoc iuris pa-
tronatus Gentilitium fuiſſe, atq; familiare
31 de domo *delli Graufi*. declarans nempè,
noui nihil facit, ſed quod eſt, manifeſtius
aperit. Sicut quis ſpicas excutit, non nouā
ſpeciē facit; ſed eam, quæ eſt, detegit. *Cùm*
enim grana, quæ ſpicis continentur, perfectam
habeant ſuam ſpeciem, qui excutit ſpicas,non
nouam ſpeciem facit, ſed eam, quæ eſt detegit
rationem reddit Caius lib.2. rerum quoti-
dianarum in *l. adeò quidèm 7. §.cùm quis ex*
aliena materia. in fin. ff. de acquirendo rerum
dominio. Roland.conf.15. nu 27.vol.4. noſter
Maranta conf.67. num.7. Rota decif.14. nu.3.
de teſtibus.in antiq. Maceraten variar. reſolut.
lib.1.reſolut.3.nu.12. Rota apud *Card.Man-*
ticam.decif.375.num.2. Ciarlin.controuerſ.fo-
renſ.part.2.cap.180.nu.32. Id nempè, quod
declaratur, iàm rei ineſt tunc, cùm decla-
ratio profertur, nihil ergo ſuper declaratū
noui adiungit; iàm enim,hoc ipſum habe-
bat. *Gabr.de regul.iur. concluſ.3.num.1. Na-*
uar.conſ.6.nu.14.circ.fin.lib 3. de donationib.
Rota apud *Card.Caualer.decif.117 nu 7.* hoc
32 verò addit, vt habeamus verā, & effectua-
lem declarationem,ſicut ab initio.ex *Rota*
apud eundem *Caualer.decif.145.num 4.* di-
ximus *reſponſ.*noſtra *45.nu.31.ad 35.par.4.*

Si verò, vt nouam conceſſionem admit-
tere voluerimus, (*Quatenùs opus eſt*) vt di-
xit: habemus hic nouam hanc conceſſio-
nem ab informato plenè de priori ſtatu
beneficij, illud fuiſſe, & eſſe de domo *delli*
Graufi, atq; proindè Gentilitium; & addi-
diſſe declarationem ex pacto, & prouiden-
tia, quòd eſſet de dicta domo Grauſorum;
& legitimorum eorum liberorum, natorum, &
in anteà naſciturorum per rectam lineam ma-
ſculini ſexus tantùm. excluſis omninò fœ-
minis. *Ità quòd ſi fœminæ ſucceſſerint alicui*
(de domo de Grauſo vtiquè) *in integra hæ-*
reditate propter defectū marium; quòd tūc, &
eo caſu non intelligātur ſuccedere in dicta Ca-
pella, ſed accreſcat tantummodò ſuperſtitibus
maſculis. Vel itaquè hæc prouidentia, hoc
pactum, antiquum fuit ab ipſo initio fun-
dationis, vt declaratio oſtendere videtur;
vel fuit nouum ex noua conceſſione, par-
tim voluntate additum, & ex nunc, ſaltim,
prout ex tunc, nouam prouiſionem, no-
uamq; formam accepit, vt Gentilitium eſ-
ſet,& ex pacto,& prouidentia legitimorum
eorum *liberorum natorum, & in anteà naſ-*
turorum per rectam lineà maſculini ſexus tan-
13 *tùm*. Ex Epiſcopi nempè aſſenſu vires, for-
mamq; recipit iuris patronatus conceſſio.
ex Concilio Aurelianenſi in *can. nemo Ec-*
cleſiam 9. & Decretis Horſmidæ Papæ in
can.nullus presbyter 25.de conſecrat.diſt.1. &
ex Concilio Bracharen ſecundo cap.5. in
can.placuit, vt quoties 1. 1.quæſt.7. & ex Ge-
laſio Papa Senecioni Epiſcopo in *can. pi-*
mentus 26. & can. Frigentius 27. 16.quæſt.7.
ibiq; *Gloſſ.* & ex Alexandro Tertio in *cap.*
conſuluit nos 15. & Clemente Tertio in *cap.*
nobis fuit 25. ibiq; *Gloſs.* verbo *aſſenſu diœ-*
ceſani. de iure patronat. Quia nimirum ex
14 Epiſcopi ordinatione beneficia, iuris pa-
tronatus (laicorum præſertim) pendet. ex
Gloſ. in clement. ſi beneficiorum 12. alias *fin.*
in gloſſ.1.in fin.verſ.tu dic contra. de decimis,
Felin.in cap ex parte 5.12 num.2. de reſcript.
Lambertin.de iure patronat. lib.1. part.1.q.2.
princ. art.11.nu.1.& ſeq. Claudius Tutius de
iure patronat. quæſt.1. præſertim *num.13. &*
quæſt.8.num.7. Alexand.Randenſ. variar. re-
ſolut. cap.19.nu.30. Nauar.conſ.8. nu.7.lib.3.
de iure patronat. Rota decif.222.num.3.& de-
cif.223.num.2.& 3. part.1.diuerſ.& decif.85.
num.1.& 3. part.2.etiam diuerſorum.& apud
Card.Caualer. decif.265.num.5. Barboſa de
offic.Epiſc. part.3. allegat.70. num.20. & fuit
dictum in *Melphitten legati* pij 24. *Ianuarij*
1619. coràm *Dunozetto in manuſcriptis de-*
cif.85. quæ eſt in impreſſis per *Rubeum*
part.5.in recentior.decif 238.num.2. diximus
*reſponſ.*noſtra 83.*num 119.part.5.*

Quoquo modò igitur hoc vertatur ius
patronatus, ſiuè ex antiqua fundatione,
ſiuè ex noua conceſſione anno præfato
1539.

1539. Gentilitiũ erit, & ex pacto, & prouidentia. Foràs igitur ij, de Aloys abibunt, quia nullo pacto in ijs verba quadrant, vel antiquæ fundationis, vel nouæ saltim concessionis; & quòd ipsi de familia de Grauso non sunt; & quòd (sic essent ex eadem familia descendentes) descenderent tamen ex fœmina. non sunt ergo de familia de Grauso, per rectam lineam ma-
15 sculini sexus tantùm. Nàm fœmina finis est familiæ; & alterius, non suæ, principiũ. ex Paulo lib.26.ad edictum in *l. pronunciatio 195. §. familiæ. ff de verb.signif.* in fine, dicente: *Mulier autem familia sua, & caput, & finis est.* rationemq; reddit Caius lib.12. ad edictum in *l. familiæ appellatione 196. §. fœminarum liberi. ff. eod. de verb. signific.* Qui
16 sic apertissimè loquitur: *Fœminarum liberos in familia earum non esse, palàm est: quia qui nascuntur, patris, non matris familiam sequuntur.* sic Caius. sequiturq; *Gozadin. consil. 79. num. 16. Ruin. consil. 24. num. 12. lib. 2. Rota* apud *Card. Seraphin. decis. 848. num. 3.* Nos diximus *respons.* nostra *19. num. 21 par. 4.*

Si ergo nõ sunt ipsi de comprehensis in fundatione, siue in inuestitura ex pacto, &
17 prouidentia; ne dùm frustrà, sed apertæ dementiæ erit, tentare id, quod exitum habere non potest. iuxtà illud Sophoclis in Antigone.

Quæ efficere nequeas, nec vel ordiri decet.

Nàm

Frustranea agere, insignis est amentia.

18 Quam ob causam neque illi de domo de Ambrosio ex Lucretia admitti possent; quia ex Lucretia non descenderent ex eadem familia. Mulier quippè familiæ suæ finis est: & filij patris, non matris familiam sequuntur, vt diximus. Vndè non de familia de Ambrosio ex Lucretia essent, sed ex alia familia, vt hi sunt de familia de Aloys, qui ex dicta Lucretia, & Camillo de Aloys eius viro descendunt. Fœminæ autem omninò exclusæ sunt, ne locum habeant in hoc iure patronatus. non igitur admitti poterũt prædicti de familia de Aloys, sicuti neque admissi fuere, vt inferiùs demõstrabimus. Quemadmodùm neque illi de Ambrosio admitti vllo pacto possent, obsistente illis forma data ex pacto, & prouidẽtia Fundatorum, siue ex noua concessione, & assensu
19 Episcopi dicto anno 1539. quæ præteriri haud poterit. ex Innocentio Tertio in *cap. cùm dilecta 22. §. dictum insupèr. de rescript.*
20 Quia nimirùm, quæ de forma sunt, dimitti minimè possunt, quin seruentur. ex *Bald. in auth. matri, et auiæ. n. 3. C. quãdo mulier tutelæ officio fungi potest. Grattian. forens. part. 5. cap. 961. num. 10. Francisc. Beccius consil. 12. nu. 18. ad 23. Marius Antoniu. Macerat. variar. resol. lib. 1. resolut. 26. num. 3. Rota part. 1. in recent. decis. 624. num. 1. & 2.* & apud *Card. Caualer. decis. 288. num. 3.* & in nostris ipsis terminis iuris patronatus *Alba Mandel. consil. 488. per tot.* Nos *respons.* nostra *28. num. 50. & 51. part. 3.*

Hinc sanè est, quòd quàmuis ipsi in assertione huiuscemodi declarationis, siue etiam nouæ concessionis asseruerint: Ipsos *de domo delli Grausi, vnà cum nobili Lucretia filia, & hærede quondam Notarij Sebastiani de Ambrosio ex antiquo, &c. habuisse, tenuisse, & possedisse, & ad præsens habere, tenere, & possidere.* In dispositiua tamen Episcopi, nihil ampliùs de Lucretia dictum fuit, sed simpliciter subiunctum: *Declarans, & faciens rem dubiam claram, & quatenùs opus est, dictam Capellam in eorum, & cuiuslibet ipsorũ, & eorum, & cuiuslibet ipsorum legitimorum liberorum, natorum, & in anteà nasciturorum per rectam lineam masculini sexus tantùm. Ità quòd si fœminæ successerint alicui in integra hæreditate propter defectum marium, quòd tunc, & eo casu non intelligantur succedere in dicta Capella, sed accrescat tantummodò superstitibus masculis.*

Fuit proindè Lucretiæ descendentia exclusa, vtpotè, quæ de familia masculos habere non posset: cùm, vt diximus, fœmina
21 finem suæ familiæ imponat, non caput. Semel proindè exclusa propter masculos, fœmina, perdurabit semper exclusa, vt eius etiam filij, quia de familia non sunt, exclusi dicantur. ex *l. si vna matre 3. cum notatis ibidè. C. de bon. matern.* plenissimè *Tiraquell. de iure primog. quæst. 12. num. 13 & quæst. 13. num. 6.* dixit *Rota in Romana mensæ nummulariæ 30. iulij 1614* apud *Coccinũ decis. 663. num. 22. part. 1. in recentiorib & d. decis. 155. num. 4. & 5. eadem part. 1. in recentiorib.* in
22 hac nostra materia loquẽs in vna *Iannen iuris patronatus 18. Aprilis 1608.* coràm *Iusto.*

Satis quippè absurdum esset, si pro illis de Grauso esset, (vti est) beneficium hoc iuris patronatus Gentilitium, atq; ex pacto, & prouidentia, vt ostensum fuit; & ex Lucretia hæreditarium; cùm apertissimè in concessione, siue præmissa declaratione legatur, ius patronatus prædictum concessum, siue declaratum fuisse; esse descendentium de dicta domo *liberorum, natorum, & nasciturorum per rectam lineam masculini sexus tantùm.* Ita vt fœminæ, quàmuis hæredes, omninò exclusæ sint, & earum pars accrescat superstitibus masculis, ex eadem vtiq; familia; alioquin Gentile non esset, & familiare, neq; ex pacto, & prouidentia.

23 Argumentum autem ab absurdo vitando satis potens est, vti argumentatum fuisse Innocentium Papam inuenimus in *eandeindè ponitur 3. §. quaro, & solicitus quaro, dist. 26.* illis verbis: *Quod cùm ità sentire, ac iudicare absurdum est, &c.* eodemquè modo

Inno-

Innocentium III. ad Archiepiscopum Genuen. in *cap. quemadmodùm 25. in fin. princ. de iure iurando*. Illis verbis: *Quod est prorsus absurdum. nàm si post contractum coniugium,&c.* sequiturq; *Glos. in cap. dudùm 14.* verbo *absurdum. de prabend. & dignitat. lib. 6.* & ità quoquè argumentatur Caius lib. 15. ad edictũ Prouinciale in *l. nàm absurdum 7. ff. de bonis libertorum.* argumentum percipe ex eius verbis: *Nàm absurdum videtur, licere eiusdem partim cōprobare iudicium defun-*
24 *cti, partim euertere.* Absurdum igitur videbitur, si partim erit ius hoc patronatus Gentilitium,& ex pacto, & prouidentia, & partim hæreditarium,vt etiam fœminę admittantur. Cùm omnimodis fœminæ etiã ex familia,& hæredes exclusæ fuerint. quẽadmodùm & Paulus lib. 3. quæstionũ in *l. cũ de indebito 25. paulò post principium. ff. de probation.* & ipse argumẽtatus fuit: *Per etenim absurdum est,*(inquiens) *eum,qui ab initio negauit,pecuniã accepisse; postquàm fuerit conuictus,eam accepisse,probationem non debiti ab*
25 *aduersario exigere.* Valebit igitur argumentum, atquè firmum erit ab absurdo vitando,vt plenè sequitur *Euerard. in loco ab absurdo. num. 1. Nauar. consf. 29. num. 9. lib. 5. de simonia. Maceraten. variar. resol. lib. 2. cap. 32. num. 13.* & in his nostris terminis iuris patronatus *Rota part. 1. in recentior. d. decis. 155. num. 5. & par. 5. in recentiorib. decis. 336. nu. 4.* & in *Cæsaraugustana beneficij de Linares* 10. *Februarij* 1645. coràm *Bichio decis. 134. n. 6.* in nouis additis ad *praxim Viuiani de iure patronatus.*

26 Non itaquè permittendum, quod absurdum est,& à rectę rationis iudicio recedit. Neq; lex captiosa esse debet, ne alieni laqueus paretur per eam, vti ex *text. in can. erit autem lex 2.* verbo *captionem. dist. 4. gloss.* loquitur.

Potissimùm verò,quòd ipsimet de Aloys tanquàm ex Lucretia descendentes declarationem præfatam, siue etiam nouam cõcessionem anno 1539. factam anno 1633. approbauere eam in actis reproducendo fol. 224. atquè etiam articulauere art. 1. fol. 207. etiam in nouo processu. Per produ-
27 ctionem verò scripturæ prædictæ, contenta omnia in ea approbare quoquè visi sunt. ex Innocentio III. in *cap cùm venerabilis 6.* ibiquè per *DD. de exceptionib.* & in *cap. cùm olim 19. in fin.* ibiquè *Glos.* verbo *ostendebat. de censibus*, & ex Diocletiano, & Maximiniano Augustis in *l. eùm precum 9.* ibiq; *gloss. 1. C. de liberali causa.* & ex Vlpiano lib. 4. ad edictum in *l. 1. §. editiones. ff. de edendo. Rota* apud sanct. mem. *Gregorij XV. decis. 238. num. 5.* ibiq; *Beltraminus addens num. 15.* & apud *Duranum* Episcopum Vrgellen *decis. 1. num. 4. part. 1.* diximus in nostro *Apologetico pro iuribus Ecclesiæ. num. 96.* quem Romæ prælis imprimi curauimus.

Nequè ipsi de Aloys in possessione sunt præsentandi, quàmuis Lucretia, à qua descendere se dicunt, præsentauerit: & quòd
28 possessio defuncti in hæredem non transeat, nisi apprehẽdatur, quia nimirùm possessio facti est,& nisi apprehendatur, omnimè acquiritur. *l. cùm hæredes 23. in princ.* ibiq; *DD. ff. de acquir possess. l. 1. §. Scæuola. ff. si quis testamento liber esse iussus fuerit. Rota* apud sanct. memor. *Gregorium XV. decis. 222. num. 6. & decis. 417. num. 7.* apud *Coccinum decis. 464. num. 3.* apud *Duranum decis. 87. num. 10. part. 1. Garsias de benefic. part. 5. cap. 5. num. 35. cum seq. Gonzalez ad 8. regul. cancell. gloss. 34. num. 108. Maceraten. variar. resolut. lib. 1. resol. 104. nu. 5.* diximus plures referentes *respons.* nostra *46. num. 8. part. 3.*

29 Possessio autem iuris præsentandi, per effectuationẽ institutionis sequutæ acquiritur,etiam semel. *Rota part. 2. diuersor. decis. 318. num. 1. & seq.* & apud *Card. Caualer. decis. 55. num. 4. & decis. 197. num. 3.* & Nos *d. respons. 46. num. 9.* Ad eorum verò præsẽtationem, institutio sequuta minimè fuit, quin contrà; nàm dicto anno 1633. institutus fuit D. Tiberius de Grauso, cuius per suprema funera nunc vacat beneficium, ad præsentationem illorum de familia de Grauso, excluso Clerico Ioanne Antonio de Aloys, ab illis de Aloys præsentato. & iterùm nunc denuò comparet dictus Clericus, vt instituatur, non ergo in possessione sunt præsentandi dicti de Aloys.

Et quòd ipsi non sunt comprehensis in inuestitura, neq; ex vocatis ex pacto, & prouidentia Fundatorum; quin apertè exclusi; & quòd de familia de Grauso non sunt, vtpotè quòd ipsi ex fœmina descen-
30 dant. In iure verò patronatus Gentilitio, vt se gentilem esse probet, oportet, qui ad ius patronatus admitti tentat. vt Nos latè deduximus *d. respons.* nostra *16. num. 18. part. 2.*

Quam ob causã, nec leuitèr, animaduertendum erit: quòd anno 1633. hic Clericus Ioannes Antonius de Aloys in Bullis pro D. Tiberio de Grauso, per Illustriss. Fr.
31 Iosephum de Cornea tunc Episcopum Casertanum, duplici reiectus iure fuit: Et quòd non esset de familia Fudatorũ præfati beneficij iuris patronatus;& quòd in illa Curia esset de pluribus, grauibusq; criminibus inquisitus. quàmuis tamen de descendentia esset familię de Aloys. Familiam autem de Aloys non esse comprehensam in fundatione, nequè in inuestitura, apertissimè ex dicto declarationis, siue nouæ concessionis instrumento patet, cùm in illo minimè nominetur, vt sequatur, ex-
32 cludendam esse, cùm vtriq; de illa scriptura non loquatur. ex Celso lib. 6. digestorum

rum in *l. cùm de lege falcidia 17. ff. de probat.* & ex Iustiniano Imperatore in *l. illam 19. circa medium .C. de collationib.* illis verbis: *eò, quòd nulla cõstitutio super huiusmodi collatione posita esset.* & Fabiano Papa in *can. significasti 85. in fin. 1. quæst. 1.* vt dicere de il-
33 la valeamus: non dicit scriptura, non ergo admittitur. sicuti Vlpianus lib. 69. ad edictum in *l. si seruum 70. §. Prætor ult. ff. de acquir. hæred.* illis verbis: *non dixit Prætor.* non igitur ad eam extenditur. Fundatio-
34 nis profectò tenor stricta lege seruari debet. ex Pelagio Papa in *can. Eleutherius 30. in fin. 18. quæst. 2.* & Alexandro III. ad Episcopum Ambianen in *cap. porrò quòniam 7.* illis verbis: *Et secundùm quod inueneris, ità obserues.* & *cap. præcipimus 8. de priuileg. extrà.* illis quoq; verbis: *Et ipsorum tenor est diligentiùs attendendus.* ex Clemente V. in Concilio Viennen in *clement. quia contingit 2. de relig. domib.* Sacrosancta Tridentina Synodus *sess. 25. cap. 5. de reformat.* conciniq; ad tem Diocletiani, Maximianiq; Cæsarum excogitatio in *l. ad probationem 21. C. de probationib.* illis planè verbis: *Cùm horum lectio non recitantem, sed quem tenor scripturæ designat, adiuuet.* sequiturq; *Rota par. 1. in recent. decis. 112. nu. 5. & decis. 496. num. 2. & part. 2. in eisdem recentiorib. decis. 254. nu. 2.* & apud *Card. Caualer. dec. 639. siue 640. num. 6.* & apud *Duranum decis. 8. num. 3. part. 1. & decis. 276. num. 1. par. 2.* Ea
35 potissimùm ratione: ne alioqui retrahantur homines ab Ecclesijs fundãdis. dotandisq;, si contra eorum fiat iudicium. diximus plura cumulantes *respons.* nostra 81. *num. 8. 9. 10. & 11. part. 4.* Non ergo ad familiam de Aloys fundatio extendetur, de qua illa non loquitur. Quinimò expressè excludatur, vt quę à Lucretia fœmina deueniat. At fœminæ ab hoc iure patronatus Gentilitio, & ex pacto, & prouidentia, omnimodis excluduntur, vt ostendimus. Exclusus idcircò erit, & ipse de Aloys, qui à Lucretia, & ipsa exclusa, causam habet. ne admittatur effectus, causa non existente. meminimusq; supra *num. 21.*

Hac proindè ex causa, & hoc principio, & aliud sequitur non contemnendũ axioma in hac facti specie: Bullas Apostolicas derogationis pro medietare, sine pro alia parte, quæ non præsentauit à SS. D.N. Innocentio X. impetratas, subreptitias satis perbellè esse. Asseruit namque ipse in ipso vestibulo impetrationis, vt illam credibile magis redderet; Beneficium simplex, sine Capellam sub inuocatione S. Barbaræ, esse de iure patronatus laicorum familiarum de Aloys, & Grauso ex fundatione, vel dotatione. Tantùm autem abest, vt fit de familia de Aloys ex fundatione, vel dotatione, vt ex ipsa fundatione, vtputà de familia de Grauso, fit omninò exclusa ipsa familia de Aloys, cùm à Lucretia videlicet de Ambrosio, descendat. Fœminæ autem sunt omninò exclusæ ab hoc iure patronatus Gentilitio, & ex pacto, & prouidentia, vtputà, quæ finem, non caput dent familiæ, de qua ipsæ sunt, vt in superioribus ostendimus.

Præterquàm quòd, & ex alio capite subreptitiæ ipsæ redduntur Bullæ, cùm se, vt Pontificem faciliorem ad concedendum redderet, præsentatum asserat, ne à medie-
36 tate quidem, sed à maiori patronorũ parte. Ipse verò nullam præsentationem obtineat: ab Aloys quidem, quia illi neque patroni, neq; in quasi possessione sunt præsentandi, vt diximus, vt nullo modo suffi-
37 ciat descendentiam probare, vel à Lucretia probasse. ad *tex. in cap. querelam 24 § nos igitur. de elect.* & *text. in cap. cùm Ecclesia Sutrina 3. ibiq; Gloss. de caus. possess. & propriet.* *Rota* apud *Card. Caualer. decis. 382. num. 1. & seq. & decis. 295. nu. 1* & in *recentiorib. par. 2. decis. 337. n. 3.* & apud sanct. mem. *Gregorium XV. decis. 349. nu. 1.* diximus quoq; plura referentes *d resp.* nostra *46. nu. 10. & 11. p. 3.*

Quia modis omnibus ab hoc iure patronatus Gentilitio, etiam ex pacto, & prouidentia, fœminæ, earumquè descendentes
38 excluduntur. Probare igitur vtrumq; tenebitur: & se à medietate patronorũ præsentatum fuisse; atquè etiam à maiori patronorũ suffragio, cùm vtrumq; ipse summo mundi Moderatori asseruerit. Assertionem autem veram ipse ostendere oportebit de illo impetrationis tempore, atquè
39 Bullas iustificare, quàmuis narratiua in negatiua fundamentũ haberet. *Rota* apud sanct. memor. *Gregorium XV. decis. 13. nu. 18. & seq.* ibiq; *Beltramin.* addens *nu. 12. & 13.* & apud *Card. Caualer. decis. 33. & 55. per tot.*
40 Quia nimirùm omnia Principum rescripta sic exaudiri debent, si preces veritate nitantur. ex Zenone Cæsare in *l. diuersa rescripta 7.* aliàs *fin. in princ. C. de diuers. rescript.*
41 alioquin falsus præcator carere omninò debet impetratis. ex eodem Zenone ibid. & ex Innocẽtio III. in *cap. super litteris 20. de rescript. Macerat. variar. resolut. lib. 1. reso-*
42 *lut. 36. num. 6.* Quia sic iniustificata gratia non substinetur. *Rota* apud *Card. Caualer. decis. 266. num. 4.* & apud sanct. memor. *Gregorium XV. decis. 210. num. 2. & seq. & decis. 314. per totem.* & in *Panormitana Archipresbyteratus 28. Aprilis 1627.* coràm *Buratto decis. 468. num. 1. & seq. tom. 2. posthumarum per Farinac.* & apud *Card. Seraphin. decis. 1165. num. 10. & 11. & part. 2. in recentiorib. decis. 443. nu. 2. in fin. & part. 1. in eisdem recentior. decis. 707. num. 1.* & apud *Duranum decis. 87. nu. 1. & seq. part. 1.* quæ est etiam in impressis apud *Viuianum in praxi iurispatronatus*

V u decis.

*decis.*150.& apud *eundem decis.*84.*n.*1.*&* 15. & apud *Rubeum par.*5.*in recentior.decis.*285. *nu.*4. & dixit *Rota in eadem Cæsaraugustana Beneficij de Linares* coràm *eodem Bichio* 26. *Iunij* 1645. *decis.*135.*num.*3.*&* 4. apud *eundem Viuianum* in nouis additis.

Hoc autem ipsum probare nullo pacto potest; cùm ipse præsentatum se asserat ab illis de familia de Aloys, quæ neq; in possessione est præsentandi, vt diximus, nequè comprehēsa in inuestitura, siue concessione fundationis; quin expressissimè exclusa, vtputà à fœmina, Lucretia videlicèt, pro-
43 ueniens. Præsentatio autem facta contra formam in fundatione datam, nulla omninò est, & inualida. ex *Gloss. in element.*1. verbo *inhibentes. de iure patronat.* quam sequuta fuit *Rota dec.*750 *nu.*4.*par.*1.*diuers.* & apud *Seraphin. decis.*1270.*num.*1.*&* 2. apud *Card. Caualer. decis.*102.*nu.*3. *Gars. de benefic. par.*7.
44 *cap.*15.*num.*3.4.*& seq.* Quàmuis ipsi prætensi patroni formam nescirent in fundatione datam; cùm alioqui teneantur patroni nosse formam in fundatione præscriptā. *Rota* apud *Card. Caualer. decis.*231.*nu.*3. & in dicta *Cæsaraugustana decis.*135. *num.*5. non itaq; præsentationem obtinet.

Nequè fundamentum figat in decreto, seù sententia dicto anno 1633. lato, siue lata per Vicarium Casertanū, cùm pro Tiberio institutio facta fuit, ipso Clerico Ioanne Antonio de Aloys penitùs excluso, & vti non de familia, & vti diuersis, & grauibus criminibus inquisito. Qua dictum fuit; *Tàm dictus de Granso habere medietatem iuris patronatus, proùt etiam dictos de Aloys habere aliam medietatem iuris patronatus, & iuris præsentandi, & proindè dictum Clericum Ioannem Antonium, & dictū D. Tibertum de Granso habere æquales voces, & æqualibus suffragijs adiunari.* fol.233.

45 Primò, quia erronea hæc fuit assertio, atq; contraria cōcessioni, siue declarationi dicto anno 1539. factæ; potissimū, cùm ex illa contraria apertè appareat, atquè ex illa legatur; quin fœminas omninò exclusas à dicto iure patronatus Gentilitio, & ex pacto, & prouidētia, & masculis tantùm ex recta linea descendentibus debito, ac reseruato. Dicti verò de Aloys à Lucretia descendant exclusa à descendentia; cùm fœmina (vt diximus) familiam nō faciat, suæ propriæ finis. Fuit proindè ex hoc capite ex falsa causa lata sententia prædicta, consequenterq; nulla, & quæ nullum effectum parere potuit. ex Alexandro Cæsare in *l. si cùm inter te* 2. *C. quando prouocare non est necesse.* ibiq; *Gloss.* verbo *Palàm est.* Hoc
46 verò propter vitium pronunciationis ex falsa causa. ex Sceuola lib.2. responsorum in *l. qui testamēto* 40. ibiq; *Gloss.* verbo *pronunciationis. ff. de excusat. tutor. & tempor. cor.* *Clementina Pastoralis* 2. *§. quòd si punitio criminis. de sentent. & re iudic.* rationem reddente nullitatis Clemente V. in Concilio Viennen. *Imò* (inquiente) *nec iuris colonatulis Imperator sententiam p edictam in Reg. ex causa, quæ veritatis subsistentiam non habebat.* sequiturq; *Gloss. fin. in cap. plerunq;* 4. *de donat. inter vir. & vxor. Gabr. in commun. conclus. tit. de sentent. conclus.*7. *Rota* apud *Card. Caualer. decis.*280. *num.*3. Præsertim verò,
47 quòd nullæ quòad id præcessere probationes, ex quibus probatum, vel summariè saltim fuisset, prędictos de Aloys aliàs in possessione esse pręsentandi, vel admitti posse. ex *Gabr. d. tit. de sentent. conclus.*9. qui de magis communi testatur. ex *Gloss. in cap. aduersario tuo* 13. *in gloss. fin. de exceptionib.* *Rota* apud *Coccinum decis.*417.*nu.*7. Perlegantur (quæso) hæ probationes.

48 Deindè, quia sententia præfata dicta fuit sine monitione ad dicendum, atq; proindè partibus non auditis, atq; sine citatione ad sententiam, fuit proindè nulla. ex Marcello lib.2. de appellationibus in *l.*1. *§. item cùm ex edicto. ff. quæ sententia sine appellatione rescinduntur.* ibiq; *Gloss.* verbo *notitiam. d. clement. pastoralis* 2. *de sentent. & re indic. element. sæpè* 2. *§. sententiam verò diffinitiuam.* ibiquè *gloss.* verbo *ad id. de verb. signif. Rota decis.*486.*num.*2.*part.*2.*in recentiorib.* quæ ex dicta *element. sæpè.* & *gloss. ibidē*
49 *d.* verbo *ad id. num.*7. præcisè ad sententiā citationem præcedere debere dicit. sequiturq; *Rota* apud *Cæsar. de Grass. decis.*14.*n.*2. *de sentent. & re indic.* & apud *Duranum* Episcopum Vrgellen *decis* 8.*num.*1.*par.*1.

50 Cæterùm sententia præfata, neq; lecta, neq; lata, neq; publicata fuit, alioquin nequè sententiæ nomen merebitur, ex Valente, & Valentiniano Augustis in *l. statutis generalibus* 3. aliàs *fin. & authent. seq. C. de sentent. ex breuiloq. recitand.* dispósuitq; Bonifacius VIII. *in cap. etsi sententia* 5. aliàs *fin. de sentent. & re iudic. in* 6. latè *Fabius Anna cons.*61. *à num.*59. *ad* 68. *volum.*1. *Polydor. Ripa singul. obseruat. obseru.*352. Proauus meus *Robertus Maranta in spec. part.*6. *de sentent. num.*56. *&* 57. *Ioan. Bapt. Thor. voto* 1. *nu.*17. *& seq.* Nos diximus *respons.* nostra 84. *num.* 45. *part.*3.

51 Prætet quàm quòd sententia prædicta, ita prætensa est mera cartula, neq; à Notario Actorum subscripta; quam ob causam in dubium vertitur, an à Iudice subscripta fuerit, vt omnibus proindè careat partibus, quibus sententia dici valeat. ex Bonifacio VIII. *d. cap. fin.* & *Gloss. ibid. in notabilibus. de sentens. & re iudic.* & ex Valeriano, & Gallieno Imperatoribus in *l.*1.2.3. *& toto titulo. C. de sentent. ex breuiloq. recitand.* & Nos perpendimus *d. respons.* nostra 84. *nu.* 50. *part.*3.

His

His autem defectibus sententiam hanc
52 scatere, ex reuolutione patet actorum, ex qua negatiua omnis, non adesse aliquid in scriptura, euidentissimè deducitur. Quia nimirū omne, quod in actis scriptum nō reperitur, neq; actū præsumitur. ex Leone, & Anthemio Imperatoribus in *l. fin. in fin. C. de iuris, & facti ignorant.* & Alexandro Cæsare in *l. iustum est 6.* ibiq; *Gloss.* recepta in *1. notab. C. de edendo. Rota part. 1. diuersor. decis. 64. num. 1.* & apud *Card. Mantic. decis. 34. num. 9.* & apud *Durauum decis. 2. nu. 3. & decis. 6. num. 9.* & apud sanct. mem. *Gregorium XV. decis. 13. num. 10 & decis. 43 3. num. 3.* diximus *d. respons.* nostra *84. nu. 54. & 55. par. 3.*
53 Nihil est ergo, q̄ ampliùs D. Simeoni de Grauso ab omnibus, siue maiori patronorum de familia de Grauso parte præsētato obsistat, quin ipse institui iurè valeat, debeatq;, cùm ipsi institutio debeatur. ex Lateranen Concilio in *cap. quoniam 3. de iure patronat.* Institui proindè debebit, veluti etiam satis oppiparo probauit apparatu, viuisq; rationibus deduxit Dñus meus, ac
54 præceptor D. Iulius Caponus Sacræ Theologiæ, Iurisq; vtriusq; insignis Doctor, publicusq; Cathedraticus.

Atquè ita ex his, quę Aristarchi limæ lubenti subijcimus animo, respondendum censuimus, spicas ex actis, post plenos manipulos à dicto Dom. Iulio exceptos post messorum terga colligentes.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

D. Simeoni beneficium adiudicatū fuit tanquā ab illis de familia de Grauso præsentato, per Curiā Episcopalem Casertanā. Appellauit autē Ioannes Antonius. appellauit quoq; & D. Simeon, quia in expensis aduersarium non condemnauit, & causam in Rota committi obtinuit, quàmuis postmodùm ad partes committi causam extorsisset Aloys; sed proposito in Signatura Sanctissimi dubio: in Rota remanere causam obtentum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus præsumitur in dubio hæreditarium, non Gentilitium, ac transitorium ad quoscunq; hæredes, etiam extraneos.*
Nisi ex fundatione, vel aliundè, contrarium appareat.
Præsumitur tamen Gentilitium, si ex præsentationibus appareat, familiæ nomine præsentasse, & vt descendentes, non vt hæreder. num. 2.
Afferenti tamen, Gentilitiū esse onus incumbit probandi. num. 3.
Quemadmodùm afferenti hæreditariū probatio incumbit, si contrarium ex præsentationibus appareat. num. 4.
5 *In iure patronatus hæreditario nihil sufficit, esse ex familia, nisi qualitas hæreditaria probetur.*
Siuè sit simpliciter hæreditariū, siuè mixtū. num. 20.
Gentilitium verò probatur, si illi de familia admissi fuerunt ad præsentandum. nu. 6.
Præsertim exclusis fœminis.
Vel si illegitimi non admittantur. nu. 7.
Et Fundator respectum habuit ad cōseruandam agnationem. num. 8.
Gentilitium autem vt probetur, leuiores sufficiunt probationes. num. 9.
Et in eo non in stirpes succeditur, sed in capita. num. 10.
11 *Institutio concedenda præsentato à maiori suffragiorum parte.*
12 *Ius patronatus Gentilitium probatur ex obseruantia subsecuta. & num. 23.*
13 *Ius patronatus quando defertur in stirpet, in eo admittuntur tantùm proximiores ex familia, remotioribus exclusis.*
Regulatur ad modum fideicommissi. nu. 14.
Sicut etiam & feudi. num. 16.
15 *Fideicommissum collectiuè familiæ relictum successiuo ordine ad proximiores defertur de familia.*
Eodem modo feudum, & ius patronatus. num. 19.
17 *Argumentum de feudo ad ius patronatus quòad succedendi ordinem firmum.*
18 *Familia collectiuè vocata ad præsentandum, ordine successiuo admittitur.*
21 *Ius patronatus si Gentilitium fuerit, qualitas requiritur familiæ, vt in eo succedatur.*
Esse verò hæreditarium, vel Gentilitium in dubio ex verbis probatur fundationis. num. 22.
Vtputà si singulariter vnusquisq; vocetur, tunc nempè in capita vocati videntur, nō in stirpes. & num. 24.
23 *Obseruantia subsecuta sufficienter declarat, an sit ius patronatus Gentilitium, vel hæreditarium.*
25 *Ius patronatus in capita spectat, si præsentatio fiat per actum simultaneum, siue collegialis consensus, & collectiuè.*
Siue si spectat ad singulos vti singulos, non vti vniuersos. num. 26.
Quemadmodùm si præsentarēt vt Collegiū, vel vt familia vt vniuersi, tunc enim nō in capita deferri videtur. num. 27.
Secus verò si pertineat ad singulos, vti singulos; non vt Collegium, siue Vniuersitas. num. 28.
Tunc nempè separatim quoquè præsentare poterunt.

 29 Di-

29 *Dictio* (cum) *copalatiuam quandam coniunctionem importat.*
Et vniformitèr copalat personat, vel subiecta. nam.30.
Magisq; coniungit, quàm dictio (&). *nu.31.*
Et semper copulat, æqualem præbens fatnlitatem. nam.32.
Sicat dictio (vna) *&* (simul.)
Posìtaq; inter personas eandem vim habet, quam dictio (&) *& coniungit sicat ipsa* (&) *dictio. nam.33.*
Et quando ponitur inter res, quarum vna alteri accedere non potest, vt lego domum cum vinea, coniungit æquè principalitèr, non accessoriè. num.34.
Eodemq; modo se habet, atq; dictio (&.)
Si verò vna res est accessoria alteri, coniungit accessoriè. num.35.
Inter personas verò, et in vltimis voluntatibus, æquè principalitèr coniungit, num.36.
Si verò distributiuè inter plures personat ponatur, omnes coniungit, vt vnusquisq; tantùm habeat. num.37.
Et distinctio adhibetur, si inter contractus, vel in vltimis voluntatibus ponatur, num.40.
38 Text.in l.fin.C.de impuber.& alijs substit. *cum* l.si quis Titio. ff.de vsufructu accrescendo. *distinctione concordatur quoad dictionem cnm. & num.39.*
41 *Sententia lata super pertinentia iuris patronatus, firmat statum quoad omnes patronos.*
Quod exaudi, si legitimè, & factis probationibus lata sit. num. 42.
Quàmuis esset antiqua, vtputà annit sexaginta. num.43.
Si ex actis probationes nō appareant. nu.44.
Vel si lata contra Ecclesiam, vel patronos nō defensor. num.45.
46 *Sententia lata quoad statum iuris patronatus, quoad omnes ius facit.*
Etiam non citatos,
Quàmuis sit lata inter præsentatos, nu.47.
Quia videntur habere mandatum ab ipsis præsentantibus ad prosequendū eorū ius.
Secus tamen si non sit super statu Ecclesiæ, sed super declaratione illius status. nu.48.
Vel non citato eo, de cuius interesse agitur, num.49.
Quia Ordinarius per suam declarationē patronis præiudicare non potest, illis inauditis. num.58.
50 *Episcopi sola assertio, ius patronatus esse talis personæ, non præiudicat Ecclesiæ.*
Vel successoribus.
Neque eius enunciatiua, præsertim vulca. num.60.
51 *Sententijs Ordinariorū declarantium, beneficiū esse de iure patronatus, plurimū defertur.*
Ratio refertur. nam.52.

Contra patronos tamen non probat, nisi quatenùs ex actis appareat. num.54.
53 *Beneficia præsumantur libera, non de iure patronatus, quod seruitas quædam est.*
55 *Ius patronatus non canonizatur ex assertione facta in litteris Apostolicis.*
Probat tamen in præiudiciū asserentis. n.56.
Præsertim verò, si confessio est adminiculata. num.57.
59 *Papa patronis inauditis præiudicare non solet.*
61 *Sententia, à qua non est appellatum, in iudicatam transit.*
Et habet pro se præsumptionem.
Debet tamen esse iustificata ex actis. nu.62.
Alioquin etiam, per in integrum restitutionem aduersus fatalia lapsa annullatur. num.63.
64 *Sententia notoriè iniusta in iudicatum non transit.*
65 *Sententia lata super qualitate beneficij, patronis non nocet, neque alijs, quorum acta discussa non fuerant. num.66.*
67 *Patronorum maior pars suffragiorum ex vno stipite, minorem absorbet.*
Quia minor pars à maiori trahitur; & absorbetur. num.68.
Et contrarium asserere, absurdum est. nu.69.
Et quod pluribus placuit, cūctis est tribuendum. num.71.
70 *Iudicium, quod plurimorum sententia comprobatur, integrum.*
72 *Gratificatio regulari debet per prudēs Episcopi arbitrium.*
Vt dignior præferatur.
Alioquin peccat Episcopus, admittendo indignum. num.75.
73 *Beneficia Ecclesiastica indignis conferri non debent.*
74 *Patronus sub mortali præsentare debet personā idoneam.*
76 *Episcopus debet digniorem instituere, atq; dimittere dignum.*
Quàmuis, si dignum tamen admiserit, ad restitutionem non teneatur. nu.77.
Et dignior prætermissus iure appellare poterit.
78 *Dignior, cæteris paribus, qui de familia, & sanguine est Fundatoris, iudicatur.*
Nec criminosus. num.79.
Sacerdos aduersus clericum. num 80.
81 *Ius patronatus esse Gentilitium, siue ex pacto, & prouidentiâ, à posteriori probatur.*
Quia nunquàm hæreditario præsentauerunt nomine Compatroni, sed vt Gentiles.
81 *Probatio à priori vbi præstari non potest, iure à posteriori præbetur.*
83 *Ius patronatus tale censetur esse, quales personæ sunt, quæ præsentant.*
84 *Patroni admittentes alium ad præsentandum, sibi præiudicant.*
Non tamen præiudicium dilatandum erit. num.85.
Præser-

Præsertim contra formam in fundatione datam. num.86.
87 *Sententia vltrà petita non præiudicat.*
Sicuti sine actis, ac contra formam data.
Et debet esse conformis iudicio. num.88.
Sicuti ex falsa causa lata. num.89.
90 *Index de facto procedens, & iniustè spoliare dicitur, neq; dare possessionem.*
91 *Præsentatus à maiori parte patronorum debet institui.*

I. M. I.

Casertana Beneficij Iurispatronatus.

VAcante beneficio simplici sub titulo Sanctæ Barbaræ, Casalis Salæ Diœcesis Casertanæ per mortem Dñi Reu. Tiberij de Grauso vltimi possessoris illius, comparuerunt patroni existentes in quasi possessione præsentandi, diuisi tamen inter sese, nàm illi de familia de Grauso præsentarunt Reu. Dominũ Simeonem de Grauso Sacerdotem eiusdem familiæ, ex aduerso verò alij de familia de Aloys præsentarunt clericum Io. Antonium de Aloys tanquàm compatroni ius habentes in præsentando. Controuertitur nunc coràm Illustrissimo Episcopo Casertano, cui ex dictis præsentatis concedenda sit institutio, D. Simeoni .f. de Grauso, an verò clerico de Aloys, in qua cõtrouersia de pluribus disputari contingit. Prætendunt illi de Grauso, spectare ad se institutionem, tanquàm plures voces habentes, illi verò de Aloys dicunt, ad se spectare tanquàm habentes medietatem suffragiorum, vltrà quàm medietatem tria alia suffragia habere dicunt de illis de Grauso, vndè tanquàm habẽtes tria suffragia vltrà medietatem concedendam omninò esse existimant institutionem in beneficium Clerici de Aloys. De pluribus in quam, disputari contingit, iàm, quòd de fundatione iuris patronatus non apparet, priùs verò, quàm omnia disputãda proponãtur facti seriesvt dignoscatur necesse est.

Supponitur ergo, tercentũ anuis circitèr fuisse erectum, & fundatum beneficiũ quodam simplex de iure patronatus laicorum familiæ de Grauso in Ecclesia, seù Capella Sanctæ Barbaræ sitæ in Terra Salæ Diœcesis Casertanæ, cuius quidèm beneficij fundatio, cõstructio, vel dotatio, temporis vicissitudine ignorata fuit, in anno tamen 1539. comparuerunt multi homines dictæ familiæ de Grauso, vnà cum Lucretia filia, & hærede quondam Notarij Sebastiani de Ambrosio coràm dicto Illustrissimo Episcopo, & asseruerunt, quòd ob longitudinẽ temporis, bellum, & pestem, quæ fuerunt in hoc Regno, præsertim in nostra Campanea, amissæ erãt omnes illæ scripturæ, quæ fundationem, dotationem, vel constructionẽ dicti beneficij probare potuissent, nihilq; aliud reperiri, nisi Epitaffium quodam supra Ianuam Ecclesiæ iniuria temporis collapsum, quod ius patronatus ad illos de Grauso spectare indicabat, in cuius quasi possessione præsentandi existebant, institerunt propter hoc coràm Vicario Generali ob confirmarionem, & quatènus opus esset ob concessionem dicti iuris præsentandi, cum illis clausulis, & conditionibus, de quibus in dicta concessione, proùt in processu fol.36. & fol.52. & allegarunt multos actus, præsẽrationesq; aliàs factas, ob quas fundabant fuisse, & esse in quasi possessione præsentandi, proùt in processu fol.58. & 59. & in fol. 65. fuit facta per Dominum Episcopum Casertanum cõfirmatio iuris, quæ petebatur, & quatenùs opus esset nouitèr concedendo, vt in dicto fol.36.

Comparuerunt iterùm illi de Grauso, vt in proc. fol.96. dicentes, esse franchos, & liberos, soluendi aliquid pro iure sepeliendi in dicta Capella, fuerunt admissi pluries, vt in fol.97. à ter. & seq. & 99. & seq. ex quibus liquidò cõstabat apud Episcopum, illos de Grauso veros patronos esse, & ius habere sepeliendi cadauera suę familiæ, proùt etiã probatum fuit, illos de Grauso rędificasse Capellam, posuisse etiam imaginem Sanctę Barbaræ eum die, & anno, vt in proc. fol. 108. comparuerunt iteràm, & veluti legitimi Compatroni, peculiari rescripto fuerũt admissi, vt in proc. fol.112. sicut etiam in anno 1611. fol.135. comparuit Vincentius Gentilis Capellanus Sancti Simeonis, Casalis Salæ contra illos de Grauso pro iure sepeliendi, ex aduerso illi de familia comparuerunt, gratis ad se spectare sepeliendi ius, vt in fol.145. & seq. sicut etiam iterùm illi de Grauso comparuerũt ad præsentandum Antonellum de Grauso ob priuationem, & inquisitionem Michaelis Zarilli, & fuit admissa præsentatio, factaq; institutio, vt in proc fol.164. sic iterùm comparuerũt illi de Grauso in Curia Episcopali Casertana, ad ostendendum titulum possessionis dicti beneficij, ad quem ostendendum ab eadẽ Curia fuerant citati, vt in fol.172. & seq. Ex quibus omnibus apparet, istos familiæ de Aloys nunquàm præsentasse, nec actum aliquem possessiuum pro se habuisse, imò, quod est notandum, Franciscus Antonius de Aloys coràm Decano Casertæ, Commissario specialitèr per Sanctissimum deputato comparuit, dicens, se obtinuisse Bullam dicti beneficij, vigore præsẽtationis factæ in sui fauorem ab illis de Grauso, & non de Aloys, quasi quòd pro certo haberet, ad illos de Grauso tantùm spectare ius præsentandi, licèt illud verbũ de Aloys fuerit cancellatum ab eodem de Aloys,

Aloys, vt in processu apparet, & in eodem proc. fol. 188. comparuit D. Tiberius de Grauso vltimus huius beneficij possessor, dicens, præsentationem habuisse ad sui fauorē prædicti beneficij, ob quod sibi competebat institutio, proponuntur edicta fol. 139. probatur, ius præsentandi spectare ad illos de Grauso fol. 204. illi de Aloys comparuerunt fol. 207. articulantes, habere medietatem suffragiorum, vtpotè descēdentes à quondam Lucretia de Ambrosio, sed non probarunt, ad Lucretiam spectasse medietatem suffragiorum, prout apparet in processu.

Facti serie præsupposita de pluribus in præsenti contingit disputari, &

Primò quidem, vtrum ius patronatus, de quo agimus hæreditarium sit, vel gentilitium, seù familiare ad hoc, vt regulare possimus successionem in ipso in stirpes, an in capita.

Secundò, vtrum ex illo verbo, de quo in concessione fol. 36. (vnà cum Lucretia de Ambrosio) arguatur medietas suffragiorū ad sui beneficium, vel potiùs eandem Lucretiam in capita concurrere cum illis de Grauso.

Tertiò, quod disputari cōtingit, illud est, vtrum ex eo, quòd in Bulla Vltima Episcopi Casertani expedita in beneficium D. Tiberij de Grauso dicatur, pro medietate spectare ad illos de Grauso, & pro medietate ad illos de Aloys, censeatur canonizatum ius patronatus pro tali medietate, stante, quòd illi de Grauso non appellarūt, quod tamen nunquàm potuit probari pro parte illorum de Aloya.

Quartò, vtrum supposito, quòd haberēt medietatem illi de Aloys, & aliam medietatem isti de Grauso, sit tamen admittendus præsentatus ab illis de Grauso.

1 Quoad Primum, ius patronatus, de quo loquimur, esse gentilitium, non hæreditarium. Probatur Primò, quia licèt ius patronatus potiùs præsumatur in dubio hæreditarium, quàm gentilitium, & transitorium ad quoscunque hæredes, etiam extraneos, nisi ex fundatione, vel aliundè de cōtrario appareat, vt dixit *Rota Romana decis. 707. num. 8. part. 1. & 756. part. 2. in recentioribus*, & in *Vrbeuetana beneficij 28. Ianuarij 1623. coràm Vbaldo*, & in *Lucana iurispatronatus 26. Iunij 1623. coràm eodem*, & in *Pistoriensi Parochialis 9. Februarij 1624. coràm*

2 *Merlino*, tamen semper præsumitur gentilitium, non hæreditarium, quando in eius prouisionibus, fuit semper habita mentio familiæ, & descendentiæ, non verò hæreditariæ qualitatis, vel quando per spatium centum annorum, nullus extraneus, vel fœmina præsentauerit, vt dixit eadem *Rota Romana in Florentina canonicatus 25. Maij 1616. coràm Buratto inter eius decisiones impressas*, vt videre est in *decis. 183. num. 12.* sed in casu nostro semper fuit habita mentio familiæ, & descendentiæ, nusquàm verò fuit probata qualitas hæreditaria, nec de ea in concessione, de qua in proc. fol. 36. apparet mentio facta, nunquàm extraneus, vel fœmina presentauit, vt ex eodem apparet processu; igitur non est hæreditarium hoc ius patronatus, de quo agimus, sed gētilitiū, & familiare. Quāmuis enim in dubio, vt dicebamus, præsumatur potiùs hæreditarium, quàm familiare, seù gentilitiū,

3 adeò vt assererēti gentilitium esse incumbat onus probādi, Rota apud *Gratian. c. p. 567.* apud *Seraphin. decis. 456.* tamen cùm in casu nostro patroni præsentātes, nunquàm qualitatem hæreditariam probauerint, quam probare opus erat, dicendum est, gentilitium, & familiare esse, non verò hæredita-

4 rium, qui enim hæreditarium esse affirmat, probare debet, vel Fundatorem appellasse cum hæreditarium, vel presentasse hæredes cum qualitate hæreditaria, quàmuis non excludatur hæres extraneus. *Gabr. commun. conclus. in tit. de verbor. signific. concl. 6. nu. 40. Claudius Tutius de iure patronat. q. 4. Menoch. lib. 4. præs. 91. Garz. de benef. par. 5. c. 9. nu. 143. Caualcan. dec. 28. par. 3. Magon. decis. Lucen. 7. nu. 4. Maceraten. lib. 1. var. resol. resol. 60. Episc. Maranta par. 3. resp. 83. nu. 29 & par. 4. resp. 66. num. 19.* qui doctè, vt solet loquitur: igitur cùm in casu nostro, vt ex pluribus præsentationibus apparet, nunquàm qualitas hæreditaria probata fuit, nec etiam à fundatore expressa fuit, vt ex obseruantia liquidò constat, iuncta concessionis confirmatione, de qua in processu d. fol. 36. apparet, sine vllo dubio hoc, de quo loquimur ius patronatus, non hæreditarium, sed gentilitium esse, consequētia probatur, quia in

5 iure patronatus hæreditario patroni præsentantes non sufficit probare, se esse de familia, sed etiam se esse hæredes. *cap. 1. vbi gloss. de iurepatronat. Bald. conf. 409. lib. 1. Couar. lib. 2. variar. cap. 18. num. 6. Rota* apud *Mantic. decis. 164.* & apud *Seraphin. dec. 446. Alex. Raudens. variar. resolut. cap. 19. Grunens. cap. 63.* plures colligit *Barbos. in d. cap. 1. de iure patronat. Episc. Maranta par. 3. resp. 82. nu. 27. & seq.* igitur ius patronatus nostrū, de quo loquimur, est gentilitium, & familiare, non hæreditarium.

6 Probatur Secundò, ex verbis illis, de quibus in concessione, ibi, *de iure patronatus illorum de Grauso*, quibus verbis contemplati videtur illi de familia de Grauso, ac proindè hoc ius patronatus videtur erectum contemplatione familiæ cum expressa exclusione fœminarum: igitur non hæreditarium, sed gentilitium est, illorum scilicet de Grauso, iuxtà regulā *text. in l. pronunciatio 145.*

tio 145. §. item appellatur, vbi *Alciat. ff. de verbor. significat. l. fin. C. eod. tit. Gloss. in l. si quis corpore 13. in* verbo *prosequar. C. de murilegulis. lib. 11. Glos. in l. vnic. C. de conductorib. & procuratorib. fiscalib.* in verbo *dilatio. lib. 11. Bertacchin. in repert.* in verbo *familia. Cardin. Tusc. tom. 3. lit. F. conclus. 75. Card. Mantica lib. 8. de coniect. tit. 12. Menoch. lib. 4. præsumpt.* 88. dixitq; pluriès Rota Romana, teste Domino meo *Episcopo Maranta par. 2. responsorum, respons. 16.* solùm enim nomen familiæ consideratum fuit, non verò qualitatis hæreditariæ, igitur gentilitium est hoc ius patronatus, non verò hæreditarium. iuxtà *text. in cap. quoniam Abbas 14. de offic. deleg.* quem *text.* ad hoc propositum ponderauit *Dominus Maranta vbi supra num. 2.* maxima
7 enim est probatio, quòd ius patronatus sit familiare, vel gentilitium, quando non veniunt illegitimi, vt in casu nostro, vbi eos expresse excipit concessio, nec vsquàm in præsentatione fuerunt admissi, vt in pro-
8 cessu apparet; sicut etiam gentilitium est, quando Fundator respectũ habuit ad conseruandam agnationem, vt dixit *Rota Romana* apud *Farinac. decis. 395. par. 1. in recen-*
9 *tiorib.* Imò quando dubitatur, an sit gentilitium, sufficiunt leuiores probationes, cũ non agatur de illius substantia, sed de pertinentiæ qualitate. vt dixit *Rota par. 1. decis. 675. Barbos. in cap. 1. de iure patronat. num. 6.* in casu verò nostro expresse Fundator cõseruationem suæ familiæ considerauit, ad hunc finem fuit sibi confirmata concessio, vt apparet in processu fol. 36. nulli dubiũ
10 ergo est, gentilitium esse, ac familiare, in quo non admittuntur patroni in stirpes, sed in capita. vt dixit *Rota* apud *Buratt. decis. 183.* & in *decis. 251. in recentior.* fundat latè *Blasius Robles de repræsent. lib. 3. cap. vlt. in fin. Genuens. in praxi cap. 83.* & per consequens cùm in casu nostro de existentia iuris patronatus nõ dubitetur, nec de pertinentia, quia isti patroni, qui nunc præsentant Dom. Simeonem de Grauso, sunt illi, qui præsentarunt Dom. Tiberium de Grauso in anno 1629. vt ex continuatis, alijsq;
11 præsentationibus apparet, ipsis concedenda est institutio, vtpotè maioribus in suffragijs, iuxtà regulam *text. in cap. 3. cap. consultationibus 19. de iure patronat. cap. monasterium 16. q. 7. Rota* apud *Duran. decis. 86. Episc. Marant. part. 4. resp. 66. in fin.*
12 Probatur Tertiò, quia ius patronatus familiare, vel gentilitium esse, ac per consequens patronum admitti in capita, maximoperè probatur ex obseruantia, si scilicet remotiores de familia simul cum proximioribus fuerint admissi ad præsentandum, tunc enim in capita fit successio, non in stirpes; sed in casu nostro ità res se habuit, ergo. Maior probatur, quia quando
13 ius patronatus defertur in stirpes, in eo tantùm admittuntur proximiores de familia, exclusis prorsus remotioribus. per *text. in l. cùm ita, §. in fideicommisso, ff. de legat. 2.* cuius *text.* dispositio locum habet in iure
14 patronatus, licèt loquatur in fideicommisso, vt consuluit *Calderin. cons. 19. Francisc. Marc. decis. 1133. par. 1. Riccius in praxi iuris patronatus resolut. 181.* qui dicit, ita per *Rotam* decisũ *in vna Regiensi iuris patronatus 26. Nouembris* coràm *Penia* 1602. refert *Gabriel. cons. 196. lib. 2.* eadem *Rota*; de qua *Marius Antonin. Maceraten. lib. 1. variar. resolut. resolut. 82. in fin. Dom. Episc. Maranta tom. 4.* suarum *responsionum, respons. 27.* Sicut in fi-
15 deicommisso familiæ collectiuæ relicto, qui ordine successiuo admittantur, qui proximiores sunt. post *Bart. in l. Gallus §. quidam rectè. ff. de liber. & posthum.* fundat *Peregrin. de fideicommiss. art. 17. nu. 35. Rota* apud *Card. Canaler. decis. 343. Card Mantica lib. 8. de coniectur. tit. 12.* quem sequitur in nostris terminis *Viuian. lib. 4. de iure patronat. cap. 9.*
16 *num. 14. & 37* & in feudo procedere *text.* illum dicit *Isern. in cap. 1. num. 23. de his, qui feudum dare possunt. Capyc.* in sua *inuestit.* in verbo *successio. §. fœmina. ampliat. 13. & limit. 8. Ricc. vbi sup. num. 4.* Etenim validum
17 est argumentum de feudo ad ius patronatus quòad succedendi ordinẽ. vt post alios fundat *Grat. cap. 521. num 31.* dixit *Rota in Pistoriensi Parochialis* apud *Viuian. lib 4. c. 2. nu. 30. & seq & d. lib. 4. cap 9. nu. 37. Episc. Ma-*
18 *ranta vbi sup. nu. 14* Familia enim collectiua vocata ad præsentandum ordine successiuo admittitur. vt in *l fin. §. & si quis. C. de verbor. significat. d. l. cùm ita. §. in fideicommisso. de legat. 2.* vbi quando nulla specialis personæ mentio fit, sed pro familia in genere fit dispositio, omnes collectiuè admittuntur, ex ratione *text. in l. omnia 32. §. fin. ff. legat. 2.* & ex *l. peto 71. §. fratre hærede ff. de*
19 *legat. 2.* vbi fideicommissum familiæ relictum ordine successiuo, censetur relictum, vt feudũ, & ius patronatus, & tali casu pro vna voce habetur tota familia, *l. final.* vbi *DD. C. de impuber. et alijs substit. Viuian lib. 4. de iure patronat. cap. 9. num. 18. Episc. Maranta par. 4. respons. 27.* Minor verò propositio argumenti patet, quia in iure patronatus de quo agimus, nunquàm patroni præsentantes articularunt, & probarunt maiorem
20 proximitatem Fundatoris, nec hæreditariam successionem, quod necessarium sanè foret, si ius patronatus fuisset simplex hæreditarium, vel mixtũ, vt benè *Ias. in rubr. C. qui admitti. num. 1. & 2. Conar. pract. quæst. cap. 38. Gratian. cap. 521. num 30.* in casu autem nostro solum fuit articulatũ per præsentantes, quòd erant de sanguine, nati ex legitimo matrimonio: igitur apparet, non fuisse hæreditarium, nec successionem in

21 stirpes,

21 ſtirpes,ſed fuiſſe familiare,ac gentilitium,
in quo tantùm requiritur qualitas prædi-
cta, vt poſt *Rocc.& Lambertin.*fundat *Grat.*
num. 34.

22 Probatur Vltimò, quia quotieſcunq; ſu-
mus in dubio,vtrum ius patronatus ſit hæ-
reditarium , vel gentilitium, ſeù familiare,
ac per conſequẽs,quomodò ſcilicet debeat
fieri præſentatio in ſtirpes, an in capita,at-
tendi debent verba , quibus Fundator vti-
tur , quia ſi dixerit , quòd ſingularitèr ſint
patroni omnes illi, qui ſunt de vno ſtipite,
tùnc non habebuntur pro vno , ſed ſucce-
dunt in capita patroni, putà ſi vtatur Fun-
dator , vel Concedens, verbo diſtributiuo
(quilibet) vel ſimili,tùnc enim cenſetur fa-
cta cõceſſio in capita, non in ſtirpes, proùt
benè conſuluit *Ancharan.conſ.*355.*in* 1.*dub.*
& Butrius conſil. 29. quod *Butrij conſilium*
idem eſt cum illo *Anchar.* de verbo ad ver-
bum.ſed in caſu noſtro fuit facta iuris præ-
ſentandi conceſſio pro quolibet ipſorum
vnicuiq; eorundem, vt in proc. fol.36. igi-
tur non in ſtirpes, ſed in capita facienda
eſt præſentatio,vt benè *Rocc.de Curte de iu-*
re patronat. in verbo *ipſe , vel à quo cauſam*
*habuit.nu.*10.& poſt *Lambertin.*fundat *Grat.*
23 *d.cap.*521.*num.*15. obſeruantia enim ſuffi-
cientèr poteſt declarare qualitatem iuris
patronatus,vt conſuluit *Gabr. conſ.*96.*lib.*2.
quem ſequutus fuit *Rota in dicta Florentina*
iuris patronatus,in princ. Peregrin. qui in ea-
dem cauſa ſcripſit *conſ.*33.*lib.*1.vbi fundat,
quòd conſuetudo iſta eſt laudabilis , non
reprehenſibilis, ideòq; ſeruanda. *cap. Apo-*
24 *ſtolicam , de ſimonia.* ſit ergo in iure patro-
natus, de quo agimus, vtpotè gentilitio, &
familiari , præſentatio per capita , non in
ſtirpes,cùm locum non habet in eo *text. in*
*clem.*2. *de iure patronat.* vt voluit *Rota* corã
Card. Lancellotto in Florentina iuris patrona-
tus , & plures concordantes adducit *Grat.*
*vbi ſupra cap.*521. *à nu.*13. qui etiã fundat,
competere ius patronatus in capita, non
in ſtirpes, quando apparet,conceſſionem
fuiſſe ſtipulatam pro omnibus , & ſingulis
deſcendentibus de familia, pro quibus ac-
ceptata fuit ſtipulatio,quia talis actus om-
nibus inſolidum tribuit ius , proùt eſt in
caſu noſtro , vbi ſi conceſſionem inſpicia-
mus, de qua in proceſſu fol.36. pro omni-
bus, & ſingulis deſcendentibus de familia
concepta fuit ſtipulatio . imò & pro vno-
quoquè eorum .

Nequè dicant Aduerſarij, quòd in præ-
teritis præſentationibus, de quibus in hoc
proceſſu , nunquàm conſueuit adimpleri
ſimultaneus, & collegialis cõſenſus patro-
norum, proùt requiritur,quando præſenta-
tio fit per capita,non in ſtirpes.

25 Reſpondeo enim, quòd licèt talis actus
ſimultanei,& collegialis cõſenſus patrono-
rum faciant indiciũ , quòd ius patronatus
ſpectet in capita , iuxtà *deciſionem Rotæ Ro-*
manæ coràm *R.P.D. Decano Taurinenſi iu-*
ris patronatus 11. *Ianuarij* 1585. tamen non
ſequitur de neceſſitate, quòd ſi patroni nõ
cõuenerint collegialitèr ad præſentandũ ,
ius patronatus nõ poſſit ſpectare,vt ad ſin-
26 gulos,& in capita; nàm quando ius patro-
natus ſpectat ad aliquos, vti ſingulos,& nõ
vti vniuerſos , patroni poſſunt ſeparatim
præſentare , contraria verò deciſio Rotæ
27 locum habet, quãdo ius patronatus com-
petit Familiæ,vel Collegio, vti vniuerſis, vt
declarat *Rota in d. cauſa Florentina iuris pa-*
tronatus coràm *Lancellotto* , vbi habetur ,
quòd non valet conſequentia,ius patrona-
tus eſt familiare, igitur cõpetit vti vniuer-
ſis, ſicut, nequè valet, præſentationes,non
ſunt factæ ab omnibus, ſimul congregatis.
igitur non in capita , ſed in ſtirpes. quia
28 generale eſt, quòd quando ius patronatus
pertinet ad patronos , vt ſingulos , non vt
Collegium,& Vniuerſitatẽ,poſſunt patroni
ſinguli, & ſeparatim præſentare,alijs non
vocatis.vt benè *Calder.conſ.*15.*de iure patro-*
natus. poſt alios *Auguſt.Barboſ. in cap.*1. *de*
*iure patronat. nu.*8 & non requiritur, quòd
maior pars patronorum, ſimul conueniat,
& conſentiat. *Decius*, qui de communi te-
ſtatur in *cap.cùm omnes,in* 1.*lect. col.*8. *verſ.*
*retenta tamen. nu.*44. *de conſtitutionib.* quic-
quid aliud cõcludant *Abb. in cap.*3. *nu.*21.
de iure patronat.& Rocc.eod.tit. in verbo *ho-*
*norificum . quæſt.*60. cùm contra eos ſit ma-
gis vera , & recepta ſententia , vt teſtatur
*Craueтt.conſ.*63.quam etiam approbat *Rota*
per Cæſarem de Graſſis relata in *deciſ.*1. *&* 2.
de iure patronat. eadem *Rota* coràm *Card.*
Mantica 4.*Maij* 1594.& idem *Abb.*ſibi con-
trarius *conſ.*76.*lib.*2.

Quòad Secundum caput , an èx illo ver-
bo , de quo in inſtrumento conceſſionis
(vnà cum Lucretia de Ambroſio) arguatur
medietas ſuffragiorum ad ſui beneficium ,
& conſequentèr ad ſuos ſucceſſores deſcẽ-
dentes . vel potiùs eandem Lucretiam in
capita concurrere cum illis de Grauſo , in
qua quæſtione veriſſima eſt reſponſio,con-
currere Lucretiam ad præſentationem ,
ſuoſq; deſcendentes, non quidèm, niſi per
coniunctionem ad illos de Grauſo, in ca-
pita tamen .

29 Probatur Primò , quia dictio illa (vnà
cũ Lucretia de Ambroſio) nihil aliud im-
portat,niſi copulatiuam quandam coniun-
ctionèm, iuxtà *text.in l.Titia teſtores.* §.*nihil*
*differt. ff.de legat.*1. *l.ſi ità fuerit. ff.de manu-*
miſ.teſtam. l.ſi quis legauerit. ff.de verbor.ſi-
*gnificat. Iaſ.in l.ſi Ancilla.num.*1.*&* 2. *ff.de*
*legat.*1. *Dec.conſ.*401. *Pariſ.conſ.*19.*volum.*2.
*Ruin. conſ.*130.*num.*10. *Ripa lib.*1. *reſponſor.*
*cap.*3.*num.*25. *Caſſan.in Conſuetud.Burgund.*
*rubr.*2.

rubr.2.§.1. Alberic.in suo dict. in verbo *cum. Brixiers.in suo repert. in eod.* verbo. *Mandos.* in verbo *facultas. §. habita.* in verbo *cum. Bertazz.de clausul.instrument.claus.4.glo.22. Barbos.de dictionib.dict.75.Vulpell.de praepositionib. in dictione cum. Tursellin.de particulis latinae orationis.cap.39. Card.Tusc. lit.C. conclus.583. & lit.D.conclus.257.& seq. Galganet de condition. par.1. cap.5. & par.2. cap.1. quaest.12. Cened.singul 9 Gratus de dictionib.*
30 *dict.34* Natura enim huius dictionis est, vt vniformitèr copulet personas, vel subiecta, inter quas ponitur. vt in *l. si legatarius. §. cũ ita. ff.de legat.3. Surd.decis.8. num.8.* si ergo vniformitèr copulat, & cõiungit, sequitur, quòd Lucretia de Ambrosio non potuerit habere maius ius, quàm vnusquisq; ex illis de Grauso, qui petierunt concessionem, sed illi de Grauso fuerunt plures, qui, vt supra probauimus, in capita praesentare debent, igitur non potuit sola Lucretia habere medietatem pro se, cùm coniuncta fuerit in petitione vnà cum illis de Grauso, solam ergo vnam vocem habuit Lucretia, sicut vnusquisq; ex illis de Grauso, qui in concessione comparuerunt, habet.
31 Probatur Secundò, quia dictio, *cum*, magis coniungit, quàm dictio, *&*, quia aliud est dicere, Titius, & Meuius venerunt Romam, & aliud est dicere, Titius cum Meuio venit Romam; primo enim casu non est necessariũ pro veritate propositionis, quòd simul venerint; secus verò in secundo casu, in quo etiam videtur demonstrata qualitas temporis, sicut aliud est dicere: instituo filium cum nepote, & aliud est dicere: instituo filium, & nepotem. vt tradunt *DD. in l.Gallus. §.1 ff de liber. & posthum. Lancellott.Polit.de substit.in tit.de vulgari.par.2. num.23. Menoch.lib.4.de praesumpt.praes.70. num.10.& 32. Surd.de aliment.tit.2.quaest.7.* quarè, vt benè dicit *Card.Tusc. d.concl.258.*
32 *num.17.* dictio, *cum, vnà simul,* & similes, semper copulant aequalem praebẽtes facultatem vni, quàm alteri parti, sed in casu nostro comparuerunt aliqui particulares cognominis de Grauso vnà cum Lucretia de Ambrosio: igitur tantam facultatem habet vnusquisq; ex illis comparentibus de Grauso, quantam Lucretia de Ambrosio, sed vnusquisq; ex illis vnam tantùm vocẽ habet, igitur vnusquisq; ex istis descendentibus de Lucretia vnam vocem habebit. in capita ergo, non in stirpes fit successio per illud ipsum verbum dictionis, *cum*, sicut si fuisset dictum, comparent Antonius de Grauso, Franciscus de Grauso, & Lucretia
33 de Ambrosio, quia dictio, *cum*, posita inter personas, habet eandẽ vim, quam dictio, *&*, vt benè *Anchar.cons.365.* vbi ait *nu.4.* quòd ista dictio, *cum*, inter personas honoratas prolata, coniungit sicut copula, *&*, *Tuscus. d.conclus.258.nu.14.* & hoc est, quod voluit dicere *Bald.cons.408.lib.5.* quòd dictio, *cum*, quando ponitur inter personas, coniungit principalitèr, hoc etiam voluit dicere *Socin.cons.40.vol.1.* quòd haec dictio, *cum*, posita inter personas, operatur per modum copulae, sed si concurrissent à principio, v. g. Titius de Grauso, Franciscus de Grauso, & Lucretia de Ambrosio, vnusquisq; vnam vocem habuisset in praesẽtatione, sicuti habent sui successores, in capita succedentes, cùm sit ius patronatus familiare, vt dicebamus. ergo in casu nostro vnusquisq; habere debet praesẽtationis effectum pro vna voce, & per consequens in capita.
Probatur Tertiò, quia, vt benè *Iason in*
34 *d.l.si ancilla. ff.de leg.1.* quando dictio, *cum*, ponitur inter res, quarũ vna, alteri accedere nõ potest, vt lego domũ cum vinea, tunc coniungit aequè principalitèr, non autem accessoriè, & nulla est differentia inter dictionem, *cum*, & coniunctionem, *&*, prout dicit *text.in d.l.Titia textores, § nihil, Decius in auth.ingressi, nu.23.C.de sacros.Eccles. Ce-*
35 *nedus singul.9.num.50.* sed quando ista dictio ponitur inter res, quarum vna erat accessoria ad aliam, tunc coniungit accessoriè, *d.l.si quis ancillas,* vbi *Ias. ff.de leg.1. d.l.1. 2. & 3. ff.de peculio legato, Decius vbi supra,* qui explicat, quid differat, dedicare se cum suis bonis Ecclesiae, vel se, & sua bona, *Bertazzol.de clausul.claus.26.glos.4. Paul.de Castro cons.377.par.1. Alexand.cons.193. lib.2. Card.Tusc.d.lit.D.concl.257.nu.4.* Si verò po-
36 nitur inter personas, & sumus in vltimis voluntatibus, tunc coniungit aequè principalitèr, vt post alios *Barbos. de dictionib. di-*
37 *ctione 75.num.10.* quando verò ponitur inter plures personas, distributiuè acceptas, siuè in contractibus, seù in concessione, & stipulatione facta, coniungit omnes, vt vnusquisquè habeat vnam vocem, scilicet Titius de Grauso, Fullanus de Grauso, Lucretia de Ambrosio, &c. sic est in casu nostro, vbi ponitur inter plures personas, distributiuè acceptas, in contractibus tamen scilicet in concessione facta patronis de Grauso cũ Lucretia de Ambrosio, Episcopo concedente ipsis stipulantibus.
38 Nequè dicas, quòd quando plures personae coniunguntur per dictionem, *cum*, pro vna habentur, *l.fin. C.de impub. & alijs subst.* vbi si quis dicat, Titius vnà cum filijs suis, & Sempronius mihi hęredes sunto, Titius, & filij habebunt medietatem, Sempronius verò aliam medietatem, ergo, ità in casu nostro habebit Lucreria de Ambrosio medietatem, & illi de Grauso aliam medietatem.
39 Respondeo enim cum *Iureconsulto in l. si quis Titio, ff. de vsufr. accresc.* vbi si testator dicat, Titio cum haeredibus meis, & Męuio

eandem rem lego, Titius habebit tertiam,
hæredes tertiam, & Męuins tertiam, & sic
vnusquisq; partem, qui *textus* cùm videa-
tur ex diametro pugnare cum *d.l.fin, C. de*
impub. & alijs substit. ità ad concordiam
reducuntur ab *Abbate in cons.57.lib.1.* scili-
cet.aut dictio,*cum*, coniungit nomina col-
lectiua, vel nomina dignitatũ,& tunc sẽper
stat coniunctiuè,& procedit *text. in d.l.fin.*
vt scilicet per stirpes diuidatur emolumẽ-
tum, aut verò coniungit nomina singula-
ria,& tunc fit in capita diuisio emolumen-
ti, secundùm *text. in d.l.si quis Titio*, sequi-
tur *Card.Tusc.d.conclus.258.nu.18.& seqq.*
Sic ergo in casu nostro, vbi coniungit
dictio, *cum*, personas singulares,vt patet in
concessione fol.36. ergo in capita fit diui-
sio emolumenti,non verò in stirpes. Sem-
40 per tamen meminisse oportet illius cele-
bris doctrinæ *Bart. in d. l. Titia textores, §.*
textores, ff. de leg.primo, quod aut dictio,*&*,
ponitur in contractu,aut dictio,*cum*,prima
coniungit principalitèr, sed dictio, *cum*,
coniungit accessoriè,legendus est *Euerard.*
in Topica legali, in loco à natura copulæ 601.
num.3.Gasp.Hermosill.in addit.ad Gregor.Lo-
pez tom.2. fol.187.num.176. ergo cùm in
casu nostro reperiatur in concessione, seù
stipulatione facta inter illos de Grauso, &
Lucretiam de Ambrosio dictio,*cum*,dicen-
dum est,non nisi accessoriè vnam personã,
scilicet Lucretiam venire ad alios, vel si
principalitèr per coniunctionem in capi-
ta, non in stirpes,quia vt in stirpes, vel in
capita fiat successio, nõ debet attendi mo-
dus loquendi,per concessionem expositus,
sed debet attendi, an ius patronatus sit fa-
miliare, vel gentilitium, non hæreditariũ,
vt supra probanimus.
Quòad Tertium dubium, scilicet an ex
eo, quòd in Bulla vltimi possessoris bene-
ficij prædicti, scilicet D.Tiberij de Grauso
dicatur per Episcopum Casertanũ, medie-
tatem suffragiorum spectare ad illos de
Grauso, & aliam medietatem ad illos de
Aloys descendẽtes à Lucretia de Ambro-
bo, cẽseatur canonizatum ius patronatus,
diuisionem habere suffragiorũ in stirpes,
non in capita, iàm quòd illi de Grauso nõ
appellarunt, nequè id probauerint illi de
Aloys.
In quo dubio respondendum est,non
censeri ius patronatus canonizatũ, vt pro
medietate competat vtriq; parti.
41 Probatur Primò,quià licèt sententia la-
ta super pertinẽtia, firmet statum iuris pa-
tronatus, quòad omnes patronos, vt con-
suluit *Ancharan.cons.336.Couar.pract.quæst.*
cap.13. Card.Mantic. decis.1350.nu.4. quan-
42 do tamen est facta cũ suis probationibus,
quòad hoc, Rota,quam refert *Viuian.decis.*
97. num.3. & decis. 84. in casu verò nostro
nihil probatum est in processu de hoc, sci-
licet,medietatem pertinere ad præsentan-
tes de Aloys, & aliam ad illos de Ambro-
sio, nec fuit quidèm articulatum, ergo nõ
potuit circa hoc ferri sententia, & si fuit
lata, nõ officit. vndè *Rota* coràm *Buratto in*
Capellania iurispatronatus 1628. de qua *Vi-*
uianus post *tractatum decis. 111.* dixit, sen-
tentiam Episcopi latam cũ voto Collegij
Ferrariensis fuisse inualidã, quia nihil fue-
rat deductum,ex quo illa iustificaretur se-
cundùm Rotæ consuetudinẽ, de qua *Card.*
Puteus dec.391.lib.1.in nouis, Card.Seraphin.
43 *dec.1261.* licèt esset antiqua ab annis 60.&
vltra,quo casu pręsumeretur iusta,& proba-
ret etiã sine processu. *Caßador.dec.3.de pro-*
curatorib. Mantica decis.296.& 142.in diuer-
sorum,& decis.343.post consilia Farinacij, quia
44 sententia licèt antiqua nihil probat, eo
quia ex processu allato non constabat,me-
dietatem suffragiorum pertinere ad vnam
partem, & aliam medietatem ad aliam,
quam decisionẽ refert *Viuianus vbi supra,*
quæ decidit dubium præsens, in processu
enim nostro constat, tunc temporis de an-
no scilicet 1633. non fuisse probatum, nec
quidèm articulatum, spectare pro medie-
tate ad illos de Grauso, & pro alia ad illos
de Aloys, & bonus ille Vicarius ex suo ca-
pite, non requisitus, id declarauit,ergo nõ
45 est attendenda talis sententia,quippè quę
lata contra Ecclesiam, vel patronos inde-
fensos,nulla est ipso iure, *Paul.de Castr. in l.*
velamento, C. de postulando, & fundat post
Euerard. & alios *Viuian. lib.2.de iure patro-*
nat. cap.50.num.83.
46 Probatur Secundò,quia licèt sententia
lata quòad statum iuris patronatus, faciat
ius quòad omnes,etiam non citatos, iuxtà
text.in l.ingenuum,vbi *gloss. Bart.& alij, ff.de*
statu hominum, & in terminis dixit *Rota* co-
ràm *Penia* impressa apud *Garz. de benefic.*
par.1. cap.9.nu.24. & in *Romana iuris patro-*
natus,de qua *Viuian par.3.lib.14.cap.2.nu.4.*
47 quia tanquàm lata inter præsentatos, qui
videntur habuisse mandatum ab ipsis præ-
sentantibus ad prosequendum ius proprię
præsentationis, afficit etiam dictos pręsen-
tantes,ex notatis per *Lambertin. de iure pa-*
tronac. lib.2.par.2.art.9.quæst.11.num.3. Ta-
48 men hæc sententia non est super statu Ec-
clesię,sed super declaratione illius status,vt
ait in simili *Rota* apud *Viuian.decis.29.n.15.*
& est punctualis *decisio Rotæ* apud *eundẽ* 30.
49 quia sententia lata super priuatione, vel
pertinentia iuris patronatus facta, non ci-
tato eo, de cuius agitur interesse, est iniu-
50 sta, *Rota deci.1.*apud *Viuian.* Neq; Episcopi
sententia asserens, ius patronatus esse talis
personę, probat, esse beneficium iuris pa-
tronatus,vel talis personæ, *Bald.cons.50.vo-*
lum.1. Verall. decis.138.par.1. quia talis as-
sertio

fertio non poteſt præiudicare Eccleſiæ,vel
ſucceſſoribus, *Verall. deciſ.128.par.2. Rota*
apud *Vivian. deciſ. 9.* licet enim plurimùm
51 ſit deferendum ſententijs Ordinariorum
latis ad fauorem iurispatronatus, & præ-
ſentatorum, *Card. Seraphin, deciſ.* 1141. quia
52 Ordinarij non ſolent multùm fauere iſtis
præſentationibus, *Rota deciſ. 1. in antiq.* ſub
tit. de iure patronat. Cardin. Puteus deciſ. 172.
53 *lib.1. & 281. lib.2.* & in dubio beneficia
præſumuntur libera, cùm ius patronatus ſit
quædam ſeruitus beneficij, quæ non præſu-
mitur, *Card. Seraphin. deciſ.* 1353. tamen nõ
54 probat confeſſio, vel ſententia Epiſcopi
contra patronos, niſi ſecundùm quod in
55 actis deductum eſt. Sicut ex cõfeſſione fa-
cta in litteris Apoſtolicis, nõ probatur ius
patronatus ad effectum canonizationis.
Rota in Papilonenſi beneficij 10. Aprilis 1595.
coràm *Card. Mantica,* & in *Lucana Parochia-*
lis 20. Iunij 1601. coràm *Card. Pamphilio,* li-
56 cèt probetur in præiudicium confitentis,
Caſſador. deciſ. 4. de Prebend. Puteus deciſ. 315.
57 *lib. 2.* præſertim quando confeſſio eſt ad-
miniculata, & coniecturis corroborata, vt
in *Rhegienſi Maioratus 9. Maij* 1588. coràm
Card. Pamphilio, Vivian. lib. 11. cap. 50. nu. 25.
cum ſeq. nõ ergo potuit in caſu noſtro Epi-
ſcopus Caſertanus, patronis inauditis, ni-
hilq; probantibus circa hoc declarare, ius
patronatus prædictũ pertinere pro medie-
tate ad vnũ, & pro medietate ad aliũ, quia
eſſet præiudicare patronis, quorũ magis in-
tereſt, eſſe plures voces in capita, vt per ſe
58 patet. Neq; põt Ordinarius in præiudiciũ
patronorũ tale qđ declarare, iuxtà ea, quę
dixit *Rota deciſ. 1. de renunc. in antiq.* & eadẽ
59 *Rota* apud *Vivian. deciſ. 29.* ſicut nec Papa
ſolet patronis inauditis ius patronatus cõ-
ferre, *Rota* apud *Verall. deciſ. 346. lib. 3.* & in
60 terminis, quòd enunciatiua Epiſcopi fa-
cta in inſtitutione, quòd ius patronatus ſit
deſcendentium, vel tranſuerſaliũ, non præ-
iudicet, nec probet, dixit *Socin conſil. 266.*
num. 12. lib. 2. & Rota deciſ. 260. num. 6. quia
talis enunciatiua tanquàm vnica non pro-
bat, *l. non epiſtolis, C. de probat. Duran.* in ce-
lebri illo diſcurſu *Florentina Subdecanatus*
Mercurij 27. Nouembris 1630. *poſt deciſionem*
284. num. 19.

61 Neq; dicant, quòd hæc ſententia tranſi-
uit iam in rem iudicatam, cùm per partes
intra legitima tempora non fuerit appel-
latum, quæ ſententia tranſacta in rem iudi-
catam habet pro ſe præſumptionem, *cap.*
cùm inter, & cap. ſicut, de re iudic. Capyc. de-
ciſ. 16. Rota deciſ. 636. par. 1. diuerſor. Menoch.
lib. 2. præſumpt. 67. num. 48. ergo non pote-
rit ampliùs infringi.

62 Reſpondeo enim, quòd ſentẽtia vt tran-
ſitum fecerit in rem iudicatam, oportet, vt
ſit iuſtificata ex actis, aliter eſſet notoriè
iniuſta, & nulla, etiam ſi in actis, ſe expreſsè
non referat, *Abbas in c. ad noſtram inter cæteraq; nu.*
10. & 11. vbi *Felin. in 3. concluſ. num. 10. de*
re iudic. ſed in caſu noſtro acta non fuerunt
facta in ordine ad probandum, ius patro-
natus competere pro medietate, ergo erit
iniuſta ſententia, quæ in ordine ad acta nõ
iuſtificatur, nec poterit iuſtificari, vt ait *Ro-*
ta apud *Seraphin. deciſ. 251.* & apud *Vivian.*
deciſ. 15. nunquã enim fuit per partes pro-
batum, medietatem ſpectare ad illos de
Aloys, ſed ſub nube tantùm ad eos ſpecta-
re aſſertum eſt, nec fuit probatum, eſſe hæ-
reditarium ius patronatus, ergo nullo pa-
63 cto dici poteſt, ſententiam eſſe ſuſtinen-
dam; tùm quia, per reſtitutionem in inte-
grum aduerſus lapſa fatalia annullandam
eſſe ſententiam ex actis non iuſtificatam,
dixit *Rota* apud *Vivianum deciſ. 10.* & fun-
dat ex multis *Lælius Altogradus* patritius
Lucenſis in *conſ. 40. & 41.* vbi doctè loqui-
64 tur de more, tùm quia, ſententia notoriè
iniuſta non tranſit in rem iudicatã, *DD. in*
l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. Seraphin.
deciſ. 381. num. 13. & deciſ. 1123. num. 6. Rota
deciſ. 594. num. 4. par. 2. in recentiorib. & eadẽ
Rota apud *Vivian. deciſ. 18.* ergo talis ſentẽ-
tia Epiſcopi notoriè iniuſta, ex actis non
iuſtificata, non nocet patronis, *Rota* apud
Verallum deciſ. 126. num. 4. par. 2. quia con-
ſtat, non fuiſſe probata ea, quæ neceſſaria
erant ad medietatem patronis competen-
tem fundandam, vt pluriès deciſum refert
65 *Vivian. deciſ. 25. à nu. 14.* eſt enim talis ſentẽ-
tia lata ſuper qualitate beneficij, quæ non
nocet patronis, qui ſi tùnc temporis non
probarunt pertinere ad ſe in capita, nunc
poſſunt hodie probare, vt re vera probant,
ſecundùm notata per *DD. in l. Iulianus,* vbi
Bart. num. 1. & Iaſ. num. 21. ff. de cond. indeb.
Rota deciſ. 26. apud *Vivian. num. 28.* & quòd
66 non noceat talis ſententia alijs, quorum
acta non fuerunt diſcuſſa, nec probata, tra-
dit *Salgad. de protect. Reg. par. 4. cap. 8. à nu.*
329. nouiſſimè *Ioan. Chriſtoph. Suelnes conſ.*
35. primo tomo.

Quòad Quartum dubium, ſcilicet, ſup-
poſito, quòd haberent medietatem illi de
Grauſo, & nùnc illi de Aloys habent tria
ſuffragia ex ſtipite de Grauſo, ſed iſti de
Grauſo habeant triginta ſuffragia, quęſtio
eſt, an dicantur iſti, habere totum ſtipitẽ,
ità vt ſit locus gratificationi, tanquam cõ-
currentibus pro medietate illis de Aloys,
& iſtis de Grauſo, in quo dubio

Reſponſio eſt affirmatiua, ſcilicet, totam
medietatẽ ſuffragij eſſe pro iſtis de Grau-
67 ſo, probatur ex celebri doctrina *Cardin. in*
clem. plures, de iure patronat. in 4. colum. in 1.
quæſt. in fine, & Abbat. in cap. paſtoralis, de re-
ſcript. qui dicunt, quòd ſi ſint ex vno ſtipi-
te decem patroni, & ex iſtis duo, vel tres

concurrant cum alio stipite, adhuc illa ma-
ior pars illorum decem dicitur, totum suf-
fragium repræsentare, & dato, quòd minor
pars illorum decem adhæreret alteri stipi-
ti, non per hoc præsentatus ab altero stipi-
te, cum illis de alio esset præferendus, quia
vox illorum decem est apud maiorem par-
tem, ità quòd non sit curandum de suffra-
gio minoris partis adhęrentis alteri stipi-
ti, quia vnus, vel duo ex tribus eiusdē cor-
poris pro nihilo reputantur, quādo maior
pars contradicit ei, vndè dicit *Ioan. Andr.
in cap. à collatione, de appell. in 6.* quòd si duo
corpora teneantur actum facere, & vnum
corpus concordet, & etiam habeat aliquas
voces alterius corporis, propter hoc non
obtinebit, quia vox illius corporis est apud
maiorem partem, quā doctrinam sequitur
*Lambertin. de iure patronat. 2. par. lib. 1. q. 1.
art. 27. fol. 295. & par. 3. lib. 2. quæst. 4. princip.
art. 7. fol. 939.* vbi fundat, descendentes ab
vno habere integram vocem, & ab illa ab-
sorbi minorē partē, licèt minor pars sit pro
alio stipite. quam etiam doctrinam secu-
tus fuit *Vivian. de iure patronat. lib. 12. cap. 8.*
quia qui habet maiorem partem vocum
vnius stipitis, dicitur habere totum stipitē,
etiam si adsit contradictio minoris partis,
quia maior pars absorbet minorem; *Rocch.
de Curte de iure patronat.* in verbo *ipse, vel is,
à quo, num. 5. 6. & 7. Gonzalez in regul. 8. can-
cellariæ, gloss. 45. num. 61. Riccius in* praxi *fori
Ecclesiast. decis. 210. Rota decis. 443. par. 2. in
recentiorib. Beltramin. in annotationib. ad Gre-
gorium XV. decis. 452. nu. 23. Gratian. cap. 211.
nu. 37.* & fuit dictum in *Forliniensi iuris pa-
tronatus 16. Martij 1602.* coràm *Card. Sacrat-
to,* & in *Aretina Capellania 24. Ianuarij, &
9. Maij* coràm *Card. Pamphilio,* & in *Laudēsi
Capellania Lunæ 9. Decembris* 1619. coràm
Card. Cavalerio 519. quam decisionem *Caua-
lerij* habui in puncto à Reuerendiss. Gene-
rali Vicario Neapolitano Gregorio Pec-
cerillo, Canonistarum Principe, & Tribu-
nalium Curię Romanæ vnico integerrimo,
oculariq; teste, ac Domino, & Præceptore
meo dignissimo.

68 Cuius ratio à priori est, quia minor pars
trahitur à maiori parte, *l. fin. C. qui bonis ce-
dere possunt, l. iuris gentium 7. § fin.* cum *l. se-
quenti, ff. de pact.* ibiq; *Anton. Monarcius in
obseruation. pag. 83. Afflict. decis. 288. Mar-
ta de iurisdict. par. 4. centur. 2. casu 123. Alex.
Trentacinq. lib. 3. variar. resol. de solut. resol. 2.
Card. Tusc. lit. D. concl. 108. & tom. 5. practic.
lit. M. concl. 14. num. 11. Matth. Brun. de cessio-
ne bonorum, quæst. 21. Vivius decis. 38. & 268.
Muscatell. par. 4. in gloss. petenda, nu. 15. Nicol.
de Passer. de scriptura priuata, lib. 3. quæst. 50.
num. 39. Matth. Coler. de process. execut. par. 1.
cap. 3. nu. 15. Daniel Mollerus lib. 4. Semestriū,
cap. 6. Ioan. Zanger. de except. par. 2. cap. 11.*

ergo cùm in casu nostro ex triginta patro-
nis, & plus ex familia de Grauso, tres, vel
quatuor adhęserunt stipiti de Aloys, rema-
nentibus patronis numero 30. pro D. Si-
meone de Grauso, dicendum est, quòd etiā
si essemus in iure patronatus, in stirpes suc-
cessibili, & quòd essent duo stipites, medie-
tas esset integra pro D. Simeone, quia inte-
gra medietas per istos patronos præsentā-
69 tes ipsum habetur. Absurdum enim est,
quòd duo, vel tres, ac dissēsus minoris par-
tis, consensui maioris partis præiudicare
valeat, cum vtriq; conuenientius sit, vt factū
maioris partis, atq; potioris minori pręiu-
dicet, quàm ē cōtra, vt benè *Paul. de Castr. in
l. & suū hæredem, ff. de pact. Thomingius con-
sil. 27. num. 30. & cons. 84. num. 50 vol. 1.* & sic
modicum fermēti totam massam corrumꝑ
pat, vt dicitur in *Epistola ad Galatas 5.
vers. 9.* vt respondit *Euerard. sen. cons. 9.* in-
70 tegrum enim est iudicium, quod plurimo-
rum sententia cōprobatur, *cap. extra 64 di-
stinct. cap. prudentiæ,* vbi *Abbas num. 4. de offic.
deleg.* nec vnius, aut paucorum præferen-
dum iudicium, iuxtà illud.
*Iudicium populi nunquam contempseris vnus.
Tiraquell. de pæn. temper. causa 61. num. 64.*
nec quisquam sibi tantùm arrogare debet,
vt plus sapere se putet, quamplures alij *An-
ton. Corat. de commun. opin. lib. 2. tit. 6. num. 26.*
iniusta itaq; contradictio aliquorum non
debet impedire iustam voluntatem alio-
rum, vt eleganter in simili aie *Roman. cons.
439.* cuius dictum extollit *Seraphin. de iura-
ment. priuileg. 114. Gratian. cap. 212.* quod
71 enim pluribus placuit, cunctis est tribuen-
dum; *Plinius lib. 6. epist. epist. 13.* eoq; stan-
dum, quod plures censent, *Liuius lib. 34.* ne
illud forsàn ex *Homero* improperetur, quod
refert *Erasm. ch. 3. cent. 3. adag.*
*At reliqua Danū placet hæc sententia turba
Idem hoc Agamenoni non ita visum est.
Quin malè dimittit, ac dicta fera insuper addit.*
Et prauus est socius, qui impedit commu-
ne opus, vt ex *Aristotele* dicit *Gratian. di-
scept. forens. cap. 721. num. 15. Gulielm. Anton.
Frandeburg. de rescriptis moratorijs, tit. 6. con-
clus. 15. num. 4. cum seqq.* & in simili fundat
*Ludouicus Sanctius Melc de reducijs debitarū,
quæst. 6.*

Ergo ex facto apparet, hoc ius patrona-
tus esse familiare, successionem in capita
regulandam esse, & dato, quòd esset in stir-
pes, iàm medietas constat pro D. Simeone,
alia pro illis de Aloys, non obstantibus
duobus, vel tribus suffragijs, illis adhęren-
72 tibus vltrà suos, esset ergo locus gratifica-
tioni, quæ quando fieri debet, regulari de-
bet ab Episcopo, secundùm suum prudens
arbitrium, vt præferatur dignior, *cap. 3. de
iure patronat. Barbos. alleg. 72. nu. 200.* ne be-
73 neficia Ecclesiastica indignis conferatur.

74 cap. ne.

74 capit. ... de elect. & quali. Sicut enim patro-
nus tenetur præsentare personam idoneã
sub peccato mortali, cap. significasti, vbi
DD. de iure patronat. Azor. par. 2. lib. 6. cap. 2.
quæst. 4. Valerus in differentijs vtriusque fori,
75 in verbo electio, diff 20. ita Episcopus, stan-
te paritate votorum, peccat instituẽdo in-
dignum. Vivian. lib. 12. cap. 9. imò debet di-
76 gniorem instituere, omittendo dignum,
S. Thom. 2. 2. quæst. 36. art. 2. et quæst. 105. art. 3.
& quodlib. 6. art. 9. et quodlib. 8. art. 6. Caietan.
2. 2. quæst. 62. art. 2. S. Antonin. in summa par. 1.
tit. 1. cap. 20. § 1. Rebuff. in praxi beneficiaria,
in tit. de requisitis ad bonam collationẽ, nu. 62.
Soto de iustit. lib. 3. quæst. 6. art. 2. Couar. in
regula peccatum, par. 2. § 7. de regul. iur. in 6.
Lessius libr. 2. de iustit. cap. 34. dub. 8. Garz. par. 9.
de benefic. cap. 4 num. 32. Lotter. de re
77 benefic. cap. 12. num. 138. licèt non teneatur
ad restitutionem eligendo dignum, omisso
digniore. Grattian. dec. 97. imò dignior præ-
termissus potest appellare, Rota apud Bu-
ratum decis. 101. & Alexand. Randens. dec. 35.
78 & 36. Dignior verò indicatur Primò, qui
est de familia, seù sãguine Fundatoris, stan-
79 te idoneitate, vt est in casu nostro. Secun-
dò, qui non est criminosus, reputatur di-
gnior respectu criminosorum, vt est in ca-
su nostro, vbi rogo Illustriss. Episcopum,
vt videat sententiam institutionis vltimi
possessoris huius beneficij, de quo agimus,
quia ex ea poterit suum regulare arbitriũ,
si adsit, rogando eundem Illustrissimum
80 Dominum, me defendere Sacerdotem bo-
næ famæ, & vitæ, ortum ex legitimo matri-
monio ex familia de Grauso contra cleri-
cum tantùm, &c. quorum quis magis sit
instituendus, stante quòd esset arbitrium
gratificationis, & quòd ius patronatus esset
in stirpes, quod nõ puto, tradit Vivian. lib. 6.
cap. 6. & lib. 12. cap. 9. reliqua enim, quæ cir-
ca factum proponi possent, prudentia Illu-
strissimi Domini supplebit. Die 23. Maij
1648.

Iulius Caponus Sac. Theol. & V. I. D.
ac in Neapolitano Gymnasio Le-
ctor ordinarius.

IN hanc eandem, quam Dominus meus Iu-
lius Caponus, quàm lubentissimè pedibus
imus sententiam. Quippè satis ad rem,
atq; concludentèr, vt assolet, infert omnia.
81 Et sanè, esse ius hoc patronatus, non hære-
ditarium, sed gentilitium, siue familiare,
quin non magis ex pacto, & prouidentia
Fundatorum, per quàm optimè à posterio-
ri, ex obseruantia subsequuta, concluden-
tèrq; infert. Si verò nunquàm hæredita-
rio præsentauerunt nomine, sed vt Genti-
les, & ex familia de Grauso. non ergo hæ-
reditarium, sed gentilitium, & familiare,
atque ex pacto, & prouidentia Fundato-
rum. quam distinctionem Nos latè dedu-
ximus respons. nostra 74. nu. 35. par. 3. & res-
82 pons. 66. num. 17. par. 4. Multa nempè, quæ à
priori præstare non possumus, ab effectu,
& à posteriori Aristotelis doctrina, per quæ
optimè præstamus; atq; consequentèr. ex
Gregorio can. priusquam 4. in fin. distinct. 38.
atque Hormisda Papa can. si quis Diaco-
83 nus 19. § quod si eos. dist. 50. Et tale ius pa-
tronatus censetur esse, quales personæ sũt,
quæ ad illud præsentãt. Rota decis. 8. de iure
patr. in antiq. Card. Zabarell. cons. 132. n. 3. Cre-
scent. decis. 9. de iure patronat. Rota apud Du-
ranum Episcopum Vrgellen decis. 130. nu. 1.
& per tot. par. 1. detulimus respons. nostra
15. num. 11. par. 3. Præsentauerunt autem
hi omnes de Grauso; non vt hæredes; sed
vt Gentiles, & de familia. Familiare est er-
go ius hoc patronatus, vt Rota etiã argu-
mentata fuit decis. 707. num. 6. par. 1. recent.
84 Et licèt quidèm præiudicium sibi intu-
lerunt, quòd in præsentando Lucretiam de
Ambrosio admiserũt. ex Calderino cons. 20.
de iure patronat. deduximus Nos respons. no-
stra 28. nu. 43. & respons. 32. nu. 49. & nu. 59.
par. 3. & respons. 23. num. 14. & seq. par. 4.
85 Vltrà tamen Lucretiam præiudicium nõ
pertransijt, vt non æstiment, nunc illi de
Aloys, ad ipsos pro medietate, ius perti-
nere, quando eorum principalis pro vna
voce ad ius admissa præsentandi fuit, præ-
86 sertim verò, quòd contra formam, in fun-
datione datam, illam admiserint, vt nihil
egisse videantur. ex cap. cùm dilecta 22. vers.
enim: de rescript. diximus d. respons. nostra
28. num. 47. & 48. & seq d. par. 3. Alex. Man-
dell. cons. 488. per tot.
Neque pedes figant Aduersarij in Bullis
pro D. Tiberio datis per Episcopũ Casel-
tanum; asserendo, Beneficium prędictum
pro medietate ad Grausos spectare, & pro
altera ad illos de Aloys ex persona quond.
87 Lucretiæ. Cùm quòd fuit nuda assertio.
Tùm quòd (est sententia fuerit) fuit tamen
sententia vltrà petita, ac sine actis, conse-
quentèrq; nulla; ac contra formam in fun-
datione datam. ex Iaboleno lib. 1. episto-
larum in l. vbi fundus 18. ff. communi diui-
dundo. & Innocentio Tertio in cap. licèt
88 Heli 31. de simonia. illis verbis: vt iuxtà iu-
dicij formam, sententia quoque forma dictetur.
ibiq; Gloss. verbo iudicij formam. & Glossella
marginalis ad d. text. in l. vbi fundus. noster
Maranta cons. 11. in fin. Clement. sæpè 2. § ve-
89 rùm quia. de verbor. signific. Prætérquàm
quòd sententia prædicta ex falsa causa di-
cta fuit; consequentèrq; nulla. ex Gloss. fin.
in cap. plerumq; 4. de donat. intèr vir. & vxor.
90 Rota apud Caualer. dec. 280. n. 3. Iudex verò
iniustè, atq; de facto procedens, sicut spo-
liare

liare dicitur, ità neq; possessionem tribuit manutenibilem. *Rota* apud *Card. Canaler. decis.5.num.3. & decis.48. nu.3. & decis.171. num.8. & decis. 432.* Gratian. *forens. part.4. cap.739.num.24.25.& 26.*

Remāsit proindè integrū ius patronatus,
91 & presentādi familiæ de Grauso. Fuit ergo ab omnibus patronis presētatus D.Simeon de Grauso. Ipse ergo instituendus. ex Leone Papa *can. si fortè* 36. aliàs *fin.dist.63.* & ex Concilio Lateranen. in *cap. quoniam 3. de iure patronatus*. Quarè, &c.

Carolus Maranta V.I.D.

Episcopus Iuuenacen.

Verùm, post hanc concisam responsionem, visis actis, præcedentem pleniorem dedimus, & ità pronunciari obtinuimus.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniarum ità sūt quidam auidi, ut nihil omninò dimittant, modò illis expleantur.*
Proprium illas putant sanguinem, et animā.
Et pro Deo illas adorant.
Diligunt sic eas, vt pro illis se perdant, nu.2.
Ex pecuniarum amore mala omnia. nu.4.
Iniustè proindè pecuniæ possidendæ nequaquàm sunt. ex Euripide. num.6.
3 *Prouerbium*: Eum qui suum perdit, sensum perdere. *vel*
Qui censum perdit, sensum amittere.
Et Malè partum, malè disperit. *ex Plauto. num.5.*
Et Lucrum malū, damnum semper fert. *ex Menandro.*
7 *Vsuraria prauitas inter modos pecunias habendi pessima.*
Quia vsura ex alienis fructum percipere tentat.
Rapinam proindè facit vsurarius. ex Ambrosio. num.8.
9 *Vsurarum dominium in vsurarium non transfertur.*
Vel saltem debile.
Vt restituere teneatur.
Quia ex re aliena fructus accipit. num.12.
Et vltrà sortem.
10 *Pecuniæ mutuatæ dominium in mutuatarium transfertur, cum obligatione tantundem in genere restituendi. & num.18.*
Pecunia ex genere suo infructuosa est, neque fructus ex se parit. num.13.
Nisi quatenùs industria subest legitima.
11 *Mutuum dicitur, quòd ex meo tuum fiat.*
Et in his rebus consistit, quæ pondere, numero, mensuraue constant.
Et in genere suo functionem recipiunt.

14 *Vsura eò magis pessima, quo anticipato taxata fuerit. ad rationem putà quindecim in singula centum.*
15 Mutuum dare, & si consilium Domini sit, est tamen præceptum, vt gratis detur, neq; pro illo recipiatur augmentum. *ex Luca 6. 33.*
Mutuum ergo dare, est sine spe lucri. nu.16.
Et iniquum, ex illo lucrum exigere.
17 *Pecunia, quæ mutuò datur, in vsu consistit.*
Ipsoq; consumitur vsu.
Ex illa ergo lucrum exigere, vsura est.
Quia vsus ipse à pecunia distingui non potest.
Et ad commutationes faciendas pecunia inuenta. num.18.
19 *Vsurarius, quod iniustè vsurarum nomine accepit, restituere tenetur.*
Quia cōtra naturam accipit illas. & nu.50.
Etiam si iuramento mutuarius ad illas soluendas se astrinxerit. num.51.
20 *Vsuram peccatum non esse asserens, hæreticus est.*
Quia & diuino, & naturali iure inhibita est.
Vnde ex genere suo mortale.
Vsuram, voragine appellauit Gregorius X. in Concilio Lugdunen. num.21.
22 *Interesse damni emergentis, & vitandi potest mutuans, etiam ex pacto taxare.*
Quia recompensatio damni est. & nu.33.
Non pecuniæ venditio.
Probari verò debet. num.25.
Lucri cessantis præsertim, per requisita, quæ Paulus de Castro *refert.*
Eiusq; doctrinam sequuta fuit Sacra Rota. num.27. & 28. & num.53.
23 *Vsuræ vltrà sortem solutæ, in ipsam cōputantur sortem, illamq; minuunt.*
24 *Mutuatarius, qui mutuo pecunias accepit, non aliud restituere, quàm sortem ipsam debet principalem in eodē genere. & nu.49.*
25 *Vsurarum prohibitio nulla esset, & inanis, si vel palliatò illas exigere liceret, quæ diuino quoquè, ac naturali iure prohibētur.*
Cùm neque de rē propria.
Neque fructifera, exigantur.
Contra iustitiam ergo.
29 *Interesse lucri cessātis difficilis æstimatur probationis.*
Quia vt non ens habetur.
30 *Locus Apostoli ad Galatas 6.7.* Deus non irridetur. *expenditur.*
31 *Cogitationes hominum Omnipotenti Deo nequeunt occultari.*
Quia ipse cognitor secretorum, & Iudex est.
32 *Vsuræ lucri capiēdi causa, & ad quæstum omninò prohibitæ sunt.*
Sunt enim turpia lucra.
Qui talia igitur lucra sectatur, Dei timorē oblitus dicitur,
Et Sacram Scripturam.

Est ergo

Est ergo iniqua vsura. num. 32.
Eoq; pessima, quo anticipatò taxata fuerint. num. 35.
Taxatione vniformi in singulos annos. n. 37. ex Constitutione etiam Pij V.
34 *Vsura est id totum, quod ad sortem ratione mutui formaliter, accedit.*
Dicitur vsura fœnus, quasi fœtus.
Et apud Græcos quasi partus.
36 *Locus Salomonis prouerbiorum* 31. 18. Gustauit, & vidit, quia bona est negotiatio eius.
38 *Confessio extraiudicialis, parte præsente facta, coràm tribus testibus de vsuris exactis, probat.*
Adminiculata præsertim. num. 39.
Vel per facti euidentiam.
Vel per testes, singulares quoquè, qui soluerunt illas.
Vt plenam conficiant probationem.
De æquitate potissimùm canonica. nu. 40.
In materia præsertim vsuraria. nu. 41.
Cùm illa occultè, dolosèq; fiant, & veritas aliàs haberi non potest.
Vel si effectu probetur subsequuto. nu. 45.
42 *Vsurarij censuris quoquè compelli possunt ad computorū libros edendos, vt ex illis vsurarum coarguantur, ex Clemente V.*
43 *Vsurarum exactio, quæ omni iure prohibita est, paciscentium voluntate licita nullo reddi potest modo.*
44 *Testium duorum, vel trium dicto de quacunq; re stabitur.*
46 *Effectus causæ, virtutem in se habet.*
Et ex effectu à posteriori, causam arguimus.
Causamq; indicat producentem. nu. 47.
48 *Testium singularitas si cumulatiua fuerit, non obstatiua, prodest, non vtiq; nocet.*
In re præsertim difficilis probationis.
Adminiculisq; concurrentibus.
52 *Vsurarum ex pecunia acquisitum, restituendum non est.*
Quia ab industria acquisitum illud pendet, non ex pecunia.
54 *Actor si nihil probauerit, absoluendus est reus, quàmuis ipse nihil deduxerit probatione.*
55 *Saulo, siue Paulo Dominus dixit:* Durum est tibi contra stimulum calcitrare.
56 *Locus Matthæi* 5. 26. Amen dico tibi, non exies indè, donec reddas nouissimum quadrantem. *perpenditur.*
Atquè vt arrigantur aures, admonentur homines. num. 57.

ARGVMENTVM.

Vsuraria prauitas pessima. Ex vsura dominium nō transfertur. Quia ex re aliena ob mutuum fructus percipit, propter dilatum tempus, vt restituere vsuras debeat, quia furtum fecit. cùm pecunia ex se fructus nō pariat. eoq; pessima vsura sit, ab initio, & anticipatò vsuræ propter mutuum taxatæ fuerint. Est .n. vsura & diuino, & naturali interdicta iure, vt qui peccatum non esse dixerit, hęreticus habeatur. Quid verò si damni emergentis, vel cessantis lucri causa, vltrà sortem quid exigatur: sit nè fortasse vsuraria exactio? Quæ autem requirantur, vt lucrum cessās iure probari valeat, vel damnum emergens ob moram? Et nùm nè extraiudiciali vsurarij confessione vsura probata dicatur? Et nùm per testes singulares, si singularitas cumulatiua fuerit, non obstatiua? Et nùm sanè iuramentum impedimento sit, nè de vsuraria prauitate dici valeat?

RESPONSIO LXII.

1 SIc pecuniarum sunt quidam auidi, vt nihil omninò dimittant, modò illis expleantur. Proprium illas putant sanguinem, & animam. ità sanè vt pro Deo nūmos adorent. Pecunias modò habeant,
2 neq; homines, neq; Deum verentur. Diligunt sic eas, vt pro illis se perdant, quin si perdiderint illas, se morti magis tradant,
3 sensum amittant: vt dici soleat: *Eum, qui suum perdit, sensum perdere.* vel *Qui censū perdit, sensum amittere.* quippè (Antiphani Gręco ascribitur)

Sanguis hominibus, & anima sunt pecuniæ.
Has ergo quisquis possidere non potest,
Viuos inter, mortuus deambulat.

4 Hinc igitur vsuræ, hinc furta, rapinæ, hinc iniustitiæ, hinc homicidia, & malà deniq;

omnia, vt pecunias quærant. sed *Malè par-*
5 *ta, malè dilsperennt.* vt Plautus in Penulo
dixit:
Malè partum, malè disperit.
Nàm Menander vt docet.
Lucrum malum damnum semper fert.
Et ille alter.
At calamitates lucra turpia afferunt.
monebat proindè satis aptè Euripides:
6 *Iniustè ne possideas pecunias, si vis longo*
Tempore in ædibus manere. Quicquid enim
iniquè
Domi cumulaueris, non potest esse saluum.
eodemq; modo, & Menander.
Cupido habendi altena, maximum malum.
Aliena namquè qui student asciscere
Sæpè excidentes spe sua, contra bonis
Alijs addunt ipsimet tandèm sua.
7 Inter modos autem pessimè pecunias ha-
bendi, prauitas est vsuraria. Nàm vsura ex
8 alienis fructũ percipere tentat, non ex pro-
prijs. rapinam proindè facere dicitur, (ex
Ambrosio *can. si quis vsuram* 10. 14. *quæst.* 4.)
qui vsuras exercet. sic Ambrosius: *Si quis*
vsuram acceperit, rapinam facit, vita nõ viuet.
9 Dominium enim eorum, quæ ex vsuris ac-
cipit, in eum non transfertur, vel saltim de-
bile, vt restituere teneatur. vt post *Nauar.*
& alios retulimus *respons.* nostra 91. *num.* 33.
par. 4. sequiturq; Eminentiss. Dom. *Cardi-*
nalis de Lugo de iustit. & iure tom. 2. *disput.* 25.
sect. 11. *num.* 204. & 206. *S. Thom.* 2. 2. *q.* 78.
art. 1. *in corpore.* & *art.* 2. *ad.* 5. & infrà dice-
mus. Et quidèm quod ex alienis fructum
percipiat, id manifestissimè patet. Mutuatę
10 namq; pecuniæ dominium in mutuatariũ
transfertur, cum obligatione tantundem
11 restituendi, cùm ità detur, vt ex meo tuum
fiat: & non vt eandem speciem, sed idem
genus restituas. Mutui enim datio in his
rebus consistit, quæ pondere, numero, men-
surauè constant, & in genere suo functionẽ
recipiunt, per solutionem magis, quàm per
speciem. vt Paulus lib. 28. ad edictum do-
cet in *l. mutuum* 2. & *§. mutui datio ff. de re-*
bus creditis. & si certum petatur. & Imperator
in *§. mutui autem obligatio. Instit. quibus mo-*
12 *dis contrahitur obligatio.* Ex re igitur alie-
na fructus quis percipit, cùm ex mutuo
pecunia data, vsuras accipit. contrà iusti-
tiam proindè. vt meritò ad acceptarum
vsurarum restitutionem teneatur. Quia vl-
trà sortem, ratione mutui, ex dilatione tẽ-
poris, ex re, quæ suo ex genere fructus mi-
nimè parit, vsuras illas quasi fructus exigit,
ac percipit. ex Augustino *can. si feneraue-*
ris 1. & Ambrosio *can. plerią;* 3. & Conci-
lio Agathensi *can. vsura* 4. 14. *q.* 3. Pecunia
13 verò ex genere suo infructuosa est, nec fru-
ctus parit, neq; ex se parere potest, nisi qua-
tenùs industriæ, ipsiq; legitimæ subest. ex
S. Thoma d. quæst. 78. *art.* 1. & 2. ibiq; *Caie-*
tan. ex S. Ioanne Chrysostomo in *can. eij-*
ciens dominus 11. *§. sed est. dist.* 78. Rota apud
sanct. memor. *Gregorium XV. decis.* 80. *nu.* 9.
Ioan. Azor. instiiut. moral. par. 3. *lib.* 5. *cap.* 2.
quæst. 4. *per tot. Trullenk in opere morali to.* 2.
lib. 7. *cap.* 19. *dub.* 1. *nu.* 1. & 2. *Ioan. Bapt. Ciar-*
lin. controuers. forens. cap. 29. *num.* 26. & *seq.*
& *nu.* 35. diximusq; *respons.* nostra 72. *nu.* 11.
part. 3. & *respons.* 79. *num.* 43. & *seq.* & *nu.* 52.
part. 4. Vsurarij proindè, atq; omninò vsu-
rarij, & fœneratitij fuerunt cõtractus, quos
annis præteritis Dominus Lucarellus cum
D. Ioanne Baptista Zancaglione, & alijs
Dominis Canonicis Auersanis ex causa
puri mutui pro ducatis tercentũ quinqua-
ginta inijt, Anno quipppè 1632. in altero
eorum contractu Adm. Reu. D. Francisco
Compagnono Canonico, & alijs Canoni-
cis ex causa veri, & puri mutui, dedit cen-
tum quinquaginta ducatos, sed illos cùm
interesse, seù fœnore deduxit quindecim
in singula centũ anticipatè; & sedens scri-
psit citò pro ducatis centum septuaginta
duobus cum dimidio, die tertio mẽsis Au-
gusti, cum pacto tamen, illos restituendi in
fine mensis iulij 1633. In alio verò instru-
mento die 27. mensis Iulij 1632. eidem
D. Francisco Compagnono, Ioanni Bapti-
stæ Zancaglione, & alijs Canonicis mutuò
quoq; dedit ducatos alios ducentum; sed
anticipatò interesse calculauit pro quin-
decim in singula centũ. in ducatos bisscen-
tum triginta, cum pacto quoquè in fine
mensis iulij illos restituendi. Accepit itaq;
ipse Lucarellus in singulos annos vsuras
quindecim in singula centum. Quin cùm
pro instrumento inito centũ quinquagin-
ta; scripsissetq; pro centum septuaginta
duobus, & dimidio; vt vsuras anticipatò
deduceret, quinquaginta capitalis cum in-
terusurio præterito recepisset, nihilominùs
tamen firmum illud remanere voluit pro
centum quindecim; vt anticipatò semper
calculata remanerent quindecim pro fœ-
nore. Fit autem hoc manifestum, quando
enim ipse die 7. Iulij 1648. per Tribunal
Nunciaturæ Apostolicę citationem aduer-
sus dictos Dominos Canonicos relaxari
fecit, pro ducatis centum quindecim ex-
pressit. & pro alia summa pro ducatis bis-
centum triginta: calculauit proindè sem-
per anticipatò fœnus quindecim in singu-
14 la centum fol. 6. & 7. Hoc autem vsura
est; eoquè pessima, quòd anticipatò fœnus
15 ipsum deduxit, contrà etiam Domini prę-
ceptum; & si consilium, quòad mutuum
dandum. ex *S. Thoma d. quæst.* 78. *art.* 1. *ad*
quartum. nàm vt gratis detur præceptũ est,
non consilium. Sic enim ipse Lucæ 6. 33.
Et si benefeceritis his, qui vobis benefaciunt;
quæ vobis est gratia? Siquidem & peccatores
hoc faciunt. Et si mutuum dederitis his, à qui-
bus

*bus spectatis recipere; quæ gratia est vobis?
nàm & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt
recipiant æqualia. Verùmtamen diligite inimi-
cos vestros: & benefacite, & mutuum date, ni-
hil indè sperantes: & erit merces vestra mul-
ta, & eritis filij Altissimi, quia ipse benignus*
16 *est super ingratos, & malos.* Mutuum itaquè
dare, est sine spe lucri. Iniquum itaq; erit,
& contra naturę ius lucrum, illudq; ex mu-
17 tuo, quod gratis præstari debet, exigere.
ex Vrbano Tertio in *cap. consuluit* 10. *de
vsur.* qui eiusdem Domini verba *d. cap. 6.
Lucæ* refert. eaquè latè deducit *Turrian. in
2. 2. Diui Thomæ, tom. 2. disput. 60. dub. 6. Ma-
rius Antonin. variar. resolut. lib. 1. resolut. 12.
num. 12. Ioan. Escobar à Corro de vtroq; foro.
art. 5. casu 2. num. 266. &* 267. Rota in *Roma-
na fructuum 26. Aprilis* 1591. coràm *Blan-
chetto decis. 42. num. 5.* apud *Zacchiam de so-
cietate. Ciarlin. cap. 157. num. 6. & 7. part. 2.
controuers. forens.* Quia, (vt diximus) pecu-
nia, quæ mutuò datur, in vsu cōsistit, ipsoq;
consumitur vsu. vel igitur ex pecunia mu-
tuans vsuras exigit, vel ex vsu pecuniæ. ex
pecunia non vtiquè, quia fructus illa nul-
los parit, nisi quatenùs subest industriæ: nō
verò ex vsu, quia distingui ille à pecunia
18 non potest: ad cōmutationes enim facien-
das pecunia inuenta est, & in ipso vsu eius
consistit vtilitas. At mutuatæ pecuniæ do-
minium, in mutuatarium transfertur, cùm
obligatione tantundem restituendi; vndè
ipsi, vel deperit, vel minuitur, vel augeatur
pecunia, modò æquiualens eodem in gene-
re mutuanti restituat. ex re proindè alte-
19 rius fœnus illud exiget. contra naturam
ideircò aget, atq; contra iustitiam; vt re-
stituere id omne teneatùr, quod iniustè,
vsurarum nomine, accepit. ex *S. Thoma
d. quæst. 78. art. 1.* vbi *ad tertium.* ex Philoso-
pho 1. *politicorum.* vsurariam acquisitionē
pecuniarum, esse maximè præter naturam.
(inquit) & *art. 2. Ioan. Azor. par. 3. lib. 5. c. 2.
quæst. 4 Turrian. in 2. 2. Diui Thomæ disp. 60.
dub. 4. Card. Tolet. in instruct. sacerdot. lib. 5.
cap. 28. Rota* apud sanct. memor. *Gregor. XV.
decis. 80. per tot. Trullenk d. cap. 19. dub. 2.
num. 4.*
20 Vsuram verò peccatum non esse assere-
re, illiusq; vsum licitum, hæreticum est; cū
iure etiam diuino, nec dùm naturali, vt di-
ximus, sit vsura probibita, vtpotè ex gene-
re suo mortale. ex Ambrosio *d. can. pleri-
què 3. 14. quæst. 3.* & ex Alexandro Tertio
in Concilio Lateranen in *cap. quia in om-
nibus 3.* & Panormitano Episcopo in *cap.
super eo 4. de vsur.* & ex Concilio Niceno
in *can. quoniam multi 2. distinct. 47.* ex Con-
cilio Martini Papæ cap. 62. in *can. si quis
oblitus Dei timorem 4. 14. quæst. 4.* & ex Cle-
mente V. in Concilio Viennen. in *Clement.
ex graui. vnic. §. fin. de vsur.* & ex Gregorio
Decimo in Conciliò Lugdunen. in *cap. 1. de*
21 *vsur. lib. 6.* Vsurarum voraginem (quæ ani-
mas deuorat, & facultates exhaurit) com-
pescere cupientes. dicens: voraginem ita-
què vocat vsuras. sequitur *Card. Toletus d.
lib. 5. cap. 28. num. 3. circ. fin.* latèq; deducit
Eminentiss. *Card. de Lugo tom. 2. de iustitia.
d. disput. 25. sect. 2. num. 8. 9. & seq. Turrian.
d. disput. 60. dub. 6. per tot.* præsertim verò
num. 9. in fin. Trullenk. d. cap. 19. dub. 2. nu. 3.
sequiturq; *Rota decis. 307. nu. 3. par. 4. diuers.*
collecta per *Farinac. & decis. 7. sub num. 2.
post 2. volum. consiliorum eiusdem Farinacij.
Ioan. Escobar à Corro de vtroquè foro. d. art. 5.
casu 2. num. 266.*
Obstaculum haud proindè faciet, quod
objiciunt Aduersarij: mandatum execu-
tiuum relaxandum esse per Curiam Epi-
scopalem Auersanam aduersus mutuata-
rios, etiam pro interesse lucri cessantis.
22 Quòd nimirùm; possit mutuans absquè
peccato in pactum deducere recompensa-
tionem damni, quod sibi ex data mutuò
pecunia oriri potest; non enim hoc est ven-
dere pecuniam, sed damnum vitare, ac re-
ficere, si quod acciderit. ex *S. Thom. d. q. 78.
art. 2. ad primum. Ciarlin. d. cap. 29. num. 27. &
28. 29. & 30. Ioseph de Ianuario resol. moral.
resol. 8. num. 1. & seq. Nauar. manual. cap. 17.
nu. 211. & 212. & cons. 11. lib. 5. de vsur. Sayr.
decis. 2 et decis. 7. eod. tit. Ciarlin. cap. 157. nu. 1.
& seq. par. 2. controuers. forens.*
Non enim in hoc casu nos vertimur, sed
in satis diuerso. Instrumenta quippè, quæ
Lucarellus in Curia Nuntiaturæ Apostoli-
cæ, per quam ad eandem Curiam Episco-
palem causa remissa est, præsentauit, in
mutuò formali loquuntur, & super vero,
puroq; mutuò contracta fuere cum vsuris
anticipatè ad rationem quindecim in sin-
gula centum: namq; biscentū pro biscen-
tum triginta numerata fuere, & centum
quinquaginta pro centum septuaginta
duobus cum dimidio. non ergò in ratione
damni emergentis nos vertimur, sed in pu-
13 ro muto cum vsuris. solutæ igitur vsuræ, in
sortem computabuntur. ex *l. indebitas 18.
C. de vsur.* & ex *S. Thoma d. quæst. 78. artic. 1.
in corpore. & artic. 2. ad sextum.* & ex Vrba-
no Tertio *d. cap. consuluit 10. in fin. de vsur.*
& sequuta fuit *Rota d. decis. 80. num 9.* apud
sanct. mem. *Gregorium XV. Ciarlin. d. cap. 29.
num. 30. Gratian. forens. par. 5. cap. 911. nu. 1.
& seq.* dixit Rota in *Romana societatis 3 Iu-
nij* 1600. corā *Card. Millino* apud *Zacchiā de
societ. decis. 4. nu. 3. & nu. 7.* Nullū itaq; man-
datum relaxari poterit, nequè pro vsuris,
quæ non debentur, & naturæ iure, atquè
diuino prohibitę sunt, vt ostendimus; neq;
pro sorte principali, cùm illa iàm soluta
fuerit, & satis, superq;, & ex abundanti. Ne-
24 què porrò aliud restituere mutuatarius

debet, quàm sortem ipsam principalem, pecuniarum scilicet quantitatem, quam recepit mutuò, in eodē genere. *ex S.Thom. d.quæst.78.art.1.& 2. De Iannario d.resolut.8. num.3.* & in superioribus diximus. vsuras autem restituere debet. vt etiam diximus.

25 Alioquin vsurarum ipsa prohibitio, etiam diuino iure, & in veteri, & nouo testamento scripta. ex Alexandro III. in Concilio Lateranen in *d.cap.quia in omnibus 3.et cap. super eo 4. de vsur.* ad nihilum deseruiret, atq; inanis esset. Quisquè nempè, qui vsuras exigit pro mutuò, pro interesse vtiquè, atq; mutuatæ pececuniæ interusurio exigit; prohibetur verò; quia neque de re propria, neque fructifera, illas exigit. contra iustitiam proinde facit, si exigat, vt ad

26 restitutionem quoq; teneatur, vt diximus. Quando verò pro interesse, vel damni, quod mutuatarij culpa mutuans passus fuit; vel cessantis lucri, vsuras exigere quis tentat; vtrumq; probare debebit: ipsum scilicet mutuantem merces consueuisse comparare, & dammum propterea exhausisse; & lucrum, quod percepisse poterat, amisisse. ex Sceuola lib.15.quæstionum in *l.non vtiq; 3. §.fin. ff.de eo, quod certo loco.* ibiq; *Paul. de*

27 *Castr.num.3.* qui requisita enumerat, vt interesse peti valeat, vel cessantis lucri, vel damni emergentis: & quòd solitus negotiari sit ille, qui mutuò dedit, pecuniamq; si habuisset, negotiatus vtiq; fuisset, arguè

28 in causa proxima lucrum percepisset. fuit propterea ex mutuatarij mora in damno; & emergentis damni, & lucri cessantis. vt refici vtrumq; ei debeat, si verè damnum passus fuit. quę *Castri* doctrina ab omnibus est vnanimi recepta consensu. vt latè per *Afflict.decis.20.nu.2.& seq.& decis.316. Rota* apud *Card. Seraphin. decis.88.nu.1.& seq.& decis.186. per totam.* apud *Coccinum decis.6. num.1.& decis.356.num.4.& 5.& decis.498. num.1.& 2.* & apud *Card.Caualer.decis.136. num.2.in fin.& decis.345. num.7.* sequiturq; *Turrianus* ex Theologis *in 2. 2. Diui Thomæ tom.2.disput.61. dub.2.& 3. Ioan.Azor. d.lib.5.par.3.cap.4.quæst.1.* Eminentiss. Dominus meus *Card. de Lugo d.disp 25. sect.6. & Card.Tolet. d.lib 5.cap.33.nu.3.Tillenk. d.cap.19.dub.8.& 9. Ciarlin.d.cap.29.nu.38. 29.& seq. & num.52.& seq. Nauar. cons.21. nu.3.lib.5. de vsur. Gratian.d.cap.911.nu.20. 21.22.& 23.Menoch.de arbitr.lib.2.centur.2.*

29 *casu 119. per tot.* qui num.4. lucri cessantis interesse, difficilis probationis esse asserit: quia ab euentu dependet, & vt non ens habetur. *Ciarlin. d.cap.29.nu.30.& d.cap.157. num.8.9.& seq. par.2. Ioan. Escobar à Corro d.artic.5. num.267. De Iannario d.resolut.8. num.7.* Rota in *Romana fructuum* coràm *Blanchetto d.decis.42. nu.2.& seq.* apud *Zecchiam de societate.*

Tantùm verò abest, vt Domini Canonici mutuatarij, in mora fuerint soluendi formaliter, & ipse Lucarellus, si pecuniam habuisset, lucratus fuisset, quod probari debet; vt hoc vnum magis affectauerit, mutuò datas pecunias, in manibus permanere Canonicorum, sicq; ipse vsuras perciperet quindecim in singula centum in singulos annos; sicq; etiam Deum, & Homi-

30 nes illuderet: sed Deus non irridetur. vt Apostolus inquit Paulus *ad Galatas 6.7.* dicens: *Nolite errare: Deus non irridetur.* hoc est: nolite vos ipsos fallere, vanis excusationibus, quæ valere possunt apud Homines, sed non apud Deum; quia Deus non irridetur. vt ex *Estio*, & *Cornelio à Lapide*. sequitur *Ioannes à Gorch*. id est nō fallitur. ideò scit, an excusatio sit condigna, & veram. ex *Carthusiano* eodē loco. Non potest decipi, *Glossa interlinearis* ibidē adnotat.

31 Quia nimirùm cogitationes Hominum Omnipotenti Deo nequeunt occultari. vt Genuen Archiepiscopo Alexander Tertius respondit in *cap.in Ciuitate 6. in fin.de vsur.* secretorum enim, & cognitor Deus, & Iudex est. ex Vrbano Secundo in *can. erubescant 32.in fin.dist.32.* Scit itaq; Deus, pecunias idcircò illum dedisse, vt in singula centum quindecim extraheret, vsuraiq; lucraretur. *E che esso staua bene in conscienza, à pigliarsi 15. ducati per cento l'anno di terze, atteso si esso l'auesse impiegati in altri negotij li suoi danari, ne li saria venuto l'interesse à trenta per cento.* Vt deponit Dominus Canonicus Scipio de Auxilio fol.35. Optima quidē ratio, vt vsuras omni aliàs iure prohibitas, & naturali, & diuino, sarcta tectas red-

32 dat. Sed toto aberrat Cœlo. Nàm vsuræ lucri captandi causa, & ad quæstum, prohibitæ ōmninò sunt. Cùm turpia sint lucra ex auaritia prouenientia, vndè qui talia sectatur lucra, Dei timorem oblitus dicitur, & Sacram Scripturā. Quę (*psal.14.5.*) illum ad æterna tabernacula peruenturum dicit: *Qui iurat proximo suo, & non decipit; & pecuniam suam nō dedit ad vsuram.* Vt inferat consequenter: illum, qui ad vsuram pecunias dederit, ad æterna tabernacula non peruenturum, neque in Monte Sancto Dei requieturū. Damnabitur proindè. est ergo iniqua vsura. vt docuit, tradiditque Martinus Papa in Concilio apud ipsum *d. can. si quis oblitus 4. 14.quæst.4.* & Concilium Nicenū *d.can.quoniam multi 2. dist.47.* & est repetitum in *can. quoniam multi 8. eadem 14.quæst.4.* ibiq; *Gloss.* verbo *ad quæstū.*

33 Quod secus sanè est, vbi interesse, ratione damni debetur ex mora; tunc namq; vsuræ non sunt, sed damni refectio. vt eadem *Gloss.d.verbo ad quæstum.* sequitur. & *S.Thomas d.quæst.78.art.2.ad primum. De Iannario d.resolut.8.num.1.& 3. Nauar.man.d.cap.17. num.211.*

num.211.& 212. Sayr.d.decis.8.& 7. de vsur.
Ciarlin. d.cap.157.num.1.& seq.par.2. Cum
34 alioqui vsura id totũ est, quod ad sortem,
rõne mutui formaliter accedit, non ex alia
causa ex Augustino *d.can. si fæneraueris 1.* &
Concilio Agathẽsi in *d.can. vsura 4. 14.q.3.*
& Card. Tolet. d.lib.5. cap.28. num.1. dica-
turq; vsura fœnis, quasi fœtus: sicut apud
Græcos Tókor. tochos, quasi partus dicitur:
vt *idem* ibidem sequitur *Toletus, & Turria-*
nus d.disput.60.dub.4.nu.1. Ciarlin. d.cap.29.
num.26. Perpẽdant proindè (quæso te) Do-
mini, qui iudicabunt, quid sanè causæ fuit,
quòd ab anno 1633. mense Iulij, quo tem-
pore mutuatarum pecuniarum restitutio
fieri debebat, quamuis ab initio vsuræ ad
quindecim in singula centum taxatæ fue-
35 rint, quod planè iniquũ est, & ex hoc vno
vsurariam prauitatem redolet: vt pluribus
Gratianus deducit *d.cap.918. num.1. & seq.*
sequiturq; *Ciarlin. d.cap 29. num.30. & d.cap.*
157. à num.8. & seq. Rota d.decis.42. num.5.
coràm *Blanchetto* apud *Zacchiam de societ.*
nunquàm tamen anteà Lucarellus, vt sibi
pecuniæ restituerentur, loquutus fuit; sed
per totos annos sexdecim vsuras exegit;
nisi postquàm deprehensus, ad iurgia cum
dictis Dominis Canonicis venit. Gustaue-
36 rat enim ipse, & videtat, quia bona erat
negotiatio eius analogicè ad illud Salo-
monis *prouerbiorum 31.18.* de muliere for-
ti, & prudenti: *Gustauit, & vidit, quia bona*
est negotiatio eius, non extinguetur in nocte
lucerna eius: ne sic facilè hæc sibi extingue-
retur lucerna; sed ad Inferos cum vsuris
37 descenderet. Quæ planè taxatio vniformis
in singulos annos, & ab initio, vsuraria
æstimatur, atq; prohibita. *Rota* apud *Sera-*
phinum decis.599. num.1. ex Constitutione
etiam Pij Papæ V. quæ incipit: *In causa*,
cuius meminit ad rem *Ciarlin. d.cap.29 nu.*
32. Rota d.decis.42. num.5. coràm *Blanchet-*
to. deduciq; pleniùs idẽ *Ciarlin. d.cap.157.*
à nu.15. cum seq. par.2. Ipse igitur, qui aquã
mouit contra se, edicto causam dedit, vt
Domini Canonici se, suaq; tuerentur iura.
Indè conuictus ipse confessus fuit, & non
negauit; & cõfessus fuit quindecim in sin-
gula centũ tot annis exegisse pro interu-
rio pecuniarum mutuò illis datarum; di-
cens: *E se vi rincresce pagare ducati quindeci*
per cento, mi douenito restituire il mio capitale
delli ducento ducati fini all'anno, che me l'ha-
ueria industriati con più guadagno. vt depo-
nit Clericus Thomas Buttiglierius fol. 23.
& cum eo, de loco, & tempore contestes,
D. Ioseph de Amico fol.26. & Clericus An-
38 tonius Palomba fol. 27. Confessio autem
hæc, licèt extraiudicialis, partibus ta-
men præsentibus, & acceptantibus, tri-
busq; de ea testibus deponentibus, in
hac præsertim materia, vsuraria, infirma

haud habenda erit: Quando nimis indi-
gnum esse, (Iustinianus Cæsar edixerit)
quod sua quisquè voce dilucidè protesta-
tus est, id infirmare velle: in *l. generaliter*
sancimus 13. C. de non numer. pecun. eiusdẽq;
sensus esse videntur Diocletianus, & Ma-
ximianus Cæsares in *l. cùm precum 9. C. de*
liberali causa. sequiturq; *Menoch. de præsũpt.*
lib.3. præsumpt.130. num.50. Doctores in cap.
fin. de success. ab intest. Paris. cons.10. num.45.
volum.2. Grauett. cons.267. num.1. Afflict. de-
cis.364. num.4. qui refert *Gloss. in l. inter om-*
nes 26. aliàs *fin.* verbo *vel indicijs. C. famil.*
ercisc. Rota apud *Coccin. decis.297. num.1.* &
apud sanct. mem. *Gregorium XV. decis.408.*
num.2. & seq. ibiq; *Beltramin.* Addens *nu.5.*
cuius quoquè decisionis meminit *Farinac.*
cons.200. num.6. lib.3. & *Rota par.1. in recen-*
tioribus decis.158. num.11. & apud *Burattum*
decis.213. num.35 ibiq; *Ferrentillus* Addens
39 *nu.5.* Præsertim verò, quòd hæc ipsa con-
fessio ex facti ipsa euidentia, alijsq; testi-
bus, quàmuis singularibus, qui etiam ipsi
Lucarello soluerunt mandato Dominorũ
Canonicorum, cùm partes diuidebant, cu-
mulatissimè adminiculatur. vt plenã con-
ficiat probationem: vti animaduertit *Rota*
40 apud *Coccinum d.decis.297. num.2.* de æqui-
tate potissimùm canonica, etiam parte ab-
sente: ex *Rota d.decis.408. num.2.* apud *Gre-*
gorium XV. Rota apud *Burattum decis. 228.*
num.5. & decis.333. num.8. in materia vsura-
ria ex Innocentij III. sensu in *cap. illo vos 4.*
in fin. ibiq; *Gloss. fin. de pignoribus.* sequiturq;
Marius Antonin. variar. resolut. lib.3. resol.17.
num.1. & vbi aliàs veritas haberi nõ potest.
Farinac. de opposition. contra testes. quæst.60.
num. 61. Rota apud *Burattum d. decis. 458.*
41 *num.4. & 5.* Ob quarum odium, vt illæ ab-
scindantur; & quòd occultè, doloseq; fiant;
42 possunt etiam censuris vsurarij compelli,
ad proprios, & priuatos libros computorũ
edendos, vt ex illis vsurariæ prauitatis iure
coarguantur. vti Clemens V. in Concilio
generali Viennen. in *d. clement. vnic. §. cæte-*
rùm quia de vsur. disposuit, statuitq;. Neq;
43 modo vllo paciscentium voluntate, vsura-
rum exactio, quæ vtroq; iure, & diuino, &
naturali, atq; etiam positiuo Ecclesiastico
prohibita est, licita fieri potest. vt post
alios idem sequitur *Ioannes Escobar à Corro*
d. art.5. num.266. & 267. de vtroq; foro. Rota
in d. Romana societatis coràm *Card. Millino*
d. decis.4. num.3. apud *Zacchiam de societ.* latè
Ciarlin. d.cap.157. nu.9. n.10. & seq. & nu.42.
& seq. par.2.

Nihil igitur ad rem, quod de testibus
singularibus obijciunt. Cùm quidem
quod præter facti euidentiam, & solutio-
nes, quas recepit, ipsa eius confessio per
tres testes concordes de eodem tempore,
& loco, eademq; causa, partibus præsenti-

44 bus

44 bus hanc veritatem confirmat. In ore au-
tem duorum, vel trium testiũ stabit omne
verbum. ex Domini nostri IESV Christi
sententia *Matthæi* 18.16.sequiturq; dispoſi-
tionem Alexander III. Matthæo Cardinali
scribens in *cap.licèt vniuersis 23. in finalibus*
verbis.de testibus. & Paschalis Papa in *cap.*
in omni negotio 4.eod.tit.de testib. Gloss.d.cap.
licèt vniuersis. verbo *duorum.* diximus *resp.*
45 nostra *3. num.1.par.3.* Quam sanè confes-
sionem veram probauit effectus ipse subse-
quutus, cùm post illam Lucarellus, vt mina-
tus fuerat, Tribunal adiuerit Nuntiaturæ
Apostolicæ. Ex effectu autem, & si à poste-
46 riori, causã arguimus. Effectus enim cau-
sæ virtutem in se habet. ex *S.Thoma quodli-*
47 *beto 12. quæst.20. art.31.* causamq; indicat
producentem. Vndè omne tale dicitur,
quale ex effectu perpèditur. vt inquit *Bald.*
cons. 344. super eo, quod quæritur. post princ.
lib.1. Ostendit igitur, verum esse, quod di-
xerat, *di farli cõuenire dal primo anno di ter-*
ze, e capitale. vt Buttiglierius dicit d.fol.23.
à ter. & D. Ioseph de Amico fol.26. in fin.
48 Tùm etiam, quòd hæc testium singula-
ritas obstatiua minimè est, sed cumulati-
ua. in re præsertim difficilis probationis,
concurrentibus quoq; adminiculis. vt di-
xit *Rota part.2.in recentiorib. decis.483.nu.9.*
Gabr.lib.1.tit.de testib. concl.2.nu.76.in 12.li-
mitat. Rota apud *Card. Seraphin. decis.1029.*
nu.12. & par.1. diuersor. decis.191.nu.4. Phi-
lipp.Portius reg.34.in fin.in 12.limitat. Couar.
lib.3.variar.resolut. cap.3.num.5. Aymon con-
sil.35. num.15. & cons.78.num.7. Rota apud
Card.Canaler.decis.161.num.7. Farinac.de te-
stibus. de oppositionibus contra personas testiũ
quæst.64.num.112.
Nequè obstaculum facit, quod obijciũt;
confessionem extraiudicialẽ aduersus in-
strumentum debere probari per quinque
testes. & quòd Canonici audiri non de-
beant, cùm sint periuri.
Quia nimirùm aduersus instrumentum
illi non veniunt, neq; negant instrumentũ;
sed in iudicium ipsi vocati, excipiendo, ex-
ceptionẽ opponunt vsurariæ prauitatis; &
ex instrumento ipso patet, interesse, (magis
autem vsuras) anticipatò taxatas fuisse in
quindecim in singula ipsa centũ, & præter
depositiones eorũ, qui ipsas soluerunt, per
confessionẽ quoq; probatur extraiudicialẽ
ipsius Lucarelli, vt in superioribus deduxi-
mus. Non itaquè aduersus instrumentum
ipsi veniunt, neq; aduersus iuramentum
obluctantur Canonici, quin in illo persi-
stunt, opponentes solutionẽ per ipsas vsu-
ras, quas mutuans extrahere minimè pote-
49 rat gentium, nequè ad aliud ipsi mutuarij
tenebantur, quàm ad mutuatas reddendas
pecunias, quas ex abundanti restituerunt.
vt ex *S. Thoma*, & alijs Theologis suprà
ostendimus. non sunt itaq; periuri. nequè
aduersus instrumentum puri mutui, cum
taxatione vsurarum anticipatò ad rationẽ
quindecim in singula centũ, eunt inficias,
sed illud cõfirmant: dicunt verò, se soluis-
50 se, & ex abundanti. Ad reliquorum autem
restitutionẽ, suprà datas mutuò pecunias,
teneri Lucarellum. ex *S.Thoma*, & alijs in
superioribus deductis.
Nequè iurauerunt ipsi, non opponere
51 vsurariæ prauitatis exceptionem. & nihi-
lominùs adhùc cogendus esset Lucarellus
ad exactas reddendas vsuras. vt Alexan-
der III. Episcopo Vigilien respondit in
cap.debitores 6. ibiq; *Gloss.* verbo *cogendi.de*
iure iurando. & adnotat *Glossella marginalis*
ibidẽ. ex *S.Thoma d.q.78 art.3.* in quo agit;
52 an acquisitum ex pecunia vsuraria sit re-
stituendum? & negatiuè respondet; quia
conquisitum illud ab industria pendet, nõ
53 ex pecunia vsuraria. Quod autem de in-
teresse dicunt, vel damni emergentis, vel
cessantis lucri, ratione moræ, eius erit, qui
actor est, legitimis deducere probationi-
bus. ad terminos *text.in d.l.3. § fin. ff.de eo,*
quod certo loco. & *Castrense* ibidem, vt in
54 superioribus deduximus; vt si nihil ipse
præstiterit, absoluendi sint rei. ex regula
tex.in cap.fin.§ fin.de iure iur. cap.cùm Eccle-
sia Sutrina 3. in fin.de caus.possess.& propriet.
Verall. decis.11. num.2.& 3. part.1. diximus
respons. nostra *99.num.28.& 29. part.4.*
In reliquis verò, iàm satis apertè perspi-
citur, Lucarellum iudicium fugisse, ac fu-
gere, magis quàm prosequi, vel voluisse, vel
adamare. Durum enim sibi videtur, con-
tra stimulum calcitrare. vt Saulo Dominus
55 dixit IESVS (Actuum 9.5.) *Durum est tibi*
contra stimulum calcitrare. Dicat proindè, vt
ille respondit: *Domine quid me vis facere?*
& respondebit ei: *Surge, & ingredere Ciui-*
tatem, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat face-
re. Surgat igitur, & circumeat Ciuitatem,
diligentiq; scrutinio conscientiam suam
scrutetur, & inueniet, sine dubio, vsurarium
instrumentũ fuisse. Ne alioqnin in Orcum
decidat, atq; in carcerem mittatur. *Amen*
56 *dico tibi* (Dominus dixit Matthæi 5. 26)
non exies indè, donec reddas nouissimum qua-
drantem. Sed nunqnàm reddes. nunquàm
57 ergo exies indè. Qui ergo habet aures au-
diẽdi, audiat quid spiritus dicat Ecclesijs.
Ioan.in Apocalypsi 3.22.
Atq; ità ex his, quę à supercilio non sub-
trahimus Aristarchi, quin illi lubẽtèr subij-
cimus, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Defectus duplex in intelligente datur: vnus intellectus dicitur, voluntatis alter. ille quidem malus, hic verò pessimus.*

Locus affertur Psalmi 35.4. & expenditur. num. 2.

Elucidaturq; ex can. si decreta 2. dist. 20. *num, 3.*

2 *Locus Psalmi* 35. 4. Verba oris eius iniquitas, & dolus; noluit intelligere, vt benè ageret. *expenditur ex Augustino.*

4 *Canones ignorare nulli est licitum.*

Sicuti &, quæ publicè facta sunt. nu.5.

6 *Facta publica ab omnibus sciri debent.*

7 *Locus Lucæ* 24. 28. vbi Dominus se fingit longiùs ire. *deducitur.*

Expenditurq; idem locus, quando Dominus Discipulos in Emmaus euntes reprehendit, quòd non crederent eum à mortuis resurrexisse. num.8.

9 *Magdalena Christum sublatum à monumento putauit, tùm adhùc eum à mortuis resurrexisse non crederet.*

10 *Vsuræ sunt omni iure prohibitæ. & nu.67.*

Nihil enim iniquiùs, quã cùm vsuræ arte nequissima, ex ipso auro aurum nascitur. ex Ambrosio.

Quarè nemo illas exigi posse ex mutuo dicet. num.12.

Nam vsuria in hæresim propendet. nu.67.

11 *Instrumentum ad rescindendum, quinque perquiruntur testes, ipsiq; rogati.*

12 *Canonica disciplina, quod est contrarium, nemo sanè mentis admittet, nisi demens, & peruersi sensus esse voluerit.*

13 *Testes duo de confessione extraiudiciali in crimine vsurarum probant.*

Multòq; magis tres contestes, de loco, tempore, & causa.

14 Text. in l. testium facilitatem 17. C. de testibus. *Iustiniani Cæsaris, expenditur.*

15 *Solutionem pecuniæ scriptura datæ, receptaq; qui alitèr quàm per scripturam probare voluerit, non auditur, nisi per quinque testes, illosq; rogatos probarit.*

Imputetq; sibi, cur non scriptura soluit.

16 *Locus Lucæ* 16. 8. Quia filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt, *expenditur.*

17 *Testes singulares, non singularitate obstatiua, sed cumulatiua admittuntur, in crimine præsertim vsurarum.*

18 *Confessus pro iudicato habetur.*

Etiam extraiudicialitèr.

Præsertim, si confessio nõ ad obligandum, sed ad liberandum tendat.

Et in odiũ criminis, siuè simonia, siuè vsura.

Parte potissimùm præsente. num.21.

22 *Crimina vndequaq; prodierint, punienda sunt.*

23 *Peccatis fomenta adhibẽda non sunt, sed omni diligentia præscindenda.*

24 Decisio Afflicti 105. num.4. *declaratur.*

25 *Verba Sapientum, quasi claui in altum defixi. ex Ecclesiaste perpenditur.*

26 *Vicinus vicini facta scire, nosseq; præsumitur, sicut & ciuis ciues.*

27 *Inuerisimile non est, quem confessum fuisse, quod sibi licere putauit.*

Neque sit natura contrarium.

28 *Testes omni maiores exceptione putantur, si nihil contra eos opponi valeat.*

Et qui repelli nõ possunt aliqua exceptione.

Idonei verò semper dicuntur, donec contrarium probetur. num.29.

Inhabiles autem, & omni minores exceptione in criminibus difficilis probationis admittuntur. num.30.

Vt vsura crimen est. in eius detestationem.

31 *Vsurarum crimen ex præsumptionibus probatur.*

Præsertim verò ad liberandos eos, qui vsuras soluere promiserunt. num.32.

Non verò ad condemnandum. num.71.

33 *Excommunicatum quem asserens, ipse id probatione præstare debet.*

34 *Locus Actuum* 25. 5. *de Paulo Apostolo perpenditur.*

35 *Excommunicatus nisi fuerit publicè denũciatus, vel notorius Clerici percussor, interim non euitatur ex Martini V. extrauagante* (ad euitanda) *in Concilio Constantien.*

Acta igitur per ipsum interim gesta sustinentur. num.56.

36 *Extrauagans Martini V. in Concilio Constantiensi perpetua fuit.*

Et in Concilio Lateranen sub Leone X I. renouata.

37 *Monitorijs, qui non parent reuelando, effluxis temporibus, in sententiam incidunt excommunicationis.*

Indè quippè conceduntur, vt occulta propaletur veritas. num. 39.

Quarè qui reuelant vi monitorialium, veritatem dicere præsumuntur, suam vt exonerent conscientiam, atq; mandatis pareãt Ecclesiæ. num.38.

Non enim concedi possunt, nisi pro veris reuelandis, occultis tamen. num.40.

Namq, si pro parte vera, & pro parte falsa essent, concedi minimè deberent.

Si verò non reuelauerunt, quia nesciuerunt, in nullam dant pœnam.

Monitoria namq; hæc dantur sub excommunicationis pœna, contra scientes, & malitiosè non reuelantes. num.44.

Multiq; sunt qui, quàmuis sciant, reuelare tamen non tenentur. num.45.

Absoluuntur tamen, postquàm paruere, etiam in secreto. num.49.

41 *Vsurarius ad vsurarum restitutionem tenetur, & quod accepit, in sortis principalis extinctionem recipere.*

42 *Pecca-*

42 *Peccatum non remittitur, nisi restituatur ablatum.*

43 *Nemo debet ex dolo, & fraude sua commodum reportare.*

46 *Ignorantia magis, quàm scientia præsumitur.*

Vt qui scientiam affirmat, ipse probare teneatur.

In facto præsertim alieno. num. 47.

Et quod scire quilibet non tenetur.

48 *Probandi necessitas afferenti incumbit, & qui agit. & num. 57.*

50 *Mandatis pares, quamuis initio reluctans fuerit, obediens magis dicitur, quàm qui annuit initio, sed non paruit. ex Matthæo 21. 28.*

Libera namq; ille paruit voluntate. nu. 52.

51 *Locus Matthæi 21. 28. de duobus filijs, quorum qui primo reluctans fuerat, postea paruit, qui verò initio annuit, non paruit. expenditur.*

53 *Desipiunt, qui malè sapiunt.*

Tacere igitur eos oportet. num. 54.

54 *Locus Iob 21. 5.* & super ponite digitum ori vestro.

Et ibidem. num 55.

55 *Vera qui non dicunt, deridendi.*

57 *Asserentis est astruere, quod asserit.*

58 *Confessio extraiudicialis per duos testes, parte quoque absente probat, ex æquitate canonica.*

59 *Aequitas canonica locum non habet, vbi ciuile ius seruatur, & inter personas laicas, in quo decisio Seraphini 487. nu. 13. declaratur.*

Admittitur in Regno Neapolitano. nu. 66.

Et in materia vsuraria. num. 67.

60 Decisio Seraphini 487. nu. 13. *declaratur.*

61 *Verba bilinguis vsq; ad interiora ventris peruadunt ex Salomone, prouerb. 18. 8.*

62 *Scripturæ scrutandæ sunt, non materialiter exaudiendæ, vt veritatem percipiamus. ex Saluatore. Ioannis 5. 39.*

63 *Causæ inter personas Ecclesiasticas secundùm Sacros Canones decidendæ, quamuis actor sit laicus.*

64 *Canones sacros Spiritu sancto loquente dictauere Sancti Dei homines, quare illos non recipere non solùm temerarium, sed periculosum est.*

Et ideò exactè ab omnibus seruandi. nu. 65.

68 *Vsurarij ni pœnitentiam egerint, in Infernum cadent, in æternum carcerem, vnde non exient.*

69 *Episcopi est curare, vne sibi commissæ oues in Thartara dilabantur.*

70 *Philippus Quartus Rex noster, Rex est Catholicus, & Defensor Fidei, & in hoc nomine Gloriosissimus.*

ARGVMENTVM.

Eandem prosequitur vsurarum materiam, atq; *textus* expenditur *in l. testium 17. C. de testib.* & *Afflict. decis. 105. nu. 4.* Deq; extraiudiciali confessione, in crimine præsertim vsurarum. Quid si testes omni maiores exceptione dicatur? Excomunicatus vt euitetur, publicè denunciatus esse oportet, ob quam causam Martini V. extrauagans *Ad euitanda* in Concilio Constantiensi expenditur. Et nulli gesta ab excommunicato, interim nulla sint, & inualida? Et quid de eo, qui factis monitorijs, pro reuelationibus habendis, suo tempore non reuelauit? Et an notitiam, nec ne habuerint? Etenim confessio extraiudicialis, ex æquitate canonica coram duobus testibus facta saltim, admittatur? Quid verò in ciuilibus? Celebraturq; Rex noster Catholicus Philippus IV. quod Rex sit Catholicus, Defensor Fidei.

RESPONSIO LXIII.

Vsuræ crimen non defendunt Aduersarij nostri; sed fouent, tuenturq; Verùm perperam. nam principium petunt, quod nec probauere, nec probare possunt, cum ea ipsa, quę pomeridiana luce clarescunt, in tenebris esse contendant. Vel
1 igitur intellectus defectus eorũ est, vel voluntatis. ille quidem malus, hic autem pessimus. Nolunt namque intelligere, vt bene agant. Sicut de iniusto per os Dauit Spiri-
2 tus sanctus *Psalm. 35. 4.* loquutus est: *Verba oris*

oris eius iniquitas,& dolus: noluit intelligere,
vt benè ageret. Augustinum excipe in hunc
locum. *Videte* (inquiens) *quia voluntati il-*
lud tribuit: quia sunt homines, qui volunt in-
telligere,& non possunt. Sunt autem homines,
qui nolunt intelligere,ideò non intelligunt. No-
luit intelligere,vt benè ageret. Iniquitatem me-
ditatus est in cubili suo: adstitit omni via non
bonæ. Quid est astitit? Perseuerãter peccauit.
3 sic Augustinus. Delineauitq; excogitatio-
nem hanc nostrã satis concinnè Nicolaus
Papa I. Photio scribens in *can. si decreta* 3.
dist. 20. verba damus Nicolai: *Si decreta*
Romanorum Pontificum nõ habetis: de negle-
ctu, atq; incuria istis arguendi. Si verò habe-
tis,& non obseruatis; de temeritate estis corri-
piendi, & increpandi. Non habetis scilicet
per scientiam. *Gloss.* ibidem commentum
agit. est ergo defectus intellectus. Quia
4 nulli est licitum ignorare canones. Si verò
habetis,& non obseruatis, quia non vultis,
defectus est voluntatis,& ideò de temerita-
te estis corripiendi, & increpandi. ex Ste-
phano Papa Clero Constãtinopolitano in
can. quod dicitis. fin. siue 14. *dist.* 16. quo loco
Gloss. verbo *regionibus*. sic ad rem argumen-
tatur nostrã. *Item argumentatur.* (inquiens)
5 *quòd nulli licet ignorare ea, quæ publicè facta*
sunt. & *Glossella* marginalis ibidem sic pro-
6 positionem generalem reddit: *Facta publi-*
ca debent ab omnibus sciri. & ex Gelasio Papa
in *can. qui & diuinis* 24. *in fin.* ibiq; *Gloss.*
verbo *ignorare* 12. *quæst.* 2. An non publicũ
factum est ex instrumentis, quæ in iudiciũ
Lucarellus produxit, puri mutui, illa vsu-
raria prauitate infecta esse; vt velint nunc
Scioli Aduersarij nostri illa tueri, & quasi
se longiùs ire, fingere, vt non intelligant:
7 Sicut *Lucæ* 24. 28. Christus Dominus no-
ster Discipulis illis, in Emmaus euntibus,
qui cùm non crederent, illum à mortuis re-
surrexisse: *cum appropinquassent Castello, quo*
ibant, & ipse se finxit longiùs ire. sed coege-
runt illum dicentes: *Mane nobiscum, quo-*
niam aduesperascit, & inclinata est iam dies.
Et intrauit cum illis. & cognouerunt eum in
fractione panis. Sic sine intellectu sunt, vt nõ
videant, (perpendimusq; nos in informa-
tione data;) triginta adiuncta in instru-
mento mutui ducatorum bis centum, pro
vsuris esse quindecim in singula centum,&
in alio centum quinquaginta pro centum
septuaginta duobus,& dimidio; esse illa
viginti duo, & dimidium pro vsuris quin-
decim in singula centum? Quod apertiùs
manifestũ facit: nàm solutis illi quinqua-
ginta sortis principalis, ex centũ quinqua-
ginta, residuum fecit pro centum quinde-
decim. Quis igitur ita vecors est, vt hoc
8 nõ intelligat? *O stulti, & tardi corde ad cre-*
dendum in omnibus, quæ loquuti sunt Prophe-
tæ. idem Dominus noster iisdem Discipu-
lis dixit apud *Lucam eodem cap.* 24. cùm il-
lum resurrexisse à mortuis non crederent.
quin dicerent: *Sed & mulieres quædam ex*
nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt
ad monumentum, & non inuento corpore eius,
venerunt dicentes, se etiam visionem Angelo-
rum vidisse, qui dicunt, eum viuere. Et abierũt
quidam ex nostris ad monumentum: & ita in-
uenerunt, sicut mulieres dixerunt. ipsum verò
non inuenerunt. non inuenerunt sanè, quia
9 sublatũ crediderunt. vt Magdalena *Ioan-*
nis 20. 13. cum Angelis percontantibus:
Mulier quid ploras? Dicit eis: Quia tulerũt
Dominum meum, & nescio, vbi posuerunt eum.
& IESV interroganti. *Mulier quid ploras?*
quem quæris? Illa existimans, quia Hortulanus
esset, dicit ei: Domine si tu sustulisti eum, di-
cito mihi, vbi posuisti eum: & ego eum tollam.
non itaq; resurrexisse credebant. iure igi-
tur stulti à Dño nuncupati fuere. & tardi
corde ad credendũ. *O stulti, & tardi corde*
ad credendũ. Non ab re proindè àposterio-
ri quidẽ (ab effectu videlicet) argumenta-
ti nos fuimus. Quam ob causã, vim nõ per-
cipientes argumẽti nostri Aduersarij, car-
pere nos tentauere: indè quidẽ Lucarellũ
ad Nuntiaturę Apostolicę Tribunal acces-
sisse, atq; instrumenta prędicta produxisse
quia iàm minatus fuerat: *di farli conuenire*
dal primo anno di terzo, e capitale. Exigebat
igitur ipse ex sorte principali, (quam ca-
pitale vocat) tertias; has nos vsuras dici-
mus ex mutuo, illis anticipatò numeratis
10 quindecim in singula centum. Sed omni
iure sunt vsuræ prohibitæ, naturali, diuino,
atquè etiam positiuo Ecclesiastico. Nàm
quid iniquiùs, quã cum vsurę arte nequissi-
ma, ex ipso auro aurũ nascitur? vt Ambro-
sius in *can. sicut ij. qui per insaniã* 8. *in princ.*
dist. 47. & quàm plenissimè in dicta nostra
deduximus informatione, pro Reuerendis
Dominis Canonicis data. Sed principium
ipsi petunt, vel non intelligentes; qui defe-
ctus est intellectus; vel nolentes intellige-
re; qui defectus est voluntatis, denuò refri-
cantes: Quòd ad rescindendum dicta duo
11 puri mutui instrumẽta quinq; perquirun-
tur testes, ipsiq; rogati. ex Iustiniano Cæ-
sare in *l. testium* 17. *C. de testib. Gloss. in can.*
testes 15. 3. *quæst.* 9. *Afflict. decis.* 105. *num.* 4.
Mascard. de probat. conclus. 346 *nu.* 23. *vol.* 1.

Respondimus enim tùnc nos; instrumẽ-
ta prædicta non rescindere Dominos Ca-
nonicos, sed excipere eos aduersus ea, à
Lucarello in iudicium lacessiti; esse instru-
menta prædicta puri mutui, illaq; vsuraria;
nàm apertissimè vsuræ ab initio taxatæ
fuere quindecim in singula centum. Instru-
mentum quippè bis centum, in biscentum
triginta, & instrumentum centũ quinqua-
ginta, in centũ septuaginta duobus, & di-
midio, vt nullus ità vecors sit, vt non intel-
ligat,

ligat, illa triginta ; & vigintiduo , & dimi-
dium, pro vsuris esse anticipatò taxatis,
quindecim in singula centum . Quis enim
12 tàm demens, atq; peruersi sensus est, vt ta-
le quid æstimet, cùm omninò sit canoni-
cæ disciplinæ contrarium (verbis dicimus
Ioannis VIII. ad Episcopum Vticen. in
can. miror 4. in fin. dist. 50.) vsuras ex mutuò
exigere ? Et nos nedùm per quinque ; sed
per plures probauimus testes : vsuras has
Lucarellum exegisse ; & per tres testes de
confessione extraiudiciali ipsius Lucarelli
eodem tempore, & loco, & causa, cùm Ca-
nonici aduersus Lucarellum querelam ha-
bentes, in Cathedrali existentes, & loquen-
tes, arguebāt eum, quòd ità durè se aduer-
sus eos gereret, vsuras exigēdo mutuò da-
tarum pecuniarum : & ipse dixit : *Per assi-
curarmi de gl'interessi, bisognaua stipulare per
docati ducento trenta , e se vi rincresce pagare
docati quindeci per cento, mi deueuino restitui-
re il mio capitale delli ducēto docati, finito l'an-
no, che l'haueria industriato con più guadagno.*
13 Hoc autem tres deponūt (vt diximus) te-
stes de loco, & tempore contestes, quando
duo sufficissent. vt aduertit *Alexand. Tren-
taci nq. cons. 51. num. 13. & seq. par. 1.* deponit
dictus Canonicus Scipio de Auxilio de
verbis Lucarelli : *Che esso staua bene in con-
scienza à pigliarsi quindeci docati per cento
l'anno de terze, atteso si esso l'hauesse impiega-
ti in altri negotij li suoi denari , ne li saria ve-
nuto l'interesse à trenta per cento.* Deponunt
alij quoq; Domini Canonici , qui manda-
to dictorum Canonicorum ipsi Lucarello
soluerūt, cùm partes diuiderēt. Dominus
Aloysius Cōpagnonus Canonicus fol. 24.
Dñus Matthias Biancolella Canonicus fo-
lio 28. Dñus Franciscus Cōpagnonus Ca-
nonicus fol. 39. & Anellus Santorius f. 38,
Et quid sanè causę est, quòd ab anno 1632.
quo mutuò pecuniæ datæ fuere, ad annum
vsq; 1648. Lucarellus siluit, nisi quia inte-
rim vsuras exegit quindecim in singula
centum ? Iure proindè, nec tamen iniu-
ria vsurarum exceptionem , ex ventre ex
orientem instrumentorum ipsorum , quæ
Lucarellus produxit , opposuere Domini
14 Canonici, non quòd instrumenta resoluāt.
Et Iustinianus Cæsar in *d. l. testium facilita-
tem 17. C. de testib.* In satis diuerso à nobis
facto decernit. Qui enim scripto pecunias
(etiam mutuò) recepit, scripto quoq; solu-
tionem probare debebit : & si per testes ;
non minori numero , quā quinque , illosq;
rogatos. Ne alioquin facilitati falsum pro-
15 bandi ansam præberet. Et sibi imputare
debet, qui pecuniam scripto acceptam , nō
etiam scripto restituit, vt de solutione ap-
pareat. Hic autem nos in negotio sumus vsu-
rarum, omni iure prohibitarum. Nè appa-
reret autem, noluit Lucarellus de recepto
scripturas conficere , ne sibi præiudicium
inferret ; & de vsuris per scripturam con-
staret, dicens : *non mi posso pregiudicare con
fare polise* : vt testes dixere de eius exami-
nati cōfessione extraiudiciali : sicuti quan-
do quinquaginta sortis principalis solue-
runt Canonici , per scripturam soluere ; &
nihilominus remanserunt centum quinde-
cim, vt vsuræ remanerent semper anticipa-
16 tò taxatæ. *Quia filij huius sæculi prudentiores
filijs lucis in generatione sua sunt* , vt Domi-
nus nos docuit Lucę 16. 8. *prudentiores.* hoc
est astutiores, & diligentiores in tempora-
libus acquirendis, conseruandis , & expe-
diendis . *Filij lucis* . hoc est deuotis, & spi-
ritualibus hominibus . *In generatione sua* ,
carnali, hoc est inter suos . *sunt.* vt Diony-
sius Carthusianus commentum ibidē agit.
Et nos, non hic agimus de solutione facta
sortis principalis, sed de cōfessione extra-
iudiciali principalis ipsius , partibus præ-
sentibus, & per tres testes contestes de eo-
dem loco, tempore, & causa, atq; de reite-
ratis confessionibus, de quibus alij depo-
17 nunt testes, quamuis singulares. Est tamen
cumulatiua, nō obstatiua singularitas, vt in
dictis nostris prioribus scriptis animad-
uertimus. & ad rem perpendit *Alex. Tren-
tacinq. d. cons 51. num. 13. 14. & seq. part. 1.*
18 Confessus autem pro iudicato habetur. ex
Antonino Cæsare in *l. vnic. C. de confessis.*
ibiq; plenissimè *Gloss.* verbo *soluere.* præser-
19 tim, cùm hæc confessio, non ad obligan-
dum , sed ad liberandum tendat . vt post
Gloss. ibidem *vers, item pro se inducebat* : ex
Paulo lib. 4. responsorū in *l. Publia Menia
26. §. fin. ff. depositi, vel contrà. Alex. cons. 90.
lib. 3. Paul. de Castr. in d. l. vnic.* eodemq; Pau-
lo lib. 56. ad edictum in *l. 1. ff. de confess.*
ibidemque ex Vlpiano lib. 5. de omnibus
Tribunalibus in *l. certum 6. ff. eodem.* sequi-
turq; *Alexand. Trentacinq. variar. resol. tol. 1.
lib. 2. tit. de confess. resolut. 2. num. 8. 10. & seq.*
deducitq; *Gloss. in d. can. testes 15. §. de his*,
(qui est Gratiani) verbo *audierunt. circ. fin.
3. quæst. 9.* malè ab Aduersarijs expensa. ex
Innocentio III. Canonicis Bethlehem in
cap. cùm super 2. extra de confessis ibiq; *Glos.*
verbo *confessus.* non longè post princ. *vers.*
20 *potest dici.* quæ ampliat non illiberalitèr ad
rem nostram : *in odium criminis.* illic sanè si-
moniæ ; hic verò vsuræ. argumento dedu-
ctò ex Leone Papa in *can. nihilominùs 16.
ead. 3. quæst. 9.* ibiquè *Gloss.* verbo *simul.* ple-
niusq; *Gloss. in cap ex parte Abbatis 3.* aliàs
fin. eod. tit. de confessis. ibiq; *Gloss.* verbo *con-
fessus. vers quandoq; tamen confessio extra ius
21 facta, tenet.* præsertim verò parte præsente.
sequiturq; *Glossella marginalis in d. l. vnic.* ver-
22 bo *pro iudicatis. C. de confessis.* Etenim crimi-
na vndequaq; prodierint ; punienda sunt .
vt *Gloss.* loquitur *d. cap. 2. de confess.* ex Pro-
spero

spero lib. 2. de vita contemplatiua, cap.7.
in *can. Ecce autem crimina* 18. 24.*quæst.*3.
33 Neque porrò peccatis fomenta adhiben-
da sunt, sed omni diligẽtia proscindenda.
ex Augustino in *can. si peccauerit* 19. 2.*q.*1.
& Alexandro III. in *cap. præterea* 12. & In-
nocentio etiam III. in *cap. cùm in tua diæ-
cesi* 27.*de sponsalib. & matrimon.* & in *cap. fin.
qui matrimon. accus. poss.* & in *cap. nouit* 13.
de iudic. Abb.cons. 81.*num.*5 *in* 3.*dub. part.*2.
34 Neq; decisio illa *Afflicti* 105.*num.*4. quã
referunt Aduersarij, quidquam officit no-
bis, vt putauere ipsi. In re quippè satis à no-
stra distita, ipse loquitur *Afflictus*: sicuti &
text. quem allegat in *d.l. testium* 17. *C. de te-
stib.* eodemq; modo *Mascard.*
Ridiculum autem est, quod ipsi dicunt,
vt testes repellant, qui de cõfessione depo-
nunt extraiudiciali Lucarelli. (hi namquè
sicuti stimuli, & quasi claui in altum defi-
xi, sunt illi, qui Lucarellum peruadunt, &
25 penetrant. veluti Salomon *Ecclesiastes* 12.
11. de Sapiente dixit: *Verba sapientum sicut
stimuli, & quasi claui in altum defixi, quæ per
magistrorum consiliũ data sunt à pastore vno.*)
illos esse excommunicatos, nec omni ex-
ceptione maiores, & inuerisimilia depone-
re. Namq; quod verosimilia dixerint, non
sanè inuerosimilia, ex ipsa causa patet, quę
tunc acciderat; & ex verbis clarescit Luca-
relli: *Se vi rincresce pagare ducati quindeci
per cento, &c.* quæ paulò antè retulimus; &
ex instrumentis ipsis, in quibus quindecim
in singula centum anticipatò taxata fuere.
non igitur inuerosimilia deposuere. In
homine præsertim farinæ corruptæ in hac
26 materia vsuraria, & in Ciuitate satis noto.
ex Gregorio Magno in *cap. quosdam* 7. ibiq;
Gloss. verbo *viciniores*. & *cap. quantò* 8. *de
præsumptionib.* & Innocentio III. in *cap. cũ
dilectus* 11. ibiq; *Gloss.* verbo *vicina. de pur-
gat. canon.* ex Vlpiano lib.9. ad Sabinum in
l. filium eum definimus 6. *in fin. ff. de ijs, qui sũt
sui, vel alieni iuris. Maranta* noster *cons.*6.*nu.*
36. *& cons.* 117. *num.*6. *& cons.* 142. *num.*2.
Ioseph Ludouic. decis. Perusina 19.*num.*24. in
propositione, quòd vicinus vicini pręsumi-
tur scire facta. Et quid sanè inuerisimile,
quòd ipse, vt se excusaret, causam protulit,
quarè quindecim in singula centum exe-
gerit? Cùm aliàs ipse (vt Dominus Scipio
de Auxilio Canonicus deponit) *Stava bene
in conscienza à pigliarsi quindeci per cento l'anno
27 di terza, &c.* Quid igitur inuerisimile, si
ipse hoc sibi licere putaret? vt retrouerso
hoc vtamur argumẽto, quod idẽ est. Quod
sanè perpendit *Gloss. in d. cap.*3. verbo *con-
fessus. vers. item sequitur, quòd non sit contra
rerum naturam. de confessis.* & *Gloss. in d. can.
testium* 15. verbo *audierunt* 3.*quæst.*9. cùm
causam referant, quarè Lucarellus verba
illa retulerit.

28 Quòd verò sint omni exceptione maio-
res, id sanè patet, quia nullum illis obijci-
tur crimen, ob quod à testificando repelli
valeãt. vt notat *Gloss. in cap.*1. verbo *maio-
res, de consanguin. & affinit.* illos omni ma-
iores exceptione testes esse dicens: *qui re-
pelli nõ possunt aliqua exceptione.* sequiturq;
*Roland. à Valle cons.*50.*nu.*17.*lib.*2. *Giaccarius
ad Clarum §. fin. quæst.*21.*num.*2. *lit. V. versic.
omni exceptione maior.* ibidemq; *Baiard. n.*13.
29 *& seq.* Testes verò idonei dicuntur, donec
contrarium probetur. *Paris. cons.*24 *nu.*14.
lib. 3. *Rota in Ferrarien matrimonij* 18. *Iunij*
1610. coràm *Ortembergo decis.* 294. *num.* 4.
& 5. *ad calcem* 2. *volum. consiliorũ Farinacij.*
& apud sanct. mem. *Gregoriũ XV. decis* 351.
30 *nu.*1. *& seq.* Pręterquã quòd cùm in mate-
ria simus difficilis probationis, vt hæc vsu-
rarum materia est, etiam inhabiles, nedùm
omni minores exceptione testes admit-
tuntur, in criminis detestationem: vt per-
pendit *Intrigiol.* alios referens *decis.*40. *n.*7.
& 8. ex Honorio III. Episcopo Bononien.
in *cap. fin.* ibiq; *Gloss.* verbo *iuramento absol-
uant in fin. de testib. cogend. Rota* apud *Farin.
volum.*2. *consiliorum decis.*279. *num.*5. *Bertaz-
zol. cons.*235. *num.*15. *vol.*1. *Tranquillus Am-
brosinus in processu informatiuo lib.*1. *cap.*2.
*num.*27. 28. *&* 29. deduciturq; ex *clement.*
31 *vnic. in fin. de vsuris*. vt ex præsumptioni-
bus etiam hoc probetur crimen vsurarum.
ex Innocentio III in *cap. cùm in diœcesi* 15.
de vsuris. per quàm optimè *Alexand. Tren-
tacinq. cons.*34.*num.*4. *&* 5. *par.*2. Præsertim
32 verò cùm non ad puniendum Lucarellũ;
sed ad liberãdos Dominos Canonicos, qui
vsuras soluerunt, agatur. ex *Clara d. §. fin.
quæst.*24 *num.*13. *& nu.*17. *Ambrosin. vbi sup.
Trentacinq. d. cons.* 34. *num.*6. Neq; ipse, quod
sortis principalis est, amittit, cũ abundan-
tiùs illud receperit. vt quod suprà sortem
ex vsuris excepit, restituere teneatur.
Quòd autem excõmunicati; id sanè per
33 somnium dicunt. Producant proindè ipsi
excommunicationis sententiam, & si quod
aduersus illos crimen est, accusent eos. vt
Festus de Paulo Iudęis (*Actuum* 25. 5.) di-
34 xit: *Qui autem in vobis* (ait) *potentes sunt, de-
scendentes simul, si quod est in viro crimen, ac-
35 cusent eum.* Quando aliàs, qui in sententiã
incidit excommunicationis, nisi publicè
denunciatus fuerit, vel notorius Clerici
percussor, vitari interim minimè debeat.
ex *Extrauaganti ad euitanda* Martini V. in
Concilio Constantiẽsi, quam refert *Nauar.
man. cap.*27.*nu.*34. *&* 35. & *Sayr. in thesauro
36 de casibus lib.*2. *cap.*12.*nu.*6. qui ità perpe-
tuò per ipsum Martinum probatam fuisse
asserit *nu.* 7. & renouatam in Concilio La-
teranen. sub Leone X. sess.11. tuetur *Nauar.
d. man. cap.*27.*num.*34.
37 Verùm dicunt: excommunicatos illos

esse, quia factis monitorijs sub excommu-
nicationis pœna, ipsis instantibus Canoni-
cis, Lucarelli Aduersarijs (vt qui factum
scirent, reuelare tenerentur, iuxtà sacrosan-
ctæ Tridentinæ Synodus decreta *sess. 25.*
cap. 3. de reformat.) ipsi intrà datũ tempus
non reuelarunt; sed postmodùm aggraua-
tis iàm monitorijs. incidisse proindè in
excommunicationem illis monitorijs in-
flictam aduersus eos, qui non reuelauerãt.

Perbella sanè, ac scita oppositione con-
tendunt, nec animaduertunt, vt score ipsi
38 sunt, hoc contra ipsos pugnare. Neq; por-
rò gratis hi deposuere testes, sed monito-
rialium vi coacti, conscientiam, vt exone-
rarent, atquè mandatis parerent Ecclesiæ.
Veritatem proindè, non mendacium dixe-
re; neq; vt Canonicis rem facerent gratã.
sunt ergò veri testes, omniq; maiores ex-
ceptione, cùm nihil contra eos opponi va-
39 leat, vt suprà meminimus. Indè quippè
monitoria hæc permittũtur, vt veritas pro-
paletur, neq; in alterius damnum occulta-
tur. ex d. Sacri Tridentini Concilij decre-
40 to *d. cap. 3. sess. 25. de reformat.* Nisi enim ve-
ra essent, quæ in monitorijs continentur,
cõcedi minimè possent, quàmuis pro par-
te vera, pro parte falsa essent. vt post *Ale-*
xand. cons. 183. num. 3. & 8. lib. 5. perpendit
Rota apud *Card. Cavaler. decis. 401. num. 1.*
Sed cedant mihi Aduersarij: vel non depo-
suere vi monitorialium suo in tempore,
quia nesciuerunt, vel quia Lucarello rem
gratam facere voluerunt ab ipso rogati. Si
hoc secundum, iàm pro nobis res est, quòd
rogauit illos Lucarellus, nè veritati obse-
querentur. est ergo veritas, ipsum confes-
sum fuisse, quindecim in singula centum
pro vsuris exegisse. sunt ergo vsuraria in-
41 strumenta. ad vsurarum propterea resti-
tutionem iure tenebitur, easq; cum sorte
principali computabit, & superfluum resti-
tuere cogetur. Quia alienum est, ex vsura-
ria prauitate acceptum, ratione, quam Ale-
xander Tertius Salernitano Archiepisco-
po scribens, deduxit in *c. cùm tu 5. de vsur.*
extrà. iuxtà verbum Beati Augustini: *Non*
42 *remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.*
ex Vrbano Tertio in *cap. consuluit nos tua*
deuotio 10. eodem tit. Cùm omnis vsura, (in-
quiens) & super abundantia prohibeatur
in lege, iudicandi sunt malè agere; & ad
ea, quæ taliter sunt accepta, restituenda in
animarum iudicio efficaciter inducendi.
& ex Innocentio III. Mutinen Episcopo in
cap. tuae dudùm 13. eodem de vsuris. ratio-
43 nem in fine reddente; nè de dolo, & frau-
de contingat eos (vsurarios videlicet) cõ-
modum reportare. & ex eodem Innocen-
tio in *cap. Michael 17. eod. tit.* eodemq; scri-
bente Innocentio Pallien Episcopo in *cap.*
ad nostram noueris audientiam 5. ibiq; *Gloss.*
& Scribentes *de empt. & vendit.* lateq; de-
duxit *Alexan. Trentacinq. variar. resol. tom. 1.*
lib. 1. tit. de vsura. resolut. 1. num. 1. & Nos in
primis nostris scriptis plenè deduximus.
44 Si verò non deposuerunt suo tempore;
quia nesciuerunt monitorialium fulmina-
tionem, in nullam illi vtiq; dedere pœnã.
Statim namquè, quòd sciuerunt, reuelaue-
re. Huiusmodi verò monitorialia, non ag-
grauantur, nisi contra scientes, & malitio-
45 sè non reuelantes. Multi nempè sunt, qui
quàmuis nouerint, reuelare tamen non te-
nentur; vel ob damnum, quod ipsis verge-
re potest; vel ob aliam quamcunq; iustam
causam. *Nauar in cap. inter verba 10. q. 3.*
conclus. 6. & in *man. cap. 17. num. 134. & 135.*
D. Franciscus del Castillo decis. 92. par. 1. per
toe. non hi malitiosè distulerunt, sed quia
nesciuerunt. in nullam proindè dedere
pœnam.
46 Et quidèm ignorantia magis præsumi-
tur, quàm scientia, vt qui scientiam affir-
mare tentauerit, ipse probare teneatur. ex
regula Bonifacij VIII. in regula *præsumitur*
47 *ignorãtia 47. de reg. iur. in 6.* in facto præser-
tim alieno, & quod scire quilibet non tenetur.
ex *Gloss.* ibidẽ. & *Marco Mantua, S. Antonino,*
& alijs. ex ratione, quã Martianus lib. 6. In-
stitutionum in *l. verum esse 21. ff. de probat.*
48 *in fin.* intulit: *Quia sẽper necessitas proban-*
di, incumbit illi, qui agit. deducit pluribus
Barbosa axiom. 113. num. 12. & *Alex. Trenta-*
cinq. d. tit. de confessis. resolut. 1. nu. 10. & seqq.
Verùm (vt gratiam cum nostris ineamus
Aduersarijs) sciuerunt, & non reuelauerũt.
in monitorialium proindè pœnam dede-
runt. sed pœnitentia ducti, reuelauerunt
tandèm, atquè mandatis paruerunt. Quid
49 indè? sunt adhùc excommunicati? non
vtiq; Absoluti namq; fuere, quia mandatis
obsecuti sunt reuelando. Neq; hi denun-
ciati publicè fuerunt. Qui nàm ipsi essent,
ignorabantur. In secretò igitur excõmu-
nicati fuere. & in secreto postquàm parue-
re; & absoluti fuere. vt perpendit *Marius*
Antoninus Maceraten variar. resolut. lib. 1. re-
sol. vlt. casu 37. Nihil ergò contra eos oppo-
50 ni potest, qui peccatores non agnoscun-
tur, & pœnitentiam egerunt, atquè datis
paruere mandatis.
51 An non meministi illius, ad rem, parabo-
læ, quam *Matthæi 21. 28.* Principibus Sa-
cerdotum, & senioribus Populi in Templo
existens, narrauit Dominus? *Homo quidam*
(inquiens) *habebat duos filios, & accedens ad*
primum dixit: Fili vade hodiè operare in vi-
nea mea. Ille autem respondens ait: Nolo. Po-
steà autem pœnitentia motus, abijt. Accedens
autem ad alterũ dixit similiter. At ille respon-
dens, ait: Eo Domine; & non iuit. Quis ex
duobus fecit voluntatẽ Patris? Dicunt ei: Pri-
mus. Non paruerunt primò, (ex hypothesi
hoc

hoc dicimus ; gratiam ineuntes cum Ad-
uersarijs) sed pœnitentia ducti, iuerunt,
paruerun tq; postmodũ, & reuelauere. peto
nunc ego ; quando meliùs egerunt, quan-
do non paruerunt, vel quãdo mandatis ob-
secuti sunt, atquè reuelauerunt? Quando
paruerunt vtiquè, & reuelauerũt, atquè ità
absoluti fuere, & postmodùm iure iurando
examinati, rem totam suo deposuere ordi-
52 ne. sed hoc Lucarello non placet. Libera
namq; postmodùm volũtate paruere man-
datis. ad Vlpiani sensum lib.29. ad edictũ
in *l.1. ff.quod iussu.* ibiq; notat *Gloss.* verbo
*quemadmodùm. Nauar. de indulg. notab. 32.
num.51. & notab.33. num.3.* verbo *pracipi-*
53 *mus.* Quid igitur vobis videtur? Desipiũt
vtiq; Aduersarij nostri, qui sic sapiũt. iuxtà
Innocentij III. sensum, & verba in *cap. nisi
cùm pridèm 10. §. certè desipis. de renunciat.*
& Clementis V. in Concilio Viennen in
*clement. pastoralis 2. §. esto igitur, quòd Rex. de
sentent. & re iudic.* & Pascalis Papæ in *can.*
54 *si quis obiecerit 7. 1. quæst. 3.* Taceant proin-
dè, & digitum superponant ori suo. iuxtà
illud Iob. 21. 5. *Attendite me, & obstupescite,
& superponite digitum ori vestro.* Si enim
55 nos vera non loquimur, nostra verba ri-
deant. iuxtà eundem ibidem. num. 3. *Susti-
nete me, & ego loquar,* (inquiens) *& post
mea, si videbitur, verba ridete.* Et quidèm:
56 non ne substinẽtur interim acta ab eo fa-
cta, qui in excommunicationem dedit, an-
tequàm publicè denuncietur, vt euitetur?
Vtiquè. ex *Felino in cap. ad probandum 24.
num.6. de sentent. & re iudic.* sequitur *Na-
uar. cons.56. in quodam ordine. num.4. ad se-
cundum dubium. lib.5. de sentent. excommun.
Bonacina tom.1. de censur. disputat.2. quæst.2.
punct.1. §.1. sub num.2. vers. aduertendum est
primò. Rota* apud *Farinac. ad calcem 2. volum.
consilior. decis.167 num.2. & decis.283. nu.2.
Marius Antonin. lib.1. resolut.76. num.8. &
seqq.* Dicunt ergo ipsi multa, & opponunt;
57 sed nihil probant. Asserentis autẽ est ad-
struere, quod asseruit. ex Paulo lib.69. ad
edictum in *l. ei incumbit 2. ff. de probat.* &
Diocletiano, & Maximiano Augustis in
l. actor 23. C. eod. & strictiùs ad rem Gratia-
nus, Valentinianus, & Theodosius Cæsares
in *l. sciant cuncti 25.* aliàs *fin. C. eodem. de
probat.* quę inter sacros adnumerata Cano-
nes per Gratianum reperitur in *can. sciant
cuncti 2. 2. quæst.8.* nec improbat Grego-
rius IX. in *cap. fin. §. fin. de iure iurando.* se-
quiturq; *Rota* apud *Card. Mantic. dec.68. n.1.
Horatius Persius consil. ciuil. 29. sub num. 8.
vers. non obstat.*

Concinna demùm satis, superq; est, quã
ipsi asserunt aduersus nos perpensio; quòd
de cõfessione extraiudiciali partibus prę-
sentibus eos de vsuris receptis quindecim
58 ad singula centum à Lucarello facta, infe-
rentes, probare illam præsertim, (adiunxi-
mus) ex æquitate canonica, etiam absente
parte. ex sanctæ memoriæ *Gregorio XV. de-
cis.408. num. 2.* in materia potissimùm vsu-
59 raria. Propositionem hanc (dicentes) ex
æquitate canonica non procedere, nisi in-
ter Ecclesiasticas personas, non verò inter
laicas, inter quas secundùm ius ciuile agi-
tur. ex *Mascard. & Card. Seraphin. decis.487.
nu.13.* quem refert *Beltramin. ad d. decis. Gre-
gorij XV. 408. num.5.* Lucarellum esse Maie-
stati Catholicæ subiectum, non deberi se-
cundùm ius canonum iudicari. Decipiun-
tur sanè, quia nos in æquitate canonica
propositionem absolutè nõ detulimus, sed
ampliatiuè; præsertim de æquitate cano-
nica, parte etiam absente, dicentes. quam
propositionem tuetur etiam *Alex. Trenta-
cinq. d. cons.51. nu.14.* etiam parte absente,
& per duos testes probata. *Rota* apud *Bu-
ratium decis.228. num.5. & decis.333. num.8.
& decis.317. num.6.* & *Rota* apud eundem
Card. Seraphin. d. decis.487. in re satis à no-
60 stra dissita loquitur, & inter Romanos, cir-
ca quos ius municipale Romanorũ ex dis-
positione statutaria seruatur. vt ipse *d. nu.
13.* loquitur. in eisdemq; terminis eum
refert *Beltramin. d. decis.408. nu.5.* Satis pro-
pterea materialitèr scripturas perpendere
Aduersarij nostri. Non mirùm si interiora
non percipiant ventris. sicuti de verbis bi-
61 linguis dixit Salomon Prouerbiorũ 18. 8.
Verba bilinguis quasi simplicia: & ipsa perue-
62 *niunt vsq; ad interiora ventris.* At scripturæ
scrutandæ sunt, vt veritatem ex illis carpa-
mus. sic *Ioan. 5. 39.* Iudæis Christus dixit:
*Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis
vitam æternam habere: & illa sunt, quæ testi-
monium perhibent de me: & non vultis veni-
re ad me, vt vitam habeatis.* ità Christus.
Scrutandæ igitur scripturæ sunt, & for-
malitèr, nõ materialitèr dumtaxàt peruol-
63 uendæ. Deindè quòd non inter laicos, sed
inter personas Ecclesiasticas iudiciũ hoc
agitatur, Lucarello actore. Secundùm ergo
sacrorum canonum statuta iudicari debe-
bunt. quæ inter personas seruantur Eccle-
siasticas. ex Cœlestino Tertio in *cap. quod
clericis 9. de foro compet.*

Quidquid igitur cõtra sacrorum cano-
64 num definitionem, (in quibus Spiritum
sanctum credimus locutũ) dictum fuerit,
recipere non solùm temerarium, sed etiam
periculosum æstimatur. vt Hormisda Papa
decreuit in *can. si ille 58. in fin. dist. 50.* Sa-
crumq; determinauit Concilium *sess. 25.
cap.18. §. quapropter. de reformat.* Sacratissi-
65 mos canones exactè ab omnibus indistin-
66 ctè obseruari. præsertim verò in hoc Re-
gno, quod est feudum Ecclesiæ, in quo ca-
nonica æquitas admittitur. vt in terminis
dicit *Trentacinq. d. cons.51. num.16.* Præte-


 67 reà

67 reà in materia ſumus vſuraria, omni pro-
hita iure; & naturali,& diuino,ac poſitiuo
Eccleſiaſtico, quæ in hæreſim pendet. vt
prioribus noſtris ſcriptis latè deduximus.
Et Lucarellus intrà Eccleſiam adhùc eſt,
ſequè Catholicum profitetur, ſin minus in
palàm id proferat. Confeſſus eſt autem ſe
intereſſe (vt ipſe putat, & ſi perperàm) ad
quindecim in ſingula centum pro mutua-
ta pecunia tot annis exegiſſe. hoc autem
68 vſura eſt, & prohibita. optimum proindè
erit ei, ſi hoc diſcat, vt in futurum à ſimi-
libus caueat, neq; in carcerem detrudatur
æternum, in ignem ſempiternum. Qua de
re non exiet indè, donec nouiſſimũ reddi-
69 derit quadrantem. *Matthæi* 5.26. Epiſcopi
verò eſt curare, nè ſibi commiſſæ oues pec-
catorum depreſſæ pondere in Tartara præ-
cipiti ruant caſu. ex Innocentio III. in
cap.nouit 13. ibiq; *Innocentius IV. num.3. de*
de iudicijs. deduximus in noſtro *Apologetico*
pro iuribus Eccleſiæ, Romæ preſſo anno 1644.
*num.*348. Nequè Sacra Maieſtas Catholica
Rex noſter Hiſpaniarum Philippus IV. ſibi
ſubiectos vſuris implicitos eſſe amat; quin
dignis illos flagellationibus flagellat, qui
70 ſimilibus malis ſe implicant. In hoc vno
quàm Glorioſiſſimus, quod Rex Catholi-
cus eſt, & hoc ſemper inſigni præfulget no-
mine Rex Catholicus, Defenſor Fidei. Vi-
71 uat igitur, viuat Rex noſter Catholicus in
æternum. Demùm nos non hic agimus ad
pœnam, vt tanquã vſurarius damnetur Lu-
carellus; ſed vt abſoluantur conuenti, ab
illius impetitione, cùm ſatis, ſuperq; de
vſuraria qualitate ex inſtrumẽtis ipſis con-
ſtet, ab eo productis, taxatione anticipatò
facta quindecim in ſingula centum. vt per-
pendit *Treutacinq.d.reſol.2.de confeſſis. nu.9.*
& d.conſ.34. num.6. par.2. Vndè molli ſatis
in culcitra ſe vertens, dormienſuè in vtram
nis aurem Lucarellus, per ſexdecim annos,
ab anno ſcilicet 1632. ad annum vſq; 1648.
ſiluit. vt nunc in memoriam reuocaret, ſic
exigentibus eius meritis, ſe tot annis vſu-
ras exegiſſe quindecim in ſingula centum.
At expergiſcere tandèm debuerat.

Atquè ità ex his, Ariſtarchi non abiecta virga, reſpondendum laceſſiti ad bellum cenſuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Ità demùm declaratum fuiſſe, vt nos reſponſum dedimus, accepimus.



SVMMARIVM.

1 *Bona eſſe pulchra, mala eſſe turpia, Antiſthenes dicebat.*
2 *Pulchritudinem fœlicitatis non minimam partem æſtimarunt quidam, in muliere præſertim. num.3.*
Cùm pro dote pulchritudo penſetur.
4 *Mulieris forma cum viri nobilitate, & diuitijs paria obtinet.*
5 *Sacerdotes veteris legis, qui in altaris miniſterio deſeruiebãt, corpore integros eſſe oportebat.*
Vitiati verò corpore reijciebantur.
Ratio affertur. num.6.
Non verò ità exactè in nouæ legis Sacerdotibus id exquiritur. num.8.
Niſi maxima ſit corporis deformitas, vt ſcãdalum pariat.
Diuerſimodè tamen proceditur in promouẽdis, atq; promotis. num.10.
6 *Corporis deformitates, animi (quaſi à poſteriori) deformitatem indicant.*
Maluſq; corporis habitus, malã animi mentem præ ſe fert.
7 *Pulchritudinis epitheta.*
9 *Corporis deformitas quanta ſit, vt ab altaris quis miniſterio repellatur, Iudicis remittitur arbitrio.*
11 *Oculum habẽs morbo, quem* Porrum *Medici vocant, nùm ab altaris repellatur miniſterio?*
Negatiuè reſpondetur. num.12.
Ex Gelaſij Papæ verbis.
Præſertim verò, quòd morbus incurabilis nõ eſt. num.14.
13 *Neceſſitas quod intulit inculpabile iudicandum.*
15 *Oculus cui erutus eſt, irregularis æſtimatur.*
Quid verò in promoto?
Duo perpendenda ſunt in promoto, vt remoueri debeat: nimia debilitas.
Et ſcandalum euidens propter deformitatem.
Nàm ſi nulla ſit euidens deformitas, permitti poterit. num.17. & num.22.
Oculum amittere nemo volens iudicandus eſt. num.18.
19 *Cæcum à natiuitate intuentes Diſcipuli Domini, cuius ex peccato in illam incidiſſet infirmitatem, percuntati ſunt Dominum.*
Cæcitas malum non eſt. num.21.
20 *Mala huius vitæ non ſunt mala, ſed peccatum.*
Ità nequè bona: ſed peccatum. ex Chryſoſtomo.
23 *Onere duplici grauari nemo debet.*
Nequè duplici conteri contritione.
24 *Afflicto non eſt addenda afflictio.*
Alioquin peccatum eſt.
25 *Irregularitas iure eſt humano inuecta.*

Non

Non igitur extendenda, præter quàm in ipso dispositum inuenitur.
In dubio præsertim. num.27.
Irregularitas quid? num.26.
Et ad euitandam indecentiam inducta. num.29.
Non itaquè extendenda, si indecentia nulla sit. num.30.
28 *Pœnæ sunt molliendæ, non exacerbandæ.*

ARGVMENTVM.

Corpore vitiati ab altaris ministerio repelluntur, & quid in promouēdis, quid verò in promotis? Nùm verò oculo canonis ex aliqua impeditus infirmitate, inhabilis reddatur, nè sacris operari valeat, sitq; proindè irregularis? Et qđ in infirmitate illa, quā Medici *Porrū*, vocant, nùm nè vti irregularis remoueri debeat, nè Sacrosancta in altaris ministerio offerat Deo sacrificia? Irregularitas quid? Et nùm sit quis in dubio irregularis habendus?

RESPONSIO LXIV.

1 Bona esse pulchra, mala esse turpia, Antisthenes apud Laertiū dicebat. vt fœlicitatis non minimam partē
2 pulchritudinem æstimarint quidam. Adeò
3 quidèm, quòd in muliere dotem esse pulchritudinem tradidere. Ouidianum illud sequentes:

—— *Dos est sua forma puellis:*

& *Anton.de Butrio, Imola*, atquè *Panormitan.*
4 *in cap. super eo 22. de testib.* Mulieris formā, speciemq; (quàmuis pauperis) cū viri nobilitate, & diuitijs paria obtinere dixerūt. sequiturq; pluribus doctissimus *Andr. Tiraquell. in ll. conuubial. l.2. num.46.47.& 48.* quem refert etiam *Menoch. de arbitr. Iudic. lib.2. centur.3. casu 226. nu.5.* Hinc sanè est, quòd Omnipotens Dominus Deus (*Leuitici 21.16.*) ad Moysen de Sacerdotibus loquens veteris legis, ità præcepit ei: *Loquere*
5 *re ad Aaron: Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panem Deo suo, nec accedet ad ministerium eius: Si cæcus fuerit, si claudus, si paruo, vel grandi, vel torto naso; si fracto pede, si manu; si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel herniosus. Omnis, qui habuerit maculam de semine Aaron Sacerdotis, non accedet offerre hostias Domino, nec panes Deo suo: vescetur tamen panibus, qui offeruntur in Sanctuario, ità dùmtaxat, vt intrà velum nō ingrediatur, nec accedat ad altare, quia maculam habet, & contaminare non debet Sanctuarium meum. Ego Dominus, qui sanctifico eos.* Ità Dominus Deus, quę verba moralitèr perpendit Sāctus Gregorius Papa in pastorali cap.11 par.1.& retulit Gratianus inter Sacros Canones in *can. hinc etenim 1. distinct.49.* Rationē reddunt qui-
6 dem, eam esse: Quòd corporis deformitates, animi (quasi à posteriori) deformitatem indicent: & malus corporis habitus, malam animi mentem præ se ferat. vel etiā, quòd impotentes erant ad ministrandum. sequiturq; *Menoch. d.casu 226.nu.2.& seqq.* vt dixerit nec ab re ille.

Gratior est pulchro veniens è corpore virtus.
7 & Plato naturæ *priuilegium* pulchritudinē appellarit. Publius Syrus: *Mutam commendationem.* Laertius: *Quauis epistola ad commendandum efficaciorem.* Theophrastus: *Tacitam, seù silentem fraudem.* quia sine verbis persuadeat. prosequiturq; *Ioannes Thuillius ad Andreæ Alciati emblema 106.fol.445.* Non ab re igitur membrorum integritatē in altaris sui Ministris Deus exquisiuit, nè
8 corpore vitiati essent. Verùm non ità exquisitè in noui testamēti Ministris hæc exquiritur integritas, nisi corporis tanta sit deformitas, quòd scandalum ingeneret; vt si cæcus effosso oculo, si mancus, si ità deformis corpore, vt monstrū efformet. Modicum verò vitium, siuè deformitas sustinetur, neq; remouet promouendū. ex Alexandro III. in *cap. cùm de tua electione 2. de corpore vitiatis ordinandis, vel non.* Id autē
9 quanta hæc sit vitij, defectusq; modicitas, Iudicis remittitur arbitrio. ex eodem Alexandro *eod. cap.2.* illis verbis: *De macula verò Archiepiscopo prædicto mandamus, vt eum consilio Suffraganeorum suorū, quod ex indè visum fuerit exequatur.* perpenditq; *Gloss.* ibidem verbo *visum fueris.* sequiturq; *Menoch. d.casu 226.nu.6.& 7. Ioan. Maria Bellettus* Episcopus Hieracen *disquisit. clerical. part.1. tit.de disciplina clericorum. §.7. nu.26. Ygoliu. de irregularit. cap.48. num.6.& 7.* deduximusq; Nos *respons.* nostra 9 *nu.4. par.3. Barbosa de offic.& potest. Episc. alleg.42. n.60.*
10 Diuersimodè tamen respondendum erit in promouendis, atq; in iàm promotis, & qui non sua culpa, sed casu ex infirmitate, corporis vitium contraxere. *Neque enim conuenit, ab hoc auferri antè susceptum ordinē, in quo*

in quo postmodùm in inualetudinem corporis casu probatur faciente collapsus. verbis loquimur Gelasij Papæ ad Palladium Episcopū in *can. præcepta canonum 12. dist. 55.* & *can. sequenti, si euangelica 13. eadem dist.* sequiturq; *S. Raimundus in summa lib. 3. tit. de corpore vitiatis. in fin. Card. Tolet. instruct. sacerdotal. lib. 1. cap. 63. num. 2.*

Ità proindè respondendum esse cēsemus in facto, quod nunc controuertitur, de quo interrogati fuimus. Ren. D. Leonardus de Ioanne Antonio (Iann'Antuono) Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Nuscanæ multis ab hinc annis Sacerdos, ætate maturus, ad senium declinans, ophthalmiæ morbo no-
11 uissimè laborat; nàm ad leuam oculi canonis ab extrà inter oculum, & nasum in carne morbum contraxit, quē Medici *Porrum* vocant. Paruum enim est ibi foramen, quod licno vnguento delibuto, ad foraminis quantitatē, fouetur. Oculus integer est, neque videndi officio præpeditur; non tumet, non humore defluit, non rubescit, nulla apparet turpitudo, nisi quòd licnus parumper eminet. Existimat Illustrissimus modernus Dominus meus Nuscanus Episcopus, Leonardum ex hac oculi infirmitate irregularem esse, quam ob rem interdicit ei, nè sacris operari valeat, ni à Sancta Sede dispensationem obtinuerit. Perquisiti proindè nos; neque irregularem esse, neq; dispensatione indigere, sed tutè suo posse defungi officio, sacrisq; operari, respondendum censuimus.

12 Quia profectò (verbis loquimur Gelasij Papæ ad Palladium Episcopū *d. can. præcepta Canonum 12. dist. 55.* nè nostro marte dicere videamur.) *Præcepta Canonum, quibus Ecclesiastica regitur disciplina, sicut ad sacerdotium debiles corpore non patiuntur venire; ità, & si quis in eo fuerit constitutus, ac tunc fuerit sauciatus, amoueri non potest, quod tempore suæ sinceritatis accepit*. infertq; deindè subsequens: *Et ideò frater charissime supradicto locum suum, dignitatemq; restitue, quatenùs sacrosancta mysteria, sicut consueuit, exerceat. Neque enim conuenit, ob hoc auferri ante susceptum ordinem, in quo postmodùm in inualetudinem corporis casu probatur faciente collapsus*. Ità Gelasius, & satis ad amussim ad rem hanc nostrā. concinitq; *Gloss.* ibidem verbo *postmodùm*, quæ sic, & ipsa infert argumentum: *Quòd licèt quis perueniat ad statum, à quo non potest incipere, tamen to-*
13 *leratur*. Nàm inculpabile iudicandum est, quod necessitas intulit. vti Ioannes Papa VIII. Anselmo Lemouicinæ Ecclesiæ Episcopo respondit in *can. ad limina Beatorum 7. §. quapropter. 30. quæst. 1.* Neque
14 porrò suo hic vitio hunc in morbum incidit, sed casu; neque morbus ipse incurabilis est; neq; in ipso est oculo morbus, sed propè; neque oculus effossus est, vti idem Gelasius Papa Rufino Epō scribit *d. can. si euangelica admonitio 13. ead. dist. 55.* rationē
15 reddens: *Nàm illi, cui eruitur est oculus, nō possunt secundùm canones sacerdotij iura concedi*. & nihilominùs in promouēdo loquitur, non in promoto. subinferens: *Sed hoc tantummmodò ad prohibitionem successisse videmus patribus, vt qui caret oculo, sacerdotij officium adipisci non possit*. & in his terminis in promouendo, & in eo, cui oculus effossus fuerat, malè ad primam clericalem coronam promotū fuisse decreuit *Rota* apud *Card. Seraphin. d. decis. 625. nu. 3. & 4. & per totam*. sequiturq; *Barbos. d. allegat. 42. nu. 27. & 29.* ad Eugenij Papæ determinationem in *cap. presbyterum 2. de clerico ægrotante, vel*
16 *debilitato*. Qui duo perpendit in ordinato, vt permitti ei non possit offerre: & nimiā membri debilitatem, vt suo fungi officio non valeat, veluti in eo, cui duo digiti, & medietas palmæ fuerat abscissa; & euidēs scandalum propter deformitatē. vt si hæc duo non sint, impediri quin offerat, iàm promotus, nō debeat. quod perpendit *Bellett. disquisit. clerical. par. 1. d. tit. 1. de disciplina clericali. §. 7. num. 24 & 27.* addens *num. 29.* ad rem nostram ex *Nauarro man. cap. 27.*
17 *num. 199.* Carentem visiua virtute in sinistro oculo, qui Canonis dicitur, tantā si polleat virtute in dextero, vt sine deformi faciei conuersione possit legere canonem, irregularem non vtiq; esse; posseq; permitti offerre, sacrisq; operari. deduximusq; Nos dicta nostra *respons. 9. num. 1. & seqq. par. 3. Diana par. 5. tract. 6. resolut. 22. in fine. vers. dico tertiò. Card. Toletus lib. 1. institut. sacerdotal. d. cap. 63. num. 3. vers. hi omnes repelluntur, Vgolin. d. cap. 48. num. 3. & seqq. Sayrus in thesaur. de censur. lib. 6. cap. 8. num. 8.* Duo præsertim ad rem nostram perpendens de eo loquens, qui orbatus est oculo sinistro, & legere potest oculo dextero, sine vlla indecentia; non esse hunc irregularē, vt promoueri quoq; possit. rationem reddit, dicens: *Cessat enim ratio irregularitatis, cùm nec careat membro necessario; nec sit deformitas*. Multò itaque magis hic Leonardus nulla præpeditur irregularitate, quin suo fungi munere iure valeat; sacrisq; operari; cùm neq; careat membro necessario, nec sit deformitas. non caret membro necessario, quia oculus integer est; neque deformitas est, quòd licno illo satis paruo vtitur, vt morbum medicamine foueat, lineatq;. Neq; porrò homines vidētes, scandalizabuntur de infirmo Sacerdote, quòd infirmus sit, probatæ verò vitæ; cùm hæc infirmitas ex corporis nata sit intemperie, non ex delicto, neque ex voluntate; *Cùm*
18 *nec volens quisquè oculum amisisse credendus est*. vti Gelasius Papa de illo loquitur, cui ex ira

ex ira ab alio oculus effossus fuerat. *d. can. si euangelica admonitio 13. dist. 55.* Veluti ad-
29 mirantes Discipuli *Ioannis 9. 2.* Cœcum à
natiuitate videntes, Dño dixerunt: *Rabi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? Respondit Iesus: neque hic peccauit, neque parentes eius; sed vt manifestentur opera Dei in illo.* quo loco Chrisostomus *homil. 55. col. 2.* sic infert: *Quid cæcitas huic*
30 *obfuit, propter quam vidit? Itaq; vt mala huius vitæ, mala non sunt, ità neq; bona, sed pec-*
31 *catum dùmtaxat malum. Cæcitas non est ma-*
32 *lum.* Ità Chrysostomus. Non peccauit hic Sacerdos, neq; cœcus effectus est; sed morbum contraxit dùmtaxat, & extrà oculum, quo eùm videt, vndè suo potest defungi officio; neq; scandalū hìnc oritur, quia nulla apparet deformitas, nullam proindè contraxit irregularitatē. *Non ergo conuenit ob hoc ei auferri antè susceptum ordinem, quàm in inualetudinem corporis casu faciente collapsus est.* consequentiam vt inferamus, quam Gelasius Papa intulit *d. can. præcepta canonum 12. fin. dist. 55.* Permittendus idcireò erit, (omni semoto scrupulo) vt sacris operetur, atque vt sueuerat, incruentum Deo
33 Altissimo offerat sacrificium: nè duplici grauetur onere, duplicique; conteratur contritione. iuxtà *Hieremiæ illud 17. 18.* Dominum deprecantis; *Induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos.* Et inualetudinis, & quòd non idoneus, vt
34 sacra faciat, æstimatur. Addeturq; afflicto afflictio. quod sanè iniustum putauit Gregorius ille Magnus epist. 5. ad Candidum Episcopum in *can. cùm percussio corporalis 2. 7. quæst. 1.* sic inferens: *Et ideò non debet à nobis addi flagellatis afflictio; nè nos culpa (quod absit) offensa respiciat.* notatq; *Gloss.* ibidem verbo *flagellatis.* tradiditq; Pomponius libro 14. ad Sabinum in *l. iure succursum 7. ff. de iure dotiū.* illis verbis: *ne, & filia amissa, & pecunia damnum sentiret.* neuè detur afflicto afflictio. vt summarium ibidem adnertit. deducitq; plenè *Barbosa axiom. 18.* & in hisce nostris terminis *Bellett. d. tit. de disciplina clericali. §. 7. num. 28.*

25 Neq; irregularitas, quę iure est humano
26 inuecta. (Quippè impedimentum est à iure canonico inductum, directè impediens acceptionem ordinū Ecclesiasticorum, aut aliquem vsum eorum, quatenùs sunt ordines, etiam post pœnitentiam. vt eam definit *Nauar. in manual. d. cap. 27. nu. 191.*) vltrà id protendenda, quàm iure est ipso humano expressum. ex Bonifacio VIII. in *cap. si, qui in Ecclesia 18. de sentent. excommun. in 6.* illis apertissimis verbis: *Irregularitatis tamen (cùm id non sit expressum in iure) laqueum non incurrit.* ibidemque adnotat
27 *Gloss* verbo *in iure.* in dubio potissimùm. ex *Innocent. in cap. ad audientiam 12. de homicid. extrà.* eumq; sequitur *Nauar. in can. si quis autem, de pœnitent. dist. 7. num. 38. & 39.* rationem reddens, dicens: *Ratio huius dicti est, quia omnis irregularitas iure humano est inducta, & ideò in quocumq; foro, in dubio casu dicendum est in illo, non incurri irregularitatem; quia, vt illemet subijcit* (Innocentius
28 videlicet) *pœnæ sunt mollienda, can. pœnæ supra dist. 1.* ità Nauarrus. ipseq; *d. cap. 27. in man. num. 194. Sayrus in thesaur. lib. 1. cap. 2.*
29 *num. 1. in 2 conuenient.* Et irregularitas ad euitandam indecentiā, quæ esset in eo, qui vel ordines suscipit, vel in susceptis ministrat, inducta est. vt aduertit *Gasp. Hurtad. tract. de irregularit. disput. 1. difficult. 1. num. 2.*

30 Non itaq; affligendus hic erit Sacerdos Canonicus, & hac alia contritione, sacris nè operetur, quia infirmitate conteritur. cùm oculum habeat, quo suo potest rectè defungi officio, & infirmitas curabilis est, non incurabilis. vt dispensatione non egeat.

Atquè ità ex his, prudentiori subiectis judicio, nequè Aristarchi abiecto supercilio respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Afflictio maxima est, quam dedit Deus filijs hominum in hac vita, vt non inueniat homo opus, quod operatus est Deus ab initio vsquè in finem. ex Ecclesiast. 3. 10. & 11.*
2 *Deus cuncta bona fecit in tempore suo, & Mundum tradit disputationi hominum.*
Ratio affertur. num. 3.
4 *Socratis dictum:* Hoc vnum scio, quòd nihil scio.
5 *Factorum diuersitas in moralibus, atq; ciuilibus. difficultates auget.*
Et vt diuersa sequatur iuris dispositio.
Nàm in causa iuis est. num. 6.
Hoc est in facto.
7 *Saluianum directum, aduersus emptorem non datur.*
Datur tamen vtile.
Etiam contra extraneum. num. 8.
9 *Contractus resoluitur ex pactis initis.*
Debet proindè restitui id, quod acceptū fuit. num. 16.
10 *Dilemma est argumentum rethoricum, quod cornutum dicitur.*
Nàm ex vtraq; parte ferit.
Probatur ex Hieronymi dilemmate. nu. 11.
Et altero ex Calisto Papa. num. 12.
13 *Emptorem rem, & pretium retinere æquitatis non patitur ratio, ideò ad vsuras tenetur compensatiuas.*

Iure

Iure etiam Canonico. num.14. & num.15.
Compellet igitur illum Iudex. num.19.
17 Debetur cuique, quod suum est.
18 Contractibus in singulis hoc firmum esse debet, quod ab initio conuenit.
Dat enim legem contractui pactio.
20 Venditori ex vendito actio competit ad ea consequenda, quæ ei ab emptore præstari oportet.
21 Contractus emptionis, & venditionis, bonæ fidei contractus est.
Estq; indiuiduus. num.24.
22 Bonæ fidei nil magis congruit, quàm id præstetur, quod inter contrahentes actum est.
23 Emptio, & venditio, emptor, & venditor correlatiui termini sunt.
25 Contractus etiam cum pacto resolutiuo firmus manet ex voluntate, etiam tacita, contrahentium.
Requiritur tamen vtriusq; cõtrahentis consensus. num.26.
Et vt rescindatur.
Et vt firmus sit.
27 Voluntas cõtrahentium omninò seruari debet.
Alioquin contractus sine consensu remanet.
28 Pactis standum inter partes firmatis.
Vt qui pactis stare noluerit, excommunicari possit. num.29.
30 Dominij reseruatio in contractu venditionis adiecta pro ipso venditore, contractũ conditionalem reddit.
31 Saluianum interdictum, ex causa hypothecæ, etiam contra tertium possessorem datur.
Quia remedium est adipiscendæ possessionis.
In emptore præsertim. num.32.
Nàm datur contra possidentem. num.33.
Rem sequitur, non personam.
Est simile iudicio assistentiæ. num.34.
Et dicitur in rem scriptum. num.35.
Et datur contra quemcunq; possessorem.
In eo appellatio non admittitur. nu.36.
Quia iudicium possessorium est.
37 Præscriptio nullo tempore currit cum mala fide.
Et quòd præscribens nullo tẽpore conscientiam habeat rei alienæ. num.38.
39 Debitor contra creditorem nunquã præscribit.
Quia semper in mala fide est.
Obsistente præsertim sibi iuramento, quo ad obseruantiam se constrinxit contractus. num.40.
41 Præscriptio non procedit aduersus obligationẽ Sacramento firmatam, nisi saltim quadraginta annorum curricula excurserint.
Potissimùm verò aduersus census debitorem. num.42.
43 Census alter constitutiuus, alter cõpensatiuus, seu reseruatiuus.
Census nomen, generis nomen est, comprehenditq; sub se species suas. num.44.
Census nuncupatur vata illa, quæ pro territorijs Regi soluitur.
Censum nuncupauerunt Iudæi tributũ, quod Cæsari soluebant. num.46.
47 Genus de omni specie prædicatur.
48 Solutio facta præsumitur ex lapsu temporis, consanguinitate, & frequenti calculatione. ad terminos text. in l. Procula 26. de probationib.
49 Text. in l. Procula 26. de probationib. expenditur.
Eiusq; requisita enumerantur.
50 Ignorantia præsumitur.
In hærede potissimùm.
Et suo. num.51.
52 Restitutioni obnoxius est, qui rem detinet alienam.
Nec remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.
Nec saluatur quis, nisi restituat. num.53.
54 Alienans rem pendente iudicio, in litigiosi vitium incidit.
Versutia nempè, atque calliditas æstimatur, ideò retundenda.
55 Litigiosi vitium non obstat, si ex causa necessaria fiat alienatio lite pendente.
Vtputà in creditorem anteriorem, hypothecã habentem.
Exauditur tamen, quando creditor anterior vi hypothecæ ipse agit pro sui consecutione crediti. num.56.
Secus verò, si iudicij mutandi causa ipse debitor alienet. num.57.
Nàm saltim actione in factum tenebitur.
Præsertim verò, si data opera in damnũ collitigantis, & in fraudem ipse debitor alienauerit. num.58.
59 Nemo ex sua fraude, & dolo commodum percipere debet.
Quia non debet quis premium consequi, ex quo pœnam meretur. num.60.
Et nemo ex suo delicto meliorem conditionem suam facere potest. num.61.
62 Rem, & pretium retinere nemini licet.
63 Solutione eius, quod debetur, omnis tollitur actio, & obligatio.
64 Creditori facilè succurritur, vt vigore hypothecæ suum consequatur, etiã iudicio pendente.
65 Debitor iudicio pendente rem alienare minimè potest, vt suum fatiget aduersarium.
Nàm fraudandi animo fecisse videtur. numer.66.
67 Succurrendum ei est magis, qui de damno vitando agit.



ARGVMENTVM.

Saluianum directũ aduersus emptorem nõ datur, datur tamen vtile, etiam aduersus extraneum. Contractus resoluitur ex pactis initis. Emptorẽ rem, & pretium retinere, æquitatis ratio non patitur. tenetur proindè interim ad vsuras compensatiuas, etiam Iure Canonico. Contractus ex cõuentione legẽ accipiunt. Contractus etiã cum pacto resolutiuo firmus manet ex voluntate partium. Dominij reseruatio contractum conditionalem facit. Saluianum etiam contra tertiũ possessorem datur, propter hypothecam. Est enim remediũ adipiscendæ, & datur contra possidentẽ. Est simile iudicio assistentię. neq; in eo appellatio admittitur. Prescriptio nullo tempore currit cum mala fide. præsertim verò à debitore contra creditorẽ; accedente potissimũ Sacramẽto. & aduersus census debitorem. Census alter constitutiuus, alter reseruatiuus, siuè compensatiuus. Solutio ex lapsu temporis ex *l. Procula 26. ff. de solutionib.* an facta præsumatur, & quæ requirantur. Vitium litigiosi quomodò locũ habeat aduersus alienantẽ, iudicio pendente, & quid ex causa necessaria?

RESPONSIO LXV.

1 MAxima sanè est afflictio, quam dedir Deus filijs Hominum in hac vita. Et quidèm ipse cuncta fecit
2 bona in tempore suo, & Mundum tradidit disputationi eorum, vt nõ inueniat homo opus, quod operatus est Deus ab initio, vsquè in finem. vti Salomon sapiens ille Rex Israel, qui de omnibus disputauit. *Ec-*
3 *clesiastes 3. 10. & 11.* dixit. Quia nimirùm in his humanis nil habet homo in certitudine notitię, quin dubijs vexetur. Vndè iu-
4 re magnus ille Philosophus Socrates dicebat: *Hoc vnum scio, quod nihil scio.* Hanc afflictionem existimauit, nec modicum Salomon dicto loco: *Vidi afflictionem, quam dedit Deus filijs Hominum, vt distendantur in ea.* in exercitio scilicet studij. *vt distendantur in ea*; occupentur videlicet. *vt non inueniat homo opus, &c.* ipsum perfectè cognoscendo. sicuti *Lyranus* ibidem commentum agit. Hinc fit, vt ex diuersitate factorum in
5 moralibus, atquè ciuilibus negotijs non modica difficultas oriatur. Leges namquè occurrentibus accomodantur factis, vt ex diuersitate factorum, diuersa legis quoquè oriatur dispositio. vt in causa ius esse positum responderit nõ ab re Alphenus lib. 2. digestorũ in *l. si ex plagis 53. §. in Cliuo Capitolino. ff. ad legem Aquiliam.* ibiquè *Gloss.*
6 verbo *in causa* quæ sic infert. *Vel causam dicit factum ipsum, cum quo ius est implicitum. facti ergo potiùs est quæstio, quàm iuris.* ità Gloss.

Factum igitur proponamus in hac, quæ nunc fabula narratur, vt ex illo postmodũ ius venemur.

Anno 1616. Die 21. Augusti in Ciuitate Barij V. I. D. Marcellus Doctola vendidit Clerico Iosepho Doctola, & Camillo Doctola, eiusdem germano, partem, & portionem, quæ ad eum spectabat vnius possessionis aratrorum vigintiquinque arborum oliuarum, de computo numero quatuor centum triginta, cũ quodam Trappeto cum lamia, turre, cortilio, & cisterna, sitæ extrà Barium in eius territorio, in loco dicto Casarea, cum nonnullis arboribus, etiam amigdolarum, &c. cum onere soluendi quosdam census annuos pro capitali ducatorum quadraginta octo, vno tareno, & granis tresdecim, & obolis octo, vt remanserit purum pretium in ducatis tercentũ, & quindecim. pro ducatis centum dictus Marcellus vẽditor accepit apothecam quandã, sitam subtus domibus dicti Marcelli, pro alijs verò ducatis bisceutum quindecim se obligauit dictus Clericus Ioseph emptor dicto Marcello venditori ex delegatione illius, soluere il-

los Monasterio Sãctæ Mariæ dello Soccorso Terrę Rutiliani pro dote, seù monachatione facienda Beatricis Doctolæ filię pręfati Marcelli, siuè etiam alteri Monasterio, in quod dicta Beatrix ingrederetur, vt monialē ageret. promisitq; Ioseph, dictos biscentū quindecim soluere dicto Marcello, pro illis soluēdis dicto Monasterio per totum mensem Nouembris primi venturi in moneta argentea. Itá quòd durāte integra solutione prædicta, nō intelligatur translatum dominium pœnès dictum emptorem. *Cum pacto, quòd si in dicto mense Nouembris supradictus Clericus Ioseph non habuerit commoditatē illos soluendi de contanti, habeat tempus ad illos soluendos per totū mensem Aprilis primi, &c. pro quo tēpore, scilicet à primo Decembris primi, & per totum mensem Aprilis prædicti dictus Clericus Ioseph, quo supra nomine correspondere, & soluere debeat eidē Doctori Marcello censum ad rationē octo per centum. quoniàm sic, &c.* Con patto etiam, *che peruenendo detta possessione in potere de' Padri Gesuiti, in qual si uoglia tempo, e per qualsiuoglia causa, così directè, come indirectè, & aliàs quomodocunq;, & qualitercunq;, in tali casu detta possessione, cioè tāto la parte di detto Dottor Marcello, quanto di detti fratelli Dottola debba peruenire, & essere di detto Dottore Marcello, senza essere obligato à restitutione di detto prezzo, ò pagamento dell'altra parte. &c. quoniam sic. Con patto ancora, che non Monacandosi detta Beatrice in detto Monasterio di Rotigliano, nè in altro Monasterio, in tal caso la presente vendita sia nulla, & inualida, e lo prezzo predetto torni alli detti fratelli Clerico Gioseffo, e Clerico Camillo Dottola, e la possessione, seù parte, vt supra venduta torni à detto Dottore Marcello, &c.* Beatrix neq; in dicto Monasterio Rutiliani, neq; in alio monialem egit, sed matrimonio se cōiunxit cum Clerico Ioanne Maria de Matthæis. Egit post multa tēpora dictus Clericus de Matthæis vir Beatricis aduersus Patres Collegij Ciuitatis Barij Societatis IESV iudicio Saluiani interdicti in Curia Archiepiscopali Baren. compilatoq; processu in dicto iudicio, plura eidem opponūtur. Primò, quòd malè iudicium Saluiani intentauit, magis autem reiuendicationis iudicio agere debuisset. Secundò, quòd obstet eidem resolutio contractus, ob pactum adiectum, si Beatrix monialem non ageret, esset nulla vēditio. Tertiò, interdictum Saluiani contra tertios possessores non dari. Quartò, actionem agēdi esse præscriptam 30. annorum lapsu. Quintò, solutionem pręsumi factam per *legem Proculus, de probationibus.* Perquisiti igitur, vt responsum congruum daremus.

7 Primum, non obstare diximus, nam & si quidem aduersus emptorem directum Saluianum non detur, datur tamen vtile. ex *Gloss.* recepta in *l. 1.* verbo *competit. C. de præcario, & Saluiano interdicto*. probaturq; nec ineptè ex Iuliano lib. 49. digestorum, in *l. 1. in princ. ff. de Saluiano interdicto.* illis verbis: *Quod apud emptorem* (ancillæ videlicet) *ex ea natum est, eius apprehendēdi gratia, vtile interdictum* reddi *oportet.* Ibiq; *Glos.* verbo *vtile interdictum. in fin.* dum ex §. 1.
8 *d. l. 1.* probat, contra extraneum etiam dari Saluianum, non sanè directum, sed vtile. sequiturq; *Bart.* ibidem in principio, sequentibus docens: *Oppone. Quòd contra emptorem istud interdictum non datur. vt C. eodem. L. 1.* solue. *non datur directum, sed vtile sic, vt hic.* itá Bartolus. sequitur *Bartholom. Socin. cons. 80. sub nu. 2. lib. 3. Surd. cons. 231. n. 1. & seq.* & sequuta fuit Rota in *Romana vineæ 5. Iunij* 1598. corā *Orano* aduersus Collegium Germanicum *decis. 277. num. 1.* in impressis per *Statil. Pacif. de Saluiano interdicto. Menoch. de adipisc. possess. remed. 3. nu. 5. 6. & seq. & quæst. 7. num. 55. & seq.*

Neq; etiam Secundum facit obstaculū obiectum, de resolutione cōtractus ob pactum adiectum: *Che non monacandosi detta Beatrice in detto Monasterio di Rutigliano, nè in altro Monasterio, in tal caso la presēte vendita sia nulla, & inualida, e lo prezzo predetto torni alli detti fratelli Clerico Gioseffo, e Clerico Camillo Dottola, e la possessione, seù parte, vt supra venduta torni à detto Dottore Marcello, &c.* Quòd monialem non egerit dicta Beatrix, neq; in Monasterio Rutiliani, neq; in alio; sed matrimonio se iugarit
9 Ioanni Mariæ de Matthæis. fuerit proindè resolutus contractus. vt tradit *Alciat. lib. 8 responsorum cons. 10. num. 1. & seq.* quem sequuta fuit *Rota in Romana vineæ 3. Aprilis* 1598. coràm *Orano decis. 281. num. 2.* apud *Pacificum de Saluiano interdicto.* De duobus alterum concedere nobis oportet Aduersarios, quos dilemmate conuenimus hu-
10 iuscemodi. Est quippè dilemma argumētum rethoricum, quod cornutum dicitur, quia ex vtraq; parte ferit. hoc argumento argumentatus fuit Alexander Papa in *can. Ad Apostolicam 2. §. quid igitur dicēt. 35. q. 5.* & Hieronymus contra Iouinianum in *can. si enim inquit 40. §. eligit aduersarius. de pœ-*
11 *nitent. dist. 2.* argumentum dilemma proponimus Hieronymi: *Eligat aduersarius è duobus, quod vult. Optionē enim ei damus: manet in Christo, an nō manet? Si manet; ita ergo ambulet, vt Christus. Si autem temerarium est, similitudinem virtutum Domini polliceri; non manet in Christo; quia non ingreditur, vt Chri-*
12 *stus*. Dilemma est etiā & illud Callisti Papæ in *can. ponderet vnusquisq; 14. dist. 50.* sic Callistus: *Et ipsi, qui hoc putant, non solùm errant, sed etiam contra traditas Ecclesiæ claues disputare, & agere videntur. de quibus dictum est.*

ctum est. (Matthæi 18.) Quæcumq; solueri-
tis in terra, erunt soluta, & in Cœlo. *Alio-
quin hæc sententia, aut Domini non est, aut ve-
ra est.* Sic Patres isti dilemmate aduersa-
rios conuincerunt. Conuincamus & nos
pari argumento Aduersarios nostros. Vel
venditionis hic contractus, Beatrice mo-
niali non effecta resolutus fuit, vel non fuit
resolutus. Si resolutus non fuit; perseuerat
vtiq; firmus. Cur ergo, qui Iosephum Do-
ctolam nūc repręsentāt, fructus non soluūt
compensatiuos, siue etiam vsuras compen-
satinas, ad rationem octo in singula centū,
13 vt pactis conuenerunt: cùm rem, & pretiū
retinere minimè debeant, nec æquitatis id
ratio patiatur? vti Diocletianus, & Maxi-
minianus Cæsares hoc decreuere in *l. cura-
bit præses 5. C. de actionibus empti, & venditi.*
ibiq; *Gloss.* verbo *restituere.* & verbo *ratio.*
quæ sic infert: *quæ* (ratio videlicet) *adeò
iusta est, vt, cum quasi interesse petantur vsuræ.*
14 *de vsuris etiam iure canonum obtineat, quod
hic dicit, secundùm Azonem.* sic Glossa. Ra-
tionemq; reddere videtur Vlpianus lib. 32.
ad edictum in *l. Iulianus 14. §. ex vendito. ff.
de actionibus empti, & venditi.* sic nempè di-
sponit Vlpianus. *Item* (inquiēs) *vsura pre-
tij post diem traditionis: nàm cùm re emptor
fruatur; æquissimum est eum, vsuras pretij pen-
dere.* ibiq; plenè *Gloss.* verbo *post diem.* Rota
apud *Coccinum decis. 275. nu 5. & decis. 326.
num. 3. 4. & 5. & decis. 410. num. 3.*
15 De iure quoq; sacrorum Canonum: ex
cap. conquæstus 8. de vsur. & *Gloss.* magna ibi-
dem, verbo *de feudo.* Rota apud *Card. Man-*
16 *tic. decis. 3. num. 4.* Si verò contractus reso-
lutus fuit: debet vtiq; restitui prædium,
quod sub hoc pacto resolutiuo, & hac lege,
venditum fuit, vt non effecta moniali Bea-
trice, venditio nulla esset. vti *Alciat. d. cons.
10. num. 1. & seq.* & *Rota* in superioribus al-
lata deduxerunt. Debebat itaquè Ioseph
Doctola territorium restituere. non resti-
tuit, & fructus ipse percepit. ad vsuras vtiq;
compensatinas tenebitur. iuxtà quod illas
suo firmauit Sacramento, atque ad rationē
octo in singula centum taxauit: vt cuiquè
sortiatur, quod Matthæi 20. 14. Pater fa-
17 milias dixit: *Tolle quod tuum est, & vade.*
18 Hoc nempè in singulis contractibus fir-
mum erit, quod ab initio conuenit. Legem
enim contractui pactio dedit. ex Vlpiano
lib. 28. ad edictum in *l. contractus 24. ff. de re-
gul. iur. Rota in Romana Salmani interdicti 10
Iunij 1587.* coràm *Card. Seraphino decis. 787.
num. 2.* quæ est etiam in impressis apud *Fa-
rinac. ad calcem 1. tom. consiliorum. decis. 44.
num. 1.* Nequè porrò æquitatis patitur ra-
tio, vt ipse quidèm territorium retineat,
19 quod non soluit; Beatrix verò rem perdat,
& pretium. Compellet proindè illū Iudex,
vel territorium, quod suum non est, resti-
tuat, vel partem pretij, quod penès se ha-
bet, cum vsuris quoq; reddat. vt isdē edi-
xere Cęsares. *d. l. curabit 5. C. de actionibus em-*
20 *pti, & venditi.* Nàm ex vendito actio ven-
ditori competit ad ea consequenda, quæ ei
ab emptore præstari oportet. vti Vlpianus
*d. l. Iulianus 14. §. ex vendito ff. de actionibus
empti, & venditi.* decernit. In hoc quippè
21 iudicio id deduci debet; quod præstari
conuenit. Cùm enim bonę fidei sit iudiciū;
22 nihil bonæ fidei magis congruit; quàm
id præstari, quod inter contrahentes actum
est. docet Vlpianus idem lib. 32. ad edictū
in *l. ex empto 11. in princ. ff. de actionibus em-*
23 *pti.* Sunt namquè emptio, & venditio, em-
ptor, & venditor, correlatiui termini. facta
24 igitur resolutione ab vna parte, totus con-
tractus resolutus est, quia indiuiduus est.
Iulianus id præstat lib. 15. digestorum in
l. cùm emptor 5. ff. de rescind. vend. sequiturq;
*Bald. cons. 14. siuè 17. super legitimatione. n. 2.
in 5. argum. lib. 4. Fabian. de Monte tract. de
empt. & vendit. q. 1. nu. 1. tom. 6. tract. par. 1.
fol. 39.* ex Iabolcno lib. 5. Pithanon in *l. si ego
tibi 23. siuè fin. ff. de acceptilationibus.* & ex
Arcadio, & Honorio Augustis in *l. 1. C. de
cupressis. lib. 10. Fabian. de Monte eod. tract. de
empt. & vendit. quæst. 2. num. 32. Barbosa axio-
mate 61. num. 1. Gratian. forens. par. 1. cap. 26.
num. 15. & 16. Vincent. de Franch. decis. 225.
num. 2. Ioan. Bapt. Thor. voto 18. nu. 3. Cache-
ran. Osaschi Dominus decis. 141. num. 1. Glorit.
cons. 5. num. 46. & 47. Regens Capycius Latro
decis. 30. num. 6. & 7. & 9.*
25 Et quid planè, si vtriq; eorum, emptori
videlicet, & venditori, mutuo eorum con-
sensu, etiam tacito, cōtractui stare placuit,
neq; ex hac parte nō monachationis Bea-
tricis, resolui: nùm nè peioris conditionis
venditor, quàm emptor erit, vt hic totum
lucretur prædium, nequè pretium soluat,
venditor verò, & pretium, & rem amittat?
non vtiquè, quia contractus ex vtriusquè
contrahentis consensu rescinditur; sicuti
vtriusq; consensu firmatur. ex Diocletia-
no, & Maximiano Augustis in *l. si diuersa 14.
C. de transactionib. Rota* apud sanct. memor.
Gregorium XV. decis. 76. num. 3. & sequuta
fuit *Rota in Romana census, seù depositi 28.
Iunij 1645.* coràm *Mettio decis. 267. num. 11.*
in noua impressione Romana. *Zacchia ad
Gallesium de obligatione Camerali, anno 1647.*
26 Perquiritur proindè vtriusq; contrahen-
tis consensus; vt contractus rescindatur.
alioquin ipsis volētibus firmus remanebit.
ex *Alexand. in l. an insulam 124. in 16. fallent.
ff. de verbor. obligat.* ex *Bald. quo tempore miles
inuestituram petere debet. in princ. sub num. 3.
vers. & est ratio. in vsibus feudorū.* ex Aphri-
cano lib. 6. quæstionū in *l. traiectitiæ 22. §. de
illo sanè. ff. de actionib. & obligat.* quem textū
allegat *Alexand. in d. 16. fallent.* sequiturq;

Rota apud Card. Seraphin. decis.209. num.1.
quæ est etiam in impressis par.1. diuersor.
decis.134.nu.1.sequiturq; eadem Rota apud
Buratium decis.110.nu.13 p.1.per Ferrentill.
Et Aedepol si cötractus hic, ex quo Bea-
trix monialis non effecta fuit,rescissus pro-
clamatur, quarè non magis rescissus affir-
matur; ex quo prædium prædictũ,seù pos-
sessio ad manus peruenit Patrum Iesuita-
rum? Cum expressissimo pacto cautum in-
ter se partes contrahentes voluerint,vt in
initio etiam deduximus: Con patto videli-
cet, che peruenendo detta possessione in potere
de' Padri Gesuiti; in qualsiuoglia tempo, e per
qualsiuoglia causa, così direttè, come indirettè,
& aliàs quomodocunquè,& qualitercunquè, in
tali casu detta possessione, cioè tanto la parte di
detto Dottor Marcello, quanto di detti fratelli
Dottola debbia peruenire, & essere di detto
dottor Marcello,senza essere obligato à restitu-
tione di prezzo, ò pagamento dell'altra parte.
27 quoniam sic, &c. Voluntas igitur contra-
hentium omninò seruari debebit,quæ for-
mam induxit, neq; firmari aliàs potest, cũ
sine consensu vtriusq; ex hac parte contra-
ctus remãserit. vt perpendit Rota apud Pu-
teum decis.66. num.1. & seq. lib.3. ex Paulo
lib.3. quæstionũ in l.voluntate creditoris 10.
ff.quib.mod. pign. vel hypoth. soluat. Caputaq.
decis.81.num.3. par.2. Grattan.forens.discept.
par.4. cap.748.nu.12. Regens Capycius Latro
d.decis.30.num.6.7.8.9.& 10. Ad restitutio-
nem proindè ex hac parte tenentur ipsi; cũ
apertissimè sic contraxerint ab initio par-
tes, vt tota, & integra possessio ad Marcel-
lum deueniret. Iàm enim ab initio partes
contrahentes hoc perspexerant fieri posse,
vt ad Patres quandoquè perueniret; vndè
28 singulari pacto se munire voluerunt. Pactis
igitur standum firmatis. Naturali quippè
ex æquitate hoc oritur. Quid enim tàm
congruum est humanæ fidei, quàm ea, quæ
inter eos placuerint, seruare? Vlpianus li-
29 bro 4. ad edictum in l.1. ff.de pactis. vt qui
pactis noluerint stare firmatis, ab Ecclesia-
stica remoueri comunione possint. ex Cõ-
30 cilio Africano in cap.1.de pactis. Acceden-
te potissimùm reseruatione dominij pro
ipso vẽditore, quæ conditionem importat,
vt notat Bald.in l.1. in princ. C.de legat. Fa-
bian.de Monte d.tract. de empt.& vendit. q.3.
princip. num.50. vers.quod intelligas. Tiraq.
de retract.lignag.seù conuent. §.1.gloss.2.n.43.
cum seq. Magon.decis.Lucensi 31. num.10. se-
quutaq; fuit Rota in Romana vineæ 12. No-
uembris 1598.corà[illegible]no decis.267.num.1.
apud Pacif.de Saluiano interdicto.
Nequè Tertium obsistit obiectum; Sal-
uianum hoc interdictum aduersus tertios
possessores minimè dari.
31 Præsupposita namq; hypotheca, Saluia-
num, saltim vtile, etiã aduersus tertios pos-
sessores datur. quia remedium est adipi-
scendæ possessionis. ex Iuliano d.l.1. ff.de
Saluiano interdicto. & Gordiano Augusto
d.l.1.C.de precario,& Saluiano interdicto. ibi-
demq; Gloss. verbo competit. quæ ad rem
32 nostram distendit: in emptore præsertim.
noster Maranta in specul. par.4. in 7.distinct.
iudiciorum. iudicium aliud petitorium, aliud
possessorium. num.11. in fin. sequuta fuit Ro-
ta decis.15.num.2.& decis.25.num.4.5.& seq.
apud Pacif.de Saluiano interdicto.
33 Datur enim hoc interdictum cõtra pos-
sidentem, remq; persequitur, non personã.
ex Gloss. d.l.1. C.de precario, & Saluiano in-
terdicto. Rota par.2.diuersorum decis.34. num.
24. & in Romana Saluiani interdicti 15. De-
cembris 1614. coràm Pamphilio, nunc San-
ctissimo D.N. Innocentio X. decis.56.nu.5.
& decis 207.num.2.apud Pacif. & decis.127.
nu.1. & 2. apud Farinac. ad calcem 1.volum.
consiliorum.ibiq; per Centofinum addentem.
34 Simile quippè hoc habetur Iudicium cùm
actio hypothecaria fit, assistentiæ, quæ in
Regno vocatur. iuxtà Pras.de Franch.decis.
80.num.15.& 16. Dicitur enim in rem scri-
35 ptum.& proindè contra quemcunq; datur
possessorem. ex Gloss. in verbo competit. in
d.l.1. C. de precario, & Saluiano interdicto.
plenè Menoch. de adipisc. d. remed.3. quæst.7.
num. 51. & seq. Rota in Fauentina legati 24.
Nouembris 1589. coràm Card. Pamphilio se-
niore decis.1. num.5. apud Pacif. de Saluiano
interdicto.& in Romana de Mazzatostis 23. Iu-
nij 1617. corã Card. Verospio decis.939.nu.1.
par.4.recentior. per Robeum. Quam ob cau-
36 sam, cùm sit iudicium possessorium, appel-
lationem nõ admittit. Bart. in d.l.1. num.4.
ff. de Saluiano interdicto. Verall. Episcopus
Caputaquen decis.106. par.3. & apud Can-
tuecium d.decis.34.num.2.& seq. par.2.diuers.
& decis.5.num.1.& 2. & decis 98.nu.2. apud
Pacificum de Saluiano, quæ est etiam in im-
pressis apud sanct. memor. Gregorium XV.
decis.491.nu 2.ibiq; Beltramin.lit.A. sequu-
taq; fuit Rota in Romana vineæ, & Saluiani
27. Februarij 1612. coràm Card. Sueuaio de-
cis.3. num.3. apud Zacchiam ad Gallesium de
oblig. Cameral. in nouis impressis Romæ,
atq; per quam amplè pertractat Statil. Pa-
cif.d.tract.de Saluiano interdicto inspect.4 c.2.
per totum. regulam statuens num.1. Appel-
lationem in hoc interdicto denegandam
fore. Quia iudicium possessorium est. Me-
noch.de adipisc.d.remed.3.num.7.
Nequè obstat Quartò, quod de actionis
præscriptione ipsi obijcisit ob triginta an-
norum lapsum. Præterquàm quòd enim
ab anno 1618. quo Beatrix cum Ioanne
Maria matrimonium contraxit, triginta
anni lapsi nõ sunt. Quid sanè est, quod pre-
scripsisse se iactant: nè fortasse contractus
rescissus habeatur: & in hoc quidẽ manus
damus.

damus. Cùm, vt in superioribus meminimus, vtriusq; contrahentis, tacito saltim
côsensu, nè rescissus haberetur in hac parte contractus, quòd Beatrix monialem non
egerit, actum fuerit, vt perseuerarit firmus
in hac parte côtractus cũ obligatione soluẽdi octo in singula centũ. Si verò hoc velint se præscripsisse, vt rẽ, & pretiũ haberẽt,
37 & vtrumq; Beatrix amitteret: In hoc planè dicimus, præscriptionem nullo tempore
currere cum mala fide. Malę quippè fidei
possessor vllo tẽpore non præscribit. *regula*
38 *possessor 2. de reg.iur, in 6.* Quia nimirùm
oportet, vt qui præscribit, in nulla tẽporis
parte rei habeat conscientiã alienæ. ex Innocẽtio III. Pisano Archiepiscopo in *cap. si
diligenti 17. in fin.* & in Concilio Generali in
*cap. quoniam omne 20. sine fin. de præscript.
extrà.* & Valente, & Valentiniano Augustis
in *l. quemadmodùm 7. in fin. C. de agricol. &
39 censit. lib. 10.* Hinc est, quòd debitor contra creditorem nunquàm præscribit; quia
semper in mala fide est. vt perpendit *Rota*
Maceraten apud *Marc. Ant. Thomati*, nunc
meritissimum Episcopum Bitetten *decis.
14. nu 52.* De iure pręsertim canonico. *Afflict. decis. 13. num. 6. &* 8. obsistente potissi-
40 mùm eidem Sacramento, quo se ad obseruantiam obstrinxit contractus, consequentèrq; soluendi pretium, & vsuras interim
41 compensatiuas octo in singula centum,
aduersus quam obligationem, iure iurando firmatam præscriptio nõ procedit, nisi
saltim quadraginta annorum. ex Vlpiano
lib. 22. ad edictum in *l. udm postèaquam 9.
§. si is, qui temporaria.* ibiq; *Bart. & Castrens.
ff. de iure iurando. Aymon cons. 71. nu. 1. Rota*
apud *Burattum decis. 457. nu. 1. Rota in d. Faventina legati* coràm *Pamphilio d. decis.* 1.
nu. 6. apud *Pacif. de Salaiano* interdicto. po-
42 tissimùm verò aduersus census debitorẽ.
vt dixit *Rota* apud *eundem Pacif. decis. 303.
num. 1, &* 2. & Rota eadem in *Romana fructuum census 11. Decembris 1645.* coràm
Cerro decis. 190. num. 23. 24. & 25. apud *Zacchiam ad Galles. de obligat. Cameral.* in noua
impressione Romæ. & in actione assistentię
dixit *Moranta d. par. 4. in 7. distinct. nu. 60.* sequitur *Menoch. de recuper. possess. remed. 14.
quæst. 19. num. 68. 69. & seq.*
43 Et licèt hic non sit census cõstitutiuus,
est tamen census compẽsatiuus, siuè reseruatiuus ad rationem octo in singula centum, vt conuentum inter partes fuit, ac Sa-
44 cramento firmatum. Est nempè nomen
cẽsus generis nomen, quod sub se suas omnes continet species. Sicuti census nominis meminit Innocentius III. Abbati, &
Fratribus Cryptæ Ferratæ scribens in *cap.
constitutus 6. §. cùm autem. de relig domib.* qui
sanè census constitutiuus non est, sed re-
45 seruatiuus, & tamen census nuncupatur.
Veluti etiam census nuncupatur rata illa,
quę pro territorijs Regi soluitur, vel Imperatori. ad Vlpiani sensum lib. 3. de censibus in *l. forma censuali 4. ff. de censib.* En tri-
46 butum ipsum, quod soluebant Cæsari Iudei, censum vocauere, *Matthæi 22. 17.* Christo dicentes, tentantes, vt eum caperent in
sermone: *Quid tibi videtur, licet censum dare Cæsari, an non? Cognita autem IESVS nequitia eorum: Quid me tentatis hyppocritæ? ostendite mihi numisma census.* sequiturq; *Card.
Tolet. instruct. sacerd. lib. 5. cap. 42. sub nu. 3. &
cap 43. n. 1. Carolus Tapia in Iure Regni lib. 4.
rubr. 3. de censib. num. 1. & seq. fol. mihi 6.* variæ igitur sũt census species. sequiturq; ad
hanc rem nostram de censu reseruatiuo,
donec fieret solutio sortis principalis intra certum statutum tempus ad rationem
conuentam septem in singula centum *Capycius Latro Regens d. decis. 30. in princ. & sequentibus numeris.* Sat itaq; erit, si hæc census reseruatiui, siuè compensatiui species
47 sub genere comprehendatur census: quia
genus de omni specie pręedicatur. post Aristotelem 1. *topicorum* 4. Nostrates in *l. omnes 3.* ibiq; *Angel. C. de præscript. 30. vel 40.
annorum*. nec discessit ab hoc sensu Venuleius lib. 6. stipulationum in *l. si duo 52. in
fin. ff. de administrat. & peric. tutor.* ex Isidoro
*can. 1. in fin. distinct. 1. Gratian. forens. par. 5.
cap. 862. num. 36. Barbosa axiom. 107. nu. 29.*
diximus *respons.* nostra *16. nu. 16. & respons.
24. num. 11. par. 4.*
48 Nequè demùm obstaculum faciet, solutionem præsumi factam ex lapsu temporis,
sanguinisq; coniunctione, ex præsumpta
l. penult. ff. de probat.
49 Quia nimirũ ex Papiniano lib. 20. quæstionum in *d. l. Procula 26. ff. de probat.* Tria
coniunctim perquiruntur, vt eius dispositio locum inuenire valeat. Ratio quidèm
sanguinis; longi temporis silentium; atq;
demum sępiùs facta inter ipsos dati, acceptiq; calculatio. vnum si horum defuerit,
legis præfatæ dispositio, quæ in præsũptione donationis fundamentum firmat, locũ
minimè habebit. ex *Gloss. in l. libertis, quos
testamento 18. §. manumissis.* verbo *si conditio.
circa finem. ff. de aliment. & cibar. legat.* sequiturq; *Bart. d. l. Procula.* etiam in summario
illius. *Afflict. decis. 13. num. 12. & seq. Menoch.
de præsumpt. lib. 3. præs. 135. Marius Antonin.
Maceraten. variar. resolut. lib. 2. resolut. 60. &
vlt. casu 25.* hæc verò tria hìc non intercedunt. Frustrà igitur ad legis Procula Asy-
50 lum confugere Aduersarij. Præterquàm
quòd in Beatrice muliere, & hærede præsumitur ignorãtia. ad regulam *præsumitur
ignorantia 47. de regul. iur. in 6.* ex Martiano
lib. 6. Institutionum in *l. verius esse 21. ff. de
probat.* plenissimè noster *Marantia in repet.
l. is potest. ff. de acquir. hæred. à num. 283.* statuens

tnens regulã : quòd in dubio semper præ-
51 sumitur ignorantia : eamquè amplians,li-
mitansq; , præsertim verò in hærede suo.
num. 314. regulam sequitur *Barbosa axiom.*
113 *num.*1.*cum seqq.*
Verùm Aduersarij subodorantes se ma-
52 lè rem retinere alienam,restitutioniq; ob-
noxios esse. iuxrà regulã Augustini in *can.*
si res aliena 1. 14. *q.* 6. non remittitur pec-
catum,nisi restituatur ablatum. & inter re-
gulas redixit Bonifacius VIII. in *regula*
53 *peccatum* 4. *de regul. iur. in* 6. nec saluatur
quis , nisi restituat . ex Hieronymo in *can.*
nemo,qui rapuit 4. 14.*quæst.*5. *S.Thom.* 2. 2.
*quæst.*62.*artic.*2. diximus *respons.* nostra 32.
54 *num.*6.& 7. *par.*4. Pendente iudicio rem
ipsam alienas in manus distraxere ; Quam
ob causam in litigiosi vitium dedere . ex
Iustiniano Cæsare in *l.fin. C. de litigiosis.* &
hanc calliditatem,siuè versutiam retunde-
re quoq; sua constitutione voluit Alexan-
der III. in *cap.*1.*de alienat.iudic.mutand.caus.*
facta. ibiq; *Gloss.* verbo *commutationem fece-*
rint. & Innocentius III. in *cap. Ecclesia Sã-*
cta Maria 3. *vt lite pendente.*ibidemq; *Gloss.*
verbo *litigiosi.* & Scribentes , latèq; pertra-
ctat noster Proauus *Robertus Maranta de*
multiplici alienatione. in 12 *casu à nu* 89 *cum*
seq. ad 97. *Alexand.Trentacinq. variar.resol.*
*lib.*2.*tit.*1.*resolut.*17. *per tot. Vinc.de Franchi*
*decis.*545. ibiq; præter alios *Riccius* Addens
*Donat. Ant.de Marin. resolut.quotidian. lib.*1.
*cap.*256.*num.*1.& *seq.Franc.de Ponte Regens*
*cons.*6.*num.*14.& *seq.lib.*1.
55 Nec ad rem facit, non obstare vitium
litigiosi, quãdo ex causã necessaria fit alie-
natio in creditorem anteriorem,hypoteca-
riam habentem in re eadem. ex Iustiniano
Cæsare in *§.ab hoc autem.in auth.de litigiosis.*
*collat.*8. *Reg.de Ponte d.cons.*6. *num.*15.16.&
*seq. Donat.Anton. de Marin. d.cap.*256. *nu.*5.
& *seq.Cæuall.commun.contra commun.q.*127.
in fin.Anton.Monac.decis.Florentina 24.*num.*
24. & 25.
56 Quia nimirũ dispositio dicti textus Iu-
stiniani in *d.§. ab hoc autem* , locum sibi fa-
cit, quãdo creditor anterior virtute hypo-
thecæ ipse agit pro sui consequutione cre-
diti,vt tunc planè litigiosi vitium ei mini-
mè obsistat. sequiturq; *de Ponte. d. consil.* 6.
*nu.*20.& *seq. Monach.decis. Florent.*30.*nu.*24.
& 25. & per totam illam decisionem , in
qua & ipse, in quem facta alienatio fuerat,
57 collitigans erat . Secus verò si iudicij mu-
tandi causa, ipse, contra quem iudicium
agitur, alienationẽ tentet . tenebitur enim
saltim actione in factum. vt *Gloss.* decernit
in *d.§.ab hoc autem.* verbo & *quando.* ex Ca-
io lib.4.ad Edictum Prouinciale in *l.*1.*ff.de*
alienatione iudicij mutãdi causa facta. Et quid
sanè est, quòd ipsi Aduersarij prædictis
prætensis creditoribus per prius nõ solue-
runt,cùm ipsi possessionem, siuè territoriũ
hoc,& si pessimè detinerent,nec tamen sol-
uere , vt nunc pendente cum illis iudicio,
58 in tertium territorium transtulerint ; vt
alium Beatrici aduersarium suo loco sub-
stituerent , idquè data opera in fraudem
eiusdem fecerint ? vt Caius *d.l.*1. *ff. de alie-*
natione iudicij mutandi causa facta. verbis vti-
59 tur . Non igitur ex sua fraude commodũ
percipient. ex Vlpiano lib.29.ad Sabinum
in *l.itaq; fullo* 12. *ff.de furtis.*quem sequitur
Gloss. in can. authoritatẽ 2. verbo *absoluimus.*
versitem quia 15. *quæst.*5. Rationem reddit
Caius lib. 3. ad Edictum Prouinciale in
l.siuè hæreditaria negotia 23. *ff. de negot. gest.*
60 Quia non debet quis pręmium consequi ;
ex quo pœnam meretur . sequiturq; *Gloss.*
in cap.peruenit 2. verbo *dispendium. in fin. de*
fideiussorib. ex eodemq; Vlpiano lib.21. ad
edictum in *l.non fraudantur* 177. *§. nemo ex*
suo. ff de regul.iur. Regulam firmante : Ne-
61 mo ex suo delicto meliorem conditionem
suam facere potest . ibidemq; *Gloss.* verbo
nemo. & *Gloss.in can si ad peccatum* 20. verbo
conqueritur 22. *quæst.*4. diximus *respons* no-
stra 82.*num.*22.& 23.*par.*4. Nec ipsis licuit
62 retinere rem , & pretium . iuxtà terminos
d.l.curabit 5. *C.de actionibus empti,* & *venditi.*
& *d.l. Iulianus* 14. *§.ex vendito . ff.eodem.* &
supra deduximus. Eoq; magis,quòd, vt in
facto supponitur , iam illis de eorum præ-
tenso credito erat alia via factum satis. Ex
63 solutione verò omnis tollitur actio , &
obligatio . § 1. *Institut. quibus modis tollitur*
obligatio. ex Pomponio lib.35.ad Sabinum
in *l.creditor* 26. *ff.de solutionib.* quia quantũ
eis debebatur , receperant . diximus plenè
*respons.*nostra 30.*num.*1.& *seq.par.*4.
64 Aliud est nempè creditori succurrere,vt
suum consequatur , qui hypothecaria vti-
tur aduersus rem sibi hypothecatam . ex
Martiano libro singulari ad formam hy-
pothecariam in *l. si creditor* 7. *§.fin.* ibiquè
Bart. ff de distract.pignor. & Diocletiano,&
Maximiano Augustis in *l.distractis* 14. *C.de*
pignoribus , & hypothecis . Puteus decis. 261.
*num.*2.*par.*3.*Rota par.*2.*in recentior.decis.*759.
*nu.*4. & apud *Duranum decis.*364. *nu.*9. 10.
65 & *seq. par.*2. Aliud verò debitorem iudi-
cio pendente voluntariè rem in tertium
distrahere , vt collitigantem, contraq; se
agentem fatigẽt, nè suum consequatur .
quod perpendit apertissimè *Gloss. in d. l. si*
creditor 7. *§.fin.* verbo *venditionem. ff. de di-*
stract. pignor. ex qua hanc extraximus di-
stinctionẽ : eamq; sequitur *Rota* apud *Du-*
*ranum d.decis.*364. *num.*24.25.& *seq.* dum
distinguit ; aliud esse , cum , in quem facta
est alienatio iudicio pendente, sciuisse, vel
nesciisse litis pendentiam ; aliud verò in
alienante, in quo fraus præsumitur, cùm
iudicio pendente rem litigio suppositam
scienter

66 scientèr distraxerit.fraudandi quippè ani-
mo fecisse videtur. ex Caij sensu in *d.l.1.ff.*
de alienat.iudic.mutand.caus fact. & *toto titulo*
extra, & in 6. vt lite pendente nihil innouetur.
Non ex necessaria igitur causa, vt edixere,
alienationem fecerũt, sed voluntariè. Non
67 eis itaq; succurrendum, sed magis actori,
qui de damno agit vitando . ex regula Vl-
piani lib.25.ad edictum in *l.at si quis* 14. §.
sed & si res legata. ff.de relig.& sumpt.funer.
diximusq; *respons.*nostra 82 *num.29.par.4.*

Atq; ità ex his, Aristarchi supercilio non explose, respondeudum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

Fuit relaxatum mandatum de immittendo vigore Saluiani.

SVMMARIVM.

1 *Vsura est, aliquid ampliùs vltrà sortem, temporis ratione, & causa exigere.*
Vsura ex mutuo oritur, vel explicito, vel implicito, siuè pallsato. nu.2.& nu.17.
Vsura est, cùm vltrà sortem ratione pretij, ex mutuo exigitur. num.3.
Quasi pecuniæ fructus.
Vndè apud Græcos Tòkos; quasi partus, & fætus dicitur. num.4.
Apud Latinos fænus, quasi fætus, nuncupatur.
5 *Creditum qui vendit exigendum, non sanè pecuniam vendit, sed ius illud exigẽdi, quod in vendente erat.*
Indè pretio æstimabile est.
Vendi proindè potest.
Et numeratò minoris valet, quàm ius illud exigendi. num.15.& num.19.
6 *Venditio, & emptio contractus est, qui vtriusq; consensu perficitur.*
Et voluntate.
Et ex re pro merce.
Pecunia pro pretio.
Venditio sine pretio nulla procedit. nu.7.
Venditio frustranea esset, si qui emere licitè possit, non adesset. num.8.
9 *Rei suæ quilibet est moderator, & arbiter.*
Quàmuis illa abutatur, & in mare deijecerit.
10 *Emptio, & venditio, emptor, & venditor termini sunt correlatiui. & qui se mutuò respiciunt.*
Quia vnum ab alio pendet. num.11.
Nec debent ad imparia iudicari. num.12.
13 *Correlatiua ad inuicem correspondentiam habent, & vnum est alterius, alter ad alterum.*
14 *Simonia, ità est, spirituale pro temporali vendere, sicut emere.*
16 *Venditione rei venditæ dominium in emptorē transfertur, ità pecuniæ in venditorem.*
Vt eorum periculo res, & pecuniæ stent.
18 *Res ratione periculi minus præsenti pecunia valent. & num.20.*
Sicuti & ratione laboris, & expensarum.
21 *Mutuans potest aliquid vltrà sortem excipere ratione periculi, quod in rehabẽdo sortem certò inest.*
22 *Pretium iustum non est, quanti res valet venditori, siuè emptori, sed quanti in se valet, consideratis circumstantijs.*
23 *Res minoris, vel pluris vendi, & emi potest, ratione periculi, laborum, & expensarum.*
Præsertim verò si certum sit periculũ. n.24.
Nihilq; facit, si fortè fortuna res exigatur, modò periculum timeri potuerit. nu.25.
Neque venditor id exquirat, contentus præsenti, quã accepit pecunia; cùm à periculo ipse perdendi exierit. num.26.

ARGVMENTVM.

Nùm emptio crediti exigendi, minoris tunc temporis facta, ad annum fortassè exigendi, licitè procedat; quòd videatur ex dilatione temporis pluris aliquid exigere? Et quid ratione laboris, expensarum, & periculi? Nùm nè vsurarius contractus æstimetur, vel verò iustus, atq; legitimus?

RESPONSIO LXVI.

VEndit Titius creditum suum annuo-
rum ducatorum 270. super Gabella
Vini huius Ciuitatis Neapolis, annis
singulis consequendum, pro vno anno Ca-
io, numeratò pro 210. consequendum ta-
men intrà tres annos circitèr, illudq; inte-
grè. Refricatur Caio scrupulus, quòd 270.
pro 210.emerit. lucratur proindè sexagin-
1 ta ex tempore. nàm integra 270. exacturus
est.ex tẽpore igitur illa lucratur sexaginta.
ex vsura proindè.ergo illicitè. Doctores re-
fert Eminẽtiss. *Card.de Lugo tom.2.de iustit.*
*& iure disput.26.sect.7.§.1.nu.94.*infrà refe-
rendus. Suæ vt consulat conscientiæ Caius
consilium petit; sit nè licitus cõtractus, vel
vitio infectus vsurariæ prauitatis?

Licitum

Licitum esse contractum respondendum
2 censuimus. Si profectò illicitus esset, id ex
mutuo, vel explicito, vel implicito, & pal-
3 liato veniret. Vsura nempè ex mutuo pro-
cedit, vel explicito, & formali, vel saltim
implicito, & palliato, cùm vltrà sortê, pre-
tij quid ratione, accipitur ex dilatione tē-
poris, quasi mutuatæ pecuniæ fructus. ex
Augustino *can si fœneraueris* 1. & Ambrosio
can. pleriq; 3. & ex Concilio Agathensi *can.
vsura* 4. 14. *quæst.* 3. *S. Thom.* 2.2. *quæst* 78. *ar-
tic.* 2. *ad septimũ. Nauar. man. cap.* 17 *nu.* 206.
Card. Tolet. instruct. sacerd. lib. 5. *cap.* 28. *nu.* 1.
Molina de iustit. & iure tract. 2. *de contractib.*
4 *disput.* 357. *nu.* 9. Indè quippè apud Græcos
Tókos, tocos, quasi partus, & fœtus dicitur;
quod ex mutuo producatur ex pecunia. &
apud Latinos fœnus, quasi fœtus, nuncupe-
tur. admittit hoc *Card. Toletus d. cap.* 28. *in
fin. Card de Lugo de iustit. & iure tom.* 2. *di-
sput.* 25. *sect.* 2. *num.* 6. *& seq.* Neutrum autem
horum hic accedit. nō ergo vsura. non est
ergo vsurarius contractus.

Quòd nempè Titius creditum suū 270.
scutorum annis singulis ex Gabella Vini
consequendum, pro vno anno integrè per-
cipiendum, ad tres annos circitèr pro 210.
Caio numeratò dedit, cessitq; id venditio-
5 nis iure fuit. Vendidit enim Caio ius illud,
quod ipse habebat illa 270. exigendi inte-
grè pro illis 210. Nequè enim pecuniam,
sed ius, illud exigendi creditum, vendidit.
Ius etenim habebat Titius pecuniam exi-
gendi, rehabendiq;, non pecuniam. Ius
igitur illud vendidit. E re sua quippè erat
illa 210. numeratò tunc habere, quam exi-
genda illa 270. vel post annum extrahere.
Erat igitur creditum illud pretio æstima-
bile, ac proindè vendibile. Id enim, quod
6 pretio æstimari potest, vendibile est. Ven-
ditio verò, & emptio contractus est, qui
vtriusq; consensu, voluntateq; perficitur, &
ex re pro merce, pecunia pro pretio consu-
matur. ex Paulo lib. 30. ad edictum in *l.* 1.
ff. de contrah. empt. & Iustiniano Augusto in
§. pretium autem. Instit. de empt. & vendit.
7 Vt sine pretio vēditio nulla fit. ex Vlpiano
lib. 50. ad Sabinum in *l. inter patrem* 2. *§. sine
pretio ff. eodem. de contrab. empt.* & ex Dio-
cletiano, & Maximiano Augustis in *l. empti
fides* 9. *C. de contrab. empt.* deducit latè *Card.
de Lugo d. tom.* 2. *de iustit. & iure, disputat.* 26.
sect. 1. *num.* 1. *& seqq.* Creditum autem suū
Titius ad annum consequendum, siuè post
duos, anticipata solutione pro 210. Caio
numeratò vendidit. Quod suū igitur erat,
tradidit; ius consequendi illa 270. & Ca-
ius ius illud numerato pretio pro 210 ad
tres annos circitèr consequendum volun-
tariè emit. ergo iustè. Contractus enim
fuit emptionis, & venditionis. Et sicuti li-
berum fuit Titio illa 270. (ius videlicet il-
la consequendi) numeratò vendere: ità &
Caio voluntariè illa emere, ius scilicet illa
8 exigendi. Frustraneum nempè ius fuisset
Titio creditū illud vendendi, si Caio emen-
di licitè ius nō fuisset. Quia vendere Titius
9 non potuisset. Quilibet enim rei suæ mo-
derator est, & arbiter. ex Constantino
Cæsare in *l. in re mandata* 21. *C. mandati, vel
contrà.* Quàmuis illa abutatur, & in mare
proijecerit. ad Iuliani sensum in *l. sed etsi
lege* 28. *§. consuleret. ff. de petit. hæredit.* Sunt
10 enim emptio, & venditio, emptor, & ven-
ditor correlatiui termini, atq; correspecti-
ui. ex Paulo *d. l.* 1. *§. sed verior est. ff. de con-
11 trah. empt. & vendit.* Quia nimirùm vnum
ab alio dependet. ex Iuliano lib. 15. dige-
storum in *l. cùm emptor venditori* 5. *ff. de re-
12 scind. vendit.* Non debent igitur ad impa-
ria iudicari. ex Iuliano Cæsare in *l. fin. C. de
indict. vidui. tollend.* Quatènùs dispositio le-
gis illius, quæ de fœminis loquitur, in vi-
duitate permanendis, de viris in cęlibatu
perdurandis exaudiri paritèr debere, de-
13 cernit. Sunt namq; termini correlatiui, qui
ad inuicem correspondentiam habent, &
vnum est alterius, & alter ad alterum se ha-
bet. ex Aristotele de relatione. patetq; ex
Arcadio, & Honorio Augustis in *l.* 1. *C. de
cupressis lib.* 10. Eadem quippè pœna, quæ
statuta est in emptoribus prohibitarum
arborum, eadem & in venditoribus stabi-
lita censetur. Nec alieni sensus Iabolenus
videtur lib. 5. Pithanon, à Paulo epitomatū
in *l. fin. ff. de acceptilationib* Et Gratianus ex
Gregorio in *can.* 1. *in fin.* 1. *q.* 3. Ità simo-
14 niacum esse probat, spiritualia emere, sicut
& vēdere. Correlatiua enim sūt, & ad con-
uertentiam dicuntur. *Euerard. in loco à cor-
relatiuis. Glorit. cons.* 5. *nu.* 46. *&* 47. *Gratian.
forens. par.* 1. *cap.* 26. *num.* 15. *&* 16. *Ioan. Bapt.
Thor. voto* 18. *nu.* 3. *Barbosa axiom.* 61. *nu.* 1.
Sicut ergo Titio illa 270. vendere libetum,
licitumq; fuit. ità, pariq; modo & Caio
emere currenti pretio, ad tertium penè an-
num integrè exigenda. Nequè enim coa-
ctè vendidit illa Titius minori pretio, sed
voluntariè; quia pecunia numeratò ege-
bat. illam numerauit Caius, emitq; quanti
tunc 270. illa æstimabantur, minori videli-
cet 210. E re sua nempè erat illa tunc nu-
meratò habere, quàm ad annum, vel post il-
lum 270. suis vt occurreret, tunc instanti-
bus necessitatibus. iusto ergo, ac licito vē-
didit pretio tunc currenti, non quia am-
pliùs ad tempus exacturus erat. Minori
quippè tunc illa 270. ad creditum æstima-
15 bantur. Quoniàm numeratò pecunia in
creditum, siuè ius creditū ipsum post tem-
pus exigendi, minoris æstimabatur. ex Ale-
xandro III. in *cap. in Ciuitate* 6. ibiquè Do-
ctores. & Gregorio IX. in *cap. nauiganti* 19.
16 aliàs *fin. de vsuris.* Quam ob causam, sicuti

in ipsum

in ipsum venditorem dominium translatũ fuit solutæ pecuniæ; ità in emptorem. & dominium translatum iuris exigendi illa 370. vt suo periculo esset, nec ad aliud vendens teneretur. Sicuti suo quoquè stabant periculo illa 210. quæ numeratò à Caio accepit. Et quid si furto illa sibi ablata fuissent, non ne suo abijssent damno. & in caput suum? Vtriquè. Nulla proindè vsuræ labes timeri in hoc potest contractu, qui emptionis, & venditionis fuit, nõ puri mutui,
27 neque palliati, ex quo (vt diximus) vsuræ labes procedit. quod per quam optimè docet *Caietanus* Cardinalis *in summa*, verbo *vsura, circa finem. §. cogor hoc in loco respondere.* de pagis certis Montis Genuensis differens. & docuerat anteà *Innocent. d. cap. in Ciuitate 6. nu. 2. de vsur.* quem sequitur *Nauar. manuali. cap. 17. nu. 231. & cons. 15. cum quidam Eques Iulius lib. 5. de vsur. Ioan. Azor. instit. moral. par. 3. lib. 8. de empt. & vendit. cap. 10. q. 5.* plenè alios referens *Sigismund. Scaccia de commerc. & camb. §. 1. quæst. 1. nu. 430. & 431. & §. 1. quæst. 7. par. 1. num. 80. per totũ. Diana par. 1. tract. 8. de contract. & camb. resolut. 49.* quem sequitur *Cardin. de Lugo d. disput. 26. sect. 7. §. 1. num 96.* mox infrà citandus. *Trullenk. in sũma morali tom. 2. lib. 7. cap. 20. dub. 10. num. 1. & seqq. per totum dubium.*
28 Præterquã quòd & ratione periculi res minus præsenti pecunia æstimatur, quã ad annum consequenda, sicuti etiam laboris & impensarum. vt præcitati omnes tradunt Doctores, alijq; per eos relati. sequiturq; *Cardin. de Lugo d. disput. 26. de empt. & vendit. sect. 7. §. 1. num 93. & 95. vers. funda-*
29 *mentum præcipuum*. Rationem reddens: quia ius illud ad exigendum creditum illud, quod venditum est, non pecunia ipsa exigendã, communi æstimatione minoris
30 valet. & *num. seq. 96.* ad periculum, quod in habendo vertitur, spectans: quàmuis securus quis esset habendi ipsum creditũ, quod emit, posse nihilominùs currenti pretio emere minori, respondit; inferens: *Vbi enim reperitur hodiè* (inquiens) *debitum ità in tuto positum, vt in securitate æquiualeat pecuniæ præsenti?* Prosequiturq; numeris sequentibus, ratione periculi saltim, iustè emi debitum certò soluendum, minoris præsenti
31 pecunia; vt licitum sit, mutuanti quoquè ratione certi, grauisq; periculi in sortem rehabenda, aliquid vtrà sortem ipsam exigere. post alios sequitur *Diana par. 1. tract. 8. de contractib. & camb. resolut. 37. & resolut. 50.* qui ex *Bonacina de contract. disput. 3. quæst. 3. punct. 10. num. 4. & alijs.* rationem satis ad rem hanc nostram adæquatam referens:
32 Iustum pretium (inquiens) rei emptæ non est quanti res valet venditori, siuè etiam emptori; sed quanti in se valet, aut quanti valet ipsi creditori, consideratis certis circumstantijs. *Dianam sequitur etiam Trullenk. d. lib. 7. cap. 20. dub. 10. num. 3. & seq. & ibidem dub. 6. num. 4. & 5. & dub. 8. num. 4. &*
33 *seq.* Vbi meminit: minoris rem vendi, vel plurisq; ratione periculi, & laborum, & expensarum. quod & omnes alij suprà relati, atquè ab illis, sequuntur. Difficultatem verò omnem remouet in hoc facto, quòd Caius certò certius penè securus factus est, se totam perdidisse pecuniam. Cùm, ex popularibus tumultibus, qui ab hinc tribus annis fuere, spes iàm abierit omnis, ius illud sibi diuenditum, exigendi. In damno igitur fuit, nõ in lucro. Satis itaquè re fuit Titij 210. vendidisse illa currenti pecunia, quæ si non vendidisset, amisisset. Nil itaq; illicitum hoc in contractu emptionis, & venditionis accidit, neque rei venditæ ratione, quæ iustam ab initio habuit æstimationem, vt minoris creditum illud numeratò valeret; neque ratione laboris, & ex-
34 pensarum, neque ratione periculi, quod certum fuit, & est, vt totum perdiderit. Vt si spes aliqua fortàsse superesset exigẽdi, hoc non sine magnis laboribus, solicitudine,
35 & expensis accedere valeat. Et quid si fortuna illi capillata fuisset, vt exigeret, nunquid non fortè, & fortuna id euenisset? Vt non minoris tunc temporis creditũ illud æstimari præsenti pecunia debuisset, quàm sub spe, & expectatione incerta? vt *Cardinalis de Lugo*, alijs relatis prosequitur *d. §. 1. sect. 7. num. 94. & seq. & Diana d. resolut. 37.*
36 *& 50. aliq. suprà relati.* Accedit, quòd nil minus Titius id cogitat, quin Deo gratias agit, quod vendiderit, amisisset vtiq; totũ. Sileant itaquè, qui scrupulum Caio agitauere, conticeteue.

Atquè ità ex his, quæ Censori lubenter subijcimus, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D. *Episcopus Iuuenacen.*

SVMMARIVM.

1 *Discordia inter æquales consueuere esse.* *Quod ex inuidia procedit. num. 2.*
2 *Inuidia inter pares, vel quasi, est.* *Et ex ea contentiones. num. 3.* *Ex contentionibus verò discordia.*
4 *Communitas discordiarum mater.*
5 *Constitutiones Tertij Ordinis de Pænitentia S. Francisci confirmauit Papa Vrbanus VIII. anno 1639.*
6 *Præcedẽdi ius inter Regulares professos, ex professionis tempore procedit.* *Tunc namq; in Religione nascuntur.*
7 *Magistri in Sacra Theologia præcedunt simplices Sacerdotes in Religione Tertij Ordinis Sancti Francisci.*

Bbb Etiam

Etiam eos, qui Diffinitores fuerunt.
Non tamen eos, qui actu sunt.
8 *Diffinitores in Religionibus, quasi Iudices sũt, & ius dicunt,*
9 *Iudex dicitur, quasi Ius dicens.*
Vel iure disceptans.
Quod est iustè iudicare.
Iudex, & ius dicens, quasi synonima videntur. num.10.
11 *Præcedere is debet alios, quem stipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire.*
12 *Dignitates plures Ecclesiasticas, vel beneficia curata nemo obtinere debet, nisi secum per Sedem Apostolicam fuerit dispensatum. num.13.*
13 *Litterata persona sublimibus æquiperantur, & cum eis, vt plura obtineant beneficia, dispensatur per Sanctam Sedem Apostolicam.*
14 *Scientia nobilitat hominem.*
Quæ pretio nummario comparari nõ potest.
Scientia ciuilis res quidem sanctissima est, num.15.
Nec pretio nummario æstimanda, neque dehonestanda.
16 *Officia dignitatum ijs danda, qui meritum probitatis per stipendia ante acta testantur.*
17 *Subditorum salus integritas est Præsidentium.*
18 *Locum priorem habere debent, qui sunt maioris authoritatis.*
19 *Episcopus, qui est Doctor, præcedere debet Episcopum non Doctorem.*
Etiam priùs promotum, ex Felino.
Quia non attenditur prioritas temporis, sed maioritas authoritatis. num.20.
21 *Lector graduatus, ac doctoratus, præcedit Lectorem non graduatum.*
22 *Magisterij dignitas diuersa, atq; distincta est à Diffinitorij dignitate, siuè qualitate.*
Sunt distincta formalitèr. num.26.
Vnita verò suppositalitèr in eodem subiecto, & indiuiduo,
Et possunt esse in eodem subiecto, num.33.
23 *Nominum distinctio, rerum indicat differentiam.*
Alioquin esset rerum confusio num.24.
Et distinctio nominum vana.
25 *Testamentum, & codicilli ideò nominibus distinguuntur, quia eadem non sunt.*
27 *Materia, & forma sunt distincta essentialitèr.*
Vnita suppositalitèr.
Ex materia, & forma fit compositum. num.28.
29 *Forma mutata compositum destruitur.*
30 *Legatum, si vnum sit indiuiduum, diuisionem non admittit.*
31 *Indiuiduum vnumquodq; ex partibus componentibus constituitur.*
Quæ partes sunt distincta formalitèr.
Et vnita suppositalitèr.
Indiuiduum diuidi non potest, nisi corrumpatur. num.32.

33 *Qualitates duæ, si sibi inuicem non sint contraria, possunt esse in eodem subiecto.*
Dicuntur, secundũ quas quales esse dicimur, num.34.
Et secundùm qualitatem, quæ semper inest, quis æstimatur. num.36.
Qualitas est accidens, & est infixa personæ, num.44.
35 *Hermaphroditus æstimatur secundùm sexum, in quo præualet.*
37 *Dignitas dignitati addita confert ius maius.*
38 *Præcedendi priuilegium est de odiosis, non itaque vltrà expressa diffundendum, dilatandumque.*
Est ex vna parte quòad personas odiosum. num.39.
Fauorabile tamen quòad vniuersum.
Vel si non sit dilatatio, sed comprehensio.
40 *Ecclesia viris indiget litteratis.*
41 *Litterarum studia vt protegerent Summi Romani Pontifices, priuilegia tàm Studentibus, quàm Magistris indulsere multa.*
42 *Vtilitas publica priuatæ præfertur.*
45 *Homo vnus, et idem, potest diuersis respectibus maior, & minor esse.*
46 *Christus Dominus secundùm Diuinitatem æqualis est Patri.*
Secundùm humanitatem minor.
47 *Episcopatus maior est presbyteratu.*

ARGVMENTVM.

Ad interpretationem Constitutionis Fratrum Tertij Ordinis de Pœnitentia Sãcti Francisci, qua Magistri in Sacra Theologia simplicibus Sacerdotibus, etiã professione prioribus præferũtur, etiã ijs, qui Diffinitores fuerunt, non verò actu Diffinitoribus. Quid si vnus ex Diffinitoribus sit Magister, nùm alijs simplicibus Sacerdotibus actu Diffinitoribus ex Magisterio præferatur? Nùm verò odiosa dicta Constitutio habeatur, & an strictè exaudienda? Viris litteratis indiget Ecclesia. Multaq; sunt priuilegia illis indulta. Duæq; qualitates sibi

inuicem

inuicem non contrariæ, possunt insimul in eodem subiecto reperiri. Nequè incongruum æstimatur, vt quis vno respectu minor, altero maior æstimetur.

RESPONSIO LXVII.

1 INter æquales esse discordiæ consueuere, dùm alter alterum superare tentar. & vt Hesiodus dixit:
Et faber est fabro, figulo figulusq; molestus.
2 Quod sanè ex inuidia procedit: Quia inter pares, vel quasi, est inuidia. vt per quã optimè adnotauit *Accurs. in l. si eum exceptione 14. §.eum, qui metũ fecit. ff.de eo, quod metus causa gestum est.* in *Gloss* verbo *teneri.* non longè à fine. eumq; extulit *Ioannes Tulius ad emblema 180. Aleiati fol. mihi 750. col. 1. in*
3 *fin.* Ex ea enim cõtentiones: Ex contentionibns verò solenr nasci discordiæ. vt in Sardicensi Concilio Ianuarius Episcopus dixit in *can. illud quoquè 1. distinct. 71.* ibiq; *Gloß.* verbo *contentionibus.* rationẽ reddens:
4 *Nàm communitas* (loquens) *mater discordiæ est.* ex Papiniano lib. 8. responsorũ in *l. cùm pater 79. §. dulcissimis fratribus meis. ff. de legat. 2.* Indè quippè fratribus suis: *Quæcunq; mihi supersunt* (filio pater mandauit) *in Pamphilia, Syria, vel vbicunq; de maternis bonis, concedi volo* (dulcissimis scilicet fratribus meis) *nè quam cum his controuersiam habeas.* Quia nimirùm communitas discordias generare solet. & *figulus figulo inuidet, & faber fabro.* vt Hesiodi locum ex græco alij vertunt.

Hìnc planè factum est, vt inter duos Patres, qui in Religione Tertij Ordinis de Pœnitentia Seraphici Sancti Patris Francisci, ad Diffinitoriatus gradum hisce diebus promoti fuere: vnus quidèm in Sacra Theologia Magister, alter verò simplex Sacerdos; quis eorum præcedere debeat, in difficultatem verteretur: Dùm vnus Magisterio se præferendum putat; alter, quòd
5 professione sit primus. Ex nouis autem Constitutionibus à felicis memoriæ Vrbano Papa VIII. anno 1639. die octaua Iulij Pontificatus sui anno 16. approbatis, id habetur: vt Magistri Sacerdotibus simplicibus præferantur. Non id tamen abnegat simplex hic Sacerdos Diffinitor; sed obij-
6 cit; esse vtrnmq; eorum in Diffiniroriatu æqualem; attendendam proindè præcedẽtiam ex natiuitate in Religione per emissam professionem. ad regulã *qui prior 54. de regul. iur. in 6.* diximus *respons.* nostra 51. *num. 25. par. 3.* Verba damus Constitutio-
7 nis, vt ex illis veritas elucescat: *Li Maestri precederanno tutti gl'altri, che non sono Maestri. Et in posterùm quelli anco, che sono stati Diffinitori Prouinciali. non precederanno però li Diffinitori attuali.* Magister enim, & siquidèm omnes alios non Magistros precedat, etiam illos, qui Diffinitoris gradu perfuncti sunt. non tamen actuales Diffinitores. Est ipse, & si simplex Sacerdos, Diffinitor nunc actualis, non esse propterea eidem Magistrum, ex regula, præferendum. Cùm autem in hunc modum contenderent inter se coràm Admodùm R. P. Prouinciale, ille vtrumq; de communi eorum consensu ad nos transmisit, nostrum vt daremus votum, litesq; dirimeremus. Auditis proindè eorum iuribus, atq; vtriusq; Aduocatis, pro Magistro votum proferre visum est nobis. Nec sanè illiberalitèr, vel iniuria. Porrò Pater hic pretèr Sacerdotium habet Magisterij qualitatem, dignitatemq;, qua omnibus alijs simplicibus Sacerdotibus præfertur, ijs quoq; qui Diffinitores fuerunt, nõ verò qui actu Diffinitores sunt. At qui inter Diffinitores æqualis est gradu, & ipse Diffinitor; prævalet tamen, quia Magister. Idcircò nempè actu Diffinitoribus Magi-
8 stri non præferuntur; quia illi tunc in dignitate superiori esse videntur; atquè veluti ius dicere, & Iudices esse, atque iurisdi-
9 ctionem exercere. Iudè quippè Iudex dicitur, quasi ius dicens populo; siuè etiam, quòd iure disceptet. Iure autem disceptare, est iustè iudicare. vti Isidorus lib. 18. etymologiarum cap. 1. relatus *can. iustum est 1. §. Iudex 23. quæst. 2.* ibiq; *Glossella* marginalis. referens *Alexand. de Imola in l. 1. colum. 2. ff. de iurisd omn. Iudic.* dicens. Ius di-
10 cens, & dictio, Iudex synonima esse. & ex Varronis sententia diximus *respons.* nostra 85 *num. 58. par. 3.* & ex Vlpiano lib. 1. regularum in *l. 1. in princ.* ibiq; *Gloß. 1. ff. de iurisd. omn. Iudic. Barnabas Brissonius de verb. signific. lib. 9.* verbo *ius dicere, & reddere, in fin. fol. mihi 302 & Lexicon iuris* verbo *Iudex appellatur.* Inter Diffinitores verò gradus æqualitas est. Superatur verò Diffinitoriatus qualitas, per Magisterij dignitatẽ, qualitatemquè. Ipsi igitur debetur prælatio. Quia nimirùm pratèr Diffinitoris gradũ, quo sũt æquales, Magisterij quoq; preemi-
11 net dignitate. Vt is gradu cæteros antecedat, quẽ stipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire. vt Valentinus, Theodosius, atquè Arcadius edixere Cæsares in *l. nemo agentium 2. C. de officio magistri officiorum.* notatq; *Glossella* marginalis ibidẽ. quæ allegat *text. in c. de multa.* & ibidẽ *Glos.* verbo *litterarũ. deprabend.* est enim textus ille Innocentij III. in Concilio Generali,

Etiam eos, qui Diffinitores fuerunt.
Non tamen eos, qui actu sunt.
8 *Diffinitores in Religionibus, quasi Iudices sunt, & ius dicunt.*
9 *Iudex dicitur, quasi Ius dicens.*
Vel iure disceptans.
Quod est iustè iudicare.
Iudex, & ius dicens, quasi synonima videntur. num.10.
11 *Præcedere is debet alios, quem stipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire.*
12 *Dignitates plures Ecclesiasticas, vel beneficia curata nemo obtinere debet, nisi secum per Sedem Apostolicam fuerit dispensatum, num.13.*
13 *Litteratæ personæ sublimibus æquiperantur, & cum eis, vt plura obtineant beneficia, dispensatur per Sanctam Sedem Apostolicam.*
14 *Scientia nobilitat hominem.*
Quæ pretio nummario comparari nõ potest.
Scientia ciuilis res quidem sanctissima est, num.15.
Nec pretio nummario æstimanda, neque dehonestanda.
16 *Officia dignitatum ijs danda, qui meritum probitatis per stipendia ante acta testantur.*
17 *Subditorum salus integritas est Præsidentium.*
18 *Locum priorem habere debent, qui sunt maioris authoritatis.*
19 *Episcopus, qui est Doctor, præcedere debet Episcopum non Doctorem.*
Etiam priùs promotum. ex Felino.
Quia non attenditur prioritas temporis, sed maioritas authoritatis. num.20.
21 *Lector graduatus, ac doctoratus, præcedit Lectorem non graduatum.*
22 *Magisterij dignitas diuersa, atq; distincta est à Diffinitorij dignitate, siuè qualitate.*
Sunt distincta formaliter. num.26.
Vnita verò suppositaliter in eodem subiecto, & indiuiduo.
Et possunt esse in eodem subiecto, num.33.
23 *Nominum distinctio, rerum indicat differentiam.*
Alioquin esset rerum confusio, num.24.
Et distinctio nominum vana.
25 *Testamentum, & codicilli ideò nominibus distinguuntur, quia idem non sunt.*
27 *Materia, & forma sunt distincta essentialiter.*
Vnita suppositaliter.
Ex materia, & forma fit compositum, num.28.
29 *Forma mutata compositum destruitur.*
30 *Legatum, si vnum sit indiuiduum, diuisionem non admittit.*
31 *Indiuiduum vnumquodq; ex partibus componentibus construitur.*
Quæ partes sunt distincta formaliter.
Et vnita suppositaliter.
Indiuiduum diuidi non potest, nisi corrumpatur. num.32.

33 *Qualitates duæ, si sibi inuicem non sint contrariæ, possunt esse in eodem subiecto.*
Dicuntur, secundũ quas quales esse dicimur, num.34.
Et secundùm qualitatem, quæ semper inest, quis æstimatur. num.36.
Qualitas est accidens, & est infixa personæ, num.44.
35 *Hermaphroditus æstimatur secundùm sexum, in quo præualet.*
37 *Dignitas dignitati addita confert ius maius.*
38 *Præcedendi priuilegium est de odiosis, non itaquè vltrà expressa diffundendum, dilatandumquè.*
Est ex vna parte quoad personas odiosum, num.39.
Fauorabile tamen quoad vniuersum.
Vel si non sit dilatatio, sed comprehensio.
40 *Ecclesia viris indiget litteratis.*
41 *Litterarum studia vt protegerent Summi Romani Pontifices, priuilegia tàm Studentibus, quàm Magistris indulsere multa.*
42 *Vtilitas publica priuatæ præfertur.*
45 *Homo vnus, et idem, potest diuersis respectibus maior, & minor esse.*
46 *Christus Dominus secundùm Diuinitatem æqualis est Patri.*
Secundùm humanitatem minor.
47 *Episcopatus maior est presbyteratu.*

ARGVMENTVM.

Ad interpretationem Constitutionis Fratrum Tertij Ordinis de Pœnitentia Sãcti Francisci, qua Magistri in Sacra Theologia simplicibus Sacerdotibus, etiã professione prioribus pręferũtur, etiã ijs, qui Diffinitores fuerunt, non verò actu Diffinitoribus. Quid si vnus ex Diffinitoribus sit Magister, nùm alijs simplicibus Sacerdotibus actu Diffinitoribus ex Magisterio præferatur? Nùm verò odiosa dicta Constitutio habeatur, & an strictè exaudienda? Viris litteratis indiget Ecclesia. Multaq; sunt priuilegia illis indulta. Duæq; qualitates sibi

inuicem

inuicem non contrariæ, possunt insimul in eodem subiecto reperiri. Neque incongruum æstimatur, vt quis vno respectu minor, altero maior æstimetur.

RESPONSIO LXVII.

1 INter æquales esse discordiæ consueuere, dùm alter alterum superare tentat. & vt Hesiodus dixit:
Et faber est fabro, figulo figulusq; molestus.
2 Quod sanè ex inuidia procedit. Quia inter pares, vel quasi, est inuidia. vt per quã optimè adnotauit *Accurs. in l. si cum exceptione 14. §. eum, qui metû fecit. ff. de eo, quod metus causa gestum est.* in *Gloss* verbo *teneri.* non longè à fine. eumq; extulit *Ioannes Tulius ad emblema 180. Alciati fol. mihi 750. col. 1. in*
3 *fin.* Ex ea enim cõtentiones: Ex contentionibus verò solent nasci discordiæ. vt in Sardicensi Concilio Ianuarius Episcopus dixit in *can. illud quoquè 1. distinct. 71.* ibiq; *Gloss.* verbo *contentionibus.* rationẽ reddens:
4 *Nam communitas* (loquens) *mater discordiæ est.* ex Papiniano lib. 8. responsorũ in *l. cùm pater 79. §. dulcissimis fratribus meis. ff. de legat. 2.* Indè quippè fratribus suis: *Quæcunq; mihi supersunt* (filio pater mandauit) *in Pamphilia, Syria, vel vbicunq; de maternis bonis, concedi volo* (dulcissimis scilicet fratribus meis) *nè quam cum his controuersiam habeas.* Quia nimirùm communitas discordias generare solet. & *figulus figulo inuidet, & faber fabro.* vt Hesiodi locum ex græco alij vertunt.

Hinc planè factum est, vt inter duos Pattres, qui in Religione Tertij Ordinis de Pœnitentia Seraphici Sancti Patris Francisci, ad Diffinitoriatus gradum hisce diebus promoti fuere: vnus quidèm in Sacra Theologia Magister, alter verò simplex Sacerdos; quis eorum præcedere debeat, in difficultatem verteretur: Dùm vnus Magisterio se præferendum putat; alter, quòd
5 professione sit primus. Ex nouis autem Constitutionibus à fęlicis memoriæ Vrbano Papa VIII. anno 1639. die octaua Iulij Pontificatus sui anno 16. approbatis, id habetur: vt Magistri Sacerdotibus simplicibus præferantur. Non id tamen abnegat simplex hic Sacerdos Diffinitor; sed obij-
6 cit; esse vtrumq; eorum in Diffinitoriatu æqualem; attendendam proindè præcedẽtiam ex natiuitate in Religione per emissam professionem. ad regulã *qui prior 54. de regul. iur. in 6.* diximus *respons.* nostra 51.
7 *num. 25. par. 3.* Verba damus Constitutionis, vt ex illis veritas elucescat: *Li Maestri precederanno tutti gl'altri, che non sono Maestri. Et in posterùm quelli anco, chè sono stati Diffinitori Prouinciali. non precederanno però li Diffinitori attuali.* Magister enim, & siquidèm omnes alios non Magistros pręcedat, etiam illos, qui Diffinitoris gradu perfuncti sunt. non tamen actuales Diffinitores. Est ipse, & si simplex Sacerdos, Diffinitor nunc actualis, non esse propreteà eidem Magistrum, ex regula, præferendum. Cùm autem in hunc modum contenderent inter se coràm Admodùm R. P. Prouinciale, ille vtrumq; de communi eorum consensu ad nos transmisit, nostrum vt daremus votum, litesq; dirimeremus. Audiris proindè eorum iuribus, atq; vtriusq; Aduocatis, pro Magistro votum proferre visum est nobis. Nec sanè illiberalitèr, vel iniuria. Porrò Pater hic prętèr Sacerdotium habet Magisterij qualitatem, dignitatemq;, qua omnibus alijs simplicibus Sacerdotibus præfertur, ijs quoq;, qui Diffinitores fuerunt, nõ verò qui actu Diffinitores sunt. At qui inter Diffinitores æqualis est gradu, & ipse Diffinitor; præualet tamen, quia Magister. Idcircò nempè actu Diffinitoribus Magi-
8 stri non præferuntur; quia illi tunc in dignitate superiori esse videntur; atquè veluti ius dicere, & Iudices esse, atquè iurisdi-
9 ctionem exercere. Iudè quippè Iudex dicitur, quasi ius dicens populo; siuè etiam, quòd iure disceptet. Iure autem disceptare, est iustè iudicare. vti Isidorus lib. 18. etymologiarum cap. 1. relatus *can. iustum est 1. §. Iudex 23. quæst. 2.* ibiq; *Glossella* marginalis. referens *Alexand. de Imola in l. t. eolum. 2. ff. de iurisd. omn. Iudic.* dicens. Ius di-
10 cens, & dictio, Iudex synonima esse. & ex Varronis sententia diximus *respons.* nostra 85. *num. 58. par. 3.* & ex Vlpiano lib. 1. regularum in *l. 1. in princ.* ibiq; *Gloss. 1. ff. de iurisd. omn. Iudic. Barnabas Brissonius de verb. signific. lib. 9.* verbo *ius dicere, & reddere, in fin. fol. mihi 302 & Lexicon iuris* verbo *Iudex appellatur.* Inter Diffinitores verò gradus æqualitas est. Superatur verò Diffinitoriatus qualitas, per Magisterij dignitatẽ, qualitatemquè. Ipsi igitur debetur prælatio. Quia nimirùm prætèr Diffinitoris gradũ, quo sũt æquales, Magisterij quoq; præemi-
11 net dignitate. Vt is gradu cæteros antecedat, quẽ stipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire. vt Valentinus, Theodosius, atquè Arcadius edixere Cæsares in *l. nemo agentium 2. C. de officio magistri officiorum.* notatq; *Glossella* marginalis ibidẽ. quæ allegat *text. in c. de multa.* & ibidẽ *Glos.* verbo *litterarũ. deprabend.* est enim textus ille Innocentij III. in Concilio Generali,

12 & 28. in ordine. Disponit verò ; vt nullus
plures dignitates, vel beneficia curata ob-
tinere valeat : Circa sublimes tamen, & litte-
13 ratas personas,(subdens) quæ maioribus sunt
beneficijs honoranda : cùm ratio postulauerit,
per Sedem Apostolicam poterit dispensari . sic
Innocentius. Ità honoribus sunt afficiēdi,
14 qui litteris vacauere : Quia nimirùm sciē-
tia nobilitat hominē, quæ pretio numma-
rio comparari non potest. Gloss. ibidē ver-
bo sublimes. & litteratas. subnectit. ex Vlpia-
no lib. 8. de omnibus tribunalibus in l.1.
§. proindè nec iuris. ff. de var. & extraord. co-
gnitionib. qui de ciuili sapientia sic infert :
15 Est enim res quidem sanctissima ciuilis sapien-
tia ; sed quæ pretio nummario non sit æstiman-
da , nec dehonestanda . Nec profectò alij ad
16 officia assumendi sunt, quàm, qui meritum
probitatis per stipendia antè acta , testan-
tur. ex Zozimo Papa ad Isichium Salonita-
num Episcopum in can. si officia secularia 2.
dist. 59. ibidemq; Gloss. verbo stipendia. quæ
allegat text. in d. l. nemo agentium 2. C. de offi-
cio magistri officiorum . Rationem reddere
videtur Leo Papa ad Aurelium Carthagi-
nensem Episcopum in can. miramur 5. di-
17 stinct. 61. Quia integritas præsidentium
salus est subditorum, & vbi est incolumitas
obediētiæ, ibi sana est forma doctrinæ. nec
extrà rem nostrā determinat Gloss. in can.
placuit 4. §. Isidorus . verbo proponimus . di-
18 stinct. 16. dùm ex illo canone argumentum
infert : Quòd illi, qui sunt maioris authorita-
tis , debent habere priorem vocem in electione:
confirmatq; ex Augustini doctrina relati
in can. in canonicis scripturis 6. dist. 19. Glos-
sam sequitur Felin. in rubr. de maior. & obed.
19 nu. 2. Dùm ipse ad rē docet , q̄ Episcopus,
qui est Doctor , præcedit Episcopum non
Doctorem, etiam priùs promotum. (quāuis
hodiè attendatur Declaratio Pij Papæ IV.
qua prælatio datur ratione ordinis priori-
tatis , sublata differentia Ecclesiarum insi-
gniū.) rationē refert Felinus. ex Dominico in
d. can. Isidorus. siuè magis. placuit. §. Isidorus.
20 dist. 16. Quòd non attenditur prioritas
temporis, sed maioritas authoritatis. Ma-
ior igitur authoritas est Magistri in Sacra
Theologia, quàm simplicis Sacerdotis. ille
igitur (cæteris paribus) præferri debebit.
Felinum in facto, non longè , ab hoc nostro
de præcedentia dissito , refert , sequiturq;
Nauar. cons. 5. num. 4. & seqq. per totum. lib. 1.
de maiorit. & obedient. & eum Sayrus decis. 1.
21 eod. tit. Eiusdemq; sententiæ in simili facto
de Lectore Doctore, quòd præferatur Le-
ctori nō graduato, est Pater Franciscus Bor-
donus eiusdem Ordinis Tertij Sancti Fran-
cisci variar. resolut. regular. tom. 2. resolut. 56.
nu. 19. in 8. quæst. quem admisit etiam Fran-
cisc. Pellizzar. è Societate IESV in man. re-
gular. tom. 2. tract. 8. cap. 6. sub sect. 2. quæst. 10.
num. 217. Nec defuere, apud seculares quo-
què, nō dissimiles decisiones, vt apud Vin-
cen. de Franch. Sacri Neapolitani Consilij
Præsidem decis. 144. & decis. 365. ex Theo-
dosio Imperatore in l. 2. C. vt dignitatum or-
do seruetur. lib. 12. sequuntusq; fuit Fab. Anna
cons. 40. nu. 33. vol. 1. Gars. Mastrill. in Regno
Siciliæ decis. 130. nu. 19. & seq. par. 2.
22 Nec pili operatur quod ipsi obijciunt:
Dignitatem Magisterij separatā esse à Dif-
finitorij dignitate . Alia est enim qualitas
Magisterij : Alia Diffinitoriatus. sunt ergo
distinctę dignitates, sicut distincta sunt no-
23 mina . Nominum verò distinctio, rerum
indicat differentiam . Gloss. in can. olim 5.
verbo tollerentur . dist. 95. ex Isidoro lib. 7.
Etymologiarum cap. 12. in can. Cleros , &
24 Clericos 1. in princ. dist. 21. Cęteroquìn fru-
strà nominibus res distinguerentur, essetq;
in rebus ipsis confusio . vti Constantinus
Augustus in l. si idem codicilli 7. C. de codicill.
25 argumentatus fuit : Si idem codicilli , quod
testamentum possent : (inquiens) cur diuersis
his instrumentis vocabulum mandaretur , quæ
vis , ac potestas vna sociasset ? Meritò igitur
nominibus nuncupantur diuersis, quia res
distinctæ sunt. vt Gloss. ibidem verbo voca-
bulum adnotat. nequè alieni sensus fuisse
Vlpianus videtur libr. 29. ad Edictum in
l. procuratoris autem 5. §. si plures habuit. ff. de
tributoria actione diximus respons. nostra 33.
num. 67. & 68. part. 4.
26 Sunt quippè res , & qualitates distinctæ
formalitèr , sed vnitæ suppositalitèr in eo-
27 dem supposito, & indiuiduo . Sicuti mate-
ria , & forma sunt quidèm distincta inter
se essētialitèr, sed vnita suppositalitèr; quia
vnum efficiunt, atquè idem compositum.
prætèr Philosophos , expende ex Vlpiano
lib. 24. ad Edictum in l. Iulianus scribit 9. §. si
28 quis rem. ff. ad exhibendum. Quatenùs ex ma-
teria, & forma fieri compositum ; formam
verò dare esse rei; mutataq; forma , com-
29 positū destrui, deducit. Nec dissimili sen-
su concludere Caius videtur lib. 3. de legi-
bus ad Edictum Prætoris in l. si is, qui qua-
dringenta 79. § quædam legata . ff ad legem
falcidiam. Dùm probat: quædam legata (vt
30 si indiuiduum legetur) diuisionem non re-
cipere, quia vnū sunt compositione, quàm-
uis ex diuisibilibus componantur. idemq;
probatur ex Igino Papa in can. si motū fue-
rit altare 19. ibiquè Gloss. verbo altare. de
31 consecrat. distinct. 1. Et vnumquodq; indi-
uiduum ex partibus componentibus con-
stituitur, quæ partes licèt formalitèr di-
stinguantur , sunt tamen vnum indiuiduū,
atquè vnitę suppositalitèr . vt etiam adno-
tat Lexicon Iuris Ciuilis, & Canonici verbo
32 indiuiduum . Indiuiduum verò diuidi non
potest, nisi corrumpatur. ex Vlpiano lib. 20.
ad Edictum in l. stipulationes non diuidun-
tur 72.

tur 72. *ff. de verbor. obligat.* illis verbis rationem reddens: *Horum enim diuisio* (inquiés) *corrumpit stipulationem.* perpendimusq; *respons.* nostra 15. *num.* 66. 67. & 68. *par.* 4.
33 Quàmuis igitur, & Magisteriũ, & Diffinitoriatus qualitates sint inter se se distinctę, nequè vna inferat alíam; possunt tamen in vno, eodemq; indiuiduo, seù supposito simul reperiri: quia inuicē sibi non aduer-
34 santur. Nàm qualitates dicuntur secundũ quas quales esse dicimur. secundũ Aristotelem. sequiturq; *Menoch. de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 14. *nu.* 17. possuntq; insimul concurrere. ex Vlpiano lib. 1. ad Sabinũ in *l. quæ-*
35 *ritur* 10. *ff. de statu hominum.* dùm de Hermaphrodito quærēs, cui comparetur? *Et magis puto* (inquit) *eius sexum æstimandum, qui in eo prævalet.* Possunt itaq; duæ qualitates, sibi inuicē non contrariæ, simul adesse. & Gloss. ibidem. *Rota* apud *Cardin. Seraphin. decis.* 1058. *nu.* 4. 5. 6. 7. & 8. Reperiuntur verò de facto in hoc Patre, quia Magister est, & Diffinitor, non itaquè in eo vno distinguētur suppositalitèr, vt distinguuntur formalitèr. Et sanè (cedant mihi qui aduersantur:) Si hi duo, Diffinitores nunc non essent, certè in cōcursu esset Magister, quàmuis Religione posterior, simplici pręferendus Sacerdoti: & cur (quæso te) cùm æquales in Diffinitoriatu sint; quia Magister; præcedere non debebit? Cùm qualitatem habeat Magisterij, quæ cęteris paribus
36 prævalet, nec ab eo separatur, sed semper inest. vt dixit *Menoch. de præsumption. lib.* 1. *quæst.* 13. *num.* 3. & dixit Rota apud *Pirouanum decis.* 429. *num.* 8. *in* 2. *par. quintæ partis recentiorum per Rubeum.* vt secundùm eam, qua prævalet, qualitatem iudicari debeat. ex Vlpiano *d. l. quæritur. Rota decis.* 129. *n.* 12. *part.* 6. *recentiorum per Rubeum.* Neq; porrò ob Diffinitoriatus gradū, qualitas illa Magisterij, deperdita est. & vt Diffinitores cōcurrunt. vnus Magister, alter simplex Sacerdos. superatur proindè à Magistro, quàmuis Diffinitor simplex Sacerdos. Magister igitur primas habere debebit: & quia proderit magis ob doctrinam, quam per Ma-
37 gisterium acquisiuit: & quia dignitas dignitati addita confert ius maius. ex Theodosio Cæsare in *d. l.* 2. *C. vt dignitatum ordo seruetur. lib.* 12. *Nauar d. conf.* 5. *num.* 7. *de maiorit. & obedient.* quem sequitur *Pellizzar. d. subsect.* 2. *quæst.* 9. *num.* 215.

Neq; obstaculum faciet, quod alter ex dictis Diffinitoribus, etiam simplex Sacerdos, quàmuis Magistro professione prior,
38 addebat: Decretum præfatum præcedentiæ Magistris indultæ, odiosum esse. Non esse proindè vltrà expressa prorogandum, diffundendumquè. ex Bonifacij VIII. regula 15. *odia restringi. de regulis iuris in* 6. *Rota* apud *Pirouanum decis.* 291. *numer.* 9. *part.* 5. *in recentioribus per Rubeum.*
39 Et si porrò sit præcedentiæ hoc decretū simplicibus odiosum Sacerdotibus, in professione prioribus: est tamen Religioni, quin Ecclesiæ vniuersali, fauorabile satis; vt plures sint, qui litterarum vacēt studijs, Sacræq; Theologiæ præsertim, eisq; intendant, insudentuè, neq; se dedant ignauiæ.
40 Ecclesia quippe Viris indiget litteratis. vti Bonifacius VIII. qui summa doctrina prędictus fuit. in *cap. cùm ex eo* 34. *de elect. in* 6.
41 testatur. Quam ob rem Summi Romani Pontifices non modica, tàm Studentibus, quàm Magistris priuilegia indulsere, vt animosiores illos ad studijs vacandū redderent. Honorius III. in *cap. super specula* 5. *sine fin. de magistris extrà.* Innocentius Tertius doctissimus & ipse Vir in *d. cap. de multa* 28. *in fin. de præbend.* Sacrosācta Tridentina Synodus *sess.* 5. *cap.* 1. *in fin. de reformat.* & *sess.* 23. *cap.* 18. *de reform.* deduximus nos *respons.* nostra 55. *num.* 2. & *seqq. part.* 4.
42 Publicum itaquè priuato commodum præhabebitur. ex Pelagio Papa Secundo Benigno Archiepiscopo in *can. scias frater* 35. 7. *quæst.* 1. sic rationem reddente: *Nàm plurimorum vtilitas, vnius vtilitati, aut voluntati, præferenda est.* deduximusq; pluribus in re simili *respons.* nostra 45. *num.* 61. & 62. *part.* 4.
43 Deindè, nequè dilatatio hæc est de casu ad casum, nequè decreti productio, sed in ipsomet decreto comprehensio. vt declarauit Rota in *d. decis.* 291. *num.* 10. coràm *Pirouano d. part.* 5. *recentiorum per Rubeum.* Iàm enim per illud declaratum fuerat: Magistrum simplicibus Sacerdotibus, quàmuis professione prioribus, anteferri. Hoc ipsum nunc agitur. Namquè Magister in Sacra Theologia, simplici præfertur Sacerdoti. In Diffinitoriatu quippè nulla datur differentia; nàm æquales sunt; datur verò differentia inter Magistrum, & simplicem Sacerdotem, inter quos inæqualitas insurgit; cùm Magister per qualitatem Magiste-
44 rij, simplicem superet Sacerdotem. Quæ quidèm qualitas, & si sanè sit accidens. vt post Philosophos sequitur *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 40. *num.* 11. Est tamen infixa personæ, vt ab ea separari nō valeat,
45 vt idemmet homo Magister sit, & Diffinitor. Nequè incongruum æstimatur (vt isti putant) si vnus, idemq; homo, vno respectu minor, siuè æqualis, altero verò sit maior. Non enim suppositi minuitur essentia, nequè corrumpitur. Testem accipe Christum
46 Dominum Deum de Deo vero, Verbum Patris. Ipse namquè *Ioannis* 10. 30. de se ipso dicit: *Ego, & Pater vnum sumus.* & 14. 28. *Quia Pater maior me est.* inquit. *Vnum sumus.* Essentia Diuina. dixit. *Maior* propter humanitatē meam. Definiuitq; Athanasius

nasius in Symbolo. *Aequalis Patri secundū Diuinitatem. Minor Patre secundùm Humanitatem*. perpenditq; Augustinus tract. 30. in Ioannem, in fin. relatus *can. quæritur, pater 36. 2. quæst. 7.* Augustinum audias loquentem ad rem nostram satis aptè: *Non æquamus filium patri in honore; sed præponimus, si bonam causam habet, filium æquamus patri in veritate: & sic tribuimus honorem debitum, vt non perdat æqualitas meritum.* Augustinum dilucidat *Gloss.* verbo *non æquamus*. quæ sic ad rem infert nostram. *Item argumentamur: Quòd aliquis potest esse maior, & minor altero, diuerso respectu*. allegat *text.* eiusdem Augustini ad Hieronymum in *can. quanquàm 34. eadem 2. quæst. 7.* verba sunt Augustini: *Quamquàm secundùm ho-*
47 *norum vocabula, quæ iàm Ecclesiæ vsus obtinuit, Episcopatus maior Presbytera sit; tamen Augustinus in multis rebus Hieronymo minor est.* sequiturq; ad rem hanc *Gratian. forens. par. 2. cap. 298. num. 2. & seqq.* & eum refert quoq; *Riccius* Episcopus olim Vici Equen in *Additionibus ad Vincent. de Franch. d. decis. 365. Rota* apud *Seraphin d. decis. 1058. nu. 4. & seqq. ad finem.* Non mirùm ergo, si Diffinitores, qui æquales in Diffinitoriatu sũt, qui tamen simplices sunt Sacerdotes, ab eo præcedantur, qui Diffinitor, & Magister est. Habet enim præter Diffinitoris qualitatē, & Magisterij, quæ simplicibus præualet Sacerdotibus, dignitatem. Non ergo vt Diffinitor præcedit, sed vt Magister, & actu Diffinitor. Nihil porrò decretum in hac parte decreuit; quia id sub dispositione reliquit antecedenti: Magistros simplicibus præferri Sacerdotibus.

Atq; ità sum voti, & consulo, meliori iudicio, saniorique semper præhabito.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

Magister recursum habuit ad Reuerendissimum Patrem Generalem, dato ei supplici libello.

Reuerendiss. Padre Generale del Terzo Ordine di S. Francesco.

FRà Antonia de Roggerijs di Montesarchia Maestra in Sacra Theologia espone humilmēte à V. P. Reuerēdissima, come gli Statuti della nostra Religione confirmati dalla Santa Sede Apostolica stabiliscono, che li Frati Sacerdoti semplici, benche più antichi d'habito, siano preceduti da Maestri, benche di minor tempo di Religione. Essendo dipoi soccednto il caso, che esso Maestro supplicante, & il Padre Frà Leonardo Ricciardella Sacerdote semplice più antico nell'habito di lui, sono stati nell'istesso tempo eletti Diffinitori Prouinciali. Il Sacerdote semplice pretende precedere il Maestro. Mossa la lite di consenso del nostro Padre Prouinciale, il quale per essere affettionato d'ambe le parti, non volse lui decidere; mà ei fè rimettere al parere di Monsignor Maranta Vescouo di Giouenazzo, acciò veduto bene le raggioni di ciaschedũno pretendente, come persona di tanta conscienza, e dottrina, determinasse, quanto stimasse di raggione; al che ciaschedũna delle parti promise di quietarsi. Dopò molta, e lunga discussione Monsignor Maranta sententiò à fauore del Maestro Diffinitore, come V. P. Reuerendissima si degnarà intendere dalla scrittura quì congiunta. Mà la parte opposta in vece di quietarsi, non volle stare alla sentēza; sotto pretesto, che li dubij delli Statuti dell'Ordine non possano essere dechiarati da altri, che dalla Sacra Congregatione. La onde V. P. Reuerendissima vede il modo di procedere. Poiche quando si fosse bauuta la sentenza in altra maniera, non si saria toccata questa eccettione. E perche le raggioni d'esso supplicante sono euidenti, nè panno riceuere oppositione, le manda quì allegate à V. P. Reuerendissima, humilmente supplicādola à volere determinate di giustitia, come piaccia alla sua prudenza, e benignità. restando prontissimo il supplicante ad vbedire ad ogni minimo cenno di V. P. Reuerendissima. Quàm Deus, &c.

Staudum est decisis ab Illustrissimo Domino meo Episcopo Maranta qui prudentissimè controuersiam sedauit cum voto suo; stante compromisso Partium ordine Patris Prouincialis, &c.

Fr. Marcus Antonius Bottonius
Generalis.

SVMMARIVM.

1 *Congregatio Montis Virginis per Generalem regitur cum duobus Diffinitoribus.*
Sinè quibus, vel cum voto vnius ex eis, Generalis nihil per se in grauibus potest. num. 11.
2 *Electiones Generalis, Diffinitorum, Abbatum, aliorumq; Officialium in Capitulo fiunt in Congregatione Montis Virginis.*
Si intrà annum vacatio contingerit, per Generalem, & Diffinitores. num. 21.
Quid si vnus ex Diffinitoribus intrà annū obierit?
Electia fit per Generalem cum altero Diffinitore. num. 10. & 21.
Vel si vnus eorum dissentiat? num. 6. & num. 17.
3 *Morte resoluuntur, dissoluunturq; omnia.*
4 *A priuatione ad habitum regressus minimè datur, nisi per Diuinam potentiam.*
5 *Electio potest in duobus de Capitulo remanere. Iureq; eligent. & num. 18.*

6 Cen-

6 *Congregatio in duobus, qui residui sunt conseruatur.*
Collegium in tribus.
Electio à maiori Eligentium parte facta, tenet. & num. 16.
Quamuis sanior non sit.
Per decretum nempè Sacri Concilij sess. 25. cap. 6. de regularib. huic parti derogatum videtur. num. 9.

8 *Electores sufficit vocare. nequè compellendi, si noluerint.*

12 *Omne, qui dicit, nihil excludit.*
Nequè hoc, nequè illud.
Quia, qui omne dicit, nihil distinguit. n. 13.

14 *Locus Pauli ad Hebreos 2.8. in illud psal. 8.8.* Omnia subijecisti sub pedibus eius. *affertur.*
Dùm omnia subijecit, nihil non subiectum dimisit.

15 *Maior vt vincat pars, naturale est.*
Nàm quod maior pars effecit, ab omnibus factum æstimatur.

18 *Iustè quod factum est. benè gestum.*
Deperire itaq; non poterit.

20 *Legem qui sequitur, non peccat.*

ARGVMENTVM.

Dissinitorum, & Abbatum electio, si intrà annum aliquis eorum ex humanis discesserit, abieritq; nùm per Generalem cum altero, qui residuus est, fieri Dissinitore potuit in Congregatione Montis Virginis? Ex Constitutionibus discutitur. Et ad duos si peruenit, electio legitimè fiat?

RESPONSIO LXVIII.

1 Congregatio Montis Virginis per Generalem regitur cum duobus Diffinitoribus. Monasteria verò per Abbates, Priores Monasteriorum, Cellararios, & Vicarios. Electiones autem in Capitulo fiunt Generali, quòd si infra annum vacatio accidat, electio per Abbatem Generalem, & Diffinitores fit. Verba subijciamus Declarationis, & Constitutionis cap. 64. num. 1. fol. 90.

2 *In electionibus seruetur consuetudo Congregationis nostræ, Apostolico indulto firmata. Vt nimirùm Abbas Generalis, Diffinitores, Decani, Abbates, Prioresq; Monasteriorum, Cellararij, Vicarij, Lectores, cæteriq; Officiales maiores eligantur in Capitulo; vel si cōtingerit, infrà annum, eligantur per Abbatem Generalē, & Diffinitores.*

Hisce diebus ex humanis abscessere, vnus ex duobus Dissinitoribus, & Abbas alter vnius ex Monasterijs. In difficultatē igitur ventum fuit: poterit nè Reuerendissimus Abbas Generalis cum vno Dissinitore, qui residuus est, Abbatem alterum in dicto Monasterio deligere? Posse vtiquè respondendum censemus.

Non equidèm, data id opera factum est, vt alter non adesset Dissinitor, sed morte
3 prohibente, per quā nè soluuntur; sed dissoluuntur omnia. dixit Iustinianus Cæsar *§ deinceps autē. in authent. de nup. tit. collat. 4. & §. simili modo. Instit. quibus modis tutela finitur.* ibiq; *Gloss.* verbo *morte naturali.* Dissoluta per mortem vita, vt alter adesset ex Dissinitoribus, per humanam fieri poten-
4 tiam hoc minimè poterat. A priuatione quippè ad habitum, non nisi per Diuinam potentiam datur regressus. *vt* post Aristotelē, sequitur ex nostratibus Paulus lib. 15. quæstionū in *l. qui res suas 98. §. Aream promissi. ff. de solutionib.* Quatenùs habent restitui haud posse, quæ in perpetuum sublata sunt. diximus *respons.* nostra 97. *num.* 31.
5 *par 4.* Ex tribus igitur in duobus remansit electio. Patet id euidentissimè ex Lucio Papa in *cap. 1. de elect.* Decreuit ibi Summus Pontifex, in Collegiata Ecclesia non nisi per Congregationem fieri debere: si verò ad duos Cōgregatio redigatur, valere per illos factā electionem. In illis quip-
6 pè duobus Congregatio perseuerat, sicuti in tribus Collegium. vt *Gloss.* ibidem verbo *duo.* commentum agit. sequiturq; *Sylvester in summa* verbo *electio 1. nu. 2. Tabien. eodem, num. 3. quæst. 2. Angelica. num. 13. Armilla nu. 6.* diximus *respons.* nostra 87. *nu.* 15. *& num. 35. & seqq. part. 4. Lezana qq. regular. par. 1. cap. 15. num. 6. & par. 3.* verbo *electio num. 4. Nauar. in Lucerna regular.* verbo *electio. nu. 19. & seqq.* Et quid sanè est, si adesset alter Dissinitor, & ipse, vel nollet interuenire, vel singularis in suo voto esset, nunquid nō à Generali, cū altero facta electio
7 Dissinitore firma, ac valida esset? Etiam. Quia à maiori eligentiū parte facta esset, quod sufficit. ex Gregorio IX. in *cap. in Genesi 55. in princ. de elect.* & Innocētio III. in *cap. cùm inter canonicos 21. § discretioni vestræ. eodem. de elect. Barbosa lib. 2. tom. 1. voto 39. num. 38. Lezana part. 1. d. cap. 15.* quod probat ex decreto Sacri Concilij Triden-
8 tini *sess. 25. cap. 6. de regularibus.* Dùm per vota secreta fieri electiones mandat, sufficere maiorem partem eligentium, quàmuis non saniorem, cùm vota secreta sint,

sint, nec sciri possit, quis illa dederit. *Barbosa de Canonicis, & Dignitatibus cap.38.n.8.*
9 Neq; porrò, qui eligere recusauerint, cōpellendi sunt, sed sufficit, vocatos fuisse ex Innocentio III. Capitulo Capuano in *cap. Cùm inter vniuersas 18. de elect. Samuellini disputat. controuersar. de canon. elect. tract. 1. controuers.3.conclu.6.num.11.& 12.* Hoc autem ipsum à Declarationibus Congregationis ad Regulam Sancti Patris Benedicti *d.cap.64. num. 48. & seqq.* determinatum videtur. dicto quippè *num.48.* sic declara-
10 tum fuit: *Abbas Generalis cū consensu vnius ex Visitatoribus disponere poterit, quotiescunq; facienda mutatio Monachorum de vno ad aliud Monasterium erit infrà annum, vbi salus animæ, corporisq; fratris exegerit.* & num. 54. *Visitatores* (qui sanè Diffinitores sunt) *semper apud Abbatem Generalem sint, illumq; in omnibus Congregationis regimen, reguläq; & Constitutionum huiusmodi obseruantiam con-*
11 *cernentibus consilio iuuent; itá quòd idē Abbas quicquam magni momenti facere non possit, absquè voto, & opinione saltim vnius eorū. prout priuare, suspendere, aut grauamen alicui Prælato, vel etiam simplici Monacho pœnitentiam imponere; nec non aliquos in locum Visitatorum, aut Priuatorum subrogare, &c.* Sufficit proindè, in quocunq; graui Religionis negotio, opinionē, & votum vnius ex Diffinitoribus habere, vt exequi illud possit, quod cum voto vnius duorum exequendū æstimaretur. Et cur (quæso te) non poterit nunc cum voto vnius ex duobus; qui residuus fuit, in locum demortui Abbatis, aliū sufficere, cùm iàm alter ex Diffinitoribus abijerit, ex hac vita migrauerit, discesserit, neque nobiscum sit ampliùs. Declaratio quippè satis genericè loquitur: *In omnibus Congregationis regimen, reguläq; , & Constitutionum huiusmodi obseruantiam concernentibus.* Laxè proindè satis dat facultatem Abbati Generali procedēdi, & concludendi cum voto, & opinione vnius ex Diffini-
12 toribus. Nihil equidèm secludit, nihilq; secernit, neque hoc, neque illud, qui omne dicit. ex Innocētio III. in *cap. solitæ 6. §. not autem, in fin. de maiorit. & obedient.* & Vlpiano lib.2. responsorum in *l. Iulianus respondit 66. in princ. ff. de legat.3.* ibiq; *Bart.* sequitiq; nos fuimus *respons.* nostra *78. num.32. & 33 par.4. & respons.48. nu.23. & 24 par.2.* Quicquid igitur cōcurrerit ex agibilibus, etiàm grauibus, cum voto vnius ex Diffinitoribus concludere Generalis valebit,
13 siuè hoc, siuè illud sit. Quia, qui omne dixit, nihil omninò distinxit. ex Nicolao Papa in *can. si Romanorū 1. §. dicendo verò.* ibiq; *Gloss.* verbo *dicendo. dist. 19.* Optimèq; om-
14 nium Diui Pauli locus *ad Hebræos 2.8.* Referens quippè ipse ex *Psalmis 8. 8.* locum: *Omnia subiecisti sub pedibus eius.* ad Christi Domini probandam Maiestatem, sic infert: *In eo enim, quod omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum.* Nihil ergo exclusit Constitutionis declaratio, quę in omnibus Congregationis occurrentibus, cum voto procedere vnius ex Diffinitoribus Gene-
15 rali permisit. Et quidèm naturale hoc est, vt maior vincat pars; & quod maior pars effecerit, ab omnibus factum videatur. ex Celso in *l. quod maior 19. ff. ad municip. & de incolis*, dicente. Quod maior pars Curiæ effecit, perindè habetur, ac si omnes effe-
16 cerint. Hinc in electionibus, quod maior effecit pars, ab omnibus factum videtur. ex Gregorio IX. in *d.cap. in Genesi 55. in princ. de elect.* & diximus suprà. Et quid sanè, si ex Diffinitoribus vnus contradixerit, alter; cum Generali consenserit, non ne perindè habebit, ac si ab omnibus esset fa-
17 ctum? Vtiquè. Materialitèr quippè tunc concurrit Diffinitor alter, qui dissentitur, non formalitèr. Constitutio igitur, quæ disponit *d.nu.54. cap.64. fol.*o. verbis illis, quæ in initio attulimus: *Vel si contigerit infrà annum* (vacatio videlicet, & ex ca. ex ctio) *eligantur per Abbatem Generalem, & Diffinitores.* In actu primo vtiquè exaudietur, & materialitèr, & non in actu secundo, vel in exercitio, & formalitèr. Quia si vnus ex Diffinitoribus contradixerit, neq; assensū dare voluerit; Generalis cum voto, & opinione alterius Diffinitoris faciendam concludet electionē, iuxtà verba Constitutionis, & Declarationis prędictæ dicto nu.54. *Ità quòd idem Abbas* (Generalis videlicet) *quicquam magni momenti absquè voto, & opinione saltim vnius eorum* (Diffinitorum scilicet) *facere non possit*. Faciet autem cum voto vnius ex illis. Quod igitur in actu primo non intercedat, nuñc alter Diffinitor, id quidèm ex accidenti est, quia periit, ex humanis discessit, abijt, obijtq; remansit alter in exercitio, & cum illo electionem
18 conclusit. atq; proindè ad ipsos duos tota facultas, deficiente tertio deuoluta est. vt sequitur etiam *Samuellinus d.tract.1. controuers.13.conclus.1.num.1.& 2. & conclus.3. nu.5. & 6.* & *Sigismund de elect.cap.2.dub.13.*
19 *num.1.* Elegerunt autem ergo benè. ex Augustino in *can. quid dicam 11. in fin. 14. q. 4.* Secundùm præcepta proindè Constitutionum electio processit. non igitur poterint hī, qui fecerunt illam deperire. secundùm Innocentiū Papam in *can. deindè ponitur 3. §. aspiciamus gentilem hominem, distinct. 26.*
20 Nec enim peccat, lēgem qui sequitur. Ambrosius id attestatur in *can. quod Christus 26. circa fin. 23. quæst. 4.* & Augustinus in *can. qui peccat 40. & can. illud etiam 46. ea-*
21 *dem 23. quæst. 4.* Poterit propterea Generalis cum consensu alterius, qui remansit, Diffinitoris, & alterum eligere Diffinitorē in locum

in locum demortui. ostendit apertissimè Constitutio in d.§.1. *fol.90.* ex verbis, quæ in initio retulimus, quæ referimus iterùm. *In electionibus seruetur consuetudo Congregationis nostræ, Apostolico indultu firmata, vt nimirùm Abbas Generalis, Diffinitores, Decanus, Abbates, Prioresq; Monasteriorum, Cellararij, Vicarij, Lectores, cæteriq; Officiales maiores eligantur in Capitulo; vel si contingerit infrà annum, eligantur per Abbatem Generalem, & Diffinitores.*

Quicunquè igitur ex enumeratis infrà annum defecerit, siuè Diffinitor, siuè Abbas, siuè Prior, siuè Cellararius, siuè Vicarius, siuè Lector fuerit, ab Abbate Generali cum Diffinitoribus eligi debet. Duo uunc infrà annum defecerũt, & Diffinitor, & Abbas. Si Diffinitorem primò Abbas Generalis cum altero Diffinitore elegerit; tùm cum vtroq; Diffinitore deficientis in locum Abbatis alterũ eliget. quòd si primò Abbatem cum superstite Diffinitore iure eliget. vt ex superioribus deduximus.

Atque ità sum voti, & consulo, meliori consilio non exploso.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Facta incerta sunt.*
Indè & prudentissimi ex eorum incertitudine falluntur.
Non ità ius, quod finitum est, certisq; constat principijs. num.2.
Facta proindè non præsumuntur, nisi probentur. num.3.
Ratio affertur. num.4.
2 *Ius finitum est.*
Certisq; constat principijs.
4 *Rem factam qui dicit, ipse eam probare debet.*
5 *Probare debet, qui dicit.*
Non qui negat.
6 *Beneficiarium qui dicit, aliquem esse, atquè beneficium obtinere, ipse probare hoc debet.*
7 *Clerici, vel Beneficiarij, non nascuntur homines, sed fiunt.*
Probari proindè debet.
8 *Beneficia Ecclesiastica sine institutione canonica obtineri non possunt.*
9 *Institutio* (verbum) *generalitèr exauditur.*
Siuè de collatione libera.
Siuè de institutione præsentatione prauia.
10 *Clericatus, & beneficium per Bullas probari debet, & num.21.*
Præsertim verò si de iurisdictione fundanda agatur: num.16.
Vel qui Clericus acclamatur, in habitu reperiatur seculari. num.22.
11 *Laicus omninò incapax est beneficij Ecclesiastici.*
Quia res spiritualis est.
Et rerum spiritualium incapaces sunt, vt ea possideant.
Quàmuis ementito clericatu beneficium de facto obtineat. num.13.
Vt neq; communis error in hoc suffrogetur eidem, num.15.
Quia collatio non tenet.
Laicus quilibet nascitur, nõ Clericus. nu.18.
12 *Beneficium Ecclesiasticum propter Diuinum Officium datur.*
14 *Veritati mendacium præualere haud potest.*
17 *Qualitas, quæ iurisdictionis est fundamentũ, probanda est.*
Alioquin sine iurisdictione Iudex agit.
Inutilitèr proindè.
In materia præsertim obiectiua, num.19.
20 *Clericus, vt quis dicatur, & frui valeat priuilegio fori:*
Et se Clericum probare debet.
Et in habitu, & tonsura incedere.
Et diuinis inseruire, de mandato Episcopi.
Vel Ecclesiasticum obtinere beneficium.
23 *Notario attestanti, de his tantùm fides habetur, de quibus rogatus fuit.*
24 *Capella possessio accepta, non fundat proptereà, illum esse beneficium Ecclesiasticum.*
Et potest esse res merè laicalis.
Quarè constare debet, illum in beneficium erectum per Episcopum fuisse. nu.25.
Quia potest esse erecta, vt legatum pium. num.26.
Quod etiam à laicis teneri potest.
Etiam si in perpetuum tradatur.
27 *Clericus beneficium obtinens Ecclesiasticum, si habitum excusserit clericalem, ex Sixti Quinti Constitutione beneficium amittit.*
Præsertim verò, si ille pro laico se gesserit, & gerat. num.28.
Et se laicum esse affirmet.

ARGVMENTVM.

Facta non præsumuntur, nisi probentur. Qui igitur Clericum aliquem esse dicit, vel Beneficiarium, probare id debet. Præsertim verò ad fundandam iurisdictionem. Quia homines neq; Clerici, neq; Beneficiarij nascuntur; sed fiunt. Probari proindè debet. atq; per litteras, Bullasq; Episcopi. Benefi-

cia Ecclesiastica sine canonica institutione obtineri non possunt. Collatum verò beneficium Clerico putatiuo, non verè Clerico, non suffragatur, neq; communis error suppetias fert eidem. Capella potest obtineri, vt merè res laicalis, vel vt legatum pium, quod à laico retineri potest, etiam in perpetuũ. Notario non creditur, nisi de his, de quibus rogatus fuit. Clericus beneficium obtinens, si habitũ excutiat, & pro laico se gerat, ex Sixti Quinti Constitutione, beneficium amittit.

RESPONSIO LXIX.

1 SVnt ità incerta facta, quæ dietim ac-
cidunt, atq; varia, vt illorum euentus
prudentissimos quosq; fallat. Non
2 ità sanè ius, quod finitum est, certisq; con-
stat principijs. vti Neratius lib. 4. membra-
narum in *l. in omni parte 2. ff. de iuris, & fa-*
3 *cti ignorant.* docet. Facti igitur, quæ sunt, cũ
varia, & incerta illa sint, non præsumuntur,
nisi probētur, ex Bonifacio VIII. in *cap. 1.*
circ. fin. de constitut. lib. 6. & Innocentio III.
Petro Ciui Viterbien in *c. cùm Ioannes 10.*
§. verùm responsionem istam. de fide instrum.
extrà. nec sensu ab eodẽ aberrare visus est
Triphoninus lib. 4. disputationũ in *l. in bel-*
lo 12. §. falsæ autem causæ. ff. de captiu. & post-
limin. reuers. Rationem habes ex Seuero, &
Antonino Augustis in *l. 1. C. de probationib.*
4 Quia qui rem factam affirmat, eius rei pro-
bationem ipse præstare debet. & *Gloss. fin.*
ibidem *in fin.* inferens, & ipsa: Quia, qui di-
5 cit, debet probare, tradideratq; Paulus li-
bro 69. ad edictum in *l. 2. ff. de probationib.*
verbis ita loquens: *Ei incumbit probatio, qui*
dicit, non qui negat, ibiq; latè *Gloss. Barbosa*
axiom. 93. num. 27. Nos tradidimus *respons.*
nostra 13. *num. 26. & 27. part. 4.*

Ei igitur in facto, quod in controuersiã nũc
venit; incũbit probatio, Franciscũ de Spe-
6 ranza Lutij filiũ Terræ Laureti Caputaquen
Diœcesis beneficiũ obtinere, qui dicit, non
eidem Francisco, qui hoc negat. Neq; por-
7 rò homines, vel Clerici, vel Beneficiati na-
scuntur, sed fiunt. Qui itaq; factum dicit,
probare tenetur. ex Innocentio III. ad Ar-
chiepiscopũ Mediolanen in *cap. cùm adeò*
17. §. cùm enim in litteris. de elect. illis verbis:
Cùm enim in litteris nec de præbenda ipsius
mentio haberetur, nec Modexensis Canonicus,
imò nec Clericus dicatur in eis. ibiquè *Gloss.*
verbo *nec clericus.* & ex Alexandro III. in
cap. ex litteris vestris 6. de transactionib. per-
penditq; per quàm optimè *Card. Zabarell.*
in cap. perpendimus 23. col. 8. nu. 8. circ. med. de
sent. excom. & *Abbas in cap. bonæ memoriæ 23.*
num. 14. de elect. Rota apud *Cantuccium decis.*
122. num. 2. & 3. & decis. 154. num. 2. part. 2.
diuersor. diximus *respons.* nostra 35. *num.* 23.
8 *part.* 3. Neque beneficia Ecclesiastica, sine
institutione canonica obtineri valeant. ex
Bonifacio VIII. in prima regula *Beneficiũ*
Ecclesiasticum, de reg. iur. in 6. quo loco *Gloss.*
9 verbo *obtineri.* nomen illud *Institutio* gene-
raliter exaudit, siuè sit beneficium liberum
per collationem; siuè de iure patronatus
per institutionem, ibiq; etiam *Dynus nu. 1.*
Paris. de resignat. benefic. lib. 11. quæst. 3. nu. 23.
deduximus *respons.* nostra 32. *nu.* 24. *part.* 3.
Vtraq; itaq; qualitas, & Franciscum Cleri-
10 cum, & Beneficiarium esse probanda erit
per eos, qui hoc eidem objiciunt. atq; per
Bullas, & clericatus, & beneficij. Cùm aliàs
11 sit laicus omninò incapax beneficij. quod
spiritualis res est; spiritualium verò rerũ
sunt laici incapaces ad retinendum eas,
possidendumquè. ex Alexandro III. Par-
mensi Episcopo in *cap. causã, quæ 7. de præ-*
script. & d. cap. cùm adeò 17. de rescript. &
d. cap. ex litteris 6. de transactionib. Card. To-
letus instruct. sacerdot. lib. 5. cap. 76. nu. 1. Fer-
dinand. à Castro Palao tom. 2. moral. tract. 13.
disput. 1. punct. 1. num. 3. Gonzalez ad 8. regul.
Cancell. gloss. 2. num. 60. & 61. cum seqq. ad fi-
nem. & gloss. 5. nu. 8. & 9 plures refert *Gar-*
sias de benefic. par. 1. cap. 2. num. 28 retulimus
Nos *respons.* nostra 62. *num* 20. *par.* 3. Quia
12 propter Officium Diuinum datur benefi-
cium. ex Bonifacio VIII. in *cap. fin. de re-*
script. in 6. illis verbis: Et officiũ plerum-
què (propter quod beneficium Ecclesiasti-
cum datur) omittitur. *Gonzal. d. gloss. 5. n. 8.*
13 Quàmuis ementito clericatu in habitu, &
tonsura incedens clericali, cum Clericus
verè non esset, beneficiũ quis obtineat Ec-
14 clesiasticum. Cùm veritati mendacium
præualere haud possit. ex Augustino in
can. qui peccat 40 §. non enim. 23. quæst. 4. Vt
15 neque ex communi errore, quòd pro Cle-
rico haberetur ad Vlpiani sensum lib. 28.
ad Sabinum in *l. Barbarius Philippus 3. ff. de*
officio Prætoris. collatio facta laico substi-
neatur. *Paris. de resign. benefic. lib. 4. quæst. 2.*
nu. 19. cum seqq. sequiturq; *Gonzal. d. glos. 2.*
num. 64. 65. & 66.

16 Eoquè

16 Eoquè magis hac in re nostra probatio
præfata, ipsaq; concludens exquiritur, quòd
qualitas prædicta, & clericatus, & benefi-
cij ad iurisdictionem fundandam Iudicis,
Illustrissimi videlicet Nuntij Apostolici,
17 necessaria est. Qualitas verò, quæ iurisdi-
ctionis est fundamentum, probanda vtiq;
erit; alioquin sine iurisdictione Iudex agit;
& inutilitèr. ex Vlpiano lib. 56. ad edictum
in *l. Prætor ait 4. ff. de vi bonor. raptor.* Edictū
enim aduersus eum, qui dolo malo in Tur-
ba damnum intulit, vt locum habeat, pro-
banda vtiquè qualitas illa erit, in *Turba*
dolo malo damnū illatum fuisse. & ex Bo-
nifacio VIII. in *cap. Statutū 22. de elect. in 6.*
ex *Gloss. fin. in cap. cæterùm 5. de indic.* ibiquè
Doctores, sequiturq; *Afflict. decis. 297. num. 1.*
& seqq. per totam. ibiq; *Ursill. num.* præser-
tim 5. de Clerico loquens: cū alioqui lai-
18 cus quilibet nascatur, non Clericus, vt in
superioribus perpendimus. *Rota part. 1. di-*
uersor. decis. 172. nu. 1. & apud *Card. Seraphin.*
decis. 404. num. 6. & apud *Card. Mantic. decis.*
163. num. 3. & part. 2. in recentiorib. coràm
Damasceno decis. 402. num. 4. in fin. & apud
Duranum decis. 19. num. 15. part. 1. diximus
respons. nostra *17. nu. 62. & respons. 31. nu. 23.*
19 *& seqq. par. 2.* In materia præsertim obie-
ctiua, vti hæc est. Agitur enim de re crimi-
nosa, quòd cùm Clericus Franciscus esset,
cū bannitis armata manu furta, & recapta
20 fecerit. Erit igitur iurisdictionis funda-
mentum, quòd Clericus fuerit, & in habitu,
& tonsura incesserit clericali, atq; in diui-
nis Episcopi mandato seruierit, vel Eccle-
siasticum obtinuerit, obtineatq; benefi-
cium, ad Sacrosanctæ Tridentinæ Syno-
dus præscriptum *sess. 23. cap. 6. de reformat.*
formitèr probandum, atq; concludentèr.
Quia hoc fundamentū est intentionis eo-
rum. *Rota decis. 189. num. 1. part. 1. diuersor.*
& apud *Card. Cavaler. decis. 291. sub num. 1.*
vers. nec visum fuit. ex Innocentio III. in
cap. super his 16. & notata ibi per Doctores
de accusat. sequitur *Crescent. decis. 2. num. 2.*
de exceptionib. & *Rota* apud sanct. memor.
Gregorium XV. decis. 228. num. 4. Hoc au-
21 tem per ordinationis suę litteras, vti Hinc-
marus Rhemorū Archiepiscopus in Con-
cilio apud S. Medardū dixit, relatus à Gra-
tiano in *can. legum Ecclesiasticarum consue-*
tudo 9. 2. quæst. 1. & Innocentius III. Con-
stantinopolitano Patriarchæ in *cap. inter*
quatuor 2. ibiq; *Gloss.* verbo *litteris.* & *Abb.*
in 1. notab. de cleric. peregrin. Pręsertim verò,
22 si qui Clericus acclamatur, in habitu inue-
niatur seculari. ex Gregorio X. in Conci-
lio Generali Lugdunen. in *cap. si Iudex lai-*
cus 12. per tot. præsertim *§. non sic autem.*
ibiq; *Glos.* verbo *clericali.* & verbo *fecerit. de*
sententi. excommun. in 6. plenè *Menoch. de*
præsumpt. part. 2. lib. 6. præsumpt. 76. num. 17.
& seqq. & num. 26. ac per totum. Ful. Pacian.
de probationib. part. 2. lib. 2. cap. 34. nu. 9. cum
seqq. Tiraquell. de præscript. verbo *decem an-*
nos. §. 1. gloss. 4 fol. mihi 64. §. decimoseptimò
hùc pertinet. quàmplures refert, vt moris est
sibi, *Carol. de Graff. de effectib. clericat. in præ-*
lud. num. 224. 225. & 226.

Nec obstaculum facit vllo pacto produ-
cta attestatio semel, atquè iterùm in actis,
Notarij Francisci Antonij Binetti: Cleri-
cum Franciscum de Speranza Terræ Lau-
reti die 27. mensis Aprilis anni 1643. in Pa-
rochiali Ecclesia, S. Euphemiæ dicata, in
Terra Sancti Mauri apprehendisse *corpora-*
lem possessionem, & expeditam vnius Capellæ
nomine Diuæ Virginisq; Mariæ de Monte, cum
omnibus censibus, lucris, gagijs, emolumentis,
iuribus, rationibus, & introitibus, quomodocunq;
spectantibus, in dicta Capella orando, stando,
ambulando, genibus flexis antè altare, osculan-
do, & c. fol. 22. & 37. vt inferant ex hoc, esse
hunc Franciscum, Clericum beneficiatum.

Cùm quòd Notarius nō attestatur, dictā
Capellam esse beneficiū, neq; simplex, neq;
de iure patronatus; neq; dictū assertū Cleri-
cum Franciscū rogasse illū, quòd actū con-
ficeret capturę possessionis Capellæ pdictę
vti de beneficio, vel simplici, ad Episcopi
collationem, vel de iure patronatus per in-
stitutionem Ordinarij. vel quòd sibi pos-
sessionem traderet, sed tantummodò ac-
cessisse ad dictam Ecclesiam Parochialem
cum dicto Clerico Francisco, illumq; dictę
23 Capellæ possessionem cępisse. Notario ve-
rò de his tantùm fides habetur, de quibus
rogatus fuit. *Decius in authent. si quis in ali-*
quo documento. nu. 39. C. de edendo. Rota par. 1.
diuersor. decis. 733. nu. 3. Crescent. decis. 4. nu. 1.
de fide instrum. Afflict. decis 48. num. 2. & de-
cis. 245. num. 7. vers sed profectò. & num. 8. &
decis. 317. num. 3. 4. & 5. & apud *Puteum de-*
cis. 5. num. 1. lib. 3. Rota apud *Card. Mantic. de-*
cis. 302. num. 1. & apud *Coccinum decis. 467.*
num. 6. & apud *Card. Cavaler. decis. 322. nu. 3.*
& seq. & decis. 609. num 4.
24 Tùm quòd vt Notarius testatur, cępit
dictus Franciscus pro Clerico assertus, pos-
sessionem Capellæ materialitèr, vti de re
ad laicum spectante, non vti de beneficio,
neq; formalitèr de titulo Ecclesiastico, sed
vti de re more laicali. vti perpendit *Gon-*
zal d. gloss. 2. num. 72. in 3. limit.
25 Tùm prætereà, quòd nequè constat, Ca-
pellam prædictam erectam fuisse Episcopi
authoritate, quamuis de iure patronatus
26 esset, potuisse proindè dictam Capellam
obtinere vti legatum pium, quod sanè etiā
à laicis obtineri potest, nequè in titulum
transit beneficij, quàmuis in perpetuum
tradatur, vita scilicet perdurante obtinen-
tis. vt post alios deducit aptissimè *Gonzal.*
ad d. 8. regul. Cancell. gloss. 5. num. 20. & seq.

Rota part.1. diuersor. decis.182. nu.1.& nu.5. quæ est eadem repetita *decis.264.nu.1.& 2. part.2.etiam diuersorum.* & apud *Card. Seraphin.decis 611.nu.1.2.3.& 4. Riccius in praxi par.1.resolut.67, Guido Papa decis.187.num 1.* ibiquè *addentes.* ex *Gloss.1, in fin. vers.in dic contrà. in element.si beneficiorum 2. de decim,* ex Concilio Vrbani Papæ habito Aluerniæ *in can. quæsitum est 4. 1.quæst.3. Barbosa de offic.& potest.Episc. alleg.57, nu,142.& seqq. Garf. d.par.1.cap,2.num.102.& seqq. Rota in Melfiten legati pij 24.Ianuarij 1629.* coràm *Dunozetto decis.338. num.1.& 2. par.5.in recentioribus per Rubeum,*

37 Verùm (fac fuisse Capellam prædictam beneficium Ecclesiasticum, quod non probatur,) tamèn cùm habitum excusserit clericalem Franciscus, nè Clericum ageret; cùm potissimùm pro Capitaneo se gesserit Terræ Rodij, & Sancti Mauri,in habitu incedens laicali in pœnam amissionis ipso facto incidit beneficij, siuè Capellæ prædictæ,quatenùs beneficium sit Ecclesiasticũ, illudq; amisit. ex Constitutione Sixti Papæ V, quæ incipit *Cùm sacrosancta*. quam refert quoq;. *Quaranta in summa Bullarum*
38 verbo *habitus clericalis*. Præsertim verò, cũ dictus Franciscus se pro laico gesserit, & gerat, seq; laicum esse, & fuisse. ad tradita in hac re Constitutionis prædictæ Sixti V, per *Rosam* apud *Card. Seraphin, decis.1471, num.4.& 5. Gratian. forens. part,3. cap.440, nu.1.& seqq.* Non probatur proindè.Franciscum Clericum esse, neque beneficium possidere Ecclesiasticum. Ad Iudicis ergo Ecclesiastici iurisdictionem non pertinet.

Atquè ità ex his, Aristarchi supercilio non abiecto,quin expetito,respondendum censuimus,

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen,

SVMMARIVM.

1 *Cupiditas habendi, ità acris in hominibus est, vt nihil mali eos nõ admittere compellat, modò habeant,*
Hinc cædes, turpesq; mortes, num.2.
3 *Diuitias improbas nominat Horatius.*
Et quæ curtæ sunt.
Meritò qui eas effreno cupiunt desiderio, & auari sunt, Giezi lepram possidere dicuntur. num 4.
Et thesaurum criminum congregasse.
5 *Auarus thesaurum criminum congregasse videtur.*
6 *Auaritia cæcat hominem,vt quid rectè agat, nõ videat.*
Ratio redditur, num.7.
7 *Mens potentia auida, nec abstinere nouit à vetitis, nec gaudere concessis, nec pietati adhibere consensum.*
8 *Instituendus is est, qui maiora patronorum obtinet suffragia,*
9 *Ius patronatus in primos nominatos in capita deducitur, in descendentes verò ab eis, in stirpes,*
10 *Ocularis, ac mathematica demonstratio admodùm oportuna est ad descendentiã ostendendam eorum, qui præsentare habent.*
Oculis aliquid meliùs perpenditur, licèt visus sæpè fallatur. num.11.
12 *Possessio per ocularem aspectionem tradi etiã potest,*
13 *Vocatus à Fũdatore beneficij de iure patronatus, nedùm ad rem ius sortitur, sed in re quoquè,*
14 *Ex falso,non nisi falsum,sequitur;*
Sicuti ex errore error. num.15,
16 *Falsis vtens constitutionibus, lege Cornelia dãnatur, vt aqua,& igni ei interdicatur.*
Quia deportatur.
17 *Vocatus ad ius patronatus, vt præsentetur, de domo, siuè de familia ipsius Fundatoris debet esse descendens ex eadem domo, siuè familia.*
Præsertim verò,si Fundator ipse aliquem ex sua familia consanguineum primò præsentauerit, nominaueritq;. num,20.
Indicat enim nominatio illa affectum ad familiam suam, num.21,
18 *Pronomen* (ipse) (ipsius) *reprimit, atquè ad oculum rem demonstrat,cui adijcitur,*
19 *Dictio* (videlicèt) *declaratiua est præcedentiũ.*
22 *Restrictio à testatore facta præsentandi presbyteros ex familia sua, vltrà illam dilatanda non erit.*
23 *Voluntas testatoris lex est ijs,qui ex ea commodum capiunt.*
Seruanda proindè;
24 *Mentem, cùm habeamus apertam testatoris, peruertere nos illam haud decemus.*
Verbis ideircò illius seruire nos oportet, num.25.
26 *Testator quod non dixit, nec voluisse putandus est,*
Quod argumentum, in vltimis præsertim voluntatibus, firmum æstimatur. nu.27.
27 *Argumentum, testator non dixit, ergo noluit, firmum æstimatur,*
28 *Distinctio nominum, rerum quoq; differentiã declarat,*
29 *Res indè distinguuntur, vt ab inuicem secernantur,*
30 *Distincta, quæ sunt, idem non sunt, atq; consequenter diuersa,*
31 *Diuersitas vbi est, ibi pluralitas.*
32 *Testamentum, & codicilli diuersa sunt, quia nomina habent diuersa.*
33 *Diuersitas corporum, diuersitatem sequitur animorum.*

Et sup-

Et suppositorum diuersitas actionum quoq; diuersitatem infert,

34 *Testator frustrà loquutus præsumi non debet.*
Sed prudentèr, & apposite.

35 *Talem se quisquè probare debet, qualem se asserit.*
Quia fundamentum intentionis suæ est.

36 *Probatio æquiuoca nihil operatur.*
Ità & descendentia æquiuoca, si duo sint eiusdem nominis.
Ex l. duo sunt Titij, & num. 49.

37 *Operatio essentiam supponit, is enim operatur, qui est.*
Quarè operatio est posterior pars entis, essentia prior. num. 38.

39 *Incertitudo personæ vitiat actum.*

40 *Probatio dubia, & incerta insufficiēs est, vt ex ea certi aliquid inferatur,*
Quia nullum gradū probationis facit. nu. 41.

42 *Descendentia quomodò probetur.*
Neq; probatur probatione æquiuoca. nu. 43.
Quia insufficiens est, & nulla.
Debet enim probari initium descendentiæ. num. 44.
Præsertim, si duo fuerint eiusdem nominis, neq; dilucidatum, à quo ille descendat.
Sat est descendentiam probasse ab vltimis, qui in quasi possessione sunt præsentandi. num. 50.

45 *Causa deficiente, & effectus causæ deficit.*

46 *Præsentatio ab existentibus in quasi possessione iuris præsentandi sufficit, vt præsentatus institui valeat.*
Etiam contra præsentatum à veris patronis, non tamen in possessione præsentandi existentibus. num. 47.
Quia in hac materia vltimus attenditur status.

48 *Diuersitas nominum, diuersitatem indicat rerum, & quòd non idem sunt, quæ diuersis nuncupantur nominibus.*

51 *Præsentatio, siuè nominatio ad ius patronatus, per errorem, vel subreptionem facta, iure in totum reuocari potest.*
Quia citrà voluntatem facta videtur. n. 52.
Nequè enim, qui errat, consensum præstare videtur.
Fuit proindè nulla. num. 55.

53 *Error voluntarium tollit.*
Vndè errans, consensum præstare non videtur, num. 52.
Quia error consensui contrarius est. nu. 56.

54 *Peccatum non imputatur, si à voluntate libera non procedat.*
Quia omne peccatum ex voluntate nascitur.

57 *Errantis nullus est consensus.*

58 *Præsentatio, siuè nominatio facta, beneficio adhuc pleno, neq; vacante, non tenet.*
Nè desiderare quis mortem proximi videatur.
Neque facultatem alteri facere potest præsentandi. num. 59.
Quia habet tunc patronus potestatem ligatam. num. 60.
Ne aperiatur via ad vacationes.
Procedit etiam in donatione, si facta fuerit pro illa vice tantùm, & ad præsentandum certam personam. num. 61.

62 *Pacisci de viuentis hæreditate, Domino inscio, nemo potest.*
Nè captandæ mortis alterius occasio detur.
Est enim hoc contra bonos mores, tristissimiq;, ac periculosi euentus. nu. 63.

64 *Nomen bonum melius, quàm diuitiæ multæ.*

ARGVMENTVM.

Instituendus is ad beneficium est iuris patronatus, qui à maioribus patronorum suffragijs est præsentatus. Ius patronatus in primos à Fundatore in capita transit, in descendentes verò eorum in stirpes. Mathematica, & ocularis demonstratio multùm proficit ad descendētiam probandam eorum, qui ad ius succedunt pręsentandi. Vocatus à Fundatore, qui est, ne dùm ad rem, sed in re quoquè ius habere dicitur. Falso qui innititur principio, & falsa inferat, oportet. Familia vocata ipsius Fūdatoris, per pronomen illud (*ipsius*) restricta videtur ad ipsā testatoris, siuè Fundatoris familiam, non ad aliam dimanata alterius stipitis; præsertim si verbis vtatur Fundator restrictiuis, & in casu contrarij liberum dimittat quemcunq; alium præsentandi. Nàm nominum distinctio, rerum denotat distinctionem. Descendentiam, qui asserit, ipse probare tenetur, atq; explicitè,

plicitè, non æquiuocè, & per
ambages; neque probatione
dubia, & incerta. Præsertim si
illi, in quasi possessione præsē-
tandi nō fuerint. quia vltimus
status attenditur. Præsentatio
per errorem facta potest licitè reuocari. quia errans, con-
sentire non videtur. Præsenta-
tio, siuè nominatio facta, be-
neficio adhùc pleno, nec va-
cante, non tenet. sicuti etiam
donatio exercitij pro illa vice
tantùm.

RESPONSIO LXX.

1 HAbendi cupiditas ità aeris in ho-
minibus est, vt nihil mali eos non
admittere cōpellat, modò habeāt.
hę heu.

Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacrā fames?

2 Vndè enim cędes, turpesq; hominum
mortes, vt quę habēt, ab eis eripiāt; non ne
ex habendi cupiditate? Improbas non ab
3 re vocauit diuitias Horatius lib. 3. carm.
ode 24.

Scilicet improbæ
Crescunt diuitiæ, tamen
Curtæ, nescio quid semper abest rei.

Ità verò improbæ sunt diuitiæ, atq; eas
4 habendi effrena cupido; vt omnes cupidi,
omnes auari, Giezi lepram cùm diuitijs
suis possideant, & malè quæsita mercede,
5 non tàm patrimonium facultatum, quàm
thesaurum criminum congregasse videan-
tur æterno supplicio, & breui fructu. vt
Ambrosius docet *can. citò turpem 16. in fin.*
6 *1. quæst. 1.* Cęcat enim hominem auaritia,
vt quid rectè agat, non videat. ex Grego-
rio X. in Concilio Generali Lugdunen. in
cap. auaritiæ cęcitas 5. de elect. lib. 6. ibiquè
Gloß. verbo *cęcitas.* ex Leone Papa in *can. virum catholicum 6. dist. 47. in fin.* ad verba illa
Salomonis Ecclesiast. 18. *Post concupiscētias
tuas, ne eas.* rationem reddente. *Mens enim*
7 *potentiæ auida, nec abstinere nouit à vetitis,
nec gaudere concessis, nec pietati adhibere con-
sensum.* Hoc ipsum perspicere est in facto,
quod accidit. Vacanti hisce delapsis die-
bus beneficium simplex, sub inuocatione
Sanctissimæ Trinitatis intus Parochialem
Ecclesiam loci Fractæ Maioris Auersanen
Diœcesis de iure patronatus laicorum fa-
miliæ de Spenis, à Mathæo de Spenis fun-
datore, ob mortem D. Syluestri de Spenis,
qui extra Romanam Curiam de mense Fe-
bruarij diem vidit vltimum. Beneficio va-
cante ad palestram accedunt, qui illud ob-
tineant. Ex vna est D. Iulianus de Spenis,
ex altera D. Thomas Durante, vterque Sa-
cerdos eiusdem loci. Vterq; se instituen-
dum prætendit, tanquàm à maiori patro-
8 norum parte præsentatum. Quisquis igi-
tur eorum, qui maiora obtinet patronorū
suffragia, instituendus erit. ex Leone Papa
in *can. si fortè 36.* alias *fin. dist. 63.* & ex Con-
cilio Lateranen. in *cap. quoniam 3. de iure
patronat.* diximus *respons.* nostra *66. num. 15.
part. 4.* Verùm quis eorum hic sit, qui ea
obtinet, hoc ipsum discutiendum erit. Nos
igitur, qui D. Thomam tuemur, vt ipsum
instituendum adstruamus: Supponendum
censemus: Ius ipsum præsentandi in tres
voces à fundatore Matthæo de Spenis di-
uisum fuisse: Voluit namq; ipse: *Quòd sit,
& esse debeat de iure patronatus de domo ip-
sius testatoris, siuè hæredis ipsius testatoris, nec
non Marci de Spenis, & Lucæ de Spenis fra-
trum ipsius testatoris.* Heredem verò vniuer-
salem dixit Angelellam de Spenis suam fi-
liam legitimam, & naturalem. In tres itaq;
vocès ius omne hoc præsentandi diuisit: in
Angelellam filiam, & hæredem; in *Marcum,*
9 & *Lucam* fratres. Licèt enim in eos nomi-
natos in capita ius transferit patronatus,
in eorum tamen descendentes, in stirpes,
non autem in capita transfuit. iuxta Cle-
mentis V. in Concilio Viennen. determi-
nationem in *clement. plures 2. de iure patro-
nat.* ibiq; plenè *Gloss.* verbo *plures.* Ab An-
gelella autem illi de familia de Lanzillis
deuenere: qui D. Iulianum præsentauerūt;
exceptis Oeconomis Oratorij Sancti Ange-
li Custodis, in dicto loco Fractæ maioris
constructi, qui vti hæredes q. Marci Anto-
nij Lanzilli, D. Thomam, nostrum principa-
lem, præsentauere. fol. 40. Qui verò ex *Lu-
ca,* & *Marco* descenderunt, D. Thomā præ-
sentauerunt, habet itaq; ipse ex tribus par-
tibus duas, vna pro Iuliano remanente.
est ergo ipse Thomas à maiori suffragiorū
parte præsentatus. Ipse ergo instituendus.
*Rota decis. 118. num. 8. 9. & 10. & decis. 123.
num. 12. & decis. 125. num. 9* in nouis additis
ad *praxim Viuiani iuris patronatus.*
Et sanè, quòd ex tribus partibus duas
integras obtinet Thomas, id mathematica
demonstratione ostendimus, omniumque
10 conspicientium oculis supponimus. Est
enim admodùm potens hęc mathematica,
& ocularis inspectio, (quàmuis quandoq;
oculus fallatur) in his, quæ à sensu pendēt
corporeo. Iustum enim oculorum hoc iu-
dicium.

dicium, appellauit Gregorius Papa in *can. quod autem interrogati* 1. 33. *quaest.* 1. illis verbis; *Si potest probare per iustum iudiciũ*. Id est per aspectum corporis, si Virgo est.
31 *Gloss.* ibidem verbo *iudicium*, commentum agit. Melius enim perpenditur oculis aliquid, licet visus sæpè fallatur. *Instit. de grad. cognat. §. hactenus.* & ex Honorio III. *in cap. littera tua 6. siuè fin. de frigid. & malefic.* vndè *Gloss. in l. satisq; pœna* 19. *ff. de in ius vocando*. ad illa verba Pauli Iureconsulti lib. 1. ad edictũ: *Aut ex publico conspiciatur*. verbo conspiciatur. *Nota* (inquit) *multum facit oculorum inspectio, vt infrà ff. de acquir. possess. l. quod meo*. Satis nempè concinnè Celsus lib. 30. digestorũ in *d. l. quod meo* 18. *§. si venditorem. ff. de acquir. possess.* hoc tra-
32 dit, dùm etiam per ocularem inspectionè possessionem tradi, & accipi posse docet. adeò siquidèm ocularis aspectio prodest, ex *Gloss.* ibidem. sequiturq; *Calcan. consi.* 8. *num.* 10. *Thom. Triuisan. decis.* 70. *num.* 3. *lib.* 2. *Rota* apud *Caualer. decis.* 169. *nu.* 1. *Villalob. in Thesaur. comm. opin.* verbo *possessio. nu.* 108. *tom.* 2. *fol.* 25.

Fundator itaq; beneficij fuit Matthæus, ab eo verò, Angelella, (vt diximus) Marcus, & Lucas. à Marco lucem aspexerunt Sabatinus, & Saluator, à

Sabatino, Dominicus, qui nullis relictis filijs, mortuus est, supremumq; diem vidit.

A Saluatore in vitam prodiere:

Iacobus, Laurentia, Abundantia.

Iacobus non susceptis liberis, in orcum transijt.

Abundantia in matrimonio ad vitam produxit Clericum Vincentium Durante. Qui genuit D. Thomam, eumq; viuens, adhùc præsentauit.

Laurentia duos habuit filios ex matrimonio, Ioannem Paulum Durantem, & Ioannem Baptistam.

Ex Ioanne Paulo Dominicus lucè aspicit Solis. hic Thomam præsentauit fol 40.

Ex Ioanne Baptista duę prodiere mulieres, Antonia, & Aloysia Durante. quæ Thomam quoq; præsentauerunt d. fol. 40. Est itaq; pro Thoma integra Marci pars.

Lucas autem plures suscepit liberos, matrimonio constante.

Ioaunem Iacobum, qui fine filijs diem vidit extremum.

Veronicam, Menichellam, Thomasiam, Magdalenam, Camillam, Biancolellam, siuè Prudentiam. ex Veronica in mundum venere Anellus, siuè Aguellus dello Preite, & ab eo Bernardinus. ex Biancolella, siuè Prudentia, Donatus Toscanus, & Ioannes etiam Toscanus. hi Thomam præsentauere. fol. 40. & 42.

Camilla, Santellam genuit, quæ Thomam præsentauit.

Menichella, Indictam Granatam filiam habuit. Ex Iudicta, Iacobus Maffeus lucè vidit Solis huius, & Thomam præsentauit.

Magdalena, Mideam Biancardo filiam genetauit, quæ tres suscepit filias Sororem Antoniam, aliàs Marchesiam de Constantio, Mariam, Laudoniam, omnes Thomam præsentauerunt. fol. 42.

Thomasia verò Sebastianũ dello Preite filium suscepit. Sebastianus autem Saluatorem; à Saluatore in mundi lucem venere, Hector, Adamus, Clericus Clemens, & Constantinus dello Preite, hi omnes Thomam præsentauerunt. Est itaquè à duabus partibus ex tribus præsentatus Thomas, habet proindè maiora præsentantium suffragia. Ipse ergo instituendus, vti diximus in initio.

Sic itaq; Mathematica demonstratione, supposito principio: Thomam à maiori patronorum parte præsentatum fuisse, fecimus satis.

Verùm satisfactionem hanc non recipit Iulianus, qui putat se à Fundatore vocatũ, vti ex familia de Spenis: sic nempè Fundator: *Et dicti heredes debeant appręsentare Presby. erum in dicto altari de Domo ipsius testatoris, videlicet de Spenis; & quando non esset presbyter de dicta casata, debeant eligere alterum ad beneplacitum ipsorum heredum*. Est enim ipse de Familia de Spenis. Vocatus proindè à Fundatore. sibi itaquè iure
33 debetur beneficium, qui ex vocatione à Fundatore facta, ne dùm ad rem, sed in re ius habere dicitur. Ex *Puteo decis.* 99. *& decis.* 252. *lib.* 3. & apud *Gomezium* Episcopum Sarnen *ad regul. Cancell. reg. de non tollendo iure quæsito. quæst.* 1. *col.* 4. *vers. & quod dictum est, fol. mihi* 29. qui ità decisum in vna *Oxemen Capellania de Seron Iunij* 1539. coràm *Raynaldo Petrucio* refert. sequiturq; *Mandos consi.* 51. *num.* 9. *vers. videmus eum. Castad. decis.* 18. *num.* 5. *de prabend. Rota par.* 2. *in recentiorib. decis.* 253. *nu.* 1. & coràm *Buratto* in impressis per *Feyrenill. decis.* 755. *nu.* 2. *&* 3. *part.* 3. & in *Gerunden beneficij* 2. *Decembris* 1607. coràm *Card. Sacrato decis.* 57. *num.* 5. *&* 6. apud *Viuian. in praxi iuris patronatus*. diximus *respons.* nostra 28. *num.* 7 *par.* 3. *& respons.* 19. *num.* 6. 7. *&* 8. *par.* 4.
34 Sed falsò innititur principio Iulianus. Ex falso verò, nõ nisi falsum sequitur. post Aristotelem Philosophorum Principem, habemus ex Paulo lib. 21. ad edictum in *l. ex diuerso* 36. *§.* 1. *ff. de rei vendicat.* quatè-
35 nùs ab eo eruitur: ex errore, errorem sequi, vt non mirum sanè sit, si ex falso, falsum quoq; inferamus, quando error in falsitate fundamentum habet. iuxtà illud Sapientiæ 2. 21. *Hac cogitauerunt, & errauerunt, & excæcauit illos malitia eorum*. ideò excæcauit illos malitia eorum, quia falsũ

pro

pro vero.putantes, errauerunt. & falsum
pro vero putare error est. Hanc ob causam
Modestinus lib.3. de pœnis in *l. vlt. ff de*
16 *falsis*. Sic de eo, qui falsis vtitur constitu-
tionibus infert: *Si quis falsis constitutioni-
bus nullo authore habito vtitur, lege Cornelia
aqua, & igni ei interdicatur.* Quia nimirùm
deportatione feritur, ex *Gloss.fin.*ibidem,
& *Gloss.in cau.sed illud 17.§.hinc etiam alibi*,
qui est Gratiani, in ipso principio *dist.* 45.
Quid enim ex falso, nisi falsum haberi
poterit?
17 Nequè porrò Mattheus Fundator sim-
pliciter presbyterum de casata, siuè de
Domo de Spenis præsentari mandauit, sed
cum addito; *de domo ipsius testatoris*, adden-
do etiam expressiùs: *videlicèt de Spenis*. Re-
strinxit proindè dispositionē suam ad *do-
mum ipsius*, non extrà illam dilatauit. Est
18 quippè pronomen illud *(ipse) (ipsius)* re-
pressiuum, atq; ad oculum rem designans.
ex Vlpiano lib.16. ad edictum in *l. restitu-
ta 37. §.pupillus autem ipse, ad Senat. Cons.
Trebell.* secundùm *Ripam in l.filius familias,
§.diui, nu.3.ff.de leg.1.Menoch.cons.115.n.15.
Rota* apud *Card.Caualer. decis.340.num.2.* &
ex Paulo lib.54. ad edictum in *l.1. §.adipi-
scimur autē*. ibiq; *Gloss.* verbo *per nosmetip-
sos. ff. de acquir. possess. Rota* apud *Duranum*
Episcopum Vrgellen *decis.410.nu.2. par.2.*
diximus *d.respons.* nostra 19. *num.26.par.4.*
Quin addendo: *(videlicèt de Spenis)* mul-
tò magis declarare id voluisse, atq; expres-
sum facere videtur. ex Pomponio lib.8. ex
Sabino in *l. si in venditione 7. ff.communia
prædiorum, tàm vrbanorum, quàm rusticorum*,
19 ex dictione illa (*videlicèt*) quę declaratiua
est præcedentium: De domo ipsius testa-
toris, videlicèt de Spenis, ex *Socin. sen. con-
sil.32.num.4.lib.4* sequutaq; fuit *Rota in Bo-
nonien.fideicōmissi de Glauarinis 5.Maij 1626.*
coràm *Ghisilerio decis.126. num.13. per Ru-
beum par.7. recentiorum*
20. Potissimùm verò, quòd ipse Fundator
primam nominationem direxit in personā
Subdiaconi Tambarelli de Spenis eius ne-
potis, & *post eius mortem* (subsequentèr ad-
dens, dicti scilicèt Tambarelli) *sit, & esse
debeat de iure patronatus, vt suprà, & dicti hæ-
redes debeant appresentare presbyterum in di-
cto altari de domo ipsius testatoris, videlicèt de
Spenis: & quandò non esset presbyter de ipsa
casata, debeant eligere alterum ad beneplacitū
ipsorum hæredum.* Eatenùs quippè testator,
Fundatorq; beneficij præsentationem fa-
ciendam restrinxit, atquè repressam voluit,
quatenùs adesset presbyter de ipsa casata,
ipsius scilicèt testatoris, *videlicèt de Spenis*,
alioquin liberum esse voluit compatronis
ab eo nominatis, eligendi alterum ad be-
neplacitum ipsorū hęredum. Indicat nem-
21 pe ipsa nominatio Fundatoris affectum
ad familiam suam. ex Iuliani sensu lib.24.
ad Sabinum in *l. si seruus plurium 53. §. fin.
ff de legat.1.* illis verbis: *Sed & mens patris-
familias, & legatarij dignitas, & charitas, &
necessitudo*, idest consanguinitas, vt *Gloss.fin.*
ibidem commentū addit. eiusdemq; sen-
sus videtur Albunius Valens lib.1. fideicō-
missorum in *l.cùm alimenta 22.in princ. ff.de
aliment. & cibar.legat.* verbis illis: *Si neutrū
appareat, tunc ex facultatibus defuncti & cha-
ritate eius, cui fideicommissum datum erit, mo-
dus statui debebit*. argumento etiam petito
ex Sceuola lib.16. digestorum in *l. Aurelius
Symphorinus 29. §. Titius testamento. ff.de li-
ber.legat.* ex ratione, quā in fine addit: *Præ-
sumptio enim propter naturalem effectum fa-
cit, omnia patri videri concessa.* ibiq; *Gloss.* ver-
bo *præsumptio.* sequitur *Rota* apud *Caualer.
decis.418.num.6.* & apud sanct.memor. Gre-
gorium XV. decis.544 num.12. & num.30. di-
ximus *respons.* nostra 27.*num.15.par.4.* Non
22 itaq; dilatanda restrictio, præter id, quod
23 testator disposuit, cuius voluntas lex est
in bonis suis. *§.disponat. in auth. de nuptijs,
collat.* 4. Quinimmò omninò seruanda: ex
Gregorio Magno in *can. vltimæ voluntat 4.
13.quæst.4.* ibiq; *Gloss.* Et quidèm si fami-
liam de Spenis absolutè cōtemplasset Fun-
dator, non vtiq; ità verba restrinxisset, eaq;
declarasset ad familiam *ipsius testatoris, vi-
delicèt de Spenis.* Nequè non existente pres-
bytero de ipsa casata, liberum reliquisset
nominatis compatronis ex arbitrio præ-
sentandi. Quin addidit in fine: *Et casu, quo
vacaret dictus Tambarellus; tunc debeant eli-
gere presbyterum in dicto altari alium ad be-
neplacitum dictorum hæredum, vt suprà.* Vt
aperiret, se affectum habuisse ad presbyte-
ros illos, qui de casata essent ipsius Funda-
toris, dumtaxàt, ad descendentes videlicèt,
ex Marco, & Luca fratrum suorum. Aper-
24 tam itaquè cùm mentem hac in re habea-
mus Fundatoris, non vtiq; oportet nos re-
strictam ab illo facultatē presentandi com-
patronis factam autumari; (vt Iulianus, si
vtiq; posset, vellet.) eiusq; & mentē, & dis-
positionem peruertere. ex Marcello lib. sin-
gularium responsorum in *l.non aliter 67. ff.
de legat.3.* ex Vlpiani sensu lib.16. ad edictū
in *l.1.§.si quis nauem. circ.fin.ff.de exercit.act.*
25 illis verbis, illaq; illatione: *In re igitur du-
bia meliùs est verbis edicti seruire, & nequè
scientiam solam, & nudam patris, dominium in
nauibus onerare, neq; in peculiaribus mercibus
voluntatem extendere ad solidi obligationem.*
Vt quid enim voluntatem peruertimus de-
functi Fundatoris, qui ad suos affectum ha-
26 bere visus est, non ad extraneos? At si hos
voluisset, vtiq; dixisset; at non dixit. nequè
vtiq; voluit, cùm facile id ei dicere fuisset.
ad tex.in *l.vnic.§.fin autē ad deficientis, C.de
caduc.toll. Gloss.fin.in fin. in l.tale pactum 41.*
27 §. fin.

27 *§.fin. ff.de pact.* quod sanè argumentum in
vltimis præsertim voluntatibus firmum
agnoscit *Vsasc. Pedemont. decis.64.nu.7. Ludouic.Morot.cons.27.num.8.Rota par.4.diuers. per Farinac.collecta decis.662.nu.3.* diximus
respons. nostra 41.*nu.*46.*par.*4.Sciebat quippè testator alterã existere in loco descendentiam familiæ, *Spena*, siuè etiam *de Spenis*; propterea distinxit, & præferri voluit
presbyterum de *domo ipsius testatoris, videlicèt de Spenis.* quia hos tantummodò volebat comprehendi, illos excludi.

28 Distinctio namquè nominum, rerũ quoquè differentiam declarat, atq; in palàm
facit. *Gloss. in can. olim 5.* verbo *tollerentur.*
29 *dist.*95. Indè porrò res distinguntur, vt ab
30 inuicem secernantur, quæ enim distincta
sunt, idem non sunt, & consequẽtèr diuer-
31 sa, atquè plura. vbi nempè diuersitas, ibi
pluralitas prestò est, ex *Bald. in l.fin.num.6. vers.& ratio est. C.de impuber.& alijs substit.*
argumento *text. in l.si idem codicilli 7. C.de*
32 *codicill.* Indè quippè codicilli, & testamentum distinguntur, quia plura sunt, consequẽrèq; diuersa, vndè & diuersa sortita
sunt nomina. quia etiam diuersi eorum sũt
effectus. ex *Cardin. Zabarell. cons.58.num.3.*
argumento petito ex Innocentio III. in
cap. quia diuersitatem 5. in princ. de concess. prabend. & Ecclesia non vacantis. qui sic lo-
33 quitur: *Quia diuersitatem corporum, diuersitas sequitur animorum.* & suppositorum diuersitas, actionum quoq; diuersitatem infert. vt *Gloss.* inquit in *extrauag. suscepti 1.*
Ioannis XXII. *in princ.* verbo *vacantium. col.2.in fin. vers.nàm in resignatione. nè sede vacante inter communes.*

Quot nempè sunt supposita, tot sunt & actiones eorum diuersæ. Indè igitur Fundator (*de domo ipsius, videlicèt de Spenis*) existentem presbyterum, ex suis videlicèt descendentem, præsentari voluit; quatenùs
verò non adesset, liberum compatronis dimisit alium quemcunq; ex arbitrio eligẽdi; quia nouerat aliam in loco eiusdem
familiæ *Spena*, siuè *de Spenis* descendentiã
adesse. Suos autem ab alienis distinguere,
34 atquè secernere voluit. Ni frustrà illum
loquutũ fuisse astruere amauerimus. Cùm contrà prudentèr loquutum fuisse testatorem, & appositè ad rem æstimare debeamus. ex Sceuola lib.2. responsorum in *l. Lucius Titius 83. in fin. ff.de hared.inst.* illis verbis: *Nàm prudens consilium testantis animaduertitur.* eodemq; argumẽto *Bald.* vtitur in *l.penult. num.2. C.de impuber.& alijs substit. Card.Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.6. tit.13.num.5.* Nos *respons.* nostra 92.*num.*37.
part. 4.

35 Ipsius itaq; Iuliani erit talem se probare, qualis esse vult, vt aliena habeat, & qualem se asserit. Suæ enim hoc intẽtionis est. ex Vlpiano lib.7. disputationum in *l.in exceptionibus 19. ff. de probat. & l.2. C.quibus ex causis maiores in integrum restituantur.* Et hoc quidèm intentauit, sed inani labore. Deprauatè nempè descendentiã deduxit; neq; à Matthæo Fundatore. Supponit enim ipse in articulis. art.10. & 11. quendam Sabatinum duos habuisse filios, Dominicũ vnum, alterum Petrum Angelum fol.61. & à Petro Angelo suam deducit descendentiam: sic enim ipse art.12. *Item come il predetto articolato Pietro Angelo de Spenis, figlio, e coherede del predetto quondam Sabatino, generò trè figli mascoli, l'vno d'essi chiamato Domenico de Spenis, che morse senza figli, & vn altro chiamato Pietr'Angelo de Spenis, quale fù appiccato, e non lasciò figli, e Sabatino predetto terzo figlio del detto quondam Pietr'Angelo seniore, in constanza di matrimonio generò due figli, Domenico, & Alfonso de Spenis, quali hanno presentato esso articolato.* sic ipse.

Et in 13. art. *Come esso articolante è figlio legitimo, e naturale de Francesco de Spenis: e tanto esso Francesco, quanto il quondam Santolo de Spenis suo padre, & auo d'esso articolante, sono stati tenuti per parenti con lo quondam Sabatino de Spenis padre di Domenico, & Alfonso de Spenis, &c.*

Nos verò aliter descendentiam deducimus. Sinè vlla siquidèm controuersia est: ex testamento quondã Matthæi de Spenis beneficij Fundatoris, ipsum Matthæum vnicã filiam Angelellam de Spenis vniuersalem reliquisse hæredẽ ex testamento anno 1519. fol.1. ad ius patronatus autem, & præsentandi Marcum, & Lucam de Spenis eius fratres admisisse fol.2. ex Angelella ius ipsum patronatus ad Lanzillos deuenisse. Ex Marco autem duo fuerunt homines, Sabatinus, & Saluator. ex Sabatino Dominicus, qui & sine filijs vita functus fuit, qui anno 1561. præsentauit quondã D. Hieronymum de Spenis, asserendo se filiũ, & hæredem quondã Sabatini de Spenis, & fratris Saluatoris de Spenis, & hęredẽ quondã Marci de Spenis pro medietate per intermediam personam prædicti Sabatini eius patris, hoc patet edicto publico Curię Episcopalis fol.4. & ex Bullis D. Balduini de Balduinis Episcopi Auersani, fol.15.& 16.

Ex Saluatore tres fuere, qui mundi lucẽ aspexere. Iacobus, qui sine liberis diem obiuit suum. Lucretia, & Abundantia.

Saluator dicto anno 1561. præsentauit dictum D. Hieronymum de Spenis, & asseruit se filium, & hæredem pro medietate quondam Marci. d.fol.4.& fol.14.& 16. in Bullis Balduini.

Lucretia, & Abundantia anno 1605. pręsentauerunt D. Syluestrum de Spenis, cuius ex supremo funere nunc beneficium vacauit. præsentauerũt autem vnà cum Ioanne

Iacobo de Spenis filio, & hærede quondã
Antonij de Spenis, qui fuit filius Lucæ f. 8.
& præsentatio fuit sortita effectum. fol. 18.

Ex Luca in mundum venit Antonius.

Ex Antonio

Ioannes Iacobus, qui sine filijs orcum petijt.

Nec non Veronica, Menichella, Camilla, Biancolella, siuè Prudentia, Thomasia, & Magdalena. sic descendentiam nos deducimus.

36 Aequiuoca est ergo descendentia, quam
facit Iulianus à Sabatino, non probando,
cuius filius est. Quid enim, si duo fuerunt
Sabatini? non probãdo indiuidui existen-
tiam, incerta assertio manet, & dubia. ni-
hil proindè probasse videtur. Assertionis
huiusce arbiter accedat Paulus libro 6.
quæstionum in *l. duo sunt Titij 30. ff. de testa-
ment. tutel.* verba damus Pauli: *Duo sunt
Titij,* (inquit) *pater, & filius; datus est tutor
Titius; nec apparet, de quo sensit testator. quæ-
ro, quid iuris sit? Respondi: Is datus est, quem
dare testator sensit. Si id non apparet; non ius
deficit, sed probatio. igitur neuter est tutor.*
Non itaq; probauit descendentiam Julia-
nus, cùm incertum reliquerit, quis Sabati-
nus is fuerit, de quo ipse loquitur. præser-
tim, quòd nullus fuerit ex his, quos nomi-
nauit ipse, qui præsentauerit vnquàm; neq;
etiam Petrus Angelus, qui furcis suspensus
interijt; cùm Dominicus Sabatini nostri
filius anno 1605. D. Syluestrum de Spenis
præsentauerit, vt diximus. Sicut ergò ope-
37 ratio essentiã supponit: is enim operatur,
qui est; ità, pariq; modo non operatio, nõ
38 existentiam rei demõstrat. Operatio quip-
pè est posterior pars entis, essentia prior, vt
priùs quis esse debeat, vt operetur postmo-
dùm. vt ex Philosopho inquit *Bald. in l. 1.
num. 7. C. de sacros. Eccles. Rota* apud *Cardin.
Mantic. decis. 286. num. 8.* Proindè igitur Pe-
trus Angelus, & alij à Iuliano deducti non
præsentauerunt; quia non existebant; quia
non erant ex descendentibus à Matthæo.
in æquiuocatione igitur manet, quis iste
sit Sabatinus, de quo Iulianus descenden-
tiam deducit; cùm, cuius filius fuerit, non
probet; ratione igitur dubitationis ibit &
ipse foras. vti ad terminos dictæ legis duo
sunt Titij probat *Gloss. in cap. pastoralis 14.
in verbo ambigitur. vers. item qualitèr possunt
primi. de rescript.* sequiturq; *Gloss. illa margi-
nalis ad d. l. duo sunt Titij.* ea præsertim ratio-
39 ne, quia incertitudo personæ viriat actum.
ex *text. in cap. cùm tibi 13.* ibiq; *Gloss.* verbo
dispositionem. & *Doctores extrà de testament.*
40 Probatio verò dubia, & æquiuoca insuffi-
ciens est, vt ex ea certi aliquid inferatur.
ad *text. in cap. in præsentia 8. de probat. & l.
neq; natales 10. C. de probat. Natta cons. 170.
num. 9. Rota par. 2. in recent. decis. 318. num. 4.
in fin.* & apud *Card. Mantic. decis. 111. n. 8. &
decis. 251. num. 4.* & apud *Cardin. Canaler. de-
cis. 97. num. 8. & decis. 125. num. 7.* apud *Card.
Seraphin. decis. 1103. nu. 2.* & apud sanct. me-
mor. *Gregorium XV. decis. 290. num. 4.* Quia
41 nimirũ probatio dubia, & æquiuoca, nul-
lum gradũ probationis facit. ex *Rota p. 1.
in recent. decis. 509. num. 5. in fin.*

42 Descendentia autem in hac materia, an
Iulianus sit de Familia Fundatoris, vt ipsi
præsentatio debita fuerit, probari debuit
per testes, qui personas expressis nomini-
bus, vel demõstratione, vel circumlocutio-
ne saltim sufficiẽti designassent, & ab vtro-
què latere singulos gradus clara computa-
tione distinxissent. vt Innocentius III. lo-
quitur in *cap. licèt ex quadam 47. de testib. &
attestat.* ibiquè *Gloss.* verbo *gradus. & Abbas
num. 12. Carol. Ruin. cons. 52. num. 4 lib. 5. Ro-
ta* apud *Card. Seraph. decis. 489. nu. 1.* & apud
Duran. decis. 8. nu. 4. par. 1. diximus *d. respons.*
nostra *19. nu. 15. & 16. par. 4. Rota in Gerun-
den. beneficij 30. Aprilis 1640.* coràm *Rojas
decis. 127. nu. 19.* in nouis additis ad *praxim
Viuiani de iure patronat.* Testes verò in hac
re pro Iuliano producti; quis pater fuerit
Sabatini, à quo ille descendentiam produ-
cit, omnes nescire protestati fuere. rema-
43 net proindè æquiuoca probatio, atq; con-
sequentèr insufficiens, & nulla, de descen-
44 dentia per Iulianum deducta. Et sanè quò-
ad ipsum, incertum est, quis hic fuerit Sa-
batinus, à quo suam producit descenden-
tiam: cùm noster certò certiùs filius fuerit
Marci fratris Fundatoris, qui Dominicum
filium suscepit, qui nullis relictis liberis in
orcum petijt, atq; ab eo nulli alij remanse-
re filij. firma igitur dispositio remanet *d. l.
duo sunt Titij.* vt foras abire cogatur Iulia-
nus, qui nihil pro se attulit certi. iuxtà
Ouidianum illud pentametron.

Si nihil attuleris, ibis Homere foras:

Nihil ergò curandum de præsentationi-
bus, quas à Dominico, & Alphõso de Spe-
nis à quondam Sabatino filio Petri Angeli
senioris descendentibus obtinuisse se ia-
ctat Iulianus. primò, quòd hi non sunt ex
genere Virorũ illorũ, qui à Matthæo Fun-
datore deuenerũt, Marco scilicèt, & Luca.
45 Deficit proindè causa præsentãdi, deficiet
propterea & effectus. *can. statuimus 8. §. sed
sciendum est. dist. 61. can. quod pro remedio 7.*
ibiq; *Glos.* verbo *cessante 1. quæst. 7. cap. cùm
cessante 60. de appell. cap. magnæ 7. in fin. &
cap. si Christus 26.* ibiq; *Gloss. de iur. iur. l. ge-
neralitèr 41. C. de Episc. & cleric. l. si pater 3.
C. de hæred. instit. l. adigere 6. §. quamuis. ff. de
iure patr. S. Thom. 1. part. quæst 2. artic. 3. in
corp. in 2. via.* diximus *respons.* nostra *33. nu.
39. par. 4.*

Deindè, quòd neq; ipsi, neq; antecesso-
res eorũ in possessione vnquàm fuere præ-
sentandi.

sentandi. Vt quid igitur membranas occu-
pant, Iudicem fatigant, & partes molestia
afficiunt in possessorio quidquam præten-
dentes, cùm in petitorio iudicium hoc di-
rigi per eos debeat, vocatis compatronis,
46 qui in possessione sunt præsentandi, à qui-
bus præsentatum se fuisse nostro satis, su-
perq; Thomæ est? *cap. consultationibus 19.*
ibiq; *Butr. & Abb. de iure patronat.* quàmuis
47 illi veri aliàs essent patroni, sicuti non sũt,
quia vltimus status attenditur. *Federic. de
Sen. conf. 234. num. 4. Monal. conf. 47. num. 3.
vol. 2. Rota decis. 7. de iur. patronat. in nouis.* &
apud *Card. Mantic. decis. 86. num. 1. & seq.* &
apud *Card. Seraphin. decis. 884. nu. 3. & Rota
part. 5. in recent. decis. 362. nu. 1. & 4. & par. 1.
in eisdem recent. decis. 308. num. 6. & par. 2. in
eisdem decis. 443. num. 3.* & apud *Coccin. decis.
245. num. 1. & decis. 464. num. 1. & decis. 469.
n. 1. & 4.* & apud *Duran. decis. 413. n. 1. par. 2.*
& apud sanct. memor. *Ludouis. Gregor. XV.
decis. 349. num. 1. Macerat. var. lib. 1. resol. 104.
num. 7. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 45. §. 2.
num. 14. Rota decis. 115. nu. 7.* in nouis additis ad *praxim Viuiani*.

Præterquàm quòd, vt magis ostendatur,
vera esse, quæ nos asserimus; præfati Do-
minicus, & Alphonsus, non de Spenis, sed
(*Spena*) se dicunt, in instrumento præsenta-
tionis coràm Notario fol. 25. dicti D. Iu-
liani, vt ostendant ex his, nõ esse eos ex ea-
dem descendẽtia quondã Matthæi de Spe-
nis, neque ex eadem familia. non spectare
48 proindè ad eos ius præsentandi ad benefi-
cium hoc. Diuersitas quippè nominum, di-
uersitatem indicat & rerum, & quòd non
idem sunt, quæ diuersis nuncupãtur nomi-
nibus. hoc ipsum Constantinus ostendit
Cæsar in *d. l. fin. idem codicilli 7. C. de codicill.*
adamussim hoc eius signant verba: *Si idem
codicilli*, (inquiens) *quod testamenta possunt,
cur diuersum his instrumentis vocabulũ man-
daretur, quæ vis, & potestas vna sociasset? igi-
tur specialitèr codicillis instituendi, & substi-
tuendi potestas iuris authoritate data non est.*

Nihil proindè Iuliano horum proficit
præsentatio, qui neque in petitorio ius ha-
bent, neque in possessorio. Verùm, si quid
prætendunt, in petitorio sua deducant iu-
ra, si quæ pro ipsis sunt.

Nec ad rem facit, quòd pretendat Iulianus,
Thomasiam, & Magdalenam sorores fuisse
Petri Angeli de Spenis, & filias Sabatini,
nec successisse eidẽ Sabatino, vti fœminas
dotatas. Quia nimirùm hæ mulieres, non
Sabatini filiæ fuerunt, sed Antonij, qui Lu-
49 cæ filius fuit. Vel igitur ipsi in æquiuoca-
tione nominum sunt, & nihil probant. ex
eodem *tex. Aduo Titij 30. ff. de testament. tut.*
Vel nihil ad rem inferunt; cùm sat, superq;
esse debeat Thomæ, se præsentatum fuisse
à Lucretia, & Abundantia, ab earum .f. de-
scendentibus, quæ in possessione sunt præ-
sentandi, & totam Marci vocem absumũt.
50 & sat ei fuerit, descendentiam à prædictis
mulieribus ostendisse. secundùm senten-
tiam, quam sequitur Rota. vt dictum fuit
in *Rhegien. iurispatronatus 10. Iunij 1623.* co-
ràm *Pironano* apud *Viuian. decis. 17. num. 4.*
& in *Mediolan. iurispatronatus 8. Iunij 1618.*
coràm *eodem Pironano decis. 74. num. 1.* apud
eundem Viuian. in praxi iurispatronatus. &
apud sanct. memor. *Gregorium XV. d. decis.
349.* & apud *Card. Caualer. decis. 282. num. 1.
& seq. & decis. 395. num. 1. & 2.* Nihil igitur
suis oppositionibus aduersus Thomam,
Iulianus operatur, neque operari potuit, vt
vinceret.

Neque firmum figat pedem pro se Iulia-
nus, in præsentatione, quam pro eo coràm
Notario publico fecerunt Laudonia de
Constanzo neptis, & hęres quondã Magda-
lenæ de Spenis per intermediam personam
quondã Medeæ Biancardo eius matris. &
Donatus Tuscanus filius, & hæres pro
medietate quondam Biancolellę de Spenis
eius matris.

Santella Mormilis filia, & hæres quondã
Camillæ de Spenis, ac etiam neptis, & hæ-
res quondã Antonij de Spenis sui aui per
intermediam personam quondã Camillæ
eius matris.

Iacobus Maffęus filius, & hæres quondã
Iudittæ Granto, & nepos, & hæres quondã
Menichellæ de Spenis per intermediã per-
sonam prædictæ Iudittæ eius matris, &c. &
nepos quondam Antonij de Spenis.

Quia hi omnes reuocauere, atque præ-
51 sentauerunt D. Thomam. Licuit autem
hanc reuocationem facere, illaq; firma, ac
stabilis permanebit: quia ex errore, atque
seductione processit; cùm dictus Iulianus
se descendentẽ fecerit ex Familia quondã
Matthęi Fundatoris, & ad ipsum tanquàm
vocatum à Fundatore beneficiũ pertinuis-
se. Cognita itaque fraude, inre datam re-
uocauere præsentationem, eamq; in Tho-
mam demandauere, vti descendentem ex
Marco Fundatoris fratre. quod facere vtiq;
licuit ex *tex. in cap. cùm autem 24. & cap. pa-
storalis 29. de iur. patronat.* latè *Lambertin. de
iure patronat. lib. 2. par. 2. quæst. 7. art. 21. nu. 3.
4. 5. & 6. Rota decis. 503. & decis. 675. num. 5.
par. 1. diuers.* sequiturq; *Rota* apud *Card. Ca-
ualer. decis. 303. nu. 4. Barbos. de offic. & potest.
Episc. alleg. 72. num. 164. & 165. ac seq. par. 3.
Viuian. in praxi iurispatronat. par. 2. lib. 10.
cap. 3. num. 9.*

Fuit quippè nulla illa prima præsẽtatio,
magis autem nominatio coràm Notario,
per prædictos de Iuliano facta; vti per sur-
52 reptionem, ac consequentèr per errorem,
ac citrà voluntatem, & consensum. Neque
53 porrò qui errat, consensum præstare vide-

tur, quia error voluntarium tollit. Sine vo-
54 lũtate verò, illaq; libera, nihil omninò est;
quod fit: vt neque peccatum imputetur, si
à voluntate libera non procedat. ex Augu-
stino, quem sequitur *S. Thom. 2.2. quæst.* 108.
art. 4. Nàm omne peccatum ex voluntate
nascitur. vt Leo Papa inquit in *can. ille au-*
tem 14. 32. *quæst.* 5. & nemo tenetur ad cul-
pam, nisi voluntate propria deflexerit. ex
Ambrosio *can. non est* 10. 15. *quæst.* 1. Nulla
55 itaquè nominatio illa fuit per errorem fa-
cta. Vlpianum excipe Doctorem lib. 2. de
omnibus Tribunalibus in *l. si per errorẽ* 15.
ff. de iurisd. omn. Iudic. sic dicentem: *Si per*
errorem alius pro alio Prætor fuerit aditus, ni-
hil valebit, quod actum est. Nec enim ferendus
est, qui dicat consensisse eos in Præsidem: Cùm,
(vt Iulianus scribit) *non consentiant, qui er-*
56 *rant. Quid enim tàm contrarium est consen-*
sui, quàm error, qui imperitiã detegit? sic Vl-
pianus. rationemq; reddunt Diocletianus,
& Maximianus Cæsares in *l. non idcircò* 9.
57 *C. de iur. & fact. ignor.* Cùm nullus (inquiẽ-
tes) sit errantis consensus. *Nec videtur con-*
sentire, qui errat. Idem docet Vlpianus li-
bro 11. ad edictum in *l. nihil consensui* 117.
in fin. ff. de regul. iur. ibiq; *Gloss.* verbo *si per*
errorem. diximus *respons.* nostra 58. *nu.* 94. *&*
seq. & respons. 69. *num.* 20. *& seq. par.* 4. Nihil
itaquè valuit nominatio, quam de Iuliano
hi omnes fecerunt, quia per ipsius subre-
ptionem, ac consequentèr per errorem,
& inuoluntariè processit. libuit ergò ipsis
illam reuocare, & vt non factam habere,
consequentèrq; Thomam præsentare, qui
verè ex Marco Fundatoris fratre descen-
dentiam trahit, vt paulò antè citati Docto-
res, *Lambertinus*, & alij, ac Rotæ decisiones
firmum faciunt.

Præterquàm quòd etiam, fac, Domini-
cus Toscanus præsentationem, magis autẽ
nominationem, à se de Iuliano coràm No-
58 tario factam, non reuocasset, neq; etiam
locum haberet, veluti etiam illa Laudoniæ
de Constanzo: Quia nimirũ facta fuit, be-
neficio adhùc pleno (superstite videlicèt
D. Syluestro de Spenis beneficiario, ac be-
neficij possessore) præsertim cùm scientèr
facta fuerit. fol. 22.

59 Nullo autẽ modo, beneficio adhùc ple-
no facultatem patronus facere potest alte-
ri præsentandi, sicut nec ipse præsentare
potest: *Ne desiderare quis mortẽ proximi vi-*
deatur, in cuius locum, & beneficium se credi-
derit successurum. ex Concilio Lateranen,
sub Alexandro III. in *cap. nulla Ecclesiasti-*
ca ministeria 2. *de concess. præbend.* & ex eo-
dem in *cap. relatum* 2. & Innocentio III. in
cap. ex tenore 13. & Honorio III. in *cap. cũ*
dilecta 16. aliàs *fin. eod. tit. de concess. præben.*
extra.

60 Quia tùnc dicitur patronus habere po-
testatem ligatam; & nè aperiatur via ad
vacationes. ex Bonifacio VIII. in *cap. nè ca-*
ptandæ alienæ mortis 3. *de concess. præb. lib.* 6.
optimè *Dec. cons.* 542. *num.* 4. *Rota in Valen-*
tina beneficij 15. *Iunij* 1609. coràm *Eminen-*
tiss. Cardin. Bonon. decis. 257. *num.* 2. *par.* 2. *in*
recent. quæ est in impressis sanct. memor.
Gregor. XV. Ludouis. decis. 420. *num.* 3. *& seq.*
ibiq; *Beltramin.* addens *lit. C. num.* 9. *& Rota*
par. 1. *in recent. decis.* 521. *num.* 7. *Hercul. Ma-*
rescott. variar. resolut. lib. 2. *cap.* 33. *nu.* 1. *& seq.*
Claud. Tutius de iure patronat. quæst. 15. *nu.* 3.
& 4. Episcopus Vici *Riccius in praxi iuris*
patronat. resolut. 164. *par.* 1.

61 Nec releuabit instantia, quòd non fuit
præsentatio, sed donatio: Quia in idem
reincidit; nàm fuit donatio pro illa vice
tantùm, & ad præsentandum certam perso-
nam, iuxtà Rotæ decisiones, quas refert
Marescott. d. cap. 33. *num.* 1. *& seq. & Beltra-*
min. ad eandem *decis. Gregor. XV.* 420. *nu.* 9.
Eadem est enim captandæ mortis ratio.
62 Vndè iure etiam ciuili, ob eandem causã
metus captandæ mortis, vetitum reperitur
de viuentis hereditate pacisci. Ex Iustinia-
no Cæsare in *l. de quæstione* 30. aliàs *fin. C. de*
pact. & ex Diocletiano, & Maximiano Im-
peratoribus in *l. ex eo instrumẽto* 4. *C. de inu-*
63 *til. stipulat.* Tùnc enim huiusmodi pacta
contrà bonos mores, atq; odiosa, & plenè
tristissimi, & periculosi euentus æstimãtur.
idem vt loquitur Iustinianus Cæsar *d. l. fin.*
§. sed nobis, C. de pact. Solos itaq; Lanzillos,
qui ex Angelella descenderunt, pro se Iu-
lianus habet; Thomas verò ex tribus duas
ipse partes obtinet: ipse itaq; à maiore pa-
tronorum parte est præsentatus. Ipse pro-
indè instituẽdus, vt initio dicebamus. Det
proindè herbã Iulianus; certòq; sciat im-
probas diuitias curtas esse, seq; ab haben-
di, quod non iustum est, cupiditate tempe-
64 ret. Melius est enim nomen bonum, quàm
diuitiæ multæ. ex Salomone *Prouerb.* 22. 1.
Atquè ità ex his, meliori non diuulso iu-
dicio, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Responsionem incongruam vt recipiãt, quæ in-*
congruè proponuntur, mirum non est.
2 *Proponenda proindè facta sunt, vt se habue-*
re. num. 2.
Atque vera proponenda.
3 *Factum, quod diuersè proponitur, diuersimodè*
quod decidatur, mirum non est, neque il-
liberale.
4 *Ius ex facto oritur.*

5 *Pecu-*

5 *Pecunia numerata pluris valet, quàm in creditum, & habenda, mercatori præsertim. num. 6.*
Et pecunia absẽs maior emitur, vel commutatur præsenti minori. num. 8.
7 *Merces minori, vel maiori pretio distrahi poterunt, ob numeratam, vel nõ numeratam pecuniam.*
Præsertim verò, si dubium sit pluris, vel minus merces valituras.
9 *Testi proxenetæ, vel mediatori, an fides præstetur, in dubium reuocatur.*
Post tamen actum perfectum, & si nullum in re habet interesse, creditur. num. 10.
Præsertim, si agatur de qualitate probanda, actus iàm perfecti. num. 11.
Sunt tamen qui sentiunt, credi proxenetæ, etiam altera repugnante parte. num. 12.
In mediatore præsertim. num. 13.
Et si interesse in negotio non habeat, & de mera qualitate deponat actus iàm perfecti. num. 14.
Absolutè tamen adminiculum facit. nu. 15.
Eoq; magis, si pars aduersa pro se eum producere tentauit, eumquè, vt pro se diceret, solicitauit. num. 16.
17 *Testem solicitans ad falsum dicendũ, falsi pœna tenetur.*
Quia generatim falsitas est. num. 18.
19 *Testi solicitato ad falsum deponendum creditur, si corruptioni assensum non præstitit.*
20 *Testium duorum dicto res omnis probari potest.*
21 *Pecunias, qui in suam vtilitatem accepit, ipse restituere eas tenetur.*
22 *Emens apochas minori, vt postmodùm eas exigat, in sui damnum illæ cedunt, si pecunia integra deperdatur.*
Quia per emptionem dominiũ in eum translatum fuit. num. 23.
Secus verò, si emptio facta non fuit. nu. 24.
Neq; in eum translatum dominium.
Sed ius tantummodò exigendi pecunias solutas.
Et facultatem illas exigendi, quam tradens habebat. num. 28.
30 *Neque id permittit bona fidei contractus, vt venditor in lucro, emptor in damno sit. num. 31.*
25 *Ius, & actio distinguuntur.*
26 *Vituli fructus est Vacca.*
27 *Corpus, & ius ad corpus distinguuntur.*
29 *Contractus nõ ex singulis partibus, sed ex toto iudicandus est.*
Vndè interim contractu non adhùc perfecto, periculum ad venditorem spectat, non ad emptorem.
32 *Contractus bonæ fidei non patitur, vt venditor in lucro, emptor verò in damno sit.*
33 *Factum proprium negare quis non potest.*
34 *Testibus, qui maiores sunt numero, & digniores, & qui meliores, & aptiora ad veritatem deponunt, standum magis.*
Et qui melius sciunt. num. 35.
36 *Testes, qui non sunt concordes, non probant.*
Quia quæ diuisa sunt, destruuntur. nu. 37.
38 *Testis in vno falsus, in omnibus falsus habetur.*
Quia iuramentum indiuiduum est. nu. 41.
39 *Scriptura Sacra, neque etiam officiosa admittit mendacia.*
40 *Instrumentum, vel attestationes pro parte falsa, in totum falsa habentur.*
42 *Ignorare se ipsum nemo præsumitur, nec nomen suum.*
43 *Verisimile quod non est, falsitatis specimen habet.*
Nec ei fides præstatur.
44 *Testes inuerisimilia deponentes, vel falsi sunt, vel falsitatis suspicione laborant.*
45 *Daniel falsitatis coarguit duos illos senes, qui qui contra Susannam falsum dixerant testimonium.*
46 *Testes de formalitate deponentes verborum, contestes esse debent.*
47 *Testes, qui contra Christum testimonium dixerunt, falsi fuerunt, quia non erat conueniens testimonium eorum.*
48 *Veritas vna est. Quia Deus, qui veritas est, vnus est.*
49 *Testes quibus imperari potest, idonei non sunt. Siuè liberi, siuè serui sint. num. 50.*
51 *Mercedis modicitas, qualitatis mercennarij argumentum præstat.*
52 *Venditionis perfectio pecunia est.*
Et sine pretio venditio non subsistit.
53 *Restituere quis debet, quod ob causam accepit, causa non sequuta.*
54 *Litigans temerè, in expensis damnatur.*
Et calumniam facere videtur. num. 55.

ARGVMENTVM.

Pecunia plus numeratò valet, quàm in creditum & habenda. Mercatori præsertim. Potest itaq; aliquid accipi pro solutione anticipata. Proxeneta, & Mediator an idoneus sit testis, & quid si aduersarius eum corrumpere tentauerit, si ipse corruptioni assensum nõ præstiterit, nùm idoneus sit testis? Duorum testium dicto statur in omni negotio. Pecunias, qui accepit

acccepit in sui commodum, ipse restituere tenetur. Apochas qui emit anticipata pecunia, si deperdatur pecunia, nùm in emptoris pereat damnum, vel venditoris? Res, & ius ad rem, distinguntur. Contractus non ex initio, sed ex perfectione dignoscitur. Testibus maioribus, dignioribus, & qui pro veritate meliùs deponunt, magis standum. Testis in vno falsus, in omnibus falsus habetur. Testes super formalitate verborum deponentes, concordes esse debēt, alioquin fidem non faciunt, nec testes, quibus imperari potest, idonei sunt. Nemo se ipsum ignorare præsumitur.

RESPONSIO LXXI.

1 INcongruè, quæ proponuntur, incon-
gruam responsionem vt recipiant, non
mirum est. Indè quippè Diocletia-
nus, Maximianusq; Cæsares AA. Pontio re-
scribentes in *l. vt responsum congruum* 15.
C. de transact. sequentibus responderunt: *Vt*
2 *responsum congruū accipere possis, insere pacti*
exemplum. Rationem reddiderūt Theodo-
sius, & Valētinianus Augusti in *l. instrumen-*
torum exempla 8. aliàs *fin. C. de precib. Imper.*
offerend. Vt responsuro Principi (inquien-
tes) vera precatio rem aperiat cognoscen-
dā. Vera proindè, quæ proponūtur, esse de-
bent, vera vt indè sequatur respōsio. Diuer-
3 sum igitur, cùm sit factum, quod in iudiciū
in Magna Curia Vicariæ deduxit Domini-
cus Perillus, eiusq; fratres aduersus hære-
des quondā V.I.D. Caroli Matina, ab eo, q;
in veritate est; diuersa vt iuris sequatur res-
ponsio, non sanè mirum, nequè illiberale
est. ex ijsdem Diocletiano, & Massimiano
Augustis in *l. precibus* 8. *C. de impub. & alijs*
4 *substitut.* Cùm alioquin Ius oriatur ex fa-
cto. ad Pauli sensum in *l. si seruus* 49. *in fin.*
& Alseni in *l. in plagis* 53. *§. in Cliuo Ca-*
pitolino. & Iuliani in *l. item vulneratus* 51.
§. eiusdem ergo. ff. ad legem Aquiliam.

Factū ergo, quod Perillus præfatus proposuit, est: Ipsum, suosq; fratres vendidisse eidemq; Doctori Carolo Matina quinque apochas ducatorum 33. 3. 15. ex Gabella Farinæ, olim, eis in singulos menses debitas, pro ducatis viginti quinq; in vnaquaq; earum, suo sanè risico, & periculo. Probauit autem hoc per tres testes sibi subiectos, officij textorum sericorum drapporum, quos infrà expendemus.

Satis autem ab hoc diuersum est factum, quod tunc accidit inter dictum Perillum, dictumq; Doctorē Carolum; & in apocharum quātitate, & numero, & in modo agendi, & in pecuniarum quātitate soluta, & in causa.

Nàm causa, (vt ab hac initiū ducamus)
fuit; quòd dictus Dominicus Perillus ro-
gauit Doctorem Carolum tunc Guberna-
torem Arrendamenti Gabellæ Farinæ, vt
pro nouem mensibus solutionem anticipa-
tam sibi faceret, & pro anticipata pecunia
commodum acciperet carolenorū triginta
septem cum dimidio, in singulas apochas
ducatorum 33. 3. 15. E re sua quippè per
magni erat, numeratas habere pecunias, vt
de præsenti sericum emeret, cùm mercator
esset, euidensq; indè sibi lucrū accedebat.
Annuit propterea Doctor Carolus; eiq; du-
catos biscentum septuaginta in aureis du-
blis numerauit. Apocharum itaq; quātitas,
& numerus fuit nouem apocharum, non
quinq;. Modus agendi fuit grati animi er-
gò, & anticipata solutione, nō sanè per em-
ptionem, & venditionem. Quantitas, quòd
Carolus eidē soluit biscentum septuagin-
ta, remanentibus sibi carolenis triginta
septē, & dimidio in singulas apochas, pro
commodo, & interesse anticipatæ solutio-
5 nis, ad quam ipse non tenebatur. Plus enim
numerata valet pecunia, quàm in creditū,
& habenda; mercatori præsertim, qui rem
6 in promptu habebat, sericum videlicèt,
vt minori tunc numerato emeret. ex Ale-
xandri III. sensu ad Archiepiscopum Ge-
nuen in *cap. in Ciuitate 6. de vsur.* quatenus
7 habet merces minori, vel maiori distrahi
pretio posse, vel præsenti, vel dilata solutio-
ne, si dubiū sit, merces illas plus, minusuè
venditionis tempore valituras. Quia nimi-
8 rùm pecunia absēs maior emitur, vel com-
mutatur præsenti minori, vel datur pro ea.
docet *Nauar. Man. cap. 17. num. 297. in 5. dicto.*
quē sequitur *Gratian. forens. par. 4. cap. 652.*
num. 21. Eminentiss. *Card. de Lugo de iustit. et*
iure, tom. 2. disput. 26. de empt. & vendit. sect. 7.
§. 1. num. 93. 95. & 96. Est ergo satis diuersū
hoc factum ab illo, quod Perillus propo-
suit, suisq; testibus probauit. In illo quidē
tres deponūt testes, & defectibus notati, vt
perpendemus: In hoc verò primus Iulius

9 Mari-

9 Marinellus mediator, siuè dixeris proxeneta, qui precibus Dominici apud Doctorē Carolum intercessit, vt anticipatò pro nouem apochis numeratò pecunias sibi daret, quibus sericum minori emeret. Non itaquè quinque, sed nouem fuere apochæ. Et quàmuis fortassè, si proxeneta hic esset, vt non est, sed medius dumtaxàt fuit, & intercessor, vt rogaret Carolum Dominico agente, vt sibi pro nouem mensibus, nouemq; apochis anticipatò solueret, quod facere non tenebatur, in dubium reuocari posset, si fides ei præstanda esset. ex *Gloss. in §. in hoc verò. in auth. de instrument. cautel. & fide. collat. 6. verbo ad numeratorem.* sequitur *Roman. cons. 382. num. 4. Portius Imola lib. 1. conclus. 21. nu. 1. & seq.* quem admittit *Marc. Anton. Bellon. decis. Rotæ Genuæ 97. num. 3. & decis. 188. nu. 6 7. & 8. Rota* apud *Coccin. de-*
10 *cis. 352. nu. 4.* Secus tamen esset, si post perfectum actum, & quando nihil ad eum, vel commodi accedere potest, vel incōmodi, deposuerit. vt post *Portium Imolam d. conclus. 21. in 5. limit.* sequitur *Bellon. d. decis. 97.*
11 *num. 4.* Præsertim verò, quando agitur de qualitate probanda actus iàm perfecti. vt post *Bellon.* eundem *d. decis. 188. num. 9. vers. secundò, dato, quòd esset vera.* sequitur *Rota* apud *Coccinum decis. 415. num. 2.* Et si qui-
12 dem nō desint, nec infimi nominis, numeriq; Doctores, qui simpliciter admittant; proxenetam integrum esse testem, etiam altera repugnante parte. post *Imol. d. conclus. 21. Bellon. d. decis. 188. num. 7. & seq.* In
13 mediatore præsertim, ex Gregorio IX. in Concilio Generali Lugdunen in *cap. 1. de testib. in 6. Petrus à Gerardo,* aliàs *de Petra sancta singul. 21. num. 5. fol. mihi 550.* noster *Maranta cons. 34. nu. 21. Rota par. 1. in recent. decis. 214. sub num. 2.* quam sequitur *Beltramin. ad decis. sanct. memor. Gregorij XV. 178. num. 5.* & apud *Mantic. decis. 6. num. 9. & 10. Rota Bononien* per *Camucculā decis. 60. num. 52. & 53.* Hic verò proxeneta non fuit, sed
14 merus intercessor, neq; pro suo interesse deponit, sed de mera qualitate facti, iàm perfecti, & quod Dominicus nō it inficias, & si aliter illud proponat. & quatenus pro-
15 xeneta esset, neque prohiberetur, quin adminiculum faceret. vt perpendit *Rota* apud eundē *Coccinum d. decis. 352. nu. 4.* pleniusq; *Rota Genuæ* apud *Bellon. d. decis. 188. nu. 7. 8.*
16 *& 9.* Eoquè magis, quòd Dominicus pro se hunc ipsum testem producere tentauit, eumquè, vt suo modo diceret, solicitauit,
17 vnde falsi pœna tenetur. ex Papiniano libro 15. responsorum in *l. falsi nominis 13. ff. ad leg. Cornel. de fals.* Ea ratione, quā *Gloss.* 1.
18 ibidem *in fin.* refert: Quia generarim falsitas est. *Farinac. de testib. quæst. 77. §. 7. n. 252. in 12. ampliat. Auendan. de exeq. mand. Reg.*
19 *par. 2. cap. 27. num. 19.* De hoc autem, præter ipsum testem, cui, ex quo corruptioni assensum non præstitit, statur. ex Iustiniani Cæsaris dicto in *l. si quis seruo 20. C. de furt.* ex Honorio III. in *cap. fin. de testib. cogend.* ibiq; *Bald.* quem sequitur *Grammat. consil. crimin. 1. nu. 12. & 13. & cons. 3. nu. 1. & seqq. Interigliol. decis. 40. num. 22. Viuius decis. 282. nu. 27. Hieron. de Federic. resolut. criminal. resolut. 16. ad calcem 2. volum. consilior. Farinac.* idem *Farinac. de indicijs, & tortura, quæst. 45.* præsertim verò *num. 29. in 1. limit. Rota decis. 234. par. 4. diuers. collecta* per eundem *Farin.* Duo alij deponunt testes, exceptione omni
20 maiores, quorum vnus Sacerdos est. In ore verò duorum, vel trium testium stabit omne verbum. vt infallibilis testatur veritas Christus Dominus. *Matthæi 18. 16. & Ioannis 8. 17.* dicente ipso, & rationem reddente Pharisæis: *Et in lege vestra scriptum est: Quia duorum hominum testimonium verum est.* sequutusq; fuit, atquè decreuit Paschalis Papa in *cap. in omni negotio 4.* & Alexander III. Mattheo Cardinali scribens in *cap. licet vniuersis 23. in fin. de testib.* deduximus *respons.* nostra *3. num. 2. par. 3.* De facto verò, & apochis nouem, quæ in actis deductæ fuerunt penès causæ Magistrum Actorum cum eorum girata (*per altri tanti*) quæ fuerunt recognitæ, & negari non possunt, & de solutione numeratò facta in *tante doppie d'oro*, in domo prædicti Caroli, deponunt Ioseph Falcoia V.I.D. fol. 25. à ter. & fol. 26. super 3. dicens: *Et il detto Carlo li pagò la summa, ch'ascendenano delle polise, tutta in danari contanti in tante doppie d'oro, con ritenersi solamente il detto Dottor Carlo li carlini 37. e mezzo, ch'erano spari per ogni polisa, habito respetto alla detta anticipatione.*

Ioannes Spadarus fol. 26. à ter. & fol. 27. dicens: *Et il quondā Dottor Carlo in tante monete d'oro li diede di contanti* (Dominico scilicèt) *la summa, alla quale le dette polise ascendenano, con ritenersi solamente carlini 37. e mezzo per polisa, così d'accordio con il detto Domenico, li quali disse ritenerlesi per causa della detta anticipatione, che li faceua.*

Paulus Burghetta fol. 27. à ter. *Et il detto Carlo per causa d'esse* (apochis scilicet) *diede allo detto Domenico docati ducento settanta, che dicenano importarno, in tante monete d'oro, che furno cōtate sopra la finestra della camera doue dormiua detto D. Pietro.* Frater vtiq; dicti Caroli.

21 Ipse itaq; Dominicus, qui pecunias accepit, suumq; traxit in commodū, ipse restituere tenetur. ex Caio lib. 3. de verbor. obligationib. in *l. soluendo 41.* & Labeone lib. 6. posteriorum epitomes in *l. cùm pecuniam 45. ff. de negot. gest.* ibiq; *Gloss. & Angel.* sequiturq; *Rota Genuæ* apud *Marc. Ant. Bellon. d. decis. 97. num. 9.*

Nec infertur, quod ipse præsumpsit: Do-
22 ctorem

acccepit
ipse restitu
chas qui en
nia, si depe
nùm in empt
num, vel vend
ius ad rem, distin
tractus non ex i
perfectione digno
stibus maioribus, di
& qui pro veritate n
ponunt, magis standu
in vno falsus, in omni
sus habetur. Testes supe
malitate verborum depo
tes, concordes esse debēt, a
quin fidem non faciunt, n
testes, quibus imperari potest,
idonei sunt. Nemo se ipsum
ignorare præsumitur,

RESPONSIO LXXI.

1 **INcongruè, quæ proponuntur, incon-**
gruam responsionem vt recipiant, non
mirum est. Indè quippè Diocletia-
nus, Maximianusq; Cæsares AA. Pontio re-
scribentes in *l. vt responsum congruum* 15.
C. de transact. sequentibus responderunt: *Vt*
2 *responsum congruū accipere possis, insere pacti*
exemplum. Rationem redderūt Theodo-
sius, & Valētinianus Augusti in *l. instrumen-*
torum exempla 8. aliàs *fin. C. de precib. Imper.*
offerend. Vt responsuro Principi (inquien-
tes) vera precatio rem aperiat cognoscen-
dā. Vera proindè, quæ proponūtur, esse de-
bent, vera vt indè sequatur respōsio. Diuer-
3 sum igitur, cùm sit factum, quod in iudiciū
in Magna Curia Vicariæ deduxit Domini-
cus Perillus, eiusq; fratres aduersus hære-
des quondā V. I. D. Caroli Matina, ab eo, quod
in veritate est; diuersa vt iuris sequatur res-
ponsio, non sanè mirum, neque illiberale
est. ex ijsdem Diocletiano, & Massimiano
Augustis in *l. precibus* 8. *C. de impub. & alys*
4 *substitut.* Cùm alioquin Ius oriatur ex fa-
cto. ad Pauli sensum in *l. si seruus* 49. *in fin*
& Alfeni in *l. in plagis* 53. §. *in Cliuo*
pitolino, & Iuliani in *l. item vulne*

B
pt
Ca
ta,
septē,
commo
5 nis, ad qu
numerata
& habenda
6 in promptu
vt minori
xandri III. se
nuen in *cap. in*
7 habere merces m
pretio posse, vel p
ne, si dubiū sit, m
venditionis temp
8 rùm pecunia abs
mutatur præsent
docet *Nauar. M*
què sequitur
num. 21. F
iure

dicuntur Carolũ retinuisse sibi ducatos octo, & carolenos septem. & dimidium, ex vnaquaq; quinq; apocharum, concordasse verò pro ducatis 25. in vnaquaq; earum solenda. In facto verò nostro per testes om… probatum est; Carolum pro anticipata …tione retinuisse sibi carolenos triginta …m, & dimidium in singulas apochas. …proindè diuersum hoc est factum, ab …od Dominicus posuit, atquè tali…ibus probare nixus est. præsertim …pauperibusq;, & qui ei subiecti …estes autem, quibus imperari po…i non æstimantur. verba excipe…ffini lib. 2. regularũ in *l. idonei 6.* …quibus nobis testimoniũ facit: …ens) *non videtur esse testes, qui…potest, vt testes fiant*. siuè libe…unt. Et intellige *imperari* à …pro se. vt *Gloss.* 1. ibidem …it. qui textus fuit per Gra…ros relatus canones in …*idonei non videntur. 4. q. 2.* …*de Petra sancta sing. 24.* …*num. 4. per Farinac. post* …ud *Card. Canaler, decis.* …*num. 4. & 5.* …uis testis fuerit Pe…ur, quasi magnum …ominicus *diede ad* …*gnine di paraguã-* …ercedem tanti …isi vt hoc da…citas huius …rit, non in… …e Vlpiano …*si ma* …erbis i …non…

fid. … *Bonon. …* *conclus. …* *Anton. Bello…* *decis. 188. …*

10 *cons. 352 nu. 4.* … fectum acc… commodi acc… deposuerit vt … *clus. 21. in 5.* …

11 *num. 4.* Præsertim … qualitate p… post *Bellon.* … *secundò, dato, …* apud *Cocc…*

12 dèm nó … riq; Docto… proxene… altera … *clu 21.* …

18 ibidem … sitas est. *Far…* *in 12. …*

19 …

germanus dormiebat, & de tẽpore eodem, vt in superioribus exactè perpendimus.

Satis ergo diuersum est factũ, quod Dominicus proposuit, ab eo; quod hæredes Caroli deduxere in iudicium lacessiti, & probauere: nec Dominicus pecuniarum receptionem diffitetur, licèt ipse pro apochis quinq; in ducatis centũ vigintiquinq; solutionem confiteatur; sed conuincitur à testibus hæredum Caroli de loco, tempore,
53 numero pecuniarum, & qualitate. Iure ergo ad restituendum damnari debet, quod accepit; causa non sequuta. vti Vlpianus docet lib. 6. ad Sabinũ in *l. 1 ff de condit. sine causa*. & ex Augustino ad Macedonium epist. 54. in *can. non sanè 15. 14. quæst. 5. Nauar. cons. 99. nu. 1. lib. 5. de simonia*. Atq; etiam
54 in expensis; quòd temerè litigarit. ex Vlpiano lib. 5. de officio Procõsulis in *l. eum, qui temerè 79. in princ. ff. de iudic. cap finem litibus 5. de dolo, & contumacia*. Quia etiam
55 calumniam fecit. *cap calumniam 4. de pœn.*

Atq; ità ex his, Aristarchi non excusso supercilio, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

Contra Perissum per Magnam Curiam sententia fuit. sed appellauit ille ad Sacrum Consilium.

S V M M A R I V M.

1 *Religionis Nouitius, si promoueri ad ordines voluerit, sacros præsertim, non ab alio, quàm à suo debet Episcopo Ordinario.*

Ità quidem, vt dimissoriales litteras ei Religio dare non possit. num. 2.

3 *Hierosolymitana Religio, vera est Religio, vna ex approbatis à Sancta Sede Apostolica. & num. 7.*

In ea tria emittuntur substantialia vota. num. 4.

Paupertas, Castitas, Obedientia.

…a substantialia Religionis tria sunt: Paupertas, Castitas, & Obedientia.

…bis neq; Papa dispensat, vt sit Religio sine votis. num. 5.

…unt Religiosi, qui no… …fitentur. …: 6.

…ere… …ide… …at: …titul… …l pensi…

ctorem Carolum apochas prædictas emisse, & minori. in suum proindè caput earũ aleam transtulisse. ex Paulo lib.1.ad Sabinum in *l. id, quod* 7. & lib.33.ad edictum, in *l.necessariò* 8. *ff.de peric.& cōmod. rei venditæ.* sequiturq; *Gloss. in l. si fundus* 36. verbo *teneaeris ex empto. ff. locati, & conducti.*

23 Quia nimirùm per emptionem dominium in emptorem transfertur, vt ad eum quoq; rei eiusdem, & commodum, & periculum reuertatur. ex Alexandro Cæsare in *l.2. C. de peric. & commod. rei vend.* ibiq; per Doctores. *Afflict. decis.* 399. *num.*4. *& seq. Paul. Staiban. Reg.Consiliar. resolut. forens. resolut,* 21. *num.*9.

Cùm, quòd Doctor Carolus verè non emit dictas apochas: annuit tantummodò *di volere fare detto piacere di darli alcune mesate anticipatamente per auualersi del denaro,* vt dicit dictus Iulius Marinellus medius; super tertio fol.23. à ter. subnectens: *ma restorno appuntati, che esso Domenico haueffe accudito con detto Carlo, che l'hauria fatto detto piacere.* Subiungens quoquè super 4. *Che quando esso testimonio trattò detto negotio vt supra, e s'abboccorno li detti Domenico, e Carlo insieme con esso testimonio, vt supra, si discorse, e trattò, & intese discorrere, e trattare solamente dell'anticipatione, nè mai si discorse*

24 *di risico alcuno.* Non itaq; emit dictas apochas Doctor Carolus; neq; consequentèr ad aliquod periculũ tenetur, cùm in eum apocharum dominium trãslatum minimè fuerit; sed ius tantummodò exigendi pecunias solutas. vt in superioribus etiam diximus.

25 Nec sanè nouũ est ius ipsum à re distingui, & ab inuicem separari. Aliud est enim res, aliud est ius ad rem ipsam. Innuit hoc non in tenebris Iulianus lib.52. digestorũ in *l.vacca emptor* 43. *ff.de euictionib.* illis ver-

26 bis: *Nam quod dicemus, vitulum esse fructũ vaccæ: non ius, sed corpus demonstramus.* Aliud

27 quippè corpus est, aliud verò ius ad corpus. aliud erit igitur res, aliud verò ius ad rem. Quam distinctionem agnouit per quã optimè *Glos.in can.peruenit* 13. verbo *laicalibus.* 1 *.quæst.*3. dùm & ipsa apertissimè deducit: aliud esse ius, aliud res ipsas. Non aliud igitur in Carolum Dominicus per apocharũ giratam, & cõignationem tran-

28 stulit, nisi ius exigendi illas, sicut ipse habebat; facultatem videlicèt exigendi illas tempore adueniente. ex *Molina lib.*3. *de iustit.& iure. disput.*727. *num.*1.

Hoc autem ipsum confirmãt alij testes, qui solutioni Dominico factæ præsentes fuerunt, Ioseph Falcoia V.I.D. *ne si fè mentione di risico, ò altro.* fol.26. super 3. Ioannes Spadarius super 3. fol.27. à ter. *nè si fè mentione alcuna trà essi di pericolo, che forsi haueffe potuto soccedere; ò altra cosa.* Paulus Burghetta super omnibus articulis fol.27. à ter. *nè fù discorso di risico, ò altro futuro soccesso.*

Nec obstaculum faciet, quòd Marinellus ipse dicat: *E raggionorno insieme esso Domenico, e detto Carlo di detto negotio, & esso Carlo s'offerse di volerli fare piacere di comprarsi dette polise.* Namquè neque tractatus anteà processerat, vt emeret, nequè vt dictus Dominicus venderet, sed vt anticipatò solueret, & ità effectus subsequutus fuit. Nequè porrò è re fuisset Dominici, si vendidisset apochas, & risico emptoris; nàm satis multò minoris vendidisset illas, neque hic sensus erat Dominici, vt venderet, vt ipsimet Dominici testes contestantur: *che detto Domenico diceua non volerni perdere tanto.* neq;

29 Caroli, vt emerat. Contractus autem non ex singulis partibus, sed ex toto iudicãdus est. ex Iuliani sensu lib.2. ad Vrseium Ferocem in *l. Menius* 53. *§.fin. ff. famil. ercisc.* & ex Caio lib.10. ad edictum Prouinciale in *l. quod sæpè* 35. *§.in ijs, quæ pondere. ff. de*

30 *contrah.empt.& vendit.* Quia interim contractu non adhùc perfecto, periculum ad venditorem spectat. ibiq; *Gloss.* verbo *adnumerauerit. §.sub conditione. Instit. de verb. obligat. Surd.consil.*217. *num.*13. *& seq. vol.*2. *& decis.*155. *num.*5. *Rota* apud *Cocciu. decis.* 370. *nu.*2. *Larrea* optimè *decis.Granaten* 11. *nu.*3. *&* 4. *par.*1. Ex toto verò fuit, vt anticipatò solueret, vti omnes deponunt testes. præsertim Marinellus, vt etiam paulò antè ex eius verbis perpendimus: *Si discorse, e trattò, & intesi discorrere, e trattare solamente dell'anticipatione; nè mai si discorse di risico al-*

31 *cuno.* Ità ergo iudicandus erit. Et quatenùs emisset (quod abnuimus) neq; sic tamen pretium amitteret Carolus, vt Dominicus solus lucrum referat, ille damnum. ex Vlpiano lib.2. responsorum in *l. emptorem* 12. *§. qui autem fin. ff. de actionibus em-*

32 *pti, & venditi.* inquiente, & rationem reddente sequentibus: *Neque enim bonæ fidei contractum hanc pati conuentionem, vt emptor rem amitteret, & pretium, venditor retineret.*

Nihil igitur ad rem factum, iudiciumq; quod Dominicus aduersus Doctoris Caroli hæredes instituit. Satis quippè ab hoc nostro diuersum, dissonumq; est. Ipse nempè iudicium instituit pro quinq; apochis, quas vendidisse dicit dicto Doctori Carolo pro ducatis centum vigintiquinq; cum expresso pacto, quòd periculum, & risicum emptoris damno cederet. Factum verò nostrum est in apochis nouem, quæ in actis præsentatæ fuere cum girata ipsius Domi-

33 nici; vt factum proprium negare minimè nunc valeat. ex Vlpiano lib.5. opinionum in *l.post mortem* 25. *ff.de adoptionib.& emancipationib.* ibiq; *Gloss.* verbo *factum suum. & Bart.* ex Augustino in *can.certè ego* 18. ibiq;

Gloss.

Gloss. verbo *ecce* 12. *quaest.* 1. & pro illis numeratò biscentum septuaginta recepit, & in domo ipsius Caroli. De numeratione verò deponunt tres testes contestes de eodem tempore, & loco, & mense, eademquè pecuniæ qualitate, quantitateq;, & ipsi omni maiores exceptione, vt in superioribus,
34 eorum dicta perpendendo ostendimus. Ijs igitur potiùs standū; & quòd maiores numero, & digniores; & meliora, aptioraq; ad veritatem deponant. ex Innocentio III: in *cap. licèt causam* 9. § *ex præmissis igitur. de probationib.* & *cap. in nostra præsentia* 32. *de testib.* & Clemente III. Florentino Episcopo in *cap. videtur nobis* 3. *qui matrim. accus. poss.* illis verbis: qui enim meliùs recipi de-
35 bent; quàm illi, qui meliùs sciunt? ibiquè Gloss. verbo *sciunt.* noster *Maranta cons.* 19. *sub num.* 23. & *cons.* 145. *nu.* 13. & 14. *Viuius decis.* 377. *num.* 9. *Rota apud Card. Canaler. decis.* 161. *num.* 8. & *decis.* 361. *num.* 2.

Expendamus proindè nunc testes, quos Dominicus attulit; apertis vtiq; perspexerimus oculis; vel falsum esse, quod dicunt; vel alienum esse ab hoc iudicio, quod Doctoris Caroli hæredes concludenter, perq; veros testes probauere. Vt proptereà ad solutionem pecuniarum', quas numeratò recepit, iurè damnandus sit Dominicus. vt diximus.

Et quidē Petrus Scotta *Tessitore di Terzanelli* primus testis fol. 12. satis apertè in caput suum mentitur, de tempore indeterminato loquens: *Che vn giorno vidde esso testimonio, che veane nella poteca, ch'all'hora tenena detto Domenico Perllo insieme cō suo fratello à Seggio di Porto il qu. Dottor Carlo Matina, ch'all'hora era Arrenditore della Farina, con il quale detto Domenico à presenza d'esso testimonio, & altre persone, che in detta poteca se ritronauano, negottò di vendere cinque mesate.* Neq; alios nominat, qui inibi erant. & tamen Dominicus Angrisanus quando ipse ad apothecā adnenit, reperit inibi Doctorem Carolum, qui cum Dominico rem habebat de emendis apochis. & Carolus Molarus Carolum nō cognoscebat, *ma l'intese chiamare Signor Carlo Matina.* fol. 13. aderant hi proindè, & horum non meminit Scotta.

Et in fine addit, vt concinniorem falsitatem faceret, conspicioremq;. *Anzi il detto Domenico effettuato detto negotio, diede ad esso testimonio vn cinque cinquine di paragnanto, stante, che esso testimonio era andato à chiamare detto Carlo nella Gabella à Porta Nolana.* Quando verò eum vocauerit, vel quando ad apothecam accessit dictus Doctor Carolus, vel postmodùm, non exprimit. Primò enim dicit: *che venne nella bottega*, & Dominicus cum Carlo egit, *di vendere cinque mesate di docati* 33. *e carlini sette e mezzo l'vna.* Et subnectit: *e finalmente farno d'accordo per docati* 25. *la mesata, &c.* subiungens, quod iàm attulimus: *Anzi il detto Domenico effettuato detto negotio, diede ad esso testimonio vn cinque cinquine di paragnanto, stante, che esso testimonio era andato à chiamare detto Dottor Carlo nella Gabella à Porta Nolana.* de quo nullus alius deponit. neq; vllus testis alium in contestem refert, neq; de Petro Scotto meminit; & tamen ex dicto ipsius alij aderāt: *in presenza d'esso testimonio, e d'altre persone, che in detta bottega se ritrouauano.* aderant itaq; alij, sed al-
36 terius alter non meminit. non itaq; concordes sunt. non ergo probant. ex Paulo lib. 5. sententiarū in *l. qui falsò. vel variè* 16. *ff. de testib.* & totus ille titulus per Gratianum refertur in *can. si testes* 3. §. *qui fal-*
37 *sò.* 4. *quaest.* 2. & 3. quia quæ diuisa sunt, destruuntur. ex *can. si ea* 4. 25. *quaest.* 2. *S. Thom.* 2. 2 *quaest.* 70. *art.* 2. *ad secundum.* Iàm verò ipsa prima vice, quando Carolus accessit ad apothecam, negotium suum vidit finē: vt quid igitur hæc secunda vocatio? Si autem dicat, quòd primò eum vocanit. non, vtiq; spontè sua Carolus accessit, vt quinq; emeret apochas. Si non spontè sua: quo iure Dominicus ipsum testem ad accersendū Carolum misit, vt eius ad apothecam accederet, vt cū eo ageret de vendendo quinque apochas? Accessisset ipse Dominicus ad domum Caroli Iuris vtriusq; Doctoris, nequè infimæ conditionis Viri.

Videant itaquè, qui oculi capti non
38 sunt, quàm concinnam hic finxerit falsitatem. Si itaq; in hoc vno falsus, & in omnibus falsus habebitur. Gloss. notabilis in *cap. ia nostra præsentia* 32. verbo *aduersa. in princ. de testibus.* ex Augustino in *can. si ad scripturas sanctas* 7. *dist.* 9. verba damus Augustini ad Hieronymum: *Si ad scripturas*
39 *sanctas admissa fuerint officiosa mendacia; quid in eis remanebit auctoritatis? Qua tandèm de scripturis illis sententia proferetur; cuius pondere contentiosa falsitatis obteratur improbitas?* ità Augustinus. ibiquè plenè *Gloss.* verbo *quid in eis.* Argumentans: *Quòd si*
40 *instrumenta, vel attestationes pro parte inueniuntur falsæ, quòd in totum reprobantur.* Et nō in totum hic vti falsus repelletur testis, qui in vno mendax inuentus fuit, & mendacio euidenti? docent hoc *Maranta* noster *cons.* 12. *num.* 1. & 2. *Consiliar. Staibauns resol.* 54. *num.* 42. & *resol.* 68. *num.* 35. alijq;.
41 Ratio verò euidens est: quia iuramentū, qp per eos præstatur, indiuiduū est. vt perpendit *Bal. in l. fin. nu.* 18. *C. de edict. diu. Hadr. tollen. Viuius decis.* 377. *nu.* 7. & 8. *Rota apud Card. Seraphin. decis.* 295. *nu.* 4. & apud *Dunanum decis.* 338. *nu.* 19. *par.* 2. *Farinac. de testib. quaest.* 56. *num.* 191. *Horat. Persius cons. ciuil.* 29. *num.* 10. in plura proindè secari non

potest, vt pro parte verũ,& pro parte sit fal-
sum. Preter quàm quòd,& in alio mendax
est,quòd vocat eum Arrendatorem, cùm
Carolus Arrendator non esset, sed Guber-
nator.Sicuti magis in hoc falsus est secun-
dus testis Dominicus Angrisanus,& ipse
Textor serici.fol.12.à ter. dùm Caroli ver-
ba referens, dicit: *Et il detto Dottor Carlo,*
che li voleua dare docati 25. la mesata, però
che esso se li pigliaua come Arrẽdatore, ch'era.
Er tamen Carolus Arrendator non erat.Et
quidèm, quòd ipse testis Carolum Arren-
datorem esse putauerit, mirum non sanè
est; errare quippè potuit alieno in facto,
atq; ità præsumere: Sed quòd ipsemet Ca-
rolus cùm Arrendator non esset, se Arren-
datorem vocauerit, & vti talem se iactaue-
rit, hoc sanè mirum est; nec credendum,
in re quidèm euidenti. Neq; porrò Domi-
nicus ità resupinus erat, vt hoc ignorarit,
Carolum Arrendatorem noo esse, sed Gu-
bernatorem, & nomine alieno, nõ suo age-
re. Gubernabat enim nomine filiorum
Sportelli prædefuncti. Eodemq; laborat
morbo tertius testis Carolus Molaris, &
ipse Textor fol.13. *Che in tanto lui* (Caro-
lus videlicèt) *se le compraua, in quanto era*
42 *Arrendatore*. Nemo quippè se ipsum igno-
rare præsumitur,vt in facto proprio errasse
euidentèr valeat,velitq; Verbis hoc astrui-
mus, & ratione, quã Iustinianus affert Cæ-
sar in *l.cùm in libris* 14. aliàs *fin. C. de hære-*
dib. instituend. Nequè enim (inquiens) sic
homo supinus, imò magis stultus inueni-
tur,vt suum nomen ignoret. *& in fin.* Cùm
non sit verisimile in suum nomen quenquã
43 errasse. Quod ergo verisimile non est,fal-
sitatis specimen præ se fert, atquè proindè
fides ei habenda non est, nec credendum.
ex Alexandro III. in *cap.quia verisimile* 10.
de præsumptionib.& Vlpiano lib.5.opinionũ
in *l.non est verisimile* 23. *ff.de eo, quod metus*
causa gestum est. Rota apud *Card.Mantic.de-*
cis.6.nu.2. diximus *respons.*nostra 59. *nu.*30.
44 *par.*3. Testes ergo inuerisimile deponẽtes,
vel falsi sunt, vel falsitatis suspitione labo-
raot. *Abb. d.cap.quia verisimile* 10. *in fin.* de
*præsumptionib. Grammat. decis.*103. *num.*78.
*Barbosa,*qui plura refert *axiom.*223. *nu.*5.6.
ad fin.Rota Genua apud *Bellon.decis.*24.*n.*13.
Præterea cùm de formalitate verborum
dicant dicti testes dicti Doctoris Caroli,
quibus se periculo, alequè subijecisse apo-
charum astruunt, concordes nõ vtiq; sunt,
sed vnus vnum,alius aliud dicit.Sic falsita-
45 tis arguit iure quandoq; Daniel senes il-
los, qui contra Susannam testimonium tu-
lerunt,concupiscẽtia eius attracti pulchri-
tudinis. *Danielis* 13.54. Interpellans quip-
pè illos, cũ adhùc ipse puer esset,cuius spi-
ritum suscitauerat Deus. Primo *Inueterate*
(inquit) *dierum malorum: Nunc ergo si vi-*
disti eam, dic sub qua arbore vidistis eos collo-
quentes sibi? Qui dixit sub schino. Dixit au-
tem Daniel: Rectè mentitus es in caput tuum.
Amoto eo, iussit venire alium, & dixit ei: Se-
men Chanaan,& nõ Iuda,species decepit te,&
concupiscentia subuertit cor tuum. Nunc ergo
dic mihi,sub qua arbore comprehenderis eos lo-
quentes sibi? Qui ait sub Prino. Dixit autem ei
Daniel: Rectè mentitus es tu in caput tuũ,&c.
Arguamus & nos illos paritèr falsitatis.
Primus dicit (*Petrus Scotto*) dixisse Carolũ:
Che benche esso ci faceua detto auanzo (vtiq;
dncatorõ octo, & carolenorum septẽ cum
dimidio in singulas apochas) *nulladimeno*
quelle restauano à carico suo.e che ancorche fus-
se caduto il Cielo esso Domenico non era tenuto
à cosa alcuna. Quasi præscij fuissent eorum,
quæ postmodùm acciderunt, quorum nec
suspitio quidèm per somninm tunc adesse
poterat..
Secundos verò Dominicus Angrisanus:
E che restauano à carico suo,e che essi di Perillo
nõ erano tenuti à cosa alcuna,ancorche fusse ve-
nuto altro Vicerè,ò fosse caduto tutto il Mondo.
Non enim ex Proregis mutatione gabel-
læ,quæ perpetuò impositæ fuerunt,mutatæ
vnquàm fuere. ni magis nouæ adiectæ.
Tertius autem Carolns Molarus: *Che lui*
se le compraua in quanto, ch'era Arrendatore;
e che s'il Vicerè s'hauesse pigliato li danari di
detta Gabella,ò fusse socceduta qualsiuoglia co-
sa, perdeua lui.
46 De formalitate itaq; deponcntes verbo-
rum Caroli conueniẽs nullo modo eorum
est testimooium. Sicuti eornm, qui contra
Christum falsum quandoq; testimorium
47 dixerunt. vt Euangelista Marcus 14. 60.
contestatur: *Et non erat conueniens testimo-*
nium illorum. Et tamen per formalia verba,
quæ Carolus io hac re peculiari,secundùm
eos dixerat, vnus vno, alter altero, tertius
quoq; & alio modo ea proponit. Vera er-
go verba ipsa non suot, quæ sic distrahun-
48 tur. Veritas quippè vna est. Quia nimirùm
Deus,qui veritas est, vnus est. ex Gregorio
Magno in *can. fraternitatis* 1. 35 *quæst.* 10.
Non itaq; eorum stadũ depositioni.Cùm
vnam rem,ipsamq; vnam verborũ formali-
tatem,ità varïo deposueriot modo.ex *Glos.*
in cap.cùm Ecclesia Sutrina 3. verbo *vacillas-*
se. ibiq; *Francisc. Ripa num.*69.*de caus.possess.*
*& propriet.*optimè *Butr. in c. nihil interest* 7.
*num.*2.*de verbor.signific.extrà.Bald.in cap.bo-*
na memoriæ Moguntinus 23.*col.*4.*nu.*19.*vers.*
*sed quid dices,vnus deponit de elect.*quẽ pluri-
bus sequitur *Francisc.de Ponte cons.*63.*nu.*1.
*& seq.lib.*1.noster *Maranta cons.*19. *num.*11.
*in fin.& cons.*47.*nu.*3. *Farinac.de testib. q.*64.
*num.*67.*in* 11.*ampliat.& num.*68.*& seq. Ro-*
ta apud *Card.Seraphin.decis.*270.*num.*3.
Accedit his quoquè,quòd tàm ipse Do-
minicus, quàm per eum examinati testes
dicunt,

dicens, Carolū retinuisse sibi ducatos octo, & carolenos septem, & dimidium, ex vnaquaque quinque apochārum, concordasse verò pro ducatis 25. in vnaquaq; earum soluenda. In facto verò nostro per testes omnes probatum est; Carolum pro anticipata solutione retinuisse sibi carolenos triginta septem, & dimidium in singulas apochas. Satis proindè diuersum hoc est factum, ab illo, quod Dominicus proposuit, atquè talibus testibus probare nixus est. præsertim vilibus, pauperibusq;, & qui ei subjecti
49 erant. Testes autem, quibus imperari potest, idonei non æstimantur. verba excipe Licinij Ruffini lib. 2. regularū in *l. idonei 6. ff. de testib.* quibus nobis testimoniū facit: *Idonei* (inquiens) *non videtur esse testes, qui-*
50 *bus imperari potest, vt testes fiant.* siuè liberi, siuè serui sint. Et intellige *imperari* à producente eos pro se. vt *Gloss. 1.* ibidem commentum agit. qui textus fuit per Gratianum inter sacros relatus canones in *d. can. si testes 3. §. idonei non videntur. 4. q. 2. & 3. Petr. Gerard. siuè de Petra sancta sing. 24. num. 8. Rota decis. 125. num. 4. per Farinac. post 1. volum. consilior.* & apud *Card. Canaser, decis. 492. num. 5. & decis. 520. num. 4. & 5.*

Et planè perpende; quis testis fuerit Petrus Scotto, qui gloriatur, quasi magnum quid acceperit, quòd Dominicus *diede ad esso testimonio vno cinque cinquine di pagaguato, &c.* Gloriosam quidèm mercedem tanti facinoris, & forsasè testimonij vt hoc daret. Modicitas quippè, & paucitas huius
51 mercedis; qualis hic homo fuerit, non infirmum argumentum præstat. ex Vlpiano lib. 25. ad Edictum in *l. Nouatius 20. §. si mariti. ff. de relig. & sumpt. funer.* illis verbis: Si dos, quia permodica fuit, in funus non sufficit.

Cæterùm nec probatur pecuniarum numeratio, nisi quòd conuenerunt, vt fieret: *E finalmente furno d'accordio per ducati 25. la mesata.* Petrus Scotto. Et Dominicus Angelinus, *E cosi restorno d'accordo, & effettuarno detto negotio.* Carolus Molato. *E cosi furno d'accordo, & il detto Domenico ce li liberò per ducati 25. la mesata.* De solutione verò nemo loquitur, nec quisquam est, qui de illa deponat, nec quidèm per somniū verba faciat. Nō igitur numeratio, quæ neces-
52 saria fuerat ad vēditionem concludendā, probatur. Pecunia namquè venditionis est perfectio: Cùm sine pretio venditio nulla fit. ex Vlpiano lib. 50. ab Sabinum in *l. inter patrem 2. §. sine pretio. ff. de contrah. empt. & vendit.* & Diocletiano, & Maximiano Augustis in *l. empti fides 9. C. de contrah. empt.* In facto autem nostro cōtestes sunt omnes testes de solutione in pecunijs in auro, siuè dublis, in domo eiusdem Doctoris Caroli, in finestra cubiculi, in quo D. Petrus eius germanus dormiebat, & de tēpore eodèm, vt in superioribus exactè perpendimus.

Satis ergo diuersum est factū, quod Dominicus proposuit, ab eo, quod hæredes Caroli deduxere in iudicium lacessiti, & probauere: nec Dominicus pecuniarum receptionem diffitetur, licèt ipse pro apochis quinq; in ducatis centū vigintiquinq; solutionem confiteatur; sed conuincitur à testibus hæredum Caroli de loco, tempore,
53 numero pecuniarum, & qualitate. Iure ergo ad restituendum damnari debet, quod accepit; causā non sequuta. vti Vlpianus docet lib. 6. ad Sabinū in *l. 1. ff. de condict. sine causa.* & ex Augustino ad Macedonium epist. 54. in *can. non sanè 15. 14. quæst. 5. Nauar. consl. 99. nu. 1. lib. 5. de simonia.* Atq; etiam
54 in expensis; quòd temerè litigarit. ex Vlpiano lib. 5. de officio Procōsulis in *l. eum, qui temerè 79. in princ. ff. de iudic. cap. finem litibus 5. de dolo, & contumacia.* Quia etiam
55 calumniam fecit. *cap calumniam 4. de pæn.*

Atq; ità ex his, Aristarchi non excusso supercilio, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

Contra Perisium per Magnam Curiam sententia fuit. sed appellauit ille ad Sacrum Consilium.

SVMMARIVM.

1 *Religionis Nouitius, si promoueri ad ordines voluerit, sacros præsertim, non ab alio, quàm à suo debet Episcopo Ordinario.*
Ità quidèm, vt dimissoriales litteras ei Religio dare non possit. num. 2.
3 *Hierosolymitana Religio, vera est Religio, vna ex approbatis à Sancta Sede Apostolica. & num. 7.*
In ea tria emittuntur substantialia vota. num. 4.
Paupertas, Castitas, Obedientia.
4 *Vota substantialia Religionis tria sunt: Paupertas, Castitas, & Obedientia.*
In his neq; Papa dispensat, vt sit Religio sine votis. num. 5.
Nec sunt Religiosi, qui non illa profitentur. num. 6.
7 *Milites Hierosolymitani veri Religiosi sunt.*
8 *Nouitij Religionis dùm in probatione sunt, promoueri ad ordines (sacros præsertim) minimè possunt, nisi perquisita concurrant* Sacr. Trident. Concil. sess. 21. cap. 2. de reformat.
Quòd ad titulum promoueantur vel beneficij, vel pensionis, vel patrimonij.

Alioquin & Ordinans, & Ordinati in pœnas dant Cõstitutionis Pij V. Romanus Pontifex sacrorum. *num.9.*

Suspensionis, excommunicationis, & irregularitatis. num.27.

Non poterunt proindè dimissoriales litteras concedere Religionis Superiores.

Ratio affertur. num.10.

Contrariũ sequuntur Diana, & Bordonus, *num.21.*

Sed refelluntur, num.22.

Neq; iniuriam aliquam facit Religioni Nouitius. num.11. & num.18.

10 *Nouitius intrà nouitiatus annũ pro non subiecto Religioni habetur,*

Quoad ordines præsertim. & num.25.

Quia ad sęculum redire poteſt.

Contrarium dicit Bordonus, *num.26.*

Sed reprimitur,

12 *Vota, qui vouent, reddere illa Deo tenentur.*

Displicet enim ei infidelis, atquè stulta promissio.

Non igitur differenda redditio. num.13.

Quod & Deus præceperat Moysi. nu.14.

15 *Vouere ex libertate pendet arbitrij.*

Post votum verò emissum, redditio necessitatis efficitur.

Vt non sine peccato à reddendo cessari possit.

Irritam igitur pollicitationem suam facere minimè debet, num.16.

Melius eſt non vouere, quàm votum, prout melius potest, non perficere. num.17.

19 *Iuſtè facit qui iure quidquam facit, & proindè bene.*

Non igitur peruertendum.

20 *Legem qui sequitur, non peccat.*

23 *Societas IESV habet priuilegium, vt Nouitijs concedere valeat dimissoriales ad ordines.*

Eodem per communicationẽ gaudent Theatini.

24 *Priuilegium priuata lex eſt; quòd in priuato feratur.*

Eximit proindè à iure communi.

ARGVMENTVM.

Religionis Nouitius dùm in probatione adhùc eſt, nùm promoueri ad ordines possit, ad sacros præsertim, presbyteratus etiam? Et nùm Superioris Regularis dimissoriales perquirãtur, vt promoueri possit; vel ad Episcopum spectat Ordinarium, vt eum promoueat? Hanc proindè ob causã Constitutio perpeditur Pij Papæ V. *Romanus Pontifex sacrorum.* Et quid si Nouitius Religionis fuerit Sacræ Hierosolymitanæ? Eſt enim hæc Illuſtrissima Religio verè Religio ex approbatis à Sancta Sede Apoſtolica, in qua tria profitentur Religionum omnium subſtantialia vota, Obedientia, Paupertas, Caſtitas. Vota, qui vouit Deo, reddere tenetur. Displicet enim ei ſtulta, & infidelis promissio. Refellitur proindè *Dianæ*, atq; *Bordoni* sententia, qui Constitutionis Pij Quinti nec meminere.

RESPONSIO LXXII.

IVre, nec sanè iniuria Dñs Ioſeph Brancatius quondam Hadriani Comitis Castilionis natus, Nouitius in Sacra Religione sãcti Ioannis Hierosolymitani, venerandæ linguæ Italæ, per Breue Sanctiss. D.N. Innocentij Papæ X. dispensationis in tribus diebus Festiuis, vt promoueri posset, ad sacrum etiam presbyteratus ordinem, facultate nobis facta per Eminentiss. Dñum Cardinalem Philamarinum Archiepiscopum Neapolitanũ, Eminentiæ suæ nomine particulares ordinationes habentes, cum
1 promouimus, & ordinauimus. Cùm enim
ipse professionem non emisisset in dicta
Sacra Religione, sed Nouitius adhùc esset,
non ab alio, neq; ex alterius licẽtia, quàm
ab Eminentissimo eodem Cardinale Archiepiscopo Neapolitano, cùm ipse Neapoli ortus esset, promoueri poterat. Nequè
2 Sacra eadẽ Religio dimissoriales litteras,
vt promoueri valeret, dare poterat. Eſt
3 quippè Illuſtrissima Hierosolymitana Religio vna ex approbatis, & veris, quæ in
Dei sunt Ecclesia, Religionibus. in qua
tria, sicuti in alijs approbatis, promittun-
4 tur substantialia vota: Paupertatis, Castitatis, & Obediẽtiæ. ex Innocentio III. Abbati, & Conuentui Sublacen in *cap. cùm ad monasterium 6. §. fin. de statu monachor.* rationem reddente, ac dicente: *Quia abdica*

5 tio

5 tio proprietatis, sicut & custodia castitatis adeò
est annexa regula monachorum, vt contra eam
nec Summus Pontifex possit licentiam indulge-
re. & ex Clemente V. in Concilio Viennen
in clement. cùm de quibusdam 1. in princ. de
religios. domib. dùm de Beguinis loquens,
6 illas non esse religiosas inferens, sic argu-
mentatur, Quæ cùm nulli promittant obedien-
tiam, nec proprijs renuntient, neq; profiteantur
aliquam regulam approbatam; religiosæ nequa-
quàm existunt. In Religione Sancti Ioannis
Hierosolymitani religiosi, qui in ea sunt,
promittunt obedientiam superiori, pro-
prijs renunciant, & castitatem spondent.
atque à Sancta Sede Apostolica approbatã
7 regulam profitetur. Est ergò ipsa verè Re-
ligio, eiusq; professores verè sunt religiosi.
ex S.Thom. 2.2. quæst. 88. art. 11. & quæst. 186.
art. 6. & 7. Rota apud sanct. memor. Grego-
rium XV. in Interamen bonorum 27. Ianuarij
1603. decis. 87. nu. 3. quæ est etiam in impres-
sis par. 2. in recentiorib. decis. 76. sub num. 1. &
ibidem Beltramin. Addens num. 13. Barbosa
de iur. Ecclesiast. lib. 1. de transeuntibus ad Re-
ligionem. cap. 42. num. 206. Rota apud Dura-
num decis. 308. nu. 1. & seq. par. 2. deduximus
Nos latè respons. nostra 3. nu. 35. & seq. p. 4.
Sicuti igitur in alijs veris, & approbatis
Religionibus, in quibus tria illa promit-
8 tuntur vota, nouitij, cùm in probationis
anno viuant, promoueri (ad sacros præser-
tim ordines) minimè possunt, nisi in eis
perquisita cócurrant Sacri Tridẽtini Con-
cilij sess. 21. cap. 2. de reformat. Præsertim ve-
rò, vt ad titulũ promoueatur, vel sufficien-
tis beneficij, quod pacificè possident, vel
patrimonij, vel etiam pensionis, si hos Epi-
scopus assumendos iudicauerit, alioquin
9 ex Pij Quinti Constitutione, quæ incipit:
Romanus Pontifex sacrorum. de qua memi-
nit Peyrin. de priuileg. regular. in Sixto IV.
constit. 2. §. 11. num. 37 fol. mihi 25. eumq; se-
quitur Lezana in summa par. 1. cap. 14. nu. 20.
tàm Episcopus ordinans, quàm promotus
in suspensionis dant pœnas, atquè in alias
inibi contentas. Ità, pariq; modo, & huius
Sacræ Hierosolymitanæ Religionis, quæ
verè Religio est, nouitij, si intrà nouitia-
tus tempus promoueri voluerint, decretũ
præfatum Sacri Tridentini Concilij d. sess.
21. cap. 2. de reform. seruare eos oportebit,
vt iure ad sacros promoueãtur ordines; &
ni in pœnas dictæ Pianæ Cõstitutionis da-
re voluerint. ex Peyrin. d. num. 37. fol. 25. Le-
zana d. cap. 14. nu. 20. par. 1. rationem refert
Sayr. in thesaur. de censur. lib. 4. cap. 13. sub
10 num. 5. Quia nimirũ nouitiatus anno per-
durante, nouitius pro nõ subiecto Religio-
ni habetur, vt promoueri valeat, cũ ex suo
arbitratu, habitu excusso regulari ad secu-
lum redire valeat, habitu resumpto secula-
ri. Lapo in cap. cùm nullus 3. de tempor. or-
dinat. in 6. num. 3. Anchar. ibidem num. 3. &
Franch. num. 5. Rodriquez qq. regular. tom. 3.
quæst. 23. artic. 2. Henriquez in summa lib. 10.
c. 23. §. 3. in commento. lit. G. Gratian. forens.
disceptat. par. 4. cap. 791. num. 6. Card. Tuscus
practicar. conclus. tom. 1. lit. A. conclus. 9. nu. 7.
Nald. in summa verbo nouitius. num. 8. Barbo-
sa de offic & potest. Episc. par. 2. alleg. 3. num. 8.
& in collect. ad Trident. Concil. sess. 23. cap. 10.
de reformat. nu. 3. Lezana par. 1. cap. 26. nu. 6.
Bonacina de censur. disput. 3 punct. ult. nu. 13.
Cespedes de exempt. regul. cap. 4. dub. 63. nu. 2.
Pellizzar. in man. regular. tom. 1. tract. 2. cap. 7.
quæst. 20 nu. 46. & tom. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 3.
quæst. 3. num. 166. Bordonus variar. resol. tom. 2.
resolut. 67. de sacra ordinatione. num. 48. in 15.
quæst. & num 49.
11 Nullam proindè iniuriã, neq; præiudi-
ciũ aliquod Dñus Ioseph, adhùc Nouitius,
Religioni intulit, quòd ad Eminentissimũ
Neapolitanum Archiepiscopum, vt ad sa-
cros promoueretur ordines accessit; cùm
aliàs ex dicta Pij Papæ V. Constitutione,
nisi ad terminos Sacri Tridentini Concilij
d. sess. 21. cap. 2. de reformat. promoueri mini-
mè posset. Promotus autem fuit; quòd cũ
ad mortem decubuisset, voto se Deo vouit,
si mortem effugeret, per Sacerdotium se ei-
dem offerre. Vitæ proindè Dei pietate re-
12 seruatus fuit. Quod igitur labia eius di-
stinxerant, reddidit Deo. Displicet nam-
què ei infidelis, & stulta promissio. Sic .n.
ipse (Ecclesiastes 5.3) Sapientis ore conte-
13 statur omnibus: Si quid vouisti Deo, nè mo-
reris reddere; displicet enim ei infidelis, & stul-
ta promissio, sed quodcunq; voueris, redde: mul-
toquè melius est non vouere, quàm post votum
promissa nõ reddere. & Deuteronomij 23. 21.
14 sic præcepit Moysi: Cùm votũ voueris Do-
mino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requi-
ret illud Dominus Deus tuus, & si moratus
fueris, reputabitur tibi ad peccatum. Regiusq;
Psaltes psalm. 75: 12. nos admonet omnes:
Vouete, (inquiẽs) & reddite Domino Deo ve-
stro, omnes qui in circuitu eius affertis munera.
Terribili, & ei, qui aufert spiritum Principũ,
terribili apud Reges terræ Vouete (inquit) &
15 reddite. Nàm licèt vniuersis liberũ sit ar-
bitrium in vouendo, vsq; adeò tamen solu-
tio necessaria est post votũ, vt sine proprio
salutis dispendio alicui non liceat resilire.
verba sunt Innocentij III. Andreæ Duci in
cap. licèt 6. in princ. de voto, & voti redempt.
vt compelli valeat ad reddendum. vt Cle-
mens III. dixit in cap. porrectum 13. in fin. de
16 regularib. Videat proindè, qui votũ vouit,
nè pollicitationem suam irritã faciat: sed
hoc, quod Domino est pollicitus, fideliter
17 custodiat, nè damnationem, sed præmium
sibi acquirat. Quoniam satius est non vo-
uere, quàm votum proùt melius potest, nõ
perficere. Verbis loquimur Vrbani Papæ
omnibus

Iacobo de Spenis filio, & hærede quondã
Antonij de Spenis, qui fuit filius Lucæ f. 8.
& præsentatio fuit sortita effectum. fol. 18.
Ex Luca in mundum venit Antonius.
Ex Antonio
Ioannes Iacobus, qui sine filijs orcum petijt.
Nec non Veronica, Menichella, Camilla,
Biancolella, siuè Prudentia, Thomasia, &
Magdalena, sic descendentiam nos dedu-
cimus.

36 Aequiuoca est ergo descendentia, quam
facit Iulianus à Sabatino, non probando,
cuius filius est. Quid enim, si duo fuerunt
Sabatini? non probãdo indiuidui existen-
tiam, incerta assertio manet, & dubia. ni-
hil proindè probasse videtur. Assertionis
huiusce arbiter accedat Paulus libro 6.
quæstionum in *l. duo sunt Titij 30. ff. de testa-
ment. tutel.* verba damus Pauli; *Duo sunt
Titij, (inquit) pater, & filius; datus est tutor
Titius; nec apparet, de quo sensit testator. quæ-
ro, quid iuris sit? Respondi; Is datus est, quem
dare testator sensit. Si id non apparet; non ius
deficit, sed probatio, igitur neuter est tutor.*
Non itaq; probauit descendentiam Iulia-
nus, cùm incertum reliquerit, quis Sabati-
nus is fuerit, de quo ipse loquitur. præser-
tim, quòd nullus fuerit ex his, quos nomi-
nauit ipse, qui præsentauerit vnquàm; neq;
etiam Petrus Angelus, qui furcis suspensus
interijt; cùm Dominicus Sabatini nostri
filius anno 1605. D. Syluestrum de Spenis
præsentauerit, vt diximus. Sicut ergò ope-
37 ratio essentiã supponit; is enim operatur,
qui est; ità, pariq; modo non operatio, nõ
38 existentiam rei demõstrat. Operatio quip-
pè est posterior pars entis, essentia prior, vt
priùs quis esse debeat, vt operetur postmo-
dùm. vt ex Philosopho inquit *Bald. in l. 1.
num. 7. C. de sacros. Eccles. Rota* apud *Cardin.
Mantic. decis. 286. num. 8.* Proindè igitur Pe-
trus Angelus, & alij à Iuliano deducti non
præsentauerunt; quia non existebant; quia
non erant ex descendentibus à Matthæo.
In æquiuocatione igitur manet, quis iste
sit Sabatinus, de quo Iulianus descenden-
tiam deducit; cùm, cuius filius fuerit, non
probet; ratione igitur dubitationis ibit &
ipse foras. vti ad terminos dictæ legis duo
sunt Titij probat *Gloss. in cap. pastoralis 14.*
in verbo *ambigitur. vers. item qualitèr possunt
primi. de rescript.* sequiturq; *Gloss. illa margi-
nalis ad d. l. duo sunt Titij.* ea præsertim ratio-
39 ne, quia incertitudo personæ viciat actum.
ex *text. in cap. cùm tibi 13.* ibiq; *Gloss.* verbo
dispositionem. & Doctores extra *de testament.*
40 Probatio verò dubia, & æquiuoca insuffi-
ciens est, vt ex ea certi aliquid inferatur.
ad *text. in cap. in præsentia 8. de probat. & l.
neq; natales 10. C. de probat. Natta cons. 170.
num. 9. Rota par. 2. in recent. decis. 318. num. 4.
in fin.* & apud *Card. Mantic. decis. 111. n. 8. &
decis. 251. num. 4.* & apud *Cardin. Caualer. de-
cis. 97. num. 8. & decis. 125. num. 7.* apud *Card.
Seraphin. decis. 1103. nu. 2.* & apud sanct. me-
mor. *Gregorium XV. decis. 290. num. 4.* Quia
41 nimirũ probatio dubia, & æquiuoca, nul-
lum gradũ probationis facit. ex *Rota p. 1.
in recent. decis. 509. num. 5. in fin.*

42 Descendentia autem in hac materia, an
Iulianus sit de Familia Fundatoris, vt ipsi
præsentatio debita fuerit, probari debuit
per testes, qui personas expressis nomini-
bus, vel demõstratione, vel circumlocutio-
ne saltem sufficiẽti designassent, & ab vtro-
què latere singulos gradus clara computa-
tione distinxissent. vt Innocentius III. lo-
quitur in *cap. licèt ex quadam 47. de testib. &
attestat.* ibiquè *Gloss.* verbo *gradus. & Abbas
num. 12. Carol. Ruin. cons. 52. num. 4 lib. 5. Ro-
ta* apud *Card. Seraph. decis. 489. nu. 1.* & apud
Duran. decis. 8. nu. 4. par. 1. diximus *d. respons.*
nostra *19. nu. 15. & 16. par. 4. Rota in Gerun-
den. beneficij 30. Aprilis 1640.* coràm *Rojas
decis. 127. nu. 19.* in nouis additis ad *praxim
Viuiani de iure patronat.* Testes verò in hac
re pro Iuliano producti; quis pater fuerit
Sabatini, à quo ille descendentiam produ-
cit, omnes nescire protestati fuere. rema-
43 net proindè æquiuoca probatio, atq; con-
sequentèr insufficiens, & nulla, de descen-
44 dentia per Iulianum deducta. Et sanè quò
ad ipsum, incertum est, quis hic fuerit Sa-
batinus, à quo suam producit descenden-
tiam: cùm noster certò certiùs filius fuerit
Marci fratris Fundatoris, qui Dominicum
filium suscepit, qui nullis relictis liberis in
orcum petijt, atq; ab eo nulli alij remanse-
re filij. firma igitur dispositio remanet *d. l.
duo sunt Titij.* vt foras abire cogatur Iulia-
nus, qui nihil pro se attulit certi. iuxtà
Ouidianum illud pentametron.

Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Nihil ergò curandum de præsentationi-
bus, quas à Dominico, & Alphõso de Spe-
nis à quondam Sabatino filio Petri Angeli
senioris descendentibus obtinuisse se ia-
ctat Iulianus. primò, quòd hi non sunt ex
genere Virorũ illorũ, qui à Matthæo Fun-
datore deuenerũt, Marco scilicèt, & Luca.
45 Deficit proindè causa præsentãdi, deficiet
propterea & effectus. *can. statuimus 8. §. sed
sciendum est. dist. 61. can. quod pro remedio 7.*
ibiq; *Glos.* verbo *cessante 1. quæst. 7. cap. cùm
cessante 60. de appell. cap. magna 7. in fin. &
cap. si Christus 26.* ibiq; *Gloss. de iur. iur. l. ge-
neralitèr 41. C. de Episc. & cleric. l. si pater 3.
C. de hered. instit. l. adigere 6. §. quamuis. ff. de
iure patr. S. Thom. 1. part. quæst 2. artic. 3. in
corp. in 2. via.* diximus *respons.* nostra *33. nu.
39. par. 4.*

Deindè, quòd neq; ipsi, neq; antecesso-
res eorũ in possessione vnquàm fuere præ-
sentandi.

sentandi. Vt quid igitur membranas occu-
pant, Iudicem fatigant, & partes molestia
afficiunt in possessorio quidquam præten-
dentes, cùm in petitorio iudicium hoc di-
rigi per eos debeat, vocatis compatronis,
46 qui in possessione sunt præsentandi. à qui-
bus præsentatum se fuisse nostro satis, su-
perq; Thomæ est ? *cap. consultationibus 19.*
ibiq; *Butr. & Abb. de iure patronat.* quàmuis
47 illi veri aliàs essent patroni, sicuti non sũt,
quia vltimus status attenditur. *Federic. de
Sen. cons. 234. num. 4. Monal. cons. 47. num. 3.
vol. 2. Rota decis. 7. de iur. patronat. in nouis.* &
apud *Card. Mantic. decis. 86. num. 1. & seq.* &
apud *Card. Seraphin. decis. 884. nu. 3. & Rota
part. 5. in recent. decis. 362. nu. 1. & 4. & par. 1.
in eisdem recent. decis. 308. num. 6. & par. 2. in
eisdem decis. 443. num. 3.* & apud *Coccin. decis.
245. num. 1. & decis. 464. num. 1. & decis. 469.
n. 1. & 4.* & apud *Duran. decis. 413. n. 1. par. 2.*
& apud sanct. memor. *Ludouis. Gregor. XV.
decis. 349. num. 1. Macerat. var. lib. 1. resol. 104.
num. 7. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 43. §. 2.
num. 14. Rota decis. 115. nu. 7.* in nouis additis ad *praxim Viuiani.*

Præterquàm quòd, vt magis ostendatur,
vera esse, quæ nos asserimus; præfati Do-
minicus, & Alphonsus, non de Spenis, sed
(*Spena*) se dicunt, in instrumento præsenta-
tionis coràm Notario fol. 25. dicti D. Iu-
liani, vt ostendant ex his, nõ esse eos ex ea-
dem descendẽtia quondã Matthæi de Spe-
nis, neque ex eadem familia. non spectare
48 proindè ad eos ius præsentandi ad benefi-
cium hoc. Diuersitas quippè nominum, di-
uersitatem indicat & rerum, & quòd non
idem sunt, quæ diuersis nuncupãtur nomi-
nibus: hoc ipsum Constantinus ostendit
Cæsar in *d. l. si idem codicilli 7. C. de codicill.*
adamussim hoc eius signant verba: *Si idem
codicilli,* (inquiens) *quòd testamenta possunt,
cur diuersum his instrumentis vocabulũ man-
daretur, qua vis, & põtestas vna sociasset? igi-
tur specialitèr codicillis instituendi, & substi-
tuendi potestas iuris authoritate data non est.*

Nihil proindè Iuliano horum proficit
præsentatio, qui neque in petitorio ius ha-
bent, neque in possessorio. Verùm, si quid
prætendunt, in petitorio sua deducant iu-
ra, si quæ pro ipsis sunt.

Nec ad rem facit, q pretendat Iulianus,
Thomasiam, & Magdalenam sorores fuisse
Petri Angeli de Spenis, & filias Sabatini,
nec successisse eidẽ Sabatino, vti fœminas
dotatas. Quia nimirùm hæ mulieres, non
Sabatini filiæ fuerunt, sed Antonij, qui Lu-
49 cæ filius fuit. Vel igitur ipsi in æquiuoca-
tione nominum sunt, & nihil probant. ex
eodem *tex. in d. l. Titij 30. ff. de testament. tut.*
Vel nihil ad rem inferunt; cùm sat, superq;
esse debeat Thomæ, se præsentatum fuisse
à Lucretia, & Abundantia, ab earum . . de-
scendentibus, quæ in possessione sunt præ-
sentandi, & totam Marci vocem absumũt.
50 & sat ei fuerit, descendentiam à prædictis
mulieribus ostendisse. secundùm senten-
tiam, quam sequitur Rota. vt dictum fuit
in *Rhegien. iurispatronatus 10. Iunij 1623.* co-
ràm *Pirouano* apud *Viuian. decis. 17. num. 4.*
& in *Mediolan. iurispatronatus 8. Iunij 1618.*
coràm *eodem Pirouano decis. 74. num. 1.* apud
eundem Viuian. in praxi iurispatronatus. &
apud sanct. memor. *Gregorium XV. d. decis.
349.* & apud *Card. Caualer. decis. 282. num. 1.
& seq. & decis. 395. num. 1. & 2.* Nihil igitur
suis oppositionibus aduersus Thomam
Iulianus operatur, neque operari potuit, vt
vinceret.

Neque firmum figat pedem pro se Iulia-
nus, in præsentatione, quam pro eo coràm
Notario publico fecerunt Laudonia de
Constanzo neptis, & heres quondã Magda-
lenæ de Spenis per intermediam personam
quondã Medeæ Biancardo eius matris. &

Donatus Tuscanus filius, & hæres pro
medietate quondam Biancolellę de Spenis
eius matris.

Santella Mormilis filia, & hæres quondã
Camillæ de Spenis, ac etiam neptis, & hæ-
res quondã Antonij de Spenis sui aui per
intermediam personam quondã Camillæ
eius matris.

Iacobus Maffęus filius, & hæres quondã
Iudittæ Granto, & nepos, & hæres quondã
Menichellæ de Spenis per intermediã per-
sonam prædictæ Iudittæ eius matris, &c. &
nepos quondam Antonij de Spenis.

Quia hi omnes reuocauere, atque præ-
51 sentauerunt D. Thomam. Licuit autem
hanc reuocationem facere, illaq; firma, ac
stabilis permanebit: quia ex errore, atque
seductione processit; cùm dictus Iulianus
se descendentẽ fecerit ex Familia quondã
Matthęi Fundatoris, & ad ipsum tanquàm
vocatum à Fundatore beneficiũ pertinuis-
se. Cognita itaque fraude, iure datam re-
uocauere præsentationem, eamq; in Tho-
mam demandauere, vti descendentem ex
Marco Fundatoris fratre. quod facere vtiq;
licuit ex *tex. in cap. cùm autem 24. & cap. pa-
storalis 29. de iur. patronat.* latè *Lambertin. de
iure patronat. lib. 2. par. 2. quæst. 7. art. 21. nu. 3.
4. 5. & 6. Rota decis. 504. & decis. 675. num. 5.
par. 1. diuers.* sequiturq; *Rota* apud *Card. Ca-
ualer. decis. 303. nu. 4. Barbos. de offic. & potest.
Episc. alleg. 72. num. 164. & 165. ac seq. par. 3.
Viuian. in praxi iurispatronat. par. 2. lib. 10.
cap. 3. num. 7.*

Fuit quippè nulla illa prima præsẽtatio,
magis autem nominatio coràm Notario,
per prædictos de Iuliano facta; vti per sur-
52 reptionem, ac consequentèr per errorem,
ac citrà voluntatem, & consensum. Neque
53 porrò qui errat, consensum præstare vide-

tur. quia error voluntarium tollit. Sine vo-
54 luntate verò, illaq; libera, nihil omninò est;
quod fit: vt neque peccatum imputetur, si
à voluntate libera non procedat. ex Augu-
stino, quem sequitur *S. Thom. 2.2. quæst. 108.*
art. 4. Nàm omne peccatum ex voluntate
nascitur. vt Leo Papa inquit in *can. ille au-*
tem 14. 32. quæst. 5. & nemo tenetur ad cul-
pam, nisi voluntate propria deflexerit. ex
Ambrosio *can. non est 10. 15. quæst. 1.* Nulla
55 itaquè nominatio illa fuit per errorem fa-
cta. Vlpianum excipe Doctorem lib. 2. de
omnibus Tribunalibus in *l. si per errorē 15.*
ff. de iurisd. omn. Iudic. sic dicentem: *Si per*
errorem alius pro alio Prætor fuerit adiens, ni-
hil valebit, quod actum est. Nec enim ferendus
est, qui dicat consensisse eos in Præsidem: Cùm,
(vt Iulianus scribit) *non consentiant, qui er-*
56 *rant. Quid enim tàm contrarium est consen-*
sui, quàm error, qui imperitiā detegit? sic Vl-
pianus. rationemq; reddunt Diocletianus,
& Maximianus Cæsares in *l. non idcircò 9.*
57 *C. de iur. & fact. ignor.* Cùm nullus (inquiē-
tes) sit errantis consensus. *Nec videtur con-*
sentire, qui errat. Idem docet Vlpianus li-
bro 11. ad edictum in *l. nihil consensui 117.*
in fin. ff. de regul. iur. ibiq; *Gloss.* verbo *si per*
errorem. diximus *respons.* nostra 58. *nu. 44. &*
seq. & respons. 69. num. 20. & seq. par. 4. Nihil
itaquè valuit nominatio, quam de Iuliano
hi omnes fecerunt, quia per ipsius subre-
ptionem, ac consequentèr per errorem,
& inuoluntariè processit. libuit ergò ipsis
illam reuocare, & vt non factam habere,
consequentèrq; Thomam præsentare, qui
verè ex Marco Fundatoris fratre descen-
dentiam trahit, vt paulò antè citati Docto-
res, *Lambertinus*, & alij, ac Rotæ decisiones
firmum faciunt.

Præterquàm quòd etiam, fac, Domini-
cus Toscanus præsentationem, magis antē
nominationem, à se de Iuliano coràm No-
58 tario factam, non reuocasset, neq; etiam
locum haberet, veluti etiam illa Laudoniæ
de Constanzo: Quia nimirū facta fuit, be-
neficio adhùc pleno (superstite videlicèt
D. Syluestro de Spenis beneficiario, ac be-
neficij possessore) præsertim cùm scientèr
facta fuerit. fol. 22.

59 Nullo autē modo, beneficio adhùc ple-
no facultatem patronus facere potest alte-
ri præsentandi, sicut nec ipse præsentare
potest: *Ne desiderare quis mortē proximi vi-*
deatur, in cuius locum, & beneficium se credi-
derit successurum. ex Concilio Lateranen.
sub Alexandro III. in *cap. nulla Ecclesiasti-*
ca ministeria 2. de concess. præbend. & ex eo-
dem in *cap. relatum 2.* & Innocentio III. in
cap. ex tenore 13. & Honorio III. in *cap. cū*
dilecta 16. aliàs *fin. eod. tit. de concess. præben.*
extra.

60 Quia tùnc dicitur patronus habere po-
testatem ligatam, & nè aperiatur via ad
vacationes ex Bonifacio VIII. in *cap. nè ca-*
ptanda alicua mortis 3. de concess. præb. lib. 6.
optimè *Dec. cons. 542. num. 4. Rota in Valen-*
tina beneficij 15. Iunij 1609. coràm *Eminen-*
tiss. Cardin. Bonon. decis. 257. num. 2. par. 2. in
recent. quæ est in impressis sanct. memor.
Gregor. XV. Ludouis. decis. 420. num. 3. & seq.
ibiq; *Beltramin.* addens *lit. C. num. 9. & Rota*
par. 1. in recent. decis. 521. num. 7. Hercul. Ma-
rescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 33. nu. 1. & seq.
Claud. Tutius de iure patronat. quæst. 15. nu. 3.
& 4. Episcopus Vici *Riccius in praxi iuris*
patronat. resolut. 164. par. 1.

61 Nec releuabit instantia, quòd non fuit
præsentatio, sed donatio: Quia in idem
reincidit; nàm fuit donatio pro illa vice
tantùm, & ad præsentandum certam perso-
nam, iuxtà Rotæ decisiones, quas refert
Marescott. d. cap. 33. num. 1. & seq. & Beltra-
min. ad eandem *decis. Gregor. XV. 420. nu. 9.*
Eadem est enim captandæ mortis ratio.
62 Vndè iure etiam ciuili, ob eandem causā
metus captandæ mortis, vetitum reperitur
de viuentis hereditate pacisci. Ex Iustinia-
no Cæsare in *l. de quæstione 30.* aliàs *fin. C. de*
pact. & ex Diocletiano, & Maximiano Im-
peratoribus in *l. ex eo instrumēto 4. C. de inu-*
63 *tilib. stipulat.* Tùnc enim huiusmodi pacta
contrà bonos mores, atq; odiosa, & plenè
tristissimi, & periculosi euentus æstimātur.
idem vt loquitur Iustinianus Cæsar *d. l. fin.*
§. sed nobis, C. de pact. Solos itaq; Lanzillos,
qui ex Angelella descenderunt, pro se Iu-
lianus habet; Thomas verò ex tribus duas
ipse partes obtinet: ipse itaq; à maiore pa-
tronorum parte est præsentatus. Ipse prin-
dè instituēdus, vt initio dicebamus. Det
proindè herbā Iulianus, certòq; sciat im-
probas diuitias curtas esse, seq; ab haben-
di, quod non iustum est, cupiditate tempe-
64 ret. Melius est enim nomen bonum, quàm
diuitiæ multæ. ex Salomone *Prouerb. 22. 1.*

Atquè ità ex his, meliori non diuulso iu-
dicio, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

S V M M A R I V M.

1 *Responsionem incongruam vt recipiāt, quæ in-*
congruè proponuntur, mirum non est.
Proponenda proindè facta sunt, vt se habue-
re. num. 2.
Atquè vera proponenda.
3 *Factum, quòd diuersè proponitur, diuersimodè*
quòd decidatur, mirum non est, neque il-
liberale.
4 *Ius ex facto oritur.*

5 *Pecu-*

5 *Pecunia numerata pluris valet, quàm in creditum, & habenda, mercatori præsertim, num. 6.*
Et pecunia absēs maior emitur, vel commutatur præsenti minori. num. 8.
7 *Merces minori, vel maiori pretio distrahi poterunt, ob numeratam, vel nō numeratam pecuniam.*
Præsertim verò, si dubium sit pluris, vel minus merces valituras.
9 *Testi proxenetæ, vel mediatori, an fides præstetur, in dubium reuocatur.*
Post tamen actum perfectum, & si nullum in re habet interesse, creditur. num. 10.
Præsertim, si agatur de qualitate probanda, actus iám perfecti. num. 11.
Sunt tamen qui sentiunt, credi proxenetæ, etiam altera repugnante parte. num. 12.
In mediatore præsertim. num. 13.
Et si interesse in negotio non habeat, & de mera qualitate deponat actus iám perfecti. num. 14.
Absolutè tamen adminiculum facit. nu. 15.
Eoq; magis, si pars aduersa pro se eum producere tentauit, eumquè, vt pro se diceret, solicitauit. num. 16.
17 *Testem solicitans ad falsum dicendū, falsi pœna tenetur.*
Quia generatim falsitas est. num. 18.
19 *Testi solicitato ad falsum deponendum creditur, si corruptioni assensum non præstitit.*
20 *Testium duorum dicto res omnes probari potest.*
21 *Pecunias, qui in suam vtilitatem accepit, ipse restituere eas tenetur.*
22 *Emunt apochas minoris, vt postmodùm eas exigat, in sui damnum illæ cedunt, si pecunia integra deperdatur.*
Quia per emptionem dominiū in eum translatum fuit. num. 23.
Secus verò, si emptio facta non fuit. nu. 24.
Neq; in eum translatum dominium.
Sed ius tantummodò exigendi pecunias solutas.
Et facultatem illas exigendi, quam tradens habebat. num. 28.
Neque id permittit bonæ fidei contractus, vt venditor in lucro, emptor in damno sit. num. 31.
25 *Ius, Ceruus distinguntur.*
26 *Vitulus fructus est Vaccæ.*
27 *Corpus, & ius ad corpus distinguntur.*
29 *Contractus nō ex singulis partibus, sed ex toto iudicandus est.*
Vnde interim contractu non adhùc perfecto, periculum ad venditorem spectat, non ad emptorem.
32 *Contractus bonæ fidei non patitur, vt venditor in lucro, emptor verò in damno sit.*
33 *Factum proprium negare quis non potest.*
34 *Testibus, qui maiores sunt numero, & digniores, & qui meliora, & aptiora ad veritatem deponunt, standum magis.*
Et qui melius sciunt. num. 35.
36 *Testes, qui non sunt concordes, non probant.*
Quia quæ diuisa sunt, destruuntur. nu. 37.
38 *Testis in vno falsus, in omnibus falsus habetur.*
Quia iuramentum indiuiduum est. nu. 41.
39 *Scriptura Sacra, nequè etiam officiosa admittit mendacia.*
40 *Instrumentum, vel attestationes pro parte falsa, in totum falsa habentur.*
42 *Ignorare se ipsum nemo præsumitur, nec nomen suum.*
43 *Verisimile quod non est, falsitatis specimen habet.*
Nec ei fides præstatur.
44 *Testes inuerisimilia deponentes, vel falsi sunt, vel falsitatis suspitione laborant.*
45 *Daniel falsitatis coarguit duos illos senes, qui qui contra Susannam falsum dixerant testimonium.*
46 *Testes de formalitate deponentes verborum, contestes esse debent.*
47 *Testes, qui contra Christum testimonium dixerunt, falsi fuerunt, quia non erat conueniens testimonium eorum.*
48 *Veritas vna est. Quia Deus, qui veritas est, vnus est.*
49 *Testes quibus imperari potest, idonei non sunt. Siuè liberi, siuè serui sint. num. 50.*
51 *Mercedis modicitas, qualitatis mercennarij argumentum præstat.*
52 *Venditionis perfectio pecunia est.*
Et sine pretio venditio non subsistit.
53 *Restituere quis debet, quod ob causam accepit, causa non sequuta.*
54 *Litigans temerè, in expensis damnatur.*
Et calumniam facere videtur. num. 55.

ARGVMENTVM.

Pecunia plus numeratò valet, quàm in creditum & habenda. Mercatori præsertim. Potest itaq; aliquid accipi pro solutione anticipata. Proxeneta, & Mediator an idoneus sit testis, & quid si aduersarius eum corrumpere tentauerit, si ipse corruptioni assensum nō præstiterit, nùm idoneus sit testis? Duorum testium dicto statur in omni negotio. Pecunias, qui accepit

acccepit in sui commodum, ipse restituere tenetur. Apochas qui emit anticipata pecunia, si deperdatur pecunia, nùm in emptoris pereat damnum, vel venditoris? Res, & ius ad rem, distinguntur. Contractus non ex initio, sed ex perfectione dignoscitur. Testibus maioribus, dignioribus; & qui pro veritate meliùs deponunt, magis standum. Testis in vno falsus, in omnibus falsus habetur. Testes super formalitate verborum deponentes, concordes esse debet, alioquin fidem non faciunt, nec testes, quibus imperari potest, idonei sunt. Nemo se ipsum ignorare præsumitur.

RESPONSIO LXXI.

1 INcongruè, quæ proponuntur, incon-
gruam responsionem vt recipiant, non
mirum est. Indè quippè Diocletia-
nus, Maximianusq; Cæsares AA. Pontio re-
scribentes in *l. vt responsum congruum* 15.
C. de transact. sequentibus responderunt: *Vt*
2 *responsum congruū accipere possis, insere pacti*
exemplum. Rationem reddiderūt Theodo-
sius, & Valētinianus Augusti in *l. instrumen-*
torum exempla 8. aliàs *fin. C. de precib. Imper.*
offerend. Vt responsuro Principi (inquien-
tes) vera precatio rem aperiat cognoscen-
dā. Vera proindè, quæ proponūtur, esse de-
bent, vera vt indè sequatur respōsio. Diuer-
3 sum igitur, cùm sit factum, quod in iudiciū
in Magna Curia Vicariæ deduxit Domini-
cus Perillus, eiusq; fratres aduersus hæte-
des quondā V.I.D. Caroli Matina, ab eo, q
in veritate est; diuersa vt iuris sequatur res-
ponsio, non sanè mirum, neque illiberale
est. ex ijsdem Diocletiano, & Maximiano
Augustis in *l. precibus* 8. *C. de impub. & alys*
4 *substitut.* Cùm alioquin ius oriatur ex fa-
cto. ad Pauli sensum in *l. si seruus* 49. *in fin.*
& Alfeni in *l. in plagis* 53. §. *in Cliuo Ca-*
pitolino. & Iuliani in *l. item vulneratus* 52.
§. *eiusdem ergo. ff. ad legem Aquiliam*.

Factū ergo, quod Perillus præfatus proposuit, est: Ipsum, suosq; fratres vendidisse eidemq; Doctori Carolo Matina quinque apochas ducatorum 33. 3. 15. ex Gabella Farinæ, olim, eis in singulos menses debitas, pro ducatis viginti quinq; in vnaquaq; earum, suo sanè risico, & periculo. Probauit autem hoc per tres testes sibi subiectos, officij textorum sericorum drapporum, quos infrà expendemus.

Satis autem ab hoc diuersum est factum, quod tunc accidit inter dictum Perillum, dictumq; Doctorē Carolum; & in apocharum quātitate, & numero, & in modo agendi, & in pecuniarum quātitate soluta, & in causa.

Nàm causa, (vt ab hac initiū ducamus)
fuit; quòd dictus Dominicus Perillus ro-
gauit Doctorem Carolum tunc Guberna-
torem Arrendamenti Gabellæ Farinæ, vt
pro nouem mensibus solutionem anticipa-
tam sibi faceret, & pro anticipata pecunia
commodum acciperet carolenorū triginta
septem cum dimidio, in singulas apochas
ducatorum 33. 3. 15. E re sua quippè per
magni erat, numeratas habere pecunias, vt
de præsenti sericum emeret, cùm mercator
esset, euidensq; indè sibi lucrū accedebat.
Annuit propterea Doctor Carolus, eiq; du-
catos biscentum septuaginta in aureis du-
blis numerauit. Apocharum itaq; quātitas,
& numerus fuit nouem apocharum, non
quinq;. Modus agendi fuit grati animi er-
gò, & anticipata solutione, nō sanè per em-
ptionem, & venditionem. Quantitas, quòd
Carolus eidē soluit biscentum septuagin-
ta, remanentibus sibi carolenis triginta
septē, & dimidio in singulas apochas, pro
commodo, & interesse anticipatæ solutio-
5 nis, ad quam ipse non tenebatur. Plus enim
numerata valet pecunia, quàm in creditū,
& habenda; mercatori præsertim, qui rem
6 in promptu habebat, sericum videlicèt,
vt minori tunc numerato emeret. ex Ale-
xandri III. sensu ad Archiepiscopum Ge-
nuen in *cap. in Ciuitate 6. de vsur.* quatenùs
7 habet: merces minori, vel maiori distrahi
pretio posse, vel præsenti, vel dilata solutio-
ne, si dubiū sit, merces illas plus, minusuè
venditionis tempore valituras. Quia nimi-
8 rùm pecunia absēs maior emitur, vel com-
mutatur præsenti minori, vel datur pro ea.
docet *Nauar. Man. cap. 17. nu. 297. in 5. dicto.*
quē sequitur *Gratian. forens. par. 4. cap. 652.*
num. 21. Eminentiss. *Card. de Lugo de iustit. et*
iure, tom. 2. disput. 26. de empt. & vendit. sect. 7.
§. 1. num. 93. 95. & 96. Est ergo satis diuersū
hoc factum ab illo, quod Perillus propo-
suit, suisq; testibus probauit. In illo quidē
tres deponūt testes, & defectibus notati, vt
perpendemus: In hoc verò primus Iulius
9 Mari-

9 Marinellus mediator, siuè dixeris proxene-
ta, qui precibus Dominici apud Doctorē
Carolum intercessit, vt anticipatò pro no-
uem apochis numeratò pecunias sibi da-
ret, quibus sericum minori emeret. Non
itaquè quinque, sed nouem fuere apochæ.
Et quàmuis fortassè, si proxeneta hic esset,
vt non est, sed medius dumtaxàt fuit, & in-
tercessor, vt rogaret Carolum Dominico
agente, vt sibi pro nouem mensibus, no-
uemq; apochis anticipatò solueret, quod
facere non tenebatur, in dubium reuocari
posset, si fides ei præstanda esset. ex *Gloss. in*
§. in his verò. in auth. de instrument. cautel. &
fide. collat. 6. verbo *ad numeratorem.* sequitur
Roman. cons. 382. num. 4. Portius Imola lib. 1.
conclus. 21. nu. 1. & seq. quem admittit *Marc.*
Anton. Bellon. decis. Rotæ Genuæ 97. num. 3. &
decis. 188. nu. 6 7. & 8. Rota apud *Coccin. de-*
10 *cis. 352. nu. 4.* Secus tamen esset, si post per-
fectum actum, & quando nihil ad eum, vel
commodi accedere potest, vel incōmodi,
deposuerit. vt post *Portium Imolam d. con-*
clus. 21. in 5. limit. sequitur *Bellon. d. decis. 97.*
11 *num. 4.* Præsertim verò, quando agitur de
qualitate probanda actus iàm perfecti. vt
post *Bellon.* eundem *d. decis. 188. num. 9. vers.*
secundò, dato, quòd esset vera. sequitur *Rota*
apud *Coccinum decis. 415. num. 2.* Et si qui-
12 dèm nō desint, nec infimi nominis, nume-
riq; Doctores, qui simpliciter admittant;
proxenetam integrum esse testem, etiam
altera repugnante parte. post *Imol. d. con-*
clus. 21. Bellon. d. decis. 188. num. 7. & seq. In
13 mediatore præsertim. ex Gregorio IX. in
Concilio Generali Lugdunen in *cap. 1. de*
testib. in 6. Petrus à Gerardo, aliàs *de Petra*
sancta singul. 21. num. 5. fol. mihi 550. noster
Maranta cons. 34. nu. 21. Rota par. 1. in recent.
decis. 214. sub num. 2. quam sequitur *Beltra-*
min. ad decis. sanct. memor. Gregorij XV. 178.
num. 5. & apud *Mantic. decis. 6. num. 9. & 10.*
Rota Bononien per Camunculā decis. 60. num.
52. & 53. Hic verò proxeneta non fuit, sed
14 merus intercessor, neq; pro suo interesse
deponit, sed de mera qualitate facti, iàm
perfecti, & quod Dominicus nō it inficias,
& si aliter illud proponat. & quatenùs pro-
15 xeneta esset, nequè prohiberetur, quin ad-
miniculum faceret. vt perpendit *Rota* apud
eundē *Coccinum d. decis. 352. nu. 4.* pleniusq;
Rota Genuæ apud *Bellon. d. decis. 188. nu. 7. 8.*
16 *& 9.* Eoquè magis, quòd Dominicus pro
se hunc ipsum testem producere tentauit,
eumquè, vt suo modo diceret, sollicitauit,
17 vndè falsi pœna tenetur. ex Papiniano li-
bro 15. responsorum in *l. falsi nominis 13. ff.*
ad leg. Cornel. de fals. Ea ratione, quā *Gloss. 1.*
18 ibidem *in fin.* refert: Quia generatim fal-
sitas est. *Farinac. de testib. quæst. 77. §. 7. n. 252.*
in 12. ampliat. Auendan. de exeq. mand. Reg.
19 *par. 2. cap. 27. num. 19.* De hoc autem, præ-
ter ipsum testem, cui, ex quo corruptioni
assensum non præstitit, statur. ex Iustiniani
Cæsaris dicto in *l. si quis seruo 20. C. de furt.*
ex Honorio III. in *cap. fin. de testib. cogend.*
ibiq; *Bald.* quem sequitur *Grammat. consil.*
crimin. 1. nu. 12. & 13. & cons. 3. nu. 1. & seqq.
Interigliol. decis. 40. num. 22. Viuius decis. 282.
nu. 27. Hieron. de Federic. resolut. criminal. reso-
lut. 16. ad calcem 2. volum. consilior. Farinac.
idem *Farinac. de indicijs, & tortura, quæst. 45.*
præsertim verò *num. 29. in 1. limit. Rota decis.*
234. par. 4. diuers. collecta per eundem *Farin.*
Duo alij deponunt testes, exceptione omni
20 maiores, quorum vnus Sacerdos est. In ore
verò duorum, vel trium testium stabit om-
ne verbum. vt infallibilis testatur veritas
Christus Dominus. *Matthæi* 18. 16. & *Ioan-*
nis 8. 17. dicente ipso, & rationem redden-
te Pharisæis: *Et in lege vestra scriptum est:*
Quia duorum hominum testimonium verum
est. sequutusq; fuit, atquè decreuit Pascha-
lis Papa in *cap. in omni negotio* 4. & Alexan-
der III. Mattheo Cardinali scribens in
cap. licet vniuersis 23. in fin. de testib. deduxi-
mus *respons.* nostra 3. *num. 2. par. 3.* De fa-
cto verò, & apochis nouem, quæ in actis
deductæ fuerunt penès causæ Magistrum
Actorum cum eorum girata (*per altri tanti*)
quæ fuerunt recognitæ, & negari non pos-
sunt, & de solutione numeratò facta in *tan-*
te doppie d'oro, in domo prædicti Caroli, de-
ponunt Ioseph Falcoia V.I.D. fol. 25. à ter.
& fol. 26. super 3. dicens: *Et il detto Carlo*
li pagò la summa, ch'ascendeuano dette polise,
tutta in danari contanti in tante doppie d'oro,
con ritenersi solamente il detto Dottor Carlo li
carlini 37. e mezzo, ch'erano spari per ogni po-
lisa, habito respectu alla detta anticipatione.

Ioannes Spadarus fol. 26. à ter. & fol. 27.
dicens: *Et il quondā Dottor Carlo in tante*
monete d'oro li diede di contanti (Dominico
scilicet) *la summa, alla quale le dette polise*
ascendeuano, con ritenersi solamente carlini 37.
e mezzo per polisa, così d'accordio con il detto
Domenico, li quali disse ritenerlesi per causa
della detta anticipatione, che li faceua.

Paulus Burghetra fol. 27. à ter. *Et il det-*
to Carlo per causa d'esse (apochis scilicet)
diede allo detto Domenico docati ducento set-
tanta, che diceuano importarno, in tante mone-
te d'oro, che furno cōtate sopra la finestra della
camera doue dormiua detto D. Pietro. Frater
vtiq; dicti Caroli.

21 Ipse itaq; Dominicus, qui pecunias ac-
cepit, suumq; traxit in commodū, ipse re-
stituere tenetur. ex Caio lib. 3. de verbor.
obligationib. in *l. soluendo* 41. & Labeone
lib. 6. posteriorum epitomes in *l. cùm pecu-*
niam 45. ff. de negot. gest. ibiq; *Glos. & Angel.*
sequiturq; *Rota Genuæ* apud *Marc. Ant. Bel-*
lon. d. decis. 97. num. 9.

Nec infertur, quod ipse præsumpsit: Do-
22 ctorem

22 ctorem Carolum apochas prædictas emis-
se, & minori. in suum proindè caput earũ
aleam transtulisse. ex Paulo lib.1.ad Sabi-
num in *l. id, quod* 7. & lib.33.ad edictum,
in *l.necessariò* 8. *ff.de peric. & cõmod. rei ven-
dita.* sequiturq; *Gloss. in l. si fundus* 36. ver-
bo *tenearis ex empto. ff. locati, & conducti.*
23 Quia nimirùm per emptionem dominium
in emptorem transfertur, vt ad eum quoq;
rei eiusdem,& commodum,& periculum
reuertatur. ex Alexandro Cæsare in *l.2. C.
de peric. & commod. rei vend.* ibiq; per Do-
ctores. *Afflict. decis.* 399.*num.*4.*& seq. Faul.
Stataban. Reg.Consiliar. resolut. forens. resolut.*
21. *num.*9.

Cùm, quòd Doctor Carolus verè non
emit dictas apochas: annuit tantummodò
*di volere fare detto piacere di darli alcune me-
sate anticipatamente per auualersi del denaro,*
vt dicit dictus Iulius Marinellus medius;
super tertio fol.23. à ter. subnectens: *ma
restorno appuntati, che esso Domenico hauesse
accendito con detto Carlo, che l'hauria fatto det-
to piacere.* Subiungens quoquè super 4.
*Che quando esso testimonio trattò detto negotio
vt suprà, e s'abboccorno li detti Domenico, e
Carlo insieme con esso testimonio, vt supra, si
discorse, e trattò,& intese discorrere, e trattare
solamente dell'anticipatione, nè mai si discorse*
24 *di risico alcuno.* Non itaq; emit dictas apo-
chas Doctor Carolus; neq; consequentèr
ad aliquod periculũ tenetur, cùm in eum
apocharum dominium trãslatum minimè
fuerit; sed ius tantummodò exigendi pe-
cunias solutas. vt in superioribus etiam
diximus.

25 Nec sanè nouũ est ius ipsum à re distin-
gui,& ab inuicem separari. Aliud est enim
res, aliud est ius ad rem ipsam. Innuit hoc
non in tenebris Iulianus lib.52. digestorũ
in *l.vacca emptor* 43.*ff.de euictionib.* illis ver-
26 bis: *Nàm quod dicemus, vitulum esse fructũ
vaccæ:non ius,sed corpus demonstramus.* Aliud
27 quippè corpus est, aliud verò ius ad cor-
pus. aliud erit igitur res, aliud verò ius ad
rem. Quam distinctionem agnouit per quã
optimè *Glos.in can.peruenit* 13. verbo *laica-
libus.1.quæst.*3. dùm & ipsa apertissimè de-
ducit: aliud esse ius, aliud res ipsas. Non
aliud igitur in Carolum Dominicus per
apocharũ giratam, & cõsignationem tran-
28 stulit, nisi ius exigendi illas, sicut ipse ha-
bebat; facultatem videlicèt exigendi illas
tempore adueniente. ex *Molina lib.3.de iu-
stit.& iure.disput.*717.*num.*1.

Hoc autem ipsum confirmãt alij testes,
qui solutioni Dominico factæ præsentes
fuerunt, Ioseph Falcoia V.I.D. *ne si fè men-
tione di risico, ò altro.* fol.26. super 3. Ioan-
nes Spadarius super 3. fol.27. à ter. *nè si fè
mentione alcuna trà essi di pericolo, che forsi
hauesse potato socceedere; ò altra cosa.* Paulus
Burghetta super omnibus articulis fol.27.
à ter. *nè fù discorso di risico, ò altro futuro
soccesso.*

Nec obstaculum faciet, quòd Marinellus
ipse dicat: *E raggionorno insieme esso Dome-
nico, e detto Carlo di detto negotio,& esso Car-
lo s'offerse di volerli fare piacere di comprarsi
dette polise.* Namquè nequè tractatus anteà
processerat, vt emeret, nequè vt dictus Do-
minicus venderet, sed vt anticipatò solue-
ret, & ità effectus subsequutus fuit. Nequè
porrò è re fuisset Dominici, si vendidisset
apochas,& risico emptoris; nàm satis mul-
tò minoris vendidisset illas, nequè hic sen-
sus erat Dominici, vt venderet, vt ipsimet
Dominici testes contestantur: *che detto Do-
menico diceua non volerui perdere tanto.* neq;
29 Caroli, vt emerat. Contractus autem non
ex singulis partibus, sed ex toto iudicãdus
est. ex Iuliani sensu lib.2. ad Vrseium Fe-
rocem in *l.Meuius* 53. *§.fin. ff. famil. ercisc.*
& ex Caio lib.10. ad edictum Prouinciale
in *l. quod sæpè* 35. *§.in iis, quæ pondere. ff. de*
30 *contrab.empt.& vendit.* Quia interim con-
tractu non adhùc perfecto, periculum ad
venditorem spectat. ibiq; *Gloss.* verbo *adnu-
merauerit. §.sub conditione. Institut. de verb.
obligat. Surd.cons.*217.*num.*13.*& seq. vol.*2.
*& decis.*155.*num.*5. *Rota* apud *Coccin. decis.*
370.*nu.*2. *Larrea* optimè *decis.Granaten* 11.
*nu.*3.*& 4.par.*1. Ex toto verò fuit, vt antici-
patò solueret, vti omnes deponunt testes.
præsertim Marinellus, vt etiam paulò antè
ex eius verbis perpendimus: *Si discorse, e
trattò, & intesi discorrere, e trattare solamente
dell'anticipatione; nè mai si discorse di risico al-*
31 *cuno.* Ità ergo iudicandus erit. Et quate-
nùs emisset (quod abnuimus) neq; sic ta-
men pretium amitteret Carolus, vt Domi-
nicus solus lucrum referat, ille damnum.
ex Vlpiano lib.2. responsorum in *l. empto-
rem* 12. *§. qui autem fin. ff. de actionibus em-*
32 *pti, & venditi.* inquiente, & rationem red-
dente soquentibus: *Nequè enim bonæ fidei
contractum hanc pati conuentionem, vt emptor
rem amitteret,& pretium, venditor retineret.*

Nihil igitur ad rem factum, iudiciumq;,
quod Dominicus aduersus Doctoris Ca-
roli hæredes instituit. Satis quippè ab hoc
nostro diuersum, dissonumq; est. Ipse nem-
pè iudicium instituit pro quinq; apochis,
quas vendidisse dicit dicto Doctori Caro-
lo pro ducatis centum vigintiquinq; cum
expresso pacto, quòd periculum,& risicum
emptoris damno cederet. Factum verò no-
strum est in apochis nouem, quæ in actis
præsentatæ fuere cum girata ipsius Domi-
33 nici; vt factum proprium negare minimè
nunc valeat. ex Vlpiano lib.5. opinionum
in *l.post mortem* 25. *ff.de adoptionib.& eman-
cipationib.* ibiq; *Gloss.* verbo *factum suum. &
Bart.* ex Augustino in *can.certè ego* 18. ibiq;
Gloss.

Gloss. verbo *ecce* *12.quaest.1.* & pro illis numeratò biscentum septuaginta recepit, & in domo ipsius Caroli. De numeratione verò deponunt tres testes contestes de eodem tempore, & loco,& mense, eademque pecuniæ qualitate,quantitateq;,& ipsi omni maiores exceptione, vt in superioribus,
34 eorum dicta perpendendo ostendimus. Ijs igitur potiùs standū; & quòd maiores numero,& digniores; & meliora,aptioraq; ad veritatem deponant.ex Innocentio III. in *cap.licèt causam 9. § ex præmissis igitur. de probationib.* & *cap. in nostra præsentia 32. de testib.* & Clemente III. Florentino Episcopo in *cap. videtur nobis 3. qui matrim. accus. poss.* illis verbis:qui enim meliùs recipi de-
35 bent; quàm illi,qui meliùs sciunt? ibique *Gloss.* verbo *sciunt.* noster *Marantu cons.19. sub num.23.* & *cons.145. nu.13.* & 14. *Vtuius decis.377.num.9.Rota* apud *Card.Caualer.decis.161.num.8.* & *decis.361.num.2.*

Expendamus proindè nunc testes, quos Dominicus attulit; apertis vtiq; perspexerimus oculis; vel falsum esse,quod dicunt; vel alienum esse ab hoc iudicio, quod Doctoris Caroli hæredes concludenter, perq; veros testes probauere.Vt propterea ad solutionem pecuniarum, quas numeratò recepit, iurè damnandus sit Dominicus. vt diximus.

Et quidē Petrus Scotta *Tessitore di Terzanelli* primus testis fol.12. satis apertè in caput suum mentitur,de tempore indeterminato loquens: *Che vn giorno vidde esso testimonio,che venne nella poteca, ch'all'hora teneua detto Domenico Perillo insieme cō suo fratello à Seggio di Porto il qu. Dottor Carlo Matina,ch'all'hora era Arrenditore della Farina, con il quale detto Domenico in presenza d'esso testimonio,* & *altre persone, che in detta poteca se ritrouauano, negottò di vendere cinque mesate.* Neq; alios nominat,qui inibi erant.& tamen Dominicus Angrisanus quando ipse ad apothecā aduenit, reperit inibi Doctorem Carolum, qui cum Dominico rem habebat de emendis apochis. & Carolus Molarus Carolum nō cognoscebat,*ma l'intese chiamare Signor Carlo Matina.* fol.13. aderant hi proindè,& horum non meminit Scotta.

Et in fine addit,vt concinniorem falsitatem faceret, conspicioremq;. *Anzi il detto Domenico effettuato detto negotio, diede ad esso testimonio vn cinque cinquine di paraguanto, stante, che esso testimonio era andato à chiamare detto Carlo nella Gabella à Porta Nolana.* Quando verò eum vocauerit, vel quando ad apothecam accessit dictus Doctor Carolus, vel postmodùm, non exprimit. Primò enim dicit: *che venne nella bottega,* & Dominicus cum Carlo egit, *di vendere cinque mesate di docati 33. e carlini sette e mezzo l'vna.* Et subnectit: *o finalmente furno d'accordo per ducati 25.la mesata,*&*c.* subiungens, quod iàm attulimus: *Anzi il detto Domenico effettuato detto negotio, diede ad esso testimonio vn cinque cinquine di paraguanto, stante, che esso testimonio era andato à chiamare detto Dottor Carlo nella Gabella à Porta Nolana.* de quo nullus alius deponit. neq; vllus testis alium in contestem refert, neq; de Petro Scotto meminit; & tamen ex dicto ipsius alij aderāt: *in presenza d'esso testimonio, e d'altre persone, che in detta bottega se ritrouauano.* aderant itaq; alij, sed al-
36 terius alter non meminit. non itaq; concordes sunt. non ergo probant. ex Paulo lib.5. sententiarū in *l.qui falsò,vel variè 16. ff. de testib.* & totus ille titulus per Gratianum refertur in *can. si testes 3. §. qui fal-*
37 *sò. 4.quaest.2.* & *3.* quia quæ diuisa sunt,destruuntur.ex *can.si ea 4.25.quaest.1. S.Thom. 2.2 quaest.70.art.2.ad secundum.* Iàm enim ipsa prima vice, quando Carolus accessit ad apothecam, negotium suum vidit finē vt quid igitur hæc secunda vocatio? Si autem dicat,quòd primò eum vocauit. non vtiq; spontè sua Carolus accessit,vt quinq; emeret apochas.Si non spontè sua: quo iure Dominicus ipsum testem ad accersendū Carolum misit, vt eius ad apothecam accederet,vt cū eo ageret de vendendo quinque apochas? Accessisset ipse Dominicus ad domum Caroli Iuris vtriusq; Doctoris, neque infimæ conditionis Viri.

Videant itaque, qui oculi capti non
38 sunt,quàm concinnam hic finxerit falsitatem. Si itaq; in hoc vno falsus, & in omnibus falsus habebitur. *Gloss.* notabilis in *cap.in nostra præsentia 32.* verbo *aduersa. in princ. de testibus.* ex Augustino in *can. si ad scripturas sanctas 7. dist.9.* verba damus Augustini ad Hieronymum: *Si ad scripturas*
39 *sanctas admissa fuerint officiosa mendacia;quid in eis remanebit auctoritatis? Quæ tandèm de scripturis illis sententia proferetur; cuius pondere contentiosa falsitatis obteratur improbitas?* ità Augustinus. ibique plenè *Gloss.* verbo *quid in eis.* Argumentans: *Quòd si*
40 *instrumenta, vel attestationes pro parte inueniuntur falsa, quòd in totum reprobantur.* Et nō in totum hic vti falsus repelletur testis, qui in vno mendax inuentus fuit, & mendacio euidenti? docent hoc *Marantu* noster *cons.12.num.1.* & *2. Consiliar. Staibauus resol.54.num.42.* & *resol.68.num.35.* alijq;.
41 Ratio verò euidens est: quia iuramentū, q̄ per eos præstatur, indiuiduū est. vt perpendit *Bal.in l.fin.nu.18.C.de edict. diu.Hadr. tollen. Vtuius decis.377.nu.7* & *8. Rota* apud *Card.Seraphin. decis.295. nu.4.* & apud *Duranum decis.338. nu.19. par 2. Farinac.de testib.quaest.56.num.191. Horat.Persius cons.ciuil.29.num.10.* in plura proindè secari non

 potest,

poteſt, vt pro parte verũ,& pro parte ſit fal-
ſum. Preter quàm quòd,& in alio mendax
eſt,quòd vocat eum Arrendatorem, cùm
Carolus Arrendator non eſſet, ſed Guber-
nator.Sicuti magis in hoc falſus eſt ſecun-
dus teſtis Dominicus Angriſanus,& ipſe
Textor ſerici fol.12.à ter. dùm Caroli ver-
ba referens, dicit: *Et il detto Dottor Carlo,
che li voleua dare docati 25. la meſata, però
che eſſo ſe li pigliaua come Arrēdatore, ch'era.*
Et tamen Carolus Arrendator non erat.Et
quidèm, quòd ipſe teſtis Carolum Arren-
datorem eſſe putauerit, mirum non ſanè
eſt; errare quippè potuit alieno in facto,
atq; ità præſumere: Sed quòd ipſemet Ca-
rolus eùm Arrendator non eſſet, ſe Arren-
datorem vocauerit, & vti talem ſe iactaue-
rit, hoc ſanè mirum eſt; nec credendum,
in re quidèm euidenti. Neq; porrò Domi-
nicus ità reſupiuus erat, vt hoc ignorarit,
Carolum Arrendatorem non eſſe, ſed Gu-
bernatorem, & nomine alieno, nõ ſuo age-
re. Gubernabat enim nomine filiorum
Sportelli prædefuncti. Eodemq; laborat
morbo tertius teſtis Carolus Molaris, &
ipſe Textor fol.13. *Che in tanto lui* (Caro-
lus videlicèt) *ſe le comprana, in quanto era*
42 *Arrendatore.* Nemo quippè ſe ipſum igno-
rare præſumitur,vt in facto proprio erraſſe
euidentèr valeat,velitq; Verbis hoc aſtrui-
mus, & ratione, quã Iuſtinianus affert Cæ-
ſar in *l.cùm in libris* 14. aliàs *fin. C. de hære-
dib. inſtituend.* Nequè enim (inquiens) ſic
homo ſupinus, imò magis ſtultus inueni-
tur,vt ſuum nomen ignoret. *& in fin.* Cùm
non ſit veriſimile in ſuum nomen quenquã
43 erraſſe. Quod ergo veriſimile non eſt,fal-
ſitatis ſpecimen præ ſe fert, atquè proindè
fides ei habenda non eſt, nec credendum.
ex Alexandro III. in *cap.quia veriſimile* 10.
de præſumptionib.& Vlpiano lib.5.opinionũ
in *l.non eſt veriſimile* 23. *ff.de eo, quod metus
cauſa geſtum eſt. Rota* apud *Card.Mantic.de-
ciſ.6.nu.2.* diximus *reſponſ.* noſtra 59. *nu.*30.
44 *par.*3. Teſtes ergo inueriſimile deponẽtes,
vel falſi ſunt, vel falſitatis ſuſpitione labo-
rant. *Abb. d.cap.quia veriſimile* 10. *in fin. de
præſumptionib. Grammat. deciſ.*103. *num.*78.
Barboſa,qui plura refert *axiom.*223. *nn.*5.6.
ad fin. Rota Genua apud *Bellon.deciſ.*24.*n.*13.
Prætereà cùm de formalitate verborum
dicant dicti teſtes dicti Doctoris Caroli,
quibus ſe periculo, alęquè ſubijeciſſe apo-
charum aſtruunt, concordes nõ vtiq; ſunt,
ſed vnus vnum,alius aliud dicit.Sic falſita-
45 tis arguir iure quandoq; Daniel ſenes il-
los, qui contra Suſannam teſtimonium tu-
lerunt,concupiſcẽtia eius attracti pulchri-
tudinis. *Danielis* 13.54. Interpellans quip-
pè illos, cũ adhùc ipſe puer eſſet,cuius ſpi-
ritum ſuſcitauerat Deus. Primo *Inueterate*
(inquit) *dierum malorum: Nunc ergo ſi vi-
diſti eam, dic ſub qua arbore vidiſtis eos collo-
quentes ſibi? Qui dixit ſub ſchino. Dixit au-
tem Daniel: Rectè mentitus es in caput tuum.
Amoto eo, iuſſit venire alium, & dixit ei: Se-
men Chanaan,& nõ Iuda,ſpecies decepit te,&
concupiſcentia ſubuertit cor tuum. Nunc ergo
dic mihi,ſub qua arbore comprehenderis eos lo-
quentes ſibi? Qui ait ſub Prino. Dixit autem ei
Daniel: Rectè mentitus es tu in caput tuũ,&c.*
Arguamus & nos illos paritèr falſitatis.
Primus dicit (*Petrus Scotto*) dixiſſe Carolũ:
Che benche eſſo ci faceua detto auanzo (vtiq;
ducatorũ octo, & carolenorum ſeptẽ cum
dimidio in ſingulas apochas) *nulladimeno
quelle reſtauano à carico ſuo.e che ancorche fuſ-
ſe caduto il Cielo eſſo Domenico non era tenuto
à coſa alcuna.* Quaſi præſcij fuiſſent eorum,
quæ poſtmodùm acciderunt, quorum nec
ſuſpitio quidèm per ſomnium tunc adeſſe
poterat..
Secundus verò Dominicus Angriſanus:
*E che reſtauano à carico ſuo,e che eſſi di Perillo
nõ erano tenuti à coſa alcuna,ancorche fuſſe ve-
nuto altro Viceré,ò foſſe caduto tutto il Mondo.*
Non enim ex Proregis mutatione gabel-
læ,quæ perpetuò impoſitæ fuerunt,mutatæ
vnquàm fuere. ni magis nouæ adiectæ.
Tertius autem Carolus Molarus: *Che lui
ſe le compraua in quanto, ch'era Arrendatore;
e che s'il Viceré s'haueſſe pigliato li danari di
detta Gabella,ò fuſſe ſocceduta qualſiuoglia co-
ſa, perdeua lui.*
46 De formalitate itaq; deponentes verbo-
rum Caroli conueniẽs nullo modo eorum
eſt teſtimonium. Sicuti eorum, qui contra
Chriſtum falſum quandoq; teſtimonium
47 dixerunt. vt Euangeliſta Marcus 14. 60.
conteſtatur: *Et non erat conueniens teſtimo-
nium illorum.* Et tamen per formalia verba,
quæ Carolus in hac re peculiari,ſecundùm
eos dixerat, vnus vno, alter altero, tertius
quoq; & alio modo ea proponit. Vera er-
go verba ipſa non ſunt, quæ ſic diſtrahun-
48 tur. Veritas quippè vna eſt. Quia nimirùm
Deus,qui veritas eſt, vnus eſt. ex Gregorio
Magno in *can. fraternitatis* 1. 35 *quæſt.* 10.
Non itaq; eorum ſtandũ depoſitioni.Cùm
vnam rem,ipſamq; vnam verborũ formali-
tatem,ità vario depoſuerint modo.ex *Gloſ.
in cap.cùm Eccleſia Sutrina* 3. verbo *vacillaſ-
ſe.* ibiq; *Franciſc. Ripa num.69.de cauſ.poſſeſſ.
& propriet.*optimè *Butr. in c. nihil intereſt* 7.
*num.2.de verbor.ſignific.extrà.Bald.in cap.bo-
na memoriæ Moguntinus* 23.*col.*4.*nu.*19.*verſ.
ſed quid dices,vnus deponit de elect.*quẽ pluri-
bus ſequitur *Franciſc.de Ponte conſ.*63.*nu.*1.
*& ſeq.lib.*1.noſter *Maranta conſ.*19.*num.*11.
*in fin.& conſ.*47.*nu.*3. *Farinac.de teſtib. q.*64.
*num.*67.*in* 11.*ampliat.& num.*68.*& ſeq. Ro-
ta* apud *Card.Seraphin.deciſ.*270.*num.*3.
Accedit his quoquè,quòd tàm ipſe Do-
minicus, quàm per eum examinati teſtes
dicunt,

dicunt à Carolo retinuisse sibi ducatos octo, & carolenos septem, & dimidium, ex vnaquaque quinque apochaenim, concordasse verò pro ducatis 25. in vnaquaq; earum soluenda. In facto verò nostro per testes omnes probatum est; Carolum pro anticipata solutione retinuisse sibi carolenos triginta septem, & dimidium in singulas apochas. Satis proindè diuersum hoc est factum, ab illo, quod Dominicus proposuit, atque talibus testibus probare nixus est. præsertim vilibus, pauperibusq;, & qui ei subiecti
49 erant. Testes autem, quibus imperari potest, idonei non æstimantur. verba excipe Licinij Ruffini lib. 2. regularũ in *l. idonei 6. ff. de testib.* quibus nobis testimoniũ facit: *Idonei* (inquiens) *non videtur esse testes, qui-*
50 *bus imperari potest, vt testes fiant*. siuè liberi, siuè serui sint. Et intellige *imperari* à producente eos pro se. vt *Gloss.* 1. ibidem commentum agit. qui textus fuit per Gratianum inter sacros relatus canones in *can. si testes 3. §. idonei non videntur. 4. q. 2. & 3. Petr. Gerard. siuè de Petra sancta sing. 24. num. 8. Rota decis. 125. num. 4. per Farinac. post primum volum. consilior.* & apud *Card. Caualer, decis. 492. num. 5. & decis. 520. num. 4. & 5.*

Et planè perpende; quis testis fuerit Petrus Scotto, qui gloriatur, quasi magnum quid acceperit, quòd Dominicus *diede ad esso testimonio vno cinque cinquine di paragnato, &c.* Gloriosam quidèm mercedem tanti facinoris! & fortassè testimonij vt hoc daret. Modicitas quippè, & paucitas huius
51 mercedis, qualis hic homo fuerit, non infirmum argumentum præstat. ex Vlpiano lib. 25. ad Edictum in *l. Nouatius 20. §. si mater quasi pietatis religionis & sumpt. funeris* illis verbis sumptus, quia permodica fuit, in funus non sufficit.

Cæterùm nec probatur pecuniarum numeratio, nisi quòd conuenerunt, vt fieret: *E finalmente furno d'accordio per ducati 25. la mesata.* Petrus Scotto. Et Dominicus Angelillus; *E così restorno d'accordo, & effettuarno detto negotio.* Carolus Molaro. *E così furno d'accordo, & il detto Domenico ce li liberò per ducati 25. la mesata.* De solutione verò nemo loquitur, nec quisquam est, qui de illa deponat, nec quidèm per somniũ verba faciat. Nõ igitur numeratio, quæ neces-
52 saria fuerat ad venditionem concludendã, probatur. Pecunia namquè venditionis est perfectio: Cùm sine pretio venditio nulla fit. ex Vlpiano lib. 50. ab Sabinum in *l. inter patrem 2. §. sine pretio. ff. de contrah. empt. & vendit.* & Diocletiano, & Maximiano Augustis in *l. empti fides 9. C. de contrah. empt.* In facto autem nostro cõtestes sunt omnes testes de solutione in pecunijs in auro, siuè dublis, in domo eiusdem Doctoris Caroli, in fenestra cubiculi, in quo D. Petrus eius germanus domiciebat, & de tẽpore eodèm, vt in superioribus exactè perpendimus.

Satis ergo diuersum est factũ, quod Dominicus proposuit, ab eo; quod hæredes Caroli deduxere in iudicium lacessiti, & probauere: nec Dominicus pecuniarum receptionem diffitetur, licèt ipse pro apochis quinq; in ducatis centũ viginti quinq; solutionem confiteatur; sed conuincitur à testibus hæredum Caroli de loco, tempore,
53 numero pecuniarum, & qualitate. Iure ergo ad restituendum damnari debet, quod accepit; causa non sequuta. vti Vlpianus docet lib. 6. ad Sabinũ in *l. 1. ff. de condict. sine causa.* & ex Augustino ad Macedonium epist. 54. in *can. non sanè 15. 14. quæst. 5. Nauar. cons. 99. nu. 1. lib. 5. de simonia.* Atq; etiam
54 in expensis; quòd temere litigarit. ex Vlpiano lib. 5. de officio Procõsulis in *l. eum, qui temerè 79. in princ. ff. de iudic. cap. finem litibus 5. de dolo, & contumacia.* Quia etiam
55 calumniam fecit. *cap calumniam 4. de pœn.*

Atq; ità ex his, Aristarchi non excusso supercilio, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

Contra Perisium per Magnam Curiam sententia fuit. sed appellauit ille ad Sacrum Consilium.

S V M M A R I V M.

1 *Religionis Nouitius, si promoueri ad ordines voluerit, sacros præsertim, non ab alio, quàm à suo debet Episcopo Ordinario.*
Ità quidèm, vt dimissoriales litteras ei Religio dare non possit. num. 2.
3 *Hierosolymitana Religio, vera est Religio, vna ex approbatis à Sancta Sede Apostolica. & num. 7.*
In ea tria emittuntur substantialia vota. num. 4.
Paupertas, Castitas, Obedientia.
4 *Vota substantialia Religionis tria sunt: Paupertas, Castitas, & Obedientia.*
In his neq; Papa dispensat, vt sit Religio sine votis. num. 5.
Nec sunt Religiosi, qui non illa profitentur. num. 6.
7 *Milites Hierosolymitani veri Religiosi sunt.*
8 *Nouitij Religionis dùm in probatione sunt, promoueri ad ordines (sacros præsertim) minimè possunt, nisi perquisita concurrant* Sacr. Trident. Concil. sess. 21. cap. 2. de reformat.
Quòd ad titulum promoueantur vel beneficij, vel pensionis, vel patrimonij.

Alioquin & Ordinans, & Ordinati in pœnas dant Cōstitutionis Pij V. Romanus Pontifex sacrorum. *num.9.*

Suspensionis, excommunicationis, & irregularitatis. num.27.

Non poterunt proindè dimissoriales litteras concedere Religionis Superiores.

Ratio affertur. num.10.

Contrariū sequuntur Diana, *&* Bordonus. *num.21.*

Sed refelluntur, num.22.

Neq; iniuriam aliquam facit Religioni Nouitius. num.11. & num. 18.

10 *Nouitius intra nouitiatus annū pro non subiecto Religioni habetur;*

Quoad ordines præsertim. & num.25.

Quia ad sęculum redire potest.

Contrarium dicit Bordonus, *num.26.*

Sed reprimitur,

12 *Vota, qui vouent, reddere illa Deo tenentur.*

Displicet enim ei infidelis, atque stulta promissio,

Non igitur differenda redditio. num.13.

Quod & Deus præceperat Moysi. nu.14.

15 *Vouere ex libertate pendet arbitrij.*

Post votum verò emissum, redditio necessitatis efficitur.

Vt non sine peccato à reddendo cessari possit.

Irritam igitur pollicitationem suam facere minimè debet. num.16.

Melius est non vouere, quàm votum, prout melius potest, non perficere. num.17.

19 *Iustè facit qui iure quidquam facit, & proindè benè.*

Non igitur peruertendum.

20 *Legem qui sequitur, non peccat.*

23 *Societas IESV habet priuilegium, vt Nouitijs concedere valeat dimissoriales ad ordines.*

Eodem per communicationē gaudent Theatini.

24 *Priuilegium priuata lex est; quòd in priuato feratur,*

Eximit proindè à iure communi.

ARGVMENTVM.

Religionis Nouitius dùm in probatione adhùc est, nùm promoueri ad ordines possit, ad sacros præsertim, presbyteratus etiam? Et nùm Superioris Regularis dimissoriales perquirātur, vt promoueri possit; vel ad Episcopum spectat Ordinarium, vt eum promoueat? Hanc proindè ob causā Constitutio perpēditur Pij Papæ V. *Romanus Pontifex sacrorum.* Et quid si Nouitius Religionis fuerit Sacræ Hierosolymitanæ? Est enim hæc Illustrissima Religio verè Religio ex approbatis à Sancta Sede Apostolica, in qua tria profitentur Religionum omnium substantialia vota, Obedientia, Paupertas, Castitas. Vota, qui vouit Deo, reddere tenetur. Displicet enim ei stulta, & infidelis promissio. Refellitur proindè *Dianæ*, atq; *Bordoni* sententia, qui Constitutionis Pij Quinti nec meminere.

RESPONSIO LXXII.

IVre, nec sanè iniuria Dn̄s Ioseph Brancatius quondam Hadriani Comitis Castilionis natus, Nouitius in Sacra Religione sācti Ioannis Hierosolymitani, venerandæ linguæ Italæ, per Breue Sanctiss. D.N. Innocentij Papæ X. dispensationis in tribus diebus Festiuis, vt promoueri posset, ad sacrum etiam presbyteratus ordinem, facultate nobis facta per Eminentiss. Dn̄um Cardinalem Philamarinum Archiepiscopum Neapolitanū, Eminentiæ suæ nomine particulares ordinationes habentes, eum
1 promouimus, & ordinauimus. Cùm enim
ipse professionem non emisisset in dicta
Sacra Religione, sed Nouitius adhùc esset,
non ab alio, neq; ex alterius licētia, quàm
ab Eminentissimo eodem Cardinale Ar-
chiepiscopo Neapolitano, cùm ipse Nea-
poli ortus esset, promoueri poterat. Nequè
2 Sacra eadē Religio dimissoriales litteras,
vt promoueri valeret, dare poterat. Est
3 quippè Illustrissima Hierosolymitana Re-
ligio vna ex approbatis, & veris, quæ in
Dei sunt Ecclesia, Religionibus. in qua
tria, sicuti in alijs approbatis, promittun-
4 tur substantialia vota: Paupertatis, Casti-
tatis, & Obediētiæ. ex Innocentio III. Ab-
bati, & Conuentui Sublacen in *cap. cùm ad
monasterium 6. §. fin. de statu monachor.* ra-
tionem reddente, ac dicente: *Quia abdica-*

5 *tio*

5 *tio proprietatis, sicut & custodia castitatis adeò
est annexa regulæ monachorum, & contra eam
nec Summus Pontifex possit licentiam indulge-*
re. & ex Clemente V. in Concilio Viennen
in *clement. cùm de quibusdam 1. in princ. de
religios. domib.* dùm de Beguinis loquens,
6 illas non esse religiosas inferens, sic argu-
mentatur, *Quæ cùm nulli promittant obedi-
tiam, nec proprijs renuntient, neq; profiteantur
aliquam regulam approbatam; religiosæ nequa-
quàm existunt.* In Religione Sancti Ioannis
Hierosolymitani religiosi, qui in ea sunt,
promittunt obedientiam superiori, pro-
prijs renunciant, & castitatem spondent,
atque à Sancta Sede Apostolica approbatã
7 regulam profitétur. Est ergò ipsa verè Re-
ligio, eiusq; professores verè sunt religiosi.
*ex S. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 11. & quæst. 186.
art. 6. & 7.* Rota apud sanct. memor. *Grego-
rium XV. in Interamen bonorum 27. Ianuarij
1603. decis. 87. nu. 2.* quæ est etiam in impres-
sis *par. 2. in recentiorib. decis. 76. sub num. 1.* &
ibidem *Beltramin.* Addens *num. 13. Barbosa
de iur. Ecclesiast. lib. 1. de transeuntibus ad Re-
ligionem. cap. 42. num. 206. Rota* apud *Dura-
num decis. 308. nu. 1. & seq. par. 2.* deduximus
Nos latè *respons. nostra 3. nu. 35. & seq. p. 4.*
Sicuti igitur in alijs veris, & approbatis
Religionibus, in quibus tria illa promit-
8 tuntur vota, nouitij, cùm in probationis
anno viuant, promoueri (ad sacros præser-
tim ordines) minimè possunt, nisi in eis
perquisita cõcurrant Sacri Tridẽtini Con-
cilij *sess. 21. cap. 2. de reformat.* Præsertim ve-
rò, vt ad titulũ promoueatur, vel sufficien-
tis beneficij, quod pacificè possident, vel
patrimonij, vel etiam pensionis, si hos Epi-
scopus assumendos iudicauerit, alioquin
9 ex Pij Quinti Constitutione, quæ incipit:
Romanus Pontifex sacrorum, de qua memi-
nit *Peyrin. de priuileg. regular.* in Sixto IV.
constit. 2. §. 11. num. 37 fol. mihi 25. eumq; se-
quitur *Lezana in summa par. 1. cap. 14. nu. 20.*
tàm Episcopus ordinans, quàm promotus
in suspensionis dant pœnas, atquè in alias
inibi contentas. Ità, pariq; modo, & huius
Sacræ Hierosolymitanæ Religionis, quæ
verè Religio est, nouitij, si intrà nouitia-
tus tempus promoueri voluerint, decretũ
præfatum Sacri Tridentini Concilij *d. sess.
21. cap. 2. de reform.* seruare eos oportebit,
vt iure ad sacros promoueãtur ordines; &
ni in pœnas dictæ Pianæ Cõstitutionis da-
re voluerint. ex *Peyrin. d. num. 37. fol. 25. Le-
zana d. cap. 14. nu. 20. par. 1.* rationem refert
Sayr. in thesaur. de censur. lib. 4. cap. 13. sub
10 *num. 5.* Quia nimirũ nouitiatus anno per-
durante, nouitius pro nõ subiecto Religio-
ni habetur, vt promoueri valeat, cũ ex suo
arbitratu, habitu excusso regulari ad secu-
lum redire valeat, habitu resumpto secula-
ri. *Lapo in cap. cùm nullus 3. de tempor. or-
dinat. in 6. num. 3. Ancharan. ibidem num. 3. &
Franch. num. 5. Rodriquez qq. regular. tom. 3.
quæst. 23. artic. 2. Henriquez in summa lib. 10.
c. 23. §. 3. in commento. lit. G. Gratian. forens.
disceptat. par. 4. cap. 791. num 6. Card. Tuscus
practicar. conclus. tom. 1. litt. A. conclus 9. nu. 7.
Nald. in summa verbo nouitius, num. 8. Barbo-
sa de offic & potest. Episc. par. 2. alleg. 3. num. 8.*
& in *collect. ad Trident. Concil. sess 23. cap. 10.
de reformat. nu. 3. Lezana par. 1. cap. 26. nu. 6.
Bonacina de censur. disput. 3 punct. vlt. nu. 13.
Cespedes de exempt. regul. cap. 4. dub. 63. nu. 2.
Pellizzar. in man. regular. tom. 1. tract. 2. cap. 7.
quæst. 20 nu. 46. & tom. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 3.
quæst. 3. num. 166. Bordonus variar. resol. tom. 2.
resolut. 67. de sacra ordinatione. num. 48. in 15.
quæst. & num 49.*
11 Nullam proindè iniuriã, neq; præiudi-
ciũ aliquod Dñus Ioseph, adhùc Nouitius,
Religioni intulit, quòd ad Eminentissimũ
Neapolitanum Archiepiscopum, vt ad sa-
cros promoueretur ordines accessit; cùm
aliàs ex dicta Pij Papæ V. Constitutione,
nisi ad terminos Sacri Tridentini Concilij
d. sess. 21. cap. 2. de reformat. promoueri mini-
mè posset. Promotus autem fuit; quòd eũ
ad mortem decubuisset, voto se Deo vouit,
si mortem effugeret, per Sacerdotium se ei-
dem offerre. Vitæ proindè Dei pietate re-
12 seruatus fuit. Quod igitur labia eius di-
stinxerant, reddidit Deo. Displicet nam-
què ei infidelis, & stulta promissio. Sic .n.
ipse (*Ecclesiastes 5. 3*) Sapientis ore conte-
13 statur omnibus: *Si quid vouisti Deo, nè mo-
reris reddere; displicet enim ei infidelis, & stul-
ta promissio, sed quodcunq; voueris, redde: mul-
toquè melius est non vouere, quàm post votum
promissa nõ reddere.* & Deuteronomij 23. 21.
14 sic præcepit Moysi: *Cùm votũ voueris Do-
mino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requi-
ret illud Dominus Deus tuus, & si moratus
fueris, reputabitur tibi ad peccatum.* Regiusq;
Psaltes *psalm. 75: 12.* nos admonet omnes:
Vouete, (inquiẽs) *& reddite Domino Deo ve-
stro; omnes qui in circuitu eius affertis munera.
Terribili, & ei, qui aufert spiritum Principũ,
terribili apud Reges terræ* Vouete (inquit) &
15 reddite. Nàm licèt vniuersis liberũ sit ar-
bitrium in vouendo, vsq; adeò tamen solu-
tio necessaria est post voeũ, vt sine proprio
salutis dispendio alicui non liceat resilire.
verba sunt Innocentij III. Andreæ Duei in
cap. licèt 6. in princ. de voto, & voti redempt.
vt compelli valeat ad reddendum. vt Cle-
mens III. dixit in *cap. porrectum 13. in fin. de*
16 *regularib.* Videat proindè, qui votũ vouit,
nè pollicitationem suam irritã faciat: sed
hoc, quod Domino est pollicitus, fidelitèr
17 custodiat, nè damnationem, sed premium
sibi acquirat. Quoniam satius est non vo-
uere, quàm votum proùt melius potest, nõ
perficere. Verbis loquimur Vrbani Papæ
omnibus

omnibus Catholicis in *can. scimus nos 9. §. quicunq; vestrum. 12. quæst. 1.* neq; discedit *S. Thom. 2. 2. quæst. 88. artic. 1. & quæst. 189. artic. 3. ad primum.* ibiq; *Caietan.* diximus *resp.* nostra 1. *num. 54. & 56. par. 1.*

Votum igitur vt impleret necessitate tenebatur, ne Deo post acceptum beneficiũ, infidelis esset. Hoc præstare Nouitius, adhuc, penes Religionem non poterat, obsistente sibi Pij Papæ V. Constitutione in superioribus relata. Necessariò proindè Eminentiss. Cardinalem Archiepiscopum
18 Neapolitanũ adire oportuit. Nullã idcircò Religioni iniuriã intulit, neq; ab ea discedere amauit, quę in hoc ei auxiliũ præstare
19 haud poterat. Iure igitur fecit. ergo iustè. ergo benè. ex Augustino *can. quid dicam 11. in fin. 14. quæst. 4.* Quia quidquid benè gestum fuerit, & secundùm præcepta legalia custoditum, nõ potest facientibus deperire, ex verbis Innocẽtij Papæ in *can. deindè ponitur 3. §. aspiciamus gentilẽ hominem. dist. 26.*
20 Nec enim peccat, legem qui sequitur. Ambrosius contestatur in *can. quod Christus 26. circ. fin. 23. q. 4.* & Augustinus *can. qui peccat 40. & can. illud etiam 46. ead. 23. quæst. 4.* diximus *respons.* nostra 48. *nu. 44. par. 4.*
21 Neq; aduersus nostram hanc ità probatam responsionem faciunt in oppositum, quæ habet *Diana par. 3. tract. 2. de dubijs regularium. resolut. 7.* posse scilicet Superiorẽ Religionis cõcedere dimissorias Nouitijs, vt ab Episcopo ordinentur. quem sequitur *Pellizzar. d. tract. 2. cap. 7. quæst. 20. n. 48.* contra sententiam *Peregrini* in Constitutiones Religionis Patrum Theatinorũ. & repetit ipse *Diana par. 4. tract. 4. miscellan. resolut. 7.* aduersus Peregrinum inuehẽs optimè sententiem. & repetit *par. 5. tract. 10. resolut. 49.* contra Bonacinam.
22 Quia nimirùm *Diana* firmamentum sententiæ suæ locat in priuilegio Religionis
23 suæ, vel saltim Patrum Societatis IESV, quorũ priuilegijs ipsi per cõmunicationẽ vtuntur, quod obtinet concedendi dimissorias Nouitijs, vt promoueri valeant ab Episcopo. Non tamen meminit, neque respondet allatæ superiùs Constitutioni Pij Quinti, id expressè sub pœnis, & censuris prohibentis. Et si priuilegium; peculiare vtiq. erit, non igitur vniuersale assumptũ.
24 Priuilegium enim priuata lex est, quòd in priuato feratur. ex Isidoro *can. priuilegia 3. dist. 3.* Nec ad vniuersũ trahatur. Cùm eximatur quis à iure communi per priuilegium. vt *Gloss.* 1. ibidem notat. Quamob causam neque tuta eius habebitur sen-
25 tentia. Quia nimirùm quòad ordines Nouitius non habetur vt subditus, nec potest promoueri ad titulum paupertatis. vt post *Sanchez lib. 6. moral. cap. 10. nu. 22.* sequitur *Pellizzar. d. tract. 2. cap. 7. quæst. 20. num. 49.* & melius *d. tract. 8. cap. 2. sect. 3. quæst. 3. nu. 166.* & dixit *Bordonus d. resolut. 67. num. 48. & 49.* pro vna opinione. licèt ipse pro contraria
26 sit à *num. 50. ad 56.* Ea tantummodò ratione, quòd Nouitius sit etiam subiectus suo Prelato Regulari in omnibus. Sed non in hoc, obsistere sibi dicta Pij V. Constitutione prohibitiua, cui ipse non responder. si-
27 cuti neque *Diana*. Et sanè proindè dictus Sanctissimus Pius V. in dicta sua Constitutione imposuit pœnas tàm acres, & censuras, & aduersus promouentes huiusmodi Nouitios; multòq; magis aduersus ipsos promotos, irregularitatis etiam, & excommunicationis: quia noluit eos promoueri, nisi seruato decreto Sacri Cõcilij. In nulla propterea Religionis dedit pœnas dictus Dñus D. Ioseph Brancatius. eòque magis, quòd hi Milites Hierosolymitani in claustris non degunt, neq; viuunt.

Atq; ità ex his, quæ supercilio quàm iubentissimè supponimus Aristarchi, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenaten.

SVMMARIVM.

1 *Auaritia vitiorum omnium mater est.*
Nam nullum est crimen, quod non mouet auaritia, modò pecunias acquirat.
2 *Auaro nihil est scelestius.*
Illustratur ex Petro Damiano.
3 *Auaritia idolorum seruitus ab Apostolo Paulo dicitur.*
Illustratur ex Caietano.
Et auaritiam Idololatriam vocat Augustinus. num. 4.
Et fornicationem esse.
Auaritia cupiditas vocat. num. 9.
5 *Auarus cum scientia vincit scelere hæreticum.*
Quia cultum vero Deo debitũ nummo tribuit.
Peccatis igitur oĩbus auarus subijcitur. nu. 6.
Et cõtra iustitiam agit, cùm aliena occupare tentat. num. 7.
8 *Iustitia cuiq; tribuit, quod suum est.*
10 *Præsentato à maiori patronorum parte institutio debetur. & num. 39.*
Nec derogari potest ei, qui legitimè præsentatus fuit.
11 *Vultur est, qui cadauer expectat, vt prædam faciat.*
12 *Impetrans litteras Apostolicas cum derogatione pro altera medietate, debet vtiq; esse præsentatus ab altera, tempore impetrationis.*
Alioquin litteræ subreptitiæ euadunt.
De illo enim tẽpore habilitas exigitur. n. 13.

Atquè

Atquè litteras iustificare, & se præsentatum à medietate: & de illo tempore præsentatum. num. 28.
Vel saltim mandatum obtinuisse ad præsentandum. & num. 47.
14 *Præsentatio facta, viuente adhùc Beneficiario, siuè etiam donatio pro illa vice tantùm, quæ præsentationis loco habetur, nulla est, nec tenet.*
Nè desiderare quis mortem proximi videatur.
Et quia refrenatā facultatem tunc patronus habet, nè præsentare valeat. num. 15.
Nequè donare. est enim plenum beneficiū.
16 *Pacta de futura viuentis adhùc successione, contra bonos mores æstimantur, ideòque prohibita.*
Nè captandæ mortis præstetur occasio.
17 *Donatio conditionalis, conditione non exeunte, nulla.*
18 *Dictio* (tantùm) *compressiua naturæ est, excluditq; omnes alios casus.*
Sicut Dictio (& non aliter, aliàs, nec alio modo) *conditionem operatur, & formam inducit. num. 19.*
20 *Conditio, quæ exitum non habuit, nihil in esse ponit.*
21 *Donatio perfecta nō nisi temerè reuocari potest.*
Nàm perfecta donatio mutationes non admittit. num. 22.
Vt neq; Principis rescripto reuocari valeat. num. 23.
Donationes omnes lege confectæ, firmę. n. 25.
Et inciuile est, donationes semel perfectas sine causa reuocare. num. 26.
20 *Rescripta Principis, quæ ius alterius tollunt, non tenent.*
27 *Subreptionem ad fundandam tempus attenditur data.*
29 *Medietatem quem habere suffragiorum, & alterum maiorē partem, cōtradictoria sunt.*
Nàm medietas à maiori parte absorbetur.
30 *Maius quod est, medietatem superat.*
31 *Contradictoria eodem tempore, & eadem orationis serie stare simul non possunt.*
Nec simul verificari. num. 35.
32 *Contraria petens, non admittitur.*
Contraria enim simul stare non possunt. num. 33.
Quia inuicem sunt corruptibilia.
Vndè inter se non conueniunt, nec stare possunt. num. 34.
36 *Ius patronatus ad descēdentes, in stirpes, non in capita defertur.*
37 *Distribuenda tempora sunt, vt concordet scriptura.*
38 *Patronorum præsentantium maior pars, minorem absorbet.*
Quia quod maior pars efficit, proindè habetur, ac si omnes egissent.
40 *Præsentati, si duo fuere, is præferri debet, qui ex sanguine est descendens Fundatorum.*
Sicut potiùs ciuis, quàm exter. num. 41.
Ratio affertur. num. 42. Quia carnem suam nemo vnquàm odio habuit. *ex Apostolo Paulo.*
Ità etiam pauper, nè mendicare cogatur. num. 43.
42 *Locus Pauli ad Ephesios* 5. 29. Nemo vnquā carnem suam odio habuit. *defertur.*
44 *Mendax precator hac punitur animaduersione, vt omninò careat impetratis.*
45 *Præsentationis ad validitatem fundandam, quasi possessio attenditur præsentantium.*
Atquè vltimus status eorum, qui præsentauerunt.
Quia præsentatio fructus est. num. 46.
Fructus verò ad possessorem spectant.
48 *Iuris patronatus donatio, Episcopi non accedente consensu, non tenet, nec firma est.*
Præsertim verò, titulo singulari facta. nu. 49.
Reprime, si compatrono facta donatio fuerit. num. 50.
Quia ius patronatus in solidū residet penès omnes compatronos.
Non sufficit verò si confirmatio donationis à Vicario facta Episcopi fuerit. nu. 51.
Sine Episcopi speciali facultate.
Etiam Episcopo in remotioribus agente. num. 52.
Quia est iurisdictionis voluntaria, non contentiosa. num. 53.
Et potest Episcopus eam confirmare, quàmuis extrà diœcesim.
51 *Vicarius Episcopi sine speciali illius facultate, consensum præstare in translatione iuris patronatus non potest.*
Quàmuis Episcopus in remotioribus agat. num. 52.
Ratio affertur. num. 53.
Etiam si facultas Vicario facta fuerit cum clausulis generalibus. num. 54.
55 *Litigans temerè, in expensis condemnatur.*
56 *Ecclesiam nō audiens, vt ethnicus, & publicanus habetur.*

ARGVMENTVM.

Derogationem impetrās à Summo Pōtifice Romano pro medietate compatronorum, habilis debet esse tempore impetrationis, atquè præsentatus, suamq; iustificare gratiā. Præsentatio, Beneficio adhùc pleno, non tenet; ità quoq; donatio pro vna vice tantùm. Do-

natio

natio semel facta, temerè reuocari non potest. Maior suffragiorum pars, minorem absorbet. & is debet institui, qui à maiori patronorum parte præsentatus fuit. Nec tenet donatio, sub conditione facta, conditione non exeunte. & is præferri debet, qui ex genere est Fundatorum, sicut etiam pauper. Descendentia probari debet ab existentibus in quasi possessione, & vltimus status attendi. Iuris patronatus translatio sine Episcopi assensu nō tenet. nec pōt Vicarius absq; speciali facultate assensū præstare. nec requiritur, si in compatronum fiat.

RESPONSIO LXXIII.

1 Auaritia vitiorum omnium matrem putauere Sapientes. Nullum est enim crimen, quod non moueat auaritia, modò pecunias, quas inhiat, ac-
2 quirat. vndè Ecclesiastici 10.9. *Auaro nihil est scelestius.* habetur. quæ verba S. Petrus Damianus S.R.E. Cardinalis lib.2.epist.2. lucidiora reddit: *Dura certè, & nimis formidolosa sententia, si enim nihil est auaro scelestius, nihil iniquius: nō ergo melior parricidis, non præfertur incestis, æquatur hæreticis, assimilatur idolatris.* Quia, vt Caietanus super verba Apostoli ad Ephesios 5. 5. *Aut auarus,*
3 *quod est Idolorum seruitus.* sic ait: *Auarum (dicit Paulus) Idolorum cultorem, eo, quòd conuenit vterq; in colendo vnā, eandemq; rem. Idolorum siquidèm cultor, argentum, & aurum colit, auarus itidem argentū, & aurum venera-*
4 *tur.* & Augustinus *can. Idololatria* 5. 28. *q.* 1. Auaritiam idololatriam vocat; & auaritiā fornicationē esse dicit. & Auaritiam idololatriā appellauit Vrbanus II. in *can. Saluator* 8. *§. quisquis igitur.* 1. *q.* 3. quin auarus
5 cum scientia, vincit in scelere hæreticum. ex Augustino *can. quæro ergo* 21. 6. *q.* 1. Quia cultum vero Deo debitum, in nummo impendit. ex Gratiano in *sūma* 26. *q.* 5. *§. sicut*
6 *enim.* Peccatis igitur omnibus non mirum si Auarus subijciatur. nàm, vt Virgilius 3. Æneidos inquit:

Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames?

7 Execranda videlicèt. Cōtra enim iustitiam agit auarus, cùm aliena occupare tentat, &
8 quæ sibi non debentur. Illa verò, quod suū est, cuiq; reddit. ex Isidoro *can. ius naturale* 7. *dist.* 1. & Innocentio III. *cap. ex ore sedentis* 17. *in princ. de priuil. l. iustitia* 10. *ff. de iustit. & iure.* ex Vlpiano. & *§.* 1. *Instit. eodem.* Contra iustitiam itaq; agit quisquis ille
9 est, qui auaritiæ cœcatus cupiditate. ex Gregorio X. in Cōcilio Generali Lugdunen in *cap. auaritiæ* 5. *in princ. de elect. lib.* 6. Clerico Gabrieli Frōcillo loci Fractæ ma-
10 ioris Auersanen Diœcesis à maiori patronorum suffragio præsentato, & Compatrono, ac pauperi Beneficiū auferre molitur. quia vni illi iure debetur. ex Leone Papa *can. si fortè* 36. *siuè fin. dist.* 63. & Cōcilio Lateranen in *cap. quoniam* 3. *de iure patronat.*

Vacauit quippè diebus proximè elapsis Februarij mense currentis anni 1648. per supremum D. Syluestri de Spetiis diem, beneficium de iure patronatus Laicorum Familiæ de Froncillis intus maiorem, & Parochialem Ecclesiam S. So[illegible] Fractæ maioris Auersanen Diœcesis titulo S. Mariæ Assumptæ celebre. Hinc Vulturij ad cadauer, vt prædam faciant accurrūt. Clericus Gabriel Froncillus, viduæ matris filius, ex familia compatronus, à maiori patronorum suffragio præsentatus, & pauper sibi debitū beneficium instat. Institutionem proindè exposcit. Sed opponit se illi D. Matthæus Biancardus eiusdem loci Fractæ maioris presbyter, atquè vt ex cadauere prædam
11 Vultur faciat. iuxtà illud Senecæ

Vultur est, cadauer expectat.

Apostolicas impetrat Bullas cum derogatione pro altera medietate; qui neque medietatē suffragiorum obtinebat (vt neq; obtinet) quando supplicationem à Sanctissimo D.N. Innocentio X. signari obtinuit. Sunt ergo litteræ prædictę Apostolicæ sub-
12 reptitiæ. Habilitas namq; illa; (se præsentatum à medietate) illo planè tēpore perquirebatur, quādo gratiam impetrauit derogationis pro altera medietate, quod si nō fuerit, inanis euasit gratia, & subreptitia. ex Alexandro III. in *cap. eam te* 7. *§. quod nullatenùs.* ibiq; *gloss.* verbo *datam litterarum.* ibiq; etiam *Felin. num.* 18. verbo *tēpus gratiæ. de rescript. cap. si eo tempore* 9. ibiq; *Gloss.* verbo *cum tempore datæ. de rescript. in* 6. ex Clemente V. in *clement. litteras nostras* 5. & *fin.* ibidemq; *gloss.* verbo *post datam.* & *Imol.*
13 *num.* 20. *de rescript.* Quia nimirùm habilitas (ad beneficia præsertim) impetrationis exigitur tempore. vt *Rota* dixit apud *Peregrin. Fab. decis.* 69. *num.* 1. *par.* 3. *diuersor. lib.* 1.

soqui-

sequiturq; *Mar. Ant. Macerat. variar. resolut. lib.* 1. *resol.* 19. *num.* 1. & in hisce nostris terminis derogationis pro medietate, quòd requiratur presentatio de tempore impetrationis, & gratiæ, idem *Macerat. eod. lib.* 1. *variar. resolut.* 39. *num.* 6. *vers. obreptio autem.* dixitq; *Rota* apud *Seraphin. decis.* 1165. *n.* 10. *&* 11. & apud Damascenum *par.* 2. *in recentiorib. decis.* 443. *nu.* 2. *Barbos. de offic. & potest. Episc. par.* 3. *alleg.* 72. *num.* 77. *&* 78. & in *collectan. ad d cap. si eo tēpore* 9. *nu.* 6. *de rescript. in* 6. *Gigans de pensionib. quæst.* 22. *num.* 16. *&* 17. *tom.* 15. *tract. par.* 1. *Rota par.* 2. *in recentior. decis.* 46. *nu.* 1. *& nu.* 3. & apud *Card. Mantic. decis.* 192. *num.* 1.

Et quidē præsentatio die 4. Martij 1648. per Horatium Biancardum eius fortaísè Germanum, vti donatarium nonnullorum assertorum compatronorum, eiusdē Matthęi ad fauorem facta, nullo omninò modo tenuit, neq; vim habuit.

Cùm, quòd facta, in humanis adhùc agente Beneficiario D Syluestro de Spenis. Tùm quòd facta, quatenùs putabatur, dictum D. Syluestrum velle resignare beneficium ad alterius fauorē; quam ob causam donationem pro illa vice præsentandi eidem Horatio fecerunt: *In casu, quo beneficium prædictum vacauerit pro dicta prima vacatione, seù resignatione tantùm, facienda per dictū D. Syluestrum, & non vltrà, & nō aliter, nec alio modo; reseruantes ad eorum, & suorum hæredum, & successorum beneficium dictum ius præsentandi.* Præterea dicta donatio facta fuit, reuocando priùs, & annullando *donationem dicti iuris præsentandi per ipsos factam hodie præsenti die in personam Io. Baptistæ Froncilli, seù alterius personæ per manus Notarij Ioānis Pauli Biancardi.* Reuocatio verò prædicta fieri non poterat. Nullam proindè præsentandi facultatem obtinebat Horatius, cùm Matthæum præsentauit. nulla propterea præsentatio ipsa euasit. non erat ergo presentatus, cùm litteras impetrauit Apostolicas derogationis pro altera medietate: asserēdo se iàm præsentatum ab altera medietate: & quòd verè medietatem non obtineret suffragiorum: & quòd neq; presentatus fuerat.

14 Præsentatio autem, siuè donatio pro illa prima vice tantùm præsentandi, quæ præsentationis loco habetur, vitam in humanis trahente adhuc Beneficiato; ac beneficio pleno, non tenet, neq; firma est. Nè desiderare quis mortem proximi videatur, in cuius locum, & beneficium se crediderit successurū. ex ratione, & sensu Sacri Concilij Lateranen sub Alexandro III. in *cap. nulla Ecclesiastica ministeria* 2. *de concess. prebend.* & ex eodem in *cap. eclatum* 3. & Innocentio III. in *cap. ex tenore* 13. & Honorio quoquè III. in *cap. cùm dilecta* 16. *siue fin.*
15 *eod. tit. de concess. præbend.* Vinculis .n. quasi constrictam facultatem, tunc patronus habere dicitur, nè presentare valeat, neq; donare, cùm beneficium sit plenū, nec vacet. Nè captādę alienę mortis occasio hoc modo detur. vt decreuit Bonifacius VIII. in *cap. nè captandæ* 3. *de concess. præbend. lib.* 6. & anteà Alexander III. Victorien Episcopo in *cap. illud præterenndum* 8 *de iure patronat. extrà*. illis sanè verbis rationem reddens: *Cùm illa concessio* (inquiens) *de iure nullius possit esse momenti: tùm quia de re non vacante facta est.* & sequitur *Gloss. in clem. plures* 2. verbo *liberè. de iure patronat.* & per quam optimè *Dec. cons.* 542. *num* 4. *Rota* corā Cardinali Bononiensi, postmodùm Gregorio XV. *decis.* 257. *num* 2. *par* 2. *in recentiorib.* & in impressis apud *eundem decis.* 420. *num.* 3. *& seq.* ibiq; *Beltramin.* addens *lit. C. num.* 9. *& par.* 1. *in recent. decis* 521. *num.* 7. *Marescott. variar. resol. lib.* 2. *cap.* 33. *num.* 1. *& seq. Claud. Tutius de iure patronat. quæst.* 15. *num.* 3. *&* 4. *Riccius* Episcopus Vici *in praxi iuris patro-*
16 *nat. resol.* 164. *par.* 1. Tristissimi porrò, ac periculosi euentus plenæ, atq; contra bonos mores, & odiosæ huiuscemodi sunt pactiones, in quibus de viuentis adhùc, atq; in humanis nobiscum agētis hæreditate, successioneq; agitur. vtì Iustinianus perpēdit Cæsar Augustus, atq; decreuit in *l. de quæstione* 30. *& fin. C. de pact.* atquè Diocletianus, & Maximianus Cæsares *l. ex eo instrumento* 4. *C. de inutil. stipulat.* Captandæ enim mortis occasio porrigitur. Et sanè D. Syluester, de quo nunc fabula narratur, infirmitate graui tunc detinebatur, ex qua intrà paucos dies in Orcum transijt, & Matthæus Medicus erat, qui eius quoquè curæ adsistebat.

17 Deindè donatio prædicta, (quatenùs quidèm firma persisteret) fuit quidèm cōditionalis. quatenùs beneficium in prædicta prima vice per resignationem tantùm præfati D. Syluestri vacaret, *& non alitèr, aliàs, nec alio modo.* Vacauit autem per mortem, ac supremum dicti D. Syluestri diem, non itaquè exitum habuit conditio, sub qua donatio iuris præsentādi pro prima illa vice facta fuit. Perpendendæ, namquè erunt dictiones illę *(tantùm)* per resignationem tantum, & non aliter, aliàs, nec
18 alio modo. Nàm dictio *(tantùm)* compressiua est, excluditq; omnes alios casus, in illo dumtaxat, de quo verba facta sunt, dispositionem firmās. ex Diocletiano, & Maximiano Principibus Augustis in *l. ob æs alienum tantùm* 12. *C. de prædijs, & alijs rebus minorum.* ibiq; *Gloss.* verbo *alienum clement. exiui* 1. *§. cum igitur. circ. fin. vers. cùm autem natura termini restrictiua. de verbor. signif. Io. Cephal. cons.* 37. *nu.* 31. *lib.* 1. *Rota* apud *Card. Mantic. decis.* 316. *nu.* 3. & apud *Card. Caua-*

lerinm decis.99.nu.5.& apud *Card. Seraphin. decis.297.nu.2.*& apud *Coccin.decis.348.nu.2. Gratian.forens. par.5.cap.821.nu.7.& 8. Marius Giurba cons.60.num.11.* Quemadmodũ
19 magis, magisq; comprimit, & constringit dictio illa (*& non alitèr,aliàs,nec alio modo.*) quæ conditionem operatur, formamq; indicit. ex *Paris.de resignat. lib.8.quæst.7.n 97. & 98. Rota in Eluen perceptoriæ vltimo Ianuarij* 1582. coràm *Card.Lancellotto dec.23. num.1. & 4.* ibiq; Centolinus addens *post 1.vol. consiliorum. Farinac.* & apud *Seraphin.*
20 *decis.114.num.1.* Conditio verò,quæ exitũ non habet,nihil in esse ponit. *cap.fin. in fin. de translat.Episc.extrà. cap.1. de sponsal.in 6. l.non omnis 19. ff.de reb. credit. & si cert. pet.* ex Iuliano lib.10. digestorum. & Pomponio lib.3.ad Sabinũ in *l.hoc iure vtimur 10. ff.de verb.obligat.* Nàm vbi sub conditione quis stipulatus est; neque cessit, neq; venit dies, pendente adhùc conditione. Ratio eiusdẽ est Pomponij lib.1. responsorum in *l.cedere diem 213. in fin. principij. ff. de verb. signific.*ibiq; *Gloss.*verbo *pendente.*rationem reddens, ac dicens: *quoniam non est certum exituram.* conditionem scilicet: vt multò id magis sequatur,si conditio nullo modo exijt. vt in facto hoc nostro, in quo nedùm conditio non exijt: sed contrariũ eius accidit; quia non per resignationem, sed per obitum beneficium vacauit.ex *l.1.§.fin antem aliquid sub conditione. C.de caduc. tollen.* rationem reddit Iustinianus Cæsar: *Expectari oportet* (dicens) *conditionis euentũ, sub qua fuerit derelictum, vel diem,vt tunc cedat, cùm vel cõditio impleatur,vel dies incertus extiterit.*Neutrum horum fuit: defecit proindè dispositio. *Rota par.1.in recentiorib. decis. 101.num.1.*& apud *Card.Caualer. decis.183. num.2.& decis.251.num.1.* diximus *respons.* nostra 44 *num.39.par.4.*

Donatio demùm hęc Horatio facta fuit, reuocando aliam donationẽ per priùs factam Ioanni Baptistæ Froncillo, vni ex cõ-
21 patronis. Donatio autem perfecta temerè reuocari non potuit. Perficiuntur autem donationes, cùm donator suam voluntatẽ scriptis,aut sine scriptis manifestauit. Imperator docet *§.aliæ autem donationes. Instit. de donat.*Donauerant per priùs Ioanni Baptistæ vni ex cõpatronis hi, qui postmodũ Horatio donauerunt. temerè igitur donauere,quia sine causa reuocauere,& à priori donatione recessere.vti *Gloss. d.§.aliæ autẽ,* verbo *temerè.* id est, sine causa. commentum agit, sequiturq; *§.sciendum est autem. Institut. eodem.* ibiquè *Gloss* verbo *ex causis.* quinq; enumerans causas,ex quibus facta in irritum vocatur donatio. & *Gloss. in cap. fin.* verbo *propter, in fin.in addit.de donation.*
22 Quia perfecta donatio, mutationes non admittit. ex Diocletiano, & Maximiano Augustis in *l. perfecta donatio 4. C. de donat. quæ sub modo.*ibiq; *Bald.& Salycet.*vt nequè
23 Principis rescripto reuocari valeat; & re-
24 uocata nõ teneat.Quia data nõ tenent rescripta,quæ ius alterius tollunt. vt ijdem decreuere Augusti Cæsares in *l. si donationem 5.* ibiq; *Gloss.* verbo *non oportet. C. de*
25 *reuoc. donat.* Quin generalitèr sanxere in *l.fin.eod.*omnes donationes lege confectas, firmas, illibatasq; manere.
26. Inciuile est enim, atq; inusitatum habetur semel voluntate libera factas donationes, atq; translato dominio in donatariũ, temerè, ac sine causa reuocare, vt ijdem asseruere Cæsares in *l. inciuile 12. C. de reuoc. donat.* & Nos pluribus deduximus *respons.* nostra 18.*num.8.9.10.& 11.par.4.*

Litteras autem Apostolicas Matthæus obtinuit derogationis pro altera medietate,sub datum apud S.Mariam Maiorem anno Incarnationis Dominicæ 1647. sexto Idus Martij, cum assertione; se à *medietate dilectorum filiorum modernorum illius patronorum infra legitima tempora præsentatum fuisse.*Sexto Idus Martij,est 10.Martij.Præsentationes verò factæ fuere die 23. mensis Aprilis 1648. & die 1. mensis Iunij 1648. fol.133. & fol.196. Non itaq; præsentationes obtinuerat,quãdo asseruit Sanctissimo, se à patronorum medietate præsentatum fuisse. Alioquin patronorum præsentationes pro se fieri, non vtiq; decertasset, 23. Aprilis, & 18. Iunij. Subreptionis itaq; vitio nullæ sunt litteræ prætatæ derogationis,quas eatenùs dedit Sanctissimus D. N. quatenùs verum fuisset, se ab altera patronorum medietate præsentatum fuisse. Ad
27 subreptionem quippè fundandã tempus attenditur datæ. ex *Paris. de resign. benefic. lib. 8. quæst.8. num. 11. & num. 107. Paris. cons.45.num.2.vol.4.* ex Innocentio III. in *cap.constitutus 19. de rescript.* quem intellectum sequitur *Geminian. cons.113.* & *Rota* apud *Crescent.decis.10.nu.9.de rescript.* aliàs *decis.170. Caputaq. decis.52. num. 2. & seqq. par.2.Maceraten.d.resol.39.num.7. & Rota d. decis.443. num.2. par.2.recent.* Non erat ergo à medietate præsentatus Matthæus, cũ gratiam obtinuit derogationis medietatis
28 patronorum. Iustificare autem ipse tenetur: & se præsentatum à medietate patronorum; & se de illo tempore præsentatum fuisse,quo gratiam obtinuit derogationis, vel saltim mandatum obtinuisse ad pręsẽtandum tempore datæ. secundùm decisionem *Rotę* apud *Seraphin.d.decis.1165.nu.10. & 11.* vt eam exaudit *Rota d.decis.443. n.2. in fin. par.2.in recentior.* & tradidit *Rota* in eisdem *recentiorib.par.1,decis.707.num.1.* & apud *Vitian.decis.84.nu.1.& seq.& nu.15.& decis.110.*quæ est in impressis apud *Durant decis.87.par.1.& decis.100.nu.6.*apud eun-

dem

deci. ead. par. 1. & apud eundem *Vinianum in nouis additis decis.* 148. *nu.* 5. *& decis.* 149. *nu.* 13.
& 14. & *Rota par.* 5. *in recentior. per Rubeum decis.* 285. *num.* 4.

Quin neq; nunc medietatē obtinet suf-
29 fragiorū. Cùm enim sit Clericus Gabriel
à maiori præsentatus suffragiorum parte
patronorum, nō potest vtiq; medietas pro
Matthæo esse. quo argumēto vsa fuit quo-
què *Rota d. decis.* 443. *num.* 5. *in fin. par.* 2. *recentiorum.* & perpēdit etiam *Rota* apud *Ca-
uillam decis.* 118. *num.* 1. infrà adducenda.
Contradictoria namq; essent: Clericus Ga-
briel maiorem obtinet suffrāgiorum par-
tem; & Matthæus medietatem; quia me-
dietas ipsa à maiori absorbetur parte.
30 Quod maius est enim medietatem supe-
rat. ex Scæuola lib. 1. quæstionum in *l. quod
maior* 19. *ff. ad municip. & de incol.* Contra-
31 dictoria verò eodem tempore, eademquè
orationis serie stare simul non possunt. ex
Philosopho & ex Celso lib. 17. digestorum
in *l. vbi repugnantia* 149. *ff. de regul. iur.* sa-
tisq; concinnè Papinianus lib. 7. responso-
rum in *l. Titia si non nupserit* 99. *ff. de cond.
& demonstrat.* qui in simili argumento sic
rationem reddit: *Ridiculum enim esset, eandem vt viduam, & vt nuptam admitti!* Quia
32 nimirùm contradictoria sunt: & contra-
ria petens, non admittitur. *Gloss. fin.* ibidem
commentum agit. *S. Thom.* 3. *par. quæst.* 77.
art. 1. *in* 2. *argum. Rota* apud *Card. Mantic. decis.* 225. *num.* 9. diximus *respons.* nostra 15.
33 *num.* 58. *par.* 4. Quemadmodum contraria
simul stare non possunt: Quia nimirùm
eorum est, quòd inuicem sint corruptibi-
lia. ex Philosopho 5. *physicor.* & ex Innocē-
tio III. in *cap. maiores* 3. *§. sed adhuc quæritur. in fin. de baptismo, & eius effectu.* ex Hie-
ronymo *can. hospitiolum* 17. *in fin. dist.* 32.
Quo loco sic Hieronymus à contrario ar-
gumentum format: *Si bonum est, mulierem non tangere. malum est ergo tangere.* & nos:
habet Gabriel pro se maiorem partem suf-
fragiorum: non ergo medietatē Matthæus
34 obtinet. Quia contraria inter se non con-
ueniunt, nec simul esse possunt. *can. quia radix* 13. *de pænit. dist.* 2. *Gloss. in can. quodcun-
35 que* 6. verbo *in Iudæ* 24. *q.* 5. & contradicto-
ria simul verificari non possunt. Nam ne-
què medietatem obtinet Matthæus, cùm
maiorem suffragiorum partem Gabriel
habeat. Hoc verò præstamus ex his, quæ
probata fuere anno 1575. cùm præsentatus
fuisset D. Marcus Antonius Crispinus, qui
& institutus demùm fuit: beneficium præ-
fatum, Sāctæ Mariæ Assumptæ titulo præsi-
gnitum, intus Parochialem Ecclesiā Sancti
Sossij in loco Fractæ maioris, retroactis tē-
poribus fundatū, dotatum, atq; constructū
fuisse per *Corradinum*, *Carolum*, *Blasium*,
atq; Iacobutiū Froncillos fratres. Horum om-
nium postmodùm descendentia satis latè
diminata fuit in filios, & descendentes, iā
fœminas. Quatuor proindè voces princi-
36 pales fuere à quatuor ipsis Fundatoribus
deductę, cùm ad descendētes in stirpes per-
uenerint, non in capita. ex Clemente V. in
Concilio Viennēsi in *d. clem. plures* 2. *de iu-
37 re patronat.* Distribuamus ergo tempora,
vt scriptura concordet, ne extra rem lo-
qui videamur. ex Augustini sensu in *can. si
peccauerit* 19. *§. attende quemadmodum. in fin.*
2. *q.* 1. *Gloss. in can. si Ecclesia* 42. *circ. fin.* ver-
bo *temporibus* 23. *q.* 4.

Corradinus itaquè duos habuit filios.
Andream & Oliuerium.

Ex Andrea lucem aspexere huiusmodi
Ioannes Vincentius, Ioannes Iacobus, Stephanus, & Corradinus iunior.

Descendētes ex Ioanne Iacobo, Stepha-
no, & Corradino pro Clerico Gabriele sūt
omnes, quin ipse ex *Sansone* Corradini filio
descendit, atquè vnus est ex compatronis.
pinguius itaq; ius habet.

Ex Corradino hoc secūdo in hanc solis
lucem procreati sunt: *Sanson, Hector, Leonardus, Antonius, & Ioannes Carolus.*

Ex Sansone (vt diximus) descendit Ga-
briel, qui nunc est præsentatus.

Ex Hectore *Fabianus*, qui Gabrielem prę-
sentauit.

Ex Leonardo *Ioannes Baptista, & Franciscus*, qui pro nobis sunt.

Ex Ioanne Carolo *Iulius.* ex Iulio *Marcus Antonius*, qui Gabrielem præsentauit.

Ex Oliuerio autem altero Corradini fi-
lio Mundum ingressi sunt.

Ioannes, & *Minichellus*, siuè *Dominicus.*

Ex Ioanne *Syluester*

Ex Syluestro

Oliuerius, Cæsar, & Ioannes lucem videre.

Ex Oliuerio *Franciscus*, qui est pro nobis.

Ex Ioanne *Syluester* iunior.

Ex Syluestro *Cremosina*, quæ ex nostris
quoque est.

Ex Minichello *Caprana*, à qua descen-
dentes Matthęū præsentauere. sicuti à Cæ-
sare descendentes ex Syluestro, veluti quo-
què descendentes à Corradino iuniore, ex
Sansone.

Et ab Andreæ descendentes à Ioanne
Vincentio.

Habet itaq; Clericus Gabriel ex descen-
dentibus à *Corradino* primo Fundatore, ma-
38 iorem partem. absorbetur idcircò minor
pars, quæ Matthæum præsentauit, à maiori
ipsa, quæ tota pœnè pro Gabriele est. ni-
hil igitur proficit Matthæo minor ipsa
pars, quæ pro eo stat. *Quod enim maior pars Curiæ efficit, pro eo habetur, ac si omnes egerint.* Sceuola loquitur lib. 1. Quæstionum
in *d. l. quod maior* 19. *ff. ad municip. & de incolis.* sequitur *Io. Imol. in d. clem. plures* 2.

num.7. de iure patronat. Caſſador. deciſ. 2. nu. 1. de iure patronat. Carol. Ruin. conſ. 50. num. 6. & 7. lib. 5. Rota par. 2. diuerſ. deciſ. 117. nu. 1. Maceraten. variar. reſolut. lib. 1. reſol. 104. nu. 13. Gonzal. ad reg. 8. cancell. gloß. 45. num. 61. & 62. Rota par. 2. in recentiorib. d. deciſ. 443. nu. 4. & 5. & apud *Card. Caualer. deciſ. 21. n. 1. & deciſ. 436. num. 1. & deciſ. 519. nu. 2. 3. & 4.* & apud *Coccin. deciſ. 464. nu. 5. & num. 11. in fin.* & apud ſanct. memor. *Gregor. XV. deciſ. 452. num. 4.* ibiq; *Beltramin.* Addens *nu. 23.* & in *Florẽtina iuris patronatus de Iamfiliazzis 14. Maij* 1629. coràm *Durano* Epiſcopo Vrgellen *deciſ. 285. num. 7. par. 5. in recentior. per Rubeum. Rota in Lucana iuris patronatus 25. Iunij* 1638. coràm *Carrillo deciſ. 118. num. 8. 9. & 10.* in nouis additis ad *praxim Viuiani de iure patronat.* & apud eundem in *Feſulana Parochialis 1. Iunij* 1644. coràm *Otthobono deciſ. 142. num. 3. & num. 6.*

Ex Carolo verò Corradini fratre, & Fũdatore *Chriſtopharus*

Mundi huius lucem aſpexit.

Chriſtopharus verò

tres habuit filias:

Violam, Colonnam, Mariellam:

ex Mariella nulli extitere liberi.

Ex Viola

D. Marcus Antonius Pręsbyter.

Iulius, & Ioannes Iacobus.

Ex Iulio *Carolus*, ex Carolo *Anellus*, ex hoc *Marcheſia*.

quæ Gabrielem præſentauit.

Ex Colonna

Antoniellus Spena, & *Franciſcus*:

Ex Antoniello *Ioannes Iacobus*, qui *Anellum* genuit, à quo Gabriel pręſẽtatus fuit.

Ex Franciſco *Sanctillus, & Sabatinus.*

Ex Sanctillo *Petrus*, & *Ioſeph.*

Petrus pro Clerico Gabriele eſt.

Habet itaq; medietatem ex Carolo Gabriel. & hanc vnius vocis medietatẽ Matthæus.

Eſt itaq; pro Gabriele vna integra vox. Ex *Corradino*, & medietas integra pro altera voce ex *Carolo*.

Nam pro Matthæo ex Viola *Ioannis Iacobi* nati ſtant. habet itaq; vnam vocem ex Colonna, à *Franciſco*, qui *Sanctillum*, & *Sabatinum* genuit. *Sabatini* natos. & ex Sanctillo *Iſabellam* de Spenis. cùm pro ſe Gabriel ex Sanctillo Petrum habeat. habet itaq; vterq; huius medietatem vocis.

Tertius Fundatorum frater eſt *Blaſius*. hic *Palmerium*, & *Marcum* filios ſuſcepit. ex Palmerio in Mundum prognata eſt,

Angelella, quæ

tres filios habuit, *Iacobum*, *Michaelem*, & *Proſperum* Mormile.

Ex Iacobo deſcendentes, ex quibus *Ioannes Baptiſta* Mormile Gabrielem præſentauit.

Et Proſpero *Saluator*, qui pro Gabriele adſtat.

habet igitur Matthæus ex Michaele natos, qui vnam vocem implent ex *Angelella*, ex qua duas obtinet Gabriel, ſuperat proindè Matthæum.

Ex Marco deſcendentes, quorum nouiſſimus eſt *Ioannes*, Gabrielem præſentant. abſorbet igitur ex maiore parte totã *Blaſij* vocem. habet ergo duas integras voces, & alteram medietatem ex Carolo.

Nouiſſimus omnium Fundator ex quatuor fratribus eſt *Iacobutius* Froncillus. tres hic ſuſcepit liberos,

Lucam, Ieſuelem, & Bernardinum.

Ex Ieſuele nati, in *Fiorna* Frõcillo complentes, pro Gabriele adſtant.

Bernardini nati omnes, & deſcendentes, Gabrielem pręſentant.

Lucas autem has ſuſcepit filias,

Biondellam, Antoniam, Beatricem, Hyppolitam, Foſcam.

Biõdellæ liberi, & Antoniæ pro Gabriele præſentauere.

Beatricis verò, & Hyppolitæ pro Matthæo adſtant. Fuſcæ verò in dubium vertitur.

Ex hoc itaq; ſtipite Iacobutij tres partes obtinet Gabriel, vna pro Matthæo ſuperſtite. abſorbet proindè maior pars minorem.

39 Eſt igitur à maiori parte patronorum præſentatus Gabriel. Ipſi ergo inſtitutio omni debetur iure. Sic nempè Lateranenſe Concilium *d. cap. quoniam 3. de iure patronat.* rem hanc diſponit: *Præſẽti* (inquiẽs) *decreto ſtatuimus, vt ſi fortè in plures partes Fundatorum ſe vota diuiſerint, ille præficiatur Eccleſię, qui maioribus iuuatur meritis, & plurimorum eligitur, & approbatur aſſenſu.* ſic Cõciliũ. Sequuta fuit *Rota in d. Lucana iuris patronatus.* corã *Carillo deciſ. 118. n. 8. 9. & 10.* nec denegari iure poteſt ei, qui legitimè præſentatus fuit. *Rota in Cremonen Capellaniæ 6. Februarij* 1640. corã *Rojas deciſ. 123. num. 12.* in eiſdem nouis additis ad *praxim Viuiani. & deciſ. 337. num. 1. par. 2. in recent.* & apud *Duranum deciſ. 293. num. 1.* & in *Comen Parochialis 27. Aprilis* 1640. coràm *Pironano deciſ. 125. nu. 9.* in dictis nouis additis ad *praxim Viuiani.*

Hic autem Clericus idoneus eſt, quod ſufficit ex *Gloſſ.* ibidẽ. verbo *qui maioribus.* & omnium approbatur patronorum aſſen-
40 ſu, vnuſq; eſt ex deſcendentibus Corradini primi Fundatoris, vt ex hoc vno capite præferri debeat, Matthæo amoto, quatenus cætera paria forent. Ex Chalcedonenſe Concilio in *can. neminem 1. diſt. 70.* illis verbis: *niſi manifeſtè in Eccleſia Ciuitatis.* ibiq; *Gloſſ.* verbo *Ciuitatis.* quæ ſic commentum agit: *Hoc ideò dixit, quia potiùs eſt præſen-*

41 tandus

41 tandus Clericus, qui est de Ciuitate, quàm extraneus. vt infrà distinct. proxima hortamur. qui sanè canon est Augustini, incip. hortamur 8.dist.71.qui sic ad Populum loquitur: Hortamur Christianitatem vestram iuxtà sanctorum Canonũ instituta. vt in Ecclesijs à vobis fundatis, aliundè veniens presbyter non suscipiatur. rationem reddit Gloss. ibidem verbo veniens. Quia quando idoneus est in suo Episcopatu, non præsentabit extraneũ. & Glossella marginalis ibidem sic infert: Clerici de Diæcesi sunt extraneis præferendi. Debet ergo præferri Clericus hic Gabriel idoneus; quia ex sanguine, & descendẽtia
42 est Fundatorum. Nemo enim vnquàm carnẽ suam odio habuit, sed nutrit, & fouet eam. ex Apostolo Gentiũ Doctore Paulo, ad Ephesios 5.29. & ex Concilio Toletano 9.cap.1. in can.filijs, vel nepotibus 31.illis verbis: Filijs, vel nepotibus, ac honestioribus propinquis eius, qui construxit, vel dicauit Ecclesiam. & can.decernimus 32. 17.quæst.7. & Gloss.d.can.filijs. verbo propinquis. & ex Alexandro III. in cap ex insinuatione 14.de iure patronat. Cerneus cons.47.num.9.lib.3.Conar. pract.qq.cap.35.nu.5.vers.2.aduotandũ. Surd. de aliment. tit.1.q.93.nu.10. Cenall.commun. contra commun. quæst.693.num.26.27.& seq. par.2.& dixit Rota par.2.in recent. decis.202.
43 nu.1. Tùm etiã, quia pauper. vndè cæteris paribus præferri deberet, nè dicatur de eo id, quod Hieronymus de septẽ ordinibus Ecclesiæ in can. Diaconi sunt 23. §.nunc autẽ. dist.93.dixit: Mendicat infelix Clericus in plateis, & ciuili operi mancipatus publicã à quolibet deposcit alimoniam. sequiturq; Gloss. d. can. neminem 1. verbo neminem. distinct.70. & ità in casu nostro, in Clerico à maiori parte patronorũ præsentato, & paupere, tenuit Rota in vna Calagnritana portionis de Amarita 27.Ianuarij 1576. coràm Cantuecio decis.16.nu.6.in fin.& nu.7.part.2. diuers. Perez de Lara de anniuers. lib.2. cap.3. num.11. Cenall.d.quæst.693.num.35. Barbos. ad Sacr.Trident.in collect.ad cap.18.sess.24.de reform.num.134.

Si ergo Clericus Gabriel est præferendus; & quia ex genere Fundatorum, & ipse patronus; & quia pauper, vt possit suæ penuriæ, & cum ratione, consulere; & quia omnium patronorũ suffragio præsentatus, nulla habenda ratio erit, quòd Matthæus Bullas præsentauit Apostolicas derogationis pro medietate altera; & quia ipse à medietate præsentatus nõ fuit, vt ostendimus: & quia quo tempore se præsentatum à medietate, Summo asseruit Mundi Moderatori Innocentio X. præsentatus non adhùc fuerat. Subreptionis enim vitio euanuerũt Bullæ prædictæ; vt iure, nec sanè iniuria
44 hac animaduersione puniatur mẽdax precator, vt careat penitùs impetratis. ex Innocentio III. in cap. super litteris 20. de rescript. & Zenone Cæsare in l.fin.in princ.C.de diuers.rescript. Macerat. d.resol.39.nu.6.lib.1.

Neque ratio quoq; habenda erit vlla de noua descendentia, quam ipse, & qui eum tuentur, magno faciunt apparatu. Quia
45 nimirùm ad validitatẽ præsentationis attenditur quasi possessio iuris præsentandi, atq; vltimus status eorum, qui præsentauerunt. Quàmuis quidèm in petitorio obtinere illi possent. ex Alexandro III. in cap. consultationibus 19. ibiq; notatis de iure patronatus. sequiturq; Rota d. decis.443. apud Damascenum num.3.4.& 5. par.2.in recent. pleniusq; decis.737. nu.3.& 4. apud Cocci-
46 num d.par.2.in recent. ea planè, nec inadæquata ratione: quia præsẽtatio fructus est: fructus verò ad possessorem spectant. ex Rota decis.14.de iure patronat.in antiq. sequiturq; Gonzal.ad reg.8.Cancell. d.gloss.45. §.2. à num.4.ad 14.Marescott.variar.resolut.lib.1. cap.55.Rota apud sanct.memor.Gregor.XV. decis.48. num.6.& decis.77.num.9. ibiq; Beltramin.num.12. & apud Card.Canaler. decis. 350. num.1. & decis.373. num.4.& 5.& decis.389.num.6 & in d. Lucana iuris patronatus coràm Carillo decis.118. num.4.5. & 6. & in Bononien iuris patronatus 23. Ianuarij 1640. coràm Bichio decis.121.num.12.in dictis nouis additis ad d.praxim Viuiani.

47 Præterquàm quòd neq; illi, quo tempore Matthæus derogationẽ impetrauit, præsentauerant, neq; etiam mandatum ad præsentandum dederãt, iuxtà decisionem Rotæ apud Seraphin. d.decis.1165.nu.10.& 11. & interpretationem, quam sequuta fuit Rota decis.443.num.1. par.2. in recent. vt nullo modo subsequens præsentatio post impetratas litteras derogationis pro altera medietate, suffragari ei valeat (vti diximus, ostendimusq;) vtputà non tempore habili facta. Neque sic taudèm medietatem integram vocum (vt mathematica demonstratione ostendimus) Matthæus obtinet; sed vnius vocis dùmtaxat medietatem, non totius.

48 Neque dicant, quòd Ioannes Baptista Frõcillus, qui Gabrielem præsentauit, tàm suo nomine, quàm aliorum vti donatarius fol.125. Episcopi assensum pro donatione pro se facta, non vtiq; obtinuit, vt nihil donatio pro eo proficiat. ex Alexandro III.in cap.illud 8.& cap.cùm seculum 13.de iure patronat. Rota in recent. par.2.decis.337.num.4.
49 præsertim verò titulo singulari. ex Rota in recentior. d.par.2. decis.146.num.5. diximus respons.nostra 81.num.16.& seq.par.4.

50 Cùm enim esset ipse compatronus, & ius patronatus esset penès ipsum in solidum, atque pro vna illa vice ius præsentandi eidem contulissent: Ordinarij approbatio non vtique necessaria fuit. ex Concil. Me-

diol. in *cap. 1.* ibiq; *glos.* verbo *non debeat.* & *glos. in d. cap. ex insinuatione* 14. verbo *liberaliter contulisset. de iure patronat.* & *glos. in d. can. filijs, vel nepotibus* 31. verb. *propinquis.* 16. *quæst.* 7. & ex Clemente V. in *d. clem. plures* 2. ibiq; *Gloss.* verbo *liberè. de iure patr. Lambert. de iure patronat. lib. 1. par. 2. quæst. 1. princ. art. 12. & q. 2. princ. art. 36. num. 13. Ve-rall.* Episcopus Caputaquen *decis.* 284. *nu.* 1. & 2. *par.* 1. & *decis.* 131. *num.* 1. & 2. *par.* 2. *Viuian. in praxi. iuris patronat. lib.* 4. *c.* 4. *nu.* 7. *in fin. Marius Antonin. Mdeetat. variar. resol. lib.* 1. *resolut.* 87. *nu.* 25. *vers. & licet patronus. Gratian. forens. par.* 3. *cap.* 577. *nu.* 37. *Barbos. in collect. ad d. cap. ex insinuatione* 14. *num.* 3. *de iure patronat. Rota par.* 1. *in recentior. decis.* 707. *n.* 4. & in *Lunen. Sarzanen.* 31. *Maij* 1627. coràm *Duran. decis.* 110. *nu.* 14. & 15. apud eundem *Viuian. de iure patronat.* quæ in impressis per eundē *Duranum* est *decis.* 87. *num.* 15. *par.* 1. & apud *Coccinum decis.* 463. & apud sanct. memor. *Gregor. XV. decis.* 410. *num.* 1. ibiq; *Beltramin. num.* 7. *in fin.*

Præterquàm quòd neq; assensus præstitus pro donatione pro Horatio facta, firmi-
51 tatem obtinuit, quia à pro Vicario præstitus fuit, non ab Episcopo, qui præstare ipsum debebat, vt diximus. Nàm Vicarius Episcopi sine speciali illius facultate assēsum huiusmodi præstare minimè potest. ex *Calderin. cons.* 1. *de iure patronat.* & *Ferret. cons.* 347. *n.* ... *lib.* 2. *Gratian. forens. par.* 2. *cap.* 303. *num.* 10. & *seq. Viuian. in praxi iur. patronat. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 25. & *seq.* & *cap.* 4. *num.* 5. *Rota par.* 2. *in recent. decis.* 337. *num.* 5. & apud *Cardin. Caualer. decis.* 638. *num.* 3. & apud *Seraphin. decis.* 884. *num.* 2. & apud *Viuian. decis.* 70. *num.* 3. & 4. *Gars. de benefic. par.* 5. *cap.* 9. *num.* 75. 76. & 77. & *num.* 117. vbi refert Rotę *decis.* in *Placentina Parochialis de Mirabel* 19. & *vltima Ianuarij* 1594. coràm *Orano circ. fin.* sequitur *Rota in Gerunden. Beneficij* 30. *Aprilis* 1640. coràm *Rojas decis.* 127. *num.* 10. & 11. in nouis additis ad *praxim Viuiani de iure patronatu.* & pleniùs coràm *eodem in eadem causa* 18. *Iunij* 1640. *decis.* 128. *num.* 1. & *seq.* apud eun-
52 dem *Viuianum.* Etiam Episcopo in remotis agente. vt Rota ipsa sequuta fuit apud *Coccinum Decanum in Piẽtina iuris patronatus* 22. *Aprilis* 1611. *part.* 1. *in recentior. decis.* 311. *num.* 4. & in eadem coràm eodem 23. *Martij eiusdem anni* 1611. *d. decis.* 337. *n.* 5.
53 Quia huiusmodi præstare consensum est actus voluntariæ iurisdictionis; & poterit Episcopus illū præstare, quāmuis in remo-
54 tis agat. etiam ex clausulis generalissimis in Constitutione Vicarij adiectis, nisi specialis super hoc accesserit Episcopi facultas. vt dixit *Rota in Lucana iuris patronatus* 14. *Aprilis* 1616. coràm *Manzanedo par.* 1. *in recentior. decis.* 576. *num.* 1. & *seq.* & apud *Duranum* Episcopum Vrgellen *decis.* 407. *nu.* 7. 8. & 9. & *decis* 415. *num.* 2. 3. & *seq. par.* 2. & in *Fesulana Beneficij, seu Oratorij* 5. *Decēbris* 1646. coràm *Bichio decis.* 151. *nu.* 3. 4. 5. & 6. apud *Viuianum in praxi.*

Cedere igitur oportet Matthæū Gabrielli, qui iura pro se omnia habet, habilis, & ex genere Fundatorum, & vnus ex compatronis, pauper, & pro quo patronorum omnium suffragia in vnum congregantur: cū ipse neq; vnam integram vocē ex quatuor
55 habeat. nè temerè litigasse videatur, & cōtra iustitiam agat, vndè etiam in expensis damnabitur. quia calumniam facere videtur. *cap. calumniam* 4. *de pœnis. cap. finè litibus* 5. *de dolo, & contumacia.* & ipsi quoq; agnouere Gentiles apud Vlpian. lib. 5. de officio Proconsulis in *l. eum, qui temerè* 79. *in princ. ff. de iudic.* nè ipse sicut Ethnicus,
56 & Publicanus efficiatur, quòd Ecclesiam non audierit commonentem. ex Domini animaduersione *Matthæi* 18. 17.

Atq; ità ex his, Aristarchi iudicio non exploso, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Veritas semper, & vbiq; præualet.*
Et magna, & fortior est præ omnibus.
Manet, & inualescit in æternum, & viuit, & obtinet in sæcula sæculorum.
2 *Præsentandi quasi possessio per vnicum actum acquiritur.*
Nec amittitur, quāmuis postmodù is nō præsentauerit. num. 3.
Sat tamen fuerit, si alij ex eodem stipite præsentarint. num. 4.
Quia preseruant iura huius, qui tunc non præsentauit.
Et sufficit tacita præsentatio per ratihabitionem.
Per sū erit, si ad partes præsentauerit. nu. 5.
Vnde etiam possessio per præsentationē aliorum præseruatur. num. 7.
Ratio redditur. num. 8.
Nisi alij, qui præsentauerunt, animum spoliandi habuerint. num. 9.
Quod probandum erit.
3 *Pharisęi dicunt, & non faciunt.*
6 *Præscriptionem assertus, docere de ea debet.*
Quæ sine possessione non procedit.
Et præscriptio quadragenaria perquiritur ad præscribendum contra compatronos.
10 Foueam fodens, in eam incidit (ex *Psalmo* 7. 16.) *qui machinatur alteri.*
11 *Error ex errore sequitur.*
Et ex falso falsum.

12 *Desien.*

12 *Descendentia probatur in materia iuris patronatus ex publica voce, & fama, & ex cõmuni æstimatione, & reputatione, sicut filiatio, num.13.*
Neque descendentia est probanda à primis Fundatoribus, sed à nouissimis. nu.14.
Eosque in gradu esse successibili. nu.15.
13 *Filiatio probatur ex communi æstimatione, & reputatione.*
16 *Præsentatio facta ab eo, qui in gradu est successibili, tenet.*
Nam eo ipso adiuisse videtur, quo præsentat, in iure patronatus hæreditario.
Quia citrà ius, & nomen hæredis præsentatio fieri minimè potest.
17 *Petitorium cum possessorio communionem nullam inter se habent.*
18 Iniustus noluit intelligere, vt benè ageret. *ex Psalm.35.4.*
19 *Defectus alter est intellectus, voluntatis alter. At hic voluntatis pessimus.*
20 *Probare is debet, qui asserit, non qui negat.*
21 *Negantis factum probatio nulla est per rerum naturam.*
22 Text. in l.duo sunt Titij 30. ff. de testamentaria tutela. *expenditur.*
23 *Indiuiduum signatum facit certum eum, quem signat.*
24 *Iudæi, vt Christi diuinitatem negarēt, negauerunt Cæcum natum, cui visũ restituerat, illum ipsum esse.*
25 *Nominum, & personarum multiplicatio non præsumitur.*
Et qui dixerit, probare debebit.
26 *Verba qui dant alijs, & ipsi recipient.*
27 *Litteræ Apostolicæ, ob Maiestatem illas concedentis, iustificatæ sunt exequendæ.*
Iniustificatæ verò executionem nullam merentur, & subreptitiæ æstimantur. nu.28.
Ratio offertur. num.29.
30 *Derogationem impetrans pro medietate patronorum, probare se debet præsentatũ ab alia medietate, de illo tempore impetrationis.*
Ideò enim Papa pro alia medietate derogat. num.31.
Alioquin derogatio nulla est. num.58.
Nisi fortè mandatum datum fuisset ad præsentandum. num.55. & num.57.
Nec sufficit virtualitas ad præsentandum. num.50.
32 *Papa non consueuit derogare in beneficijs iuris patronatus laicorum, nisi pro medietate vocum.*
Ratio offertur. num.33.
Si autem derogat, in totum derogat pro illa vice. num.35.
Papa est Ordinarius Ordinariorum, & totũ Orbem pro Diœcesi recognoscit. num.34.
33 *Episcopus in paritate vocum, ac meritorũ potest gratificari.*
36 *Lex quod non dicit, neq; nos dicere debemus, nec possumus.*
37 *Fundamentum intentionis suæ in litteris Apostolicis, quisquis illud facit, probare debet.*
Nec futiliter, sed plenè.
Potissimùm cùm de præiudicio agatur tertij. num.38.
39 Felini doctrina in cap. in nostra 32. nu.15. corollar.7. de rescript. expenditur. & num.42. & 45.
Celebratur, quod fuerit Rotæ Auditor, & eximius Doctor. num.41.
40 *Christus in scripturis cõtinetur. ideò illæ scrutandæ.*
Quia de ipso loquuntur.
42 *Supplicatio subreptitia non redditur, ob nõ factam memoriã eorum, quæ de futuris sunt contingentibus.*
43 *Falsum est, quod veritati opponitur, neq; cum ea coniunctionem habet, sed discrepantiã.*
44 *Mendax precator carere iure debet impetratis.*
45 *Derogare pro medietate quid sit?*
46 *Ius acquisitum non dicitur ex his, quæ contingenter se habent, & à futuro pendent euentu.*
47 *Futurum nihil in præsenti in esse ponit.*
48 *Verba cum effectu exaudiri debent, non verbotenus.*
49 *Habere cum effectu accipiendum est.*
51 *Virtualiter aliquid fieri, vel inesse alicui rei, idem est, atq; in potentia.*
52 *Vinum virtualiter ebrietatem continet, quia inebriare potest, si immodicè sumatur.*
53 *Potentia distinguitur ab actu.*
54 *Fundamento sublato ædificium corruit.*
55 Rotæ decis.1165. nu.10. & 11. *apud* Card. Seraphinũ *elucidatur, malè ab Aduersarijs exaudita, & num.57.*
56 *Patronorum consensus sufficit, siuè præcedat, siuè sequatur, quando in litteris Apostolicis dicitur (accedente patronorum consensu.)*
Quia de eorum agitur præiudicio.

ARGVMENTVM.

Eandem prosequitur materiam, atque Aduersariorum respondet obiectionibus, præsertim, præsentationem aliorum patronorum ex eodẽ stipite præseruare iura alteriùs nõ præsentatis, atq; etiam possessionẽ, nisi illi spoliandi habuerint animum, quod tamen probandum. Descendentia, sicut & filiatio, per communem æsti-

mationem

mationem probatur, atq; tra-
ctatum. & sufficit quem esse
in gradu successibili in benefi-
cio de iure patronatus hæredi-
tario. *Text. in l. duo sunt Titij
30. ff. de testam. tutel.* expen-
ditur. Derogationem impe-
trans à Papa pro medietate
patronorum, iustificare debet,
se de illo tempore præsenta-
tum fuisse. alioquin deroga-
tio non proficit. Et *decisio* ex-
penditur *Card. Seraph.* 1165.
num. 10. *&* 11. Patronorum
consensus vel præcedere, vel
subsequi potest, si litteræ cum
clausula expeditæ fuerint: Ac-
cente consensu Patronorum.

RESPONSIO LXXIV.

1 VEritatis id proprium est, vt semper,
& vbiquè præualeat. nàm *Veritas
magna, & fortior præ omnibus. Omnis
terra veritatem inuocat, Cælum etiam ipsam
benedicit, & omnia opera mouentur, & tremũt
eam, & non est cum ea quicquam iniquum.* &
*Veritas manet, & inualescit in æternum, & vi-
uit, & obtinet in sæcula sæculorum.* vti Zoro-
babelus ille apud *Esdram lib.* 3. *cap.* 4. 35. *&*
36. satis aptè, verèq; dixit. inferens ipse:
Benedictus igitur Deus veritatis. cui assense-
re omnes populi dicentes: *Magna est veri-
tas, & prævalet.*

Magna est itaquè in hac ipsa re nostra
veritas, & præualet. Cogit namq; ipsos no-
stros Aduersarios, vt nobiscum sentiant:
Stephanum Froncillum Andreæ Corradi-
ni primi filij, natum, filiumq; esse, atquè
quod anno 1560. præsentauerit, & in pos-
sessione fuerit præsentandi. quæ sanè quasi
2 possessio præsentandi per vnicum quoquè
actum acquiritur. *Rota decis.* 318. *nu.* 2. *par.* 2.
diuersor. & apud *Mohedan. decis.* 7. *num* 1. *de
iure patronat.* & apud *Crescent. decis.* 2. *in fin.
de iure patronat. & par.* 2. *in recentiorib. decis.*
235. *num.* 1. *in vna Neapolitana Rectoriæ* 19.
Decembris 1608. coràm *Attrebaten.* & apud
Coccinum decis. 245. *num.* 2. & apud *Card. Ca-
naler. decis.* 55. *num.* 4. *Claudius Tutius de iu-
re patronat. quæst.* 3. *num.* 13. *Perez de Lara
de Capellaniis lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 55. *&* 56. *Pia-
secius in praxi Episc. par.* 2. *cap.* 5. *art.* 1. *nu.* 23.
fol. mihi 360.

3 Cùm itaq; præsentauerit tunc, atq; præ-
sentandi possessionẽ acquisierit, quàmuis
postmodùm (fac tamen hoc verum esse,
dicunt enim, & non faciunt sicut Pharisæi,
Domini testimonio. *Matthæi* 23. 3. nõ pro-
bant videlicèt) non præsentauerit, vel quia
absens fuerit, vel quia vacationem nesciue-
4 rit, vel quia neglexerit; sat tamen illi fue-
rit, si alij eius fratres præsentauerint. Præ-
seruauerunt enim iura eiusdem Stephani,
vt sufficiat ei, si vel tacitè præsentauerit, ra-
tum habendo, quod alij sui fratres fecerũt.
ad *text. in cap.* 2. ibiq; *Abbas num.* 9. *de his,
quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capit. Rota
decis.* 11. *num.* 2. *de iure patr. in nouis.* & apud
Card. Caualer. decis. 197. *num.* 5. *Feder. de Sen.
cons.* 102. *num.* 3. *& cons.* 147. *nu.* 1. *Rota in re-
centiorib. par.* 2. *decis.* 640. *nu.* 4. & apud sanct.
mem. *Gregor. XV. decis.* 417. *num.* 9 ibidemq;
Beltramin. num. 15. *& decis.* 452. *nu.* 7. 8. *&* 9.
& Nos deduximus, plenè omnes referentes
respons. nostra 6. *num.* 31. *& seq. ad fin. vsquè
part.* 3. Iura tuentes Ascanij Castelli Cleri-
ci Auersani, vndè pensionem illic ex cõcor-
dia obtinet annuam scutorum viginti, ex-
peditis Bullis per Sanctam Sedem Aposto-
5 licam. Et quid sanè, si ad partes ipse præ-
sentauit, & fratrum suorum præsentatio-
ni assensum præstiterit? quod perpendit
in terminis *Rota* apud sanct. memor. *Grego-
rium XV. d. decis.* 452. *nu.* 7. *&* 8. & perpen-
sum quoq; optimè fuit in *Neapolitana iu-
rispatronatus* 27. *Ianuarij* 1643. corã *Otthobo-
bono decis.* 136. *nu.* 11. 12. *&* 13. in nouis ad-
ditis ad *praxim Viuiani de iure patronat. &
decis.* 145. *num.* 14. *&* 15. coràm *Otthobono*
mox referenda. sequutiq; fuimus in re no-
stra non absimili, etiam in alia Auersana
beneficij *respons.* nostra 67. *nu.* 30. 31. *&* 32.
par. 4. Quam ob causam satis scita nostro-
rum est Aduersariorum perpensio, in qua
non minimè exultant. præscriptam fuisse
6 Stephani huius præsentationem, vel 30. spa-
tio annorum. Neq; enim de præscriptione
ipsi docent, quæ sine possessione non pro-
cedit. *regula sine possessione* 3. *de reg. iur. in* 6.
Rota d. decis. 318. *num.* 1. *part.* 2. *diuers.* Quàm-
uis inter compatronos ad præscribendum
decursus perquiratur quadraginta annorũ.
secundùm *Rotam decis.* 229. *num.* 1. *& decis.*
407. *n.* 1. *par.* 1. *diuers.* & apud *Durantum* Epi-
scopum Vrgellen *decis.* 245. *num.* 6. *par.* 1. &
sequuta fuit Rota in *Leodien beneficij* 1. *Fe-
bruarij* 1645. coràm *Otthobono decis.* 145. *nu.*
17. in nouis additis ad *d. praxim Viuiani.
Barbos. in collectan. ad Tridentinum sess.* 25.
cap. 9. *num.* 22. 23. *&* 24. & in *Sulmonen Be-
neficij* 25. *Iunij* 1646. coràm *Pentingero decis.*
149. *nu.* 8. apud eundem *Viuianum.* Nec equi-
dem

dèm sat est illum postmodùm non præsen-
tasse, cùm eius iura alij fratres præsentādo
7 pręseruauerint, vt diximus, ob quę etiam
possessio ipsa præseruata censetur. ex Lam-
bertino lib.2. par.1. q.3.art.16.num.20.& seq.
& Bart.in l.communis seruus 42. per illū tex.
8 ff.de acquir.poss.ff. Rationem reddente satis
ad rem nostram adæquatam: Quia nimi-
rùm alij, qui pręsentauerunt, iure familiari-
tatis gessisse videntur, & communi pręsen-
tauerūt nomine. eorum proindè possessio,
ad eos, qui non præsentauerunt, transibit.
Rota apud Puteum decis.298.num.3.lib.1. in
impressis Venetijs 1610.& apud Card.Sera-
phin.decis.970.num.2.& decis.1021.nu.5. Ca-
putaquen decis.364.num.6.& 7. & decis.366.
num.1. part.2. sequiturq; Garsias de benefic.
par.4. cap.5.num.14. in fin. diximusq; Nos
plenè dicta nostra respons.6. num.34 & 35.
par.3. dictumq; fuit in d. Neapolitana iuris-
patronatus corā Ottbobono d.decis.136.nu.13.
9 Neq; alij fratres animum habuere Stepha-
num à iure præsentandi spoliare, quod ipsi
probare debuissēt, quod nec fecere. vt per-
pendit Rota apud Caputaquen d. decis.364.
num.3. par.2. & decis.640.nu.2.& seq. par.2.
in recentior. ex Abbate cons.54.num.13.lib.3.
& Nos d.respons. nostra 6. num.32. par.3. &
dictum fuit in d. Leodien iuris patronatus 1.
Februarij 1645. coràm eodē Ottbobono decis.
145.nu.13 14.& 15. in dictis nouis additis
ad praxim Viuiani. & apud eundē in Aquila-
na iuris patronatus 24. Ianuarij 1646.coràm
Corrado decis.148.num.9. Præterquàm quòd
insulsissima eorum remanet perpensio de
præscriptione aduersus Stephanum. Neq;
porrò quidquam hoc Clerico Gabrieli of-
ficit, quin easdem voces obtineat. ex Ioan-
ne Vincentio, Ioanne Iacobo, & Corradi-
no iuniore fratribus, qui eum præsentaue-
10 runt. Inciderunt igitur in foueam, quam
fecerunt. iuxtà illud Psalmi 7.16. Incidit in
foueam, quam fecit. Adhùc & ipsi sine intel-
lectu sunt? vt Dominus Apostolis Matth.
15.16. dixit: Adhùc & vos sine intellectu
estis? Non mirùm ergo, si in alios nō pau-
11 cos postmodùm dedere errores. Ex errore
autem non nisi error sequitur, sicuti ex fal-
so falsum, post Aristotelem ostendit Pau-
lus lib.21. ad edictum in l. & ex diuerso 36.
§.1 ff de rei vindic. Sat proindè fuit Gabrie-
12 li descendentiam probasse ab Stephano, &
alijs fratribus, qui ipsum præsentauerunt.
ad quam probandam, satis fuere testes de
publica voce, & fama, atq; communi æsti-
13 matione deponentes, sicuti & filiatio ex
communi æstimatione, & tractatu proba-
tur. plenè per Menoch.de arbitr.lib.2.cent.1.
casu 89. num.72. 73.& seq. Alba Mandellus
cons.6. num.11. & cons.83. num.8. 12. & 13.
Rota in terminis nostris in Veliterna iuris
patronatus 16. Februarij 1609. coràm Card.
Caualerio decis.46.num.2.3.& 4. Neq; opus
14 habebat, descendentiam probasse ab ipsis
primis Fundatoribus, sed à nouissimis, qui
pręsentauerunt, & in quasi possessione prę-
sentandi fuerunt, & sunt. vt ex Lambert. de
iure patronat.lib.2.part.2.quæst.50.art.6.nu.7.
sequuta fuit Rota apud sanct. memor. Gre-
gorium XV.decis.349.num.1.& seq. ibidemq;
Beltramin. num.6. & d. decis.452. num.16. &
apud Card.Caualer.decis.382.num.1.& decis.
395.num.1.2.& 5. & sequta fuit Rota in Pi-
storien Parochialis Sancti Hippolyti 19. Apri-
lis 1638. coràm Dunozetto decis.125.num.4.
& 5. in nouis additis ad d. praxim Viuiani
de iure patronat. & ibidē in Rhegien iuris pa-
tronatus 27. Aprilis 1640. coràm Ghisilerio
decis.126. num.21. & Cremonen Præpositura
13.Maij 1644. coràm Corrado decis.139. n.5.
in eisdem additis ad Viuianum. & apud eun-
dem in Caurien iuris patronatus 13. Martij
1645. coràm Rojas decis.146.nu.4. & in Me-
diolanen Prioratus 27.Maij 1647. coràm Cor-
15 rado decis.152. nu.9. Eosq; in gradu fuisse
successibili. Eo ipso nempè tempore, quo
16 præsentauere, adhijsse dicuntur, atq; in hę-
reditatem se immiscuisse suorum parentū.
Quia nimirùm citrà ius, & nomen hæredis
in iure patronatus hæreditario pręsentatio
fieri minimè potest. vt in vna Auersana iuris
patronatus, seu benefici 23.Iunij 1608. coràm
Littai & in eadem 18.Iunij 1610. coràm Pi-
rouano decis.288.tom.1.in posthumis Farinac.
dictum fuit, quas sequuta fuit Rota apud
Caualer.d.decis.395.nu.1.& 2.& d.decis.382.
nu.2. plenè habetur. & sequuti Nos fuimus
respons. nostra 39. num 19.& 20. par.4.

Si quid igitur in aduersum ipsi præten-
dunt, non hoc sibi tempus spectacula po-
scit. In possessorio nempè versamur iudi-
cio, dicant ipsi compatroni, si hoc obijcere
voluerint iudicio petitorio. Sed ex compa-
tronis obmurmurat nullus, qui rem moue-
re per quā optimè. vt suo illos perimamus
17 gladio: quod communionem nullam in-
ter se ad hanc rem petitorium cum posses-
sorio iudicio patiatur. ex Vlpiano lib.7.ad
edictum in l.naturaliter 12.§.nihil commune.
ff.de acquir.vel amitt.possess. Macerat. variar.
resolut. lib.1.resol.104.num.6. Rota par.4.di-
uersor. collecta per Farinac. decis.187.num.4.
Nos d.respons.39. nu.29.par.4. Præterquàm
quòd filij Stephani & ipsi præsentauere, &
in possessione sunt præsentandi, tàm anno
. . . . quàm etiā anno . . . . vt ex facto
apertissimè deducitur. quod nostri Aduer-
sarij, vel non viderunt, neq; intellexerunt;
vel intelligere noluerunt, vt benè agerent.
18 iuxtà illud Psalmi 35.4. dixit Iniustus, &c.
noluit intelligere, vt benè agèret. quorū vnus,
19 defectus dicitur intellectus, alter volunta-
tis, & quàm pessimus. ex Nicolao I. Papa
can. si decreta 2. dist. 20. Vtroq; verò hi erra-

uere defectu, afferentes, non conſtare de identitate perſonæ Ioannis Iacobi Froncilli Andreæ nati, atquè Stephani fratris, quòd plures in generatione familiæ de Froncillo aderant perſonæ eiuſdem nominis. Afferunt ipſi, vt ſatis ſcioli, pro ſe *text. in l. duo ſunt Titij. ff. de teſtament. tutel.* Et quidèm quòd plures extarent eiuſdem nominis (Ioãnis Iacobi) hoc ipſi pręſtare debe-
20 bunt, qui id afferunt. Quia ei incumbit probatio, qui dicit, non qui negat. ex Paulo lib. 69. ad Edictum in *l. 2. ff. de probation.*
21 Cùm per rerum naturam, factum negantis, probatio nulla ſit. vt Diocletianus, & Maximianus Auguſti cõteſtati fuere in *l. actor 23. C. de probat.* & in *l. ſciant cuncti fin. eodem*, quam legem inter ſacros canones retulit Gratianus in *can. ſciant cuncti 2. 2. quæſt. 8. Rota* apud *Card. Mantic. decif. 68. n. 1.* Idcircò nos, vt in indiuiduo ſignaremus, Ioannem Iacobum, & filiũ Andreæ ſignauimus, ac nominauimus. eſt itaq; certus Ioannes Iacobus filius Andreæ Froncilli, frater Ste-
22 phani, & aliorum. Non perceperunt proindè ipſi ſenſum Pauli lib. 6. queſtionũ in *d. l. duo ſunt Titij 30. ff. de teſtam. tutel.* verba damus Pauli, indè ſentiẽt, quòd à via aberrauerint: *Duo sũt Titij* (inquit) *pater, et filius; datus eſt tutor Titius; nec apparet de quo ſenſit teſtator, quæro quid iuris ſit? Reſpondi. Is datus eſt, quem dare teſtator ſenſit, ſi id nõ apparet; non ius deficit, ſed probatio. igitur neuter eſt tutor.* Tunc ergo locum habet incertitudo, ſi duo eiuſdem reperiantur nominis, quando de quo duorum dictum ſit, nõ apparet; ſed ſi apparere poteſt, dubitatio ceſſat, & certitudo inducitur. Sint ergo centum Ioannes Iacobi. Iàm noſtrum in indiuiduo ſignato dedimus; Ioannem Iacobum nominando, filium Andreæ Fron-
23 cilli. Certum itaq; fecimus illum per indiuiduum certum, atq; ſignatum. Ni in Iudæorum inſanias dare velint; qui vt Chri-
24 ſti Domini diuinitatem non approbarent, ꝗ cœci nati oculos aperuerat. *(Ioan. 9. 8.)* in perſona, atq; in indiuiduo illius, dubiũ poſuere: *Non nè hic eſt, qui ſedebat, & mendicabat? Alij dicebant: Quia hic eſt. Alij autem nequaquàm, ſed ſimilis eſt ei. Ille verò dicebat: Quia ego ſum.* ſic nempè Ioannes Iacobus Andreę natus, & ipſe reſpõdit: *Quia*
25 *ego ſum.* Oſtendunt itaq; ipſi, quàm acris ſint ingenij. Cùm aliàs multiplicatio nominum, & perſonarum nõ præſumatur, niſi probetur. ſequitur *Iaſon in l. 2. nu. 9. & nu. 19. C. de bonor. poſſeſſ. ſecundùm tabulas.* atq; in his terminis *Alba Mandell. d. conſ. 6. n. 21.* cuius hæc damus verba: *Et ſi dicatur in contrarium fuiſſe alios eius nominis, opus eſt quòd hoc probetur, quia pluralitas non præſumitur. vt per Iaſ. & Dec. in l. 2. C. de bonor. poſſ. ſecundùm tabulas.* Sic Iacobus Alba Mandelius

Doctor ſanè inſignis, maximiq; nominis.
26 Putãt ergo ſe ità verba dare nobis, & alijs, ſed verba ipſi recipient. iuxtà Gratiani dictum in *can. Eccleſiæ 1. §. ad hæc callida. 13. q. 1.* dicentis: *Sed Deo propitio ſi verba dediſtis, verba recipietis.* ibiq; *Gloſſ.* verbo *verba.* quæ ſic, & ipſa infert: *Res dare pro rebus, pro verbis verba dare ſolemus.* Nec animaduertunt, ſe in probatis non eſſe, neqnè modo vllo prætẽſas Bullas Apoſtolicas iuſtificaſſe, neq; quòd à medietate compatronorũ præſentatus Matthæus fuerit, neq; à malo-
27 ri eorum parte, cùm vtrumq; probare debuerint. Sicut enim Bullæ Apoſtolicæ, ob Maieſtatem eius, qui illas dedit, iuſtificatæ executionem habent paratam ad inſtar, *l. fin. C. de edicto Diui Hadr. tollen.* vt plenè Nos deduximus pro dicto Aſcanio Caſtello reſpondentes *d. reſponſ.* noſtra *6. nu. 8. &*
28 *ſeq. par. 3.* Ità planè non iuſtificatæ executionem nullam merentur, quia ſubreptitiæ æſtimantur. *cap. ſi proponente 42. de reſcript. cap. ſi motu proprio 23. de præbend. in 6. Rota* apud *Card. Mantic. decif. 358. nu. 4.* & in *Cæſaraugustana Beneficij de Linares 26. Iunij 1645.* coràm *Bichio decif. 135. num. 3.* in nouis additis ad *praxim Viuiani de iure patronat.* Ea
29 ſanè ratione: Quia Gratia ità exauditur ſemper, ſi preces veritate nitantur. ex *cap. fin. de reſcript.* idem *Mantic. d. decif. 358. nu. 1.* & apud ſanct. memor. *Gregorium XV. decif. 210. num. 1.* quàmuis in negatiua fundamentum haberet *ibidem.* & *decif. 13. num. 8. cum ſeq. & decif. 314.* & apud *Card. Caualer. decif. 266. num. 4.* quia exauditur ſine præiudicio iuris alterius. *Creſcent. decif. 10. nu. 2. de præbend.* & Rota coràm Bichio *d. decif. 135. num. 4. in d. Cæſaraugustana Beneficij de*
30 *Linares.* Iuſtificaſſe itaq; debuiſſet, & ſe à medietate præſentatum fuiſſe, atq; etiam à maiori parte patronorum; quod ſanè aſſeruit, vt faciliùs Papam ad annuendum permoueret; atq; etiam ſe de illo tempore præſentatum fuiſſe, vt in prioribus noſtris ſcriptis prælo iàm præſſis *col. 2, nu. 12. & 13.* deduximus, quàm plures afferendo Doctores, atq; Sacræ Rotæ deciſiones.
31 Indè quippè Papa ad derogandum pro medietate permotus fuit, quia ſe præſentatum aſſeruit pro medietate altera, atq; etiã à maiori patronorum parte. alioquin non
32 derogaſſet, cùm non conſueuerit Papa in beneficijs iuris patronatus laicorum facilè derogare, niſi pro medietate. vt perpendit *Rota* apud *Card. Mantic. decif. 291. nu. 1. 2. et 3.*
33 & perpendit ad rem noſtram in hiſce terminis Rota in *Aquilana iuris patronatus 4. Iunij* 1646. coràm *Corrado decif. 149. nu. 13. & 14.* in dictis nouis additis ad *praxim Viuiani.* Quia nimirùm, ſi cæteris paribus, in æqualitate exiſtentibus, cum vno eorum poteſt Epiſcopus gratificari; cur non mul-

34 tò ma-

34 tò magis Papa, qui Ordinarius est Ordinariorum, & vniuersum Orbem Terrarum pro Diœcesi recognoscit? *cap.2. & 3. de translat. prælator.* ex Gelasio Papa in *can. cuncta per mundum 17. 9.quæst.3. Anastas. Germon. de sacror. immunit. lib.3.cap.15.n.73.* Nos *respons.* nostra 75.*num.*10.& *respons.*81. *nu.*50.*part.*3.*Rota* apud *Duranum decis.*306. *num.*7.*part.*2. & apud sanct. memor. *Gregorium XV. decis.*221.*num.*9.ibique *Beltramin. num.*13. Sicuti verò nec gratificabit Episcopus cum eo, qui in paritate non est meritorum.& voeum; itá nec derogabit Papa pro altera medietate, nisi cū derogat, fuerit
35 supplicans à medietate præsentatus. alioquin non pro medietate, sed in totum pro illa vice derogaret Papa. *Rota* apud *Manticam d.decis.*292.*num.*1.2.& 3.& *nu.*6. hoc
36 verò in hac derogatione non legitur; ergo neque nos, neque Aduersarij dicemus. Vnum accipe Fabiani Papæ argumentum in *can. significasti* 85.*in fin.*1.*quæst.*1. sic nempè ille ad rem nostram rationem reddit: *Nàm Apostoli* (inquiens) *talem consuetudinem non habuerunt, neque habendam decreuere.* ergo nec nos. *Gloss.* ibidem verbo *decreuerunt.* subnectit. Aliud accipe exemplum ex Diocletiano, & Maximiano Augustis in *l. ad probationem* 21. *C. de probationib.* illis verbis: *Quippè cum horum lectio non recitantem, sed quē tenor scripturæ designat, adiuuet.* Quod ergo in scriptura non continetur, neque nos, neque Aduersarij affirmabimus. deduximus Nos pluribus *respons.* nostra 76.*num.*24.*part.*4. & perpendit *Rota* apud *Mantic. d.decis.*292.*sub num.*1. ex *Clement. per litteras* 2.*in fin. de præbend.* illis verbis: *Nisi hoc in Apostolicis litteris caueatur expressè.* ibiq; *Gloss.* verbo *Apostolicis.in fin. Campanil.* Episcopus Laquedonen. & postmodùm Isernien in *diuersorio Iuris Canonici, rub.*11.*cap.*13.*num.*488. Fundamentum
37 itaquè hoc fuit intentionis suæ ad Pontificem Summum mouendum, vt pro altera derogaret medietate, se illo tempore, quo supplicauit, à medietate patronorum præsentatum fuisse, quinimò à maiori parte; propter hoc proindè pro alia medietate derogauit Papa. Ipse igitur hoc probare
38 debebit, neque futiliter, sed plenè. potissimùm cum de præiudicio agatur tertij, Gabrielis videlicèt. vt dixit *Rota* apud *Puteum decis.*266.*num.*2.3.& 4.*lib.*3. & sequuta fuit *Rota* apud sanct. memor. *Gregor. XV. decis.*387.*num.*5. & dixit *Rota in Salamantina Capellania* 20.*Nouembris* 1592. coràm *Card. Pamphilio* Patruo Sanctissimi D. N. Innocentij X. apud *Garz. de benefic. part.*6. *cap.*4. *num.*36. *Pariss. de resign. benefic. lib.*10. *quæst.*3.*num.*59. & *num.*69.& 70. *Rota in d. Aquilana iuris patronatus* coràm *Corrado d. decis.*149.*num.*13.& 14.

Hanc ob causam proindè satis erronea videtur esse, quam ipsi fecerunt, perpensionem inferre volentes; quod cùm contin-
39 gentèr se habuerit præsentari, vel non præsentari, non opus erat, exprimere se præsentatum fuisse à medietate patronorum. afferunt pro se *Felini* doctrinam in *cap. in nostra* 32. *num.*15.*in* 7.*corollar. de rescript.* Sed expresè decepti fuere, doctrinas non expendentes, neq; fortasse intelligentes. sicut & Pharisęi, quibus Dominus noster *Ioan-*
40 *nis* 5. 39. dixit: *Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me.*
41 Verba itaquè nos afferamus *Felini Sandei* Rotæ Romanæ Auditoris, atq; doctissimi, exactissimiq; Sacrorū Canonum Interpretis. sic nempè ipse: *Septimum corollarium:*
42 *De fucturis habentibus se ad esse, vel non esse, merè contingentèr, non est opus facere mentionem. secundùm Rotam in isto tit. decis.* 25. *in nouis. Vndè non nocet, si taceat ius, quod in beneficio potuisset Aduersarius consequi, si ego non impetrassem, etiam si per impetrationem meam præcludatur ei via ad futuram, & nonā impetrationem. vt in exemplo de quo ibi.* sic Felinus. Quid igitur commune hæc *Felini* doctrina, cum facto, quod nunc agitatur? Matthæus namquè asseruit se præsentatum à medietate patronorum, quin à maiori parte; & Summus Pontifex pro altera medietate derogauit, & tamen Matthæus tūc temporis neq; à maiori patronorum parte, neq; à medietate præsentatus fuerat. nō erat igitur verum, tunc præsentatum fuisse.
43 ergo falsum. Namq; falsum est, quod veritati opponitur, neq; cum ea coniunctionē habet, sed discrepantiam. ex Paulo libro singulari de pœnis in *l. quid sit falsum* 23. *ff. ad l. Cornel. de fals.* falsum exęplificat Paulus ibi: *Si quis Chirographum alienum imitetur.* nàm hoc contra veritatem est. ergo falsum. & ex Diocletiano, & Maximiano Augustis in *l. nec precum* 20. *C. ad leg. Cornel. de fals. S. Thom.* 2.2.*quæst.*93.*art.*1.*in corpore.* & 1.*par. quæst.*2.*art.*1.*in* 3.*argum.* & *ad tertium.* diximus *respons.* nostra 79. *num.*9.
44 *par.*4. Ex hac ergo parte mendax precator carere iure debuit impetratis. ex Innocentio III. in *cap. super litteris* 20. *in fin. de rescript.* Quia nimirùm eatenùs Papa cum eo pro altera derogauit medietate, quatènus verum fuisset, eum ab altera tunc medietate (vt asseruerat) præsentatum fuisse. De-
45 rogare namq; pro medietate fuit, consensum plurium patronorū ad solam restringere medietatem, vt altera medietas in cōsiderationē nō haberetur. ex *Parisio de resignat. lib.*2.*q.*4.*nu.*55. *Rota* apud *Card. Mantic. decis.*248. *nu.*3. & in *Lucana iuris patronatus* 25.*Iunij* 1638. corā *Carillo decis.*118.*nu.*11. in nouis additis ad *praxim Viuiani de iure*

patronat. non quòd à futuro penderet euen-
tu, vt præsentaretur, cùm fieri vtiq; potuis-
set, vt non præsentaretur. Atq; ità exaudi-
tur, quod Felinus asserit: *De futuris haben-
tibus se ad esse, vel non esse, non esse faciendam
mentionem;* Quia à futuro dependent euen-
tu, & possunt esse, & non esse. Vndè nec ius
46 dicitur acquisitum alicui, ex his, quæ con-
tingentèr se habent, & à futuro dependent
47 euentu. Quia nihil in præsenti in esse po-
nunt. ex Vlpiano lib. 3. ad Edictum in *l. 1.
§. hac autem verba*, cum ibi notatis *ff. quod
quisq; iuris.* Rationem reddens, quòd verba
48 cum effectu exaudiri debent, non verbo-
tènus. præsentatū proindè fuisse, rem per-
fectam significat; non ità futurum, quod
faciendum, non factū importat; & accide-
49 re interim potest, nè fiat. Habere autem,
cum effectu accipiendum est. ex eodem
Vlpiano lib. 15. ad Sabinū in *l. nomen filia-
rum 164. §. habere. ff. de verbor. signif.* ad *tex.
in l. verbum oportebit* 8. ibiquè *Rebuff. vers.
verbum futurum non continet.* & *Alciat. nu. 6.
ff. de verbor. signific. Card. Tusc. tom. vlt.* verbo
tempus. conclus. 29. Rota apud sanct. memor.
Gregor. XV. decis. 338. num. 5. ibiq; *Beltramin.
num. 15.* diximus *respons.* nostra 6. *num. 31.
part. 4.*

50 At scitè instabunt ipsi, dicentes: *Quia
virtualitèr aderat consensus patronorū de tem-
pore data, quia illum promiserunt, & fuit post-
51 modùm in effectum deductū.* Virtualitèr, hoc
est in potentia, quia & illi actiuè præsenta-
re poterant, & potentiam ad præsentandū
habebant, & Matthæus passiuè, vt presenta-
ri posset. sed non, quòd esset actu præsenta-
tus, vt ipsius importat assertio; se præsenta-
52 tum fuisse. Quemadmodùm virtualitèr vi-
num inebriare potest, immodicè sumptū;
sed non actu inebriat, nisi actu immodicè
sumatur. ex Hieronymo in *can. venter mero
æstuans 5. & can. violentum 6.* & Prospero in
can. luxuriam facit 7 & Ambrosio *can. sexto
die 8. § in principio generis humani. dist. 35.* &
Innocentio III. in *cap. & si Christus 26. §.
quadam verò prohibentur. de iure iur.* Poten-
53 tia verò ab actu distinguitur; quia accide-
re potest, vt quod virtutem ad operandum
habet, & potentiam; non operetur, neq; in
actum exeat. ex Philosophis. & ex Innocē-
tio III. in *cap. cùm super Abbatia 23. in fin. de
offic. Iudic. deleg.* illis verbis: *Voluntate, & po-
testate sibi mutuò aduersantibus, cùm voluerit,
quod potuerit, & quod voluerit adimplere ne-
quit.* Sunt ergo duo distincta potentia, &
actus, quorum vnum se habet vt materia,
alterum vt forma. Materiam verò & formā
distincta inter se esse, nemo est, qui in du-
bium reuocet, ni velit, & ipse cum ratione
insanire. ex Comico Poeta. & habetur ex
Innocentio III. in *cap. maiores Ecclesiæ 3.
§. cæterùm ex vi litteræ, in fin. de baptismo*, &
eius effectu. quo loco Innocentius, actum ab
aptitudine distinguit. ibidemq; *Gloss.* ver-
bo *ad aptitudinem.* eruiturq; nō in tenebris.
ex Ioanne illo Chrisostomo in *can. matri-
monium 1. 27. quæst. 2.* eiusdemq; sensus vi-
dentur Domitianus, Maximianusq; Cæsa-
res in *l. multū interest 6. §. fin. in fin. C. si quis
alteri, vel sibi.* illis quoq; verbis: *Dùmq; tibi
non vis, nec illi potes.* Potuissent itaquè illi
præsentare Matthæum, vt postmodùm præ-
sentauerunt, sed non præsentauerāt adhùc.
non igitur præsentatus tunc dici poterat
actu tēpore supplicationis, vt ipse asseruit,
atq; perquirebatur, vt gratia subsequi vale-
ret derogationis pro medietate aliorum,
qui non eum præsentauerant. Tunc enim
necesse erat, vt ipse præsētatus fuisset. vt in
prioribus nostris informationibus dedu-
ximus. non fuerat autem tunc presentatus.
Quinimò presentatus Gabriel eius Aduer-
sarius. Inanis est ergo gratia, inanis dero-
54 gatio pro medietate. Quia fundamentum
deficit, super quo derogationis gratia ædi-
ficata est. ad *tex. in can. cùm Paulus 26. 1. q. 1.*
ex Africano lib. 9. quæstionum in *l. egi te-
cum 26. in fin.* ibiq; Pauli summarium *ff. de
except. rei iudic.* ex *cap. 1. de rebus Eccles. non
alien. in 6.*

Neq; in firmamento fundatum est, quòd
præsentare promiserant. Nàm promissio
illa verbotènus tantùm erat, & de qua per
55 assertionem ipsius constat, non aliundè,
sed nullum ad præsentandum tunc tempo-
ris mandatum dederant, de quo constet.
quibus in terminis loquitur *decis.* 1165.
Cardinalis Seraphini *num. 11.* & eam exau-
diuit *Rota part. 2. in recentioribus decis. 443.
num. 2. in fin. & part. 1. in eisdem recentioribus
decis. 707. num. 1.* & deduximus nos in dicta
nostra informatione. Quemadmodùm &
malè decisionem percepere prædictam,
dùm asserunt, sufficere, si intrà legitima
56 tempora subsequatur præsentatio, siuè se-
quatur, siuè præcedat consensus patrono-
rum, & ità constare de stylo Datariæ, &
Cancellariç. namq; (addit ipse,) quo pacto
intelligatur stylus: *Quæ* (inquiens) *solet
apponere clausulam, accedente consensu patro-
norum.* quando igitur talis adiecta clausu-
la fuerit, tunc sanè locum habet, vt consen-
sus, vel precedat, vel sequatur patronorum;
Quia de eorum tunc agitur præiudicio.
57 Nos verò in terminis satis diuersis sumus.
& *Rota d. decis. 443. num 2. part. 2. in recentio-
ribus.* suspectam dictam *decis. Seraphini* ha-
bet; vel saltim illam admittit, quatènus
constabat de consensu patronorum, stan-
te mandato iàm dato ad præsentandum.
58 alioquin derogatio locum non habet, nisi
iustificatio tempus percutiat datæ. vt *Ro-
ta d. decis. 443. num. 2.* perpendit. Non sunt
iustificatæ ergo litteræ Apostolicæ per
Mat-

Matthæum : executionem ergo nullam merentur. Instituendus est ergo Clericus Gabriel, à maiori parte patronorum præsentatus.

Atq; ità ex his secundò respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Homines cùm mortales se esse obliuiscuntur, perpetuos in hac terra, & exilio se facere tentant.*
Moriuntur tamen.
Et quæ magnis parauere laboribus derelinquunt.
Et in alienas transeunt manus.
Astrologis sunt similes. num.5.
Et Icaro. num.6.
2 *Locus Psalmi* 38. 6. *&* 7. Verùmtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens. *ex Augustino expenditur.*
3 *Morimur, atq; transimus dùm viuimus.*
4 *Aetas hæc nostra transuolans est.*
5 *Astrologi cùm longè ab Astris dissident, ex illis futura prædicere tentant. ita sunt, qui in perpetuum perdurare se putãt in hac vita, etiam postquàm hinc demigrauere.*
Similes Icaro.
6 *Icarus dùm assumptis ex cera pēnis aera tranare tentat. in mare dilabitur.*
Icareisq; nomina fecit aquis.
7 *Prouerbium :* Fabula nunc ille est.
8 *Locus Matthæi* 27.46. *&* 47. *& Marci* 15.34. Eli, Eli lammasabathani. *elucidatur ex Hebræo.*
Non enim verba Christi perceperunt Hebræi tunc.
9 *Beneficium iuris patronatus hæreditarium, & ex pacto, & prouidentia Fundatoris, qui obtinere tentat, & ad illud præsentare, duo probare eum oportet.*
Et hæredem esse.
Et ex vocatis ex prouidentia Fundatoris. & num.11.
10 *Vocatum se asserens, ipse hoc probatione apertissima præstare debet.*
12 *Præsentare qui tentat, in possessione esse debet præsentandi.*
Vel descendētiam probare ab his, qui in possessione sunt.
Alioquin præsentatio nulla est.
13 *Ius patronatus, & præsentandi in fructu est.*
Ad eum itaq; spectat, qui in possessione est, vel quasi iuris præsentandi.
14 *Præsentatio ab eo facta, qui nullum ius præsentandi tunc habebat, nulla est.*
Quàmuis ius haberet in actu primo, & in potentia. num.15.
Hoc nempè petitorium respicit per tres conformes. num.16.
17 *Sententiæ tres conformes executioni demandantur.*
18 *Petitorium intentatũ dicitur, cùm petitur, sibi aliquid adiudicari ratione dominij, partemq; aduersam condemnari.*
19 *Citari, atq; in iudicium interpellari debet, quicunquè interesse in negotio habet. vel ex illo lædi potest.*
Vel qui considerabile in negotio interesse habere poterit. num.20.
21 *Citationis defectus insanabilis est.*
Omne enim iudicium à citatione initiũ ducit.
Quia defensionis subuertit propugnaculum. num.23.
22 *Dominus Deus iudicium acturus cum Adam, & Eua parentibus nostris, per semetipsũ eos citauit. Adam vbi es?*
24 *Defensio ab ipsa nobiscum natura concreuit.*
25 *Sententia citationis defectu vitiatur, & nulla est.*
Et nisi citatio ad sententiam præcisa fuerit. num.30.
Quia seruitutem inducit.
Præcipitanterq; .voluntaria Iudicantis præcipitatione lata. num.26.
27 *Citatio ad sententiam circumducitur, si post illam ad vlteriora in processu ad alios actus procedatur. & num.31.*
Et debet esse præcisè ad sententiã, & pro die certa. num.30.
28 *Crimina multa in vno facinore accidere possũt. ex Ambrosio.*
29 *Sancti Ioannis Baptistæ caput amputari fecit Herodes Rex, vt placeret puellæ saltanti.*
Dimidium Regni æstimatum fuit caput dicti Sancti.
32 *Publicationis processus defectus nullitatem operatur sententiæ.*
Quia defensionem tollit:
33 *Caluinus hæreticus in orcum descēsurus, cùm moreretur, quæ dixit.*
34 *Conscientiæ vermis nunquàm moritur.*
35 *Testibus quanta fides adhibenda sit, ex eorum carpitur dictis.*
Iudicisq; remittitur arbitrio.
36 *Institutio ex præsentatione accipit normam.*
Neq; sine præsentatione institutio succedere potest.
Institutio malè, ac nullitèr facta, attendi non debet. num.37.
Ac si facta minimè fuisset.
38 *Præsentatio lite pendente facta, non tenet.*
Et facta cum pacto, vt proprijs expēsis præsentatus iura tueatur præsentantiũ simoniaca dicitur. nu.39.
Atq; proindè nulla. num.42.
Præsentatio quid spiritualc est. nu.40.
Vel saltim spirituali annexum.
Præsentatio in fructu est. num.54.
41 *Simonia, quid?*

43 *Principiis ignoratis ; omnia pariter ignorantur.*

44 *Fundamento submoto, ædificium corruit, ruinamq; facit.*

45 *Principium cuiusq; rei potissima pars est.*

Principio proindè, quæ sunt initiata malo, difficile bonum sortiuntur exitum. nu. 46.

47 *Censũ, qui percipit ex bonis alicuius, an quoquè in iure succedat præsentandi? insulsa propositio, ideò refellitur.*

Census, quid? num. 48.

Super certo fundo constitui debet. nu. 49.

Quàmuis hypotheca super omnibus imponatur bonis. num. 51.

Hoc enim pro faciliori est census securitate.

50 *Carolus Brancacius Regius à Consilijs celebratur.*

Responsionem dedit pro censibus ad formã Pianæ Constitutionis.

52 *Rei censuatæ dominium penès vendentem censum remanet.*

53 *Ius præsentandi in Castri conductorem, vel alterius rei vniuersalis, transfertur.*

In quem fructuũ omnium perceptio transit.

Quia nimirùm præsentatio in fructu est. num. 54.

55 *Dominium vtile in conductorem transit domus, Castri, & proindè ius omnes percipiendi fructus.*

56 *Præsentatio vt sustineatur eius, qui præsentat, sat est, si se in gradu successibili esse demonstret.*

Eo enim ipso, quòd præsentat, adhijsse hæreditatem videtur.

Quia citrà ius, & nomen hæredis in iure patronatus hæreditario, præsentatio fieri minimè potest.

57 *Possessio iuris præsentandi in hæredem nõ transit à defuncto, nisi apprehendatur.*

Quia possessio facti est. num. 58.

Sat tamen erit, descendentiam probare ab vltimo, qui præsentauit. num. 59.

Alioquin nunquàm descendentes præsentare valerent. num. 60.

61 *Iudices, qui iudicant, stabiles esse debent, nec passione moueri.*

Id enim non est constantis, & recti Iudicis.

Iudices cùm iudicant, sedere debẽt; & quare? num. 62.

Et cur sine manu esse debent? num. 63. ad Alciati emblema.

64 *Institutio ei debetur, qui à patronis præsentatus fuit.*

ARGVMENTVM.

Beneficium iuris patronatus hæreditarium, siue ex pacto, & prouidentia Fundatoris, non acquiritur, nisi quis se hęredẽ, & ex vocatis à Fũdatore probauerit. Pręsẽtare non potest, qui in possessione nõ est iuris præsentandi, neque ij, à quibus descendit; quàmuis aliàs patronus esset. Ius habens in actu primo ad beneficium, nõ in exercitio, neque in actu secundo, interim donec declaretur, ad se spectare beneficiũ, inutilitèr præsentare tentat. Sentẽtiæ tres conformes executioni demandantur. Petitorium quando intentatum dicatur? Vocari ad iudiciũ debet quilibet, qui in negotio interesse habet, & qui lædi ex eo potest. Sententia, quæ sine citatione profertur, nulla est: vel quæ non publicato processu pronunciatur. Publicatio defensionis est species. Citatio ad senteтiam circunducta videtur, si post illam ad vlteriora procedatur, instruendo processum. Nàm citatio ad sententiã præcisa esse debet. Quæ fides sit adhibẽda testibus, Iudicis remittitur arbitrio. Institutio sine præsentatione sequi non potest. Præsentatio lite pendente facta, nihil prodest. Est quid spirituale, quam ob causam simonia est, si ob temporale commodum fiat in pretium. Census quid? & nùm iuspatronatus, & præsentandi, in conductorem, vel eum, qui

ius

ius habet percipiendi censum
super bonis patroni transfera-
tur ? Possessio iuris patronatus
sine actuali apprehẽsione non
transfertur , sufficit autẽ de-
scendentiam probare .

RESPONSIO LXXV.

1 PErpetuos dùm se homines facere
tentant, sueq; obliuiscuntur naturæ;
se mortales esse, morteq; omnia ab-
sumi, intelligere nequeunt, nec in corda
ascendit eorum. Moriuntur tamèn, & quæ
ipsi magnis parauere laboribus, derelin-
quunt tandèm, & in alienas, quod non vo-
luere, transeunt manus. Dixit hoc, & pun-
2 ctim delineauit Spiritus Sãctus per os Da-
uid. Psalm. 38. 6. & 7.
Verùmtamen (inquiens) *vniuersa vanitas*
omnis homo viuens .
Verùmtamen in imagine pertransit homo ; sed
& frustra conturbatur .
Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea .
Augustinum excipe in hæc verba : sic di-
censem: *Dic mihi, thesaurizas, cui congregabis*
ea ? Video, quòd velis dicere, quasi quod vis di-
cere, huic non occurreris, dicturus es, filijs meis
seruo. Hac est vox pietatis, excusatio iniquita-
tis. Filijs meis, inquit seruo . Etiam seruas filijs
tuis , ità nè hoc noueras Idithum ? Nouerat ea
planè, sed in diebus veteribus cõputabat, et ideò
cõtẽnebat, quia ad nouos dies festinabat. Nã ec-
ce discutio tecũ, filijs tuis seruas trãsiturus trã-
3 *situris, immò verò transiens trãseuntibus. Nàm*
transiturum te sic dixi, quasi nunc maneas. Ip-
sum hodiè , ex quo loqui cœpimus vsquè ad hoc
momentum, sentis, quia tenuimus . Neq; enim
cernis , & incrementa capillorum tuorum , &
nunc cùm stas cõcedo, hic es, cùm agis aliquid,
cùm loqueris, in te crescunt capilli tui . Nequè
enim repentè creuerunt, vt tonsorem quæreres.
4 *Agitur ergò ætas transuolans, & intelligẽtibus,*
& in non sentiẽtibus , & in aliud malè occupa-
tis ; transis tu , & seruas transeunti filio suo .
Primò hoc à te quæro : Scis eum possessurum ,
cui seruas, aut si non dùm natus est , scis nasci-
turum ? Seruas filijs, incertũ est, an futuris , an
possessuris, nec reponis thesaurum, vbi reponẽ-
dus est. sic Augustinus, qui ad cor loquitur,
5 & vera dicit. Astrologorum similes hi sunt,
qui cùm longè ab astris dissident , ex illis
futura prædicere sentiunt . Similes Icaro ,
6 qui dùm assumptis , ceraq; affectis pennis
æthera tranare tẽtat, in mare dilabitur mi-
ser, Icareisquè nomina fecit aquis. vt Oui-
dius Sulmonẽsis Poeta de tristibus cecinit:
Dùm petit infirmis nimium sublimia pennis.
Icarus. Icarijs nomina fecit aquis .
deduxitq; rem totam, per quàm concinnè
Alciatus emblem. 104.
Icare, per superos qui raptus & aera, donec
In mare præcipitem cera liquata daret.
Nunc tè cera eadem, feruensq; resuscitat ignis ;
Exemplo vt doceas dogmata certa tuo .
Astrologus caueat quicquam prædicere, præceps
Nàm cadet impostor, dùm super astra volat.
Putant namq; longam sibi futuram po-
steritatem, & bona , quæ ipsi secum ferre
non valent, alijs relinquere, desudantq; vt
dispositiones pespetuas elaborent ; sed in
vanum, & ignorant, cui cõgregauerint ea.
Nàm per quàm breui alienorũ in manus ,
7 quæ non putarunt ipsi, deueniunt . Sic ac-
cidisse mihi videtur ei, qui fabula nunc est.
iuxtà Horatianum illud :
Heu me per Vrbem (nàm pudet tanti mali.)
Fabula quanta fui .
apud Gilibertum Cognatum adagio 324.
Fabula sic se habet.
Abbas Fabius Nenna Regalis Ecclesiæ
Sancti Nicolai in Bario Canonicus , anno
1604. de iure patronatus beneficium ere-
xit intus eandẽ Ecclesiam ad Altare San-
ctæ Mariæ Lauretanæ in Cõfessione Eccle-
siæ eiusdem , dote illius facta ducatorum
triginta in singulos annos, percipienda ex
bonis ipsius : Iure præsentandi hæredibus
reseruato ad præscriptum formæ , quam
suo edixerat supremo elogio , anno 1600.
In eo quippè hæredẽ dixit Ioannem Fran-
ciscum Visconte ex Lucsesia Nenna eius
sosore , & Capitaneo Pompeo Visconte
coniugibus nepotem : *Con patto però, & cõ-*
ditione , che dopò la morte mia , il detto Gio.
Frãcesco s'habbia fare cognominare Gio. Fran-
cesco Visconte d'Abbate Fabio Nenna . E non
solo esso, ma tutti gl'heredi, figli legitimi, e na-
turali suoi, perche tale è la mia volõtà. E quan-
do (quod absit) non volesse così osservare ; &
suoi heredi legitimamẽte dal suo corpo descen-
denti non osseruassero , che ipso facto caschino
dalla heredità predetta , e socceda secondo l'or-
dine, che di sotto dichiaro , cioè ad Isabella Vi-
sconte, & suoi figli legitimi, & naturali, ò pure
essendo morta alli suoi legitimi figli , & here-
di : ò essendo morta senza heredi, & figli, deb-
ba succedere il R. Capitolo di Santo Nicola ;
ma secondo quelli patti, & cõditioni, che di sot-
to si dichiara. fol. 57. à ter. Subnectens, vt ma-
gis voluntatem suam apertam faceret. *Item*
voglio, ordino, & comando, che si moresse (quod
absit) il Signor Gio. Francesco predetto senza
figli legitimi , & naturali dal suo corpo legiti-
mamẽte descendẽti, che alla detta mia heredità
succeda la sudetta Signora Isabella Visconte, li
figli legitimi, & naturali, della quale habbiano
da farsi cognominare dopò il cognome del loro
Padre d'Abbate Fabio Nenna , così come s'è
detto

detto nel Capitolo del Signor Gio. Francesco Visconte. E quando così non si facessero cognominare, che in detta mia heredità debba soccedere il R. Capitolo di Santo Nicola, perche tale è la mia volonta, fol.59.à ter.

Ioanne Francisco Visconte sine filijs ex his humanis ablato, Isabella hæreditatem subiuit, quę viro iuncta Thomæ Doctolæ, Ioannem Donatum Doctolam filiũ ex matrimonio legitimè vidit. Isabellæ, post supremi fati diem, Ioannes Donatus hæres fuit; nec multa post tempora, & ipse orcũ petijt. Cui Thomas Doctola eius pater successit, fol.53. Hic Thomas duos alios filios habuit ex Catharina Craputio naturales, Thomasinum, & Pascharellã, quos per subsequens matrimonium cum Catharina legitimos fecit.fol.62.eiq; decedenti Thomasius,& Paschatella hæredes fuerũt. Quibus è medio sublatis Chatharina mater successit. Hæc vacante beneficio prædicto per suprema funera Abbatis Saluatoris Sifoli vltimi, & immediati beneficij possessoris, Clericum Alexandrũ Martinez præsentauit,fol.37.pro quo responsum damus.

Opposuere proindè se Clerico Martinez, Clericus Ioannes Antonius Lambetta, & Ascanius d'Elia. Hic sanè tanquàm præsẽtatus à quadam Francisca Dragha asserta creditrice dicti Thomæ Doctolæ. Verè Eliã vocat iste, vt quendam illi apud *Matthæum* 27.46.& 47. & apud *Marcum* 15.34. cùm

8 Iesus Dominus noster in Cruce pendens circà horam nonam clamauit voce magna dicens: *Eli, Eli lammasabactani. hoc est: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Nõ intelligentes quid ille diceret: *Quidam illic stantes,& audientes, dicebant, Eliam vocat iste*. Quæ sanè verba accepit Christus Dominus noster sicut de ipso scripta erant, & in Hebręo leguntur ex *Psalm.*21.1. secundùm septuaginta translationẽ: *Deus meus, Deus meus, respice in me, quarè me dereliquisti*. sed in Hebreo leguntur, vt Christus protulit. *Eli, Eli, lammasabactani*. El enim (Deus) significat, I. est affixum, quod meus, denotat. *lamma*. Quarè, vt quid. *sabactani* dereliquisti me. vt adnorat doctissimus *Cornelius Iansenius* Episcopus Gandauensis in *Commentarijs in concordiam Euangeliorum tom.2.cap.143 fol.mihi* 493. non intelligentes igitur illi Christi locutionem, putantes vocare illum Eliam: *Sine videamus* (dixerunt) *an veniat Elias liberãs eum*. Errauerũt tamen ipsi nesciẽtes scripturas, nequè virtutem Dei. vt Saduceis dixit quandoquè idem Dominus IESVS. *Matth.* 22. 29. Errauit quoquè, & hæc mulier, & qui consiliũ dederunt ei, vt infrà ostendemus.

Ille verò (Lamberta scilicèt) tanquàm præsentatus à Francisco Valdes, vti patre, & legitimo administratore Clericorũ Ioseph Angeli, & Donati Antonij, Hieronymæ, & Dorotheæ Valdes eius filiorum legitimorum, & naturalium, natorum in cõstantia legitimi matrimonij inter ipsum Franciscum, & quondam Aloysiam Doctolam eius vxorem. Sed cum expressa protestatione: *Nec animo adeundi hereditatẽ, nec se immiscendi in hæreditate dicti Fundatoris, aut alterius ab eo descendentis, eiusq; hæredis, sed si, & quatènus dictis minoribus nõ noceret, nec obesse posset. fol.39.*

Atq; etiam tanquàm præsentatus à Capitulo Sancti Nicolai; ex quo prætendat, Ioannem Thomam Doctolam filium Isabellæ Visconte; dùm vitàlem traxit auram, non se fecisse vocare *d'Abbate Fabio Nenna*. excidisse proindè illum ab hereditate, atq; etiam à iure patronatus. Quam ob causam à Priorali Curia Sancti Nicolai per Vicarium Domini Prioris fuit decretum, atquè sententiatum: dictum Clericum Ioannem Antonium Lamberta fore, & esse instituendum. fol.119. sed per appellationis remedium causa introducta fuit corã Illustrissimo Domino meo Dom. Ioanne Salamanca Capellano Maiore.

Iura igitur, vt tueamur Martinez; Aduersariorum diruamus obstacula oportet. Nequè porrò illa ità firma sunt, vt multò indigeant belli apparatu.

Et quidèm duplici iure præsentatio per Franciscum Valdes facta ex se diruit. Primò, quòd eius filij, ab ipso, & Aloysia Doctola progeniti ex vocatis à Fundatore nõ sunt. Secundò, quòd ipsi nequè heredes sũt Fundatoris, nequè hæredum hæredis Fundatoris. Quinimmò expressissima voluntate, verbis apertissimis manifestata, declarauit Franciscus: nolle filios suos esse hæredes Fundatoris, nequè alterius ab illo hæ-

9 redis. Beneficium autem hoc hæreditariũ fundatum fuit, & ex pacto, & prouidentia Fũdatoris. ipsa duo igitur oportet, vt probet; & dictos filios ex vocatis à testatoris, siuè Fundatoris prouidentia; & hæredes quoq; esse, & descendẽtes. ex Concilio Toletano 9. in *can. filijs, vel nepotibus* 31. *§. ipsis tamen hæredibus*, ibiquè *Gloss.* verbo *propinquis*. & Gregorio in *can. considerandum* 35. 16. *quæst.*7. *Lambertin. de iure patronat. par.*2. *lib.*1. *art* 34. *quæst.*2. *princ. Couar. variar. resolut. lib.*2. *cap.*18. *num.*6. *Marius Antonin. Maceraten variar. resolut. lib.*1. *resol.*109. *nu.*53. *Vinian. in praxi iuris patronatus par.*1. *lib.*4. *cap.*2. *num.*8.9. *& seq. & num.*42. *Rota* apud *eundem Vinian. decis.*23. *num.* 6. & in nouis additis apud *eundem decis.*136. *n.*3. *& nu.*16. diximus plures referẽtes *respons.* nostra 16. *num.*1 *par.*2. *& respons.*83. *num.*29. *par.*3. *& respons* 66. *num.*19. *par.*4.

10 Vocatum enim se asserens, ipse hoc probatione aperfissima præstare tenetur. ex re-

gula *Glossæ* recepta in *l. qui duos* 10. verbo *superstites, circ. med. ff. de reb. dub. Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt, lib. 5. tit. 1. num. 18. Reg. Hector Capyeius Latro* Marchio Torelli *decis. 1. num. 1. Rota* apud sanct. memor. *Gregorium XV. decis. 433. num. 2.* diximus, alios referentes *respons.* nostra *66. num. 2. & nu. 5. part. 3.*

Hi verò neque ex vocatis à Fundatore, neque ex descendètibus ex vocatis, neque hæredes sunt. nihil igitur ad eos de iure patronatus, & præsentandi. Vocati quippè fuere filij, & hæredes Isabellæ Visconte. Isabellæ fuit filius Ioannes Donatus Doctola. Hi autem ex Aloysia Doctola originè trahunt, quę cum Isabella nihil commune habet. neque hæredes sunt hæredū. nullo igitur modo ad ius patronatus hoc admitti poterunt. præsertim cùm apertissimè Franciscus Valdes eorum pater, & legitimus administrator, protestatus fuerit, nolle se immiscere in hæreditatem Fundatoris, neque
11 alicuius ex eius hæredibus. Beneficium autem hoc hæreditariū est. Nullo igitur modo ad illos, qui hæredes non sunt, pertransiuit. deduximus *respons.* nostra *23. num. 8.*
12 *par. 4.* Præterquàm quòd neque in possessione sunt, neque in quasi præsentandi, neque ipsi, neque aliquis eorum, ex quibus
13 descendunt. Ius autem patronatus, & præsentandi, cū in fructu sistat, non nisi ad eum spectat, qui in possessione est, vel quasi iuris præsentandi, vt sine possessione præsentationis nulla habeatur ratio, quàmuis patronus ipse esset. ad Alexandri III. sensum in *cap. consultationibus 19.* ibiq; notatis. *de iure patronatus.* & Innocentij III. Clericis S. Agates in *cap. querelam 24. §. nos igitur. de elect.* & in *cap. cùm Ecclesia Satrina 3. §. nos igitur, in fin. de caus. possess. & propriet. Lapus alleg. 95. in fin. Rota decis. 443. num. 3. 4. & 5. & decis. 737. num. 3. & 4. par. 2. in recentiorib. Rota decis. 14. de iure patronat. in antiq. Gonzalez ad 8. regul. Cancell. glos. 45. §. 2. à nu. 4. ad 14. Rota* apud sanct. memor. *Gregor. XV. decis. 48. num. 6. & decis. 77. num. 9.* ibiq; *Beltramin.* addens *nu. 12.* & apud *Card. Caualer. decis. 350. num. 1. & decis. 373. num. 4. & 5. & decis. 389. num. 6.* & in nouis additis ad *praxim Viuiani decis. 118. num. 4. 5. & 6. & decis. 121. num. 12.* diximus *respons.* nostra *46. num 4. par. 3.* Sine præsentatione igitur ex hac parte filiorū Francisci Valdes, & Aloysiæ Doctolę Clericus est Ioannes Antonius Lamberta.

Eodemque modo sine præsentatione est
14 ex parte Reuer. Capituli S. Nicolai. Quia Capitulū quando præsentauit die 11. mensis Martij 1649. fol. 102. (si præsentatio dici poterit) nullū tunc præsentandi ius habebat in actu secundo, & in exercitio, sed
15 ius omne illud, quod prętendere poterat, in actu primo erat, & in potentia, quatènus verum fuisset, dictum Ioannem Donatum Doctolam Isabellæ natum. Fundatoris non patuisse voluntati, non se faciēdo nominate *d'Abbate Fabio Nenna.*
16 Hoc autem formatum perquirebat iudicium in petitorio per concludètes probationes, vocatis hæredibus dicti Ioannis
17 Donati per tres sententias conformes. Illæ quippè sunt exequutioni mādandæ. ex Iustiniano Cæsare in *l. 1. & toto tit. C. ne liceat in vna, & eadem causa ter prouocare.* & Clemente V. in *clem. 1. de senten. & re iudic. Rota* apud *Card. Caualer. decis. 218. nu. 1. & seq. & decis. 616. num. 1.* Quod sanè factum minimè fuit. nullum proindè tunc in actu secundo, & in exercitio ius erat Capitulo præsentandi. Cùm facile factu erat, vt acci-
18 dit, quod in probando deficerer. Petitorium verò intentatum dicitur, vbi petitur sibi aliquid adiudicari ratione dominij, partemq; aduersam cōdemnari. vt post nostrum *Marantam in speculo aureo par. 4 in 7. dist. Iudiciorum, num. 1. & seq.* sequitur *Contard. in l. vnic. C. si de momentanea possessione fuerit appellatum, quæst. 13. nu. 23. 24. & seq.* quem sequuta fuit Rota anno 1613. coràm *Pamphilio*, nunc Sanctissimo Innocentio X. *decis. 455. num. 2. in fin. par. 2. in recentioribus.* Quinimmò neque iudicium aliquod intètatum fuit, sed ex abrupto, tumultuariòq; processum per dictum Clericum Lamberta ad examen testium, non auditis princi-
19 palibus, ad quos negotium pertinebat. Cùm cōtrà quilibet, qui interesse in negotio habere potest, & qui ex illo lędi valet, citari, atque in iudicium interpellari debeat. ex Paulo lib. 5. sententiarum in *l. de*
20 *vnoquoq; 47. ff. de re iudic.* quemadmodùm & qui considerabile in negotio interesse habere poterit. ex Antonino Cæsare in *l. eum Artemidoram 4. C. vt in possess. legator.* & Vlpiano lib. 24. ad edictum in *l. 1. §. denunciari autem oportet. ff. de ventr. inspiciend. Afflict. decis. 245. num. 10. Minsyng. centur. 6. obseruat. 6.* vbi latè. *Rota* apud *Card. Mantic. decis. 5. num. 2. Cacheran.* Osaschi Dominus *decis. 157. num. 3. & 14. Tiber. Salust. in praxi A. C. lib. 3. cap. 7. num. 12. Rota* apud *Cardin. Caualer. decis. 328 num. 2. & decis. 432. nu. 3.* & apud *Duranum* Episcopum Vrgellen *de-*
21 *cis. 254 num 4. & 6.* Fuit proindè nulla Domini Vicarij sententia ex defectu hoc citationis, qui sanè defectus insanabilis est. Omne quippè iudiciū à citatione ini-
22 tium ducit. Sic Dominus Deus primos parentes nostros, postquàm pomi noxialis morsu in mortem ipsi ruerunt, Diuinum transgrediendo Præceptum, antequàm quidquam aduersus illos proferret, per se citare dignatus fuit: *Adam vbi es?* dicēs. Genes. 3. 11. Qui ait: *vocem tuam audiui*

Hhh *in Pa-*

in Paradiso, & timui, eò quòd nudus essem, &
23 *abscondi me*. Quia nimirùm defensionis
subuertit propugnaculum citationis defe-
24 ctus. Defensio verò ab ipsa nobiscum concreuit natura. ex *Gloss. in clem. sapè 2.* verbo *defensiones, de verbor. signif. Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum 7. num. 26. & 66. de constitut. Rota* coràm *Caualerio decis. 179. nu. 2. par. 1. in recentiorib.* quæ est in impressis apud ipsum *decis. 53.* & apud *eundem decis. 35. nu. 1. & decis. 386. num. 1. & num 6. Rota Maceraten* apud *Marc. Ant. Thomati* nunc Episcopum Bitetten *decis. 16. num. 8.* & apud *Tri-*
25 *uisan. d. decis. 68. num. 1. lib. 1.* vitiatur ex hoc proindè capite sentẽtia. ex Marcello lib. 2. de appellat. in *l. 1. §. item cùm ex edicto. ff. quę sentent. sine appell. rescind. Triuisan. d. decis. 68. num. 1. lib. 1. Rota* apud sanct. memor. *Gregorium XV. decis. 4. num. 1.* Præterquàm quòd & ipsa sententia sine præcedente citatione ad sententiã, prolata fuit, quinimò ex abrupto, vt diximus, & tumultuariò, *volunta-*
26 *ria scilicet Iudicantis præcipitatione*. verbis vt loquamur Clementis V, in *Clement. Pastoralis 2. §. verùm, quia huiusmodi sententia, de sent. & re iudic.* Nàm etsi planè 18. Mar-
27 tij 1649. fuerit facta monitio intrà *duos dies ad dicendum, & cum continuatione aliorũ dierum decem ad audiendum tenorem diffinitiuæ sententiæ.* fol. 112. eodem tamen die 18. Martij 1649. fuerunt examinati duo testes instante dicto Clerico Lãberta, Ioannes Iacobus de Russis, fol. 108. & Nicolaus Fanellus fol. 109. Non erat igitur cõpilatus processus, quando monitio ad dicendum, atq; ad sententiam audiendam emanauit. Neq; publicatio in causa facta fuit. Quinimmò die 21. Martij eiusdem per Clericum Alexandrum Martinez fuit instatum pro termino ad repulsandum testes fol. 115. & in casu contrarij appellatum, & de nullitate dictum, fueruntq; receptæ aliæ scripturæ per Clericum Ascanium de Elia, Eliam, & ipsum vocantem, præsẽtatæ fol. 116. & 117. atquè iterùm die 24. Martij per eundem Clericum Martinez instatum pro termino ad repulsandum testes, & in casu contrarij appellatum. fol. 118. Et tamen non visis actis, nequè monito ad sententiam, eadem die 24. Martij 1649. promulgata fuit sententia fol. 119. Fuit itaquè sine citatione, præter alios defectus, & intrà terminum à monitione intrà *duos dies ad dicendũ, & immediatè post terminum dicti bidui, cũ continuatione aliorum dierum decem ad audiendum tenorem diffinitiuæ sententiæ, &c.* dict. fol. 112. Monitio fuit exequuta eodem die 18. Martij, post illum diem incępit currere biduũ, completum fuit tota die 20. Martij, & tamen die 24. eiusdem mensis sententia sic concinna, eruditaq; Domini Vicarij promulgata fuit. Incidit proindè in dicam incertam, & seruitutem imponentem. ergò
28 nulla. inualidè propterea. Videant idcircò, qui iudicabunt, *quanta in vno facinore sunt crimina.* verbis vt loquamur S. Ambrosij *lib. 3. de Virginibus post initium.* de facino-
29 re, & sacrilegio illo, loquẽtis, quo Herodes Rex, nè saltantem puellam, cui malè iurauerat (se etiam dimidium Regni sui daturum) contristaret, amputari iussit caput Ioannis Baptistæ *Marci 6.* Dimidium ergo Regnum Caput valuit S. Ioannis Baptistæ.
30 Citatio verò ad sententiam præcisa esse debet. nec substinetur, nisi pro certa die, & hora; nè alioquin cogatur quis quotidiè, & omni hora ad Tribunal recurrere, vt sententiam audiat proferentis Iudicis. Cęteròquin nullius momenti esse sententiam, Constitutiones demonstrant. vt Marcellus *d. l. 1. §. item cùm ex edicto. ff. quæ sentent. sine appellat. rescind.* contestatur. & Clemens V. in Concilio Viennen in *d. clem. pastoralis 2. §. verùm quia, ad finem vsquè, de sentent. & re iudic. & clem. sapè 2. §. sententiam verò.* ibiq; *Gloss.* verbo *ad id, de verbor. signific. Cæsar de Grass. decis. 14. num. 2. de sent. & re iudic. Rota par. 2. in recentior. decis. 486. num. 7. in fin.* & apud *Duran. decis. 8. nu. 1. par. 1.* & apud *Cardin. Seraphin decis. 765. num. 2.* & in *Alifana Canonicatus 4. Martij* 1611. coràm *Penia decis. 313. num. 7. post 2. volum. consiliorum Farinac. & decis. 451. num. 8. & 9. eadem par. 2. in recentior.* & perpendit *Rota in Aquilana beneficij 14. Decembris* 1640. coràm *Ghislerio decis. 131. nu. 2. & 3.* in nouis additis ad praxim *Viuiani de iure patronat.* Eoquè magis
31 nulla redditur, & sine citatione, quòd post citationem datàm processum fuerit ad vlteriora, vndè citatio ipsa circumducta videtur. *Roman. consil. 176. num. 9. Rota decis. 1. num. 1. de testib. in nouis. Affl. decis. 272. nu. 2. Rota eadem decis. 451. nu. 10. par. 2. in recent.*
32 Nequè in causa publicatum fuit. Defectus verò hic publicationis nullitatem operatur sententiæ; quia defensionem, quæ à natura ipsa proficiscitur, denegat, atquè retinet. ex Innocentio III. in *cap. cùm I. & A. Canonici 22. §. Iudices autem. de sentent. & re iudic.* Innocentium excipe. quærebantur namq; partes coràm eo, quòd Iudices: *Depositionibus coràm partibus minimè publicatis, nec ostensis eidem, ad sententiam procedere præsumpserant.* Respondet ipse, & in mandatis dat: *Vos irritantes processum, in negotio, iuxtà prædictam formã comprehensam in prioribus litteris procedatis.* ibiquè *Gloss.* verbo *nec ostensis. & Abb. num. 10.* noster *Maranta in specul. par. 4. in 9. dist. Iudicior. nu. 1. & seqq. Ricc. decis. 32. num. 3. & seq.* diximusq; plenè ad rem hanc *respons.* nostra 98. *num. 12. & seqq. par. 4.*

Verùm, quia Clericus Lamberta timens fortassè, nè examinati ab eo testes falsitatis coar-

coarguerentur,& ineptiarum: nàm duo testes, qui nec legere, neque scribere nouerant; (sicuti in orcum descensurus Calui-
33 nus, conscientia sibi obstimulante . vermis
34 enim eorum non moritur. *ex Marco 9.43.* dixisse fertur; *Vtinàm ego neq; legere, neque scribere vnquã didicissem.* refert Ioannes Buterus in *aphorismis par.2. lib.2. fol.462.* in impressis Mediolani. *Pentimento d'heretico.*) scientiæ causam reddentes, quomodò nouerant Ioannem Thomam Doctolam non se fecisse nominare, *d'Abbate Fabio Nenna,* dixerunt (ridiculam sanè rem) *lo sò come vno dell'esperti, e prattico della Città.* Petrus de Pitone fol.106.à terg.& Alphonsus Tatoppa fol.107. à ter. dictis testium depositionibus tenùciauit fol.115. vt ex qualita-
35 te testium, eorumq; dictis succedat,quantam eis fidem adhibere Iudex debeat. ex Callistrato lib.4. de cognitionibus in *l. testium fides 3. §.ideòq; Diuus Hadrianus. ff.de testib.* dicente,atquè regulam statuente: *Tu magis scire potes,quanta fides adhibenda sit testibus.* ibiq; pluribus *Gloss* verbo *quãta fides.* ex ratione,quã Cœlestinus III. in *cap. praeterea 27.de testibus,in fin.* intulit. *Etenim circumspectus Iudex* (inquiens) *atq; discretus, motũ animi sui ex argumẽtis,et testimonijs,quæ rei aptiora esse cõpererit, confirmabit. admittit. Gloss.in can. hoc habet propriũ 1.* verbo *in verbis, dist.46. Gloss. in can. de his verò 3.* verbo *præsens 26.quæst.7.* Remanet ergo sine præsentatione. Illa quidèm Francisci Valdes, quia ius non habet, neque est de vocatis. Illa verò Capituli,quia nec ius vllum ad illud spectat eidem.Et tamen per doctissimũ Dominum Vicarium, institutio data fuit Clerico Lamberta, quia uimirùm ius, nullum ad illum spectat, nec præsentationem
36 obtinet; sed ex *causis nostram mentem dignè mouentibus.* Institutio verò ex presẽtatione accipit normam; vt institui is debeat,qui à patronis.illisque maiori numero,præsentatus fuerit,vt si præsentatio non præcesserit, neque institutio sequi debeat. ex Leone Papa ad Athanasium Thessalonicensem Episcopũ in *can.si fortè 36.* aliàs *fin.dist.63.* & ex Concilio Lateran.sub.Alexandro III. in *cap.quoniam in quibusdam 3.* & eodem in *cap. consultationibus 19. de iure patronat.* ex Concilio Toletano 9. in *can.decernimus 32.* & ex Romana Synodo sub Eugenio II. & Leone IV. in *can.Monasteriũ 33. 16.quæst.7. Rota* apud *Card.Mantic.decis.164.sub num.2.* & apud *Coccin.decis.464.num.1.& seq. & in recentior.par.1.decis.680.num.3.*& apud *Durannum* Episcopum Vrgellen *decis. 87. nn.1. & num.11.* quæ est etiam in impressis apud *Viuian.decis.110.& decis.111.nn.1. Maccrat. variar.resolut.lib.1.resol.104.nn.1.* Hanc ob
37 causam institutio nulla, & iniusta, (vrhæc Clerici Lamberta fuit,) at tèdi minimè debet,ac si facta nequaquàm fuisset. ex regula *non præstat impedimentum 52.de regul.iur. in 6.* & Bonifacio VIII. *in cap.final.de elect. in 6.* verba damus Bonifacij: *Nos volentes huic morbo,& fraudibus obuiare,præsenti constitutione sancimus, confirmationes tales iuribus omninò carere, ipsasq; decernimus irritas, & inanes.* & sequuta fuit Rota in *Cremonen Præpositura 23.Maij* 1644. coràm *Doctissimo Corrado decis.139. num.29.* in nouis additis ad *praxim Viuiani de iure patronat.* Infirmari proindè debet. Præterquàm quòd, quatenùs ex alio subsisteret prætensa per Capitulum præsentatio, vt ex rationibus adductis infirma, & nulla fuit; præsertim quòd
38 lite inter præsentatos pendente data fuit. ex *tex.in cap.1.& 2. vt lit.pend.in 6.Glos.fin. in cap.ex litteris 7.* ibiq; *Abb.n.6.de iur.patr. Rota par.1.diuers. decis.442.num.6.& par.4. etiam diuers.decis.538.* & apud *Card.Canaler. decis.200.in princ.& decis.280.num.1.Barbos. de offic. Episc.par.3.alleg.72.num.140.Viuian. in praxi iuris patronat.par.2.lib.10.cap.1.n.1. & 2.& cap.3.nu.5.Rota in recent.par.1.decis. 306.nu.2.& par.2.in eisdẽ decis.634.n.1.* quia interim ligatæ sũt manus. *Rota* apud *Card. Seraph.decis.990.nu.6.*& apud *Canaler.decis. 307.& decis.333.n.1.& seq. & decis.556.per*
39 *tot.* Fuit nihilominùs simoniacè facta, videlicet,ex pacto, *i'e'habbia à sue proprie spese defendere tutte le ragioni di questo Rev.Capi-*
40 *tolo,* fol.102. à ter. Præsentatio autem quid spirituale est, vel saltim spiritualitati annexum; pro spirituali verò quid temporale datum fuit, & ex pacto promissum. Si-
41 monia ergo. Est quippè simonia,deliberata voluntas emendi, vel vendendi pretio rem spiritualem,vel spirituali annexam.ex Vrbano IV. in *can. Salnator 8. 1.quæst.4.* & *Gloss.in summ.1.* verbo *quid 1.q.2. S.Thom. 2.2.quæst.110.art.1.* diximus *respons.* nostra *39.num.12.par.3. & respons.44.nn.24. par.4.*
42 Nulla proindè, & inualida ex hoc etiam capite præsentatio hæc est, quàmuis aliàs esset illa firma. ex *Mohedan. decis.4. de iure patronat. Marta voto 11. Rota in Comen iuris patronatus* 1595. coràm *Card.Mellino decis. 103.num.6.post 1.volum.consil. Farinac.*

Prostrauimus Lambertã. Eliam vt deijciamus oportet. verùm hunc facili deturbamus negorio, quia, qui eum tuẽtur,cùm
43 in terminis errent,nõ mirùm, si principijs ignoratis, omnia similiter, quæ ex illis se-
44 quuntur,pari ignorẽtur ratione.& fundamẽto submòto, quod super illud subsistat, nihil fit. ex Gregorio ad Antiochenum Episcopum in *can.cùm Paulus 16.1.quæst.1.* ex ratione, quam Caius lib.1.ad legem 12. tabularum in *l.1.ff.de orig.iur.* refert. *Et cer-*
45 *tè* (inquiens) *cuiusq; rei potissima pars principium est.* Difficile proindè est, vt bono
46 peragantur exitu,quę malo sunt inchoata

principio, ex Leone Papa ad Episcopos Africanos in *can. miramur* 5. §. *principatus autem. dist.*61.& translatum fuit in *can. principatus* 25. *ead.*1.*quæst.*1.

Quod itaque falsò supponunt Aduersarij, qui pro Elia (Eli (Deus scilicet, meus) non intelligentes) consiliũ dederunt, quasi
47 quòd Draga, quæ Eliam præsentauit, cùm censum percipiat ex bonis Thomæ Doctolæ, & census ipse in fructu sit, quòd & ius præsentãdi quoq; obtineat. Sed decipiuntur, totoq; aberrãt Cœlo, vt prouerbio fer-
48 tur. Nam census ius est percipiendi fructus, siuè pensionẽ ex re fructifera alterius, oneri non subiecta, iuxtà finitionem, quam tradunt Doctores, sequiturq; *Card. Tolet. instruct. Sacerd. lib.*5 *cap.*42.*num.*1.& tradidimus *respons.* nostra 50.*num.*10.*& seq. par.*3. *& respons.*75.*num* 45. *& respons.*79.*num.*33.
49 *par.*4. Super certo autem fundo esse deber, ex Pij V. Constitutione de censibus, quam refert *Nauar. de vsur. num.*84.*& Quarant. in summa Bullar.* verbo *contractus censualis. fol. mihi* 210. eamq; perpendit *Viuius decis.*349.
50 sequiturq; nouissimè *Carolus Brancacius* Regius à Consilijs, vir sanè moribus, & doctrina ornatus in responsione super hac re, quam refert *Ioan. Laganar. in Addit. ad prag. Reg. Scipionis Rouiti ad rubr. de censibus. post num.*16.*ad fin. vsquè.* & anteà Nos diximus *respons.* nostra 82.*nu.*4.*& seqq. par.*4. Quàm-
51 uis autem hypotheca super omnibus bonis imponatur, hoc pro faciliori est cẽsuarij securitate, vt idem perpẽdit *Carol. Brancac. eod. respons. num.*24.*&* 25. sed ex dicta Pij Papæ V. Constitutione necessarium nõ est, cùm ipse fundus, super quo census venditur, sufficiat, sitq; hypothecatus. Neque Draga bona habuit obligata Abbatis Fabij Nenna, qui beneficium fundauit, ere-
52 xitq;. Neque rei censuatæ dominium in censûs emptorem transfertur, quod falsò supponunt Aduersarij, sed in dominio remanet vendentis censũm, qui ius est percipiendi fructus ex re alterius fructifera, vt diximus. Qua de causa rei dominium in vendente firmum perseuerat. tradidimus Nos plenè *d. respons.* nostra 50.*num.*2.*& per tot. part.*3.
53 Quòd verò in conductorem Castri, vel alterius rei vniuersalis, in quem perceptio
54 transit fructuum omnium, ius quoq; transfeat præsentãdi, cùm præsentatio in fructu sit, id ex alia procedit ratione, quam latè *Lambertinus*, malè per Aduersarios expensus. *de iure patronat. lib.*1.*par.*2.*quæst.*9.*princ. art.*2. tradit, & *Riccius in praxi iur. patronat. resol.*194.*num.*12. *Rota* apud *Card. Caualer. decis.*197.*num.*4.& Nos tradidimus *respons.*
55 nostra 50. *par.*4. Quia in conductorem dominium saltim vtile transfertur, & proindè ius omnes ex re conducta percipiendi fructus, disputantes, an in Castri conductorem ius quoq; trãsferatur? & affirmando resoluimus, pro D. Carolo Casara Eminentiss. D. Cardinalis Brancacij Cubiculi Præfecto respondentes. Nullo igitur pacto iura subsistunt Eliæ à Draga præsẽtati, frustrà ergò Eliam vocat iste, nec veniet, vt liberet eum.

Aduersarijs proindè Martinez disiiectis, reliquum est, eius iura breuibus, vt perstringamus. Fuit namquè ipse præsentatus per Catharinam Crapuzi, quæ filijs Thomę Doctolæ patris Ioannis Donati Doctolæ ex Isabella Visconte Fundatoris nepte, ex-
56 presséq; vocata, successit. Sat igitur, superq; erit, se in gradu successibili demonstrasse. Eo ipso namquè quòd præsentauit, adhiisse hęreditatẽ videtur. Quia nimirũ citrà ius, & nomẽ hæredis in iure patronatus hæreditario, præsentatio fieri minimè potest. *Rota* apud *Card. Caualer. dec.*381.*n.*3. *& decis.*395.*num.*1.*&* 2. *& in posthum.* apud *Fariniac. tom.*1.*decis.*288. diximus *respons.* nostra 39. *num.*19.*&* 20. *par.*4. *Rota* in nouis additis ad *praxim Viuiani de iure patronat. decis.*115. *num.*4.*&* 5.*& decis.*126.*num.*11. *decis.*139.*num.*5.*& decis.*146.*num.*4.*& decis.* 152.*num.*9.

Ne pili igitur facit, quòd scitè satis Do-
57 minus Vicarius in sententia allegauit: *Quòdq;* (inquiens) *quasi possessio iuris præsentandi non transit à defuncto in successorem, sinè haerede, siue noua apprehensione, in 11à plures decisiones Rotę Romanę, communem, veriorem; opinionem, quàmuis pertinentia probaretur, probata descendentia à patronis.*
58 Quàmuis enim possessio, quæ facti est, in successorem non transferatur, ni & ipsa ap-
59 prehendatur; sat tamen erit, descendentiã probasse ab nouissimo, qui præsentauit. ex *Lambertino lib.*2 *par.*2.*quæst.*50 *art.*6 *num.*7. *Rota* apud sanct. mem. *Gregor. XV decis.*349. *nu.*1.*& seq.* ibiq; *Beltramin.* Addens.*& decis.* 452.*nu.*16.& apud *Card. Caualer. d. decis.*372. *num.*1.*& d. decis.*395.*nu.*1.2.*&* 5. diximusq; pluribus *respons.* nostra 83. *num.*17.*par.*3.*& respons.*39.*nu.*19.*par.*4. Alioquin nusquàm
60 præsentare descendentes possent, quòd in possessione nunquàm aliàs ipsi fuissent. vt Rota optimè perpendit dictis relatis decisionibus.

Verùm (si vera hæc est assertio: nõ transire possessionem in successorẽ, nisi apprehendatur, vt verã astruimus, modo tamen superiùs explicato) cedat nunc mihi Dominus Vicarius: Cur sanè est, quòd ipse Clerico Lamberta institutionẽ dedit, præsentato à Frãcisco Valdes vti patre, & legitimo administratore eius filiorũ, & quondam Aloysię Doctolæ, cùm dicta Aloysia neque ex descendentibus fuerit ab Isabella Visconte, Fundatoris nepte, & expressè vocata,

vocata, neque vnquàm præsentauerit, neq; in quasi possessione fuerit præsentandi, vt multò minus in possessione, vel quasi eius fuerint filij. Et quando illi hanc præsentationem apprehendere? nisi quia sic Domino placuit Vicario; *Ex causis mentē eius di-*
61 *gnè mouentibus?* At stabiles esse Iudices debent, qui iudicant terram, nec passione moueri. vt admonuit Callistratus lib. 1. de cognitionibus in *l. obseruandum est 19. ff. de offic. Præsid.* sic rationem reddens: *Id enim non est constantis, & recti Iudicis.* Indè quip-
62 pè cùm iudicant sedere Iudices debent.

—— Quia mente graues decet esse quieta
Iuridicos, animo nec variare leui.

vti doctissimus, eruditissimusq; Vir Alciatus *emblem.* 145. annotauit, subdens, & cur
63 sine manibus esse Iudices debeant.

Cur sine sūt manibus? Capiāt nec xenia, nec se
Pollicitis flecti, muneribusuè sinant.

Reuocata igitur dicti Domini Vicarij sententia, est Clerico Martinez iure quàm
64 meritissimo institutio danda, à Patronis præsentato. ex Lateranensi Concilio *d. c. 3. de iure patronat.*

Atq; ità ex his, iudicio non exploso meliori, acrioriq; respondendum censuimus.

Cardus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Dextera manus dat semper meliora, potioraq; iura ijs, qui à dextris sunt.*
Per dexteram, quæ decora, quæuè virtutis sunt, exaudiuntur. num. 6.
Sicuti per sinistram, quæ inhonesta, & vitiosa. num. 7.
Dextera pro digniori loco accipitur. nu. 11.
Sinistra pro inferiori.
Et dignior dextera æstimatur. num. 21.
Nisi consuetudo ei obsistat.
Præcedentiam dextera obtinet. num. 46.
In nominatione quoquè. num. 47.
2 *Beniamin filius dexteræ est appellatus.*
Quàmuis deficiente ortus matre.
3 *Christus Dominus cùm in sede venerit Maiestatis suæ, oues à dextris statuet, hædos verò à sinistris.*
Illos in Regnum vocabit.
Hos verò in ignem mittet æternum.
4 *Bethsabeam matrem suam ad dexteram sedere fecit Rex Salomon.*
5 *IESVS Christus Dominus noster sedet à dextris Dei. & num. 45.*
8 *Locus Salomonis Ecclesiastes 10. 2.* Cor Sapientis in dextera eius. & cor stulti in sinistra eius. *expenditur.*
9 *Sapientes, quæ bona sunt, atq; æterna cogitant.*
Stulti verò sola temporalia, & præsentia.
Sicut ergo illi ad gaudia æterna. num. 10.
Ad pœnas hi ducentur æternas.
12 *Patriarcha Constantinopolitanus magnum, & honorabile membrum Ecclesiæ ab Innocentio III. appellatur.*
13 *Episcopi honore affici debent à Regibus, & Principibus;*
Quoniam digni sunt.
Eosq; iuxtà se sedere debent facere.
14 *Præcentores in Cathedralibus dignitatem obtinent.*
Præcedere proindè debent.
15 *Honorandus quisq; est secundùm dignitatem suam.*
Et in sede, & in subscriptionibus.
16 *Locus dexter dignior æstimatur.*
17 *Archipresbiter Cathedralis Ecclesiæ Baren à dextris residet in Choro.*
Et in ratione stolæ propter curam animarum præcedit etiam Archidiacono Archipresbyter. num. 19.
Quia maior est in ordine presbyteratus. num. 52.
Estq; quasi parochialis Sacerdos omniū, post Episcopum, in administratione Sacramentarum.
Et quòad hoc Episcopi Vicarius æstimatur: num. 53.
18 *Archidiaconus est prima dignitas in Cathedrali, atquè maior Archipresbytero. & num. 51.*
Non tamen ratione stolæ. num. 19.
20 *Præcedentiarum in materia consuetudo attenditur.*
22 *Manutentia denegari nullo modo potest ei, qui in possessione est præcedendi.*
De tempore præsertim litis motæ. num. 23.
Per vnicum quoq; actum. num. 24.
Præsertim verò si etiam titulus concurrat. num. 56.
Probatur verò possessio per confessionem aduersarij. num. 26.
25 *Ocularis inspectio admodùm operatur, proficitq;.*
26 *Confessio proprij oris maximam operatur probationem.*
Ac si per scripturam esset.
Quin illa maior.
Et rei iudicatæ vim obtinet. num. 33.
27 *Testis ab aduersario productus, & examinatus, approbatus censetur.*
Vt reprobari non possit. num. 28.
Quia producens testem, censetur ratificare, & approbare. num. 29.
28 *Reprobare non possum semel probatum.*
30 *Locus Deuteronomij 32. num. 31.* Et inimici nostri sunt Iudices. *perpenditur.*
31 *Testibus, qui contra se ipsos deposuerūt, super omnes alios, standum, fidesq; habenda.*
Quod proprio ore confiteri veritatem voluere.

Tantùm

Tantùm nè veritatem ipsam macularent.

32 *Viro bono nõ conuenit, vt quod semel dixit, posteà reuocet, quasi verum non dixerit.*

34 *Christus Dominus Agnus mansuetissimus, & patiĕtissimus, & immaculatus, fuit tamen à Iudæis damnatus.*

35 *Testimonium quemquam in propria causa dicere, leges non patiuntur.*

Quia testimoniũ eius verum nõ æstimatur.

Neq; vllus idoneus testis in re sua intelligitur. num.37.

36 *Locus Ioannis 5.31.* Si Ego testimonium perhibeo de me ipso: testimonium meum non est verum, &c *expenditur.*

38 *Res sua dicitur, & causa propria, quando emolumentum, & damnũ ad aliquem suo nomine pertinet.*

39 *Possidere rem eandem eodem modo, eodem tempore, & insolidum duo minimè possunt.*

Eodem modo, & dominium. num.40.

Quia contra naturã est; vt cùm aliquid ego teneam, tu quoq; id tenere videaris. n.41.

42 *Contradictoria, possidet, & nõ possidet; simul stare non possunt.*

Quia contradictoria se mutuò expellunt. num.43.

Estq; ridiculum hoc dicere, duo contradictoria simul esse posse. num.44.

45 *Locus Psalmi 109.1.* Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. *expenditur. ex Paulo ad Hebræos 1.13.*

47 *Locus Matthæi 20.21.* Dic vt sedeãt hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in Regno tuo. *perpenditur.*

48 *Dextera est dignior.*

Et fidei symbolum, amorisq; mutui pignus dat dextera. num.49.

Atquè pacis. num.50.

54 *Status vltimus seruari debet in materia possessionis.*

Eiquè mandatum de manutenendo interim dari.

Reprime, si actus illi liti causam dedere. num.55.

57 *Possessio cum titulo præfertur.*

Et ei manutentio datur.

ARGVMENTVM.

Præcedentiarũ materia latè tractatur. Et nùm hi præcedere debeãt Canonici, qui à dextris sunt, an qui à sinistris? Quàmuis hi ex parte sint Archidiaconi: illi verò Archipresbyteri? Quiduè in hoc consuetudo præstet? Et cui mandatũ dari debeat de manutenendo? Et nùm possessio præferatur cum titulo? Archidiaconus quàmuis sit prima dignitas, & præferatur Archipresbytero, quòad personam, & dignitatem, non tamen quòad stolam, atq; Sacramẽtorum administrationem. Est enim illo actu Episcopi Vicarius. Possessio per confessionẽ probatur Aduersarij. Testes pro se examinatos producens, approbasse illos videtur. Possidere rem eandem duo insimul eodem modo, & eodem tempore non possunt. Quam ob rem, si pro vno est possessio, pro altero esse illa minimè potest. Quia contradictoria, quæ se contrudunt mutuò. Dextera dignior semper æstimatur. Status attenditur vltimus in possessione, nisi liti actus causam dederint.

RESPONSIO LXXVI.

1 MEliora, potioraq; semper iura hi obtinẽt, qui à dextris sunt consti-
2 tuti. Beniamin, deficiente quãuis matre ortus, filius tamẽ dexteræ est appellatus. *Genes.35.18.* mutato nomine Benoni,
3 id est filius doloris mei, in Beniamin, id est filius dexteræ. Et quid ni filius dexteræ? qui, vt in lucem prodiret mundi, ipse matri lucem abstulit mundi, præripuitq; sibi, matriq; morte in vitam prodijt? Rex ille potentissimus *Cùm venerit in sede Maiestatis suæ, & omnes Angeli eius cum eo, sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur antè eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hædis: & statuet oues quidèm à dextris suis, hædos autem à sinistris. Tunc dicet Rex his, qui à dextris sunt.*

*sunt: Venite benedicti Patris mei, possidete pa-
ratum vobis Regnum à constitutione mundi.*
(Matthæi 25. 31.) & pauló post: *Tunc di-
cet & his, qui à sinistris erunt: Discedite à me
maledicti in ignem æternū, qui paratus est Dia-
4 bolo, & Angelis eius.* Bethsabeam matrem
suam ad dexteram sedere fecit Rex Salo-
mon (3. Regum 2. 19.) *Et surrexit Rex in
occursum eius, adorauitq; eam; & sedit super
thronum suum Rex: positusq; est thronus ma-
tris Regis, quæ sedit ad dexteram eius.*
5 Dn̄us noster IESVS Christus Deus, & Ser-
uator noster, sedet ad dextris Dei. Marci
16. 19. *Et Dominus quidē IESVS, postquàm
loquutus est eis, assumptus est in Cœlis, & se-
6 det à dextris Dei.* Per dexteram, quæ deco-
ra sunt, quæ apta, actiones ipsas virtutis, &
personas virtutibus ornatas intelligere
7 consueuere Sapientes. Sicuti per sinistram,
quæ inhonesta, quæ turpia, quæ vitiosa, siuè
8 in actionibus, siuè in personis. *Cor sapientis*
(Salomon inquit Ecclesiastes 10. 2.) *in
dextera eius, & cor stulti in sinistra eius.* vt per
dexteram bonū, rectum, sanctum exaudia-
mus; per sinistram, quod malum, varum, &
9 improbum. Sapientes semper cogitāt, quæ
sancta, honesta, bona sunt, & ad futuram vi-
tam pertinent. Stulti verò sola temporalia,
& præsentia, & quæ re vera mala sunt, cogi-
10 tant. Vndè ad gaudia æterna illi, ad pœ-
nas hi ducētur æternas. quod Virgilius in-
nuere visus est; canens:
*Dextera, quæ magni ditis sub mœnia ducit:
Hac iter Elysium nobis: at Laua malorum
Exercet pœnas, & ad impia Tartara mittit.*
sequiturq; *Martinus del Rio adagialiū sacro-
rum tom. 2. adag. 321 fol. mihi 422.*
11 Hinc sanè est, quòd dextera pro dignio-
ri loco accipitur, sicuti pro inferiori sini-
stra, vt infrà probabimus. Hanc proindè
ob causam Summus ille Sanctissimus, atq;
doctissimus Pontifex Innocentius III. in
*cap. solitæ 6. §. hæc autem si prudentèr. de maio-
12 rit. & obedient.* Constantinopolitanum
Imperatorem reprehendit, quòd Constan-
tinopolitanum Patriarcham, *Magnum qui-
dèm, & honorabile membrum Ecclesiæ, iuxtà
scabellum pedum suorum in sinistra parte se-
dere* faceret: *cùm alij Reges, & Principes,
13 Archiepiscopis, & Episcopis suis, (sicut de-
bent) reuerenter assurgant, & eis iuxtà se ve-
nerabilem sedem assignent.* Ex quo loco *Gloss.*
verbo *venerabilem,* argumentum eruit. ra-
tionem inferens, quarè ità dixerit Sum-
mus Pontifex. *Ex sede enim venerabili* (in-
quiens) *præsumitur.* affert *text. in cap. cùm
olim. de consuet.* qui est eiusdem Innocentij
Tertij *sextus* in ordine.
Describens enim ille Episcopo Heliensi:
Leodiensi Episcopo Præccutorem in dicta
Ecclesia erigendi facultatem se fecisse asse-
14 rit. volens insupèr: vt *Præcentor talitèr in-
stitutus, in sessionibus, processionibus, & alijs, il-
lam haberet in Leodiensi Ecclesia dignitatem,
quam habēt alij Præcentores in alijs Ecclesijs
Anglicanis.* subnectit ibidem *Gloss.* verbo *in
sessionibus.* ad rem nostram, rationem: *Hoc
15 ideò dicit,* (subdens) *quia secundùm dignitatē
suam honorandus est aliquis in sede, & in sub-
16 scriptionibus.* Dexter igitur locus diguior
æstimatur. notat *Abb. in d. cap. solitę 6. nu. 5.
in fin. de maior. & obed.* quē sequitur *Restaur.
Castald. de Imperatore, q. 88. nu. 7. & 8. vol. 16.
tractatuū. Fulu. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 25.
nu. 68. vers. quod quidèm admodū notabile est.
Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 1. tit. 3. c. 8. n. 62.*
Non mirùm igitur, si in facto, quod in
controuersiā nūc reuocatur, primæ semper
datæ fuerint in Cathedrali Ecclesia Barcn
Canonicis, qui à parte sūt Adm. Reu. D. Ar-
17 chipresbyteri, non illis, qui à parte sunt
Adm. Reu. D. Archidiaconi. Hi siquidèm
18 à sinistris sunt, illi verò à dextris. Et si
namq; Archidiaconus prima dignitas sit
19 in Cathedrali prædicta, atq; maior Archi-
presbytero, & prima post Episcopum, ex li-
bro Romani ordinis in *cap. 1. de offic. Archi-
diacoui. Barbosa,* qui alios numerat *de cano-
nicis, & dignitatibus. cap. 5. num. 2. & de iure
Ecclesiastico. lib. 1. cap. 25. de Archipresbytero,
num. 1. & seq.* Non tamen ratione stolæ, per
quā præfertur Archidiacono, & cuicunq;
alteri. vt Sacram Rituum Congregationē
in nullius 12. Maij 1612. declarasse, refert
*Barbosa de Canonicis, & dignitatibus, cap. 6.
num. 31. & d. cap. 25. de iur. Ecclesiast. num. 31.*
Sedet tamē à sinistris, Archipresbyter au-
tem à dextris. Hinc est itaquè, quòd, qui à
dextris sunt Canonici in processionibus
ipsi pręcedūt illis Canonicis, qui à sinistris
sunt. Hæc verò consuetudo semper etiam
inualuit, vt hi, qui à dextris sunt in seden-
do à parte Archipresbyteri, alijs præierint
Canonicis, qui à sinistris sūt à parte Archi-
diaconi. Quam ob causam in distributio-
nibus Archipresbyter Archidiacono quo-
què pręcedit, & alij eius ex latere Dignita-
tes, & Canonici alijs Canonicis, qui à late-
re sunt Archidiaconi. In die Cineris, in
die Palmarum, in solemnitate Purificatio-
nis Beatæ MARIÆ semper Virginis, in di-
stributione candelarum, in votādo, in sub-
scribendo, in recipiendo nouum Canoni-
cum ad osculum, atq; in alijs. In hac autē
præcedentiæ possessione sunt, & fuerunt.
Manutenendi ergo in ea, qua reperiuntur,
possessione; & quia dextrum Cornu id eis
præstat; & quia consuetudo; & quia pos-
20 sessio. Attenditur quippè consuetudo in
hac præcedētiæ materia, quàmuis alioqui,
qui à sinistris sunt præcederent. Dignior
21 porrò dextera æstimatur, sed si consuetu-
do ei non obsistat. vt notauit *Abbas d. cap.
solitæ 6. num. 5. in fin. colum. 2. paulò post
princ.*

princ.de maior.& obed. sequiturq; d. Restaur.
Castald. de Imperatore. d.quæst.88 nu.7. Bar-
bosa de Episcop. d.par.1. tit.3. cap.8. num.62.
Hic verò ne dum non obstat, sed iure assi-
stit. Consuetudini ideircò stabitur, vt post
alios relatos sequitur Barbosa de iure Eccle-
siast.lib.1.cap.43.num.178. & Rota coràm
Sanctissimo Innocentio X.decis.118.num.5.
par.4.in recentiorib.per Rubeum. Plura prose-
quitur, quòd dextera nobilior habeatur,
eruditissimus Andr.Tiraq.de iure primogen.
in præfat. num.13.ad 17 prosequiturq; Gra-
tian. forens. part.1.cap.106.num.40. & seqq.
Rota apud Burattum decis.488. num.7. & 8.
22 ibiq; Ferrentill. lit. A. Nullo igitur modo
denegari eis manutētio debet, qui in pos-
sessione sunt præcedēdi. ex Iustiniano Cæ-
sare in §.hodiè.Institut.de interdict ex Vlpia-
no lib.69.ad edictum in l.1.§.fin.ibiq; Bar.
ff.vti possid. Abb.in cap.1.num.4.vt lit. pend.
Rota part.2.in recentior.decis.591.nu.1.& de-
cis.41.nu.9. & seq. & decis.50.nu.1.& nu.29.
par.2.diuersor.& in Melenitana Status 29.Ia-
nuarij 1635 coràm Buccabella decis.13.nu.1.
& 8. part.7.in recentior. per Rubeum. & in
Toletana Conseruatoriæ 6.Iunij 1635. coràm
Dunozetto decis.49 num.1.ead. par.7.per Ru-
23 beum. præserrim verò de tempore motæ li-
tis. Rota apud Coccinum decis.46.nu.1. & in
Arboren Canonicatus 8.Martij 1632. coràm
Merlino apud Postium ad calcem tract.de ma-
nutenendo. decis.337.num.2. Rota apud Buc-
cabellam d. decis.13. num.1. & in Recanaten
prædij 21. Aprilis 1636. coràm Carrillo de-
cis.123.num.1.eadem par.7. recentior.per Ru-
24 beum. per vnicum quoq; actum.Vine.Anna
allegat.131.num.1.diximus respons.nostra 7.
num.54.55.& 56. par.4. Hi autem in omni-
bus actibus in possessione sunt præcedēdi,
ex titulo etiā,quòd à dexteris sedentes sunt.
ipsis igitur manutētio danda. vt suprà de-
duximus,sequiturq; Barbosa d. lib.1.cap.43.
num.179.de iure Ecclesiast.

Et sanè,quòd à dextris Chori Archipres-
byter, & ex suo latere Dignitates,& Cano-
nici sedentes sint, hoc in dubium non vtiq;
reuocatur, sed in confesso est apud ipsos
25 quoq; aduersarios,& inspectio ipsa præstat
ocularis, quæ sanè admodùm operatur, &
proficit.ex Paulo lib.1.ad Edictū in l.satisq;
pœnæ 19. ff.de in ius vocando.illis verbis: aut
ex publico conspiciatur. ibiq; Gloss.verbo
conspiciatur. quæ sic infert. Nota:multum
facit oculorū inspectio.& ex Honorio III.
in cap.fin.de frigid.& maleficiat. Gloss.in can.
quod autem 1. verbo iudiciū. 33.quæst.1. plu-
ribus agit Calcan. cons.8.num.10. Triuisan.
lib.2.decis.70.num.3. Vt nulla in hoc maior
26 desiderari probatio valeat,quàm Aduersa-
riorum ipsorum confessio,ac si per scriptu-
ram esset attestatio,quin illa maior.ex Ale-
xandro Cæsare in l.cum te transegisse 5. C.de
transaction. Bar.in l.Aurelius 29.§.idem quæ-
sijt.nu.2. ff.de liberat.leg. Rota par.1. diuersor.
decis.802.nu.2.& 3. & apud Coccin.decis.14.
nu.4. & apud Cardin.Caualer.decis.535.nu.2.
& apud Durannm Episcopum Vrgellen de-
cis.21.num.2. & apud sanct.mem.Gregorium
XV. decis.200.num.2.ibiq; Beltramin.Addēs,
& decis.458.num.3.4.& 5.

Quòd verò in possessione sint præceden-
di in omnibus prædictis rebus, ex causa,
quòd à dextro sint cornu, id quidèm, ne-
dùm per testes probauere, & per scriptu-
ras,verùm etiā per testes ab Archidiacono
examinatos. Quartus nempè,qui de se ipso
deponit, quando ad osculum Canonicus
receptus fuit,quàmuis ex latere Archidia-
coni esset; post Dignitates, receptum se
fuisse priùs à Canonicis ex latere Archi-
27 presbyteri fatetur. Est igitur approbatus
hic testis,ab Aduersarijs productus. ad Iu-
stiniani Cæsaris sensum in l. si quis testibus
16.C.de testib.ex ratione,qua Sceuola lib.1.
quæstionum vtitur in l.Pomponius 10.in fin.
28 princ.ff.de negot.gest.dicens: Quòd reproba-
re non possum semel approbatum. subdens: Et
quemadmodùm,quod vtiliter gestum est, neces-
sè est apud Iudicem pro rato haberi ita omne,
quod ab ipso probatum est. scilicet debet ha-
beri ratum.vt Gloss. ibidē subnectit. verbo
probatum est. & hunc Sceuolæ textū refert
Glos.Accursij in d.l.si quis testibus. verbo ad-
uersus eum.sequiturq; Rota apud Card.Sera-
phin. dec.241.nu.4.& dec.265.nu.2.& seq.&
dec.289.n.1.& seq. per tot. apertissimèq; Ro-
man.cons.104.Pater Reuerende.nu.6. rationē
29 reddens: Quia producēs testem, censetur ra-
tificare,& approbare omnia.quæ deponit. Ro-
manum sequitur noster Proauus Robertus
Maranta cons.143. num.9. vers præterea quid
vltrà. ex Ias.in rubr.de iure iuran. col.penult.
in 6.limit. Farinac.de testib.quæst.62. in 10. li-
mit. quem sequitur Rota apud Duranum de-
cis.307.n.11.par.2. Grammat.decis.34.nu.11.
12.& 13. Cæsar de Graß. decis.7. num.2. de
probat.Rota apud Card.Caualer.dec.624.n.2.

Sunt & alij testes Canonici ex latere sini-
stro Archidiaconi super articulis per Ar-
chipresbyterum, aliosq; ex suo latere dex-
tero Canonicos datis, examinati, qui pro
iustitia deponentes, atq; pro veritate; præ-
cessisse semper è latere dextero Canonicos
cū Archipresbytero iure iurando asserue-
runt,deposueruntq;. Dicere proindè pote-
runt hi ex dextero cornu Canonici,se præ-
cessisse semper tanquàm à dextris consti-
30 tutos; Et inimici nostri sunt Iudices. vti Mo-
ises Domino cecinit. Deuteronom.32.nu.31.
dicens: Non enim est Deus noster,vt Dij eorū:
Et inimici nostri sunt Iudices. Ipsi enim vide-
runt quid fecerit illis Deus; & Pharaoni.
Qui à sinistris è cornu Archidiaconi Ca-
nonici, hi litigium cum alijs exercent fra-
tribus,

tribus, qui à dextris sunt Archipresbyteri;
nihilominùs tamen hi ipsi veritatem pro-
ferentes, Sacramento etiam cõtra se ipsos
deposuere, atq; aduersus se ipsos, Canoni-
cos à dextris precedentiam obtinere testa-
31 ti sunt. his igitur super omnes alios fides
habenda, qui proprij cõfessione oris in iu-
dicio veritatem deposuere; aperueruntq;,
neque aduersus se ipsos dicere veriti sunt,
tantùm nè veritatem macularent, occulta-
rentuè. ipsorum propterea dicto standum;
ad Diocletiani, & Maximiniani sensum ad
Proculum in l. cùm precum 9. ibiquè Bald.
& Salicet. C. de liber. caus. & Gloss. verbo cùm
precum. facit Gloss. per illum tex. qui est Sce-
uolæ lib. 12. quæstionum in l. qui familiæ er-
ciscundæ 38. verbo non confitetur. ff. familiæ
erciscundæ. Caputaquen decis. 190. nu. 3. par. 1.
32 rationem reddens: Quia non cõuenit bono
viro, vt quod semel dixit, posteà renocet. quasi
verum nõ dixerit. Rota apud Card. Caualer.
decis. 31. num. 5. & 6. & decis. 33. nu. 1. & de-
33 cis. 269. sub num. 3. vt sententiæ, reiq; vim
obtineat iudicatæ. Est quippè in iudicio fa-
cta confessio. testatur id apertissimè Anto-
ninus Cæsar Iuliano scribens in l. vnic. C. de
confessis. Maranta noster in specul. 6. par. in
5. actu iudicij de confessione, num. 21. Gratian.
forens. pat. 3. cap. 395. num. 13. & 14. & par. 5.
cap. 925. num. 14. diximus respons. nostra 10.
num. 11. 12. 13. & 14. par. 4. Quid igitur ad-
huc egemus alijs testibus? Iam enim audi-
stis, quanta isti testificati sunt. quid vobis
34 videtur? Sicuti de Christo Domino nostro
Agno patientissimo, & immaculato, Prin-
ceps Sacerdotum in pessimo eorum aduer-
sus Christum Cõcilio (apud Matth. 26. 65.)
dixit: Blasphemauit, quid adhuc egemus testi-
bus? Ecce nunc audistis blasphemiã: quid vo-
bis videtur? At illi respondentes dixerunt:
Reus est mortis. Digni ergo sunt, vt relaxe-
tur illis mandatum de manutenẽdo. Quod
denegari minimè gentinm potest de tem-
pore motæ litis possidentibus. vt in supe-
rioribus diximus, ostendimusq;. Certum
quippè est, neq; in dubium reuocatur, ex
his, quæ in notula facti data nobis fuere, ex
actis deducta: Archidiaconum, & qui à si-
nistris sunt eius Canonici, nihil omninò;
neque ex testibus, nõ amplius quatuor, qui
etiam ex eius Cornu sunt Canonici. vndè
35 partes sunt litigantes, & testes. in causa
propria proindè testimoniũ perhibẽt. Ne-
mo verò de se ipso testimonium iure per-
hibet. alioquin testimonium eius non est
verum. Christum Dominum de se dicentẽ.
36 excipe Ioan. 5. 31. Si ego testimonium perhi-
beo de me ipso, testimonium meum non est ve-
rum. Alius est, qui testimonium perhibet de
me; & scio, quia verum est is testimonium, quod
perhibet de me. Vos misistis ad Ioannem, & te-
stimonium perhibuit veritati. Ego autem non
ab homine testimonium accipio. Hoc ipsum
lege Imperiali statuere Valens, Gratia-
nus, & Valentianus Cæsares in l. omnibus
10. C. de testib. sic statuentes: Omnibus in re
propria dicẽdi testimonij facultatem iura sub-
mouerunt. concinitq; Pomponius lib. 1. ad
Sabinum in l. nullus 10. ff. eodem. & ipse at-
37 testans: Nullus idoneus testis in re sua intel-
38 ligitur. Res verò sua dicitur, sicut & causa
propria, quãdo emolumentum, & damnum
ad aliquem suo nomine pertinet. ex Vlpia-
no lib. 1. de appellationibus in l. 1. §. in pro-
pria causa. ff. quando appellandum sit, & intra
quæ tempora. concinit text. Eugenij III. in
cap. insuper 6. in fin. de testib. ibiq; Gloss. final.
Neque etiam ex scripturis pro se probasse,
quod firmum sit, neq; quòd in aliqua pos-
sessione sint. Si igitur ipsi in possessione
non sunt; Sunt eorum vtiq; in possessione
39 Aduersarij. Quòd eandẽ rem duo eodem
modo, & tempore insolidum possidere mi-
nimè possint. vt argumentatus fuit in re
simili possessionis Innocẽtius III. in cap. li-
cèt causam 9. §. ex præmissis igitur. de probat.
rationem, quarè responderit, Fauentinos
contra Rauennates non iustè litigiũ exer-
cuisse, reddens: Cùm duo insimùl (inquiens)
eandem rem, & eodem modo insolidum posside-
re non possint. ibiq; Gloss. verbo eodem modo.
idemquè Innocentius ad Mediolanen Ar-
chiepiscopum in cap. inter dilectos 6. §. cæte-
rùm memorati. de fide instrument. Vlpianus
lib. 28. ad Edictum in l. si vt certo loco 5. § si
duobus vehiculum. ff. commodati, vel cõtra. qui
40 ex Celso sic infert: Et ait, duorum quidèm in
solidum dominium, vel possessionem esse nõ pos-
se. sequiturquè nec alieno sensu Paulus li-
bro 67. ad Edictum in l. possideri autem 3.
§. ex contrario. ff. de acquir. possess. qui & ipse
sequentibus nostrum confirmat perbellè
satis argumentum: Ex contrario (inquiẽs)
plures eandem rem in solidum possidere non
41 possunt. Contra naturam quippè est, vt cùm
aliquid ego teneam, tu quoquè id tenere videa-
ris. sequiturq; idem argumentũ Rota apud
sanct. memor. Gregorium XV. decis. 14. nu. 3.
ibiq; Beltramin. lit. B. diximus respons. nostra
42. num. 10. & num. 28. par. 3. Rota apud Du-
rannm decis. 168. num. 14. & decis. 364. nu. 4.
par. 2. hoc ipsum nostrum sequẽs argumen-
tum. & apud Card. Seraphin. decis. 59. num. 1.
& apud Coccin. decis. 309. num. 2. Non possi-
dent itaq; hanc præcedentiam Aduersarij,
qui à sinistris sunt, vti neq; probare potue-
runt hanc præsumptam possessionem. pos-
sident ergo Archipresbyter, alijq; ex eius
cornu Canonici, qui à dextris sedent, & fi-
lij vocãtur dexteræ, vt Beniaminus. Si nem-
pè pro his, qui à dextris sunt possessio est
præcedendi, vt ex testibus examinatis, &
pluribus; etiã ex Cornu sinistro Canonicis,
& ex scripturis quàm pluribus præsẽtatis

probauere.pro Aduersarijs vtiq; esse mini-
42 mè poterit. Sunt.n.contradictoria,nō pos-
sidet,& possidet.Si stat igitur pro his,qui à
sinistris sūt contradictoriū,nō possidēt.sta-
bit vtiq; pro his, qui à dextris sedent affir-
matio possidēt.Quia nimirùm duo insimul
cōtradictoria eodē tempore in eodē subie-
cto esse non possunt, non possident, & pos-
43 sident. Contradictoria nempè se mutuò
contrudunt, expelluntuè. ex Celso lib. 17.
digestorum in *l.vbi repugnantia 149. ff. de*
regul. iur,& l.hæc verba ille,aut ille 124. ff.de
verb.signif. quæ est Proculi lib.2.epistolarū,
& Innocentio III. *d.cap.inter dilectos 6. §.ce-*
terùm memorati Henrici. de fide instrument.
44 Est enim ridiculum, duo contradictoria
eodem tempore in eodē subiecto insimul
admitti. ex Papiniano lib.7. responsorum
in *l.Titia si non nupserit 99 ff.de condit.& de-*
monstrat. ibiq; *Gloss.fin. Petr.Gregor. Tholos.*
in syntaxeon artis mirabilis lib. 3, commentar.
cap.4.fol.mihi 270. diximus *respons.* nostra
15. *num.58. par.4.* Non itaq; possident,qui
à sinistris sunt Archiaconi. possident ergo
qui à dextris. Et quid ni possideāt,quando
45 à natura ipsa comparatum est, vt dexteræ
potiora dentur? Indè quippè Filius Dei,
Verbū Patris à dextris sedere dicitur Dei
Patris, *Dixit Dominus Domino meo, sede à*
dextris meis. Psalm.109.1.quem locum per-
pendens Paulus ad *Hebræos 1.13.* vt Christi
Domini præcedentiam ad Angelos quoq;
ostenderet, sic infert: *Ad quem autem An-*
gelorum dixit aliquando; sede à dextris meis,
quòad vsquè ponam inimicos tuos, scabellum
pedum tuorū? Non nè om es sunt administra-
tory spiritus,in ministeriū missi propter eos,qui
hæreditatem capiunt salutis? Sede à dextris
meis. id est sede mihi pximus, cōsors esto
honoris,& Regni mei, in sūma gloria mea
mecū regna. vt ex *Estio,& Cornelio à Lapide*
sequitur *Ioānes Gorcum* in Epistolas Pauli,
Prothomartyr Stephanus (actuum 7.55.)
stans in Cōcilio;*Cùm esset plenus Spiritu sā-*
cto intendens in Cælum vidit Gloriam Dei, &
IESVM stantē à dextris Dei.& ait:Ecce video
Cælos apertos,et Filium Hominis stantē à dex-
46 *tris Dei.* obtinet ergo præcedentiam dex-
tera. Quemadmodum in nominatione ipsa
47 dextera semper præcedit.Sic mater filiorū
Zebedei ad Christum (*Matth. 20.21.*) dixit,
adorans, & petens aliquid ab eo: *Dic vt*
sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuā,
& vnus ad sinistram in Regno tuo. & Impera-
tor Constātinus in *l.1.C.de aquaduct.lib.11.*
primas dexteræ dedit dicens; *Præterea scire*
eos oportet,quorum prædia aquæductus comeat,
vt dextra, læuaq; ex ipsis formis quindecim
pedibus intermissis, arbores habeant. & Paulus
2. *ad Corint. 6. 7.* Corinthios exortans, nè
in vacuum gratiam Dei reciperent, sed in
multa patientia, siuè in prosperis, siuè in
sinistris se exhiberent. sic inter multa in-
fert: *In Spiritu sancto,in charitate non ficta,*
in verbo veritatis,in virtute Dei,per arma iu-
stitiæ à dextris, & à sinistris. Primas igitur
dat dextris,secundas à sinistris. Nō mirùm
ergo,si hi præcedāt in omnibus,qui à dex-
48 tris sunt,his, qui à sinistris? Quia dignior
dextera est. ex *Glos.in cap.fundamēta milità-*
tis Ecclesiæ 17. non multò post princip. §.huius
autē muneris Sacramentum. in verbo *dexte-*
ras. de elect. lib. 6. plura cumulat *Restaurus*
Castald. de Imperatore, quæst.22.num.3.& 4.
49 *tom.16.tract.fol.42.* Vndè Fidei Symbolum,
amorisq; mutui pignus dat dextera. vt
50 *Gloss.* dicto verbo *dexteras.* deducit. atquè
pacis. iuxtà illud Æneidos 11.
Oremus pacem,& dexteras tendamus inermes,
& de fide, Ouidius 6.metamorphosios.
Vt pignus fidei dextras veraßq; poposcit,
Inter seq; datas iunxit.
deducitq; pluribus *Tnillius* ad emblema
39. *Alciati.* Non fuit itaq; sine firmo funda-
mento, quòd hi,qui ex Cornu sunt Archi-
presbyteri Canonici, semper præcesserint
in omnibus,& in possessione sunt præcedē-
di, vt probauere; quia à dextris sunt.
51 Quàmuis verò Archidiaconus Archi-
presbytero præcedat, id sanè ex dignitate
maiori prouenit quòad personam, non
quòad reliqua,cùm ipse à sinistris sit,& qui
à Cornu eius sunt Canonici; & quòad di-
52 gnitatem,nō verò quòad Sacramentorum
administrationem. Ad hanc enim Archi-
presbyter primas obtinet, quia maior est
in ordine presbyteratus, & est quasi Paro-
chialis Sacerdos omniū post Episcopum,
in administratione videlicèt Sacramento-
rum, ex Leone Papa in *cap. ministerium 2.*
& cap.officium 3. de offic. Archipresbyt. ibiq;
Gloss. verbo *à foris veniunt.in fin.* deducitq;
pluribus *Barbosa de Canonic. & dignitatib.*
d. cap. 6. num.17. & 18 & seq. & num. 24.
53 quòad hoc enim Archipresbyter Episco-
pi Vicarius æstimatur. vt *Gloss.* loquitur in
cap. si Episcopus 2. verbo *suo subdito. in fin.*
de pœnitent.& remiss. lib.6. Barbosa alios re-
ferens *d.cap 6. num.24. & d.cap.25.num.24.*
de iur. Ecclesiast. eodem equidèm numero
hic repetit. sicuti in *d.cap.6.*

Nec ad rem facit, nequè obstaculum,
quin mandatum de manutenendo pro his.
qui à dextris sunt,concedi debeat;quòd in
receptione Canonici Gasparis, & Canoni-
ci Cantoris Carraræ seruatum fuerit, vt
primò eos ad osculum receperint Canoni-
ci ex cornu Archidiaconi à sinistris, post-
modum Canonici ex cornu Archipresby-
54 teri à dextris. vt seruari debeat vltimus
status in hoc, & ad hunc statum manuten-
tio dari, ad *Rota* sensum apud sanct.mem.
Gregorium XV. decis. 569.num.3. ibiquè *Bel-*
tramin. addens *num.6.* & sequuta fuit eadē

Rota

Rota in *Romana, seu Iannen locorū Montium 4. Iunij* 1635. coràm *Buccabella decis.70. nu. 13. par.7. in recent. per Rubeum*.

55 Quia nimirùm hi actus, & cùm abesset Archipresbyter, & Archidiaconus esset Vicarius Illustrissimi Domini Archiepiscopi, liti causam dederūt. vndè, qui à dextris erant Canonici, vim perspicientes actu imperfecto recesserunt. ex *Abb. in cap.1. nu.4. vt lite pendente.* quē sequitur *Rota decis.41. num.9. & seqq. & decis.50. nu.1. par.2. diuers.* & in *Meleuitana status 29. Ianuarij* 1635. coràm *Buccabella decis.13. num.7. & 8. eadem par. 7. recentior. per Rubeum*. & apud sanct. memor. *Gregorium XV. decis.417 num.4.* nō ergo ex his actibus, qui liti causam dederunt, possessionem prætendere poterunt. & perpendit Rota coràm Sanctissimo *d. decis. 118 num 6 par.4. recentiorum per Rubeum.*

56 Ipsi igitur, qui à dextris sunt Canonici, & titulū habent, quarè præcedere debeant; & in possessione sunt præcedendi, manuteneri in possessione debent. In vim enim

57 præcedentis tituli, quia à dextris sunt, hāc habere, atq; habuisse possessionem videntur. ex *Gloss.* notabili, *& fin. in fin. verbo sufficiebat.* in *l quædam mulier 76 ff. de rei vendicat.* ibiq; *Angel. num.4. Ioan. Francisc. de Ponte Regens cons 97. num.21. & 27. lib.1. & cons.72. nam.1. lib.2. Verall. decis 336. num.1. part.2.* sequitur *Rota* apud *Card. Caualer. decis.242. num.3. & decis 379 num.5.* Ipsi igitur in possessione manutenendi.

Atquè ita ex his. Arstarchi non abiecto supercilio, quin expetito, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Homines in ijs pensandis, quæ in eorum vtilitatem verti putant, per quàm facillimè falluntur.*

Quia lubentissimè trahuntur in id, quod eorum est in commodum.

Stateras proindè dolosas in ijs pensandis adhibent.

2 *Locus Psalmi 61. 10.* Verùmtamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris; vt decipiant ipsi de vanitate in id ipsum. *expenditur.*

3 *Iniquum in iudicio, in regula, in pondere, & mensura, Domini præcepto faciendum non est.*

4 *Iustitia, quæ pondere iusto pensat omnia, dat cuiquè quod suum est.*

Nemini q; iniuriam infert.

5 *Statera Diuina ponderāda sunt oīa, nè fallamur.*

Non verò dolosis stateris.

Cæteroquin peccatum est. num.6.

Siuè in iudicijs, siuè extrà iudicia. num.7.

8 *Iudices nil sibi vendicare debēt per odium, vel fauorem, sed stateram gestare debens in manibus, vt iusta iudicent.*

Eorumq; iudicium à vultu Dei procedat.

9 *Balthassar Caldeorum Rex, quia in statera appensus Diuina minus habere inuentus est, repentina morte sublatus fuit.*

10 *Fideiussor in omni obligatione accedere potest.*

Siuè commodati, siuè depositi fideiussor accipiatur. num.11.

In censu s itaquè contractu fideiussor accedere poterit. num.12.

Et principali, & proprio nomine obligari potest, vt in solidum teneatur. nu.13.

Efficiaturq; reus promittendi, siuè dandi.

Vt ab vnoquoquè ità obligato solidum exigi valeat. num 14.

15 *Saluianum interdictum, vtile præsertim, propter hypothecam bonorum, quæ solutioni facienda supposita fuerunt, inuc agitari poterit.*

Est enim remedium adipiscendæ.

Et contra possidentem datur. num.16.

Remq; persequatur.

Simile æstimatur iudicio assistentiæ. nu.17.

Saluiani extrema qui probauerit, immissionem consequi debet. num.18.

19 *Instrumentum vt probet, fidemq; faciat, in forma probanti extractum esse debet.*

Quia originalia exhibenda sunt, non exempla. num.20.

Etiam à Fisco. num.21.

Quàmuis copia sumpta esset ex processu inter alios agitato. num.22.

Et si quidèm primum exemplum solemnitèr extractum fuisset. num.23.

Parte præsertim opponente. num.24.

Quàmuis ipsum sumptum fuerit in iudicio collationatum. num.25.

Nisi mandato Iudicis esset comprobatum cū originali. num.26.

Limita, si scriptura informis fuerit. nu.41.

27 *Bastardellū Notarij, siuè Boliardum, siuè Matrix, vt probet, & nomen habere debet Notarij, cuius est.*

Et signum & num.38.

His si caret, nullam fidem facit. nu.34.

Etiam si instrumentum antiquissimum esset. num.37.

Præsertim verò, si papirus differens fuerit, neq; æqualitèr assutas. num.39.

Vndè falsitatis suspectum redditur.

28 *Nomina idè hominibus imponuntur, vt cognoscantur.*

Probatur id latè ex Sacrata Scriptura.

29 *Seth filius fuit Adam, post Abelem interemptū natus.*

30 *Isaac filius fuit Abraham, diuina promissione datus.*

31 *Moyses inuenit gratiam coràm Domino Deo.*
32 *Ioannes diuina promissione Zaccharia datus, ab Angelo nomen accepit:*
33 *IESVS nomen MARIÆ ab Angelo prænunciatur.*
Ac etiam Sancto Ioseph.
35 *Nomine quod caret, & effectu carere debet.*
Sunt enim quasi correlatiua, nomen, & effectus nominis.
38 *Instrumentum, quod manu Notarij, neque subscriptum, neq; signatum signo eius reperitur, fidem non facit.*
Nam imperfectum dicitur.
40 *Extractio vt fieri valeat ex alterius protbocollo Notarij octo tenere requisita debet, qua Abbas enumerat.*
42 *Prothocollum si Notarij ipsius manu subscriptum non fuerit, non probat.*
43 *Notario fidem facienti de gestis coràm alio Notario non statur.*
44 *Notarius, cui facultas facta est extrahēdi scripturas ex scheda alterius Notarij, nō potest maiorem fidem facere, quam ille.*
Formiterq; extrahere debet, vti est.
Neq; addere quidquam, vel diminuere.
45 *Census annuus non potest excedere decimam partem principalis recepti, ex Nicolai V. Constitutione:*
Alioquin vsuraria prauitatis nota inficitur.
Et nullitèr impositus videtur. nu.47.
Sicuti si constitutus fuerit vt francus, & liber ab omni onere soluatur, quàmuis ad nouam in singula centum ematur. nu.48.
46 *Vsura rapina est, ex Ambrosio.*
49 *Cessio vim obtinet mandati.*
Vndè cedens omninò liber non euadit.
50 *Præscriptionē qui contra se fieri sciens, & præsens passus est, imputet sibi.*
Præscriptio negligentis est pœna. nu.52.
Præscriptio currit aduersus creditorem hypothecaria suffultum. num.53.
Modò tamen non sit originarius debitor.
Ob malam fidem.
Præscriptione hypotheca extinguitur. nu.54.
Procedit etiam in saluiano. nu.55.
Præsertim verò in fideiussore census. nu.56.
Atq; in successore fideiussoris, si debitum sibi non accollauit. num.57.
51 *Præscribens completo præscriptionis tempore ex tunc præscriptæ rei Dominus efficitur.*
58 *Census extinguitur per capitalis solutionem.*
Consequenterq; cessat hypotheca.
59 *Saluianum sine hypotheca fundamentum non habet.*
Sicuti sine credito. num.60. & 63.
Quod coràm Iudice liquidari debet. nu.61.
61 *Creditum nisi coràm Iudice liquidatum fuerit, tertio præiudicium parere non poterit.*
Etiam si inter partes confessum fuerit.
62 *Creditor debitorem per probationes conuincere debet.*
Et creditum liquidum esse.

64 *Dictio (signātèr) indiuiduū importat signatum.*
Quidue importet? pluribus expenditur. num.68.
Et necessitatem importat. num.71.
65 *Pacta inita infringere iniquum, atque flagitiosum est.*
Neque ferendum. num.66.
Nihilq; est tàm congruum humanæ fidei, quā vt pacta seruentur.
67 *Peccatum vnius, aliorum pœna esse minimè debet.*
Debent enim peccata suos teuere authores.
69 *Dictio, præsertim, pro (tantū) accipitur quandoquè.*
70 *Dictio, & maximè, pro præsertim accipitur.*
72 *Saluianum contra per decennium bona fide, & iusto titulo præscribitur.*
73 *Creditor potest sibi eligere quem voluerit ex obligatis in solidum.*
Sicuti eius arbitrio remittitur ex pluribus rebus pignori obligatis, quā persequi velit. num.74.
Quòd si vnum ex obligatis cōuenerit, & ab eo exegerit, nō potest amplius alios agere. num.75.
76 *Præscriptio decem annorum sat est ad præscribendum ius exigendi annuum censum.*
Non ità verò ad præscribendam materialem ipsam annualem solutionem.
Illud enim vnica tempore præfinito præscriptione concludi potest.
Hæc autem tot perquirit annos, quot sunt solutiones.
77 *Stipulatio vnica est, atq; proindè vnica potest præscriptione finiri.*
78 *Actore non probante, reus iure absoluitur.*
Quia solùm ius actoris consideratur. nu.79.
80 *Victus victori in expensis iure damnatur.*
Quia temerè litigauit.

ARGVMENTVM.

Fideiussor in omni obligatione accedere potest, etiam in contractu censuali. Saluianum interdictum vt locum obtineat, quæ requirantur? Simile æstimatur iudicio assistentiæ. Instrumentū vt probet, fidemq; faciat, in forma probanti extrahi debet. Quid vero si copia Iudicis mandato cum prothocollo comprobatū fuerit? Bastardellum, siuè Boliardum Notarij

Notarij an probet, si eius nomine, & subscriptione, signoué signatum non sit? Notario asserēti de gestis alterius Notarij non creditur. Facultatem habens extrahendi instrumēta ex scheda Notarij demortui, nihil addere potest, nec diminuere, sed ità extrahere, vt iacent. Nomina indè hominibus imposita, vt dignoscantur. Census annuus decimam partem pretij excedere non potest. erit igitur cōtractus vsurarius, ac nullus, qui sanè per capitalis solutionem extinguitur, & hypotheca resoluitur. Præscriptio currit aduersus creditorem hypothecaria suffultū, & nùm annuus census præscribi possit vnica pręscriptione? Creditum si liquidatum coràm Iudice non fuerit, tertio nō præiudicat. Creditor potest sibi deligere, quē velit ex pluribus insolidum obligatis.

RESPONSIO LXXVII.

1 FAllnntur per quàm facillimè homines in ijs pensandis, quæ in eorum
verti vtilitatem putant. Trahnntur
quippè lubentissimè, in illud vt pendeant,
quod eorum est pro commodo. Stateras
proindè dolosas in ijs pensandis, quando-
2 què adhibent. Hinc sanè *Psalm.61.10.* dixit
Dauid: *Verùmtamen vani filij hominū, mendaces, filij hominū in stateris: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.* Qui enim filij hominum vani sunt, nec æterna pensant, sed terrena sectantur, ij mendaces in stateris sunt. Non enim iusta adhibent pondera, vt terrena nullius esse momenti cognoscant, magni verò cœlestia. præferunt proindè mala, ac falsa bonis, ac veris; nec iustè iudicant; vt decipiant ipsi de vanitate in id ipsum, ac se ipsos fallant in rebus vanis, temporalibus, & caducis. Indè præceperat Dominus Moysi, *Leuitici* 19.35. ità legem, quam
3 seruarent, dicens, scribensq;: *Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mēsura. Statera iusta, & æqua sint pōdera; iustus modius, æquusq; sextarius. Ego Dñus Deus vester, qui eduxi vos de terra Ægypti.* Ex Dionysio Carthusiano ibidem. Graues sunt igitur, filij hominū corde, qui diligentes vanitatem, quęrunt mendacium, vt decipiant ipsi de vanitate in id ipsum. secundùm *Augustinum* ibidē. Nec instè expendant statera iusta, & ponderibus æquis,
4 quid eis expediat: Sit nè pro ipsis statera
iustitiæ, necnè? Illa quippè cum pondere iusto penset omnia; dat cuiquè, quod suum est, neminiq; iniuriam infert. ex Vlpiano lib.1. regularum in *l. iustitia* 10. ibiquè latè *Glos. ff. de iustit. & iure.* ex Gregorio IX. in *proœm. decret. §. ideò lex.* ibidemq; *Glos.* verbo *ius suum.* ex Innocentio III. in *cap. ex ore 17. in princ. de priuileg. extrà. S. Thomas 2.2. quæst* 58. *art.* 11. Neq; porrò dolosa sunt
5 afferendæ stateræ, vbi appendamus, quod
volumus, & qunmodò volumus pro arbitrio nostro; sed afferamus diuinam stateram, vt quod iustū est, ponderemus. ex Augustino in *can. non afferamus* 21. 24. *quæst.* 1.
6 Qui enim iniustis vtuntur mēsuris, & pon-
dera iniusta reddunt, peccant. ex Concilio Maguntino in *cap. vt mensuræ* 2. *de empt. &*
7 *vendit,* siuè in iudicijs, siuè extrà iudicia.
vt *Glossella* marginalis *Ioan. Andr.* ibidem obseruat in verbo *pondera,* dicens: *per quæ iura probatur, quòd etiā in iudicijs vti debemus iusta statera.* ex Innocentij IV. in Concilio Lugdunen constitutione in *cap. cùm æterni tribunal Iudicis* 1. *de sentent. & re iudic. in* 6.
8 qui de Iudicibus loquens, sic infert: *Nil*
vēdicet odium, vel fauor vsurpet, timor exulet, præmium, aut expectatio præmij iustitiam non eneruet, sed stateram gestent in manibus, lances appendant æquo libramine, vt in omnibus, quæ in causis agenda fuerint, præsertim in concipiendis sententijs, & ferendis, præ oculis habeant solùm Deum, illius imitātes exemplum, qui querelas populi tabernaculum ingressus ad Dominum referebat, vt secundùm eius imperium iudicaret. Dolosam itaq; nè afferamus stateram, nequè iniusto pondere pensemus, quę ponderanda fuerint, Dominicam exhibamus; vt lances appendamus æquo libramine, atquè vtriusq; iura partis expendamus. Factum ergo sic se habet: Anno 1593. mense Maij die 11. Portia Boue Ciuitatis Bitunti, relicta quondam Raphaelis Saraceni Ciuitatis Iuuenatij, vendidit Doctori Vito Marię Scaraggio eiusdem Ciuitatis Bitunti annuos duc. 90. pro capitali pretio duc.

mille

mille,ſuppoſito certo corpore. pro maiori
vero ſecuritate fideiuſſores dedit,atquè in
ſolidum obligatos Abbatem Ioannē Fran-
ciſcum, Iacobum,& Ioannem Baptiſtam
Saracenos, ipſius ex dicto Raphaele filios;
& inſimul Io.Paulum Saracenum,publico
confecto inſtrumento manu Notarij Do-
minici Bidellij eiuſdem Ciuitatis Bitunti.
Anno verò 1610. die 13. menſis Iunij Re-
becca Iannonia mater,& tutrix filiorum
dicti Viti Mariæ Scaraggij.Lucretiam Sca-
raggiam eius,& dicti Viti Mariæ filiā, ma-
trimonio copulauit Io. Aloyſio Saggariga
ex dicta Ciuitate Iuuenacij, cui pro doti-
bus, dotiſq; nomine inter alia ceſſit, de-
ditq; *Hæredes Fortia Boue pro duc. mille, de
quibus exigitur annuus cenſus duc.90. mediāte
altero publico inſtrumēto ſtipulato per dictum
Notarium Dominicū Bidellum ſub die 9. men-
ſis May* 1593. Anno poſtmodùm 1641. di-
ctus Io. Aloyſius Saggariga, tàm proprio
nomine, quàm etiā vti pater, & legitimus
adminiſtrator filiorum ſuorum, & dictæ
quondam Lucretiæ prædefunctæ,tàm pro
tertijs decurſis, quàm pro capitali dictorū
duc. mille eidem in dotem aſſignatorum,
tranſactionem inijt cum filijs,& hæredibus
prædicti Ioan. Baptiſtæ Saraceni,& Portiæ
Boue; atquè cum Io. Franciſco Saraceno
filio, & hærede dicti Io.Pauli Saraceni,qui
fideiuſſor acceſſerat,& in ſolidum promiſ-
ſor pro dictis annuis duc.90.pro duc.1500.
Cùm promiſſione dictorum de Saggariga
patris,& filiorū *di nō moleſtare, nè che facciano
moleſtare li detti Fratelli di Saraceno figli, &
heredi del detto q Gio.Battiſta.et il detto Fran-
ceſco Saraceno figli heredi del detto q.Gio.Paolo
Saraceno ſeniore, con riſerua ſpeciale à beneſi-
cio di detti q. Saggariga* pro duc. 500. tantū,
*eos exigere, & recuperare ab alijs poſſeſſoribus
bonorum ſupradictis q. Io.Pauli Saraceni ſenio-
ris,& ſignantèr ſuper prædictis bonis, quæ poſ-
ſidentur per ſupradictum Andream Flauginū
Venetum,ſeù alium veriorē poſſeſſorem vinea-
rum ſex in circà oliuarum, &c. ſitam in terri-
torio Iuuenacij,in loco dicto la Paſola, &c.* fol.
44. in proceſſu. Nouiſſimis verò hiſce die-
bus relicta poſſeſſione prædicta vinearum
ſex oliuarum in loco *la Paſola* dicti Fratres
de Saggariga in Curia Epiſcopali Iuuena-
cen iudicio egerunt aduerſus R. D. Cano-
nicum D.Petrum Antonium Saracenum
pro poſſeſſione oliuarum, vbi dicitur *alla
Ptravinuo* pro dictis duc.500. cum intereſ-
ſe; quòd fuerit in bonis dicti quon. Ioan-
nis Pauli Saraceni ſenioris. Compilatoq;
poſt multa proceſſu. Inſtant dicti Fratres
de Saggarica, ac præſertim Cæſar Sagga-
riga, etiam vti ceſſionarius ſuorum fratrū,
vigore vtilis Saluiani immitti in poſſeſſio-
nem dicti loci *allo Piraginito*, tanquā quòd
in bonis,& de bonis fuerit dicti quon. Io.
Pauli Saraceni fideiuſſoris, quod per teſtes
probauit. Denegandum eſſe Saluianum
hoc interdictū ex aduerſo refricat D. Pe-
trus Antonius, & quòd ipſe Cæſar iudicio
egerit ordinario, non Saluiani,& ſuper iu-
dicio ordinario litem conteſtari paſſus eſt,
& quòd (fac Saluiano egerit,) præſcripſe-
rit tamen bona fide, etiam triginta anno-
rum,non decem tantùm, curſu. & deniquè
quòd prætenſum nō probauerit creditum.
Appenſis vtrinſquè eorum iuribus in ſtate-
ra, quis minus habeat, cauſæ dat ſtatum.
9 Sicuti Balthaſſari Chaldeorum Regi dixit,
annunciauitq; quandoq; Daniel 5. 27. *Ap-
penſus eſt in ſtatera, & inuentus es minus ha-
bens*. Appendamus igitur, & nos ſtateram,
vt quis duorū minùs habeat inueniamus;
cuiuſq; lanx grauior appareat. iuxtà illud
Iob 6. 2. *Vtinam appenderentur peccata mea,
quibus iram merui: & calamitas, quam patior,
in ſtatera. Quaſi arena maris hæc grauior ap-
pareret*.
Et quidèm Cæſar ſic iura in lance adij-
10 cit ſua. Generali iure receptu eſt, vt omni
obligationi fideiuſſor accedere poſſit. ſi-
cuti Vlpian.lib.29.ad Sabinum in *l.1. ff.de
11 fideiuſſor*. docet. Siuè commodati, ſiuè de-
poſiti fideiuſſor accipiatur. vt Pomponius
lib 22.ad eundem Sabinum in *l.2. ff.eodem.
de fideiuſſ et mandator*.declarat, Curat enim,
qui illos præſtari petit, vt diligentiùs ſibi
cautū ſit. ex Iuſtiniano Cæſare in *§ 1. & 2.
12 Inſtit. de fideiuſſor*. poterit ergo, & in con-
tractu, & obligatione cenſus fideiuſſor ac-
cedere. Sequitur,quidquid aliàs *Nauar*.ſen-
ſerit *conſ 9.num 5.de cenſib*. in antiquis, ſed
in nouis *conſ 18.nu.5.lib 3.de empt.& vend.
Cenc. de cenſib par.2, cap.1.quæſt 2.num.1.2.
& 3. Rota* apud *Seraphin. deciſ.1187.num 1.*
& in *Ancontana pecuniaria 7.February 1611.*
coràm *Pirouano dec ſ 138.poſt eundem tracta-
tum Cenc. Fælician et Solis tract. de cenſib.
lib.1.cap.4 num 3.& 4. tom 1 Duard.eodem
tract.de cenſib.in Bulla Pij V. tom.1.§.3.q.13.
concluſ 2 num.16.Petr.Gregor de cenſib. q.40.
num.6.*& ibi *Maſtrill.in addit* idem *Maſtrill.
deciſ.148.num.21.22.& ſeq.ad fin par.2*. Ac-
ceſſerunt hoc in contractu fideiuſſores, qui
etiam proprijs,& priuatis, & principalibus
nominibus,& in ſolidum ſe obligauerunt,
obligando ſe ipſos,& bona,eorumq; hære-
des,& ſucceſſores, & bona eorundem inſo-
lidum fol.12. à ter Fuerunt igitur princi-
13 pales de ſoluendo promiſſores, & correi
promittendi, ſiuè dandi. Ab vnoquoq; er-
go eorum iure exigi poterit,& in ſolidum;
quia ità ſpopondere. ad Vlpiani ſenſum
lib.11.reſponſorum in *breos promittendi 11.
§.cùm in tabulis. ff.de duobus reis ſtipulandi,et
promittēdi*. Indè quippè Antoniū Achilleū,
& Corneliū promiſſores pro Iulio Carpio
in partes viriles teneri dixit: *Quia nō fue-*

rao

rat adiectum, singulos in solidum spopondisse,
ità vt duo rei promittendi fierent. Ipseq; met
Vlpianus lib.47. ad Sabinum in l.in duobus
reis 3. §.vbi duo. ff.eodem.respondit, ità do-
14 ctrinam tradens; Vbi duo rei facti sunt, po-
test ab vnoquoq; eorũ solidum peti, Hoc enim
ius duorum reorum est, vt vnusquisquè eorum
sit obligatus, possitq; ab alterutro solidum peti.
Idemq; tradidit Iabolenus ibidem l.2. tra-
dideruntq; expressissima decisione Diocle-
tianus, Maximianusq; Cæsares in l.1. & 2.
C.de duobus reis stipulan. & promitt.eorum
verba in d.l.2.sic inserunt ad rem nostram,
creditor prohiberi non potest (dicentes) exi-
gere debitum, cùm sint duo rei promittẽdi eius-
dem pecuniæ, à quo velit, pro solido, vel pro
parte, glos. ibidem verbo à quo velit, com-
mentum agit. sequiturq; hanc ad rem Co-
uar.variar.resol.lib 3.c.7.nu.5.vers.Ego sanè,
& si videam. dùm tuetur, annuũ censum cõ-
stitui posse solũ obligatione personali. Ma-
strill. d.decis.141.num.20. & seq. tradidimus
Nos resp. nostra 26.nu.4.5.& 6.par.4. alios
referentes. Nihil ergo impedimento esse
poterit, quin pro residuo debiti super bo-
nis Io. Pauli Saraceni insolidum obligati
15 Saluianum relaxari debeat interdictum,
vtile saltim, propter hypothecam bonorũ,
quæ solutioni faciendæ supposita fuerunt.
Est enim remedium adipiscendæ, ex Iulia-
no lib.49.digestorum in l.1.ff.de Saluian.in-
terdict. & Gordiano Augusto in l.1. C. de
precar. & Saluian.interd. ibiquè Glos. verbo
competit, noster Maranta in specul. 4.par. in
7.distinct.iudicior. iudicium aliud petitorium,
aliud possessorium.nu.10. in fin. Rota decis.15.
num.2 & decis.25.nu.4.5.& seq. apud Statil.
Pacif.de Saluian.interd.Menoch.de adipisc.pos-
sess. remed.3.num.6. Bartholom.Scapuccin.in
tract.de vtili Saluiano lib.1.quæst.2.nu.4. Ro-
ta decis.193. sub num.1. par.1. in recent. Da-
16 turq; aduersus possidentem, remq; perse-
quitur.ex Glos.in d.l.1.d.verbo competit.C.de
precar.& Saluian.interd. Rota par.2.diuersor.
decis.34.nu.24. Menoch.de adipisc. d.remed.3.
quæst 7.num.55.& seqq.Rota decis.1 num.5 et
decis.59.num.5.& decis.20.num.2. apud eun-
17 dem Pacificum. & simile æstimatur iudicio
assistentiæ in Regno. Vin. de Franc.dec.80.
18 num.15. & 16. Extrema itaq; cùm proba-
uerit, creditum, hypothecam, & possessio-
nem, denegari eidem immissio haud pote-
rit, vt dictum fuit in Romana Vineæ, & Sal-
uiani 5.Iunij 1617. coràm Pirouano dec.513.
num.1.par.4.recent. per Rubeum. & in Roma-
na Saluiani 20 Nouembris 1630.coràm Mer-
lino decis.407. nu.1. par.5.recent. per eundem
Rubeum. Sic lancem impleuit suam Cæsar.
Impleat, & suam D.Petrus Antonius. Quod
enim primò & ipse affert, iura vt euertat
Cæsaris, illud est: instrumentum asserti cre-
19 diti annui census duc. 90. per Vitum Ma-
riam Lucretiæ parentẽ à Portia Boue pro
mille, anno 1593. empti per assertum No-
tarium Dominicum Bidellium, nõ esse in
forma probanti, sed esse merè cartulam, &
sumptum de sumpto, copiam videlicet co-
piæ. fidem proindè haud facere. Origina-
20 lia quippè exhibenda sunt, non exempla.
Cæsares excipe Diocletianum, & Maximia-
num in l.sancimus 3. C.de diuers.rescript. de-
cernentes, imponentesq;: Sancimus, vt au-
thentica ipsa, atq; originalia rescripta, & no-
stra etiam manu subscripta, non exempla eorũ
insinuentur. sic illi. ibiquè Glos. verbo non
exempla. quæ sic infert: Arguitur, quòd per
originalia est probandum. ex Alexandro Au-
gusto in l.procurator 6. C. de edend.& edixe-
rat Paulus lib. 5. sententiarum in l.quicun-
què 2. ff. de fide instrument. quàmuis Fiscus
21 fuerit: Quicunq; (inquiens) à Fisco conue-
nitur, non ex indice, & exemplo alicuius scri-
pturæ; sed ex authentico conueniendus est. &
per quàm diffusè ibidem Glos. verbo indice.
prosequiturq; Afflict. decis.282.nu.6.& seq.
cuius etiam meminit Verall.decis.234.nu.1.
& 2. par.3. Couar.pract.qq.cap.21.nu.4.vers.
præter hæc, quo de traductione in secũdo modo.
sequutaq; fuit Rota in vna Regien iuris pa-
tronatus 10. Maij 1623. coràm Pirouano de-
cis.16.num.6.7.& 8.apud Viuian.in praxi iu-
ris patronatus. & apud sanct.memor. Grego-
rium XV. decis.432. num.3. ibiq; Beltramin.
addens num.8.& decis.550.nu.1.& seq. & in
Anconitana, seù Auximana floren 15.Decẽbris
1617. coràm Buratto decis.290.num.9. ibiq;
Ferrentill. num.13.& 14. lit.D. Rota Mace-
raten. apud Marc.Anton.Thomati, nũc Epi-
scopum Bitetten decis.16. nu.11. Rota apud
22 Coccin.decis.466.num.1.& seq. Quàmuis co-
pia ipsa (vt in facto hoc nostro) sumpta
fuerit ex processu inter alios agitato; quia,
vt exemplum exempli non probat. Bald.d l.
sancimus 3. ad medium. C. de diuers. rescript.
23 Quàmuis primum exemplũ fuisset solem-
niter extractum. ex Decio in auth. si quis in
aliquo documento.col.9.num.30.C.de edend.se-
quutaq; fuit Rota par.1.diuers.dec.730.nu.1.
Gratian.forens.par.2.cap.363 num.10.parte
24 potissimùm opponente. Rota apud Puteum
decis.159.num.2.& seq.lib.1.Bart.in d.auth.si
quis in aliquo documento. num.13. C.de edend.
Rota in Burgen Canonicatus 1588.coràm Co-
mitulo decis.65.num.1.post 1.volum.consiliorũ
Farinacij. Gratian.forens. d.cap.353.nu.11.&
seq. Non igitur constat de veritate asserti
crediti annuorũ duc. 90. Deficit ergo pri-
mum substantiale requisitum, vt Saluianũ
locum habere possit, sicuti Cæsar funda-
mento firmasse se putarat.
25 Neque obstaculum facit, quòd sumptum
prædictũ ex mandato Dom. Generalis Vi-
carij Iudicis, partibus præsentibus fuerit
in iudicio collationatũ. Facta namq; col-

latio fuit trãſumpti cum originali Baſtar-
dello Notarij Dominici Bidellij, producto
per Notarinm Io. Baptiſtam Simonem de
Bitunto, aſſerentem,ſe conſeruatorem eſſe
ſcedæ prædicti Notarij Bidellij. Facere
26 proindè fidem; & qnòd mandato Iudicis
ſit comprobarum, & quòd cum originali
collationatũ, vt videatur ex ipſo originali
extractum. ex *Caſtrenſ. d. l. ſancimus 3. C.de
edend. Rota in d.Regien iuris patronatus* corã
*Pirouano d.deciſ.17.num.8.ad praxim Viuiani
de iure patronat.* pertractat pleniſſimè *Co-
uar.pract.qq.d.cap.21.per tot.* præſertim *n. 3.
& ſeq. Affl.deciſ.6.& deciſ.48.& d.deciſ.282.
num.6. & ſeq. Rota* apud *Duranum* Epiſco-
pum Vrgellen *deciſ.371.num.3.& 4. par.2.*

Reijcit quippè pondus D. Petrus Anto-
nius ex ipſamet recognitione in actis de-
27 ducta fol. 23.Baſtardellum prædictum plu-
ribus ſcatere defectibus, qui ſanè faciunt,
vt in ſtatera appenſum, minus habere in-
ueniatur. Primò,quidẽ: Nàm neq; nomen
habet,cuius ſit Notarij: ſic nẽpè titulus eſt
ei (*Baſtardellũ cautelarũ anni ſextæ inditionis
1593.*) & ſequitur Notarius Actorũ Magi-
ſter Curiæ Epiſcopalis Iuuenac. *Non habet
ſignũ, neq; ſubſcriptionẽ.* Cuius itaq; Notarij
ſit, ignoratur. Indè quippè nomina impo-
28 nũtur; vt vnuſquiſq; ex nomine dignoſca-
tur. ex Diocletiano,& Maximiano Auguſtis
in *l.ad recognoſcendos ſingulos 10. C.de ingen.
manumiſſ.* Ità, poſtquàm Cain Abel fratrẽ
ſuum interemit, perdiditq;. *Cognouit quoq;
Adam vxorem ſuam, & peperit filium, voca-
29 uitq; nomen eius Seth, dicens: Poſuit mihi
Deus ſemen aliud pro Abel,quem occidit Cain.*
Geneſis 4. 24. Et Abraham (*Geneſis 21.3.*)
poſt quã in ſenectute ex Sara, Diuina pro-
miſſione,natus eſt ei filius.dicit ſcriptura:
30 *Vocauitq; Abraham nomen filij ſui, quem ge-
nuit ei Sara, Iſaac.* Et ad Moyſen Dominus
Deus (*Exodi 33.12.*) dixit: *Noui te ex nomi-
ne,& inueniſti gratiam coràm me.* & num.17.
31 *Inueniſti enim gratiam coràm me,& te ipſum
noui ex nomine.* Zachariæ, Diuina promiſ-
32 ſione natus eſt filius; & ab Angelo nomen
accepit *Ioannes.* Dixit enim Zaccharię An-
gelus: (Lucæ 1. 13.) *Et vxor tua Eliſabeth
pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioan-
nem.* Quando verò Eliſabeth impletum eſt
tempus pariendi,& peperit filium. *& factũ
eſt in die octaua venerunt circumcidere puerũ,
& vocabant eum nomine patris ſui Zaccbariã.
Et reſpondens mater eius, dixit: Nequaquàm,
ſed vocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam:
Quia nemo eſt in cognatione tua, qui vocetur
hoc nomine. Innuebant autem patri eius,quem
vellet vocari eum. Et poſtulans pugillarem
ſcripſit, dicens: Ioannes eſt nomen eius.* Ad
33 MARIAM (*Lucæ 1. 13.*) dixit Angelus:
*Ecce concipies in vtero,& paries filium,& vo-
cabis nomen eius IESVM.* & ad Ioſeph An-
gelus quoquè in ſomnis (*Matthæi 1.22.*) de
MARIA dixit: *Pariet autem filium,& voca-
bis nomen eius IESVM. Ipſe enim ſaluũ fa-
ciet populum ſuum à peccatis eorum.* Ex no-
mine igitur dignoſcuntur homines. Nul-
34 lum habet nomen hoc Baſtardellum. non
eſt ergo Dominici Bidellij. Nullam proin-
dè facit fidem, inſtrumentum illud à dicto
Notario fuiſſe confectum. Quid enim pro-
hibet,vt dicamus,non eſſe Notarij prædicti
35 ſcripturam, neq; Baſtardellum? Quod er-
go nomine caret,& effectu carere debebit.
ex Damaſo Papa ad Epiſcopos Africæ in
can. Corepiſcopi 5. in fin. diſt. 68. qui ſic in-
fert argumentum à nomine ad rem: *Si no-
men non habent, qualitèr officium habebunt?*
ibiq; *gloſ.* verbo *nomen non habent.* ſic infe-
rens:

Si re priueris, nec nomen habere mereris.

36 Sunt .n. quaſi correlatiua nomen, & effe-
ctus nominis. Nomen non obtines, nequè
eius habebis effectum. plura ad rem dedu-
ximus *reſponſ.*noſtra 86. *nu.54 & ſeq.par.3.*
37 Et in inſtrumento etiam antiquiſſimo, vt-
putà excedente metam centum annorum
deduxit *Afflict.deciſ.145 num.4.verſ.& ideò,
vt tale inſtrumentum.& nu 5.& 6.*
38 Deindè ſcriptura prędicta, neq; Notarij
manu ſubſcripta,nequè ſignata ſigno repe-
ritur. fidem proindè nullã facit; vt imper-
fecta dicatur. ex *Ancharan.conſ.332.* incip.
*Pro clariore deciſione. nu.1.in fin. verſ.hoc pro
tanto dico.* quẽ ſequuta fuit *Rota in Parmen
ſtatus 27. Aprilis* 1622.apud *Coccin.dec.430.
nu.96. tom.2. par.5.recent.per Rubeũ.*Pręſer-
39 tim,qnòd in prætenſo Baſtardello aſſuta
reperitur in folio maioris papiri, quàm ſit
illa Baſtardelli. extrà illud proindè eſt.
Quam ob rem falſitatis ſuſpitione non ca-
ret. ex *Ioſeph.Ludouic.deciſ.Lucen.13 nu.21.
in fin.* Et Nos aliàs ſequuti fuimus alios re-
ferentes *reſponſ.*noſtra *21.nu.86.et 87.par.2.*
40 *Farinac.de falſit.quæſt.153 n.166.* Extractio
verò,vt fieri valeat ex alterius Notarij pro-
thocollo (hoc antẽ prothocollum non eſt)
ex Gregorio IX. in *cap. cùm P.Tabellio 15.
de fide inſtrum.* plura requiruntur,quæ *Abb.*
ibidem *num.1.& ſeq.* ad octo numerat. in-
ter cætera verò,vt Notarius iàm obierit &
quòd ſcripturam in prothocollum redege-
rit. & extractio Iudicis mandato fiat. vt
etiam ſequitur *Afflict. d.deciſ.6.nu 3. & Co-
uar.pract.qq.d.cap.21.num.3.*

Nihil igitur ad rem,quòd collatio Iudi-
cis quoq; mandato, (ſed non extractio) fa-
cta fuerit, etiam citata parte, quæ contra
41 oppoſuit; cùm ſcriptura ipſa informis ſit,
neq; nomen, neq; ſignum habens Notarij.
Eòq; magis præſertim, quòd Baſtardellum
prædictum, ſiuè Boliardum,ſiuè etiam Ma-
trix,fidem ex ſe non facit,nequè probat,ſi-
42 cuti neq; prothocollum,niſi Notarij ipſius
manu

manu subscriptum fuerit. tuetur Grammat.
in addit. ad d. decis.6. Affl. lit. A. verbo Nea-
politana Ciuitate.& Paul. Merend.cons.69. nu.
25.part.2. Couar.d.cap.21. num.3. versic.pri-
mum est, & vers. tertio etiam. quo loco de
Regno Neapolitano meminit. Gratian. fo-
rens.part.5.cap.889.num.7.& num.13. Rota
in Romana fideicommissi de Vecchi 16. Ianuarij
1615.coràm Pirouano decis.628.num.2.& 4.
par.2.in recentior.diximus respons.nostra 79.
num.18.par.4.
Nec proficit Notarij Io.Baptistę Simonis
assertio,attestãtis, Bastardellum manu No-
tarij Dominici esse confectum. Deponit
quippè,non de suo, sed alieno facto;nequè
de re ad eius officium spectante, & de qua
43 rogatus non fuit. Notario, verò fidem fa-
cienti de gestis coràm alio Notario, non
statur. ex Decio in d.auth.si quis in aliquo do-
cumento.nu.39.C.de edend. Rota par.1.diuers.
d.decis.733 num.3.& apud Card. Crescentium
decis.4. nu.1. de fide instrum. & apud Puteum
decis.5.num.1.lib.3. Afflict.d.decis 48.num.2.
& decis.317.nu.3.4.& 5.& d.decis.245. nu.7.
vers. sed profectò,& num.8. Rota apud Card.
Canaler.decis.322.num.3.& seq.& decis.609.
nu.4 & apud Card.Mantic.decis.302.nu.1.
44 Nec sufficiebat,quòd Notario,qui extra-
xit,esset per Regni pro Rege Locumtenen-
te data facultas extrahendi omnia instru-
menta demortuorum Notariorum. Quia
nimirùm facultas præfata exauditur, ex-
trahendi formitèr ex prothocollis certis.
Neq; profectò ipse Notarius extrahẽs au-
thoritatem, & fidẽ addere poterit scriptu-
ræ informi; cùm ipse, illam,vti est,extrahe-
re debeat, atq; ad verbum, nihilq; addere,
vel diminuere. ex Gregorio IX. d.cap.cùm
P.Tabellio 15.ibiquè glos.verbo perpetuam
firmitatem.de fide instrum.& Abb.ibidem. &
ex Imperatore Iustiniano in l. cõtractus 17.
C.eodem. & in auth. de Tabellionibus. §.illud
quoquè. ibiq; gloss. verbo prothocollum. col-
lat.4. Afflict.d.decis.6.nu.2.& 3.& Grammat.
ibid.in addit. lit. A.ibidemq; Vrsill.num.4.&
seq. Capitaq.dec.244.par.2. plenè per Couar.
d.cap.21.num.2 et seq. Rota in d. Rhegien.iuris
patronatus coràm Pirouano d. decis.26. nu.8.
apud Viuian.Accedit his etiam (fac instru-
mentum esse formitèr extractum,& proba-
re) quod est illud vsurariæ prauitatis nota
suspectum, ne dùm ex Pij V.Constitutione
de censibus, sed etiam Nicolai V. Vitus
quippè Maria census emptor ità emit:
Dummodò, quòd ipsa Domina Portia soluere
illos habeat dicto Domino Vito Maria empto-
ri singulis annis in perpetuum francos,&c. &
ab omni, & quolibet pagamento datij minuti,
bonatenentium, functionum fiscalium, & alia-
rum gabellarum impositarum, vel fortè in fu-
turum imponendarum in dicta Ciuitate Iuue-
nacij, & in hoc Regno Neapolis, tàm per Vni-
uersitatem eiusdem Ciuitatis Iuuenacij, quàm
per quoscunq; alios Regios Superiores, & Offi-
ciales,non obstante oblatione facta per ipsã Do-
minam Portiam ad rationem prædictam dicto-
rum duc.10.pro quolibet centenario. fol.8.in
proc. Excedit proindè rationem decem
45 in singula centũ. Ex Nicolai verò V.Con-
stitutione ità licitè absq; vsurariæ prauita-
tis vitio cẽsus annuus emi, vendiq; potest:
Dummodò annualis census huiusmodi censua-
lium decimam partem principalis recepti, seù
pretij eorundem non excedat. & paulò post &
nihil vltrà percipiatur ab emptore,& exhibea-
tur à venditore. Excedit autem hic ipsam
decimam partem,cùm nouem franca,& ab
omni onere excepta percipiat, quæ certè
summam ipsam decem in singula centum
excedunt. per vsurariam ergo prauitatem,
46 atquè rapinam. Nàm vsura rapina est. vt
S.Ambrosius docet, relatus can. si quis vsu-
ram 10. 14.quæst.4. Contra formam proin-
47 dè. & Constitutionis Nicolai V. & Pij V.
de censibus. ergo malè,perperàmq; census
prædictus constitutus fuit.nullitèr propte-
reà.Sequuta fuit apertè Rota apud Caed.Se-
raphin. decis.1418.nu.2 & seq. nec repugna-
re videtur. Nauar.cons.19.de empt.& vendit.
lib.3,Mastrill.d.decis.141.num.4.& seq.ad 10.
48 Quando certum est onus impositum ven-
ditori census soluẽdi omnia onera, etiam,
quæ ad ipsum emptorem spectarent.vt in
d. decisione perpensum fuit. & Nos latè tra-
didimus respons. nostra 91.num.39.& seq.ad
fin.par.4. deducitq; materiam Tiraq. de re-
tract.lignag. §.1. glos.6.num.15.& seq. ad fin.
sequiturq; per quã optimè Camill. de Curte
diuersor.iuris feud.par.1 §.redeundo igitur ad
propositum. num.6 & 7.fol.mihi 24. qui se
patrono causæ, instrumentum census ità
contractum, nullum declarari fecisse tan-
quàm vsurarium,testatur, pro Don Alonso
de Leyua venditore census annui,aduersus
quosdam Ianuẽses emptores. Satiùs quip-
pè Vitus Maria æstimauit,nouẽ ad singula
centum percipere, illaq; ab omni onere
immunia, quàm decem; quod sibì magis
conduceret illa nouem franca habere. er-
go ab oneribus,ad quę ipse teneretur,exẽ-
pta. vti perpendit Nauar. d.cons.19.num.1.
Duard.de censib.tom.2.§.2.quæst.21.in 2.ampl.
num.23.& seq. ad 27,& in 5.ampliat.num.45.
quia est onus, quod venditori imponitur;
vndè minuitur pretium legale census, qui
venditur,quod sanè iniustum est,& nullita-
tem operatur contractus,vt ibidem ipse.
Addebat his quoq; D.Petrus Antonius,
quòd Rebecca Iannonia, quando pro Lu-
cretia filia pro dotibus Ioan. Aloysio Sag-
gariga iura cessit; Hæredes Portia Bone pro
ducat.mille. pro quibus exigitur annuus census
49 duc.90.&c. cessit. Cessio verò vim obtinet
mãdati. Cessit .n. iura sua Rebecca ad exi-

gendum, non vt esset omnimodò liberata
ipsa. ad *glos.* receptam in *l. legaui Titio 26.*
§.contra autē, in fin. verbo *legata, in fin. ff. de*
liber.legat. quam sequitur *Rota* apud *Duran.*
decis.266.num.5.& nu.16.17.& seq.Gratian.
forens. part.4.cap.726.num.11. Poterat igi-
tur ipse ad eandem Rebeccam dotantem
pro duc.mille cessis recursū habere, si non
exegisset. & tot annis stetit, nec exegit. Vn-
dè factum est, vt Domini Vernicij iure cō-
tra ipsos præscripserint, Ex eodem enim
dotis capite ipsi venerunt, & anteriores Io.
Aloysio fuerunt. Nàm anno 1609. cùm
nuptui tradita fuisset Isabella Saraceno fi-
lia Io.Pauli Saraceni, cui pater ter mille
dotis nomine in supremis tabulis reliquerat,
Io. Francisco Vernicio, per eius fra-
tres hæredes vniuersales, & filios dicti Io.
Pauli, inter cetera bona dotalia dictum
locum oliuarum *allo Peraginto* tradiderūt,
fol.34. Ex dicto matrimonio Isabella, & Io.
Franciscus coniuges multos suscepere fi-
lios, qui anno 1643. dictum locum oliuarū
vinearum septem *allo Peraginto* permuta-
tionis titulo dicto D. Petro Antonio cesse-
runt. fol.28, & seq. Ab anno 1609. quadra-
ginta excurrerunt anni. lapsu igitur 40. an-
norum iure quàm meritissimo aduersus
Io. Aloysium, & Lucretiam, qui anno 1610.
matrimonium contraxerunt Domini Ver-
nicij bona fide possidentes, iustoq; titulo
præscripserunt. Cùm ipsi scirent, Io. Paulū
pro Portia pro duc. mille fideiussisse, seque
insolidum pro annuis 90. obligasse, & ta-
men cùm præsentes essent, nunquàm per
prius contra eos egerunt, cùm potuissent.
50 Passi sunt itaq; vt iure illi præscriberent.
Imputent sibi ipsis proindè præscriptionē.
ex Iustiniano Cæsare in *l. cùm notissimi in-*
ris 7. §.quàm ob rem, & §.illud autem, C. de
præscrip. 30.vel 40.annor. Ex tunc enim præ-
51 scribens Dominus præscriptæ rei dicitur.
auth. nisi triennale. C. de bon. matern. ibiquè
52 *Bald. num.1.* Est enim præscriptio negli-
gentis pœna. sequiturq; *Vinc. de Franch. de-*
cis.341.nu.4. ne dùm quidèm 30. vel 40. an-
norum, sed etiam decem inter præsentes, &
viginti inter absentes. ex *l.1. & 2. C. de præ-*
script. longi temporis 10.vel 20.annor. Afflict.
53 *decis.139.num.1.* Aduersus quoq; creditorē
hypothecariā suffultū; modò ipse, qui præ-
scriptionem obijcit originarius nō sit de-
bitor. Obstaret namq; ei mala fides. Profe-
54 ctò, quòd per præscriptionem extinguitur
hypotheca, ex Gordiano Cæsare in *l.1.* &
Diocletiano, & Maximiano Augustis in
l.2. C. si aduersus creditorem præscriptio oppo-
natur. Io. Paulador. lib.1. rer. quotid. cap.1.§.16.
num.5. & 6. quèm alijs quamplurimis rela-
tis sequitur *Fælician. de Solis de censib. vol.1.*
lib.3. cap.4. nu.12. Tiraquell. de retract. lignag.
§.1. glos.10. nu.11. quem sequitur *Rota* apud
Card. Mantic. decis.291. num. 3. quæ est etiam
in impressis per *Pacif. de Saluian. interd. d. de-*
cis. 85. num. 4. idemq; *Pacif. de Saluiano in-*
spect.2. cap.2. num.291. et seq. procediq; etiā
55 in Saluiano. *Rota in Romana Saluiani 22. Iu-*
nij 1616. coràm *Card. Vbaldo decis.303. nu.2.*
apud eundem *Pacif.* & sequuta fuit *Rota in*
eadem Romana Saluiani coràm *Merlino d. de-*
cis.407. num.10. par.5. in recent. per Rubeum.
56 Eo perpenso potissimùm, quòd Dominus
Io. Paulus, à quo, eiusq; heredibus, Domini
Vernicij ex causa dotis eorum matris, cau-
sam habent, vti fideiussor intercesserat pro
annuo illo censu duc. 90. atquè proindè de-
bitum non erat eius in bonis pro censu in-
fixum, cùm ipse pecunias nō recepisset, sed
Domina Portia. Neq; Dominus Io. Franci-
scus Vernicius, quando cum Isabella Sara-
ceno matrimonium contraxit, & pro doti-
bus bona, atq; consequentèr dictum terri-
torium vinearum septem *allo Piraginto*, ac-
57 cepit, debitum prædictum sibi accollauit.
Quin neq; id ipse nouerat. Nàm si cogno-
uisset, non vtiq; accepisset. Multòq; minus
eorundē Isabellæ, & Io. Francisci nati. Re-
mansit itaq; census prædictus super bonis
Portiæ, & filiorum eius, super quibus fuit
impositus. vt perpendit *Rota* apud *Merlinū*
satis optimè ad rem nostram *d. decis.407.*
num 29.30. & 31. d. par.5. recent. nec it infi-
cias *Cencius de censib. par.3. cap.1. q.8. artic.1.*
nu.11. vers. quæ limitatio. Hinc sane est, quòd
anno 1641. dictus Dominus Aloysius Sag-
gariga, eiusq; filij, cum filijs Io. Baptistæ Sa-
raceni Portiæ filij, & cum Francisco Sara-
ceno filio Io. Pauli senioris, qui fideiussor
intercesserat, trāsactionem inijere, & 2400.
tàm pro pretio capitali, quàm pro cēsibus
decursis receperunt, dictosq; Saracenos, &
Franciscum liberauerunt, reseruata tan-
tummodò sibi facultate agendi pro duc.
500. tantùm super alijs bonis, quæ fuerunt
dicti Io. Pauli, *ab alijs possessis, ac signanter*
super prædictis bonis, quæ possidentur per su-
pradictum Andreā Flanginum Venetum, vt
58 in superioribus deduximus. Per solutionē
itaq; capitalis, cēsus extinctus fuit, atq; cō-
sequētèr hypotheca cessauit. ex Sceuola lib.
1. Digestorū in *l. lex vectigali 31. ff. de pignor.*
& hypothecis, ibiq; *Bart. & Castrens.* & ex Vl-
piano lib.18. ad Sabinum in *l. si ex duobus 6.*
§. sed & Marcellus. lib. 5. ff. de in diem addict.
ibiq; *Bart. Rota* apud *Card. Seraph. dec.1290.*
num.13. & apud sanct. mem. *Gregorium XV.*
decis.227. num.9. & 10. ibiq; *Beltram. lit. C.*
Rota in Romana Saluiani 10. Decembris 1616.
coràm *Quceippo decis.328. nu.28. par.5. in re-*
centior. per Rubeum. & in *Romana dotis, siuè*
Saluiani 10. Iunij 1626. coràm *Illustr. Dura-*
no Episcopo Vrgellen *decis.17. nu.17. eadem*
par.5. in recentior. quæ est in impressis apud
ipsum *decis.40. num.15.* Nullam itaque am-
plius

plùs obtinent hypothecam. Domini de
Saggariga pro duc.500. quæ sibi exigenda
reseruauerunt, capitali per solutionem
59 extincto, atquè consequenter hypothe-
ca. Sine hypotheca verò Saluianum ces-
sat, nec datur. *Rota apud Durauum d. de-
cis.17. num.17. siuè 40. num.15.* Non igitur
iure agunt, vel assistentia, vel Saluiano
super bonis, quæ sibi hypothecata nō sunt.
60 Præterquàm quòd neque de dicto credito
duc.500. alio constat modo, quàm per as-
61 sertionem ipsorum. Creditum quippè præ-
dictum liquidari coràm Iudice debebat,
non itaq; tertio præiudiciū infert. ex Pau-
lo lib.17. ad Edictum in *l. duobus reis 28.§.1.*
ibiquè *glos.* verbo *solutionis. in fin. ff. de iure
62 iurand. Afflict. decis.245. nu.11.* Debet enim
conuincere debitorem creditor, & proba-
tiones secum afferre, pecuniam petiturus.
vt Honorius, & Theodosius edixere Cæsa-
res in *l. vnic. C. de probib. sequestr. pecun.* atq;
proindè creditum liquidū esse. *Rota apud
63 Burattum decis.595. nu.3.* Alioquin Saluia-
num locum non obtinet. *Aret. in §. item ser-
uiana, in fin. Instit. de action. Rota in Rauenna-
ten Saluiani interdicti 28. Iuny 1602.* coràm
Illustriss. Ludouisio postmodùm sanct. mem.
Greger. XV. decis.22. num.1. apud *Pacific. de
Saluiano.* quæ est 67. in impressis apud eun-
dem Gregorium. Inter requisita nempe,
quæ suprà pro Cæsare numerauimus, vt
Saluianum, saltim vtile, relaxari valeat, hoc
primum, & fundamentū agnoscitur, nempè
creditum. secundum hypotheca, tertium
possessio. deficit in hoc creditū Cæsaris,
quia de illo non constat. non ergo locum
habebit Saluianum, vt dictum est.

Nec imperpensum quoquè dimmittebat
Dominus Petrus Antonius, quòd Domini
de Saggariga pro duc.500. residuis tantū,
(fac illis deberentur) ius agendi signanter
reseruauerunt sibi super territorio, quod
possidebatur per Andræam Flanginum Ve-
netum vinearum sex in circa oliuarum, si-
tum in territorio Iuuenacen in loco dicto
64 *la Pasola*. Signauerunt itaq; locum in in-
diuiduo signato, super quo agere deberet,
atquè de iuribus experiri suis. Sicuti in
Sacro Regio Neapolitano Consilio iudi-
cium aduersus dictum locum, & territoriū
instruxere; à quo causa remissa fuit in pri-
ma, & secunda instantia ad Curiam prin-
cipalem Ciuitatis Iuuenatij, à qua assisten-
tiam obtinuere. & confirmato decreto per
Iudicem secundarum causarum, in posses-
sionem territorij prædicti immissi fuere,
& per plures annos illud possiderunt. vt
Dominus Fabritius Saggariga vnus ex fi-
lijs Io. Aloysij, & frater Cæsaris ad titulum
dicti territorij *della Pasola* ad sacros ordi-
nes promotus fuerit. Verùm postmodùm
discussis nullitatibus in eodē Sacro Consi-
lio remedio appellationis per dictū Flan-
ginum: dictum fuit, atque decretum: nul-
litates obstare, & proindè territorium re-
stituendum esse dicto Flangino; sed iura
sua de Saggariga prosequantur in eodem
Sacro Consilio. Non potuerunt proindè
nunc variando à reseruata sibi ipsis facul-
tate signanter, & in indiuiduo signato,
agendi super eodem territorio, nuncupato
la Pasola, aduersus territorium nuncupa-
tum *dello Piraginto*, nouum iudicium in-
tentare, & contra pactum in concordia,
siuè transactione initum cum Saracenis
venire, illudquè dissoluere. Quod sa-
65 nè iniquum, atquè flagitiosum æstimaue-
re Patres in Concilio Africano congrega-
ti, vt Ecclesiastica disciplina feriendum fa-
cimus sanxerint. in *cap.1. de pactis extra.*
ibiquè plenè *glos.* verbo *pacta custodiantur.*
Quid enim tàm congruum est humanæ fi-
dei, quàm ea quæ inter eos placuerint, ser-
uare? vti Vlpianus lib. 4. ad edictum edis-
serit in *l.1. in princ. ff de pactis.* eodemq; lo-
co in *l. iuris gentium 8. §. prator ait.* sic di-
centem Prætorem inducit: *Prator ait: Pacta
conuenta, quæ neque dolo malo, neque aduersus
leges, plebiscita, Senatusconsulta, edicta, & de-
creta Principum, neque quo fraus cuiquam
eorum fiat, facta erunt, seruabo.* Et non ser-
uabunt hi, quæ iniuere inter se ipsos pacta;
66 vt alteri damnum inferant? Quod sanè fe-
rendum non est. ex Celso lib.3. digestorum
in *l. in fundo 39. in fin ff. de rei vendic.* qui ra-
tionem reddit: *Neque enim malitijs indul-
gendum est.* inquiens. admittitq; *Glos. in
can. de neptis tua 3. in fin.* verbo *redundare.
31. quæst.2.*

Neq; porrò, quòd ipsi nulliter aduersus
Flanginum egerunt, id in aliorum verti
damnum debet; quando ipsi in culpa fue-
runt, qui non iuris ordine seruato proces-
67 serunt. Non itaque aliorum pœna eorum
debet esse peccatum. *Vt suos peccata teneant
authores, nec vlterius progrediatur metus, quā
reperiatur delictum.* Arcadius, & Honorius
responderunt Augusti in *l. sancimus 22. §.
peccata. C. de pœnis.* sequitur *glos. in can. de-
nique 10.* verbo *neutrum, 14. q.5.* Animad-
uertantur (quæso te) verba illa ad territo-
rium illud, quod à Flangino obtinebatur,
68 restricta. & *signanter*, (& præsertim, *ma par-
ticolarmente.*) super prædictis bonis, quæ
possidentur per supradictum Andræam
Flanginum Venetum, &c. in loco *detto la
Pasola.* ex Innocētio III. in *cap. per tuas no-
bis 32 circ. fin. de simonia.* de testibus in cri-
mine simoniæ loquente, quòd possint etiā
criminosi admitti, sic ipse rationē infert:
*Præsertim cùm testes de crimine fuerint emen-
dati.* præsertim: *(ma particolarmente.)* quia
glos. ad rem magis nostram, dictionem illā
69 *præsertim.* idest *tantùm* interpretatur *(sola-*

mente) quam interpretationem admittit
Io.Andreas in *glossella* marginali ibidem.
ex *glos. in can.illud* 4. qui est Hieronymi *di-*
stinct. 12. verbo *præsertim*. ad verba Hiero-
nymi *traditiones Ecclesiasticas, præsertim, quæ*
fidei non officiunt. præsertim, idest: *tantùm*.
interpretatur. idest illas solùm Ecclesiasti-
cas traditiones esse admittendas, quæ fidei
non officiũt. eodemq; modo interpretatur
Glos. in can. si quis Episcopus damnatus 6. 11. *q.* 3.
70 verbo *& maximè*, quæ in idem incidit, atq;
præsertim. ex *Gloss. in can. multorũ* 20. 26. *q.* 2.
verbo *præsertim*, idest *maximè*. hoc est *tan-*
tùm. nec dissimiliter *Gloss. in cap. inter alia*
31. quod est Innocentij III. *de sentent. ex-*
commun: verbo *præsertim*, hoc est *tantùm*.
71 Quam ob causam dictio præsertim, præci-
puè, & maximè, necessitatem importat. vt
alijs relatis deducit *Barbos. de dictionib. dict.*
277 *num.* 1 *& num.* 8. Si itaquè signantèr, ac
præsertim, *ma particolarmente*, & tantùm,
facultatem sibi retinuerũt Domini de Sag-
gariga pro duc. 500. tantùm super loco (*la*
Pasola) per Flanginũ possessio agendi; quia
sic pacto cum Dominis Saracenis, quando
inter se se concordauerunt, firmarunt; in
illum necessariò dirigere gressus; iuraq; sua
debent, nec variare. Et quid si nullitates
fuere, quod non firmum instrumentum an-
ni 1593. census duc. 90. per Vitum Mariam
emptum, repertum fuit? Equidèm, si hoc
esset actum sanè de eorũ esset iudicio, fun-
damento deficiente; vti perpensum fuit.
Hic verò, præterquàm quod de instrumen-
to crediti duc. 90. non constat; fuit tamen
à 40. annis bona fide; & iusto titulo aduer-
sus eos per Dominos Vernicios Auctores
laudatos per D. Petrum Antonium, iure
72 præscriptum. At per decennium bona fide,
& iusto titulo inter præsentes contra Sal-
uianum præscribitur. vt dictum fuit apud
Card. Mantic. d. decis. 291. *nu.* 3. quam sequu-
ta fuit Rota in *Romána Saluiani* 1. *Decem-*
bris 1601. coràm *Coccino decis.* 17. *nu.* 8. apud
eundem *Pacif. de Saluiano*. est in impressis
apud eundem *Coccin. decis.* 50. *num.* 8. & in
superioribus meminimus. vt quando alia
deficeret, hoc vnum satis, superq; esset, præ-
scriptio videlicèt 40. annorum. vt perpen-
dit etiam *Afflict. d. decis.* 245. *num.* 12. Minus
igitur habere Domini de Saggariga in
apertum deducuntur, atquè Domini Petri
Antonij Lanx grauior apparet. Præterquã
quòd Dñi de Saracenis Ioannis Baptistæ,
& Portiæ liberi, quæ mille ab Vito Maria
pro pretio annui census prædicti ducatorũ
nonaginta accepit, iàm erant soluendo. &
sicuti pro ducatis 2400. soluerunt, ità, &
pro residuis quingentum soluere poterant.
& Rebecca Iannonia Ioanni Aloysio pro
dotibus Lucretiæ hæredes Portiæ Boue
73 cessit, & cum illis (relictis fideiussoribus)
ipse Ioannes Aloysius, eiusq; liberi transa-
ctionem fecerunt. ad Modestini sensum li-
bro 6. regularum in *l. creditoris arbitrio* 8. *ff.*
74 *de distract. pignor.* quando creditoris arbi-
trio remittitur ex pluribus rebus pignori
traditis, quam ex illis persequi velit. eius-
demq; sensus Papinianus videtur lib. 3. re-
sponsorum in *l. qui generaliter* 2. *ff. qui potior.*
in pignor. habeant. Surd. decis. 44. *num.* 6. *Rota*
in Imolen. Saluiani 5. *Maij* 1634. coràm *Coc-*
cino decis. 476. *num.* 5. *par.* 5. *in recentiorib. per*
Rubeum. Vt iure dicere valeant hæredes Io.
Pauli Saraceni fideiussoris, qui bona in ge-
nere, nõ in specie obligauerat, (nõ corpus
videlicèt in specie, vel talia; & talia bona)
75 sed in genere, bona omnia. Excussisti iàm
principalem, qui erat soluendo, tibi impu-
tes, si pro residuis quingentum, quæ nec li-
quida sunt, super corpus in specie, & in in-
diuiduo signato iura tibi reseruasti agen-
di, super loco videlicèt *della Pasola*: à Flan-
gino possesso. ad Diocletiani, & Maximia-
ni Cesarum sensum in *l. si creditores* 18. *C. de*
pact. Afflict. decis. 142. *num.* 2. *& seq.* ibiquè
Vrsill. & per quàm optimè ad rem hàc per-
pendit *D. Henricus de Medices Siculus in an-*
notationibus ad Bullam Nicolai V. ad verbum
singularium detentorum. num. 7. *&* 8. *ad tract.*
Petr. Greg. de censib. fol. mihi 134.
76 Accedit, quòd faciliùs dicti Dñi Verni-
cij præscribere potuerunt ius exigendi an-
nuum ipsum censum, etiam decem, vel vi-
ginti annorum spatio, ne dùm triginta, vel
quadraginta, quàm ipsam materialem so-
lutionem censuum, ad quam Portiæ hære-
des tenebantur; quoniam illa pecunias
pro se receperat; quàm Io. Paulus, eiusquè
hæredes; qui fideiussores accesserant, vt nõ
opus fuerit tot annorum præscriptione
fulciri, quot singulis annis erant solutio-
nes. vti tradit apertissimè *Cencius de censib.*
part. 3. *cap.* 1. *quæst.* 8. *art.* 1. *num.* 2. *& seq.* Vni-
ca proindè satis, superq; fuit tot annorum
spatio, & fluxu continoata præscriptio. ex
Alexandro III. Archiepiscopo Salernitano
in *cap. de quarta* 4. ibiquè *Gloss. de præscript.*
77 & hanc sententiam apertissimè in stipula-
tionibus, quòd vnica sit stipulatio, sequi-
tur, admittitq; *Gloss.* recepta in *d. l. cùm no-*
uissimi iuris 7. *§. in his etiam promissionibus*.
verbo *cuiusq; anni. circ. med. vers. tu dic tertiò*
secundũ Ioannem. C. de præscr. 30. *vel* 40. *ann.*
ibiq; *Bart. num.* 2. & de communi testatur
Cencius d. par. 3. *cap.* 1. *quæst.* 8. *artic.* 2. *num* 7.
& 8. & sequuta fuit *Rota in d. Romana Sal-*
uiani coràm *Vbaldo d. decis.* 303. *num.* 1. 2. 5.
& 6. *Pacif. de Saluiano d. inspect.* 2. *cap.* 2. *nu.*
291. Minus igitur habere inueniuntur ex
his Domini de Saggariga, & grauior state-
ra apparet pro D. Petro Antonio possesso-
re territorij oliuatum, in loco *dello Peragi-*
nite, quod à Dominis Vernicijs auctoribus
laudatis,

laudatis, qui spatio præscripserunt quadra-
78 ginta annorum, obtinet. Iure ergo, nec sanè iniuria Actoribus in probatione deficientibus. D. Petrus Antonius, qui reus cõuentus est, absolui debet. ex regula Gregorij IX. in *cap fin §.fin. de iure iuran.* quòd Actore non probante, reus, & si nihil ipse præstiterit, absoluitur. plena manu *Barbosa axiom. 10. num. 2.* & Nos *respons. 99. num. 28. par. 4.* ex ratione *Verall. decis. 13. nu. 2. par 1.*
79 Quia solùm ius actoris cõsideratur. Quod sanè si fundatum non fuerit, nihil vtiq; releuabit. ex Diocletiano, & Maximiano Augustis in *l. neque natales 10. C. de probat.* Vi-
80 cto Victori in expensis damnato. ex Vlpiano lib. 5. de officio Proconsulis in *l. cum, qui temerè 79. in princ. ff. de iudic.* & Innocentio III. in *cap. finem litibus 5. circa fin.* ibiq; plenè *Gloß. magna* verbo *expensas, de dolo, & contumacia.*

Atq; ex his ità nostrum protulimus votum, & decerni mandauimus. Iudicio tamen meliori haud post habito.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Veritas celari non potest, quæ Deus est, & Verbum Dei.*
Quin magis splendescit in lumine.
2 *Pernicies in iudicium reuocata, grauiùs, & sine pœnitentia condemnatur.*
3 *Iustitia fructus diuinus est.*
4 *Liber vndè scriptura sumpta est, edi, produciq; debet, si petatur, vt scriptura ipsa, vera, vel falsa probari valeat.*
Alioquin fidem nullam facit.
Quia scientia de fonte magis, quàm de riuolis quærenda. num. 5.
4 *Instrumentum quantumcunq; authenticũ sit, si de ipso in dubium aliquid conuocetur, originale exhibendum semper erit, à quo sumptum.*
7 *Damnum sibimet ipsi inferre velle; nemo præsumitur.*
Magis autem alteri.
Et in hoc hominum crescunt malitiæ, vt alteri officiant, non sibi. num. 8.
9 *Librum exhibere ille tenetur, apud quem reperitur.*
Præsertim verò, si ille sit petentis exhiberi. num. 10.
Cæteroquin in culpa esse præsumitur. nu. 11.
Vt ei interim denegari audientia debeat. num. 12.
Quin pro producto liber habebitur, proùt desertus in eius præiudicium. num. 13.
10 *Nostrum est, quod ex re nostra fit.*
14 *Iustè patitur, quod iniustè quis fecit.*
15 *Verborum repetitio non semel, sed iterùm facta, animi deliberatam ostendit voluntatem.*
16 *Luna menstruis mutatur temporibus.*
Stultum præ se figurat.
Qui vt Luna mutatur.
17 *Locus Salomonis Ecclesiastici 27. 12.* Stultus vt Luna mutatur.
18 *Dicere nemo præsumitur, quod non nouit.*
19 *Facere nemo videtur, quod nec mente agitauit.*
Quòd in incognitum voluntas non feratur, num. 20.
20 *Voluntas in incognitum non fertur.*
Namq; amare non possum, neq; consequenter velle, quod non cognoui.
21 *Falsum est, quod veritati opponitur, nec verum est, imitatur autem veritatem.*
22 *Falsitas est veritatis imitatio.*
Magis autem mutatio. num. 23.
24 *Falsum dicitur ex eo, quod dicitur, vel videtur aliquid esse, quod non est.*
Vel non esse, quod est.
25 *Verum ponit acceptionem adæquatam rei.*
Falsum verò inadæquatam.
26 *Filiatio in Religione Sancti Augustini in actu fit professionis. & nu. 32. & nu. 69.*
Neque ex tacito potest pendere Patrum consensu, num. 71.
In vno loco facta, nisi dissoluatur, in alio loco fil ur fieri non potest. nu. 76. & nu. 79.
27 *Locus Lucæ 10. 28.* Hoc fac, & viues. *ad rem affertur.*
28 *Asserens probare tenetur, quod asseruit.*
Quia ei incumbit probatio, qui dicit, non qui negat. num. 29.
30 *Capitulariter res proponi debent, cùm de interesse agitur Capituli, vel Monasterij.*
Et voluntas est expetenda cunctorum.
Vel saltim maioris partis Capitularium.
Et Capitulariter vota sequi.
Vel omnium, vel maioris partis eorum.
Vndè aliud est, proponi Capitulariter. nu. 31.
Aliud proponi in loco Capituli.
33 *Locus Lucæ 9. 62.* Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est Regno Dei. *perpenditur.*
34 *Nouitiatus annus interruptus nihil proficit Nouitio, etiam si illum cõtinuauerit postmodùm; sed nouus annus perquiritur à principio.*
Alioquin sequuta professio nihil illi profuit.
Etiam si cum habitu discesserit. cùm annum discontinuauerit. num. 41.
35 *Actus primus, siuè potentialis distinguitur ab actu secundo, & in exercitio.*
Quia namq; oportet, vt actus sequatur potentiam. num. 36.
37 *Homines natura liberi nascuntur, vi verò serui fiunt, & qui in actu primo natura sunt liberi, fiunt in actu secundo, & exercitio serui.*

Cùm

Cùm libertate frui vi, vel iure probibeâtur.

38 *Voluntas sine effectu nil proficit.*

39 *Facere id dicitur homo posse, quod iure potest facere.*

Nec sufficere potentiam, & actum primum, nisi in actu secundo, & exercitio (idest in operari) iure factas.

Id solùm facere dicimur posse, quod iure facimus. num. 40.

42 *Confessione proprij oris probatio nulla maior.*

Vt scripturam superet.

43 *Testes post deducita testificata examinati non probant.*

Testes examinati super fidibus, quas antè ipsi fecerunt, non probant. num. 44.

Quia videntur spontè deponere. nu. 45.

46 *Fides simplices per se fidem non faciunt.*

Quàmuis essent Cardinalis, & firmata corā Notario, atq; cum iuramento, & testibus. num. 47.

In materia praesertim graui. num. 48.

Vel si esset dubia: quia non probat. nu. 49.

Fides facta ab eo, qui de suo officio deposuit, firma est. num. 50.

Post suprema praesertim eius funera. nu. 51.

52 *Testis in vno falsus, & mendax, in omnibus falsus habetur.*

Quia vna, eademq; depositio non potest pro parte vera, & pro parte falsa haberi.

Tùm etiā quia iuramentum est vnicum, nec diuisionem patitur. num. 53.

Et fides testis indiuidua est. num. 54.

53 *Iuramentum est vnicum in teste, nec diuisionē patitur.*

55 *Veritas est, vt quod est dicas.*

Neq; oportet decipere quemquam. nu. 56.

Neq; artificioso mendacio.

Neque simplici verbo.

57 *Mendacio quis suam occidit animam.*

Mendacium est contrarium veritati. nu. 59.

58 *Mentiendum nullo modo est.*

60 *Liber publicus, in quo quis descriptus est, probat id, quod in libro continetur.*

Vtputà, quem esse filium illius Conuentus.

Vel quem soluisse. num. 61.

Per librum enim probatur affirmatiua. n. 62.

Vel negatiua.

63 *Scriptura, quae de libro subtracta reperitur, in damnum probat eius, qui ex ipsa scriptura laedi poterat.*

Quia ipse in dolo videtur esse, & in causa, nè scriptura appareat.

Concurrētibus praesertim adminiculis. n. 64.

Quae facilè Iudicis animum mouere valeāt ad ità credendum.

Et confessione extraiudiciali ipsius principalis. num. 65.

Est enim praesumptio contra illū, qui ex scriptura laedi poterat. num. 66.

Namq; ab eo subtracta praesumitur. nu. 93.

In materia quoq; poenali num. 94.

Vt contra eum decerni debeat. num. 95.

67 *Scriptura nō probat vlterà id, quod in illa scriptum reperitur.*

68 *Nomen qui nō habet, nec nominis effectum sortiri debet.*

70 *Confusionem faciunt, qui difficultatis non intelligunt punctum.*

Sicut Iudith confusionem fecit in domo Nabuchodonosor.

72 *Legi standum est scripta secundùm quod in ea scriptum reperitur.*

Iuxtà illud: In lege, quid scriptum est? Quomodò legis?

Quomodò Iudaei Pilato dixerunt: nos habemus legem, & secundùm legem debet mori. num. 73.

74 *Consensus vbi expressus requiritur, tacitus nihil operatur.*

Vt neq; ratificatio consensum inducat. n. 75.

77 *Filius is definitur, quem nuptiae ostendunt.*

Qui ex viro, & muliere cōiugibus ortus est.

Vt legitimus, & naturalis sit.

Cùm nemo ex se nascatur.

78 *Monachus cùm Religioni per Superiorem incorporatur, filius efficitur Religionis.*

80 *Filius cùm in adoptionem alteri à patre datur, vtriusq; consensus requiritur.*

81 *Taciti, & expressi non eadē semper est virtus.*

Praesertim, quando tacitum in expresso nō includitur.

82 *Filius duarum matrum nemo est.*

83 *Locus Genesis* 28.13. Iacob vidit Dominum innixum scalae.

84 *Errans consentire non vtiq; videtur.*

Qui errant, neq; consentiunt. num. 87.

85 *Capitulum renunciare non potest iuribus eidē quaesitis, absq; solemnitatibus ipsiusq; Capituli (hoc est Capitularium) consensu.*

In arduis praesertim. num. 86.

88 *Testibus, quibus magis sit adhibenda fides. Iudicis id remittitur arbitrio, qui ponderare debet omnia, & num. 90.*

Et testium qualitates.

Et qui ad veritatem accedunt magis.

Idoneus dicitur testis, qui exceptione aliqua non repellitur. num. 89.

91 *Dictio, ex tempore, hoc est repentè, exponitur.*

92 *Laicis de rebus Regularium deponentibus, non facilè creditur.*

96 *Dolus, & fraus patrocinium nemini praestare debet.*

Et nemo ex illo lucrari.

97 *Legatum consequi haud potest, qui testamentum celat.*

Et pro non scripto habetur.



ARGV.

ARGVMENTVM.

Filiationis materia, in Religione, præsertim S. Augustini Heremitarum, discutitur. & an scriptura ex aliquo originali extracta, probet, originali non exhibito, si de illa in dubium vertatur? Quid verò si scriptura ex libro lacerata inueniatur, appareat vero ex libro defectus per lacerationem, num ei imputabitur, qui ex laceratione commodum exhaurit? Falsum quid nam dicatur? Et quæ differentia inter verum, & falsum? Nouitiatus annus integer esse debet, vt professio indè sequi valeat, alióquin non proficit, si interrumpatur, ni denuò integer protrahatur annus. Capitulariter quid fieri, quomodò dicatur? Et num aliud sit, proponi capitulariter, & proponi in loco Capituli? Actus primus, & potentialis quomodò ab actu secundo, & in exercitio distinguatur? Testes post didicita testificata examinati, non probant; sicuti neq; qui per fides anteà subscriptas deposuerunt. Quia spontanei præsumuntur. Fides per se fidem non facit, nisi fiat ab eo, qui de suo testificatur officio. Testis in vno falsus, in omnibus falsus habetur, quia vnicum, & indiuisum est iuramentum. Testibus quanta sit adhibenda fides, Iudicis remittitur arbitrio. Liber publicus probat de eo, de quo quis in illo descriptus inuenitur, siuè affirmatiuè, siue negatiuè. Consensus, vbi expressus perquiritur, tacitus non proficit. nec taciti, & expressi eadem semper est virtus. Filius is definitur, quem nuptiæ ostendunt. Nemo duarum matrum filius esse potest.

RESPONSIO LXXVIII.

1 Celari veritas non potest, quæ Deus
est, & Verbum Dei. Gregorius loquitur in *can. fraternitatis vestræ 1.*
35. quæst. 10. Quin magis splendescit in lumine. ex Innocentio Papa in *can. graue nè*
2 *oportuit 7. 35. quæst. 9.* Meritò in iudicium
reuocata pernicies grauiùs, & sine pœnitentia condemnatur.
3 Nàm fructus diuinus est,
iustitiam sępiùs recenseri, vt idem Innocentius ibidem loquitur. Veritas igitur facti huius, vt manifesta fiat, atq; in lumine splendescat, sic, quod nunc in controuersiam venit, factum differimus.

Die 5. Octobris 1641. per Patrem Magistrum Gregorium Sassum Iscianum Priorē Conuentus Venerabilis S. Mariæ de Scala Ciuitatis Ischiæ, Ordinis Heremitarum S. Augustini, præsupponitur, Patribus fuisse propositum Clericum Franciscum Pizzillum Casalis Furiggij; an illū recipere vellent ad habitum, & ad filiationē dicti Conuentus, & omnes fuisse contentos, seq; subscripsisse. fol. 10. huius propositionis scriptura (copia videlicèt) producitur. Cùm extractum dicatur, vt iacet à libro propositionum prædicti Monasterij, registrata in illo fol. 190. à ter. nempè exhibito per Fratrem Hyacintum Pezzillū Casalis Furigij eiusdem Ordinis, eidemque cum præsenti restituta, Fidèm sic facit Iulius Cæsar Foglia Ciuitatis Ischiæ Regius, & Apostolicus Notarius.

Scriptura non dicit, Capitulariter fuisse factam propositionem; sed *Fù proposto per me Maestro Frà Gregorio d'Ischia Priore di questo Conuento di Santa Maria della Scala d'Ischia, alli Padri Capitolari correnti, se si contentauano ricenere all'habito, & alla figliolanza di questo Conuento il Clerico Francesco Pizzillo di Furio, &c. si sono contentati, come si vede dalle loro sottoscrittioni, &c.*

Non

3 Non itaq; Capitulariter, neq; legitimè congregatis Fratribus, proposita fuit. Liber hic nullo modo producitur, vt apparere valeat de veritate scripturæ; quamuis pluriès instatũ fuerit, quòd produceretur.
4 nullam proindè scriptura prædictá fidẽ facit, vt debeat liber omninò edi, ad Iustiniani Cæsaris dispositionem. in *l. cùm quidam* 20. *& l. si postuletur* 21. *& fin. C. de fide instrument.* ex Hieronymo in *can. ieiunium quarti* 7. *§. cogimur igitur. dist.* 76. illis ver-
5 bis: *Cogimur igitur ad Hebræos recurrere, & scientia veritatẽ de fonte magis, quã de riuulis quærere.* ibiq; *Gloss.* verbo *de fonte.* & eodem Hieronymo in *can. quæ de mensa* 11. *in princ.* ibiq; *Gloss.* verbo *scirent esse peccatum. dist.* 37. *Rota* apud *Crescentinum decis.* 2. *num.* 1. *de rescript.* ex eodem Hieronymo in *can. vt veterum librorum* 6. *dist.* 9. ibiquè *Gloss.* verbo
6 *Graci, in fin.* quæ sic infert: *Et est hic argumentũ. quòd quantumcunq; authenticũ sit aliquod instrumentum, si tamen de ipso aliquid in dubium reuocatur, semper exhibendum sit illud, à quo originẽ ducit.* allegat text. in *d. can. ieiunium quarti* 7. *dist.* 76. hanc Glossam sequuta fuit *Rota* apud *Card. Caualer. decis.* 179. *num* 3.

Idcircò itaquè originale nõ comparet; quia est illi fortasse damnosum. vt quid enim, si proficuum illi esset, retineret illud, nè compareret, nè perquireretur, euoluere-
7 turuè? Non vtiquè. Quia nemo sibi damnum inferre velle videtur; magis autem alteri. ex Vlpiano lib. 21. ad Edictum in *l. non fraudantur creditores* 177. *ff. de reg. iur.*
8 In hoc verò hominum crescunt malitiæ, vt alteri officiant, non sibi. ex Celso lib. 3. digestorum in *l. in fundo aliena* 39 *ff. de rei vendicat.* Et tamen eius in posse erat, quando copia extracta fuit, quã producit. Ità nẽpè Notarius: *A libro propositionũ prædicti Monasterij, fol.* 100. *à ter. mihi exhibito per Fratrem Hyacintum Pezzillum Casalis Furigij; eidemquè eum præsenti restituto.* Eius in posse itaq; erat. apud ipsum igitur remansit. Ipse rationem de eo reddet nunc perquisitus. In
9 Monasterij quippè libro scripta fuit. Ipse igitur ad exhibendum tenetur. ex Vlpiano lib. 24. ad Edictum in *l. in hac actione* 3. *§. interdùm æquitas.* & in *l. Celsus scribit* 5. *cum §. seq.* & Paulus lib. 26. ad Edictum in *l. de eo exhibendo* 12. *in princ. & §. si quid ex vnis. ff. ad exhib.* Ex ratione, quam adhibet: *Quia*
10 (inquiens) *quod ex re nostra fit, nostrum esse verius est.* ad exhibendum idcircò tenetur. *Rota* apud *Card. Mantic. decis.* 298. *num.* 1.
11 Alioquin in culpa, doloq; esse præsumitur. *Rota decis.* 237 *num.* 3. *par.* 4. *diuersor. collecta*
12 *per Farinac.* vt ei denegari interim audiẽtia debeat: ex Vlpiano lib. 12. ad Edictum in *l. sed & si res per Pictorem* 26. *§. ait Prætor, in fin. vers. sed & si dum decicia.* ibiq; *Glos.* verbo *decreto. in fin. ff. ex quib. caus. maior. in integr. restit.* ibiq; *Bald.* qui hanc Glossam singularem appellat. eumq; sequitur *Glossella marginalis Bolognini* hic, sequiturquè *Vinc. de Franch. decis.* 271. *num* 10. ibiq; *Viscont. in Addit. Vrsill. ad decis. Affl. st.* 330. *n.* 5. *Vincent. Anna par.* 1. *allegat.* 5. *num* 10.
13 Præterquã, quòd pro producto liber habebitur, prout deteriùs ipsi, qui producere detrectat: eius vt iure feriatur meritò peruicacia. ex *Gloss* recepta in *cap. cùm causam, quæ* 37. verbo *compellas. in fin.* ibiq; *Glossella marginalis Ioãnis Andrea, de testib. & attestationib. Felin. in cap. G. perpetuus* 12. *col.* 3. *in* 4. *ampliat. num.* 13. *de fide instrument.* Idem *Anna d. alleg.* 5. *num.* 10. deducitq; pleuè *Rota* apud *Card. Caualer. decis.* 82. *per totam.* Vt
14 quod iniustè fecit, ipse iustè patiatur. verba sũt Augustini in *can. nemo Episcopus* 11. *in fin.* 2. *quæst.* 1. Eo præsertim, quod satis apertè de scripturę huiusmodi suppositione fumus, nec leuis datur; illam anno supposito 1641. non fuisse factam; sed Beneuenti exaratam anno 1644. vt in libello asseritur: quod satis verisimile est. Profectò, quòd anno 1643. antequàm dictus Frater Hyacintus professionẽ emitteret, in renunciatione bonorum, quam ad fauorem Ioannis Pizzilli eius fratris die 22. Maij manu Notarij Mutij de Monte fecit, præuio supplici libello, quem Reuerendissimo Domino Vicario Neapolitano dedit, asserendo se Nouitium *nel Conuento di S. Giouanni à Carbonara dell'Ordine di S. Agostino.* f. 105.
15 à terg. non semel, sed iterùm repetijt, (vt animi sui deliberatam ostenderet voluntatem. ex Iustiniano Cæsare in *l. si mulier* 22. *C. ad Senat. Consult. Velleian.* & Celso lib. 20. digestorum in *l. Ballista filium* 32. *ff. ad Senat. Consult. Trebell.* & Fabiano Papa in *can. si quis iratus* 5. 2. *quæst.* 3. & ex Concilio Illerdensi in *can. hi, qui altario* 2. ibiq; *Glos.* verbo *iterato* 15. *quæst.* 8. diximus *respõs.* nostra 31. *num.* 33. *&* 34. *par.* 4.) quòd post suprema ipsius renunciantis funera, *statim teneatur ipse Ioannes,* cuius in fauorem renunciationem emittebat, *soluere illi Monasterio, in quo ipse Frater Hyacintus fuerit acceptatus pro filio, ducatos ancentum pro vna vice tantũ.* fol. 103. à ter. & die 21. Iunij 1643.
16 vt animi sui firmam stabilitatem (sicut Luna, quę menstruis mutatur temporibus. vn-
17 dè dixit Salomon: (Ecclesiastici 27. 12.) *Homo sanctus in sapientia manet sicut Sol: nã stultus sicut Luna mutatur.*) palàm omnibus faceret, reuocans dictam donationem dicto Ioanni Fratri factam, eam fecit in fauorem Pauli Pizzilli alterius eius Fratris, manu eiusdem Notarij Montis in margine dicti instrumẽti fol. 99. adijciens: *Che quando detto Giouanni non volesse stare à detta donatione, e dispositione del modo, vt suprà fatta,* e dispo-

e discrepasse, e desse fastidio à detto Paolo, in
tal caso vuole, che sia priuo di detta infrascritta
sua metà donata, e vada, e socceda in detta me-
tà, vt infra donata à detto Giouanni il Mona-
stero doue esso Frà Giaciato si trouarà fatto fi-
glio senza replica, nè decreto di Giudice, &c.
fol.100.

Non erat itaq; tunc alicui Monasterio
pro filio addictus. Neque verisimile est, si
verum fuisset, illum factum fuisse filium
Sanctæ Mariæ de Scala Ciuitatis Ischiæ;
hoc ignorare voluisse. Alioquin neque illũ
(vt ipse asserit) Pater Vicarius, quãdo eius
professionẽ suscepit, filium declarasset di-
cti Conuentus Sanctæ Mariæ de Scala: Cùm
alioqui, vt veritas est, eum filium Sãctæ Ma-
riæ de Constantinopoli Petræ Albæ Con-
gregationis Carbonariæ declarauerit. Non
enim hoc sciuisset: Quam ob causam nec
38 declarasset Scalæ filium. Cùm nemo dice-
re præsumatur, quod non nouit. argumen-
to ex Augustino petito ex *can. quòd si dor-*
mierit 13. siuè sia. ibiq; *Gloss.* verbo *nec nobis*
definiendum est. 31. q. 1. & Modestino lib. 12.
Pandectarum in *l. famosi 7. ff. ad legem Iul.*
19 *Maiest.* illis verbis: *& an ante quid fecerit, &*
an cogitauerit. Nemo enim facere videtur,
20 quod nec mente agitauit, quod in incogi-
tum voluntas nõ fertatur. *S. Thom. 1. 2. q. 3.*
art. 4. & q. 12. art. 1. Vt quid enim amare
possum, quod nõ cognoui, neq; illud velle?
Non ergo vera; sed conficta dicta præsum-
pta filiatio fuit dicti Monasterij Sãctæ Ma-
riæ de Scala dicto anno 1641. & tamen ip-
se, ne dùm non meminit dictæ filiationis;
quin magis ostendit, nullius certi Conuẽ-
tus se filium esse, dùm acquisita voluit du-
centa, post eius mortem illi Monasterio, in
quo ipse Frater Hyacintus fuerit acceptа-
tus pro filio; & de medietate bonorum;
vada, e socceda in detta metà il Monastero do-
ue esso Frà Giaciato si trouarà fatto figlio. Nõ
itaque erat factus tunc filius. Et tamen ip-
se in sua prima depositione coràm Patre
Agnello Prouinciale hoc asseuerauit: *Mi*
pose nel nouitiato à S. Giouanni à Carbonara
in nomine Prouinciæ, proponendomi Monsignor
Anolos, ch'era Vicario à S. Giouanni. La pro-
fessione poi la feci nello stesso Conuento, soppo-
sta l'accettatione della figliolanza, quale mi fe-
cero questi Padri d'Ischia, essendo Priore il Pa-
dre Maestro Gregorio, conforme io ne la co-
pia, &c. fol. 2. Sciebat itaq; hoc. verùm,
nulla de hac filiatione memoriam tunc ha-
buit. cùm renunciationem antè professio-
nem fecit, nàm meminisset eius. à se ipso
igitur dissidet. Conficta proindè, nec ve-
ra. Vel itaque secundo modo vera esse po-
tuit, vt Beneuenti scriptura exarata fuerit,
vt assertum est, propalanitq; *Frater Franci-*
scus de Ischia annorũ 75. Religionis 55. exa-
minatus ex officio à Prouinciali Agnello
fol. 6. vel nullo modo subsistet, neque pri-
mo, vt ipse asserit modo, neque secundo.
Falsa proindè. Nàm falsum est, quod ve-
21 ritati opponitur, nec verum est, imitatur
22 autem veritatem. Est quippè falsitas veri-
tatis imitatio. Ex Iustiniano Cæsare in
§. 1. in authent. de instrumentor. cautel. & fide.
23 *collat. 6.* nè magis dicas mutatio. ex *gloss.*
ibidem verbo *imitatio.* nec refugit Innocẽ-
tius III. in *cap. & si Christus 26. §. quadam*
enim. de iure iur. vbi *gloss.* verbo *confirmatio.*
Infert, nec ab re, sed satis aptè: falsitas est
mutatio veritatis. nec improbat *Glossella*
24 *marginalis d. §. 1. in authentico.* Et quidèm
falsum dicitur, ex eo, quod dicitur, vel vi-
detur aliquid esse, quod non est, vel non
esse, quod est, ex *Arist. 4. metaph.* Quia ni-
25 mirùm, sicuti verum ponit acceptionem
adæquatam rei, ità falsum acceptionem
rei non adæquatam. Sunt igitur inuicem
contraria verum, & falsum. *S. Thom. 1. part.*
quæst. 17. art. 4. in corpore. nec subsistere po-
terunt.
26 Præterquàm quòd, filiatio ipsa non ali-
tèr, quàm in ipso professionis emissæ, actu
fieri debeat. ex Constitutionibus Ordinis
Romæ prælis, anno Domini 1625. *part. 2.*
cap. 4. fol. 37. illis verbis: *Notetur etiam cuius*
Conuentus factus sit filius: Ad ipsum namque
volumus omnia bona hæreditaria ad dictum
professum quocunq; tempore peruenientia om-
ninò pertinere. A nulla itaque alia accepta-
tione præcedente procedit filiatio, nisi in
professione notetur. In actu verò emissæ
professionis ipse Fr. Hiacintus filius nota-
tus fuit S. Mariæ Constantinopolis Petræ
Albæ Congregationis Carbonariæ per Pa-
trem Vicarium Generalem Baccalaureum
Pontianum, iàm defunctum. vt ipse testa-
tur fol. 5. & eius Magister Nouitiorum Fra-
ter Antoninus à Surrento fol. 27. illis ver-
bis: *Doue fece la professione, portandolo Io*
come Mastro di Nouitij, auante del Vicario Ge-
nerale di detta Cõgregatione, il quale lo dichia-
rò espressamẽte figlio di detto Conuento di San-
ta Maria di Constantinopoli di Pietra Bianca
con queste espresse parole: Accepto professio-
nem tuã, & filium te facio Conuentus San-
ctæ Mariæ Constantinopolitanæ. *E questa*
professione, e filiatione, vt supra fù scritta nel
libro autentico di detto Conuento di S. Giouan-
ni dal Notaro. Nè itaq; appareret; è libro
prędicto, excerpta, atq; excussa, & dilacera-
ta fuit. vti etiam ex indice dicti libri, facta
perquisitione per dictum Patrem Prouin-
cialem Agnellum, præsente ipso Fratre Ia-
cinto fol. 5. & 6. & ipse fatetur in sua depo-
sitione coràm Commissario Fratre Fulgẽ-
tio Senensi fol. 66. à ter. super 5.

Hoc verò: illum declaratum fuisse filium
Constantinopolis Congregationis Carbo-
nariæ affirmauerunt.

Frater Petrus Paulus à Tenerola ex ore ipsius Hyacinti fol.5.

Frater Gulielmus Neapolitanus fol.5.à ter. & 6. qui fuit præsens.

Frater Ioannes Augustinus Neapolitanus fol.6. qui etiã fuit præsens; refertq; verba Patris Vicarij: *dicẽdo il Patre Vicario queste parole*: Et filiũ te facio Conuentus S.Mariæ Constantinopolis Petræ Albæ. *e lui contẽti.*

Baccalaureus Ioannes Maria Neapolitanus fol.25.

Lector Fr. Fuluius Neapolitanus f.25. à t.

Fr.Hieronymus de Farra fol.26.à ter.

Pater Baccalaureus Hilarius Neapolitanus annorum 65. de auditu, quòd sit filius Cõgregationis Carbonariæ fol.69.

Pater Fr. Paulus Neapolitanus, qui fuit præsens suæ professioni *nelle mani del Baccilliero Pontiano Vicario in quel tempo, e lo dichiarò figlio del Conuento di Constãtinopoli di Pietra Bianca*, subdens:

Quando detto Pizzillo era studente quà in S.Agostino, occorsẽdomi venire in questo Conuento, m'incontrai con esso lui, e mi disse: Carbonaro che vai facendo? Io risposi; e tù chi sei? esso rispose, che già non era Carbonaro, e che s'era sfigliato con licenza del Padre Reuerendissimo, e s'era fatto figlio di S. Maria della Scala d'Ischia. fol 70. super 4. Hoc fac, & vi-
27 ues. Christus Dominus legis perito Res-
28 pondit *Lucæ* 10.28. Hoc ipse probet, & obtinebit; cùm ipse hoc asserat. ex Diocletiano, & Maximiano Augustis in *l. actor* 23. & Gratiano, Valẽtiniano, & Theodosio Imperatoribus in *l.sciant cuncti* 25. quæ est finalis, *C. de probat.* à Gratiano inter sacros relata canones in *can. sciant cuncti* 2. 2.q.8. & ex Gregorio IX. in *cap. iuramentum* 36. *sinè fin.* §. *sanè si actor. de iure iur.* docetq; Paulus lib.69. ad Edictũ in *l.2. ff.de probat.*
29 sequentibus dicens: *Ei incumbit probatio, qui dicit, non qui negat.* diximus *respons.* nostra 10.*num.*35. *par.*4. Non igitur verum est; cum fuisse filium acceptatum S. Mariæ de Scala anno 1641. cùm laicus adhùc esset. sed scripturam illã factam fuisse Beneuenti anno 1644. de auditu *Baccalaureus Iustinus Neapolitanus* fol.70.à ter. super 9. *Hò inteso dire sempre, che fusse figlio di Constantinopoli di Pietra bianca.*

Baccalaureus Fr.Hyppolitus à Carnizzano de auditu fol.75.

Fr.Ioannes Augustinus Neapolitanus fuit præsens: *e sò molto bene, che lui si fece figlio di Constantinopoli S.Maria di Pietra bianca, per essermi ritrouato quando fece la professione* fol.76..

Idem dicit *Fr.Clemens Neapolitanus* fol. 77. à tergo.

Prætereà (fac verum fuisse scripturam prædictam dicto anno 1641. fuisse confectam, vt verè tunc nõ fuit ex his, quæ ex facto deduximus) non tamen fuit capitulariter proposita, neq; capitulariter conclusa, sed per scripturam singularium manu
30 subscriptam. Cùm verò de interesse ageretur Monasterij voluntas erat expetenda cunctorũ in acceptando in filium Conuentus dictũ Clericũ Petrũ, & capitulariter id proponi oportebat, vt capitulariter quoquè vota sequerẽtur, vel omniũ, vel maioris partis eorum. ex Gregorio IX. in *cap. in Genesi* 55. *§.hoc etiam electio.* ibiq; *gloss.* verbo *communiter. extrà de elect.* & ex Innocentio III. in Concilio Generali in *cap. quia propter* 42. ibiq; *gloss.fin.* verbo *clandestinas de elect.* sequitur *Albericus in l.nulli* 3. *nu.*12. *ff.quod cuiusq; vniuersitatis nomine gestum est. Rota* apud *Card.Seraphin. decis.*1247.*num.*1. *& per totam.* & in *Argentinen Coadiutoriæ* 2.*Maij* 1631. coràm *Ghisilerio decis.*36.*nu.*6. 8. *&* 9. *par.*6.*in recentior. per Rubeum.*

Non enim scriptura illa dicit, fuisse propositum Patribus capitulariter congregatis ad sonum, &c. *ma fù proposto alli Padri Capitolari correnti.* Aliud tamen est, pro-
31 poni capitulariter, atq; proponi Patribus Capitularibus: sicuti aliud est, proponi capitulariter, & proponi in loco Capituli, iuxtà *decis.*9. *&* 29. *de procurator. in antiq. & Seraphin. d.decis.*1247.*nu.*1. *& Ghisiler. d.decis.*36.*num.*6. *& seq. d.par.*6.*in recent.*

Neq; propositio (esto illã veram esse) de Fratre Hyacinto facta fuit, sed de Clerico
32 Francisco Pizzillo. Nàm filiatio fieri debet de Nouitio iàm professo in ipso professionis actu expleto, vt ex Constitutionibus *d.par.*2.*cap.*4.*fol.*37.*in fin.* in superioribus detulimus. Filiatio verò huius Hyacinti post tres annos facta fuit S. Mariæ Constantinopolis Petræ Albæ Congregationis Carbonariæ. non verò nomine Prouinciæ. Et fac etiam hanc, acceptationẽ tenuisse de Clerico Francisco Pizzillo, cùm tamen ille post nouem menses à nouitiatu aufugerit, discesseritq; ad seculum reuer-
33 sus, ac respiciens retrò, cùm iàm ad aratrum manum misisset. (vt *Lucæ* 9.62. cuidã Dominus dixit: *Nemo mittens manum suã ad aratrum, & respiciens retrò aptus est Regno Dei.*) & filiatio ipsa abijt, atq; recessit. Ità quidèm, vt reuerso illo ad nouum nouitiatum incipiendum, asserta illa de Francisco filiatio reuersa minimè fuerit; vt nihil illi
34 profuerit. Sicuti neq; profecit eidem inceptum tempus nouitiatus per nouem menses præcedentes, cùm integrum non impleuerit probationis annum, quàmuis continuato anno per menses sequẽtes professionẽ emisisset: Quia integer perquiritur annus, illeq; continuatus ad professionẽ vsq; alioquin nihil illi proficit professio, neque ad Religionis, vel Regulæ obseruantiã, vel ad alios quoscunq; effectus. vt Sacrosancta decre-

decreuit Synodus Tridètina sess.25. cap.15.
de regularib.& sequuta fuit Rota in Granatèn
professionis 9. Februarij 1609. coràm Lugdu-
nen decis.175. nu.2.par.1.in recentior. & Nos
pluribus deduximus resp.nostra 53. d nu.8.
35 & seqq.par.3. Fuit igitur illa filiationis ac-
ceptatio (quatenùs tamen vera esset, vt nō
veram deduximus) in actu primo dumta-
xàt,non verò in actu secundo, & exercitio;
cū in actu secundo declaratus fuerit Con-
gregationis Carbonariæ, atquè filius Con-
stantinopolis Petræ Albæ. actus igitur hic
secundus attendendus, non actus primus,
& potentialis. prætèr Philosophos, doce-
bit hoc te Vlpianus lib.27. ad Sabinum in
l.statu liberos 3. § si quis sic acceperit liberta-
tem. ff.de statu liberis: Ad libertatem quip-
pè proclamatus, cùm decem dare potue-
rit; tunc libertatem consequetur,cùm de-
cem dederit (in actu scilicet secundo) vel
per eū non steterit,quòminus daret. Quàm-
uis decem habuerit, vel idoneus fuerit ad
acquirendum,& conseruandum peculium,
Rationem reddit gloss. ibidem verbo vera
36 est. sic inferens consequentiam: Oportet er-
go,quòd factum sequatur potentiam. Quid er-
go Hyacinto proficit, quòd pro filio acce-
ptatus fuerit S. Mariæ Scalæ Conuentus
Ischiæ anno 1641. (si tamen verum id fue-
rit) in actu primo; cùm in actu secundo, &
exercitio anno 1643. filius declaratus fue-
rit Constantinopolis Congregationis Car-
37 bonariæ? Quemadmodū omnes homines
natura liberi sunt,& in actu primo; in actu
verò secundo serui quandoq; fiunt, vt hoc
factum attendatur; cum libertate frui, vi,
vel iure prohibeantur. ex Caio lib.1. Insti-
tutionū in l.summa itaq; diuisio 3. & ex Flo-
rentino lib.9.Institutionū in l.libertas est 4.
ff.de statu hominum. ex Vlpiano lib.1. Insti-
tutionum in l.manumissiones 4. ff.de iustit. &
iure. nec longè abijt Vlpianus lib.9. ad Sa-
binum in l.1.ff.de legat.2.illis verbis: Quid
enim interest, si Titius in Capitolium ascende-
rit, mihi legetur, an si voluerit? Cùm actus
secundus attendatur, quòd scilicèt ascen-
derit,non primus,si videlicet voluerit, non
tamen ascenderit. Rationem reddit gloss.
ibidem verbo si voluerit. Arbitrari scilicèt,
38 & voluntariè fuerit arbitratus.: Non enim
voluntas, sed arbitrium facit videri paritum
conditioni. si scilicèt ascenderit, dicamus
nos in actu secūdo. Adstruimus id ex San-
cto Patre Augustino in libro contra men-
dacium cap. 17. à Gratiano inter sacros
canones relato in can.facias homo 15.22.q.2.
39 Quatenùs probatur;id posse hominem di-
ci facere,quod iure potest facere: nec suf-
ficere actum primum,& potentiam, sed fa-
ctum, actumq; secundū, vt iure facias, per-
quiri. ibiq; gloss.verbo quod potest. dùm di-
stinguit inter potentiam iuris, & facti. in-
40 ferens: Quòd solùm illud dicimur posse fa-
cere, quod iustè facere possumus: quia id at-
tenditur, quod rectè fit.vt Augustinus ibi-
dem in fine infert. sequiturq; glossella mar-
ginalis ibidem. Factum igitur perquiritur,
& actus secundus,vt factum dicatur. ex In-
nocentio III. Rothomagensi Archiepisco-
po in cap.cùm contingit 36. §.ad quod taliter.
de offic.deleg.

Quòd verò aufugerit à nouitiatu,& an-
num discontinuauerit ad propriam reuer-
sus domum,id ipse confitetur, cùm negare
id minimè possit,vndè confessus est,& non
negauit. & confessus est. sicuti de Ioanne
Baptista Ioannis 1.20 dicitur. Et nonum
annū nouitiatus, & probationis inceperit,
atq; continuauerit. in sua dispositione fo-
lio 66. super primo. Quàmuis instructus
41 dixerit; se habitum non dimisisse. Namq;
nihil ad rem, cùm annum discontinuaue-
rit,qui de rigore Sacri Concilij d. cap.15.
continuatus perquiritur. vt non sufficiat,
habitum non dimisisse; cùm in nouitiatu
propria voluntate non permanserit.vti Ro-
ta in d.Granatèn professionis d.decis.175.nu.2.
part.1.in recentior.expressè firmauit.& Nos
d.respons.nostra 53. d num.8.cum seqq. par.3.
Et sint nihilominùs testes, qui mendacij
eum coarguāt, quòd sine habitu Regulari
ad Religionē redierit. Fr.Antoninus à Sur-
rento Magister Nouitiorum in eius fide fo-
lio 27. Pater Fr.Paulus à Neapoli. E quan-
do ritornò la seconda volta, venne vestito
da prete. super 8. fol.70. Fr.Ioannes Augu-
stinus Neapolitanus, qui sic respondit inter-
rogationi sibi factæ formitèr. Sò che lui se
ne fuggì dal Nouitiato di S. Giouāni à Carbo-
nara per vn certo tempo, e lasciò l'habito; atteso
quādo venne di nuono à vestirsi, portaua l'ha-
bito da secolare. fol.77. id est Clerici secula-
ris; nam talis erat.

Nec pili facit, quòd receptus fuerit sine
noua propositione. Non enim poterat re-
uerti ex se, nisi iterùm receptus fuisset;vn-
dè iterùm probationis annum incepit,& in
Conuentu Suessæ pro Nouitio per quinq;
fuit menses, & in Conuentu S. Ioanuis ad
Carbonariam per septem alios menses,qui
sunt duodecim.vt ipse fatetur in sua depo-
sitione fol. 66. super secundo. E ritornan-
do andai à Sessa (inquiēs) & iui dimorai per
cinque mesi in nouitiato, e di là con licenza de
Superiori venni nel nouitiato di S.Giouanni, e
compini l'anno dell'approbatione,con dimorar-
ci sette altri mesi. E così due volte incominciai
l'anno dell'approbatione. Nulla verò maior,
42 atq; efficacior probatio, quā oris proprij
confessio.ex Alexandro Cæsare in l.cùm te
trāsegisse 5. C.de transact. illis verbis: tamen
si de fide contractus confessione tua constet,scri-
ptura, quæ probationem rei gestæ continere so-
let,necessaria non est. ibique Glossella margi-

 nalis

nalis.deduximusq; *resp.*nostra *10. nu.11.& 12. p 4.* Et tamen eius Magister Nouitiorũ Frater Antoninus à Surrento fol. 27. *e poi si ritornò à vestirse in detto Conuento di S.Giouanni,con nuoua propositione*. Licèt quidem Baccalaureus *Frater Hyacintus de Laurètijs de Ischia* eius defensor vsq; ad aras, (ni dixeris,vltrà aras) supponere voluerit, illum cum habitu semper fuisse, negare tamen non potuit: *che scornandolo Io della fuga, & essortandolo à ritornarsene, me rispose, che volontieri sarebbe ritornato, quando il Padre Vicario l'hauesse concesso vn'altro nouitiato, atteso in quello di S.Giouanni staua con disgusto.* fol. 57. Hoc autem,vt eum iterùm reciperet,sine noua propositione fieri haud poterat; sicuti nisi denuò nouitiatum inciperet, & per annum continuum in nouitiatu permaneret. vti permansit,& explero ingro nouitiatus anno, professionem emisit solemnem in Congregatione Carbonaria, filius declaratus S. Mariæ à Constantinopoli loci Petræ Albæ Congregationis Carbonariæ. Cùm verè ipse nusquàm pro filio acceptatus fuerit in Conuentu S.Mariæ de Scala Ciuitatis Ischiæ,sed acceptatio facta fuit anno 1644. vt in superioribus deduximus. Hanc igitur ob causam, nè veritas hæc appareret, professionis scripturam ex libro Monasterij S. Ioannis lacerare fecerunt, vt ex hoc non leui digni pœna euaserint,vndè nec audiri debuere, neq; nunc debent. Indèq; est, quòd Pater Agnellus Prouincialis hanc causam vti criminalem instituit, vndè terminum ad se defendendum eidem concessit. fol.7.

& data eidem fuit copia actorum. fol.8.

Quæ sanè copia, si ciuilitèr processum fuisset,dari minimè poterat; nè post didicita testificata ad falsitatem instrueretur adornandam,vt accidit. Quam ob causam

43 testes omnes ab eodem Baccalaureo Hyacinto Pezzillo producti, nulli sunt, vtpurà producti post didicita testificata. vndè tot fides emanauere. sed frustrà, *Glos. in cap. fraternitatis tua 17.* in verbo *nouis*, ibiq; *Abb.num.3 & 4. de testib.*& pleně *Glos. in cap.series tui rescripti 26.in glos.fin. eod.tit.* ex Innocentio III. in *cap. ex tenore 35.* & Gregorio IX. in *cap.cùm clamor 53. §.verũ quia apertis attestationibus*, ibiq; *Innocent. num.2.de testib.*ex Clemente V. in Concilio Viennen in *clement.testibus 2. de testibus.* ex Iustiniano Cæsare in *§. quia verò multi, in authent. de testib.collat.7.* & in *authent. at qui semel. C.de probat.* sequitur *Glos.in l.is, apud quem 2. post casus figurationem in fin.in §.& vlt. notab.C.de edend.* ibiq; *Bald.num.9.* nec abnuit *Robert. Marant.* noster Proauus in *spec.aureo par.6.in 10.actu iudicij.in 3.quæst. in 2.limit. num.56. Rota* aeud sanct.memor. *Gregor.XV. decis.497.num.1. & seqq.* ibiquè *Beltramin.num.8.*& apud *Card.Seraphin. decis.688.nu.1. & par.3.lib.2.diuers. decis.136.* perampiè *Farinac.de testib. quæst.75. nu.68. & seqq.* regulam statuens, atq; ampliationes,limitationesq; prosequens. Indè sanè est,quod post attestationes testium didicitas tot fabricauere fides,& falsitates, cooperante in omnibus Baccalaureo Fratre Hyacintò de Laurentijs de Ischia. Vndè cùm primò positiones, & articulos produxissent f.20. datoq; termino ad examinandum dierum octo, eodè fol.20. à ter. alios deindè produxit articulos ad formam fidium, quas sibi procurauit, & fecit dictus Baccalaureus Hyacintus de Laurentijs,super quibus testes examinauit fol. 47. sed

44 frustrà. Nàm testes examinati super fidibus,quas antè conscripserunt, non probãt, ex Clemente III. in *cap.à nobis 2. qui matrimoniũ accusare possunt,vel cõtrà illud testificari.*ibiq; *Abb.n.3.* & *Barbos.n.2.*quia nimirũ

45 videntur spontè deponere. Et hanc sentẽtiam communem appellat *Cacheran.* Ossaschi Dominus *decis.128.num.9. Boer.decis.1. num.38. Doctor Marta voto 1; 8.nu.12.&13. Decian.consi.51.nu.4.5.& 6.vol.2. Bernardin. Gregncu.ad Cameram Imperialem lib.1.conclus. 100. consid.3. num.7. Farinac.de testib. q.80. opposit.35. nu.27.& seqq. Rota in Senogallien praedij 1581.* coràm *Bubalo decis. 30. num. 6. post.1. volum.consilior.Farinac.*& apud sanct. memor.*Gregor.XV.decis.214.num.2.* Præter-

46 quàm, quòd fides ipsæ simplices per se, fidem minimè faciunt, iuxtà *Rotam* apud *Gregorium XV. d.decis.214.nu.2.& Beltram.*

47 ibidè *nu.3.* quàmuis fides esset Cardinalis firmata manu corã Notario cum iuramẽto, & testibus. *Rota* apud *Coccin.decis.4.n.3.*

48 in materia præsertim graui. *Rota par. 1. in recent. decis 441.num.6.* Qua de re nec etiã

49 fidei stabitur Illustris. de Auolos fol. 59. quia dubia,non enim distinguit,an prima, vel secunda vice proposuerit. nihil igitur certi probat. ad *text. in cap. in præsentia 8. de probat.* ibiq; notatis per Doctores. *Rota* apud *Card.Caualer. decis.97. num.8. & decis. 125.num.7.*diximus *respons.*nostra *99.num. 18. part.4.*

Si enim de prima vice exaudietur, nihil ad rem; cùm ipse Frater Hyacintus à nouitiatu aufugerit, discesseritq;, atq; probationis annum interruperit. Vndè denuò probationis ipsum annum incipere oportuerit. vt in superioribus deduximus. Si verò de secunda vice exaudiatur; ipsemet Frater Hyacintus Pizzillus, & Baccalaureus Hyacintus de Laurentijs, omnesq; ab eo producti testes ex se ipsis manifestissimè falsitatis arguuntur, cùm dicere, atq; probare nixi fuerint; secunda vice,quãdo post fugam reuersus fuit, sine noua propositione receptum fuisse. Quàmuis Frater Antoninus

ninus de Surrento,cum noua propositione
præmissa receptum fuisse attestetur; cui fi-
50 des præstanda erit,cùm Magister esset No-
nitiorum,& de re ad eius officiũ spectante
fidem fecerit. *Gabr. lib.1.de testib. conclus.1.*
nu.19. Rota par.2.in recentior. decis.525.nu5.
Beltramin.ad d.decis.Gregorij XV.214. nu.3.
51 *in fine* . multòq; magis, quod satis iàm
cessit. ex Iustiniano Cæsare in *l. cùm apud*
Compromissarium 16. siuè fin. §. sin autem ab
hac luce omnes subtracti sũt. C.de testib. Surd.
decis.103. num.2. Rota apud *Gregor.XV. de-*
*cis.434 num.*5,ibiq; *Beltramin.num.18.Fari-*
nac.de testib. quæst.72. limit.11.num.129. Rota
apud *Card.Caualer. decis.322 ,nu.7.& decis.*
327.sub num.2. Nihil itaq; ad rem de dicta
fide,per dictũ Illustrissimum facta,quæ nec
meminit de S.Maria de Scala,sed tantùm
nomine Prouinciæ.

Accedit verò,& hoc aliud,quòd ipsimet,
qui fides prædictas confixere, ab ipsis va-
riant fidibus.Accedat Lector Fuluius Nea-
politanus, qui post Baccalaureum Hyacin-
tum de Laurentijs fidem facit; verum esse
quantum dictus Baccalaureus dixit fol.12.
manu sua scribens in fide die 10. Decem-
bris 1649. post litem motam,illaq; pendẽ-
te. Die verò 18.Iannarij 1650.per Prouin-
cialem Anellum Maiellũ fol.25. à ter. exa-
minatus. Interrogatus: *Doue fù fatto figlio*
nella professione,da chi,& in presenza di chi,ò
che n'haue inteso dire? de Fratre Hyacinto
vtiq; Pizzillo. Respondit: *Io non mi tro-*
uaì presente à questa professione, ma ben sì hò
inteso dire da persone degne di fede commune-
mente, in particulare dal Baccelliero Pontiano
Napolitano,Bona memoria,Vicario Generale
di questa Congregatione di Carbonari, nelle
cui mani detto Baccelliero Pizzillo fece la pro-
fessione. dico,da questo Vicario Pontiano hò in-
teso dire, che l'haueua fatto figlio di Constanti-
nopoli. Et vna volta in particolare ritrouan-
domi Io in camera con detto Vicario Generale,
e Baccelliero Eliseo bona memoria Priore di
Sessa, si male non me ricordo, venne il Baccel-
liero Giacinto de Laurentijs, seù d'Ischia, e di-
mandò al Padre Vicario Pontiano, che l'haues-
se dato Frà Giacinto Pizzillo per portarlo ad
Ischia, e detto Vicario rispose pigliatcuelò; nè
disse cosa alcuna circa la figliolanza. Ma per-
che lo detto Giacinto de Laurentijs disse, che
l'hauesse fatto vna carta di licenza, perche il
Prouinciale di Napoli non l'hauria riceuuto; e
così il Vicario ce la fece,nè trattò in modo alcu-
no di figliolanza ò della Prouincia,ò della Con-
gregatione. Ma sempre hò inteso dire continua-
mente, e publicamente, che detto Pizzillo sia
figlio della Congregatione,specialitèr di Con-
stantinopoli, benche nello libro autẽtico di que-
sto Conuento si trouano stracciate due professio-
ni,cioè di detto Pizzillo, & vn'altra, che non
sò chi sia. Ità Lector Fuluius, qui fidem
anteà fecerat, quem in contestem sui men-
dacij allegat Baccalaureus Hyacintus de
52 Laurentijs super 5. fol.57.à ter. e 58. Te-
stis verò in vno falsus, ac mẽdax, vti dictus
de Laurentijs in hoc est, in omnibus falsus
habetur. Quia non potest vna,atq; eadem
depositio,pro parte vera,atq; pro parte fal-
53 sa haberi. Et iuramentum est vnicum, ne-
què diuisionem patitur, vt pro parte falsa,
pro parte vera depositio habeatur. ex Bo-
nifacij VIII. regula *semel malus 8. de regul.*
iur.in 6. sequiturq; *Innocent.in cap.fraterni-*
tatis 3. sub num.1.in fin.de hæret.Bald.in l.fin.
nu.18.C.de edict Diu.Hadr.tollen. Pinins de-
cis.377.nu.7.& 8 Rota apud *Duranum* Epi-
scopum Vrgellen *decis.338.num.19. part.2.*
54 Quia nimirùm fides testis indiuidua est,
vt dixit *Rota* apud *Card.Seraphin.decis.295.*
*num.4.*plenè *Farinac de testib. quæst.67. §.7.*
num.256. Ioan. Bapt.Thor. in compend. decis.
*part.1.*verbo *proditorium homicidium, col.3.*
fol.430. vers.altera verò, in allegatione Ioãnis
Thomæ Pollis.Capycius Latro decis.73. nu.38.
par.1.Ioan.Francisc.Merlin.decis.Lucen.100.
*& vlt.num 3.*In totum igitur falsus hic ha-
bebitur testis Baccalaureus de Laurentijs,
qui apertissimè in vno mendax reperitur,
55 atq; veritatem mutauit. Nàm veritas est,
vt,quod est,dicas. ex S.Patre Augustino in
can. cùm humilitatis causa 9. 22.quæst.2. Vt
56 nec artificioso mendacio, nequè simplici
verbo oporteat decipere quemquam: quia
57 quomodolibet mẽtitur quis, occidit ani-
mam. verbis dicimus eiusdẽ Augustini in
lib. de conflictu virtutum, atq; vitiorum
cap.19.relati in *can.nec artificiosa 13.ead.22,*
58 *quæst.2.* Nullo verò modo mentiendum
est. vt ex eodem deducitur Augustino in
lib.de mendacio cap 14.in *can. primum est*
59 *capitale mendacium 8.ead.22.quæst.2.*Menda-
cium autem est,cùm aliquis exteriùs signi-
ficat contrarium veritati. ex *S. Thom. 2. 2.*
quæst.93.artic.1.in corpore. diximus *respons.*
nostra *77. num.17.& 18.par.4.* Veritas autẽ
hac in re est: Fratrem Hyacintum Pizzil-
lum filiũ fuisse Congregationis Carbona-
riæ, specialitèr verò addictum Conuentui
Constantinopolis Petræ Albæ. hunc verò
Fratrem Hyacintum de Laurentijs voluis-
se filium esse S. Mariæ de Scala. quam ob
causam, nè veritas appareret professionis,
scripturam, è libro Conuentus S. Ioannis
ad Carbonariam extrahi, ac lacerari fece-
runt,etiã datis pecunijs.vt testes asseruere.
præsertim *Fr. Antonius Basso* ætatis annorũ
73. Religionis 50. fol.4. à ter.neq; ipsemet
Frater Hyacintus Pizzillus hoc negat,scri-
pturam professionis per eum emissę non
apparere, sed laceratam fuisse ex libro pu-
blico Conuentus S.Ioannis, apparere autẽ
Indicem libri. in eius depositione fol.66.
à ter. super 5. vt ex ipsa libri inspectione
die

die 28. Nouébris 1649. prefatus Pater Pro-
uincialis Anellus eã adnotauit, ex Indice
libri, esse descriptam fol. 69. à ter. fol. 5. in
fin. patetq; ex libro ipso, in quo professio-
nes adnotantur eorum, qui in Congrega-
tione profitentur, non qui extrà: sic nem-
pè ille: *Liber, in quo describuntur omnes pro-
fessiones conficiendę per Fratres totius Congre-
gationis S. Ioannis ad Carbonariam. inceptus*
60 *ab anno Domini* 1613. In hoc libro ipse
Pezzillus descriptus est; nàm ex Indice re-
fertur fol. 69. à ter. Est ergo ipse filius Con-
gregationis, non ergo Prouincię, neq; San-
ctę Marię de Scala Quia nimirùm in libro
Congregationis descriptus reperitur. ex
Alexandri Cæsaris determinatione in *l. in-*
61 *stum est* 6. *C. de edendo.* quatenùs probat: ex
libro probari, quid quis Fisco soluerit,
quidue debeat. sic inferens: *Vt rationibus
publicis exhibitis constet, quantum sub nomine
suo solutum sit.* ibiq; *glos.* apertissimè ad rẽ
nostram post casus figurationem dicens:
62 *Nota per librum probari affirmatiuam, & ne-
gatiuam.* plura deduximus *respons.* nostra
63 76. *num.* 21. *&* 22. *part.* 4. In ipsius igitur
Pizzilli caput hæc redundabit scriptura,
& in eius damnum, ac si verè contra ip-
sum extaret: Cùm ipse in dolo esse videa-
tur, & in causa, vt scriptura subtracta
fuerit, quæ contra ipsum erat. sequutaquè
fuit *Rota* apud *Oranum decis.* 5. *num.* 5. *par.* 1.
diuers. Præsertim verò concurrentibus ad-
64 miniculis, quæ facilè Iudicis mouere ani-
mum valeant ad ità credendum, ex tot te-
65 stium depositionibus; atq; ex confessione
extraiudiciali ipsius Pizzilli, de qua testes
deponunt. vt perpendit *Rota in Romana do-
tis de Sfortia* 1612. coràm *Manzanedo decis.*
368. *nu.* 6. *post* 2. *volum. consilior. Farinacij.* &
in *Vratislanien matrimonij* 6. *Februarij* 1609.
coràm *Card. Caualerio decis.* 43. *num.* 2. *&* 3.
quæ est *decis.* 277. *sub num.* 2. *eod. vol.* 2. *consil.*
66 *Farinac.* Ipse nempè, qui ex subtractione
illius scripturæ commodum prætendebat,
nè appareret, se Congregationi Carbona-
riæ addictum fuisse, atq; filium Constanti-
nopolis, illam lacerare fecisse præsumitur.
ex *Gloss. in l. qui iurasse dicitur* 26. *§. si pater
iurauit.* verbo *acquisitio. in fin. ff. de iure iur.*
quam singularem appellat *Roman. cons.* 304.
plura sunt, quæ allegantur. num. 2. *in fin.* quẽ
sequitur *Hippolyt. de Marsil. cons.* 77. *num.* 1.
Aymon Crauett. cons. 57. *nu.* 6. *Rota in Burgen
Abbatia* 1593. coràm *Card. Arigono decis.* 92.
num. 5. *post* 1. *volum. consilior. Farinacij.*

Eo ipso namq;, quòd scriptura prædicta
ex libro lacerata fuit professionũ, incepit
ipse dicere: *che nõ era figlio di S. Giouanni à
Carbonara. per lo che si pretẽde, che lui l'hab-
bia fatto stracciare. ne sò, che lui sia sfigliolato.*
vti Frater Ioannes Augustinus Neapolita-
nus fol. 6. à terg. dicit, & Frater Baccalau-
reus Ioannes Maria Neapolitanus fol. 35.
*Io giudicai in conscienza, che lui hauesse fatto
stracciare quella carta.*

De duobus alterum igitur: Vel Pizzil-
lus in animo est, vt ei suffragium ferat pre-
tensa per eum filiatio annò 1641. quo Cle-
ricus erat, per Patres Conuentus S. Mariæ
de Scala, eidem facta. & illa apertè contra
67 ipsum est; quia de Fratre Hyacinto non
loquitur. argumento ducto ex Innocentio
Tertio Decano, & Subdiacono Linconien
in *cap. ad audientiam nostram 4. de ijs, quæ vi,
metusq; causa fiunt.* illis, non sine acri iudi-
cio, dictis verbis: *Qui non ad non repetendũ,
sed ad resignandũ solummodò tenebatur.* Non
igitur vltrà id, quod scriptum erat, & quod
iuratum fuerat tenebatur. non ergo vltrà
id, quod scriptum reperitur, scriptura pro-
babit. vt in superioribus quoq; notauimus
68 ex *l. instum* 6. *C. de edendo.* Vt si nomen non
habet, nec nominis effectũ sortiri debeat:
ex Damaso Papa in *can. Corepiscopi* 5. *in fin.
dist.* 68. illis verbis: *Si nomen nõ habent, qua-
litèr officium habebunt?* nec refugit Augu-
stinus in *can. quæ ipsis sacerdotibus* 5. *dist.* 38.
& Gregorius Papa in *can. fratrem nostrũ* 6.
in fin. dist. 86. Firmitatemq; perpensio re-
cipit ex Constantino Imperatore in *l. d nul-
lo Iudice.* 4. *C. de ferijs.* illa ratione, qua di-
cit: *Ac per hoc si nomine eximuntur, etiam &
fructu carebunt.* plura deduximus *respons.*
nostra 86. *num.* 55. 56. *& seqq. par.* 3. Præter-
quàm quòd ex fuga, atquè nouitiatus tem-
pore interrupto, hæc pretensa abijt filiatio.
69 vt in superioribus deduximus. Filiatio
verò in actu, quæritur professionis, ex Con-
stitutionibus, vti suprà diximus. Vel ve-
rò; quòd & si filius declaratus fuerit Con-
gregationis in actu professionis, atq; præ-
sertim Constantinopolis, fuerit tamen à fi-
liatione hac dissolutus. & hoc est, quod ip-
se docere debet, nec adhùc vsquè docuit.
70 hoc verò non intellexisse, confusionem
hanc magnã fecit in hac causa. Sicuti mu-
lier illa hebręa confusionem fecit in domo
Regis Nabucodonosor. vt Vagao Holofer-
nis Eunuchus dixit *Iudith* 14. 18. cùm eum
truncum iacentem mane inuenit facto.

Hanc itaquè ob causam est; quòd nullo
pacto proficere eidem potest pretensa scri-
ptura filiationis S. Mariæ de Scala. Si nam-
què perpendatur illa anno 1641. facta, non
vtiquè suffragari eidem, cùm anno 1643.
cùm professionem emisit, Congregationi
incorporatus fuerit, filius declaratus Con-
stantinopolis. Si verò anno 1644. neq; suf-
fragium illi feret; cũ à filiatione Constan-
tinopolis, & Congregationis dissolutus nõ
fuerit, nequè duorum locorum eodẽ tem-
pore filius esse potuerit. vt suprà aduer-
timus, & paulò infrà aduertemus.
71 Nihil proindè eidem tacitus proficiet
consen-

consensus (vt ipse putat) Patrum S.Mariæ
de Scala ad filiationem quærendam dicti
Conuentus. Cùm,quòd non est hic modus
acquirendi filiationē, quæ non nisi in actu
sit professionis, ex Constitutionibus,vt su-
prà deduximus. Standū proindè legi erit.
vt dici eidem valeat,nec iniuria,quod Do-
72 minus legis perito illi *Lucæ 10.26.* tentan-
ti eum,respondit: *In lege quid scriptum est?
quomodò legis?* Habent ipsi legem in hac
re, & secundùm legem debet fieri. Sicuti
73 (*Ioannis 19.7.*) Pilato Iudæi de Christo re-
sponderunt; & si perperàm; vndè ipsi post-
modum viderunt: *Nos legem habemus, &
secundùm legem debet mori,quia filium Dei se
fecit*. Nihil igitur tacitus hic consensus
(quatenùs quidèm fuerit) operari valuit
aduersus Cōstitutionis determinationem.
74 Potissimùm verò cùm expressus perquite-
retur. ad Alexandri III. textum in *cap. ad-
monet 4. de renunc.* plura deduxit *Rota de-
cis.15.num.2.de offic.deleg.in nouis.Puteus de-
cis.281.in fin.lib.3.Paris.de resign.benefic.lib.8.
quæst.10.num.19.& 20. Rota* apud *Card. Se-
75 raphim. decis.115. num.1.* vt neque ratifica-
tio consensum inducat expressum,quia ni-
mirùm præsumptus dicitur,non expressus.
idem *Paris.de resignat.lib.9.q.17.num.68.*

76 Tùm quòd si filiatio acquisita Hyacinto
per professionem in Congregatione fuit,
præsertim verò Constantinopoli, non po-
terat alterius loci filius fieri, nisi prima
illa facta filiatio dissoluta fuisset. hoc est
autem, quod ipse docere debebat. alio-
quin duorum locorum filius erit, quod nō
permittitur. argumento petito ex Vlpiani
sensu lib.9.ad Sabinum in *l.filium eum defi-
nimus 6.in princ.ff.de his,qui sunt sui,vel alie-
ni iuris*. dicit enim ipse: *Filium eum defi-
nimus, qui ex viro, & vxore eius nascitur*. vt
77 legitimus sit, atq; naturalis, vbi *gloss.*ibidē
verbo *filium*. commentum agit, & quem
nuptiæ ostendunt. Non enim ex se quisq;
nascitur, sed ex parentibus. non itaquè ex
se tantùm potuit hic fieri filius.Tunc ergo
78 factus filius fuit,cùm professionem emisit,
atquè per Patrem Vicarium Generalem
incorporatus Religioni, atquè Congrega-
tioni Carbonariæ fuit, & filius declaratus
Constantinopolis. ex Clemente III. in *cap.
porrectum 13.* & Innocentio III. in *cap. ad
Apostolicam Sedem 16. de regularib. & tran-
seuntib.ad relig.* diximus *respons.* nostra 69.
79 *num.4. & seq. par.4.* oportuit igitur,vt hæc
dissolueretur filiatio,vt ad aliud (Scalę prę-
sertim) postmodùm Monasteriū allici po-
tuisset, vtriusq; intercedente consensu ex-
80 presso. Veluti in adoptione fit, cùm quis
à patre datur in adoptionem, vtriusq; per-
quiritur consensus. Ex Celso lib.29. dige-
storum in *l. in adoptionibus 5. ff.de adoption.
81 & emancipat.* Neq; semper eadem est taci-
ti, atquè expressi ratio. præsertim quan-
do tacitum in ipso expresso non includi-
tur. ex *Mario Antonin.variar.resolut. lib.2.re-
solut.57.num.72. Barbosa axiom.218.num.2.*
agiturq; de annullando actum. *Card.Tusc.
tom.8.lit.T.conclus.7.num.35.& 36.* idem
82 *Barbosa d.axiom.218.num.4.* Nemo autem
est (vt dici valeat quòd cœcus ille) *Ioan-
nis 9.32.* (Iudęis dixit: *A seculo non est au-
ditum*) qui duarum sit matrum filius. Pes-
simè igitur se scalæ innixit,si ex illa exilie-
83 rit.Non vtiquè,sicut Scala erit Iacob: *Ge-
nesis 28.13.* qui vidit *Dominum innixū scalæ
dicentem sibi. Ego sum Dominus Deus Abra-
ham, patris tui; & Deus Isaac; Terram in
qua dormis,tibi dabo,& semini tuo.*

Nec proficit vllo modo asserta renūcia-
tio Patris Vicarij Generalis Congregatio-
nis Sancti Ioannis ad Carbonariam, & Pa-
tris Prioris Conuentus S. Mariæ Constan-
tinopolis Petræ Albæ dictæ filiationis præ-
fati Fratris Hyacinti Pizzilli.

Tùm quia, nullo pacto dictæ filiationi
nuncium misere: sed intimati die 30. Iu-
nij currentis anni 1650. si quid haberent,
quod aduersus prætensa per Pizzillum, di-
cerent. responderunt; se nullam habere
prætendentiam circa filiationē dicti Bac-
calaurei Hyacinti Pizzilli fol.28. Quia
fortassè putauere,illum à dicta filiatione
84 iure dissolutum fuisse. Per errorem proin-
dè ità responderunt. Qui verò errat,con-
sentire non vtiquè videtur. ex Vlpiano lib.
11. ad Edictum in *l.nihil cōsensui 117. in fin.
ff.de reg.iur.* sic nempè ipse infert: *Non vi-
detur consentire, qui errat.* plura deduximus
d.respons. nostra 69. *nu.19.20.& seqq. par.4.*

85 Tùm,quòd neq; renunciare ipsi ex se po-
terant Iuribus, & Religioni, & Conuentui
quæsitis, etiam successionis reseruatæ in
renunciatione facta bonorum per dictum
Pizzillum antè quàm professionem anno
1643. emitteret,absquè sollemnitatibus,&
consensu Capituli. Quia alienationis esset
species. ex Alexandro III.in *cap.contineba-
tur 2.*ibiq; *Gloss.*verbo *contradicente.& Abb.
in 2.notab. de his, quæ fiunt à prælatis sine con-
sensu capituli.*ex Concilio Aurelianēse 1. in
*can.si seruus absente 19. & can. si seruus sciente
20. dist.54* ibiq; *Gloss.*verbo *sciente.*noster
Proanus *Maranta cons.10.num.6.* pręsertim
86 verò in arduis. *Rota* apud *Puteum dec.285.
lib. 3.*

Neque ad rem facit, quòd per sex pœnè
annos,ab anno scilicet 1644. actus recepe-
rit subsidij filiationis,quasi filius esset Con-
uentus Sanctæ Mariæ de Scala. Quia nimi-
rùm ex eo tempore hoc processit,quo scri-
ptura præfata sub nota anni 1641. conficta
fuit, anno videlicet 1644. & per errorem,
existimando, dictum Fratrem Hyacintum
iam solutū fuisse à filiatione, qua in Con-
uentum

uentum Constantinopolis allectus fuerat,
87 filius Congregationis. Nec enim ferendus
est, qui dicat, consensisse in hoc Patres: *Cũ*
(vt Iulianus scribit) *non consentiant, qui er-*
rant. Quid enim tàm contrarium est consen-
sui, quàm error, qui imperitiam arguit? verbis
loquimur Vlpiani lib.2. de omnibus tribu-
nalibus in *l. si per errorem 15. ff. de iurisdict.*
omn. Iudic. nullusq; fit errantis consensus.
vti Diocletianus, & Maximinianus edixe-
re Cæsares in *l. nõ idcircò 9. C. de iur. & fact.*
ignorant. & Nos *d. respons.* nostra 69. *num. 20.*
21. & seq. par. 4. Si enim sciuissent, non ità
egissent. Vt ex hoc multò magis veritas in-
surgat, quæ asserta fuit; scripturam illam
sub annum 1641. conscriptam fuisse anno
1644. Beneuenti. Omnia autẽ falsò confi-
cta fuisse per Baccalaureum Hyacintũ de
Laurẽtijs, dicti Pizzilli protectorẽ, qui om-
nes fides suà manu subscripsit, scripsit, &
subscribere fecit. vt dixerit iure, & arguté
satis Baccalaureus Frater Augustinus Cal-
lirensis fol. 21. à ter. interrogatus: *Conosce-*
te lo Baccilliero Giacinto d'Ischia, e come, è
amico, ò nemico di detto Baccilliero Giacinto
Pizzillo. Respondit. *Sono tanto amici, come*
materia, e forma, che pare non si possano spicci-
care insieme; perche nõ me ricordo mai in tan-
ti anni, che detto Giacinto Pizzillo è frate, ha-
uerli visti separati, ma sempre insieme, & è co-
sa tanto publica, che nõ serne domandare altro.
Quem sanè testẽ reprobare minimè pote-
rit, cùm in fide 10. Decembris 1649. se sub-
scripserit. fol. 11. vndè ipsi eum approba-
uere. Nequè porrò hoc modo filiatio con-
stituitur, sed in professione, cùm nomina-
tur filius, vel Congregationis, vel talis loci
secundùm Religionis Constitutiones, (vt
in superioribus quoq; deduximus.) & Cõ-
gregationi incorporatus fuit.
88 Quibus verò testibus magis sit adhiben-
da fides? Ijs (dicendum est) qui ad verita-
tem magis accedunt. Audias quæso Mode-
stinum lib. 8. regularum in *l. in testibus 2. ff.*
de testib. qui sic loquitur, docetq;: *In testi-*
bus autem fides, dignitas, mores, grauitas exa-
minanda est: & ideò testes, qui aduersus fidem
testationis suæ vacillant, audiendi non sunt. &
in Concilio Matercen. in *cap. 1. de testib. &*
attestationib. dictum fuit: *Placuit sancto Con-*
uentui, vt testes non cõducantur pretio: Vt qui-
cunq; idonei, & fideles in testimonium assuman-
tur, ac nullus testimonium dicat, nisi ieiunus.
89 Idoneus dicitur testis, ex quo per aliquam
exceptionem non repellitur. vt *gloss.* ibidẽ
verbo *idonei.* commentum agit. Multæ ve-
rò sunt exceptiones, quibus Pizzilli testes
repelluntur, quæ ex ipsis actis apparent, &
nos notauimus ex aliqua parte. Nàm non
omnes deducere potuimus, nè in longum
hæc crescat consultatio. non ergo idonei.
90 Quanta verò fides sit testibus adhibenda,
id Iudicis remittitur arbitrio. ex Diuo Ha-
driano, quem refert Callistratus lib. 4. de
cognitionibus in *l. testium 3. §. ideòque eod.*
ff. de testibus. dicente: *Tu magis scire potes,*
quanta fides adhibenda sit testibus: qui & cu-
ius dignitatis, & cuius æstimationis, & qui sim-
pliciter visi sunt dicere: Vtrum vnũ, eundemq;
& præmeditatum sermonem attulerint: an ad
ea, quæ interrogaueris, ex tempore verisimilia
91 *responderint.* ex tempore, hoc est repentè.
secundùm Budæum. ex *glossella marginali*
ibidem.

Testes verò examinati pro Pizzillo nu-
mero decem, inter quos duo sunt laici, de-
ponunt verò de professione, & filiatione.
92 Quid enim laici de fratribus sciunt? ad
Alexandri III. dictum ad Salernitanum
Archiepiscopum in *cap. de cætero 14* ibiquè
gloss. verbo *canonum. de testib.* & deducitur
plenè *2. quæst. 7. can. 2. & seqq.* vnus Bacca-
laureus Hyacintus de Laurentijs, qui præ-
terquàm, quòd ex se ipso suspectus red-
ditur ex fidibus conscriptis; falsitatis quo-
què coarguitur, vt in superioribus deduxi-
mus. & prætereà cùm ipse dicat, se fuisse
præsentem, quando Pizzillus professionem
emisit. super 4. fol. 57. & ipse Pizzillus in
suo vltimo constituto dicit: *prima di fare*
la professione, mi parlò dentro la sacristia. su-
per 11. fol. 67. à terg. & de hoc nihil dictus
de Laurentijs. Est tamen testis, qui depo-
nit, quòd dictus de Laurentijs, & alij de
Prouincia non fuerunt præsentes. *Fr. Hie-*
ronymus de Eaxra fol. 26. à ter. vndè multò
magis falsitatis redarguũtur. nõ itaq; sunt
integri testes, quibus fides haberi debeat.

Tota verò hæc disceptatio ex professio-
nis scriptura pendet, in librum relata Mo-
nasterij, à quo extracta, atquè dilacerata
93 fuit ab ijs (procul sit omne dubium) qui
lædi ex ea poterant. vt commodum hoc
perceperent. ex Vlpiano lib. 68. ad Edictũ
in *l. prætor ait 2. §. idem Labeo scribit, si quis*
in suo. ff. ne quid in loco publico, vel itinere fiat.
illis verbis: *Eum enim videri factum habere,*
qui vsum eius aquæ habet. vbi sanè *gloss.* ver-
bo *eum enim.* id est tantùm exponit. ibiq;
notat *Alberic.* & ponderationem admittit
Rota apud sanct. memor. *Gregorium XV. de-*
cis. 278. nu. 8. ibiq; *Beltramin.* addens *nu. 13.*
Rota par. 1. diuers. decis. 396. num. 2. & par. 1.
in recentior. decis. 529. nu. 1. & nu. 5. & apud
94 *Card. Seraphin. decis. 1075. num. 2.* in materia
quoq; pœnali. *Rota d. decis. 529. nu. 4. par. 1.*
in recentior. Paris. de resignat. lib. 9. quæst. 24.
nu. 131. & lib. 10. q. 8. nu. 52. & 55. Cùm illa
itaq; haberi nõ possit, vt veritas elucescat;
95 quando cætera essent paria, contra Pizzil-
lum decernendum vtiquè esset. nè sua ex
fraude, & dolo commodum percipiat, eiq;
96 patrocinium ferat. *neuè ex dolo suo lucre-*
tur, vti Paulus lib. 11. ad Edictũ loquitur in
l. ne ex

l.ne ex dolo 13. *ff.de dolo.* nequè discedit Vlpianus lib. 2. responsorum in *l.* 1. *ff.de natalib.restituend.* ibiq; *gloss* verbo *natus est.* concinitq: satis ad rem nostrã Iustinianus Augustus in *l.si legatarius* 25. *C.de legatis.* de eo loquens, qui cœlauerat testamentum;
97 an possit legatum sibi relictum ex eo testamento vendicare? *Quod omnimodò inhibendum esse censemur;* (inquiens) *vt non accipiat fructum suæ calliditatis, qui voluit hæredem hæreditate sua defraudare: sed huiusmodi legatum illi quidèm auferatur. maneat autẽ quasi pro non scripto apud hæredem: vt qui alij nocendum esse æstimauit, ipse suam sentiat iacturam.* ità ad amussim ad rem nostram Iustinianus, pluraq; deduximus *respons.* nostra 82.*num* 17.*&* 18.*par.*4.

Contra Pizzillum ergo decernendum erit, nè sua ex fraude lucretur. Absoluendum proindè Monasterium erit S. Mariæ de Scala Ciuitatis Ischiæ, nè Baccalaureus Frater Hyacintus Pizzillus filius sit dicti Monasterij Sãctæ Mariæ de Scala, sed filius Sanctæ Mariæ Constantinopolis Petræ Albæ Cõgregationis Carbonariæ, sicuti professionis ipso tempore declaratus fuit.

Et ità ex his sũ voti, atq; consulo, rectiùs sentientis consilio semper præhabito.

Ego Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

Reuerendissimus Pater Generalis Magister Philippus Vicecomes Mediolanen auditis Iuribus ambarum partium, visisq; omnibus in actis deductis, atquè his, quæ Nos in his deduximus scriptis; Dictum Conuentum Sanctæ Mariæ de Scala à prætensa filiatione Pezzilli absoluendum decreuit. cumq; Congregationis filium, potissimùm verò Sanctæ Mariæ Constantinopolis Petræ Albæ declarauit, cõfirmauitq;.

SVMMARIVM.

1 *Transeunt vniuersa, quæ in Mundo sunt, & nihil sub Sole permanet.*
*Nàm vanitas sunt omnia, quæ in Mundo sunt. num.*2.
*Et nihil est toto, quod præstet in Orbe. nu.*3.
Sed cuncta fluunt.
Et noua sunt semper.
*Relinquenda proindè priùs essent omnia, quàm nos ipsa relinquerent. num.*4.
5 *Locus Pauli ad Romanos* 8.17. Si autem filij, & hæredes, &c. *perpenditur.*
6 *Filius, ergo hæres. namq; conuertuntur hi termini, est filius, ergo hæres.*
Non hæres, ergo, nec filius.
7 *Feudorum refutatiò successuro idm filio facta, perindè habetur, ac si per mortem illa obtinuisset. & num.*37.
Debetur proindè Fisco releuium.
*Declaratur tamen. num.*39. *& num.*49. *& num.*59.
Cùm enim per refutationem ab administratione cessarit, perindè habetur, ac si fuisset mortuus. num 10.
Tanquàm ex morte debetur Fisco releuium.
8 *Causa potiùs, quàm contractus titulus, inspicienda est.*
9 *Obligationis origo potiùs, quàm titulus actionis considerandus.*
12 *Mortuus æstimatur, qui remotus ab officio fuit.*
*Præsertim verò cum dedecore. num.*13.
13 *Iudex recusatus pro mortuo habetur.*
14 *Fendi refutatiò facta cum reseruatione disponendi de aliqua quãtitate, vel in vita, vel in morte, non tenet. & num.*52.
*Vel saltim pro medietate reseruationis releuium debetur. num.*15. *& num.*53.
*Et ità suenit Camera seruare. num.*73.
Verùm sententia hæc declaratur. num. 54. *& seqq.*
Præsertim, si reseruatio in pecunia fiat. num. 55. *& num.*74.
*Quia nimirùm pecunia illa feudum nõ est. num.*75.
*Neq; quid feudale, & ità decisum. nu.*76.
16 *Releuium debetur ab eo, qui ex successione per mortem feudum obtinet.*
*Et à releuando dicitur. num.*24.
*Non verò per eum debetur, qui ex contractu feudum obtinuit. num.*19. *& num.*51.
17 *Accidens sine subiecto, quo substentatur, esse non potest.*
*Accidens est, quod præter essentiam rei est. num.*21.
18 *Fundamentum vbi non est, superædificari non potest.*
19 *Qualitas, quæ accidens est, sine subiecto esse non potest.*
20 *Priuilegium sine subiecto esse non potest.*
Quia rei, quæ non est, non datur priuilegiũ.
22 *Res priùs in rerum natura esse debet, quàm aliquid eidem adueniat.*
23 *Feudi refutatio cum causa facta, tenet, ac firma est.*
*Præsertim iusta. num.*27. *& num.*54.
*Vel probabili. num.*69.
*Etiam si leuis fuerit. num.*70.
Nec præsumitur fraus.
*Præsertim expressa causa. num.*71.
*Nisi probetur fraus. num.*72.
25 *Releuium à consuetudine inuectum.*
Ab hærede soluitur.
*Et quadã extrinseca dicitur præstatio, à feudo per mortem inducta in successore, & hærede. & num.*50.
*Præter consuetudinem dilatandum non est; num.*26. *& num.*36.

Et ità decisum fuit in Regia Camera. nu. 37.
Fisco ad releuium non autè ius acquiritur, quàm feudatarius obierit, eiq; hares successerit. num. 28.
Interim verò actione caret. num. 33.
30 Factum quod est, neq; per Diuinam Potentiam fieri potest, vt factum non sit.
Quod dilucidatur.
Vt neq; pacto, neq; stipulatione fieri possit, vt quod factum est, nō sit factum. nu. 31.
Nequè tollere.
Quia factum infectum fieri non potest. num. 32.
34 Actione qui sine experitur, repellitur à iudicio, etiam, nemine opponente.
Quia nullus sine actione experitur. nu. 35.
40 Mortuus quis triplici dicitur modo.
41 Mors naturalis fit per dissolutionem animæ à corpore.
Hæc sola mors propriè dicitur. num. 42.
Qua verè intereunt homines.
Et de qua loquutus est Dominus Deus ad Adam.
Et quæ euitari non potest.
Nascentes morimur, finisq; ab origine pendet. num. 43.
Mors vltima linea rerum. num. 45.
Et omnibus obscuras inijcit illa manus. num. 62.
Et lex vniuersi est, quæ iubet nasci, & mori.
44 Capitis diminutio maior, & minor; mortes dicuntur.
Sed per extrinsecam denominationem.
Non verè.
46 Deportatus mortui loco habetur, & qui statum mutauit.
Verè mortuus non est.
Et propter spem postliminij potest reuerti.
Vt omninò pro mortuo non reputetur.
47 Ecclesia viduata dicitur, quæ Episcopum inutilem habet.
Quia pro mortuo habetur.
Quoad exercitium videlicet.
48 Mortuum esse, & pro mortuo reputari, differunt.
56 Permissum videtur, quod prohibitum nō inuenitur.
Nàm eo ipso est aliquid licitum, quod prohibitum non inuenitur.
Indè permissum.
57 Iurare quàmuis prohibitum sit, non tamen legimus prohibitum, nè iurationem accipiamus.
58 Permissa omnia censentur, quæ per legem prohibita non inueniuntur.
59 Feudi alienatio licitè fieri potest in proximè successurum.
Quàmuis cū reseruatione vsusfructus refutatio fieret. num. 60. & num. 64.
Si præsertim ex causa fiat necessaria. nu. 63.
61 Refutatio non est aliud, quàm præuentio successionis.
Siuè acceleratio quædam?
Vel successionis anticipatio.
65 Marcellus Marcianus Causarum Patronus, et à Regis Consilijs celebratur.
66 Fiscum qui contra iudicas in re dubia, nō vtiquè delinquit. ex Modestino Iurisconsulto.
67 Philippus II. Rex gloriosæ memoriæ, contra Fiscum in dubijs responderi præcepit.
Ac contra se ipsum.
Ità quoq; Innocentius IX. num 68.
68 Innocentius IX. Papa, contra Camerā in dubijs dici sententiam mandauit.
70 Fraus non præsumitur.
Præsertim si causa exprimatur, propter quā quid factum est. num. 71.
Nisi fraus probetur. num. 72.
75 Pecunia reseruata disponendi in refutatione feudi facta, feudum non est.
Nequè quid feudale.

ARGVMENTVM.

Feudorum refutatio successuro iàm filio facta, an ità habeatur, vt per mortem filius successisse videatur, atq; ad Releuij solutionem teneatur? Mortuum esse, & pro mortuo reputari differunt. Mortuum esse, de morte exauditur naturali, quæ verè mors est; nàm aliæ mortes dicuntur per denominationem extrinsecam. Quid si feudi refutatio cum reseruatione fiat, de aliqua summa disponēdi? Releuium quid sit? & ex consuetudine soluitur. non itaq; vltrà consuetudinē dimanandum. Accidens sine subiecto esse non potest, quo substentetur. Feudi refutatio cum causa facta tenet, etiam in proximè successurum. & quæ causa sufficiat, ad excludendum potissimùm fraudis suspitionē? Permissum censetur, quod prohibitum

bitum

bitum non inuenitur. Pecunia in refutatione feudi reseruata, feudum non dicitur, neque quid feudale. Factũ quod est, vt factũ non sit fieri, neq; per Diuinam potest Potentiã. Quia repugnat in adiecto.

RESPONSIO LXXIX.

1 TRanseunt vniuersa,& nihil sub Sole
permanet. *Nàm omnia tempus habent.& suis spatijs transeunt vniuersa sub Sole. Tempus nascendi, tempus moriendi. Tempus acquirendi, & tempus perdendi.*
Ità per plura Rex ille sapientissimus enumerat Salomon. cùm rerum omnium, quæ
in Mundo sunt, vanitatem contemplatus
2 fuisset. (Ecclesiastes 1. 11. & 3. 1.) *Vanitas*
(inquiens) *vanitatũ,& omnia vanitas. Quid*
habet ampliùs homo de vniuerso labore suo,
3 *quo laborat sub Sole?* ibidem 1.1. transeunt
enim omnia. & vt Ouidius 15. metamorphosios dixit:

Nihil est toto, quod perstet in Orbe.
Cuncta fluũt,omnisq; vagans formatur imago;
Ipsa quoq; assiduò labuntur tempora motu,
Non secus,ac flumen.neq; enim cõsistere flumẽ,
Nec leuis hora potest; sed vt vnda impellitur
vnda,
Vrgeturq; eadem veniens, vrgetq; priorem:
Tẽpora sic fugiunt pariter, pariterq; sequuntur,
Et noua sunt sẽper: Nàm q fuit ante relictũ est,
Fitq; q haud fuerat, momẽtaq; cũcta nouãtur.

4 Relinquenda proindè priùs essent omnia,
quàm nos ipsa relinquerent. Sed relinquẽda tandèm. hoc igitur attendendũ, vt benè relinquamus.

Cùm improuisa lethi
Vis rapuit, rapietq; gentes.

vti Horatius lib. 2. Carminum dixit.

Voluerat sanè sibi retinere, quæ acquisierat Dominus Iacobus Salutius Patritius Ianuensis. Vndè Terram Coriliani, & alia feuda in Prouincia Calabriæ Citra, annis præteritis pro tercentis millibus viginti duobus quingentum sexaginta, ex Statu Bisiniani à Sacra Regia Maiestate Catholica nostro Rege emit. Ea tamen in faciem stare Doctoris Leonis Parisij voluit; donec post præteritas Regni huius calamitates ob reuolutiones populares; anno 1648. ab eadem Sacra Maiestate Catholica Augustinus Salutius Iacobi filius in remunerationem prestitorum seruitiorum titulum Ducatus obtinuit super Terra prędicta Coriliani. Oportebat proindè, Terram præfatã eius in faciem describi. Quam ob causam Iacobus, (vt feudum permaneret antiquũ) in solutum pro eodem pretio tercentorum mille viginti duorum quingentũ sexaginta sibi feuda prædicta à Leone Parisio retrocedi curauit. Retrocessione facta; eadẽ feuda Iacobus in Augustinum filium vnicum,& primogenitum retrocessit; refutauitq;, reseruato tamen sibi iure de centũ quinquaginta millibus super eisdem feudis disponendi, siuè in vita, siuè in morte. Retrocessione obtenta Augustinus, in sui personam ea intestari voluit 12. Februarij 1650. & in libros referri Regiæ Cameræ sub titulo Ducis Coriliani. Descriptioni annuit Fiscus, sed protestatione pręmissa; *Vidit Fiscus, citrà præiudicium omnium iuriũ pro consequutione releuij, sequuta morte refutantis.* Vt sunt res omnes mutabiles, & trãseunt vniuersa sub Sole; mense Maij anni currentis 1650. Iacobus, nulla facta alia dispositione pro centũ quinquaginta millibus sibi reseruatis, ex humanis abscessit. Eidem ab intestato Augustinus filius successit Dux Coriliani quoad burgensatica. Hanc ob causam in difficultatem ei vertitur. Teneatur, nec ne releuium ipse soluere, quod Fiscus deberi sibi mortuo Iacobo reseruauit? Vel verò liber euasit, quòd per refutationem feudum obtinuerit, non per mortem? Et quidèm deberi releuiũ, quasi per mortem feudum obtinuerit, Fiscus obnititur. Vel saltim pro reseruatione, quam sibi disponendi fecit Iacobus de centum quinquaginta millibus, siuè per actus inter viuos, siuè in vltima voluntate. Cùm refutatio nulla fuerit, vndè ex successione feuda in Augustinum obuenere. Adstruit prętentionẽ suam Fiscus: Quòd, siuè donasset in vita, siuè nõ donasset, erat Augustinus vti filius,& primogenitus, (quin nõ vnige-
5 nitus) successurus. ex regula Diui Pauli ad
Romanos 8.17. *Si autem filij,& hęredes: hæredes quidèm Dei, cohæredes autem Christi.* Vt
6 is planè sit hæres, qui filius est. Ambrosium
damus testem in *can. dicat aliquis* 9. 32. q. 4.
sic loquentem: *Audi quid dicat scriptura ad Abraham:* (Genesis 21.& ad Galatas 4. Paulus) *Ejce ancillam, & filium eius, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ.) Si igitur ancillæ filius; hæres non est. ergo nec filius est.* & paulò post, rationem reddit: *Nec enim habere potest hæreditatis consortium, qui non habet originis priuilegium.* ità Ambro-
7 sius. Is ergo hæres, qui filius. Successuro
igitur Augustino donauit viuẽs adhùc Iacobus. perindè ergo Augustinus quòad feuda habetur donata, ac si post suprema Iacobi patris funera successisset. debetur
8 propterea Fisco releuium. Causa proindè
potiùs inspiciẽda erit, quàm titulus cõtractus, vel nanciscendi modus. Hermogenia-

num excipe Iurisconsultum, insignissimũ illum lib. 6. Iuris Epitomes in *l. qui id, quod ex causa donationis 34. in princ. ff. de donat.* ad rem aptè satis inserẽtem: *Causã enim, et originem constitutæ pecuniæ, nõ indicij potestatem praualere placuit*. neq; aliter respondisse videntur Seuerus, & Antoninus Imperatores in *l. si filiusfamilias aliquid 3. C. ad Senatusconsult. Macedon.* in fin. dũm dicti rationẽ
9 reddunt: *Origo enim potiùs obligationis (inquientes) quàm titulus actionis considerandus*
10 *est*. Tùm quòd, cùm à feudis, quæ Augustino filio donauit, titulo imposito Ducis Coriliani, à Sacra Maiestate Catholica eidem indulto, (*Duca di Corigliano*) ab ijs abdicauerit Iacobus; ab illis vtiquè, earumq; cessauit administratione. perindè ergo habetur, ac si fuisset mortuus. Propter mortẽ igitur, & si ciuilem Iacobi, ad feuda venit
11 Augustinus. Tanquàm ex morte itaq; debetur Fisco releuium. ex Gratiano, Valentiniano, & Theodosio Augustis in *l. præcipua est 1. in fin. C. de primicerio, & secundicerio, & notarijs lib. 12.* illis verbis: *Et numerariorum corpus, extincto iniuriæ actore minuendum*. Gloss. ibidẽ verbo *corpus*. perpendens;
12 *extinctum dici eum, qui amotus ab officio fuit*. ibidemq; *glossella* marginalis, cuius verba hìc subijcere operepretium me facturum putaui; ait quippè: *Notat hic Ioannes de Platea, quòd dicitur ille extinctus, & mortuus, qui ab aliqua dignitate, vel officio eum dedeco-*
13 *re remotus est. & est argumentum secundùm Andreã, quòd Iudex recusatus loco mortui habetur*. ità Glossella. Non mirùm ergo si mortui loco habeatur Iacobus, qui filio, successuro iàm feuda refutauit: vt releuiũ (tanquàm ex morte feuda obtinuerit) soluere teneatur. Neq; ex nobis hæc est philosophatio, vt cum Fisco gratiã ineamus; sed ab Iserniа nos mutuati fuimus. *In tit. per quos fiat inuestitura, & per quos recipitur. § sed & plures. num. 7. in vsib. feudor.* sequitur; *Reg. Francisc. de Ponte de potest. Proreg. tit. 8. de refutat. feudor. § 4. num. 3. & 4. Io. Andr. Georg. in repet. feud. cap. 43. num. 8. Fab. Anna cons. 39. nu. 13. & seqq ad 19. lib. 1. Fab. Capyc. Galeota controu. iur. lib. 1. controu. 44. num. 8. & seqq.*

14 Præterea cùm reseruauerit sibi Iacobus facultatem de centum quinquaginta millibus, siuè in vita, siuè in morte disponendi, vel super illis centum quinquaginta millibus *imponere onus, vel illos subiectare ad perpetuum fideicommissum, prout dictus Dominus Iacobus voluerit, sibiq; videbitur, & placebit ad libitum voluntatis. dictusq; Dominus Augustinus teneatur dictos ducatos centum quinquaginta mille, vt suprà reseruatos, & disponendos per dictum Iacobum, soluere seruata forma dictæ dispositionis faciendæ, &c.* vel refutatio non tenuit; iuxtà consilium prædi-

ctum *Fabij Annæ 39. num. 1. & seqq. & consil. 41. per totum. Vincent. de Franch. decis. 120.*
15 *per totam*. vel saltim ex medietate pro reseruatione facta releuium debebitur. vt refert *Marin. Freccia de subfeud. lib. 2. author. 3. num. 17. vers. ex prædictis etiam deciditur. fol. 186 col. 2. Io. Bapt. Thor. in comp. decis. tom. 2.* verbo *releuium duplicatum Fisco*. Quàmuis in totum releuium debeatur. Quia nimitùm si nulla fuit refutatio; Augustinus ex successione feudũ obtinuit, consequen-
16 terq; releuium soluere debebit. quod sanè ab eo debetur, qui ex successione feudum obtinet. *Franch. d. decis. 120. num. 4. De Ponte de potest. Proreg. d. tit. 8. de refutat. feud. d. § 4. num. 1. & seqq.*

Verùm maiori, quàm Fiscus, Augustinus vi obnititur: Feuda obtinuisse ipsum ex refutatione Iacobi patris ex causa satis euidenti, vt titulum, quod a Sacra Catholica Maiestate obtinuerat Ducis Coriolani, super ipsa Coriolani Terra fũdaret. Est quippè titulus ille accidens quodam, quod fine
17 subiecto esse nõ potest. Veluti ex Philosophis: Accidens sine subiecto, quo substẽtatur, veluti fundamẽto, esse non potest. Albũ est accidens; quã ob causã ex se esse nõ potest. subiecto proindè indiget, quo sublentatur, muto. ex Gregorio in *cap. cùm Paulus 26. 1. q. 1.* rationẽ reddit Innocẽtius III. Ferrarien Episcopo scribens in *cap. veniẽs ad Apostolicam Sedem 3. de presbytero nõ baptizato ministrante*. dicensq;: *Quoniam vbi*
18 *fundamentum non est, superædificari non po-*
19 *test*. nec qualitas esse potest, quæ accidẽs est, sine subiecto. ex Vrbano III. in *cap. ad audientiam nostram 5. in fin. de Eccles. ædific.* dicẽnte illo: *Licèt autẽ nobis instantiùs supplicaueris, vt Ecclesiæ prædictæ confirmationis priuilegium faceremus, tibi nõ possumus de iure deferre, cùm nulli Canonici adhùc ibidẽ exi-*
20 *stant, quibus priuilegium concedatur*. Priuilegium accidens est. sine subiecto itaq; esse non potest. Quia rei, quæ non est, non datur priuilegium. ex *Gloss. ibidem verbo non possumus*. sequiturq; *Gloss. in can. quod verò 8.* verbo *si adhùc animam 32. quæst. 2.* notatq; *glossella* marginalis in *clẽment. fin. in glossa* verbo *si quam. de elect.* quæ ità infert rationem: *Nam rei, quæ non est, vel esse nescitur, priuilegium non conceditur. de Ecclesijs ædificandis. cap. ad audientiam. & de desponsat. impuber. ad dissoluendum. vbi de hoc vide, quod notat Ioan. Andr. suprà eodem si confirmationẽ lib. 6. Petr. de Anchar ano.* ità Glossella. Neq; aliter sensisse Paulus videtur lib. 5. ad Sabinum in *l. si seruum mihi 4. §. si modus agri. ff. de actionibus empti, ae venditi.* in ratione quam reddit: *Quia vbi modus minor inuenitur, non potest æstimari bonitas loci, qui non extat*. Bonitas, accidens est, in loco quasi in subiecto fundatur. loco igitur non exi-

stente,

fiente, neque accidens, bonitas videlicet,
dabitur. non ergo accidens sine subiecto
21 stabit. Accidens quippe est, quod præter
essentiã rei est. ex *S. Thom. par. 1. quæst. 54.*
22 *art. 3. in 2. argum.* Priùs itaq; in rerum na-
tura res esse debebit, vt aliquid eidem ad-
veniat. *Gloss. in cap. ad dissoluendum 13.* verbo
accusari. de desponsat. impub. Nauar. cons. 21.
num. 6. in fin. lib. 3. de empt. & vendit. Royas de
haret. par. 2. axiom. 8. num. 160. in fin. Barbosa
axiom. 5. nu. 1. diximus *resp.* nostra 8. *nu. 23.*
par. 4. Oportebat itaque, vt titulum, quem
obtinuerat super Terra Coriliani fuuda-
23 ret, nè sine subiecto accidens esset. Iure
proindè, nec sanè iniuria refutationẽ à Ia-
cobo patre obtinuit, & Terræ præfatæ Co-
riliani, & Casalium. ex contractu proindè
inter viuos feudum Augustinus obtinuit.
ex refutatione vtiq, sibi facta, non per vlti-
mam voluntatem. non ergo ad releuij so-
lutionem tenebitur.

24 Releuium quippe à releuando dicitur.
Vincent. de Franch. d. decis. 120. num. 16. & ex
25 consuetudine inuectum est, vt ab hærede
soluatur, atque quædam extrinseca dicitur
præstatio, à feudo per mortem inducta in
successore, & hærede. vti illud describit
Andr. Iseru. d. cap. 1. per quos fiat inuest. §. sed
& plures. num. 7. in fin. vers. veriùs videtur. &
num. 11. Francisc. de Ponte d. tit. 8. de potest.
Proreg. §. 4. num. 1. & 2. Vinc. de Franch. d. de-
cis. 120. num. 4.

26 Præter igitur inductam consuetudinem
releuium soluendi, dilatandum haud illud
erit. idem *Io. Franc. de Ponte cons. 30. nu 39.*
& seqq. lib. 1. Mastrill. decis. Sicil. 112. num. 1.
par. 2. Non itaque soluet illud Dominus
27 Augustinus, qui ex contractu inter viuos,
& ex causa satis iusta, atque omninò neces-
28 saria, feudi obtinuit refutationem. Neque
porrò Fisco antè ius acquiritur ad releuiũ,
quàm feudatarius obierit, eiusq; hæres, &
successor feudum per successionem obti-
nuerit, vti post *Andr. vbi sup. De Ponte d. §. 4.*
29 *nu. 5.* aduertit. Per successionem Augusti-
nus feudum haud obtinuit, sed per contra-
ctum inter viuos, per refutationem. non
itaq; nata est adhùc Fisci actio ad releuiũ
petendum, neq; oriri ampliùs poterit. Cùm
factum hoc refutationis, acquisitionisque,
per contractum, non verò per successionẽ,
infectum fieri minimè possit. Vt neque per
30 Diuinam Potentiam fieri valeat, vt quod
factum est, factum nõ sit. ex Hieronymo in
can. si Paulus 11. §. caue, caus. 32. quæst. 5.
dicente: *Audentèr loquar: Cùm omnia pos-*
sit Deus, suscitare non potest virginem post
ruinam. Quia Deus non potest facere, quin
fuerit corrupta: quia factũ non potest esse
non factum, & implicat contradictionem,
neque impotentiam denotat. *Gloss.* ibidẽ
verbo *suscitare.* commentum agit. nec ab-
nuit *Gloss. in can. Ecce ego dico 6.* qui eius-
dem est Hieronymi *§ sed oderunt hoc sacer-*
dotes. verbo *error. in fin. distinct. 95.* Neque
31 igitur pacto, neque stipulatione fieri pote-
rit, vt quod factũ est, non sit factum, illudq;
tollere. Ex Vlpiano lib. 42. ad Sabinum in
l. verum est 32. ibiq; *Gloss. & Decius ff. de re-*
gul. iur. deduxitq; Iustinianus Cæsar in *au-*
thent. de æqualitate dotis. collat. 7. §. 1. vers. quæ
igitur. confirmatq; Tryphonius lib. 4. dispu-
tationũ in *l. in bello postliminium est 12.*
§ facta autem causa. ff. de captiu. & postlimin.
reuers. ità planè ad rem inserens nostram:
32 *Facta autem causæ infecta nulla constitutio-*
ne fieri possunt. admittitq; doctissimus *Na-*
uarrus cons. 2. nu. 2. lib. 4. qui filij sint legitimi.
Barbosa axiom. 93. num. 34. deduximus *res-*
pons. nostra 28. *num. 25. & seqq. par 4.*

Haud igitur efficere poterit Fiscus, quod
protestatus fuerit: Quin Augustinus ex cõ-
tractu inter viuos per refutationem feudũ
33 habuerit, non ex successione. Caret proin-
dè actione releuium petendi, quod non
nisi per successionem hæres, atq; successor
soluit; quod ità consuetudo inuexit. *Isern.*
& De Ponte d. §. 4. nu. 1. & 2. & d. cons. 30. nu.
39. & 40. Vinc. de Franch d. decis. 120. num. 4.
34 Iure propterea nec sanè iniuria, nemine
quoq; opponente, repellendus: quia con-
tra ius petit consuetudinis. ex Vlpiano in
l. si pupilli tui negotia 6. §. videamus in perso-
na eius. in fin. ff. de negot. gest. qui de nego-
tiorum gestore verba faciẽs, quo pacto de
negotijs teneatur gestis, si nihil ipse gessit.
sic infert: *Quàmuis enim hoc ei imputari nõ*
possit, cur alios debitores non conuenerit: Quo-
niam conueniendi eos in iudicio facultatem nõ
habuerit, qui nullam actionem intendere pote-
35 *rit.* Quia nimirùm: nullus sine actione
experitur. vt *Gloss.* ibidẽ verbo *non habue-*
rit. subnectit. dixitq; apertissimis verbis
Iulianus lib 36. ad Edictum in *l. quoties tu-*
tor 10. §. item si temporali actione. ff. de admi-
nistrat. & peric. tutor. vel curat. ità verba fa-
ciens; *Aduersus alios enim experiri sine actio-*
ne non potuit, aduersus se potuit. sequiturq;
Proauus noster *Robertus Marauta cons. 146.*
num. 6 in fin. Viuius decis 41. num 2. vers. quo
verò ad similem possessionẽ. Rota apud sanct.
memor. *Gregorium XV. decis. 118. nu 5. & 6.*
& decis. 119. num. 6. Bart. & Alexand. in l. vbi
pactum. num. 7. C. de transact. Hypon Crauetta
cons. 191. num. 1. Rota in *Cornetata bonorum*
1589. coràm *Comitulo decis. 71. num. 1. post*
1. volum. consil. Farinac. Nullo itaque iure
experiri Fiscus aduersus Augustinum po-
terit, qui ex contractu inter viuos, ex iusta
donationis causa, feudum obtinet, non vt
hæres, & successor post mortem, vt releuiũ
exigat; cùm actione careat, neque sit cre-
36 ditor, neque esse possit. Et consuetudo sit,
vt releuium à successore, siuè hærede post

mortem

mortem soluatur. vti per quam optimè
De Ponte animaduertit *d.tit.8. de refut. feud.*
§.4. num.8. in fin. & d.consf.30. num.39.& 40.
lib.1. Mastrill.d.decis.112.nu.1.& seqq. Thor.
d.par.1.compend.decis. verbo *releuiū duplica-*
37 *tum Fisco.* qui ità in Regia Camera decisū
de anno 1626. fuisse refert. dixitq; plenissimè
Andreas d.§.sed & plures. num.7.in fin.
vers.verius videtur.& nu.8.& seqq. per quos
fiat inuestitura, nec reticuerat *Freccia de*
subfeud.lib.2.in 3.authorit.num.17.fol.186.

Nec obstaculū facit, quod in initio Fi-
38 scus obijciebat: Cùm refutationem Iacobus
Augustino filio fecerit primogenito,
quin nō magis vnigenito,atq; proindè successuro:
videri eum per mortem acquisisse,non
vtiq; per donationem. cùm ex tunc
mortuus, quòad feuda, visus Iacobus fuerit.
vti perpendimus,& argumentosè satis
Nos diximus *resp.* nostra *60.n.15.et seqq.p.4.*
39 Pro mortuo quippè Iacobus,quòad feuda,
quæ Augustino filio resignauit, refutauit,
donauitq; habitus fuit,ciuiliter, non
40 sanè naturaliter. Inter modos namq;,quibus
quis mortuus habeatur, tres agnoscit
Vlpianus lib.31. ad Edictum in *l.verum est*
64. §.societas. ff. pro socio. qui sic loquitur:
Intereunt autem homines quidem, maxima,aut
41 *media capitis diminutione, aut morte.* Morte.
naturali scilicet,dissolutione animæ,et corporis.
vt *Gloss.* ibidem verbo *morte*. commentum
42 agit. hęc sola,mors propriè dicitur; qua
verè intereunt homines. & de qua ad Adā
dixit Dominus Deus: (Genesis 2.17.) *In*
quocunq; die comederis ex eo (de ligno scilicet
scientiæ boni,ac mali,de quo præceperat
ei Deus,nè comederet ex eo.) *morte morieris.*
naturali videlicèt.vti Theuchites illa
2.Regum 14.14. ad Dauid Regē dixit: *Omnes
morimur, & quasi aqua dilabimur in terram,
quæ non reuertuntur.* morimur morte
scilicet naturali,de qua loquebatur.

Certè equidèm finis vitæ mortalibus adstat,
Nec deuitare lethum pote, quin obeamus.

vt Lucretius lib.5.cecinit. & ex Seneca

Labimur sæuo rapiente fato.

Hæc sanè mors est, qua morimur. &
43 *Nascentes morimur, finisq; ab origine pendet.*
ex Manilio lib.4.astrorum.
44 Aliæ verò species, maxima videlicèt, &
minima capitis diminutio,denominatiuè,
& per extrinsecam denominationem mortes
dicuntur,non verè,& propriè; quia per
illas status quidèm mutatur, & quasi mori
dicitur homo in illo statu, à quo mutatur.
§.1. Instit. de capitis diminutione. Non verè
moritur, neque ex præsenti vita in orchum
45 rapitur,descenditq; namq;

Mors vltima linea rerum est.

Horatius epist.1. dixit. nō ità qui ciuiliter
moritur,sed naturaliter.veluti deportatus,
mortui loco habetur. vt Paulus lib. 42. ad
Edictū in *l.si necem Dūi 4. §.si deportatus pa-*
46 *tronus fui.ff.de bon.libertor.* Mortui quidē loco
habetur qui deportatus est, statūq; mutauit;sed
verè mortuus nō est.nàm propter
spem postliminij, pōt reuerti. vt ibidē subnectit
Paulus. & lib.23. ad Edictū in *l. propter
spem postliminij 24. ff. famil. bercisc. &
gloss.* 1. ibidem. propter spem reuertendi,
quæ est de ipso,qui apud hostes est, vt omninò
pro mortuo non reputetur. Non est
ergo verè mortuus, qui pro mortuo habe-
47 tur,& tamen mortuus non est. Quemadmodum
Ecclesia,viduata dicitur,quæ Episcopum
inutilem habet, quasi mortuus ille
sit; quòad exercitium quidèm. iuxtà Innocentij
III. determinationem in *cap.inter
corporalia 2. §.sed neque illud, quod in canone*
48 *legitur. de translat. Episc.* verè tamen mortuus
non est. Non itaq; modica intercedit
distinctio inter eum, qui naturaliter mortuus,qui
verè mortuus est,& propriè;& eū,
qui denominatiuè dumtaxat mortuus habetur,
non verè mortuus est, denominatur
tamen extrinsecè mortuus,quia vel statum
mutauit,vel operari non potest, extrinseco
præpeditus impedimento. Et si ergo pro
49 mortuo quòad feudū is habeatur, qui feudo
renunciauit, illudq; filio donauit, in
eumq; transtulit: verè tamen mortuus nō
est. Et feudum filius per contractum obtinēt
donationis, nō verò per successionem.
50 Releuium autem,extrinseca quædam præstatio
est; & ab eo soluitur,qui feudum per
successionem obtinuit, non per contractū.
Quia ità consuetudo releuium soluendi
obtinuit. nō ergo soluet illud,qui per contractum,non
per successionem,habet; quia
51 nimirùm nō per mortem vacauit feudum,
sed per resignationem, refutationem, siuè
donationem. vt per quā optimè *Andr. d. §.
sed & si plures. nu.7. & seqq.* & pluribus deducit.
eumq; sequitur *De Ponte d.§.4. nu.1.
& seqq. Vinc. de Franch. d. decis.120. num.4.
et seqq.Thor.d.par.2.*verbo *releuiū duplicatū.*

Nec præterea obstabit, quod secūdo de-
52 duxit Fiscus per reseruationem,quam sibi
Iacobus fecit, vel in vita, vel in morte de
centum quinquaginta millibus disponendi
super feudo ipso,videri non verè donasse,
neque à se dominium abdicasse, consequenterq;
refutationem, siuè donationem
nullā fuisse. Ad feudum proindè Augustinum
ex successione per suprema Iacobi
funera deuenisse. teneri propterea, vt qui
ex successione ad feuda deueniat, ex consuetudine
quoq; recepta,releuium soluere.
53 vel,vt deteriùs,pro reseruata testandi, siuè
disponēdi facultate pro centum quinquaginta
millibus, de quibus nec disposuit;
pro medietate releuiū pendere. vt ex *Marino
Freccia de subfeud. authorit. 3.sub nu.17.*
in superioribus meminimus.

54 Cùm

54 Cùm quidèm, quòd refutatio, ſiuè feudi
donatio per Iacobum Auguſtino filio primogenito,
(vnigenito magis) ex naturę iure
ſucceſſuro, ex cauſa neceſſaria facta; ſimpliciter
de feudis fuit, nec quidquàm ſibi,
quòad feudorũ adminiſtrationẽ reſerua-
55 uit, neq; ſupereſſe voluit; reſeruauit autẽ
ſibi tantũmodò facultatẽ de centum quinquagita
millibus, ſiuè in vita, ſiuè in ſupremo
halitu, diſponendi, in pecunia, quã Auguſtinũ
(factis p donantẽ diſpoſitionibus)
ſoluere amauit, decreuitq;. Hoc verò per
iura feudorũ improbatũ minimè videtur
gentiũ in proximè ſucceſſuiũ donãdi. *c.1.
de alien.feud.pateru.* permiſsũ proindè. Por-
56 rò permiſſum videtur, quod prohibitum
non inuenitur. Eo ipſo nempè eſt aliquid
licitum, quod prohibitum non inuenitur.
ex Vrbano II. in *can. quod autẽ vxor 6. ſiuè
fin.30.quæſt.1.* illis verbis: *Nulla auctoritate
reperitur prohibitum.* permiſſum proindè. ſecundũ
Gloſſ. in can. quàmuis 15. qui eſt Auguſtini
22.quæſt.1. in verbis Auguſtini di-
57 centis: *Quàmuis dictum eſt, ne furemus,
nuſquàm me in ſcripturis ſanctis legiſſe memini,
ne ab aliquo iurationem accipiamus* vbi ſic
infert *gloſſ.1.* verbo accipiamus: *Eſt hic argumentum;
quòd eo ipſo eſt aliquid licitum,
quod non eſt prohibitum*. nec alitèr ſenſiſſe
videtur Benedictus Papa in *can. lex diuinæ
conſtitutionis 18. in fin. 27.quæſt.2.* & ipſe ſic
dicens: *Nàm cur prohibeatur, quod prohibendum
nunquàm ſancta ſcriptura declarat?* ſequiturquè
Gelaſius Papa in *can. legatur 2.
24.quæſt.2.* nec abhorruit Vlpianus lib.12.
ad Edictum in *l. nec non, & ſi quis ex cauſa
probabili 28. §. quod eis (inquit Prætor) ff. ex
quib.cauſ. maior.25. annis in integr.reſtituan.*
qui ſic loquitur: *Quæ clauſula non illud pollicetur,
reſtituturum eum, ſi leges permittant,
ſed ſi leges non prohibeant*. dilucidaturq; ex
Gloſſ. ibidem verbo *prohibeant*. circa finem.
& ipſa inferente. *Item nota hic, quòd omnia
58 ſunt permiſſa per legem, quę prohibita non inueniuntur.
vt hic, &c.* ſequiturq; *Nauar. conſil.15.num.1.in
fin.lib.5.de ſimonia.* probaturq;
ex Iuſtiniano Cæſare in *l. ſancimus 27. in
princ.C.de teſtament.* *Barboſ.axiom.178.nu.1.*
59 Et ſanè, quòd permiſſum videatur, in proximiorem
ſucceſſurum fieri alienationem
feudi; id euidẽtèr deducitur ex *d.c.1.* paulò
poſt principium. verbo *& ſi libellum. de
alienat.paterni feud.* dicente textu: *Et ſi libellum
vnus, alteri fecerit de feudo paterno, non
eſt libellus, ſed quaſi refutatio.* Libellum enim
dare, & in libellum datio eſt, quando conceditur
ad non modicum tempus, quia nimirùm
ei datur, qui aliàs erat ſucceſſurus
ſine hoc. Vndè propterea valet huiuſmodi
refutatio. ſecundùm *Andr. Iſernien* ibidem
§. & ſi libellum.num. 4. & 5. & plenè per *Fabium
Anna conſ.41.per totum.* qui tres refert
ſententias. & ipſe *num.10. & ſeqq.* cum *Camerario*
reſidet: poſſe vtiq; in proximè ſucceſſurum
fieri alienationem, ſiuè etiã feudi
refutationem, vel donationem, omnemquè
60 alium contractum: quàmuis cum reſeruatione
vſusfructus refutatio fieret. vt ibi per
eum. patetq; ex *Vinc. de Franch. deciſ. 663.
num.4.* meminitq; *Fab. Capyc. Galeota controuerſ.iuris
lib.1.controuerſ.44.num.11.* idemq;
Fabius Anna conſ.46.nu.8.& 9. Neq; porrò
61 aliud eſſe refutatio videtur, quàm pręuentio
ſucceſſionis, ſiuè acceleratio quædam,
vel ſucceſſionis anticipatio. vt idem ſequitur
Fabius Anna d.conſ.39. nu.13.14 & ſeqq.
dixeratq; antè *Loffred. conſ.3. nu.30. Fabius
Capycius Galeota controu. 44. num.8.* Dedit
proindè ei, antequàm caſus fieret mortis,
& præuenire, atq; pręoccupare voluit mor-
62 tem. cùm alioqui ex Ouidio 3. Amorum:

Omnibus obſcuras inficit illa manus.

& Claudian. 2. de raptu Proſerpinæ:

Lex vniuerſi eſt, quæ iubet naſci, & mori.

63 Præſertim verò ſi ex cauſa, illaq; rationabili,
vel etiam neceſſaria fieret; vtputà pro
dote. ſicuti in caſu deciſionis *de Franch. d.
deciſ.120.* Vel in caſu noſtro, vt filius effectũ
conſequeretur gratiæ ſibi à Sacra Maieſta-
64 te indultæ, tituli videlicèt Ducatus; quàmuis
donatio cũ reſeruatione fieret diſponẽdi.
vt in caſu hoc noſtro; & in ſimili in Duce
Magdaloni, qui feudum refutauerat cũ
reſeruatione diſponendi de centum millibus.
apud *De Ponte d.tit.8. de feudorum refutatione.
§.4.nu.16.& 17. de poteſt. Proreg.* pro
quo facto, pro Duce Magdaloni, ſcripſit
65 Magnus ille Cauſarum Patronus, poſteà
verò Regis à Conſilijs *Marcellus Marcianus
conſ.38.tom.1.* meminitq; *Thor. in compend.
deciſ.par.3.tom.3.* verbo *relevium duplicatum
an ſolui debeat*. & in ſimili in caſu Baronis
Rufrani cum reſeruatione ducatorum bis
centum in annos ſingulos ſuper fructibus
feudi; patrocinium ferente pro Barone
Ioanne Franciſco Vitaliano apud eundem
Thorum tom. 2. verbo *relevium duplicatum
Fiſco*, iudicatum fuiſſe patet, & contra Fiſcum.
dixitq; per quam optimè *Fabius Anna
conſ.46.per totũ.* quem ibi ſequitur *Thor.
d.* verbo *relevium duplicatum. tom.2.* & Modeſtinus
lib. ſingulari de præſcriptionibus
in *l. non puto 10. ff. de iure fiſci.* non ſine acri
66 iudicio acclamat, dicens: *Non puto delinquere
eum, qui in dubijs quęſtionibus contra Fiſcum
facilè reſponderit*, ſequiturq; *Andr. de
Iſern. per quos fiat inueſtitura, & per quos recipiatur
d.cap.5. § ſed & plures. num.10.* abſolutè
inferens: *In dubijs contra Fiſcum facilè
debet reſponderi*. Multòq; magis, ſineq
dubio, in claris, vti res hæc eſt, de qua controuerſia
agitatur.

67 Hanc ob cauſam laudibus concelebratur
Glorioſæ memoriæ Philippi II. noſtri

Regis

Regis Catholici factum, dictumq;. Præcepit namque ipse Regiæ Cameræ Præsidenti,& Cardinali Spinosæ Præsidenti Consilij Regalis: *Vt in rebus dubijs contra Fiscum sententiã proferrent,& contra se ipsum*. O dignam tanto Rege sententiam. Et Innocētius Papa IX. eandem sequutus parœmiã; mãdabat Ministris Cameræ Apostolicæ:*Vt in dubijs contra Camerã dicerent*. refertq; *Boterus* in apophegmatibus. verbo *Iustitia lib.1.tom 2.fol.mihi* 42. quæ ipse Italica lingua sub titulo *Detti memorabili*. prælo pressit.

68

69 Nec pili obstabit, quod de fraude obijcitur. Cùm causa nedùm probabilis, sed necessaria fuerit donandi, siuè refutandi, vt suum haberet effectum Gratia, quã Augustinus à Sacra Regia Maiestate Catholica exceperat,tituli Ducatus. Et quælibet, quãmuis aliàs leuis causa, sufficiens esse videtur,vt à fraudis suspitione quisquam purgetur.vti deducit *Marcellus Marcianus d.conf.38.num.8*.in dicta causa Ducis Magdaloni. dixeratq; Regens *de Ponte d. §. 4. de refutat.feud. tit.8.nu.5 6.& seqq.ad finem*.

70

71 Potissimùm verò, cùm huiusmodi causa in donatione expressa fuerit, atq; etiam probata, cũ feuda sub titulo Ducatus Coriolani in libros Regiæ Cameræ in Augustini caput descripta fuerint. Videritq; Fiscus,qui reseruauit iura sibi releuij soluendi in casu sequutæ mortis refutantis, qui casus nullo pacto attendi potest: Cùm Augustinus ad feuda deuenerit ex contractu refutationis,seù donationis inter viuos, ex causa necessaria, & non ex successione per mortem, vt in superioribus hucusque perpendimus.perpēditq; *Galeota d.contron.44. in principio facti*, *& infrd*. & dixerat anteà *Vinc.de Franch. d decis.663. num.4.5.& seqq.*

72 Probet verò Fiscus, si fraudem præsumit, vt idem aduertit *Marcian. d.conf.38.num.8. & seq.*

Nec demùm vim infert; deberi saltim pro medietate releuium ex reseruatione facta centum quinquaginta milliũ disponendi,cùm præsertim nõ disposuerit, illaq; Augustino remãserint.ex æquitate saltim, qua consueuere Domini Cameræ Præsidētes in compositionē declinare. vt *Marinus Freccia d.authori.3.num.17*. testatur, & in casu dicti Ducis Magdaloni decisum quoquè fuisse profert idem *Marcian.d.conf.38. in fin.* sequiturq; *Thor.d.par.3.tom.3*. verbo *releuium duplicatum an solui debeat*.

73

74 Quia nimirũ reseruauit sibi Dñus Iacobus facultatem disponēdi de centũ quinquaginta millibus in pecunia,quam,Augustinũ,in casu dispositionis factę,soluere voluit, illeq; se obligauit. Simpliciter igitur, & absolutè ad Augustinum feuda,vt feuda deuenerunt, ex illo tunc refutationis sibi factæ tempore, cum obligatione tamen soluendi in pecunia centum quinquaginta millia in casu dispositionis factę,nec aliter. Nihil proindè oneris in feudis sibi reseruauit Iacobus. In nihilo igitur Fisco tenetur Augustinus. Quia nimirùm centum illa quinquaginta mille feudũ non sunt: ex *Andrea Isernien in cap.1. quæ sint regal. §. & plaustrorum, & nauium.num* 58.quem sequitur *Loffred.d.conf 3.num.39.& Fabius Anna d.conf 46. num.10.& num. 17.& 29.* Nequè quid feudale in Augustinum ex suprema vitæ die Iacobi patris per successionem deuenit. Dumtaxat verò ab onere solutus fuit,atquè extor factus illa centũ quinquaginta mille soluendi in pecunia,si Iacobus vel in vita, vel in supremo vitæ halitu disposuisset. Satisq; ab hoc nostro factum dissidet Ducis Magdaloni, pro quo *Marcianus* scripsit *d.conf.38*. vt videre apud illum erit.

75

76 & pro nobis magis propendet decisio,quę in causa Baronis Rofrani emanauit, apud *Thorum d.tom.2* verbo *releuium duplicatum*. & pro nobis quoquè stat *De Ponte de potest. Proreg.d tit.8.§.4.num.12.& seqq.ad finem.& Fabius Anna d.conf.46.num.29.& seqq ac per totum*. Iure igitur, nec sanè iniutia absoluendus Augustinus erit;ibitq; Fiscus amarè foras,quòd releuium non debeatur.

Atquè ità ex his, quæ quàm lubentissimè Aristarchi subijcimus limæ, respōdendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D. Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Humanam vitam aleæ ludo similem esse dicebat Socrates.*

Hoc si intelligerent homines, ità socorditer non viuerent. num.2.

Facilè quippè accidere potest, vt qui se diù victurum putat, subitò intereat.

Sicuti iuueni accidisse fert Lucianus, qui cũ senis hæreditatem captare speraret, ipse subitò interijt. num.3.

Timendum proindè. num.6.

Alciati profertur emblema. num.5.

4 *Fortunæ euentus incerti.*

7 *Bonis qui se putat, diù fruiturum,humanis decipitur.*

Sicuti cuidam respondit Deus.

8 *Locus Lucæ 12.19.* Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos,&c. *perpenditur.*

9 Constitutio Regni In aliquibus. *expēditur. Cõformis est Iustiniani dispositioni in* l.maximum vitium 4. C. de liberis præteritis.

Id ta-

Id tamen addit, vt si masculi fœminas in successione parentũ præcedere voluerint, dotent illas de paragio.

Quod indistinctè exauditur, siuè in paternis, siuè maternis bonis. num. 10.

Etiam si filia in humanis agente patre dotata fuerit. num. 12.

Cui Constitutioni Consuetudo Barensis non aduersatur. num. 15.

11 *Parentum nomine, pater includitur, & mater, ex quibus nascimur.*

13 *Paragium quod filiæ datur cùm nubit, legitimæ loco sufficitur, iure naturæ debitæ.*

14 *Filia de paragio dotata, in testamento à patre præterita, de nullitate dicere non valet.*

16 *Creditor experitur frustrà, si debitoris in bonis nihil superfit.*

17 *Inanis est actio, quã inopia debitoris excludit.*

18 *Pauper, qui nihil habet in bonis, in obsessa quoquè via securus est.*

Nàm is, qui nihil habet, eius periculo nihil est. num. 19.

20 *Filia dotata dotem conferre debet, si successionem ambit patris.*

Præsertim verò, si alij filij sine legitima remaneant.

Quòd supersit illis inofficiosi querela.

21 *Villicus qui diffamatus fuerat apud Dominũ, quòd dissipasset bona illius, ad reddendam rationem euocatus fuit.*

Redde rationem villicationis tuæ.

22 *Tutoris incũbit officio, rationes actus sui conficere, & pupillo reddere.*

Cæteròquin tutelæ iudicio tenetur.

23 *Impuberes in tutela esse, naturali iuri conueniens est.*

Vt qui perfectæ ætatis non est, alterius tutela regatur.

24 *Cessionarius in locum sufficitur cedentis, eiusq; iure vtitur.*

Eiusq; persona fungitur.

Eiquè succedit in iure quoq; executiuo. n. 25.

Etiam in obligatione Camerali. num. 26.

Nàm cessionarius propriè, verèq; dicitur creditor. num. 27.

28 *Desipit qui malè sapit.*

29 *Leges qui legis, secundum quod lege scriptum est, respondere debet.*

30 *Locus Lucæ* 10. 25. In lege quid scriptum est, quomodò legis?

31 *Aethiops Candacis Reginæ Aethiopũ Eunuchus à Sancto Philippo baptizatus, & ad fidem instructus.*

32 *Locus Matthæi* 20. 14. Amice non facio tibi iniuriam: tolle quod tuũ est, & vade *perpenditur ad rem.*

33 *Actione q carет, iurè nè iudicio agat, repellitur.*

34 *Vulturi assimilatur, qui alienas captat hæreditates.*

Vndè prouerbio factus est locus.

Vultur est, cadauer expectat.

35 *Testamentũ ex causa præteritionis, vel exhæredationis quòad institutiones infirmatur, cætera firma remanent.*

36 Authent. ex causa. C. de liber. præter. *an locum sibi faciat in testamento Clerici? Differitur.*

Negatiua tuetur: Quia lex secularis Ecclesiasticas personas non ligat. plures referuntur. num. 42. & num. 46.

Neq; illæ sub Principis secularis iurisdictione viuunt. num. 38.

37 *Leges indè dictæ, quod sua vi, suoq; ligamine subiectos ligant.*

39 *Laicis, etiam Religiosis, super Ecclesijs, ecclesiasticisq; personis nulla est attributa facultas decernendi, neq; legis condendæ.*

40 *Clerici, & si de bonis Ecclesiæ, atquè Ecclesiæ intuitu acquisitis testari non possunt.*

De bonis tamen proprijs liberè testamenta dicere possunt, atq; disponere.

Non possunt tamen parentes legitima priuare iure naturæ debita. num. 44.

41 *Clerici nomine etiam Sacerdotes comprehenduntur in fauorabilibus.*

43 *Testamentum Clerici non subiacet querelæ.*

Sicuti nec testamentum militis armata militiæ.

45 *Parentes præteriti à filio Clerico, possunt legitimam petere, vel eius supplementum, ex dispositione* cap. 1. de testam. in 6.

Testamentum tamen dicere nullum non poterunt. num. 46.

47 *Legitimam petendi ius personale est.*

Eisq; adhæret, quibus competit.

Vel habentibus causam ab eis.

ARGVMENTVM.

Constitutio Regni In aliquibus, pluribus perpenditur, siuè viuentibus parentibus filia dotata, nuptuiq; tradita fuerit, siuè illis ex humanis abreptis à fratribus de paragio dotetur. Paragium verò loco sufficitur legitimæ portionis, iure naturæ debitæ. Ità quidèm, vt dotata à patre præterita, de nullitate dicere testamenti minimè valeat. Tutor tutelæ iudicio rationes reddere tenetur. Cessionarius iure vtitur cedẽtis, eiusq; personam repræsen-

tat, & verè creditor habetur. Actione, qui caret, iurè, nè iudició agat, repellitur. *Auth. ex causa. C. de liber. preter.* nùm locum habeat in testamento Clerici?. latè discutitur. Et nùm Clericus de bonis, quibus testari potest, legitimã parentibus relinquere debeat?. Et quid si illos præterierit, nùm nullum testamentum parentes dicere poterint. ex *d. Authent. ex causa*? Legitimam petendi ius personale est.

RESPONSIO LXXX.

1 ALeæ ludo similem esse humanam
vitam (dicebat Socrates.) Quid-
quid enim euenit, veluti quandam
tesseram deponere oportet. Nequè porrò
denuò iacere licet, nequè tesseram aliter
ponere. Nec inconcinnè Comicus Terentius in Adelphis.

Sic in vita est hominum, quasi cũ ludas tesseris:
Si illud, quod est maximè opus, iactu non cadit,
Illud, quod cecidit forte, id arte vt corrigas.

2 Id sanè si intelligerent homines, non ità
fortassè viuerent socordiret. cùm tesseræ
quasi iactu accidere possit, vt qui se diù vi-
3 cturum putabat, subitò intereat. Quid nõ
dissimile refert *Lucianus in dialogo mortuorum*, cùm Iuuenem quendã introducit, qui
cuiusdã senis hæreditatem captabat; multa
propterea iactabundus temerè dilapidans,
spectans subitam decrepiti mortem. Accidit autẽ, vt ipsemet tegula tecti tactus, atq;
interemptus fuerit, & Senem apud Acherontem præuenerit. Conquerenti autem
illi, quòd tàm citò vita interceptus è mundo abijsset, responsum datum: *Quare stul-
4 tus alienæ hæreditati insidiatus fuisset, ignorans
fortunæ incertos, & ludricos euentus?* & fortassè ludit quisquè; quis ad Stygias prior
descendat aquas, Senex, an Iuuenis? Quemadmodum perbellè satis iocando Alciatus
5 quandoq; *emblemate* 130. dixit:

Ludebant parili tres olim ætate puellæ
Sortibus, ad Stygias, quæ prior iret aquas?
At cui iactato malè cesserat alea tale,
Ridebat sortis cæca puella suæ.
Cùm subitò illi caput labente est mortua tecto.
Soluit, & audacis debita fata ioci.
Rebus in aduersis mala sors non fallitur: ast in
Faustis, nec precibus, nec locus est manui.

6 Et quidèm accidere potest, vt qui ludit, se
diù victurum, intereat repentè. vti Ouidius
4. de Ponte admonuit:

Tu quoq; fac timeas: & quæ tibi læta videntur,
Dùm loqueris, fieri tria posse puta.

Sic rectiùs faceret, cuius nunc fabella narratur; & in hæreditatẽ inhiat Auunculi Sacerdotis, quòd existimet illum se priorem
diù in Acherontem descensurum. victurũ
7 verò se multum, bonisq; fruiturum. sed audiat quid preter dicta, non quiuis hominũ,
sed Deus responderit cuidã, (*Lucæ* 12. 19.)
8 qui dicebat animæ suæ: *Anima habes multa
bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe. epulare. Dixit autẽ illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetẽt à te, quæ autem parasti, cuius erunt?* Non enim ex voto, quæ cogitamus eueniunt. Dominica propterea à Nicto Terræ Frigiani Baren Diœcesis, persuadente id sibi eius nato, qui nouissimè ad doctoratus lauream peruenit; cùm dotata fuerit à Notario Vito Nicto eius patre, tàm de paternis, quàm maternis bonis, & dotem possederit, filiosq; ex inito susceperit matrimonio, interq; eos dictum nouum Doctorem. Vita iàm functis dicto Vito Nicto, & Isabella Trauaglio eius parentibus, vno superstite D. Simeone Nicto, & si priùs matrimonio iugato; ex quo filios habuit, nũc verò, ex humanis eius vxore sublata, Sacerdote, in hanc deuenit cogitationem, ex quo, cùm matrimonio data fuit, non renunciauit, ad medietatem bonorum paternorũ, maternorumq; ad successionem admitti. Quinimò, quòd persuadeat sibi nouus hic Doctor, testamenta, supremasq; suorum bonorum voluntates quondam R. D. Francisci Nicti, & D. Iacobi Nicti fratrum dicti D. Simeonis, filiorũ communium dicti Notarij Viti, firmitate excidisse, quòd D. Franciscus superstiti parenti legitimam non reliquerit; & D. Iacobus, licet, quo tempore supremas rogauit tabulas, in humanis ageret Notarius Vitus, vndè legitimam ei reliquit; cùm tunc tamen non obijsset. sublato verò Vito parente, nec alijs rogatis supremis elogijs, vitæ finẽ fecerit, superstite Isabella matre, neq; eidem legitima relicta, sed D. Simeone germano hærede scripto; posse dictam eius matrem Dominicam ad fratrum successionem cum D. Simeone superstite fratre vnà admitti. Quàmuis verò deliramenta hæc ipsa videantur, vt à primis ad posteriora non modicus sit delirandi excessus, petit nihilominùs D. Simeon ex iuris edoceri regulis, sint nè iura Dominicæ firma, vel verò inania? Inania prorsùs, quæ proponuntur esse, respondendum censemus.

9 Equidèm

9 Equidèm Regni Constitutio *In aliqui-*
bus. titulo *de successionibus filiorum Comitũ,*
& Baronum; quàmuis prauam, quæ inole-
uerat, Consuetudinem, fœminas à succes-
sione parentum excludentem, detestetur,
sequè conformem reddat Iustiniani Cæsa-
saris dispositioni in *l. maximum vitium 4.*
C. de liber. prater. Parentum tamen votis se-
cundans, quæ absq; discretione sexus, tàm
masculis, quàm fœminis successionem de-
ferunt: id addendum putauit, per vniuer-
sas, & singulas Regni partes valiturum; vt si
filij masculi parentibus superstites, fœmi-
nas exclusas voluerint; *pro modo facultatũ,*
& filiorum superstitum numero secundùm pa-
ragium debeant maritare. dotent videlicèt
10 illas de paragio. Quod sanè indistinctè
exauditur, siuè in bonis patris, siuè quoq;
matris præcedentiam in successione ma-
sculi voluerint. ex illis Constitutionis ver-
bis: *ad parentum successionem absquè sexus*
11 *discretione vocari*. Parentum verò nomi-
ne, pater includitur, & mater. hi nempè
parentes nostri sunt, ex quibus nascimur.
ex Vlpiano lib. 2. de officio Consulum in
l. si quis à liberis 5. ff. de liber. agnoscend. &
alend. à parentib. ipsemet Vlpianus lib. 5. ad
Edictum in *l. quique litigandi causa 4. §. pa-*
rentem. ff de in ius vocando. qui apertissimis
loquitur verbis: *Parentem hic vtriusq; sexus*
accipe. ea ratione ex Cassio: *quod & hone-*
stiùs est, & meritò obtinuit. vt parẽtis nomen
ad vtrumq; referatur; patrem videlicèt, &
matrem. ille masculini, hæc autem fœmi-
nini sexus. Confirmauitq; en tertio idem
Vlpianus lib. 8. ad Edictum in *l. parentes, &*
liberi 23. ff. de his, qui notant. infam. Parentes,
& liberi vtriusquè sexus. incipiens, prose-
quensq;. sequiturq; Regni Euangelista *An-*
dreas de Isernia in d. Constit. In aliquibus. ver-
bo *parentum successiones*. ibidemq; *Afflictus*
tom. 2. in 11. quæst. num. 48. Lucas de Penna in
l. fin. num. 7. versic. è contra. & num. seq. ad finẽ
vsquè. C. quando, & quibus quarta pars debea-
tur. lib. 10. idem *Afflict. decis. 178. in 1. dubio*
num. 7. & ità receptum esse, atq; passim in
Sacro Neapolitano Consilio iudicari res-
pondit *Vinc. de Franch.* eiusdem Sacri Con-
silij Præses *decis. 171. num. 1. & seqq.* Pariq;
12 modo locum habet Constitutio, si filia, in
humanis adhùc agente patre, dotata fue-
rit, nuptuiq; tradita. Iàm enim recepit pa-
13 ragium, quod legitimę loco iure naturæ
debitæ, sufficitur. ex Zenonis Cæsaris sensu
in *l. quoniam nouella constitutio 29. C. de inof-*
fic. testam. ibiq; *Bald. alijq; Afflict. decis. 111.*
num. 10. idem *Andr. in eandem Constit.* su-
per verbum *maritare*. & dixit Rota in *Pe-*
rusina fideicommissi de Gratianis decis. 399.
num. 33. & seqq. coràm *Coccino par. 5. recent.*
per Rubeum. & apud sanct. memor. *Grego-*
rium XV. decis. 565. num. 2. & seq. ibiq; *Bel-*
tramin. num. 11. & in *Perusina de Alphanis 17.*
Maij 1621. coràm eodẽ *Coccino* in impres-
sis per *Merlinum de legitima decis. 106. nu. 4.*
& seqq. Petr. Gregor. de dote de Paragio. q. 2.
14 Ità quidèm, vt si pręterita in supremis fue-
rit tabulis; neq; de nullitate dicere valeat
testamenti: cùm sibi iure, quod debębatur
naturæ, viuente, adhùc receperit patre, do-
tata, nuptuiq; tradita. vt sequitur *Afflict.*
decis. 158. per totam. ibiq; *Vrsill. nu. 1. Capyc.*
decis. 176. nu. 2. Ioan. Franc. de Ponte cons. 65.
num. 5. & seqq. vol. 1. Viuius d. decis. 187. nu. 6.
Capycius Latro decis. 3. num. 2. & seqq. pluri-
bus deducie *Mercurialis Merlinus tract. de*
legitima. lib. 3. tit. 1. quæst. 14. num 16. in 3. am-
pliat. quem sequitur *Carolus Tapia Regens*
decis. 58. num. 5. noster *Maranta* Proauus *di-*
sput. 10. num. 26. Dominica verò, tàm ex pa-
ternis, quàm etiam maternis bonis à patre
dotata fuit. Nihil igitur ei superest iuris ad
successionem, vel paternam, vel maternam
admitti, masculis iàm superstitibus, quæ quod
sibi debebatur, iàm antè recepit. Eòq; ma-
15 gis, quòd Consuetudo Baren Constitutio-
ni Regni prædictæ *In aliquibus* minimè ad-
uersatur, quin pro illa est. vti testatur *Ma-*
xilla ad Consuetud. Baren. tit. de iure dotium
§. dos à patre. num. 30. & seqq. eumq; sequitur
Thorus in compend. decis. tom. 1. verbo *filia*
fœmina dotata.

Verùm ad hilum hæc reuertuntur om-
nia, cùm Notarius Vitus bonis defecerit,
vt nihil eius in hæreditate remanserit; vt
nequè Isabellæ vxori de quarto, ac messio
fieri satis potuerit. Frustrà igitur experitur
16 creditor, si debitoris in bonis nihil super-
sit. argumento ex Vlpiano lib. 29. ad Sabi-
num petito in *l. itaquè fullo 12. ff. de furtis.*
de fullone loquente, qui quod acceperit,
reddere non possit: *Si autem soluendo non*
est, (inquit ille.) *ad dominũ actio reddit. nàm*
qui non habet, quod reddat, eius periculo nihil
17 *est*. & sanè: Inanis est actio, quam inopia
debitoris excludit. vt Innocentius III. re-
spondit in *cap. olim vobis 16. de restitut. spo-*
liator. dixitq; Seneca 14. ad Lucillum: *Etiã*
18 *in obsessa via pauperi pax est*. & Ouidius de
nuce.

Sic timet insidias, qui se scit ferre viator
Quod timeat: tutum carpit inanis iter.

sequiturq; *glossella marginalis* Ioannis An-
dreæ in eodem *cap. olim.* ad *Gloss.* in verbo
18 *inanis*. subdentem: *Nàm is, qui nihil habet,*
eius periculo nihil est. dixitq; Caius lib. 4.
ad Edictũ prouinciale in *l. nàm is nullam 6.*
ff. de dolo malo. Rationem quippè ipse ver-
bis refert huiusmodi: *Nàm nullam videtur*
actionem habere, cui propter inopiam aduersa-
rij inanis actio est. Inanis est ergo Domini-
cæ actio (si quam fortassè habet) propter
Viti parentis inopiã. Quin hoc feret ipsa
20 lucrum, vt dotem, quam accepit, conferat,

nè alijs Viti filijs desit legitima. vt quid
enim ipsa ex filijs vna, dotem, & per eam
legitimam iure naturæ debitam feret por-
tionem, alij verò nudi discedent? Superest
enim illis inofficiosi querela, quod super-
effluentem acceperit dotē. ex Zenone Au-
gusto *d.l. quoniā nouella constitutio 29. C. de*
inoffic. testam. Cùm nempè Notarius Vitus
in diebus carnis suæ tutelam exercuisset
Clerici Ioannis, & Ioannis Baptistæ Maz-
zani, filiorum quondam Notarij Gasparis
Mazzani; & postmodùm ad reddendam
rationem euocatus fuisset: quod iuxtà Vil-
licum illū, diffamatus esset, quasi dissipaf-
21 set bona illorum. vt ipsemet Villicus. *(Lu-*
cæ 16.) vndè dixit ei Dominus eius: *Quid*
hoc audio de te? redde rationem villicationis
tuæ. in rationibus reddendis defuit. *Officio*
22 quippè *tutoris incumbit, & rationes actus sui*
conficere, & pupillo reddere. Cæterùm si non
fecit, aut factas non exhibet, hoc nomine iudi-
cio tutelæ tenebitur. Vlpianus loquitur lib. 3.
ad Edictum in *l. 1. §. officio tutoris. ff. de tutel.*
& rationib. distrahend. Rationem refert Iu-
stinianus Augustus in *§. fin. Institut. de Atti-*
23 *liano tutore.* sequentibus docens: *Impube-*
res autem in tutela esse, naturali iuri conueniēs
est: vt is, qui perfectæ ætatis non est, alterius
tutela regatur. Cùm ergo pupillorum, pupilla-
rumq; tutores negotia gerant, post pubertatem
tutelæ iudicio rationem reddunt. Tutelæ ita-
què iudicio euocatus Notarius Vitus, ra-
tionem reddidit, atquè ex rationibus di-
stractis, reddere, quod debebat coactus
fuit, suis bonis omnibus venundatis. quæ
solutione facta creditoribus (pupillis vide-
licèt prædictis) per D. Iacobū, & D. Simeo-
nem Nictos Viti filios, cessione à dictis pu-
pillis eorum iurium facta obtinuere. In
24 locum proindè successerunt eorum. Ipsi
igitur pro bonis prædictis in locum sunt
Mazzanorum, à quibus ea facta reemerūt
solutione. Eò itaquè iure vti debent, quo
& ij, quorum persona funguntur. verbis lo-
quimur Alexandri Cæsaris ad A. Onesimū
in *l. emptor hæreditatis 5. C. de hæreditate, vel*
actione vendita. ibiq; *Bald. in 1. notab.* Nullo
itaquè iure super bonis prędictis inquieta-
ri possunt; sicuti neq; Mazzani inquietari
poterant, quorum in locum solutione fa-
cta per emptionem successerunt Nicti. vti
Valerianus, & Gallienus decreuere Cæsa-
res in *l. si in te ius fisci 7. aliàs fin. C. de priuil.*
fisci. Rota par. 2. recentiorum decis. 502. num. 1.
25 *& decis. 524. num. 1.* extendens etiam in
iure executiuo, vt possit cessionarius obti-
nere mandatum de exequendo, sicut & ce-
dens poterat; quia eodem iure vtitur, cu-
ius in locum successit. *Tiraquell. de retractū*
lignagier de conuentione §. 26. gloss. 3. num. 15.
& 23. Rota in vna Romana anterioritatis 23.
Iunij 1603. coràm *Card. Pamphilio decis. 8.*
num. 9. apud *Zacchiam de societate.* quæ est
etiam in impressis per eundem ad *Galles. de*
obligat. Camerali decis. 135. num. 9. quo loco
26 extendit in obligatione etiam Camerali.
vt dixit quoq; *Rota d. decis. 524. nu. 1. par. 2.*
27 *recentiorum.* Nàm cessionarius propriè, ve-
rèq; dicitur esse creditor. *Roman. cons. 142.*
quòd cessionarius. num. 1. sequiturq; *Galles. de*
obligat. Camerali. quæst. 32. nu. 2. in nouis im-
pressis Romæ anno 1647. cum additioni-
bus Zacchiæ. & ipse ibidem *ad quæst. 5. n. 2.*
& 3. & ad rem nostram dixit *Rota in Ro-*
mana Quarti dotalis 15. Maij 1635. coràm
Card. Verospio decis. 188. nu. 1. apud eundem
Zacchiam ad Gallesium de obligat. Camerali.
& in *Perusina laudi 2. Martij 1635.* coràm
Motmanno decis. 23. num. 4. par. 7. in recentior.
per Rubeum. Carlenal. de iudicijs tom. 2. lib. 1.
tit. 3. disput. 26. sub num. 1. Rota apud *Cardin.*
Canaler. dec. 244. in princ. & apud sanct. me-
mor. *Gregor. XV. decis. 121. nu. 1. & seqq.* ibiq;
Beltramin. nu. 6. & apud *Dunanum decis. 310.*
nu. 2. par. 2. Rota Maceraten apud *Marc. An-*
ton. Thomati, nunc Episcopum Bitetten *de-*
cis. 13. num. 1. & seq & decis. 55. nu. 4. 5. & 6.
Sicut igitur, neq; Isabella aduersus Mazza-
nos agere potuit; ità, multòq; minus Do-
minica aduersus D. Simeonem Mazzano-
rum cessionarium, quorum ipse personam,
& iura repręsentat, agere poterit. fac sanè
Dominicæ iura firma essent ad portionem
legitimam ex Isabellæ matris bonis con-
sequendam, cùm ipsa ex eiusdem Isabellæ
bonis dotata fuerit, atquè suam consequu-
ta portionem ex vtriusq; parentis, patris
28 videlicèt, atquè matris bonis. Desipit pro-
indè, si sic sapit nouus hic Doctor. verbis vt
loquamur Innocentij III. ad Archiepisco-
pum Calaritanum in *cap. nisi cū pridem 10.*
§. certè desipis. de renunciat. Ipsa nè vna fœ-
mina, masculis prætermissis, bona occupa-
bit omnia suorum parentum, cùm dotata
à successione secludatur eorū propter ma-
sculos ex Regni Constitutione *In aliquibus.*
29 vt diximus? Et certè in lege Constitutio-
num Regni hoc scriptū est. quomodò er-
gò legit? sicuti legis cuidam perito (*Luca*
10. 25. & 26.) Dominus respondit IESVS.
30 Cùm enim surrexisset ille tentans eum, &
dicens: *Magister, quid faciendo vitam æternā*
possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid
scriptum est? quomodò legis? Ille respondens
dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto
corde tuo, ex tota anima tua, & ex omnibus vi-
ribus tuis, & ex tota mente tua: & proximum
tuum sicut te ipsum. Dixitq; illi: Rectè respon-
disti, hoc fac, & viues. Respondit hic legis
peritus interroganti quid in lege scriptum
31 esset, quod vtiq; legisset. Et quidèm lege-
bat Ætiops ille eunuchus potens Candacis
Reginę Ætiopum (*Actuum 8. 27.*) qui vene-
rat adorare in Ierusalem, cùm reuerteretur

sedens

sedens super currum suum,legensq; Isaiam
Prophetam. quando Spiritus sancti præce-
pto,dixit ei Philippus : *Putas intelligis,quæ
legis ? qui ait ; Et quomodò possum,nisi aliquis
ostenderit mihi ?*

Duplici itaq; iure infirma sunt, quæ pro
Dominica dicuntur : Et quòd maritata,
atquè dotata vtriusquè parentis ex bonis
fuit,vndè iure Cõstitutionis Regni *In ali-
quibus* excluditur : Et quòd, cùm nihil in
bonis supersit Notarij Viti , sicuti à Quar-
to , & Messio, ob viri inopiam Isabella ex-
cluditur: Quòd inanis est actio,quam ino-
pia debitoris excludit : ità & Dominica
à portione excluderetur legitimę,si dotata
non fuisset . At habuit, quod nunc quærit.
Tollat itaquè quod suum est,& vadat . Ne-
què porrò facit ei iniuriam D.Simeon,qui
cessione in iuribus Mazzanorum succes-
32 sit. Sicuti paterfamilias ijs, qui in vinea
laborauerunt, dixit, *(Matthæi 20. 14.)* pu-
tauerunt enim (sed non iurè) *quòd plus es-
sent accepturi*, quàm ex denario diurno cõ-
uenerant : *Amice non facio tibi iniuriam:non
nè ex denario conuenisti mecum ? Tolle, quod
tuum est , & vade . Volo autem & huic no-
uissimo dare, sicut & tibi . An non licet mihi,
quod volo facere ? an oculus tuus nequam est,
quia ego bonus sum ?* Iniustè, quin iniuria,
petit nunc Dominica, quod non sibi debe-
tur . Tollat proindè, quod suum est , & va-
33 dat. Iure igitur repellitur,vt hoc ei impu-
tetur, quòd in iudicium D.Simeonem fra-
trem trahere tenet,quæ nullam actionem
intendere potest. verbis loquimur Vlpiani
in *l.si pupilli tui negotia 6.§.videamus in per-
sona eius. ff.*de *negotijs gestis.* sequiturq; no-
ster *Marauta cons.146.nu.6.in fin.Tiraquell.
in l si vnquàm.* verbo *reuertatur.num.345.&
346.C.de reuoc. donat.Viuius decis.41.num.2.
Rota* apud *Card.Seraphin. decis.649. num.1.
Barbosa axiom 97.num.4. Anton.Monach.de-
cis.Florentina 70.num.20. Mar. Antonin.Ma-
cerat.variar.resolut.lib.3.resol.41.nu.2. Card.
Tusc. tom.1.lit.A. resol.109.num.5. Crauetta
cons.191. in ipso principio .*

34 Nec minus mactè sapie,cùm vt Vultur ex
persona Dominicæ matris auunculorum
cadauer expectat . vt sedeat , non illibera-
litèr, illi Martialis dictum :

Cuius vulturis hoc erit cadauer ?

Illudq; Senecæ in Epistolis : *At si hæredita-
tis causa id facit,Vultur est,cadauer expectat .*
vndè Adagium manauit: *Vultur est,cadauer
expectat* . quòd Vulturij mortuorum cada-
uera sequantur, vt comedant. & testamen-
torum captatores vulgata trãslatione Vul-
tures appellari consueuere . dixitq; Alcia-
tus emblemate 169.

*Hac fabella agitur,cùm vir optimus obit.
Maxima rixa oritur.tandè sed transigit hæres,
Et Coruis aliquid, Vulturisq; sinit .*

Ibiquè plenè , ac perbellè *Tullius* . Putat
namquè , quòd D.Franciscus Nictus patrẽ
prætererit , in suis supremis tabulis ; ma-
tremq; D.Iacobus , neq; legitimam eis re-
liquerint,esse eorum testamẽta nulla.debe-
re proindè Dominicam ad bonorum me-
dietatem admitti. Quàmuis nequè Vitus .
neq; Isabella dùm vitali perfruebantur au-
ra , de hoc conquæsti vllo modo fuerint ,
neq;verbo quidèm . Duo propterea capta-
35 bit cadauera. Nec sibi deficere putat *Auth.
ex causa.C.de liber.præter.* sũt equidèm eius
apertissima verba : *Ex causa exhæredationis,
vel præteritionis irritum est testamentũ. quan-
tum ad institutiones : Cætera namq; firma per-
36 manent* . Verùm non desunt , nequè infimi
nominis Doctores, qui tueantur, nec sine
ratione, quin satis sufficienti,& probabili,
Authent.hanc *ex causa*, veluti, & leges om-
nes ciuiles, siuè in genere , multòq; magis
in specie,personas Ecclesiasticas, vti non
subiectas , & extrà legum earum Condito-
rum iurisdictionem, nullo stringere posse
37 modo. Indè quippè leges dicuntur , quòd
sua vi , suoq; ligamine subiectos ligant. ex
Gloss.in can.lex 3.dist.2. & *Gloss.in proœm.de-
cretalium* verbo *lex proditur. S.Thomas* 1. 2.
*q.90.art.1.*diximus *respons* nostra 40.*nu* 16.
38 *par.2.& respons.85.num.51.par.3.* Ecclesia-
sticæ verò personæ, quia extrà territorium
sunt laicorum Principum, consequentèrq;
iurisdictionem,eorum ligari legibus non
possunt.ex Paulo lib.1.ad Edictum in *l.ex-
trà territorium 20. siuè fin. ff. de iurisd. omn.
Iudic.*Bonifacio VIII. in *cap.vt animarũ 2.
in fin de constit.in 6.* neq; etiam si earum fa-
39 uore leges condantur . *Quod laicis (etiam
religiosis) super Ecclesijs,& personis Ecclesia-
sticis nulla sit attributa facultas:quos obsequẽ-
di manet necessitas , non authoritas imperandi.*
vt Innocentius decreuit Tertius in *cap. Ec-
clesia Sanctæ Mariæ* 10.*de constit.*& in *c. cùm
laicis* 12. *de reb.Eccles.alien.vel non.Conar.ad
reg.possessor 4. par.2.§.4.nu.7.vers.hinc planè
deducitur. Boer.decis.125.n.20.& seqq. ad fin.
vsquè.Cacheran.* Osaschi Dominus *decis.17.
num.4.8.& 15. Thesaur.decis.* Pedemontani
Senatus 16.*n.5.in 2.ampliat.Ambrosin.de im-
munit. Eccles. ad Constitutionẽ Gregorij XIV.
cap.21.num.7.8.9.& seqq & decis.39. num.15.
par.2.in decisionibus Perusinis. Gratian.forens.
par.3.cap.564.nu.48.& 49.Menoch.de recup.
possess.remed.14.q.15.nu.51.52.& seqq.* De
40 iure verò sacrorum Canonum , & si de bo-
nis Ecclesiæ , vel Ecclesiæ intuitu quæsitis
Clerici testamenta rogare nõ possint,quòd
eorum dominiũ non habeant,sed Ecclesia.
*Cæterũ,quæ ex hæreditate,vel artificio, aut do-
ctrina proueniunt , distribuuntur pro arbitrio
decedẽtis.* ex Alexandri III.verbis in *cap.re-
latum 12.§.licèt autem.de testament.*pro arbi-
trio : Quia liberè disponere valent . vt idẽ
restripsit

rescripsit Alexander Vigilien Episcopo in
cap.quia nos 9. eod. de testament. & sequuta
fuit *Gloss. d.cap. relatum 13.* verbo *pro arbi-
trio.* referens se ad dictum *tex. in cap. quia
nos 9.* quod anteà statutum fuerat in Con-
cilio Carthaginensi 3.c.49. in *can.placuit 1.*
& ex Cõcilio Toletano 9.cap.4. in *can.qui-
cunq; de Sacerdotibus.2.12.q.3.* in Carthagi-
nensi quidèm Concilio sequentibus: *Si au-
tem ipsis propriè aliquid liberalitate alicuius,
vel successione cognationis obuenerit, faciant
indè, quod eorum proposito congruit.* in Con-
cilio verò Toletano liberiùs; quod sic sua
depromit verba: *Quicunq; de Sacerdotibus,
vel ministris pro sui vtilitate, atq; amicitia, vel
prestatione, aut quocunq; modo, aut per scriptu-
ra seriem aliquid meruerint, à quoquam perci-
pere, in rebus Ecclesia non poterit numerari.
Sed quod exindè voluerint facere, ipsorum volun-
tatis arbitrio subiacebit.* Liberũ est ergo Cle-
41 ricis, Sacerdotibus, Diaconis, Subdiaconis.
ad *tex.in auth.presbyteros. C.de Episc.& cler.*
de eorum bonis pro libito disponere vo-
lũtatis, & cuicunq; illa voluerint, pro voto,
arbitrioq; relinquere. nulla itaq; lege alia
retineri poterunt, quę Ecclesiastica non sit,
quin pro libito disponant. Quia neq; legi
subijciũtur seculari, neq; ligari ab illa vllo
42 poterint modo. Hanc verò sententiam se-
quuntur *Palat. Rub.in repet.rubr.de donat.in-
ter vir.& vxor.§.42.num.7.& seq. Molina de
Hispan.primog. lib.1.cap.19.nu.25. Simon de
Prętis de interpr.vlt.volunt. lib.2.dub.1.sol.4.
nu.76.& seqq. Gulielm.de Bened. in cap.Ray-
nutius 16.de testam.* verbo *testamentum 1. nu.
51.52.& 53.* nec vniuersim abnuit *Facchin.
illustr. controuers. lib.6. cap.75. Ferdin.Vasq.
Menchacen de success.creat.lib.3.§.22.limit.17.
nu.37.* qui subijcit rationem ad rem nostrã
43 satis adęquatam: Quia testamentum Cle-
rici non subiacet quęrelæ, sicuti nec testa-
mentum Militis armatæ militiæ.ex *Abb. d.
cap.quia nos 9.* post *Gloss. Cald.Pereyra ad l.si
curatorem habent. C.de in integr.restit.minor.*
verbo *lasis.nu.105.vers.deniq; infertur ad ef-
fectum, & potestatem testandi. Pater Molina de
instit.& iure.tom.1.tract.2 disp.138. Melchior
Phœbus Lusitanus decis.88.nu.2.& seq.tom.1.
Paul.Squillant.de priuileg.cleric,cap.13.nu.1.
& seqq.* qui & alios referunt.
44 Et licèt quidẽ non possit filius Clericus,
qui de suis testari potest, parentes legitima
portione iure naturæ debita priuare. vt
etiam decreuit Bonifacius VIII. in *cap.1.
§.licèt autem filius.de testam.in 6.* & deduxi-
mus Nos plenè *resp.*nostra 30.*nu.5.& seqq.
45 per tot.par.1.* Vt valeant præteriti parentes
legitimam portionem petere, vel eius sup-
plementũ, si voluerint. ex dispositione *d.c.1.
46 de testam. in 6.* haud tamen ex hoc nullum
testamentum dicere potecuor. cùm iure di-
ctæ *Authent.ex causa,* vt diximus, nõ tenea-
tur. *Gloss.in d.auth. Presbyteros.* in verbo *fe-
rant.vers.tu dic.C.de Episc.& cler. Federic.de
Sen.consil.57.videtur mihi. nu.2.super 4.dub.* &
post *Abbat.in d.cap. quia nos 9. de testam.* se-
quitur per quam optimè *Couarr. ibid. nu.6.
& 7.* idẽ *Facchin. d.cap.75.in fin. lib.6. Ioan.
Maria Bellett.* Episcopus Hieracen *disquisit.
clerical.par.1. tit.de bonis clericorum §.7.n.5.
& 6. Carol.de Grass.* more suo plurimos re-
ferens *de effectib.clericat.effectu 19. nu.16. in
5.illat.& nu.17.& 18. Squillant.de priuil.cle-
ricor.d.cap.13.nu.3. Diana,* qui Squillantem
refert *par.7.tract.12.miscellan.resol.35.* Nul-
lum proindè si dicere haud potuerunt pa-
rentes Vitus, & Isabella suorũ filiorũ testa-
mentũ, quòd Sacerdotes essent, nec legibus
tenerẽtur humanis; dicere nè poterũt Do-
minica, & nouus hic Doctor eius natus, qui
extranei hac in parte habentur? non vtiq;
47 personale quippè ius hoc est petendi legi-
timam. eisq; adheret, quibus competit, vel
habentibus causam ab eis. vt post *Gloss. in
l. omnimodò 30.* verbo *exigere.* & in *l.scimus
anteà 36.§.repletionẽ antẽ. C.de inoffic. testam.*
sequuraq; fuit Rota in *Spoletana legitima
24. Ianuarij 1631.* coràm *Card. Verospio de-
cis.9.nu.7. par.6.recent. per Rubeum.* & apud
Card.Caualer. dec.459.in princ. & in *Romana
Saluiani interdicti 3.Iunij 1606.* coràm *Card.
Lancellotto decis.60.nu.6.* apud *Pacific.de Sal-
uiano interdicto. Puteus decis.137.nu.3.lib.2.* &
Rota coràm *Aldobrandino,* postmodùm Cle-
mente VIII. sanctæ memoriæ *decis. 668.
nu.1.& seqq.par.1.diuersor. Phœbus d.dec.88.
in fin. vers.qua tamen supradicta.* Nullam ve-
rò neque à Vito, neq; ab Isabella Dominica
habet causam mulier dotata, nuptuiq;
eorum ex bonis tradita. Nullum itaquè
ius superest, quæ mulier dotata est ex bo-
nis paternis, & maternis, atquè proindè vt
extranea habetur, quæ causam nullam neq;
à Vito, neq; ab Isabella parentibus habet,
vel de nullitate dicendi testamentiũ, tàm D.
Francisci, quàm D.Iacobi, vel succedendi
in Quarto, & Messio dictæ quond. Isabellæ,
& quòd vti dotata ex Regni Constitutione
In aliquibus excluditur. & quod nihil superest
in bonis Viti cõmunis patris, vt fieri satis
creditoribus alijs possit. & quòd neq; Vi-
tus pater, neq; Isabella mater de duobus fi-
lijs suis, cõquesti vnquàm fuerint; quin hę-
redem dictum D. Simeonem reliquerunt,
vt in superioribus ostendimus.

Atq; ità ex his, quæ Aristarchi supercilio
lubentèr supponimus, respondendum cen-
suimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Homines cùm sint mortales, nec se morituros cogitant, ex concupiscentia terrena supiunt, & sequuntur.*
Vndè bella, & lites ex concupiscentijs experiuntur. num. 2.

2 *Sanctus Iacobus Apostolus primus Hierosolymorum Episcopus.*

3 *Concupiscentia reatus est originalis peccati.*
Nàm ex concupiscentia inordinatè homines à bono incommutabili ad commutabile conuertuntur.

4 *Mori semel hominibus statutum est.*
Post hoc autem iudicium.

5 *Homines filij nascimur iræ, propter primi nostri Parentis peccatum.*

6 *Iuris patronatus existentia, ex fundatione, constructione, & dotatione ad Sacri Tridentini Concilij decretorum præscriptum perpenditur.*

7 *Firmum, quod est, stare prohibere nõ debemus.*

8 *Ius patronatus familiare, siuè gentilitium est in quo, non vti hæredes, sed vti de familia, qui præsentare debent, præsentant.*
Et sat est, si per duas præsentationes, secuta effectuatione, præsentationes ità factæ fuerint. num. 9.
Sufficit enim obseruantia.
Stante præsertim vltimo statu. num. 10.

11 *Præsentationes in iure patronatus gentilitio in capita fiunt, non in stirpes, vt in hæreditario. & num. 17.*

12 *Filij cum patre possunt præsentare in iure patronatus gentilitio, siuè familiari.*

13 *Institutio præsentato debetur à maiori suffragiorum numero. & num. 15.*

14 *Ius patronatus gentilitium in hæreditarium transit, si ità donetur ab eo, qui potest.*

16 *Paulum insanire ex multis litteris putauit Festus.*
Sed rationem ei reddidit Paulus, se non insanire.
Veritatem autem dicere, qui Christum prædicabat.

18 *Præsentant in stirpes, qui in locum succedunt vnius.*
Hoc in iure patronatus hæreditario assidit. num. 19.
Nam in locum vnius multi succedunt.
Vnumq; personam repræsentant.
Ex iuris scilicet fictione. num. 20.
Nàm omnes illi pro vno reputantur. nu. 21.
Siuè ex testamento, siuè ab intestato hæredes fuerint. num. 22.
Qui verò in capita præsentant, ex propria præsentat persona, non verò alterius. num. 23.

24 *Viriles partes dicuntur, hoc est in capita, & ex propria persona.*

25 *Patronus in iure patronatus gentilitio, cùm in capita ei deferatur, si quid donat, non ampliùs, quàm quod ex suo capite habet, donare potest.*

26 *Nemo plus iuris in alterum transferre potest, quàm in ipso est.*

27 *Nihil qui habet, nihil dare potest.*

28 *Error ex errore sequitur.*

29 *Vox duplex acquiritur ei, qui à Gentili donationem habet, in iure patronatus Gentilitio.*
Duplex est enim caput.
Sed donatore extincto, & persona extinguitur, atquè ius ipsum donatum. num. 30. & num. 43.
Quia præiudicium fieri non potest alijs, qui sunt de familia. num. 36.
Quàmuis Episcopi accedat assensus. nu. 39. & num. 70.
Secus verò, si ipse solus tunc fuisset, quando donauit. num 40.

31 *Personale quod est, persona perempta extinguitur.*
Indè ius personale extincta persona perimitur. num. 32.

33 *Alimentorum ius, quod patronus obtinet in iure patronatus, transferre in alium non potest.*
Quia ius illud est personale.

34 *Ius patronatus hæreditarium, & gentilitium distinguuntur.*
Quòd illud sit perpetuum, cùm in stirpes transeat. & num. 44.
Hoc temporale, quia cum persona perimitur.
Gentilitium nempè ad alios de familia deriuatur. num. 35.
Siuè effectiua, siuè contentiua.
Et in capita.

37 *Prouerbium.* Paciliana rheda ad Acherontem rapi. *hoc est mori.*

38 *Morimur omnes, & quasi aquæ dilabimur, quæ non reuertuntur.*

41 *Ius patronatus gentilitium donari non potest earum in præiudiciũ, qui sunt de familia.*

42 *Formam in fundatione datam mutare non possunt successores in iure patronatus.*
Sed seruare illam tenentur.

45 *Temporale, atq; perpetuum distinguuntur.*
Quòd illud tempore præcludatur.
Hoc verò fluat, neq; retineatur.
Suntq; inuicem contraria. num. 46.
Et distincta.
Ad tempus idcircò concessum, post illud interceptum videtur. num. 50.

47 *Fluminum quædam sunt perennia, quædam torrentia.*

48 *Dispositio ex temporis mutatione, & ipsa mutabitur.*

49 *Temporis ratio mutat constitutionem.*

51 *Familia cooptare alios non possunt, nisi maior familia pars fuerit.*
Quin omnes de familia. num. 53.
Ratio affertur. num. 55.

52 *Maior pars quod facit, omnes fecisse videntur.*

Reprime

Reprime, si singulis vt singulis ius spectat. num.54.

Non vt vniuersis.

54 *Ius patronatus gentilitium singulis defertur, vt singulis, & in capita. præsumitur tamẽ hæreditarium, nisi cõstet esse gentilitium, num.56.*

Quod exaudi in dubio. num.57.

Non verò vbi certum est, esse gentilitium.

Ex obseruantia subsequuta. & num.65.

58 *Producens scripturas, acceptare videtur omnia, quæ in ipsis continentur scripturis.*

Præsertim verò, si ipsis vtatur. num.59.

60 *Somnia dormientes illudunt, falluntq;.*

61 *Ius patronatus succedẽtibus primo fundatori, in capita defertur, descendẽtibus verò eorum in stirpes.*

62 *Hominum vita ad septuaginta annos deducitur.*

In ijs verò, qui potentiores sunt viribus, ad octoginta.

Et ampliùs eorum labor, & dolor. ex Psalmo 89. num.10. quod expenditur.

63 *Augustinus Steuchius Chrysami Episcopus ex Ordine Canonicorum Regularium Sancti Saluatoris extollitur.*

64 *Viuere quis præsumitur ad centum vsquè annos.*

66 *Negatiua probatur, si in scriptura quis non reperiatur scriptus.*

Quod enim de aliquo negatur, hoc ab eo abstrahitur. num.67.

Consequenterq; nec habet.

68 *Habere, & non habere differunt.*

Quin sunt contradictoria.

69 *Quod in vno conceditur, in alio negatur.*

Regula conuersim se habet.

Et ad vtramq; partem.

70 *Episcopi consensus perquiritur in translatione iuris patronatus de persona ad personam, & sine eius assensu non tenet.*

Non tamen præiudicium afferre potest alijs, qui sunt vocati. num.71.

72 *Episcopi confessio, quòd beneficium sit de iure patronatus, Ecclesiæ non præiudicat.*

Neq; successoribus in eo.

73 *Præsentatus ab existentibus in possessione iuris præsentandi instituendus est interim.*

Sufficit enim, in possessione tempore præsentationis esse. num.74.

Exaudi, si verè sint in possessione, non clanculùm. num.77.

Nequè lite pendente sint facta præsentationes. num.79.

75 *Præsentare, & consensum præstare resignationi factæ ad fauorem, pro eodem habentur, æstimanturuè.*

76 *Confidentiæ crimen inuoluitur, si resignationes ad fauorem fiant alterius ob commodum aliquod temporale, quod indè percipitur.*

Atquè proindè simonia. num.80.

78 *Possessio vt acquiratur iuris præsentandi, oportet, vt fiat, scientibus, & patientibus alijs compatronis.*

Nequè lite pendente fiant præsentationes, num.79.

Iliq; litis occasionem dederint.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus hæreditarium, ac gentilitium, siuè familiare, quomodò differant? Et quid sit in stirpes deferri, & quid in capita? In capita deferri, est in personam deferri, vt extincta perimatur persona, & nùm donari possit, vt in donatariũ in perpetuum transferatur, etiam donatore extincto? Et quid si donatarius eiusdem sit familiæ? In familiam vt quis asciscì possit, an omnium de familia cõsensus perquiratur; & quid in alterius præiudiciũ? Et nùm Episcopi consensus præiudicare alijs possit in iure patronatus. Gentilitio præsertim? Nùm possessio suffragetur præsentandi, si illa clanculùm, neq; scientibus patronis facta fuerit? Forma in fundatione data seruari debet.

RESPONSIO LXXXI.

1 MOrtales cùm sint homines, quòd
se morituros non cogitant, ex
concupiscẽtijs, quæ militant ad-
uersus animam, terrena cupiũt, & sequun-
tur. vndè bella in se ipsis, & lites ex con-
cupiscentijs quotidiè experiuntur. vt di-
2 xerit iurè S. Iacobus Apostolus Hierosoly-
mitanum primus Episcopus sua epistola ca-
nonica 4. 1. *Vndè Bella, & lites in vobis? non-
nè hinc? ex concupiscentijs vestris, quæ mili-
3 tant in membris vestris?* Concupiscentia

atq;

nàmq; reatus est originalis peccati. ex *August. lib. 1. retractationum cap. 15.* non longè ab initio, quia nimirùm ex concupiscentia inordinatè homines ad bonum commutabile conuertuntur, auertuntur verò ab incommutabili. vt *S. Thom.* docet 1, 2. *q. 83. art. 3.* Concupiscentes igitur, quæ non debent, litibus inuoluuntur, & sic viuunt, ac
4 si mori nunquàm oporteret. Verùm *Statutum est hominibus semel mori. post hoc autem iudicium.* Apostolus hoc dixit Paulus ad *Hebræos 9. 27.* & Abraham mortuus est, & Prophetæ *Ioann. 8. 52.* & nos moriemur.
5 Quos nos ipsos facimus? qui filij nascimur iræ per primi nostri Parentis peccatum? Concupiscimus itaquè, & nõ habemus, eo quòd malè petamus. vt *Iacob. d. cap. 4. 2.* nos admonet, quod non iurè scilicet petamus. Ità in facto, quod in controuersiam nunc venit, accidisse mihi videtur. Casertanus quidam de Lando nobilis Ciuitatis Casertæ ex proprijs bonis anno Domini 1345. in Sede Petri Clemenre VI. sedenre, anno eius tertio, Episcopo Casertano Fratre Nicolao, in Casali Pedimontis Casertanæ Diœcesis Ecclesiam construxit nomine celebrem S. MARIÆ semper Virginis, & altare etiã S. Antonij Abbatis, eamq; per eundem Episcopum consecrari curauit, vt esset postmodùm Ius patronatus perpetuũ Familiæ de Lando in 1. proc. fol. 63. & in 2. fol. 91. Ex eo tempore quotquot fuere de familia Fundatoris prædicti ad beneficia præfara S. MARIÆ, & S. Antonij præsentauerunt. & præsentati instituti fuere. patet ex Bullis dicto proc. 1. fol. 45, Ioannis de Leonibus Episcopi Casertani anno Domini 1487. Summo Pontifice Innocentio VIII. anno eius 4. & Ioannis Baptistæ de Petrutijs Archiepiscopi Tarentini, & in Episcopatu Casertano perpetui Commendatarij anno Domini 1497. sedẽte Alexandro VI. anno eius quinto fol. 48. d. 1. proc. & per Vincentium de Gentile Canonicũ, & Vicarium Generalem in Episcopatu Casertano anno Domini 1526. Clemente Papa VII. sedente, anno ejus tertio fol. 53. & per Alexandrum Bartholomei Senensẽ Vicarium Generalem Casertanũ anno 1541. Paulo III. sedente anno septimo fol. 54. & 55. Er anno Domini 1567. dicta beneficia vti vnita ad præsentationem dictorum de Lando adiudicata per sententiam Curiæ Episcopalis Casertanæ, etiam per viam gratificationis, Reu. Clerico Benedicto de Lando fuere fol. 69. qui propterea institutus fuit. & expeditæ Bullæ fol. 91. in possessionemq; immissus fol. 93. à t. in fin. & fol. 94. in 1. proc. Postmodùm verò anno 1620. prædictus D. Benedictus de Lando, & Clericus Ioannes Frãciscus de Lando eius nepos ius patronatus, & præsentandi quod ipsi in dictis beneficijs vti de familia obtinebant, donationis titulo inter viuos transtulere, & dono dedere Reu. D. Ioanni Iacobo de Lando, siuè Lãna, & Antonio eius filio, eiusq; hæredibus, & successoribus; asserendo, dictum D. Ioannem Iacobum esse de familia de Lando, eumq; in dictam familiam aggregauerũt. fol. 95. & fol. 97. quæ donationes per Antonium Episcopum Casertanum anno 1622. confirmatæ, & admissæ fuere. fol. 96. & fol. 99.

Eadem beneficia per resignationẽ apud Sanctam Sedem Apostolicam per Clericũ Ioannẽ Franciscum de Lando anno 1621. præfatus D. Ioannes Iacobus per Bullas Apostolicas obtinuit. fol. 83. quæ per Vicarium Generalẽ Casertanum exequutæ fuere. fol. 106. Nouissimis hisce diebus vita per supremum diẽ dicto D. Ioanne Iacobo perfuncto, vacauere beneficia prædicta, vndè lites, & dissentiones ex concupiscẽtijs, quis duorum illa obtineat? Pro vna enim est Clericus Franciscus Troylus de Lando, siuè Lanna ab Antonio filio dicti quondã D. Ioannis Iacobi vi donationum eidem factarum præsentatus.

Ex altera verò Clericus Ioseph de Lando à Sebastiano, sororibusq; de Lando filijs quond. Remigij de Lando; & à Francisco de Lando filio quond. Salustij, eiusq; filijs, vti à veris patronis, & de familia de Lando fundatoris, præsentatus, sibi beneficia prædicta deberi duplici instat iure: Et quòd à veris patronis, & de familia præsentatus; & à maiori suffragiorum parte.

Quis igitur duorum instituendus? Causæ statum facit. Nos verò Clericum Iosephum de Lando instituendũ omninò esse: & quòd à veris patronis, & ius præsentandi habentibus, vti de familia de Lando à Fundatore Casertano descendentibus; & quòd à maiori suffragiorum parte sit præsentatus, respondendum censuimus. Quod vt præstemus, distinctione hac vtendũ esse
6 putamus. Quoad existẽtiam quidèm iuris patronatus, dubium refricari nullum, cùm apertissimum sit ex fundatione anno 1345. Ecclesiam præfatam S. MARIÆ Virginis titulo insignem, & Altare S. Antonij Abbatis per præfatum Casertanum de Lando ex proprijs pecunijs erectã fuisse; & à Fratre Nicolao tunc Episcopo Casertano, Sacram Deo Altissimo factã, vt in initio deduximus. esse proindè nos in terminis Sacri Tridentini Concilij *sess. 25. cap. 9. de reform.* Quòd sit hoc ius patronatus ex fundatione, constructione, & dotatione, nequè
7 est aliquis, qui eat id inficias. Cur ergò, quod firmum est, stare prohibeamus? Ex Pauli sensu lib. 4. ad Paulutium in *l. minime 23. ff. de legib. & Senatusconsult.*
8 Quò verò ad pertinentiam; beneficia

præfata, non sanè de iure patronatus hæ-
reditario esse; sed familiare, & gentilitio,
quondam ab immemorabili tempore, cu-
ius memoria hominum non existit, & ex
Bullis, quarũ in superioribus meminimus,
ab anno 1487. semper, qui præsentauere,
vti de familia de Lando præsentauere, non
verò vti hæredes. Est ergò gentilitium, &
9 non hæreditarium. Et sat, superq; est ad
gentilitium ius patronatus astruendum, si
per duas saltim præsentationes, cum inde
sequuta effectuatione, de obseruantia con-
stet. Hic verò per annos penè tercentos,
gentilitium proindè, vt illud obseruantia
tot ostendit annorũ: Ex his, quæ affert *Ro-
ta decis.160.num 5.& 6.par.1.diuersor.* de
alienatione loquens rerum Ecclesiæ, sequi-
turq; ad rem nostram *Viuian.in praxi iuris
patronatus par.1. lib.4. cap.9. num.39.40. &
seqq. Marius Antonin.var.resol.lib.1.resol.87.
nu.13. & 23. Rota* apud *Barattum decis.182.
num 15.16.& 17. & nu.22.* & quàm plenis-
simè omniũ coram Eminentis. Card. Lan-
cellotto in *Florẽtina iuris patronatus de Ri-
casolis:* paulò post referenda, & coram eod.
*in eadem causa 11. Februarij 1604. vers. qui-
bus sic stantibus,* apud *Viuian. d.lib.4. cap.1.
num.71. fol. mihi 162.* & dixit *Rota in Pistien
beneficij 7. Nouẽbris 1629.* coram *Card. Vbal-
do decis.275.num.7.& 8.par.7.in recentiorib.*
10 *per Rubeum.* stante potissimũm vltimo sta-
tu. ex eodẽ *Mario Antonino d.lib.1. resol.55.
num.6. Vinc.de Franch decis.85.num.2. Lam-
bertin.de iure patronat.lib.2. par.1. q.3.princ.
art 11.nu.1.& lib 3.quæst.7.princ. art.7.nu.7.*
idem *Viuian.d.cap 9.num.42. Rota* apud *Ba-
rattum d.decis.183 num 23.*

Hoc itaq; firmo permanẽte. Ius hoc pa-
tronatus ex obseruãtia tot annorum gen-
tilitium, atq; familiare fuisse, & esse, sequi-
11 tur, & vllo proculdubio, præsentationes in
hoc iure patronatus gentilitio, in capita
debere esse, vt fuere, nõ in stirpes, vt in hæ-
reditario ex. *ex Clement. si plures 2. de iure
patronat.* per Clementem V. in Concilio
Viennen. ex *Baldo in l.2.num.4. C.de suis, &
legit. hæredib.* quem sequuta fuit *Rota in Flo-
rentina iuris patronatus de Ricasolis 10. Mar-
tij 1603.* coram bonæ memoriæ Domino
meo olim *Card. Lancellotto,* quam refert *Vi-
uian. de iure patronat. lib.4. cap.1. sub nu.71.*
& eam *Rota* apud *Barattum d.decis.183.nu. 6.
& par.2. in recentior. decis.251.num.5.* & in
*Cæsaraugustana beneficij de Linares 10. Fe-
bruarij 1645.* coram *Bichio decis.138.num.7.*
& in *Fesulana Parochialis 1. Iunij 1644.* corã
Otthobono decis. 42.num 2. apud *Viuian. de
iure patronat. in nouis additis impressione no-
uissima Romana. Lambertin. de iure patronat.
lib.1. par.1. quæst.1. art 28.n.5. Viuian. d.lib.4.
cap.9. num.18.19.& seq.*

Si itaq; in capita præsentationes in hoc
sunt iure patronatus gentilitio, & familia-
ri, maiora vtiq; obtinet iura Clericus Io-
seph. Quia à Sebastiano, sororibusq; de
Lando, & à Francisco etiã de Lando, eiusq;
12 filijs in capita, non in stirpes, præsentatus
fuit. Potuere proindè cum patre præsenta-
re. vt post *Rocch. de Curte verbo compescens
quæst.7.num.18 & Lambertin.lib.2.par.1.q.2.
art. 6.* sequuta fuit Rota in *Comen. beneficij
11. Ianuarij 1635.* coram *Pirouano decis. 82.
num.10.par.7.recentior. per Rubeum.* & alios
quoque, vt ibidem. Clericus verò Franci-
scus Troylus à solo Antonio; Clerico pro-
13 indè Iosepho. vel à maiori suffragiorum nu-
mero præsentato, institutio iure debetur:
ex Leone Papa in *can. si forte 36. qui est fi-
nalis, dist.63.* & Concilio Lateranen in *cap.
quoniam 3. de iure patronat.* illis verbis: Et
plurimorum eligitur, & approbatur assen-
su. *Rota* in nouis additis ad dictam *praxim
Viuiani de iure patronat. decis.118. num.8.9.
& 10. & decis.173 nu.12. & decis.325. nu.9.*
& in *recentior. par.2. decis.337. nu.1.* & apud
Duranum decis 293. num 1. diximus *respons.
nostra 6. num.8. par.3.* alios referentes.

Sed decipi nos respõdet Clericus Fran-
ciscus Troylus, et qui illi tuentur. Namq;
anno 1498. Barnabas de Lando de Magda-
lono, ex quo degeret ipse in dicta Terra
Magdaloni, & abesset à Ciuitate Casertæ,
donationis titulo inter viuos ius præsen-
tandi dono dedit Donato de Lando eius
Nepoti, assertione facta in dictis duabus
Capellis habere ius patronatus, & præsen-
tandi, *pro integra tertia parte, reliquas verò
duas partes fuisse, & esse ipsius Donati, & Ioã-
nis Francisci fratris sui, & Caroli de Lando
fratris eiusdem Domini Barnabæ, & patrui eo-
rundem Donati, & Ioannis Francisci, cum iu-
ribus suis omnibus, &c.* fol.80. in 1 proc. &
fol.86. in 2. Ab Abbate verò Benedicto de
Lando filio dicti Donati, & à Clerico Ioan-
ne Francisco de Lando filio quondam Iu-
lij Cæsaris de Lando eiusdem Donati filio
anno 1620. fuit ius patronatus prædictũ
ad dictas duas Capellas, donatum dicto
quondam Dom. Ioanni Iacobo Lando, &
ipsi Antonio filio eiusdem Ioannis Iacobi
pro se, filijsq; hæredibus, & successoribus,
14 fol.95. & fol.97. in 1. proc. In hæreditarium
proindè, ex hac parte donata, transiit. Vt
perpetuum fuit in Rota in *Mediolanen iuris
patronatus 18. Aprilis 1616.* coram *Pirouã-
no decis.70.* apud *Viuian. num.1.* infrà quoq;
referenda. Habet proindè ipse Antonius
ex tribus partibus duas. Habet quippe ter-
tiam partem Barnabæ, quam dono dederat
anno 1498. Donato eius Nepoti, & tertiam
alteram partem Donati. Ex tribus itaque
partibus duas ipsum obtinere, vnam verò
tantum pro alijs remanere. Est itaque per
præsentationem ab Antonio sibi factam

Clericus

Clericus Franciscus Troylus Lanna, à ma-
iori suffragiorum parte præsentatus. Sibi
igitur institutio, non Clerico debetur Io-
15 sepho. Et pro se, non pro illo, Concilium
loquitur Lateranense *d. cap. quoniam 3. de
iure patronat.* plurimorum electo, & appro-
bato assensu.

Non insanimus certè, sed sobrietatis, &
veritatis verba loquimur, sicut quondam
(*actuum 26. 24. & 25.*) Paulus Festo Præsi-
di respondit, dicenti sibi coràm Agrippa
16 Rege in Concilio: *Insanis Paule, multæ te
literæ ad insaniam conuerterunt. Et Paulus:
Non insanio* (inquit) *optimè Feste, sed verita-
tis, & sobrietatis verba loquor.* Ità planè non
insanimus nos, neq; decipimur, sed verita-
tis, & sobrietatis verba loquimur. Cùm
17 nempè, vt in superioribus ostendimus, sit
ius hoc patronatus gentilitium, & familia-
re: Non vtiq; in stirpes, sed in capita suc-
cessio datur. Indè quippè est, quod ipse
Barnabas dixit, ad se pro integra tertia
parte spectare, cùm eius germanus Caro-
lus adesset, & aliam tertiam partē haberet,
aliā verò Donatus, & Ioannes Franciscus:
18 quia in capita ad illos spectabat. Cętero-
quin si in stirpes ius ipsum eis fuisset; Bar-
nabas, & Carolus eius frater prò vna fuis-
sent voce eorūm patris. Ità enim successio
in stirpes datur: Quia in locū vnius multi
succedunt. ex eadem *clement. plures 2. de iu-
19 re patronat.* Quod in iure patronatus hęre-
ditario accidit. ex *Cald. cons. 10. vers. primò
ex ordine verborum. de iure patronat.* Repre-
sentant nempè illi omnes vnam personam
defuncti, cuius hæredes sunt. Ad Vlpiani
sensum lib. 2. disputationū in *l. hæredem 60.
20 de regul. iur* quod sanè ius ipsum fingit. ex
glos 1. ibidem. & Iustiniano Cæsare in §. 1.
*in auth. de iure iurando à morieute præstito. col-
lat. 5.* & Diocletiano, & Maximiano Augu-
stis in *l. cùm à matre 14. C. de rei vendic. Rota*
apud *Burattum decis 750. nu. 3* diximus *res-
pons* nostra *30. nu. 2. par. 3.* Rationemq; red-
dere visa est *Glos. in cau. si plures hæredes 36.
21* verbo *communis 16 quæst. 7.* (Quia inquiēs)
omnes illi reputari debent prò vno, cùm in
locum vnius successerint: sequitur *Rota
par. 2. in recentior. decis. 308 num. 1. & seq. &
decis. 2 num. 5. & 6. & seq par. 7. per Rubeum.*
22 Quod sanè dissolutè procedit, quocunquè
modo hæredes fuerint, siuè ex testamento,
siuè ab intestato, siuè sui, siuè extranei hæ-
redes fuerint, siuè masculi, siuè fœminæ.
Quoniàm dissolutè, quoquè Clemens V. in
d. clement. plures 2 de iure patronat. loquutus
fuit, atquè in Viennen Concilio disposuit:
Plures (inquiens) *ab vno ex patronis Eccle-
siæ relicti hæredes, vocem dumtaxàt vnius ha-
beant in præsentatione Rectoris.* & notat ibi-
dem *Gloss.* verbo *relicti* sequiturq; *Lambert.
lib. 1. par. 2. quæst. 1. art. 25. num. 19. & 20. &
art. 26. nu. 2. & seq. Grat. forens. par. 3. cap. 521.
num. 13. 14. 15. & seq. Viuian. in praxi iuris
patronat. par. 1. lib. 4. cap. 1 num. 58 & nu. 61.*
23 In capita verò, qui reprǫsentāt, ex propria
id faciunt persona, & non alterius cuius-
cunq; contemplatione. Ex Sceuola lib. 5.
responsorū in *l. Lucius Titius à testamento 90.
24 ff. de leg. 2.* illis verbis: omnes ad viriles
partes vocantis. *Viriles.* hoc est in capita.
vnusquisq; videlicèt ex propria persona.
Eiusdemq; sensus fuit Iustinianus Cęsar in
*l. si duobus 11. siuè fin. C. de impuber. & alijs
substitut.* ibiq; *gloss. fin.* ex eodem Iustinia-
no Augusto in *§ multis alijs, in fin. Instit. de
success. libertor.* illis verbis: *& in capita, non
in stirpes diuidatur.* sequitur *Gulielm. de Be-
nedict. in repetit. cap. Raynutius 16. de testam.*
verbo *& vxorem nomine Adelasiam. decis. 5.
à num. 65 ad 70. Io. Cephal. cons. 456. num. 20.
& seq. lib. 4. Lambert. lib. 1. par. 2 quæst. 1. ar-
tic. 25 num. 16. & art. 28. nu. 5. Gratian. d. cap.
521. nu. 15. Rota d. decis 2. nu. 5. 6. & seq. par. 7.
recentior. per Rubeum. Franc. Marzar. cons. 3.
num. 1. Moises. ad Consuet. Neap. tom. 1. par. 4.
quæst. 5 num. 2. & 3. Viuian d. cap. 1. num 96.*
25 In capita igitur ipsi, & eorum vnusquisq;
ad ius præsentandi vocati erant, vti in iu-
re patronatus familiari. Non itaq; pro ter-
tia parte, sed pro persona in capite ius erat
vnicuiquè eorum. Non plus igitur in per-
sonam trāstulit Donati nepotis Barnabas,
quàm ipse habebat. Ex regula; nemo plus
26 iuris dare potest, quàm in ipso est. *regula
nemo potest 79. de regul. iur in 6.* & Vlpiano
lib. 15. ad Edictum in *l. nemo plus iuris 55.
ff. de regul. iur.* ad Aphricani sensum in *l. si
seruus legatus 111. §. qui quinquè. ff. de leg. 1.*
& Vlpiani in *l. si sic legatum 78 §. si mihi. eod.
de leg. 1.* & Vrbani II. in *can. Daibertum 24.
in fine. 1. quæst 7.* ex ratione, quam refert:
27 *Quia qui nihil habuit, nihil dare potuit.* dixi-
mus *respons.* nostra *93. num. 29. & seqq. par. 4.
Rota par. 1. in recentior. decis. 605. nu. 3. in fin.
Barbos. a xiom. 160 num. 2.*

Præterquàm quòd, neq; pro integra ter-
tia parte ad eum ius præsentandi spectare
potuisset, cū adesset etiam germanus eius
Carolus, & Donatus ipse, filius esset alte-
rius fratris Barnabæ, & Caroli. Vel itaquè
integra tertia pars ipsorum duorum erat, si
in stirpes ius præsentandi ad eos deuolutū
fuisset, vti de iure patronatus hæreditario,
& Carolo præiudicium ingenerare nō po-
tuit, cùm ille non donauerit. Soli itaquè
sibi præiudicium intulit. Vel verò in capi-
ta spectauit, in iure vtiquè patronatus gen-
tilitio, & familiari, & integra tertia pars
neq; etiam eius erat. Sed virilis, & in capi-
te, pro sua persona dumtaxàt. Erroneè pro-
28 indè loquutum fuisse apparet: Ex errore
verò non nisi error sequitur. Ex Paulo li-
bro 21. ad Edictum in *l. & ex diuerso 36. §. 1.*

ff. de rei vendic. Nullum igitur firmum fun-
damentum in eius hac erronea assertione,
& donatione figendum erit, vt in illo sistāt
Aduersarij; cùm non aliud donare potue-
rit Barnabas Donato, nisi illud, quod ha-
bebat, vocem videlicèt suam personalem,
& virilem. Accedat his quoquè, quòd, cùm
esset hoc ius presentandi gentilitium, & fa-
miliare. & ad vnumquemquè eorum de fa-
milia de Lando, à Fundatore deducta, in
capita præsentatio pertineret, erat vtiq; ius
hoc presentandi personale, vt in superiori-
bus ostēdimus, & pro virili. Fac igitur po-
tuisset Barnabas Donato nepoti suam vo-
cem donare; cùm vterq; de familia esset,
29 atq; proindè de vocatis ad præsentandū,
vt duplex vox Donato acquisita fuisset, tā-
quàm ex duobus capitibus. Ex *Ioan. de*
Imol. d. clem. plures 2. num. 7. de iure patronat.
Viuian. in praxi iuris patronatus. par. 1. lib. 4.
cap. 1. num 67. in fin. Barnaba tamen ex hu-
30 manis absumpto, tanquā persona perem-
pta, cui personalirèr ius præsentandi, ipso
nobiscum agente, dumtaxàt inherebat; &
ius ipsum præsentandi peremptum fuerit
ex eius persona. Ex Vlpiani sensu lib. 7. ad
Edictum in *l. 1 §. permittitur autem aqua. ff.*
de aqua quotid. & æstiu. De facultate namq;
data ducendi aquam, quæ per Principem
conceditur, sic infert: *Et datur interdùm*
prædijs, interdùm personis. Quod prædijs datur
31 *extincta persona, non extinguitur. Quod datur*
personis cum personis amittitur: ideòq; neq; ad
alium dominū prædiorū, neq; ad hæredem, vel
qualĕcunq; successorē transit. Vita igitur ab-
sumpta Barnabæ, eoq; in orcum abeunte;
& ius, quod in Donatum transfunderat,
32 transijt, interitumq; vidit. Quia personæ
inherebat, quę perijt. Vti de iure personali,
& personæ inherente, de iure videlicèt ali-
menta percipiendi, si egens fuerit iuris pa-
33 tronatus Ecclesiastici Dominus, quod ce-
dere, & in alium transferre donatione mi-
nimè ea possit. *Gratian.* sequitur *p. 1. forens.*
cap. 177. num. 10. 11. & 12. ex *Suido de alim.*
tit. 7. quæst. 32. nu. 13. ad 20. & tit. 9. quæst. 22.
per tot. facit *cons. Oldrad. 129. cons. in quæst.*
qua quæritur, de iure personali loquentis. &
quæ latè deducit *Felin. in cap. sedes 6. col. 3.*
num. 3. vers. & primò videtur tex. de rescrips.
Cæteròquin non personale, sed perpetuum
34 fuisset; & nulla quæ à Doctoribus, dictoq;
Clemente V. in Concilio Viennense *d. clem.*
plures. de iure patronat. distinctio traditur,
iuris patronatus, quod in stirpes defertur,
& in capita; & iuris patronatus hæredita-
rij, & gentilitij, siuè familiaris, esset, vanèq;
inuenta. Cùm hæreditarium ad hæredes
35 trāsfundatur, & in stirpes. Gentilitiū verò
ad illos de familia, siuè effectiua, siuè con-
tentiua, & in capita. iuxtà Rotæ decisionē
in *Mediolanen iuris patronatus 30. Octobris*
1617. coràm *Pirouano decis. 73. nu. 5.* in im-
pressis per *Viuian. ad praxim iuris patrona-*
tus. & deduximus pluribus *respons.* nostra
16. num. 27. & 28. par. 2. Pereuntibus idcir-
cò personis de familia, ad alios de eadem
36 familia superstites deuoluitur. Quibus tūc
temporis præsentibus, atq; viuentibus, ac
potissimùm Carolo, præiudicium inferri
minimè poterat. vti perpendit *Rota in dicta*
Mediolanen iuris patronatus 18. Aprilis 1616.
coràm *eodem Pirouano decis. 70 num. 6.* apud
eundem Viuian. Fuit igitur à Barnaba Do-
nato nepoti facta donatio, vel nulla; vel si
virium aliquid obtinuit, nō vltrà, quàm ip-
so in humanis agēte, perstitit, & firma fuit.
37 Paciliana idcircò rheda ad Acherontem
illo rapto, vt prouerbio fertur, & illa pari-
tèr interitum vidit. Veluti fluuiales aquæ
decurrunt, & primis abeuntibus nouæ suc-
cedunt, itá, pariq; modo personis abeunti-
bus nouæ priorum locum subeunt. Sicuti
38 Teuchitis illa Dauid Regi. *2. Regum 14. 14.*
persuasit: *Omnes morimur, & quasi aqua di-*
labimur in terram, quæ non reuertuntur. Indè
quippè in capita ius præsentandi gentiliū,
& familiare defertur, quia capitibus subla-
tis, & quasi aquis decurrentibus perfluxis,
alia succedunt capita, quibus defertur. His
itaquè nouis capitibus præiudicium per
Barnabam fieri haud potuit, qui ius ipsum
non nisi capite persistente suo, ipso videli-
cèt, dùm vitali perfrueretur aura obtine-
bat, non vltrà, vt præiudiciū alijs tunc exi-
stentibus, Carolo præsertim eius germano,
& alijs successuris, facere minimè potuerit.
39 Quàmuis Episcopi accessisset consensus.
Molina de Hispan. primog. lib. 1. cap. 23. nu. 30.
& 31. quem sequitur *Gratian. d. cap. 177.*
num. 17. par. 1. & num. 2 . Rota decis. vlt de iu-
re patronat. in antiq. cuius meminit *Rocch. de*
Curte de iure patronat. verbo *ipse, vel is, à quo*
causam habet. quæst. 19. num. 36. in fin fol. mi-
40 *hi 83. in maiori impressione.* Quod facere
fortassè potuisset, si vnus ipse tunc tempo-
ris de familia superstes fuisset, & non alius.
vt adnotauit *Rota* in dicta *Mediolanen iuris*
patronatus 18. Aprilis 1616. coràm *Pirouano*
d. decis. 90. sub num. 1. vers. fundamentum pri-
mæ partis apud *Viuianum.* & apud *Card. Se-*
raphin. decis. 362 per totam, & decis 378. nu. 7.
& 8 Lambertin. de iure patronat. lib. 1. par 2.
quæst. 2. art. 6. num. 4. vers. primo casu, & nu. 8.
vers aut fundator reseruauit. & art. 8. num. 1.
& 2. Gratian. d. cap. 177. num. 18. aptiusq; in
terminis nostris *Couar. variar resolut. lib. 2.*
cap. 18. num. 10. Namq; hi in hoc nostro fa-
41 cto concludunt; non posse ius patronatus
donari in præiudicium aliorum, qui sunt
de familia in iure patronatus gentilitio, &
familiari. *Rota* apud *Seraphin. d. decis. 364.*
num. 2. & apud *Duranum decis. 285. num. 2.*
loquens in re nostra, de iure patronatus
genti-

gentilitio; quòd nullo modo possit in
alios transferri extrà familiam. Sequitur
ex his proindè; donationem anno 1620.
per Abbatem Benedictum de Lando fi-
lium Donati, & Clericum Ioannem Fran-
ciscum de Lando eius nepotem D. Ioanni
Iacobo de Lanna, & Antonio eius filio, fa-
ctam, qui nunc præsentauit Clericum Frã-
ciscum Troylum, firmam non vtiquè fuisse
in præiudicium aliorũ de familia, qui tunc
erant, & qui ius habebãt presentandi, & qui
futuri erant. Potissimùm verò cùm dona-
uerint prædictis Ioanni Iacobo, & Anto-
nio pro se, eiusq; hæredibus, & successori-
42 bus in perpetuum. Nequè enim ipsi mura-
re potuerunt tot annorũ curriculis ab an-
no 1345. seruatam, & ab omnibus de fami-
lia firmam habitam formã, vt illi de fami-
lia in capite præsentarent, & nõ in stirpes.
ex *Lambert. d. quæst. 2. art. 6. nu. 4. & 8. & ar-
tic. 8 nu. 1. & 2. Couar d. cap. 18 num. 10. Gra-
tian. d. cap. 177. num 17. & num. 12.*
Eòq; magis, firmiusq;, quòd tàm Abbas
Benedictus, quàm prędictus etiam Ioannes
43 Franciscus Acherontem petierunt. Quam
ob causam, vt in superioribus philosophati
sumus, eorum supremo die, vocis transla-
tio (quatenùs illa firma perstitisset) in D.
Ioannem Iacobum, & Antonium per do-
nationem factam, & ipsa interitũ viderit.
Cùm enim personale ius fuerit, (in capita
videlicèt) persona perempta, capiteq; reci-
sio, & ius ipsum, vt Turres, præcipiti ruerit,
44 dirueritq; casu. Hoc est nempè, quo diffe-
rat ius patronatus hæreditarium, & fami-
liare, siuè gentilitium, vti diximus. Quod
illud per successionem datur, & in stirpes,
vt qui succedit in locũ defetatur exceden-
tis, vnaq; persona (iuris saltim fictione, siuè
formalitèr, non sanè materialitèr) defun-
ctus æstimetur, & hæres. ex Vlpiano *d. l. hæ-
redem 70. ff. de regul. iur.* Hoc verò gentili-
tium in capita. Non itaq; per successionẽ
transfunditur. Quilibet verò, qui de fami-
lia est, siuè gente, propria venit ex persona.
Præcisa ergo persona, in qua ius fundatũ
erat præsentandi, & ius ipsum ab ea recisũ
erit. Non itaq; plus iuris in dictos D. Ioan-
nem Iacobum, & Antonium transferre po-
tuere, quàm in ipsis erat, vt diximus: vt sal-
tim ipsis vitalem trahentibus auram, in
ipsorum, qui donauere preiudicium, dona-
tio firma fuerit non quòd extinctis ipsis, &
de medio sublatis persistere potuerit. Hac
45 quippè ratione temporale distinguitur,
atq; perpetuum: quod tempore illud præ-
cludatur, hoc verò fluat, nequè retineatur.
46 Tẽpus enim, & mutari posse, ei, quod per-
durat, perseueratq; contrariatur. vndè ab
inuicem distinguitur. Docuit id Claudius
Cæsar in *l. falsò asseueratur 2. C. de diuers. re-
script.* dum inter annale, ac proindè, quod
tẽporale est, & id, quod perenne, dissidium
agnoscit, quòd hoc perduret, illud verò ef-
fluxo deficiat termino. eodemq; sensu, &
Vlpianus lib. 68. ad edictum in *l. 1. §. item
fluminum. ff. de fluminib.* distinctionẽ namq;
47 tradẽs de fluminibus. *Item fluminũ* (inquit)
*quædã sunt perennia, quædam torrentia, Perenne
est, quod semper fluit. Torrens est, quod tantùm
hyeme fluit.* est ergo tẽporale. Distinguntur
igitur tẽporale, & perenne. hoc est sine fine,
vt *glos. d. l. falso 2.* verbo *perẽnia.* adnotat. vel
perpetuum. ex *Gloss. d. § item fluminum.* ver-
bo *perenne.* sequiturq; *Gloss. in can. ea enim 2.*
48 verbo *perpetua quoq; 10. q. 2.* Ex mutatione
itaq; temporis, & dispositio mutabitur. ex
Pelagio Papa ad Florentinum Episcopum
in *can. fraternitatis tuæ 7. dist. 34.* Rationem
reddit *Glos* dictum canonem referens in
can. ponderet vnusquisquè 14. in princ. verbo
49 *tempore. dist. in 50.* sic inferens: *Nàm ratio
temporis mutat constitutionẽ.* Quam ob cau-
sam, ad tempus concessum, post illud, in-
50 terceptum censetur. Paulum excipe Do-
ctorem lib. 3. ad Edictum in *l. si vnus ex ar-
gentariis 28. §. si cum reo ff. de pactis.* sic di-
centem: *Si cum reo ad certum tempus pactio
facta sit, vltrà neq; reo, neq; fideiussori prode-
rit.* quia temporis lapsus dispositionis na-
turam mutauit. ex *Bald.* ibidem. & Papi-
niano lib. 2. quæstionum in *l. Imperator Ti-
tus Antoninus 8. ff. de postulando. Surd. decis.
189. num 9. Rota par. 1. in recentior. decis. 215.
num. 1. in fine.* & apud sanct. memor. *Grego-
rium XV. decis. 348. nu. 1.* & apud *Duranum*
Episcopum Vrgellen *decis. 402. num. 2.* dixi-
mus *respons.* nostra *42. num. 32. & respons. 64.
num. 46. par. 4.* E præsenti sęculo, tàm Bene-
dictus Abbas, quàm Ioannes Frãciscus ex-
cessere iàm; & eorum quoquè donatio ex
iure, quod personis infixũ dumtaxàt erat,
cum ipsis finem, interitumq; vidit. Non est
igitur, quòd lętetur Antonius se Franci-
scum Troylum pręsentasse: cùm nihil iuris
illi ad præsentandum superfit. Et quidèm
duplici iure nulla dictorum Benedicti, &
Ioannis Francisci donatio fuit. & quia do-
nare in præiudicium aliorum de familia,
qui tunc etiam superstites erant, minimè
potuerunt; & quia extrà familiã ius alie-
nare gentilitium sine iniuria gentilitium
non valuere, neq; illis permittebatur. Præ-
sertim verò, vt ad hæredes, & successores
transiret eorum, atq; ex gentilitio pro illa
parte hæreditarium fieret, euaderetuè, ve
in superioribus perpendimus.
Neq; porrò ipsi duo vel Ioannem Iaco-
51 bum, & Antonium eius filium, de familia
esse Landorum à Caseetano, declarare po-
tuerunt; vel illos in familiam asciscere,
coòptare, & aggregare in præiudiciũ alio-
rum, qui de familia tunc aderant, vt sunt
hodiè, & successuris tẽporibus futuri sunt.

Perqui-

Perqnirebatur saltim maioris partis eorũ
52 consensus . vt quod maior eorum fecisset
pars , ab omnibus factum videretur. iuxtà
Sceuolæ sensum lib.1. quæstionum *l. quod*
maior 19.*ff.ad municip.*illis apertissimis ver-
bis 1 *Quod maior pars Curia efficit , perindè*
habetur , ac si omnes egerint . idemq; habe-
tur ex Bonifacio VIII. in *cap. si cui eligen-*
di 23. *de elect. lib.*6 diximus *respons.* nostra
43.*nu.*17.18.*& seq.par.*3.*& respons.*27.*nu.*4.
*par.*4. *Gratian.forens.par* 4.*cap.*721.*num.*12.
& seqq.

53 Quàmuis neq; maioris partis eorum as-
sensus in id suffecisset , cùm omnes vnani-
mes consensum præstare debuissent. Quia
54 ius hoc præsentandi gentilitium , singulis
defertur Gentilibus (vt singulis,) & in ca-
pita; non vt vniuersis. Vniuscuiusq; igitur
eorum dissensus , nullitatẽ actus operatur.
55 Quia de vniuscuiusq; eorũ agitur interes-
se. ex *Gloss.in cap. vbi periculosum* 3. *§.idem*
quoquè Cardinales. verbo *singulis. de elect.in*
*sexto. Gloss.in cap.*1. *circ.fin.* verbo *tractatus.*
in princ. de reb.Eccles.non alien. eod. lib. in 6.
Glos.in d.l.quod maior 19. ibiq; *Bart.& Scri-*
bentès.ff.ad municip. Lambertin.de iure patro-
*nat. lib.*2 *part.*2.*quæst.*2.*art.*8.*num.*8.9.10.*&*
11.*Felin.in cap cùm omnes* 6. *num.*29.*de con-*
stitut.Quintilian.Mandos.in addit. ad Lapum
*alleg.*78.*num.*2.*& seq.lit. D.& E. Rota in Co-*
men. beneficij 11.*Ianuarij* 1635.coràm *Card.*
*Panzirolo decis.*82.*num.*4.*par.*7 *recentior. per*
Rubeum . dè qua in superioribus memini-
mus .

Nec dicant ipsi; non constare ex funda-
56 tione ius hoc patronatus gentilitium
esse . præsumi proindè hæreditarium . ex
*Abb.in cap.*1. *de iure patronat.Conar.d.lib.*2.
variar.resolut.cap 18.*num.*7. *d.clem.plures* 2.
ibiq; *Card. in* 6 *quæst.de iure patronat. Lam-*
*bertin. lib.*1 *par.*2.*quæst.*2.*num.*5. *Rota par.*1.
in recentiorib.decis. 482.*num.*7.& in *d.Piscien*
beneficij coràm *Eminentis.Card.Vbaldo d.de-*
*cis.*275.*nu* 7.*d.par.*7.*recent per Rubeum.*

57. Cùm,quod id quidèm in dubio exaudi-
tur, secùs verò si ex obseruantia subsequu-
ta,(vt ex actis,quæ existunt) ab anno 1487.
ad hanc vsq; diem præsentationes tanquã
à Gentilibus factæ appareant , nunquàm
verò ab hæredibus. vt ipsamet *Rota* perpẽ-
dit in *d.decis.*482. *num.*7. *par.* 1.*recentior.* &
perpendit etiam in *d. Piscien* coràm *Card.*
*Vbaldo d.decis.*275.*nu* 7.*&* 8. *d.par.*7. *recent.*
per Rubeum .

Tùm, quòd ipsemet Ioannes Iacobus, &
Antonius ius præsentãdi ad beneficia hęc,
vti de familia per donationẽ à Benedicto,
& Ioanne Francisco factam obtinuerunt .
Nàm Benedictus , & ipsius nomine Nota-
rius in donatione præfata fol.95.sic infert:
Præfatus Abbas Benedictus de Lando spontè
asseruit coràm nobis, (inquiens) *eorum fami-*
liam Landorum habuisse,& habere,nec non te-
nuisse,& possidere, &c. Ius patronatus. & in-
feriùs . *Ipsa familia fuit in quieta, & pacifica*
possessione , & vetustissima iuris præsentan-
di,&c.& ad hunc effectum,vt valeret ipse
D.Ioannes Iacobus, & Antonius præsenta-
re,fuit declaratus, (& si perperàm,) esse de
58 vera familia Landorum. Scripturas autem
has ipsi Ioannes Iacobus, & Antonius in
actis produxerunt,atq; præsentauerunt.ac-
ceptauerunt proindè omnia , quæ in illis
continẽtur . ex Innocentio III. in *cap. cùm*
venerabilis 6. ibiq; per *DD. de exceptionib.*
ex Vlpiano lib.4.ad Edictum in *l.* 1 *§ editio-*
nes. & ex Paulo lib.30.ad Edictum in *l si fi-*
lius familias absente patre 18.*ff ad Senat.Con-*
sult.Maced Ioseph Ludon. dec.Perus 19 *nu* 3.
Maranta noster *cons.*94 *nu.*1.*Rota* apud *Coc-*
cinum dec. 450.*num.*2. & apud *Card. Caua-*
ler decis 26 *num.*4. quæ est etiam in impres-
sis apud *Marchesan. par.*1. *decis* 49.*nu* 4. *fol.*
646 & apud eundem *Caualer.decis* 464 *n.*6.
apud sanct.memor.*Gregorium XV. dec* 238.
59 *num.*15. præsertim verò , cum ipsi vsi fue-
rint dictis instrumentis, & nunc etiã vtan-
tur . vt dixit *Rota in Meliten Abbatiæ* 1592.
coràm *Gypsio decis.*39.*num* 4.*post* 1.*vol.consi-*
liorum Farinacij.

Hanc proindè ob causam satis videtur
60 erroneũ, quod ipsi somniarunt. Dormien-
tes equidèm ;

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte.

Tibullus dixit. vt firmarent ius hoc patro-
natus esse hæreditarium: Barnabam,aliosq;
eius fratres filios fuisse Casertani Funda-
61 toris. successisse proindè ipsos in capita,
vti filios Fundatoris, descendẽtes verò eo-
rum in stirpes. ad dictam *clement. plures* 2.
cum ibi notatis *de iure patronat* Errauerũt
siquidèm ab vtero, loquuti sunt falsa ex
Dauide *Psalm.*57.4.

Nàm Caserranus anno 1345. Ecclesiam
prædictam S. MARIÆ Virgini insignem
fundauit: Barnabas autem anno 1498. ius
præsentandi,quod ipse,vt asseruit,pro inte-
gra tertia parte habebat , Donato eius ne-
poti dono dedit d. fol. 60. in 1. proc. Ab
anno verò 1345. ad annum 1498. interme-
dij sunt 143. anni . Et in mentem cadere
poterit intelligentis,vt hoc percipiat: Bar-
nabam , aliosq; eius fratres filios fuisse Ca-
62 sertani. Quando,vt idem Regius Prophe-
ta testatur Dauid Psalm.89. num.10. *Dies*
annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.
Si autẽ in potentatibus octoginta anni, & am-
pliùs eorum labor , & dolor : Quoniàm super-
uenit mansuetudo, & corripiemur. Tota enim
vitæ nostræ summa ad septuaginta annos
deducitur, in ijs verò , qui viribus valent ,
ad octoginta; quicquid autem vitæ sequi-
tur, labor,& dolor,& angustia. quoniam
superuenit mansuetudo,& corripiemur. ex
Hebræo:

Hebræo: *Quoniam recessit robur, & euolabi-*
mus. quoniam scilicèt recessit robur illo-
rum annorum velocitèr, & ad sepulchrum
63 euolabimus. vti *Augustinus Steuchius* Chry-
sami Episcopus, doctissimus Vir, ex Ordine
Canonicorum Regularium Sancti Saluato-
ris in hunc locum aduertit. Et æstimabunt
verum esse, atq; credibile, Barnabam filiũ
fuisse Casertani, & anno ætatis suæ 43.
quinimò amplius? (Erat tunc nempè ipse
quando donauit perfectè ætatis vir,) do-
nationẽ Donato fecisse? Et vt diutiùs præ-
64 sumitur, quis viuere ad centum annos. *Ro-*
ta apud Crescentium decis. 2. de exceptionib.
& apud *Card. Seraphin. decis. 1711. num. 2.* &
apud sanct. mem. *Gregor. XV. decis. 128. nu. 4.*
ibiq; *in Adnotatione lit. A*. Et sanè, si hæreditariũ
hoc erat ius patronatus, cur (quæso te)
præsentationes non fuere factæ vti ab hæ-
65 redibus, sed vti à Gentilibus? Ex hac igi-
tur per tot annos obseruantia subsequuta,
Gentile, atq; familiare hoc esse ius patro-
natus asseruimus, atq; in superioribus de-
duximus. Tale igitur erit. Quod si Genti-
le, vt est; Cur etiam factũ est, vt inter Gen-
tiles stipes ipsius Ioannis Iacobi non nu-
meretur, neque agnoscatur; si ille de illa
est stirpe Casertani? Nam in arbore descẽ-
dentiæ, quæ in 1. proc. fol. 91. producta est,
ipse non legitur in ea. Indè ergo non scri-
66 ptus, quia non est. Modus enim negatiuã
probãdi hic est, si in scriptura de eo, quod
prætenditur, non legatur. ex *Gloss.* recepta
per contextum etiam in *l. iustum 6. in glos. 1.*
in fin. C. de reb. cred. & si cert. petat. Rota apud
Durantem decis. 1 num. 3. & decis. 6. num. 9. &
apud sanct. mem. *Gregorium XV. decis. 433.*
nu. 3. diximus *respons.* nostra *37. nu. 24. et res-*
pons. 39. nu. 27. par. 4. Et si Gentiles ipsi sũt,
& de eadem familia, cur pro præterito nõ
præsentauere? vt fulchris indigeant nunc,
vt se substentare valeant: & donationem
exquisierint, vt ius obtinerent præsẽtandi,
quod non habebant. Cur quæso, vt Genti-
les, & ipsi non præsentauerunt? ex hoc sa-
nè, quòd non eorum hoc ius erat, neque il-
67 lud habebant. Quod enim de aliquo nẽ-
gatur, hoc vtiq; ab illo abstrahitur, conse-
quenterq; nec habet. Indè quippè nega-
68 tur, quia non habet. Hoc enim interest in-
ter habere, & non habere. ex regula illa;
69 *Quod in vno conceditur, in alijs negatur.* ex
Paulo lib. 18. ad Edictũ in *l. cum Prætor 12.*
in princ. ff. de iudic. ibiq; *gloss.* verbo *videtur*,
quæ regulam conuertitur habere locum di-
cit. eiusdemq; sensus est Vlpianus lib. 20.
ad Sabinum in *l. quæsitum est 12. §. idem res-*
pondit, si fide fundo instructo, instrumentorũ le-
gato, ibiq; *gloss.* verbo *non potest non videri*.
regulam ad vtramq; partem locum habe-
re, docens. diximus *respons.* nostra *77. num.*
28. & 29. par. 4.

70 Neq; fundamentum firment in Episcopi
assensu. Assentitus namq; fuit ille, prætense
iuris patronatus donationi, quatenus illa
per translationẽ staret. ex Alexandro III.
in *cap. illud 8. & cap. cum seculum 13. cap. ex*
insinuatione 14. de iure patronat. ibiq; *gloss.*
verbo *liberalitèr. & cap. 1. eod. tit. in 6.* dixi-
mus alios referentes *resp.* nostra 18. *nu. 16.*
71 *& 17. par. 4.* Non quòd ille in præiudicium
illorũ de familia valere posset, neq; quid-
quam operari, vt in superioribus diximus.
Rota decis. fin. num. 5 & 6. de iure patronat. in
antiq. & apud *Puteum decis. 6. num. 3. lib. 2.* &
apud *Coccin. dec. 453. nu. 6. & par. 2. in recent.*
decis. 357. nu. 7. & Nos *d. resp. 81. nu. 19. par. 4.*
72 Namq; neq; Episcopi cõfessio, quòd bene-
ficium sit de iure patronatus, præiudicat
Ecclesiæ, vel successoribus in eo. Quia Epi-
scopi confessio in acquisitis Ecclesiæ non
præiudicat, vel successoribus. ex *clem. 1. de*
reb. Eccles. non alien. Verall. decis. 128. n. 3. p. 2.
Nec opponant, quòd ipse prædictum An-
tonius in possessione sit præsentandi. Nam-
què anno 1622. vacantibus dictis benefi-
cijs, illisq; resignatis ad fauorem dicti D.
Ioannis Iacobi per Bullas Apostolicas, illa
obtinuit, & prædictũ D. Ioannem Iacobum
eiusq; patrem præsentauit fol. 88. in 1. proc.
dictusq; D. Ioannes Iacobus etiam nomi-
ne ipsius Antonij, vti donatarij anno 1620.
præsentauit Clericum Ioannem Franciscũ
de Lando, cùm beneficia vacarent prædicta
per resignationem eius in fauorem factam
per Abbatem Benedictũ de Lando fol. 76.
in d. 1. proc. Erunt itaq; manutenendi in
ipsa quasi possessione præsentandi, in qua
73 reperiuntur, consequenterq; instituendus
ab ipso Antonio Clericus Frãciscus Troy-
lus præsentatus, ex Innocentio III. in *cap.*
querelam 24. §. nos igitur. de elect. extra. Ra-
tionem nempè reddẽs, quarè præsentatum
instituendum mandauerit: *Cùm nobis con-*
stiterit, (inquit) *quòd populus in quasi posses-*
sione præsentandi existebat, quando ipsum pres-
74 *byterum ad illam elegit.* Sufficit enim in pos-
sessione tempore præsentationis esse. ex
Alexandro III. in *cap. consultationibus 19. de*
iure patronat. ibiq; *glos.* verbo *possidebat.* quę
allegat *text. in cap. ex literis 7. eod. tit.* & ex
Innocentio III. in *cap. cũ Ecclesia Sutrina 3.*
§. nos igitur, in fin. de caus. possess. & propriet.
deduximusq; quamplures referentes *d. res-*
pons. nostra 38. *num. 14. 15. 16. & 17. par. 4.*
75 Pro eodem autẽ habetur præsentare, atq;
consensum præstare resignationi factæ ad
fauorem, etiam Bullis à Sancta Sede Apo-
stolica expeditis. ex *Abb. cons. 54. num. 1. in*
fin. par. 1. Rota apud *Card. Crescent. decis. 2. de*
iure patronat. & apud *Card. Caualer. decis.*
638. num. 2. apud sanct. memor. *Gregor. XV.*
decis. 349. num. 2. & decis. 417. num. 1. & in
impressis apud *Viuian. in praxi iuris patro-*
natus

natur decis. 5. sub num. 2. & num. 6. & decis. 16. num. 5.

Hanc quippè ob causam resignationes prædictæ factę fuere, vt donatio per Benedictum, & Ioannem Franciscum dicto D. Ioanni Iacobo, & Antonio eius filio de iurè præsentandi facta, locum sibi opportunum parare videretur. Bullæ, namquè resignationis per dictum Benedictum expeditæ fuere per sanctæ memoriæ Paulum V. anno Domini 1619. 27. Nouembris Pontificatus eiusdē anno 15. fol. 72. in 1. proc. Donationes verò factæ fuere, anno Domini 1626. 4. mensis Februarij, regnante eodem Paulò V. anno eiusdem 15. fol. 95. Die verò 15. Februarij eiusdem anni 1620. dictus D. Ioannes Iacobus, tàm nomine suo, quàm etiam Antonij eius filij præsentat dictum Clericum Ioannem Franciscū de Lando fol. 76. Præfatus autem Clericus Ioannes Franciscus beneficio prædicto resignat ad fauorem dicti D. Ioannis Iacobi. Expediuntur Bullæ apud Sanctam Sedem, Gregorio XV. regnantè, sub datum apud S. Petrum anno 1621. 5. idus Decembris anno eiusdem 1. fol. 84. vndè die 8. Martij anni 1622. dictus D. Ioānes Iacobus mandatum procurationis relaxat dicto Antonio Landa, siuè Lanna eius filio ad præsentandum fol. 87. qui Antonius eodem die, & anno præsentauit dictum D. Ioannem Iacobum eius patrem fol. 88. & per Vicariū Episcopi Casertani Bullæ præfatæ exe-
76 cutioni demandatæ fuere fol. 106. vt non sinè confidentiæ crimine hæ resignationes factæ videantur ex sanctę memoriæ Pij Papæ V. constitutione. sed

Non hæc sibi tempus subdtacula poscit.

Clāculùm igitur, & sub pallio omnia prędicta facta fuere, nè rescirentur. Nullam proindè possessionem, quoàd alios de familia, qui interesse habebāt, & hoc nescie-
78 bāt; acquirere potuerunt. Oportuisset enim, vt scientibus ipsis, & patientibus præsentassent; vt in quasi possessione præsentandi esse dici possent, & quasi possessionē acquisiisse. ex traditis per *Ripam d. cap. cùm Ecclesia Sutrina 3. num. 93. de caus. possess. & propriet. Ferrett. cons. 132. num. 3. Rota* apud *Card. Seraphin. d. decis. 337. sub num. 2.* & apud *Coccinum decis. 392. num. 1. & 2. & part. 1. diuersor. decis* 184 *num. 1. & 2.* & apud sanct. memor. *Gregorium XV. decis. 417. nu. 5. & 6.* ibiq; *Beltramin. num. 13.* & apud *Duranum decis. 87. num. 22. & 23.* & in impressis apud *Viuian. decis. 42. num.* 8. diximus *respons.* nostra *66. num. 32. par. 4. Gratian. forens. par. 4. cap. 614. num. 14.*

79 Præter quàm quòd fuere præsentationes prædictæ lite pendēte factæ. Illæ namq; liti occasionē dedere. Cùm enim hęc rescissēt illi de familia, Franciscus potissimùm de Lando, litem instituit aduersus dictum D.
80 Ioannem Iacobum, etiam criminis simoniæ eum notans. vt dixit *Rota* apud *Gregorium XV. d. decis. 417. num. 4.* Nullam proindè quasi possessionem præsentandi nacti sunt, vt manuteneri eos nunc oporteat, in præiudicium Gentilium, qui verè Domini sunt, & nullam de his omnibus notitiam habuere; sicuti postquàm ad illorum deuenit notitiam, Francisci præsertim, statim se opposuere, nè præiudicium aliquod ipsis inferretur. Sicut igitur nulla fuit donatio dictis D. Ioāni Iacobo, & Antonio per dictos Benedictum, & Ioannem Franciscū facta, vt in superioribus philosophantes diximus; ostendimusq; ità, pariq; modo, & eorum præsumpta quasi possessio præsentandi. Institui ergo omnimodis dictus Clericus Ioseph de Lādo debet à veris Patronis, & Gentilibus de Gente Casertani descendentibus præsentatus; atq; ab eorum maiori numero: cùm ius nullum Antonio prædicto, non ex Gente, Gentilibusq; Casertani in dictis competat beneficijs, sicuti neq; Ioanni Iacobo eius Genitori. Concupiuit autem; sed lites inuenit, & non accepit, eò, quòd malè petierit, acceperitue.

Atquè ità ex his, quæ Aristarchi non excusso supercilio dicimus, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Auium corpora pennis in alta feruntur.*
Quod si parū, vel vngue, vel tenui filo eam retinueris, à volatu cessat.
2 *Cænobiticam vitam, qui elegerunt, vt mitigatis terrenis affectibus Cælestia capiāt, Mundo renunciare tenentur.*
Vt omni careant vinculo, quo retineri possent.
3 *Rerum terrenarum affectio vinculum est.*
4 *Animæ vinculum, non ferrum, sed timor, & cupiditas pecuniarum, & animæ passiones sunt.*
5 *Monachus à vita solitaria dicitur. & nu. 9.*
Et Mundo mortuus æstimatur. num. 6.
Tribus votis astrictus: Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ.
Extra Claustra exire non debet. num. 8.
Alioquin moritur, sicut piscis extra aquam.
Solitarius itaquè, atq; tristis sedere debet.
7 *Pecuniarū amor, qui Philargiria spiritus nuncupatur, à Monachorum instituto eliminandus.*
10 *Monachus neq; testari, neq; testamentum condere potest.*

Et quia

Et quia bonis caret.
Et quia neq; velle, neq; nolle habet.
Mundo mortuus. & num. 13.
Executor testamento datus esse non potest. num. 11.
Ni tamen à Summo Romano Pontifice testandi ei facultas fiat. num. 14.
22 *Testamentum quid? ex* Modestino.
15 *Testandi facultas est Monacho interdicta ex solo humano iure.*
Poterit proindè hac ei facultas à Summo Pontifice Romano tradi. & num. 36.
Non verò à Superiore Religionis Papa inferiore. num. 16. & num. 59.
17 *Episcopus ex Monacho factus testari non potest, nisi ad testandum à Summo Romano Pontifice facultas ei fiat.*
Quia, per Episcopatum à paupertatis voto non exsoluitur.
18 *Militarium Religionum Regulares testandi facultate priuati num sint?*
Iure cõmuni, nisi aliàs ex Regulis sit eis interdictum, posse, quidam existimant.
Non tamen Clerici earundẽ Religionũ professi. num. 19.
Quia strictiùs illi Religiosi æstimantur.
21 *Milites Religionis S. Ioannis Hierosolymitani verè Religiosi sunt.*
Tria profitentes vota.
Nec testari possunt.
Quia ex Religionis Stabilimẽtis id eis prohibetur. num. 21.
Nec etiam ad pias causas. num. 22.
Etiam Fratres Capellani obedientiæ. nu. 25.
Quin multò magis. Qua igitur habent, Religionis sunt. num. 27.
Habent tamen dùm in humanis agunt bonorum vsum ex Religionis permissione.
Nullam proindè de eis dicere in mortuis possunt sententiam. num. 28.
Etiam in Milite Conclausta.
23 *Lex quod dicit, atq; disponit, contraire ei quisquam non potest.*
24 *Consuetudinem illam, quam Sancti Patres nostri non habuerunt, neque habendam decreuere, neq; nos habere oportet.*
26 *Nemo dare potest quod non habet.*
29 *Definitio cui non conuenit, neq; definitum conuenire potest.*
30 *Testamentum nùm valeat, dùm quæritur, duo aduertenda erunt.*
Vnum, an si qui testamentum dixit, testamenti factionem habuit?
Alterum, an secundùm regulas testatus sit? ex Caio.
31 *Fundamento sublato, ædificium diruit.*
Quia super arenam ædificare videtur.
Defectus proindè fundamenti non solùm ordinem, sed & substantiã rei perimit. n. 33.
34 *Actione, qui sine agit, à iudicio repelli debet.*
Quia sine actione nemini permittitur agere.
Poterit propterea à Iudice repelli. nu. 35.
Etiam parte non insistente.
36 *Testamenta rogandi facultatem Regularibus solus Summus Romanus Pontifex concedere potest. & num. 62.*
Nec sufficit generatim tradita disponendi. num. 37.
Sed specialis perquiritur testandi.
Sine hac facultate factum testamentum nullum est. num. 63.
38 *Notarius, quod in scriptura, siuè testamento non dixit, neq; nos dicere valemus.*
40 *Religioso potest Superior facultatem facere aliqua donandi.*
Testandi tamen, vel codicillos faciendi potestatem indulgere non potest. & nu. 63.
41 *Ioseph Madianitis diuenditus fuit.*
42 *Conditio nihil interim in esse ponit, sed omnia in suspenso dimittit.*
Conditionibus omnibus parendum est, si plures illæ fuerint. num. 43.
44 *Christus Dominus noster in Cruce pendens pro nobis, protulit verba illa* Eli, Eli lamma sabathani. *vndè existimauerũt quidam, quòd Eliam vocaret.*
45 *Priuilegia omnia testamenta rogandi Regularibus Religionum Militibus indulta per Prædecessores Pius V. reuocauit. & in irritum dedit.*
46 *Bulla Gregorii XIII. reuocauit omnes facultates Militibus, & Clericis etiam secularibus Beneficia, & Commendas Religionis Hierosolymitanæ retinendi, nisi intrà sex menses, & habitum Religionis susciperent, atq; professionem Regularem in ea emitterent.*
Vt verò faciliùs id agerent, indulsit eis facultatem disponendi tàm in vita, quàm in morte. num. 47.
Sed hæc Constitutio in hac parte hodiè non viget. num. 48.
Quia in illo casu loquitur dumtaxat.
Qui idem finem vidit. num. 51.
Non extendenda proindè de casu ad casum, de quo non loquitur. num. 50.
49 *Beneficia Regularia Regularibus danda, secularia secularibus Clericis.*
50 *Dispositio Principis ad vnum restricta casum, non extendenda erit de casu ad casum, de quo non loquitur.*
Præsertim si ratio sit diuersa in vno, atquè in alio.
Et si verba non conueniunt dispositionis, vt neq; dispositio congruat. num. 55.
52 *Causa cessante dispositionis, et eius retineri effectus debet.*
Potissimùm super qua fundata est dispositio. num. 53.
Vel si causa finalis fuerit. num. 54.
55 *Verba dispositionis si non conueniũt, neq; ipsa conuenit dispositio.*
Et hæc regula expansè exauditur in omni materia. num. 56.

57 *Res ſicuti ſe habet ad eſſe,ità & ad operari.*
Eatenùs enim operatur, quatenus eſſe habeat,& ſit.
Vt ſi non ſit, neq; operari valeat.
58 *Qualitas ſine ſubiecto eſſe non poteſt.*
59 *Species nulla effici poteſt ſine materia.*
60 *Somnia eſſentiam non habent; quia tranſeunt completo ſomnio.*
Indè ſomnia multos fecerunt errare.
Nec credendum eis.
61 *Monachus quidquid acquirit, Monaſterio acquirit. & num.73.*
64 *Eccleſiarum bona nemo donare poteſt, niſi ſolus Papa.*
65 *Legem violans in commune bonum rogatam, Dei ordinationi reſiſtit, & peccat.*
66 *Monachus teſtamentum faciens ſine Papæ facultate, contra votum facit paupertatis, & peccat.*
Quin ſacrilegij ſe fœdat crimine. num.67.
Et teſtamentum nullum eſt.
68 *Nullum quod eſt, nullum producere effectum poteſt.*
Vt neque generis alicuius ſpecies eſſe poſſit. num.69.
Quia nihil eſt.
Non eſſe, & eſſe nullum ſpecie non diſtinguuntur. num.70.
70 *Sententia, quæ ſuper nullo fundamento dicta fuit, nulla eſt.*
Vt neq; reuocatione indigeat. num.71.
72 *Milites, ſiuè Fratres Capellani Religionis Hieroſolymitanæ ſi quid ex negotiatione, quàmuis illicita, acquiſierint, non Cameræ Apoſtolicæ quaſita quærûtur, ſed Religioni. ex Pij IV. Conſtitutione.*

ARGVMENTVM.

Monachi indè terrenis renunciant, vt cœleſtibus expeditiùs attendant. Nàm Monachus à vita ſolitaria ſic dictus eſt. Quia Mundo eſt mortuus, nec velle, nec nolle habens. Tria propterea profitentur vota, Caſtitatis, Paupertatis,& Obedientiæ. Teſtari proindè haud poterunt, ni ipſis ſpecialis hęc facultas à Sũmo Romano fiat Pontifice. Quàmuis ad Epiſcopatum aliquis fuerit eorũ aſſumptus. Quid verò in Regularibus Militariũ Religionum? Et quid in Militibus S.Ioannis Hieroſolymitani? Eſt hoc illis vetitũ ex Stabilimẽtis Religionis. Multòq; magis in Fratribus Capellanis obedientiæ profeſſis. Quæ perquirantur, vt quis teſtari poſſe dicatur? Actione ſine qui experitur, iurè nè ſit in iudicio repellitur. Bulla Gregorij XIII. (*Quò magis, ac firmiùs*) Confirmatoria Priuilegiorum Religionis Hieroſolymitanæ expenditur, nè vltrà diſpoſita diſtendatur. Sententia ex fundamento nullo lata, nulla dicitur, vt reuocatione non indigeat.

RESPONSIO LXXXII.

1 AVium corpora pennis in alta feruntur. Quod ſi parum,vel vngue, vel tenui filo eam retinueris, à volatu ceſſat, atquè ſubſiſtit, ac ſi pennas non ha-
2 beret. Hoc perpendentes Sancti Patres illi, qui cœnobiticam inſtituere vitã; vt mitigatis terrenis affectibus,cœleſtia faciliùs caperent; homines Mundo renunciantes, veluti ad volandũ aues,omni carere vincu-
3 lo voluere,quo retineri poſſent. Vinculum eſt enim terrenarum rerum affectio,ex Baſilij Magni verbis. qua,veluti ligaminibus præpedita, nè cœleſtia aſſequi poſſit, mens
4 retinetur humana. *Vinculum enim animæ, non ferrum, ſed timor, & cupiditas pecuniarum & animæ paſſiones; hæc ſunt vincula, licèt corpus ſolutum ſit.* Ioannes ille ab eloquentiæ flumine Chryſoſtomus nuncupatus *homil.74. in cap.14. Ioannis in fin. lit.K. tom.3.operum.* loquitur. Hinc ſanè eſt, quòd
5 Monachos à vita ſolitaria ità nuncupatos, ex sãcta Nicœna Synodo in *can. placuit omnibus* 1. & Hieronymo ad Paulinum de inſtitutione Monachi epiſt.13. in *can. ſi cupis. 5. 16.quæſt.1.* omnibus renunciare ſan-
6 xerunt. & in sãcta Religione,quaſi Mundo mortuos, permanere, tribus aſtrictos votis: Caſtitatis,Paupertatis,& Obedientiæ.

ex Eu-

Ex Eugenio Papa in *can. placuit* 8. 16. q. 1.
& Hadriano Papa in *can. placuit* 53. ibique
Gloss. verbo *mortuos esse.* & Pelagio II. in
can. nullus monachus 54. 2. *quaest.* 7. & Inno-
centio III. in *cap. cùm ad monasterium* 6. *§.*
fin. de statu monachor. & Clemente III. in
cap. porrectum nobis 13. *de regular.* & Clemen-
te V. in *clement.* 1. *in princ. de relig. domib.* de-
ducitq; per quam optimè *Ioan. Cassian. insti-*
7 *tut. cenobior. lib.* 7. De spiritu Phylargiriæ,
amore scilicet pecuniarum, à monachorũ
instituto eliminando, disserens, dixitq; Ro-
ta in *Nouarien legitima* 4. *Aprilis* 1629. corã
Ghislerio decis. 267. *num.* 13. *& seqq. par.* 5. *re-*
centiorum per Rubeum. Quia nimirùm vo-
luerunt illos non nisi cœlestibus inhiare,
quæ per professionẽ Regularẽ in Religio-
8 ne approbata capere, optauere. Vndè nec
extra claustra exire decreuere; *Quoniam*
sicut piscis sine aqua caret vita; ità sine mona-
sterio monachus. (verbis loquimur Eugenij
Papæ d. can. placuit 8. 16. quæst. 1.) *Sedeat*
proindè solitarius, & taceat; quia Mundo mor-
9 *tuus est, Deo autem viuit: Agnoscat nomen*
suum. Monos enim graecè, latinè est vnus; achos
graecè, latinè, tristis, sonat. Indè dicitur Mona-
chus, idest vnus tristis. sedeat ergo tristis, & of-
10 *ficio suo vacet.* Idem infert Eugenius ibidẽ.
Non itaquè poterit testari, neque testa-
mentum condere Monachus; & quia per
votum paupertatis bonis se abdicauit, vn-
dè quod relinquat non habet; & quia neq;
velle, neque nolle habet, Mundo iàm mor-
tuus; *cuius arbitrium non ex suo, cùm velle,*
vel nolle non habeat, sed illius, quem vice Dei
suprà caput suum posuit, & cuius imperio se
subiecit, voluntate dependet, vti Bonifacius
VIII. testatur in *cap. si religiosus* 27. *in princ.*
de elect. lib. 6. *& cap. Religiosi* 5. *aliàs fin. de se-*
11 *pultur. in* 6. Vt neq; exequutor testamento
datus, esse valeat, eadem ex ratione, quia
velle, nolleq; non habeat. ex eodem Inno-
centio *cap. fin. in princ. de testam. in* 6.
12 Testamentum quippè voluntatis est
nostræ iusta sententia, de eo, quod quis
post mortem suam fieri velit, ex Modesti-
ni finitione lib. 2. pandectarum in *l.* 1. *ff. de*
13 *testament.* Monachus verò neque in bonis
habet, neq; velle, nullam proinde dicere
in hoc poterit sententiam. non ergo testa-
ri. ex Gregorio Ianuario Calaritano Epi-
scopo in *can. quia ingredientibus* 7. 19. *quæst.* 3.
& in *cap. quia ingredientibus* 2. *de testament.*
qui textus eiusdem est Gregorij ad eundẽ
Calaritanum Episcopum. *Authent. ingressi.*
C. de sacros. Eccles. & post Suarez, Sanchez,
Lessium, & Lezanam. sequitur *Pellizzar. in*
man. regular. tom. 1. *tract.* 4. *cap.* 2. *sect.* 3. *q.* 11.
nu. 204. *Barbosa de iure Ecclesiast. lib.* 1. *c.* 42.
de transeunt. ad relig. nu. 205. *&* 206. *& seqq.*
Rota in d. Nouarien. legitima coram Ghisle-
rio d. decis. 267. *num.* 13. *par.* 5. *recent.* Et hoc
sanè absolutissimum est in omnibus, qui in
Religione per professionẽ nomen Deo de-
dere; vt testari nullo valeant modo; & quia
bonorum dominio destituti sunt; & quia
sub aliena, Superioris videlicet potestate,
constituti, voluntatẽ non habent; ni à Sum-
14 mo Romano Pontifice testandi sit illis fa-
15 cta facultas. Solo quippè humano iure, ex
datis rationibus, & quia in bonis non ha-
bent; & quia voluntate carent, est illis te-
standi ablata facultas. Poterit proindè
Pontificis supremi potestate illa eis dari,
16 non verò Superioris inferioris à Papa, vt
post alios sequitur, admittitq; *Pellizzar. d.*
cap. 2. *tract.* 4. *sect.* 3. *quæst.* 11. *num* 204. 205.
& 206. *& seqq.* Eminentissimus Card. de
Lugo de iustit. & iure tom. 1. *disput.* 3. *sect.* 6.
num. 109. *Sanchez lib.* 7. *in decalog. cap.* 8. *&*
seqq. Lezana in summa quæst. regulari tom. 1.
cap. 9. *num.* 19. *& tom.* 2. *cap.* 5. *num.* 33. *&* 34.
Barbosa de iure Ecclesiast. d. cap. 42. *num.* 209.
17 Ità quidèm, vt neque Episcopus ex Mona-
cho ad Episcopatum assumptus testari va-
leat, ni sibi à Summo Romano Pontifice
facultas fiat testandi; quia & ipse ob Epi-
scopatum paupertatis voto non soluitur.
vti tuetur *Barbosa de potest. Episc. alleg.* 114.
num. 18. *&* 23. & dixit *Rota* apud sanct. me-
mor. *Gregorium XV. decis.* 109. *num.* 4. *&* 5.
infrà referenda.
18 Nùm verò prohibitio eadem in Regula-
ribus Militarium Religionum locum ha-
beat, vt Equites earundem Religionum te-
stari, atque in testamento de bonis dispo-
nere non possint? Dicunt quidam de iure
communi (nisi aliàs ex regulis sit eis pro-
hibitum) posse testari. *Lezana d. cap.* 5. *nu.*
33. id probabile esse asserit, sequiturq; *Pel-*
lizzar. d. cap. 3. *tract.* 4. *sect.* 2. *quæst.* 81. *nu.* 179.
19 In Clericis tamen eorundem Ordinũ, cùm
tria vota profiteantur, id strictiùs proce-
dere asserunt: quia simpliciter, veri, & in-
dubitati Religiosi sunt. *Lezana ibidẽ nu.* 34.
Pellizzar. eodem num. 179.
20 Et quidèm in Religione Militari S. Ioan-
nis Hierosolymitani, seù Sancti Sepulchri,
cũ præter alios Militares Ordines, hi ve-
rè Religiosi sint, qui tria profitentur vota,
Castitatem, Paupertatem, & Obedientiam.
Lezana d. cap. 5. *num.* 5. *par.* 2. diximus alios
referentes *respons.* nostra 3. *num.* 35. *par.* 4.
Pellizzar. tract. 1. *cap.* 3. *num.* 30. *& seq.* Stri-
21 ctiùs procedit, et præsertim, quòd ex eo-
rum Statutis, siuè Stabilimẽtis id expresse
prohibeatur, nè testari valeant. tit. 18. del-
le prohibitioni, e delle pene *fol.* 189. Che
non è lecito à fratelli fare testamento, in-
stituire herede, e far legati. sic verba
disponunt.

Il voto della pouertà richiede questo, che la
dispositione de' beni, non soggiaccia alla libe-
ra volontà. Non è adunque lecito, nè in modo

alcuno si permette à Baglivi, Priori, Castellano di Empolta, Commendatori, ò vero à gli Fratelli dell'Ordine nostro il fare testamento, ò instituire herede, ò far legati, ò vero lasciare, ò donar cosa alcuna à servitori, ò vero ad altri; salvo che li salarij, e gli stipendij loro, e far nota, e dichiaratione de' debitori, e di creditori; e con licenza del Maestro disporre d'vna moderata parte di quelli. sic Statuta. Quæ proverbium nullum dicũt, sed palàm loquuntur nobis à Patre nostro Magno Magistro, vt nõ sit necessè, vt aliquis dicat: licet Fratribus S. Ioannis Hierosolymitani elogia dicere, atquè supremas scribere tabulas, ac
22 testamenta de rebus suis rogare, ad pias quoquè causas; quando hoc eis per Stabilimenta Religionis interdictum aqua, & igne inueniatur. cùm dominium bonorũ non habeat; quòd paupertatem profiteantur, neque de bonis, quæ eorum post suprema funera remanent, testari valeant. Quin sit hoc illis expressè prohibitũ; vt ei, quod
23 lex dicit, atquè disponit, contraire quisquam nõ possit; sed id sequi nos oprteat; quod ordo scripturæ designat. ex Diocletiano, & Maximiano Augustis in *l. ad probationem 21. in princ. C. de probat.* Neq; ha-
24 bere nos illam oporteat consuetudinem; quam Patres nostri non habuere, neq; habendam decreuere. ex Fabiano Papa in *can. significasti 85. in fin. 1. quæst. 1.* Non itaq; testamẽta rogare poterunt, neq; supremas dicere voluntates, nec etiam ad pias causas, qui Religioni huic nomina dederunt; & professionem in illa emiserunt, siuè sint
25 Equites militiæ, siuè Fratres Capellani obedientiæ. Quin multò magis hi, qui duplici iure Religiosi sũt; & quòd in Clerum asciti; & quòd in Religione per tria substantialia vota, Castitatis, Paupertatis, & Obediẽtiæ incorporati. vt in superioribus quoq; ex *Lezana d. cap. 5. num. 34. & Pellizzar. d. tract. 4. cap. 2. sect. 2. quæst. 81. num. 179.* perpendimus. & sequuta fuit in his nostris terminis Rota in vna *Interamnen bonorum 27. Ianuarij 1603.* coràm *Card. Bononien decis. 76. num. 1. & per totam par. 2. in recentior.* postmodùm sanct. memor. Gregorij XV. *decis. 87.* In impressis per Beltraminũ. & in *eadem causa dec. 109. apud eundẽ.* sequiturq; *Barbosa de iure Ecclesiast. d. cap. 42. num. 106. & seqq. Ioan. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 5. quæst. 1. Ioan. Maria Nouar. in lucerna regular.* verbo *testamentum. num. 2.* Nulla proptereà habenda ratio erit de supremo elogio, quod anno 1644. Frater D. Ioannes Antonius Mozzillus Capellanus obedientiæ, & professus Venerabilis Commendæ S. Ioannis Hierosolymitani Terræ Montis Herculis Beneuentanæ Diœcesis die quinta mensis Martij manu Notarij Petri de Blasio rogauit; in quo hæredem vniuersalem dixit Hieronymum Mozzillum eius Germanum fol. 15. & 16. in primo processu. Quia nimirùm, cùm esset dictus Frater Ioannes Antonius Capellanus obedientiæ paupertatis voto Religioni astrictus, bonorum titulo, dominioq; carebat; quam
26 ob rem relinquere, quod non habebat, nõ poterat. ex Bonifacio VIII. in regula *nemo potest 79. de regul. iur. in 6.* & Vrbano II. in *can. Daibertum 24.* & *Gloss.* ibidem verbo *dare. 1. q. 7.* ad Africani sensum in *l. si seruus legatus 111. §. quicunque. ff. de legat. 1.* & Vlpiani in *l. si sic legatum 78. §. si mihi. eod.* Neque testamentum rogare, cùm esset id sibi expressissimè ex Statutorum verbis inhibitum. erat igitur testandi facultate priuatus, quia Religioni, & Paupertatis, & Obedientiæ voto tenebatur. Obedientia quidem nè velle haberet, sicut nec nolle, vt suprà ostendimus: Paupertate, nè de qui-
27 bus disponeret; ei superesset, cùm non sua, sed Religionis essent omnia; habebat verò, dum in humanis agebat, bonorum vsum ex Religionis permissione. ex S. Augustino in *can. non dicatis aliquid 11. 12. quæst. 1. Lezana d. cap. 5. num. 22. & seqq. Pellizzar. d. tract. 4. cap. 2. sect. 2. quæst. 79. nu. 175. & seqq. & sect. 3. quæst. 12. num. 210. & seqq.* Non itaq; firmum perstitit testamentum ab eo rogatum, qui testandi facultate priuatus erat; & quòd bonis careret; &
28 velle non haberet. Nullam proindè iustam habebat sententiam, quam post mortem suam fieri velle, mandaret. iuxtà Modestini in superioribus traditam testamenti fi-
29 nitionem in *d. l. 1. ff. de testament.* vt cùm definitio non conueniat, neq; definitũ adaptari debeat. ex regula Aristotelica *6. topicorum*: & ex Paulo lib. 28. ad Edictum in *l. mutuum damus 2. §. appellata ff. de reb. credit. & si cert. petat. Rota in recent. par. 1. decis. 509. nu. 5.* diximus *respons.* nostra *50. nu. 49. part. 4.*
30 Porrò duo quærenda sunt, cùm de testamentorum agitur firmitate; & si qui testatus est, testandi facultate præditus sit; & si secundùm regulas testatus fuerit. Doctrinæ huius authorem Caium agnoscimus lib. 7. Institutionum in *l. si quæramus 4. ff. de testament.* verba damus eiusdem, quia ad amussim rem aperiunt: *Si quæramus, an valeat testamentum; in primis animaduertere debemus; an is, qui fecit testamentum, habuerit testamenti factionem: deindè si habuerit, requiramus, an secundùm regulas iuris ciuilis testatus sit.* Percepisti iàm Cai doctrinam. D. verò Ioannes Antonius, quòd professus esset in Religione S. Ioannis Hierosolymitani, testamenti non habebat factionẽ. De-
31 erat proindè ei fundamentum, ex quo omnis ædificatio cõstructa consurgit. ex Gregorio in *can. cum Paulus 26. 1. quæst. 1.* nec

fefugit

refugit Africanus lib. 9. quæstionum in *l. egi tecum 26. in fine principij. ff. de except. rei iudic.* & Innocentio IV. in *cap. dudum 1. de reb. Eccles. non alien. in 6. Barbosa axiom.* 103. *num.* 1. Non itaq; testari valuit. non ergo secundũ regulas testatus est: nullum propterea testamentũ fuit: vt dixit expressè *Rota in dicta Interamnen bonorum* coràm sanct. memor. *Gregor. XV. d. decis.* 87. & 109.
32 amplians etiam in Milite Concianistã, vt neque testari valeat; ni expressè id sibi à Summo Pontifice permittatur. Satis fragili innixus est fundamento Hieronymus, qui super arenã iudicij surgere fecit ædificium: ex Matthæo 7. 26. *Et cecidit, &*
33 *fuit ruina illius magna*. quippè ex *Baldo in cap. 1. §. Marchio. de his, qui feudum dare possunt. num. 8. in 2. lib. feudor.* Vbi defectus est fundamenti, nõ solùm deficit ordo rei, sed esse, & substantia rei: Ex Scæuola lib. 5. digestorum in *l. Lucius Titius 31. aliàs fin. ff. de constit. pecun.* & *l. lex vectigali 31. ff. de pignorib. & hypoth. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. gloss. 31. nu. 30. & 31. Card. Tusc. tom. 4. lit. F. conclus. 513. num. 1. & seq.* Reijci proindè à
34 iudicio Hieronymus debet, qui sine experitur actione; sine qua, agere nemini permittitur. ex Vlpiano in *l. si pupilli tui negotia 6. §. videamus. ff. de negot. gest. in fin.* & Iuliano lib. 36. ad Edictũ in *l. quoties tutor 10. §. item si temporali actione. ff. de admin. & peric. tutor. Tiraquell. in l. si vnquam. verbo reuertatur. num. 345. & 346. C. de renoc. donat. Card. Tusc. tom. 1. lit. A. concl. 109. num. 1. Marius Antonin. Maceraten variar. resolut. lib. 3. resolut. 41. num. 2. Rota* apud *Card. Seraphin. decis. 649. nu. 1.* & in *Cornetana bonorũ 1589.* coràm *Comitulo decis. 71. nu. 1. post 1. volum. consil. Farinac.* noster *Maranta cons. 146. nu. 6. in fin. Vintus decis. 41. nu. 2. Barbosa axiom. 9.*
35 *num. 4.* Vt à Iudice, parte quoq; non insistẽte, repelli, nec iniuria valeat. *Barbosa* ibidem *num. 5. Rota* apud sanct. memor. *Gregorium XV. decis. 118. num. 2. & decis. 119. nu. 6.* Neque proficit quidquam: testamentum rogasse Fratrẽ Ioannem Antonium in *præsentia Illustr. Fratris Iulij Amati Commendatarij dictæ Commendæ, & cum eius licentia, præsentia, & authoritate, & consensum præstantis, atq; potestatem ei dantis, iuxtà dispositionẽ Bullæ Papæ & attenta in omnibus dispositione dictæ Bullæ ad fauorem prædicti testantis, &c.* fol. 15. in 1. proc. vt testatur Notarius.
36 Cũm quia facultatem facere Regularibus suprema rogandi elogia, atq; hæredes relinquendi, supremæ est Summi Romani Pontificis potestatis. *Lezana par. 1. d. cap. 9. num. 19. Pellizzar. d. tract. 4. cap. 2. sect. 3. q. 11. num. 205. Card. de Lugo d. disputat. 3. sect. 6. num. 118. Barbosa de iur. Ecclesiast. d. cap. 42.*
37 *num. 209.* Vt neque sufficiat quæcunque licentia ad disponendum generatim indulta; sed expressa, atq; specifica ad testandũ perquiratur. vt idem aduertit Eminentiss. *Card. de Lugo d. sect. 6. num. 119. Rota* apud sanct. mem. *Gregorium XV. d. decis. 87. nu. 1. & seqq & d. decis. 109.* Nulla hîc intercessit hoc cum Fratre Ioanne Antonio specialis Summi Romani Pontificis indulgentia, neq; etiam generatim.
38 Nàm id Notarius, qui testamentum rogauit, non dicit, vt neq; nos dicere debeamus: ex Iustiniani Cæsaris argumento in *l. vnic. §. fin. autem ad deficientes. C. de caduc. tollen. Gloss. fin. in fin. in l. tale pactum 41. §. fin. ff. de pact. Ojasc. decis. 64. num. 7.* diximus *resp.* nostra 41. *nu. 44. & 45. par. 4.* Non ergo firmum est testamentum.
39 Tùm quia, facultatẽ hanc testandi facere, indulgereq; haud poterat dictus Dominus Frater Iulius Commendatarius, cùm ipse hanc nõ haberet, neq; iure communi, neq; speciali Religionis. Non iure communi, quia hoc dispositum non inuenitur. quinimò contrarium, vt in superioribus ostendimus. vt cùm lex non dicat, neque nos asserere fas sit. Non iure speciali Religionis, quia per illam in statutis, vt in superioribus deduximus, expressè intercepta inueniatur Fratribus omnibus testandi, testamentaq; conficiendi, rogandiq; po-
40 testas. Et licèt quidèm possit Superior Religiosi facultatem eidem facere donãdi aliqua; testandi tamen, vel codicillos conficiendi potestatem indulgere nullo potest modo, cùm hoc ad Summi Pontificis pertineat potestatem. vt aduertit *Pellizzar. d. quæst. 11. num. 206. sect. 63. Card. de Lugo d. sect. 6. disput. 3. num. 118. Barbosa de iure Ecclesiast. d. cap. 42. num. 209. & 210. Rota* apud sanct. mem. *Gregorium XV. d. decis. 87. num. 1. & nu. 12.* ibiq; plenè *Beltramin. nu. 13. & seq. & d. decis. 109. num. 1. & seqq.* Præterquàm quòd si potestatem hanc testandi D. Frater Iulius Commendatarius Fratri Ioanni Antonio fecit, illam sanè dedit, iuxta dispositionem Bullæ Papæ & attenta in omnibus dispositione dictæ Bullæ. sed Bulla hæc non cõparet. Quo ergo Hiero-
41 nymus ibit? iuxtà illud Genes. 37. 30. *Puer non comparet, & ego, quo ibo?* De Ioseph Madianitis vendito, verba faciens, Ruben, ac dolens: ibit quò ille per Ouidium

Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Fuit proindè hæc facultas conditionalis.
42 Conditio verò, nihil interim in esse ponit, sed omnia in suspenso dimittit: vt subueniri ei, qui sub cõditione dictus est hæres non possit. ex Vlpiano lib. 50. ad Edictum in *l. si quis sub conditione 8. ff. si quis omiss.*
43 *causa testamenti*. Quia parendum daris est conditionibus, & si plures illæ fuerint. ex Paulo lib. 2. ad Sabinum in *l. si heredi plu-*

res con-

tes conditiones 5. ff. de condition. institut. Rota
apud sanct. mem. Gregorium. XV. decis. 428.
num. 3. diximus respons. nostra 34. nu. 60. 61.
& 62. par. 4. Ni apparuerit proindè hæc
Bulla, nil iuris superexit Hieronymo. Sed
fine videamus, an veniat Bulla? Sicuti in
44 Cruce pro nobis, & propter nostram salu-
tem pendente Dño nostro IESV Christo
seruatore: Cùm circa horam nonam clamasset
IESVS voce magna, dicens: Eli, Eli lammasaba-
cthani? hoc est: Deus meus, Deus meus, vt quid
dereliquisti me? Quidam illic stantes, & audien-
tes, dicebant, Eliam vocat iste. Cæteri verò di-
cebant. Sine videamus, an veniat Elias liberãs
eum. Matthæi 27. 46. & certè Bulla venire
non poterit; quia non est. præsertim verò,
45 cùm Pius V. priuilegia omnia, testamenta
rogandi sacris Religionum Militibus per
prædecessores suos indulta, in irritum re-
uocarit. vt testatur Io. Azor. d. par. 1. lib. 12.
d. cap. 5. quæst. 1. non ergo venire Bulla hæc
poterit, quæ non extat. Ni fortassis allu-
cinati ipsi fuerint in Bulla sanct. mem. Gre-
gorij XIII, quæ incipit: Quò magis. ac fir-
46 miùs, sub datum Romæ apud Sanctum
Petrũ sub annulo Piscatoris die 23. Mar-
tij 1580. Pontificatus sui anno viij. inter
Constitutiones Religionis fol. 65. Equi-
dem Constitutio prædicta Gregorij, con-
firmatoria est Priuilegiorum Religionis.
Innouãs præsertim Constitutiones Pij IV.
& Pauli III. quibus statutum erat; vt obti-
nentes Beneficia, & Commendas Religio-
nis, quamuis alias Clericis secularibus da-
ri solitas; intra sex menses à die publica-
tionis habitum regularem Religionis su-
scipere, & professionem regularem etiam
emittere tenerentur, sub pœna priuationis,
& ipso facto vacationis dictorum Benefi-
ciorum, & Commendarum: addens insu-
47 per sequentibus: Et quò faciliùs, si qui ad
præsens reperiuntur quomodolibet prouisi de
Beneficijs, Baiulationibus, & Commẽdis huius-
modi dependentibus, seu ad illorum collationẽ,
prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliã
dispositionem spectantibus, etiam habitũ dictæ
Religionis nõ susceperũt, ad habitus ipsius su-
sceptionem, & professionis emissionem inducan-
tur, eisdem Prioribus, & Baiuliuis. & Commẽ-
datarijs licentiam, et facultatem concedimus ip-
sis condonandi, & relaxandi eorum spolia, quæ
ad dictos Priores, Baiulinos, & Commendata-
rios spectãt, ità vt de illis disponere possint, tàm
in vita, quàm in mortis articulo: Condonatio-
nemq;, ac relaxationem huiusmodi, eiusdem ro-
boris, ac momenti esse, ac si ab eadem Sede ema-
nassent.
48 Loquitur proindè Cõstitutio in illo casu
dumtaxàt; vt faciliùs illi, qui tunc benefi-
cia obtinebant Religionis, ad habitus su-
sceptionem, atq; ad professionis emissio-
49 nem inducerentur, & beneficia Religio-
nis regularia Regularibus Religionis eius-
dem conferrentur, nõ Clericis secularibus,
neq; Militibus non Regularibus. ad Inno-
centij III. sensum Archiepiscopo Montis
Regalis in cap. possessiones 10. in fin. de rebus
Eccles. non alien. extra. illis verbis: Aut Ec-
clesias, in quibus Monachi ministrare consueue-
runt, Clericis, vel laicis assignare. atq; etiam
Bonifacij VIII. in cap. cùm de beneficio 5. de
præbend, & dignit, lib. 6. distinctiùsq; dispo-
suit Clemens V. in Concilio Viennen. in
clement. quia regulares. vnic. de suppl. neglig.
prælator. Sacrosancta Tridentina Synodus
sess. 14. cap. 10. de reform. & sess. 25. cap. 21. de
regular. plures dedi, ximus nos respons. no-
stra 89. num. 14. & 15. par. 4. Non extenden-
50 da igitur dispositio erit præfata Gregorij
XIII. ad casum, de quo nõ loquitur. diuer-
sa cùm ratio in vno, atq; sit in alio. ex Pa-
piniano lib. 8. responsorum in l. cùm pater
79. §. dulcissimis fratribus meis. ibiq; Bart. in
summario. ff. de legat. 2. Molina de Hispan. pri-
mogen. lib. 1. cap. 5. num. 9. Rota in Romana de-
tis, siuè Saluiani 10. Iunij 1626. coràm Du-
rano Episcopo Vigellen decis. 17. nu. 44. par. 5.
recentiorum per Rubeum, quæ est decis. 40.
num. 43. par. 1. in impressis per eundem Du-
51 ranum. Eòq; magis, quòd dispositio præ-
dicta in hac parte, iàm finem vidit; cùm
beneficia prædicta, & Commendæ non nisi
Militibus, atq; Clericis, qui habitum susce-
pere Religionis, & professionem regularẽ
in illa emitti solitam emisere, dentur. Vt
52 cessante causa illa dispositionis, ille in ca-
su dumtaxàt, & dispensationis effectus re-
tineri debeat. ad regulam Innocentij III.
in cap. cùm cessante 60. de appellat. Rota p. 1.
in recentior. decis. 437. nu. 3. Card. Tusc. tom. 1.
lit. C. conclus. 202. num. 1. & seqq. & in hisce
53 nostris terminis, vt cessãte causa, super qua
fundatur dispositio, & ipsa cesset disposi-
tio. sequitur. alios referẽs Barbos. axiom. 40.
54 num. 4. potissimum verò si causa finalis sit
dispositionis, atque dispensationis, vt per-
pendit Sanchez de matrim. lib. 8. disput. 30.
num. 12. & 13. Barbosa d. axiom. 40. num. 4.
& 5. Quia nimirùm dispositio dicti Gre-
gorij in hoc, quo nunc versamur facto, non
55 loquitur. Vt si verba non conueniunt dis-
spositionis, neq; dispositio ipsa congruere
debeat. ex Vlpiano lib. 1. ad Edictum in
l. dies cautionis 4. §. testes. ff. de damno infecto.
& Africano lib. 24. quæstionũ in l. quod con-
stitutum est 22. ff. de milit. testam. Tiraquell. in
l. si vnquàm. verbo libertis. num. 2. C. de reuoc.
56 donat. & nu. 5. Hanc regulam ità expansè
exaudit, vt verba vbiq; perpendenda sint,
nõ solùm in legibus, & statutis, sed in qua-
cunquè materia; neq; ab illis recedendũ,
quin firmitèr illis inhærendum sit. sequi-
turq; Card. Tusc. tom. 8. lit. V. conclus. 89. nu. 1.
Afflict. decis. 355. num. 8. Marius Antonin. va-
riar.

riar.resolut.lib.3.resol.9.nu.4. Barbosa axiom.
222.num.33. deduximus *respons.* nostra 48.
num.37. par.4. Reiecta est ergo spes lucri
Hieronymo ex Bulla Papæ: quod testari
potuerit Frater Ioannes Antonius, atq; su-
premas pro eo scribere tabulas; Cùm Bul-
la prædicta, vel nō sit; vel si hæc est Grego-
rij XIII. pro ipso non faciat. Quoniam de
re satis diuersa loquitur, atq; disponit. Ni-
hil igitur operari poterit, cùm nō sit. Sicùt
57 ergo se res habet ad esse, ità & ad operari;
quia esse priùs res debet, quàm operetur
quidquam, ex Philosopho. nec dimisere ex
nostratibus Paulus lib. 5. ad Sabinum in
l. si seruum 4. §. si modus agri. ff. de actionibus
empti, & venditi. illis breuibus verbis: *non*
potest æstimari bonitas loci, qui non extat. esse
igitur priùs res debet, quā operari valeat,
atque de ea qualitates dari. neq; propositionem
diffugit *glossella marginalis* ibidem
58 inferens: *non potest esse qualitas sine subie-*
cto. quod ad amussim cum Caio concinit
lib. 2. rerum quotidianarum in *l. adeò qui-*
dem 7. §. cùm quis ex aliena materia. ff. de ac-
quirend. rer. domin. cùm inquit: *sine materia*
59 *nulla species effici possit.* Quia nimirùm res,
quæ non existit, nec operatur. deduximus
Nos *respons.* nostra 79. *num. 50. par. 4.*
60 Neq; facit obstaculum inuentum à Hie-
ronymo somnium. (Nàm velut somnium
surgentiū in hilum reuertetur.) sicut *Psal-*
mo 72.20. in re simili Regius protulit psal-
tes: *Velut somnium surgentium Domine, ima-*
ginem ipsorum ad nihilum rediges. & Sapiens
Ecclesiastici 34. 7. rationem reddit: *Multos*
enim (inquiens) *errare fecerunt somnia; &*
exciderunt sperantes in illis. Quòd videlicet,
quę habebat Fr. Ioānes Antonius, acquisita
fuere Commendæ: & ex regula generali:
61 Quidquid acquirit Monachus, Monasterio
acquirit. ex Concilio apud Alteā in *can. sta-*
tutū est 1. 18. q. 1. & Innocentio III. in *cap. in*
præsentia 8. de probat. & cap. cū olim 14. §. pre-
tereà quiā. de priuileg. diximus *resp.* nostra 71.
nu. 21. p. 3. Rota in d. Neudasten. legitima corā
Ghisilerio d. decis. 267. num. 13. par. 5. recent.
& ex peculiari Constitutione Statutorum
tit. 14 delle Commende *§. 57. che gli beni ac-*
quistati siano applicati alla più vicina Com-
menda. fol. 59. Potuit proindè facultatem
illi facere testandi Dominus Frater Iulius
Commendator, vel eius Superior. Iure er-
go testatus fuit.
62 Minorem enim nos negamus. Quia pro-
fectò facultatem testandi Regularibus, ob
paupertatis expressum votum, nemo nisi
solus Papa facere potest. vt in superiori-
bus diximus. Dominus Frater Iulius Papa
63 non erat. Non ergo iure supremas dixit
tabulas Frater Ioannes Antonius, obsistē-
te sibi lege, nè testari valeret, testamētumq;
rogaret. argumento petito ex Alexandro
Tertio in *cap. nullus laicus 17. de iure patro-*
64 *nat.* quatenùs habet: bona Ecclesiarū ne-
minem posse dare, nisi Papa facultatē fece-
rit. & deduximus in superioribus ex *Rota*
d. decis. 87. num. 1. & 12. & d. decis. 109. num. 1.
& seq. coràm sanct. memor. *Gregorio XV.*
& Barbosa de iure Ecclesiast. d. cap. 42. n. 209.
65 *& 210.* Legem autem violās in commune
bonum rogatam, Dei ordinationi resistit,
& peccat. ex illo Pauli ad *Romanos 13. 1.*
inferentis: *Itaq; qui resistit potestati, Dei or-*
dinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi
damnationem acquirunt. peccāt proindè. se-
quiturq; Augustinus in *can. qui resistit 97.*
11. quæst. 3. S. Thom prima secundæ, quæst. 96.
art. 4. in corpore. diximus *respons.* nostra 89.
66 *num. 41. & seqq. par. 4.* Peccauit igitur con-
tra legem faciens, atquè contra votum ex-
pressum paupertatis Frater Ioannes Anto-
nius, quando sine Papæ permissione supre-
mas, post sua funera vim habituras, dedit
tabulas. Quia datam Deo fidem per pau-
pertatis votum, testādo, ac si proprium ha-
beret, fregit, & in re graui. ex Augustino
in *can. nuptiarum bonum 41. §. fin. 27. quæst. 1.*
67 vndè sacrilegij se fędauit crimine. ex Am-
brosio in *can. sunt qui opes suas 3. 17. quæst. 4.*
S. Thom 2. 2. quæst 88. art. 6. ad secundum. ibi-
demq; *Caietan. Ioan. Azor. institut. moral. p. 1.*
lib. 11. cap. 16. quæst. 19. Nullum ergo fuit,
68 quod fecit, testamentum. Nullum proin-
dè producet effectum. ex Paulo lib. 3. ad
Paulutium in *l. quod edictum est 33. in fin. ff.*
de pact. ità ipso consequentiam inferente.
Igitur si mandati actio nulla sit, non prodesse
exceptionem. Quia nimirùm, quod nullum
est, nullum producet effectum. Vt neq; spe-
69 cies esse possit generis alicuius, quod nul-
lum est, quia nihil. Nihil autem non est. nō
itaq; generis alicuius species esse poterit.
ex *S. Thoma 2. 2. quæst. 94. art. 1. in 3. argum.*
Thom. Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 2. nu. 5.
Barbosa axiom. 164. num. 1. diximus *respons.*
nostra 55. *num. 48. & 49. par. 4.* Eademquè
firmabitur soliditate, quę pro Hieronymo,
iuribus non discussis Religionis, sententia
70 dicta fuit. Vt sicut nullum testamentum
fuit, nulla quoq; sententia euaserit. Quia
non est. Quippè non esse, & esse nullum,
specie non distinguntur, ex Paulo lib. 6.
quæstionum in *l. duo sunt Titij 30. ff. de te-*
stamen. tutel. ibiq; *glossella marginalis.* sequi-
tur *Gloss. 1. in cap. pastoralis officij 14.* verbo
71 *ambigitur. de rescript.* Vt neq; reuocatione
indigeat, cùm nulla sit. *Rota* apud *Card. Se-*
raphin. decis. 493. num. 2. & seqq. sequiturq;
apud *Card. Caualer. decis. 42. num. 6.* deduxi-
musq; Nos *respons.* nostra 98. *num. 10. & 11.*
par. 4. Veluti anno 1576. in Senatu Tholo-
sano reuocatū fuisse testamentum cuiusdā
Equitis Hierosolymitani, refert *Maynard.*
decisionū eiusdē Senatus *lib. 1. dec. 17. nu. 3.*

Præter-

Præterquàm quòd Frater Ioannes Antonius post (& si perperàm) rogatū testamentum, multa per negotiationem acquisiuit. quod ipse probauit Hieronymus pluribus deductis testibus, qui ex monitorialibus venerunt. Illicitè proindè.
72 Nisi itaq; esset ipse Frater Capellanus Religionis Sācti Ioannis Hierosolymitani, & professus, Cameræ Apostolicæ pro spolio essent obnoxia. Verùm succedit Commenda. ex Pij IV. Constitutione 29. quæ incipit *Romani.* rogata 24. Martij 1561. cuius meminit *Barbosa in collectān. Bullar.* verbo *Milites Sancti Ioannis Hierosolymitani. §. bona illorum decedentium. fol. mihi* 453.

Quoquo igitur vertatur; nulla hæc est Fratris huius Capellani in Religione professi facta in supremis dispositio. Nullum ergo testamentum. neque in eo hæredis facta nūcupatio locum habebit. Iure ergo
73 in omnibus Religio ius habet. Quia quidquid acquirit Monachus, Monasterio acquirit. *d. Authent. ingressi.* ibiq; *per Doctores C. de sacrosanct. Eccles.* & in superioribus deduximus.

Atquè ità ex his Aristarchi supercilio suppositis respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Hominum vita militia est super terram.*
Continuum est enim bellum.
Pauidos proindè nos esse oportet. num. 2.
Ac vigilantes.
Facilè quippè fieri potest, si dormierimus, vt perimamur. num. 3.
Non itaq; oscitandum. num. 6.
4 *Militia vita dicitur hominis. quia tentationibus plena.*
Ac breuis, sicut mercenarij dies eius. nu. 5.
7 *Dies ludit hominem, cùm præproperè aduenit, vt moriamur.*
8 *Adagium.* Mala, vel innocata veniunt.
Bona vix accidunt ijs, qui quærunt.
Mala, vel non quærentibus obtingunt.
9 *Factum enarratur mirandū, vt timeamus Dei iudicia.*
10 *Crabrones non sunt excitandi, irritandiq;.*
11 *Pitagoræ symbolum.* Ignis gladio non fodiendus. *expenditur.*
12 *Casus fortuiti qui nàm dicantur?*
Ii sunt, quos nullum humanum consilium præuidere potest. & num. 23.
Nullus proindè ex eis tenebitur. num. 13.
Secus verò, si præuideri potuere. num. 14.
Non equidèm sine fortuitu se casu tuetur.
Nàm in culpa fuisse videtur.
15 *Culpa est, cùm quod diligentèr prouideri potuit, non fuit præuisum.*
16 *Occasioni qui se vltrò peccandi offert, in culpa esse censetur.*
17 *Periculum qui amat, in illo peribit.*
18 *Delicto immunis quis non redditur, qui manifesto facinori desinit obuiare.*
19 *Confessioni in iudicio factæ, standum.*
Quia pro re iudicata habetur.
20 *Voluntas in maleficijs, non exitus spectatur.*
21 *Iniuria sine volūtate, & facientis affectu esse non potest.*
Quarè iniuriā facere non æstimatur, qui se defendit. num. 22.
24 *Maleficia voluntate, & proposito distinguūtur.*
25 *Animus, & voluntas, quæ in intrinseco latet, ex verbis dignoscitur.*
26 *Verba earum sunt, quę sunt in animæ passionis notæ.*
27 *Iniuriarum haud tenetur, qui in certamine aduersarium percussit.*
Neq; de necato homine.
28 *Defensio à natura descendit.*
Atq; violentiæ per vim repulsio.
Iure proindè quisq; fecisse videtur, quod sui ob tutelam fecerit corporis. num. 29.
Licet proindè, qui vim inferre tentat, ferire. num. 32.
Quia licet se defendere. quàmuis modus excedatur. num. 33.
Et etiam amicum. num. 48.
30 *Hominem homini insidiari nefas est.*
Nec mirūm, si quod quis fecit, hoc passus sit. num. 31.
34 *Angustijs pressus ab inimicis iure se quisq; defendit.*
Occidat quàmuis.
35 *Agressus potest licitè præuenire in se defendendo.*
Neq; expectare debet, vt feriatur. & nu. 46. *ex Cicerone.*
Licitèq; quis aggressorem ferire potest. n. 38. *& num.* 51.
36 *Susāna honestissima illa mulier Ioachimi vxor in angustijs posita erat inter duos senes.*
37 *Iure qui facit. permittente, pœnam non meretur.*
Quia qui iure facit, iustè fecisse videtur. num. 40.
39 *Iniuria dicitur, quod non iure factum est.*
41 *Necessitate qui aliquid facit ineuitabili nullo tenetur modo.*
Et satis est, ipsum iusta causa motum fuisse, vt excusari valeat. num. 54.
42 *Charitatis ordine sibi quisquè magis tenetur, quàm proximo.*
43 *Dilectio proximi ex se ipso regulam sumit.*
Diliges proximum tuum, sicut te ipsum. *Matthæi* 19. 19.
44 *Locus Canticorum* 2. Introduxit me in cellam vinariam? ordinauit in me charitatem. *expenditur ex S. Thoma.*

45 *Ordo*

45 *Ordo includit aliquem modum prioris & posterioris.*
46 *Defensio quidem lex nobiscum nata est. ex Tullio.*
47 *Lucae 22. 38. Domine ecce duo gladij hic, expenditur.*
49 *Arma quae Ecclesiastici pro sua defensionis tutamine habent, culpae non sunt.*
50 *Clericos arma portare prohibetur.*
Nisi ob tutelam corporis sui deferre cogantur.
Et quando locus periculosus sit illis transeundus.
52 *Clericus aggressus, insultatus, vel lacessitus fugere non tenetur, quando se sine timore sibi potest subfugiendo.*
Potest aggressorem occidere.
Ad sui defensionem.
53 *Ita facile homines in furorem conuertit, vt dicere quid faciat haud possit.*
54 *Causa, quae iusta est, excusas facientem, ne delinquere videatur.*
Quia vim vi arcens cessat tunc dolus. & nu. 61.
55 *Dolus cessat, vbi iusta faciendi causa intercedit.*
56 *Fecholas sicut & vulnera ad mensuram non aestimantur.*
Animo praesertim irato.
57 *Princeps aut vulneratus testis idoneus non est aduersus vulnerantem.*
Praesertim vero si sit dolus factus criminalis.
58 *Testis in re propria nemo idoneus.*
Et nullus idoneus testis in re sua intelligitur. num. 99.
Testes Fisci pro inquisitis saepe satis attendenda sunt ad verum sublevamen. n. 60.
62 *Mortuum hominem vulnerans, hominem necare, vel deformare haud dicitur.*
In quibus aut prouide irregularitatem.
Quia nullus mortuo esse occidendo, si adhuc vir integer est, num. 70.
63 *Irregularitatem ad incurrendam ex homicidio duo requiruntur, vel quod hominem quis deformet, vel occidat, primarium.*
Irregularitas iure humano inuecta est. num. 64.
Extendi proinde nescit, quatenus iure expressa inuenitur.
65 *Homo non est qui mortuus est.*
Abesse quippe hominis, vt compositum quoddam est, duo principaliter exiguntur, corpus videlicet, & anima. num. 66.
67 *Mors est separatio animae à corpore.*
Namque anima dissoluitur à corpore.
68 *Homicidium est, hominem occidere.*
69 *Abortum procurans foetus non animati, irregularis non est, quia non hominem necauit.*
71 *Confessio vel qualificata non praescinditur ab ipsa qualitate.*
Potissimum vero si qualitas probetur.

ARGVMENTVM.

Homicidium quod nam casuale; & quod appensatum dicatur. Quiq; fortuiti casus dicuntur, vt praeuideri non potuerunt à Maleficia ex voluntate discernuntur. Quod vero quis ob tutelam corporis sui facit, iure fecisse videtur. Quia defensio à natura ipsa insita nobiscum est. Aggressorem licite occidere possumus, ipse quippe praeuenit, vt imputet sibi malum. Clericis arma portare vetitum est, nisi necessitas id exposcat. Satis vero est, iustā adesse causam, vt à dolo quis excusetur. Irregularitas iure humano inuecta, non vltra promananda, quàm iure sit expositum. Mortuum vulnerās, vel trucidans, irregularis non est. Quia hominem non necauit.

RESPONSIO LXXXIII.

1 HOminum vitam militiam esse, ipsemet Spiritus sanctus patientissimi Hominis Iob 7. 1. voce contestatus est. *Militia* (inquies) *est vita hominis super terram; & sicut mercenarii dies eius*. Et sane iure, quia assidue nobis colluctatio est, & cum Mundo, & cum Carne, & cum Daemonibus. Bellum etenim vita praesens: quia
Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,
Et subito casu, quae valuere ruunt.
2 Ouid. 4. de Pont. eleg. 3. occidit. Vnde semper pauidos nos esse oportet. Vigilātes (vt Petrus Apostolorū Princeps 1. epist. c. 5. 8. nos admonet) *Fratres* (inquit) *sobrij estote, & vigilate: quia aduersarius vester Diabolus tanquam Leo rugiens circuit, quaerens quem deuoret: cui resistite fortes in fide*. Facile nempe
3 fieri potest, si dormiamus, vt veniat inimi-

 cus.

cus homo, & nos perimas. Militia igitur est vita hominis super terram. Quia nimirùm
4 ipsa vita tentatio quædam est, atq; probatio: vndè Septuaginta Interpretes verbum illud *Militia*, probationem, siuè tentationē verterunt *πειρατήριον* piratirion. Innuit omnis circūstare nos pericula, veluti eos, qui sunt in bello. Hæc autem pericula sūt probationes, & exercitationes, vti doctissimus Chysami Episcopus *Augustinus Steuchius* in hunc locum Iobi obseruat, & ex Hebr.
5 infert. Indè vitam præsentem militiā nuncupatam, quia breuis est, & amaritudinibus, atq; periculis plena, quod & Chrysostomus adnotauit: *In his* (inquiēs) *vult ostendere ærumnas, & breuitatē vitæ*. Sunt enim sicut mercennarij dies eius, quia miserijs sunt pleni, & laboribus, quod & obseruauit *Martinus del Rio adagial. sacror. p. 1. adag. 729.*
6 In anno mercennarij fol. 949. Non itaquè oscitandum, dùm in præsenti vita sumus, quia bellum exercemus, nè superemur. & dixit Vergilius ad fin. 1. Georgic.

Nescis quid vesper serus vehat, vndè serenas
Ventus agat nubes.

Quin veteris Mimi dicto

Nulla est adeò bona fortuna, de qua non possis queri.

Nescit quod optet, aut fugiat, sed ludit dies.

7 Lusit sanè satis præpoperè dies, & Horatium Trencam, & D. Hyacintum Gueuarā, qui, ambo vna die perierūt, vt cadat verus
8 Adagium. *Mala, vel innocata veniunt.* Nām erat in Prouerbiorum collectaneis apud Græcos ità relatum (vt Adagiorū collector refert) *Bona vix accidunt ijs, qui quærunt: mala, vel non quærentibus obtingunt*; (Idem) vt vulgò dicunt idiotæ, neque tamen non verè: *Mala vltrò adesse, vel innocata*. Et tamen passim vitijs nostris accersimus bellum, lites, morbos; quasi sua spontè parum adsit malorum.
9 Anno itaq; superiore tertio Maij 1649. manè D. Hyacintus Gueuara vnà cū Marcello Galeota, Nobiles Neapolitani, eorumq; pedissequus Io. Baptista Mangus iuuenes, Auersā appulerunt, ibiq; propè Monasterium Monialium S. Blasij nuncupatū, hora 16 circitèr, vel 17. Cùm Clericus Carolus Trenca, qui propè domum in platea aderat, eos prospexisset, domum se recepit, non multò verò post egressus, vt abiret, videns cum D. Hyacintus Gueuara cum eo sermonem iniJt, manu eum tenens, atq; deambulando ad portam vsq; Ciuitatis, & extrà illam, quæ non longè aberat, ducens extrà portam propè viridarium Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ Nouæ, cum verbis incalescerent, è viridario D. Ioseph Trenca Sacerdos, & Horatius Trenca laicus gladio ad femur præcinctus fratres egressi sūt, fortassè, vt altercantes sedarent, sicuti testes ad defensam deponunt. Marcellus Galeota manu gladium, quo erat præcinctus, educens, in Horatium insurrexit, eumquè gladio petijt, qui cadēs in terram mortuus est. In pedes autē se dans apud Monasterium S. Laurentij non indè longè Patrum Cassinensiū se recepit. Carolus gladio, siuè magno cultro exempto, atq; tormento bellico paruo duorum palmorū, vulgò pistola nuncupato, (& si hoc ipse inficias eat) & D. Ioseph Horatij gladio accepto, qui in terra mortuus iacebat, vel penè moriturus, in D. Hyacintum, qui & ipse gladium eduxerat suum, pariq; modo Io. Baptista Mangus, inuehunt, ità planè, vt contemnēdo intrà portam Ciuitatis, è qua egressi fuerāt, peruenerint, eumq; datis vulneribus animam efflare compulerint. fuerit verò Deus ni, & ad inferos deduxerint. Ioānes Baptista Mangus vno in pectore accepto vulnere, ad Monasterium S. MARIÆ de Carmelo se recepit, & in illud ijdem D. Ioseph,
10 & Clericus Carolus Trenca. Crabrones nō sunt excitandi, irritandiq;, & secundùm
11 Pytagoricum symbolum: *Ignis gladio non fodiendus*. hoc est per se mala non prouocanda, proptereà quòd flamma, quò magis exagitatur, hoc magis, atq; magis incalescit. Ira itaquè percitum nè lacessas. Illis duobus è vita iàm dilapsis in momento, in ictu oculi, quippè

Lanificas nulli tres exorare puellas
Contigit, obseruant, quem statuere diem.

vt Marcialis lib. 1. dixit.

Curia Episcopalis Auersana super patrato facinore examinato Io. Baptista Mango principali vulnerato fol. 1. factaq; recognitione exanimati corporis D. Hyacinti, qui tribus vulneribus acceptis animā egit, vno quidèm suprà mammam dexteram, altero in mamma sinistra, tertio in gutture sub auricula sinistra. fol. 3. quatuor testes recipit, qui factum, vt accidit, pernarrant. In iudicium compellati D. Ioseph, & Clericus Carolus, & siquidèm primò nō comparuere, tandèm spontè se iudicio subijcere. constituti proindè, nō longè à testibus Curiæ in facto abierūt. Nām Carolus interemisse se D. Hyacintum non negat cultro *alla Genouese*. D. Ioseph accepto gladio Horatij fratris iàm extincti, in gutture D. Hyacintum iàm mortuū vulnerasse confitetur. Pro extincto D. Hyacinto loquitur nemo. Qui pro Fisco sunt: homicidas dignis plectendos pœnis proclamant. Quippè Clericus Carolus (quod nec ipse it inficias) cùm primū in platea S. Blasij D. Hyacintum cum Marcello Galeota vidit, suspicans, quod futurum erat, domum se recepit, vt indè armis se protegeret, & deindè iterū exiuit, & turbatus, ac pallidus, quod deponit Ioan. Baptista Mangus fol. 1. vndè
propte-

propterea Marcellus ab eo petijt.quid hoc esset: *Che cosa era, che stava così sbigottito? e detto Carlo hà risposto. niente, niente, hò da dire due parole à D.Giacinto*. Apparet igitur, ipsum Carolum præuenisse D. Hyacintum in loquendo, dedisse propterea ipsum causam iurgiorum; & homicidium ex parte
12 ipsius non fuisse casuale. Porrò casus fortuitos eos nuncupat Vlpian.(lib.3.opin.in *l.non vtique 2. §.si eo tempore. ff.de adminifr. rer.ad ciuit.pert.*) quos nullum humanum consiliũ præuidere potest. Quia vt fortuiti sunt, casuq; accidunt, præuideri non possunt. ex Alexandro Cæsare in *l. quæ fortui-*
13 *tis 6. C.de pignor.act.* Nullus proinde ex illis tenebitur. Idẽ decernit Alexander Augustus in *l.si creditor 5. & d.l.quæ fortuitis 6.* & in illis *Bald.& Salyc.C.de pignor.act.*neq; abnuit Hermogenian.lib.2.iuris in *l. si res pupillaris 51. ff. de adminifr. & peric. tutor. vel cum at.Barnab.Brisson.de verb. iur.signific. lib. 3.* verbo *casus fortuiti sunt. & Lexicon. iur.ciuil.sind.de verb.signif.* verbo *casum fortuitum definisse videtur Vlpian. Leander Galganet. de iur.publ.lib.3.tit 46.num.69.* Clericus verò Carolus hic, ne dùm præuidere potuit, quod futurum erat, imò præuidit, & se armis è domo acceptis muniuit, cultro videlicet magno, atq; bellico tormento *Pistola di due palmi*,domumq; egressus,in quam se receperat,loqui cum D.Hyacinto
14 expetijt. in culpa proinde fuit, nõ fortuito casu tuendus. vt idemmet decernit Alexander Cæsar *d. l. si creditor 5. C. de pignor. act.* illis sanè verbis: *vel si culpa reus deprehenditur, vel si non probat manifestis rationibus*; nàm tenetur quis de dolo, & lata culpa, & leui. vti *glos.* ibidem verbo *deprehen-*
15 *ditur.* aduertit. Culpam autem esse,cùm quod diligenter prouideri poterat, non esset prouisum. Paulus lib. 10. ad Sabinum docuit in *l. si putator 31. ff.ad l. Aquil.* plura perpendit *Petr.Cabal.tract.de omn. gener.homicid.nu.144.& seq.* Prouidere id poterat Clericus Carolus,vel à loco discedẽdo,vel postquàm discesserat, non reuertendo;sed abijt,armis se muniuit,& foras exiuit conturbatus,pallidus. Vltrò itaquè se
16 occasioni obtulit peccandi. Est ergò in culpa. Ipse enim se periculo obijcit, illudq; amauit. Non mirum,si in illo peccauit. iuxtà illud Salomonis, quin Spiritus
17 Sancti per Salomonem. *Eccles.3. 27. Qui amat periculum, in illo peribit*, quia damnationem incurrit. vt *Dionys. Carthus.* ibidem commentum agit, & diximus *respons.* no-
18 *stra 2. num.72.& seqq.par.3.* Nec à delicto immunis habetur, qui cùm possit, manifesto facinori desinit obuiare.ex Innocentio Tertio in *cap. quante præsumptionis 47. de sent.excommun.* Ne dùm non restitit crimini Carolus, sed obuiam illi iuit,& fouit illud. Nàm quòd D.Ioseph, & Horatius fratres,eodem tempore ad Viridarium Sanctæ MARIÆ Nonæ iuerint, id non casu factũ fuisse apparet, sed data opera, vt Carolum fratrem defenderent, quatenùs oporteret. non igitur casu; sed data opera accidit. Præterquàm quòd Fiscus vtriusq; confessione in iudicio facta nititur; occidisse D.
19 Hyacintum. vt huic contra eos confessioni sit standũ. ex Diocletiano,& Maximiano Augustis in *l.cum precum tuarum 9.C.de liber.caus.*quin prò re iudicata confessio sit habenda. ex Antonino Cæsare in *l.1. C.de confessis.* noster *Maranta in spec. in 5.actu iudic.num.21.* Est itaq; vterq; eorum homicidij pœnis damnandus. His, qui pro Fisco sunt, philosophantur.

Verùm nos deductorum iura tuentes, D. Iosephum in nullam dedisse irregularitatem dicimus; & Clericum Carolum non deliberatò, sed casu D.Hyacintum occidisse defendimus. Et ab hoc secundo incipientes,hoc philosophamur modo. In ma-
20 leficijs voluntas spectatur, non exitus. vti Callistrat. lib.6. cognition. in *l. Diuus Hadrianus 14. ff ad leg.Cornel.de Sicar.* ex dicto D.Hadriani edicto. deducitq; *glossella marginalis* ibidem.illud *Cicer.*in orat.pro Milone referens: *Interitus causam, non interitum spectari oportere.* Nec abnuit *glos.* ibidem rationem addens, vt si deliquisti, & non voluisti, non tenearis. Vlpianum authorem facit lib.65. ad Edictum in *l.illud relatum 3. §.sane sunt. ff.de iniur. & famos. libell.* Rationem quippè sic reddit Vlpianus de
21 eo loquens, qui iniuriam facit, vt sine voluntate esse minimè possit: *Cùm enim* (inquiens) *iniuria ex affectu facientis consistat, consequens erit dicere, hos, siue pulsent, siuè conuitium dicant, iniuriam fecisse non videri.* inferens: *Itaquè pati quis iniuriam, etiam si non sentiat, potest, facere nemo, nisi qui scit se iniuriam facere, etiam si nesciat cui faciat. Quarè si quis per iocum percutiat, aut dùm*
22 *certat, iniuriarum non tenetur.* Certabat Carolus,vt se defenderet,nequè moreretur: Iniuriarum non itaq; tenetur, neq; de homine occiso; quia sine voluntate id egit.
23 Et quidèm, neq; licuit ei casus fortuitus, illosquè omnes præuidere. vti Honorius Tertius Episcopo, & Capitulo Veneten. respõdit in *cap.Ioannes sacerdos 23.* & Gregor.IX. *in cap.fi. de homic.voluntar. vel casuali.*ibiq; *glos.*verbo *præuideri non possunt.*& Alexand.III. Anaten. Episc. in *cap. ad audientiam 2. de torneam.* ibiq; *glos.* verbo *fortuito casu.* rationem reddens: *Quoniã præuideri non potuit.* & in superioribus ex Vlpiano illos fortuitos casus diximus, quos nullum humanum consiliũ præuidere potest. Effugiunt quippè intellectus humani captum, vt præuideri nõ possint. Non igi-

tur imputatur, si quid per hoc præter nostram voluntatem cuiquam mali accidat. vt Augustinus ad Publicolam scripsit relatus à Gratiano in *can. de occidendis homi-*
24 *nib. c. 8. 23. q. 5.* Voluntate quippè, & proposito maleficia distinguntur. vt Gregor. IX. respondit in *cap. cum voluntate 54. de sent. excom.* ibiq; *glos. verbo voluntate, ac proposito.* dixeratq; antea Paulus lib. 39. ad Edictum in *l. qui iniuria causa 55. in princ. ff. de furt.* rationem reddens: *Nàm maleficia* (inquiēs) *voluntas, & propositum delinquētis distinguūt.* sequitur *Couarr. in clem. si furiosus vnic. p. 2. in initio n. 2. Card. Tusc. tom. 2. lit. D. conclus. 160. num. 1. & seqq. Barbosa axiom. 68. num. 13.* Nulla verò neq; in Clerico Carolo, neq; in D. Iosepho delinquēdi fuit voluntas. non itaq; imputandum, quod extrà eorum accidit voluntatē, sed fortuito casu, atq; inopinato. Firmatur assumpti syllogismi minor, ex testibus pro Fisco examinatis. Explicans namq; factum Ioannes Ciccarellus, ità illud refert: *Lunedì passato, che furono li tre del presente mese di Maggio verso le 16. hore in circa, essendo io vscito dalla casa mia, trouai nel largo di S. Biasi di questa Città Marcello Galeoto, che lo conosceuo, con vn'altro Caualiero, quale intesi dire, che si chiamaua D. Giacinto Gueuara, & vn'altro, che pareua seruitore, tutti tre con le spade à lato, e parlauano con il Clerico Cicco Gargano, & à questo vidde venire dalla casa sua il Clerico Carlo Trenca con la sottana, e ferraiolo, e si salutorno con detti Caualieri, dicendoli, che cosa è, io vi sono seruidore. e così si partirono verso la porta della Città detto Clerico Carlo afferrato per la mano con detto D. Giacinto, e l'andauano appresso detto Marcello Galeoto, cō quel giouane, e ci andaua anco detto Clerico Cicco Gargano cō vn'altro forastiero pure appresso, e mentre andauano parlando, detto D. Giacinto diceua: Io sono D. Giacinto, e sono Caualiero, e faccio sempre attioni da Caualiero. e detto Clerico Carlo disse: Signor mio io vi sono seruitore, & vscirono fuori la Città. fol. 1.*

Nulla itaq; in hoc Clerico delinquendi erat voluntas, nullumq; propositum. Non ergò deliquit, qui neq; præuenit, neq; verbis loquutus fuit, non vrbanitatem, neque modestiam redolentibus, sed summam inferentibus vrbanitatem: *Io vi sono seruitore.*
25 Ex verbis verò animus, & voluntas, quæ in intrinseco latet, dignoscitur. Sunt enim
26 verba earum, quæ sūt in anima passionum (cogitationum videlicet) notæ. ex *Aristot. 1. perihermen. 1.* & ex Labeonis mente Celsus in *l. Labeo 6. §. id Tubero. ff. de suppellect. leg.* Gregorius Papa in *can. humana aures 14. 22. q. 5.* Augustinus in *can. is autem qui mentitur 4. 22. q. 2.* diximus *respons.* nostra *60. num. 1. par. 4.* Modestè semper Carolus D. Hyacinto respondit, quamuis iste prouocatorijs verbis loqueretur: non ergo delinquendi animo, neque rixandi Carolus erat. Excipe (quæso) Antonium Albanum tertium à Fisco testem fol. 13. à ter.

Poteuano essere circa 16. hore, che io stauo fuori S. Maria della Noua vicino lo giardino, che tengo affittato, e viddi venire dalla porta della Città il Clerico Carlo Trenca afferrato per la mano con detto D. Giacinto, e parlauano alterato frà di loro; appresso ad essi veniua vn altro Caualiero, che hò inteso, che si chiama Marcello Galeota, & vn altro, che non sò il nome, che pareua loro seruitore, e ci veniua ancò appresso il Clerico Cicco Gargano, e certe altre persone; e quando furono propinqui doue stauo io, detto D. Giacinto si voltò à quelli, che veniuano appresso, e disse: Signori miei datemi licenza quāto dico vna parola allo Signor Carlo, *e voltorno verso dietro la Chiesa; e perche le gente pure andauano appresso, essi tornorno à dire:* Signori miei fateci dire due parole secrete. *E perche detto D. Giacinto Gueuara contrastaua con detto Clerico Carlo, e gridauano insieme, detto Marcello Galeota, e quello giouane andorno là, e frà tanto viddi vscire da dietro il mio giardino il Prete D. Gioseffo Trenca, & Oratio Trenca, e scesero per la siepe in mezzo la via, doue stauano tutti quelli. In questo viddi subito cacciare mano alle spade; e viddi che detto Marcello diede vna stoccata al dett'Oratio Trenca, il quale subito cascò in terra per morto, e detto Marcello si pose à fuggire verso S. Lorenzo, dicendo: Compagni miei ritiratevi.*

Percepisti itaq; duobus ex Fisci testibus factum hoc merè, absoluteq; casuale, & à casu fortuito ipsi Carolo, & D. Iosepho fuisse, nullumq; animum apparere potuisse in dicto Clerico Carolo se in D. Hyacinti interitum vllo modo, vel cogitatione in-
27 tendisse. In certamine verò percussisse, nullo proindè modo iniuriarum, neq; de necato homine teneri: ex Vlpiani sensu in *d. l. illud relatum 3. §. sanè. ff. de iniur. & famosis libell.* cuius verba in superioribus, cùm pro Fisco partes proponerēmus, dedimus. Erat quippè Carolus in medio duorum positus, & D. Hyacinti, & Io. Baptistæ Manghi, qui strictis gladijs contra eum decertabant. In se defendendo totus ideircò
28 erat, à natura edoctus, à qua violentiæ per vim propulsio descendit. ex Isidoro in *can. ius naturale 7. dist. 1.* Omnesq; leges, omniaq; clamant iura, vim repellere vi permittentia. ex Alexandro III. in *cap. si verò aliquis 3. de sent. excommun. extrà.* & Innocentio III. in *cap. significasti nobis 18. in fin.*
29 *de homicid.* Vt iure quisq; fecisse videatur, quod sui ob tutelam fecerit corporis. ex Florentino lib. 1. institutionum in *l. vt vim 3. ff. de instit. & iure.* Florentinum excipe rationem reddentem, dicentemque.

Nàm

Nam iure hoc euenit, vt quod quisq; ob tutelam
corporis sui fecerit, iure fecisse æstimetur. se-
quiturq; idem *Azor. instit. moral. par. 3. lib. 2.*
cap. 1. quæst. 5. in fin. Satis quippè in arcto in
medio duorũ Carolus positus erat; qui Ho-
ratium fratrem, iàm iàm mortuũ intuitus
fuerat, ne & ipse moreretur; ni viriliter ad
certamen procederet, se seq; tueretur. Im-
putent sibi D. Hyacintus, & Io. Baptista si
non pro sententia ipsis successerunt, quæ co-
30 gitauerant. Quòd nefas sit, hominẽ homi-
ni insidiari. ex Paulo lib. 10. ad Sabinum
in *l. scientiam 46. §. qui cũ aliter. ff. ad l. Aquil.*
& Florentino *d. l. vt vim 3. de iustitia & iure.*
31 Non mirum igitur, si quod fecerunt, hoc
ipsi passi sunt. ad Vlpiani sensum lib. 11. ad
Edictum in *l. sed & si partus 12. §. 1. ff. de eo,*
quod vi, metusq; causa gestum est. Intereme-
runt quidẽ Horatium, & sine causa; intere-
missent, & Iosephum, & Carolum, ni eis re-
32 stitissent. Pro anima igitur res agebatur.
Licuit ergo ipsis se defendere, atque illos,
qui vim inferre tentabant, ferire. Quod sa-
nè ex lege permissum est. ad Pauli sensum
in *d. l. scientiam 46. §. qui cùm aliter. in fin. ff.*
ad leg. Aquil. Rationem reddit Caius lib. 7.
ad Edictum in *l. itaque si seruum 4. ff. ad leg.*
Aquil. dicens, neque in adæquata ratione:
Nam aduersus periculum naturalis ratio per-
33 *mittit se defendere.* Quàmuis in defendendo
modus excedatur: vt probat *Gloss. in d. cap.*
significasti 18. verbo tutela. de homicid. pluri-
busque Nos prosequuti fuimus *respons.* no-
stra 31. *à num. 1. & seq. per totam. par. 4.* Erãt
34 enim vndiq; Clerico Carolo angustiæ in-
ter duo posito, vel moriendi, vel occiden-
di. ex Vlpiani sensu lib. 69. ad Edictum in
l. idem est 3. §. armis deiectum. ff. de vi, & vi ar-
mata. Sat quippè fuit, vt in angustijs esset
Carolus, & ità quoq; Ioseph, & D. Hyacin-
tum, & Io. Baptistam strictos tenere in ma-
35 nibus gladios, ad occidendum vtique. non
itaque expectare illos oportebat, vt gladijs
peterentur, vulnerarenturq; vt *gloss.* ibidem
verbo *armorũ.* aduertit: nec abhorret *Bart.*
36 *ibidem.* Sicuti inter angustias posita erat
Susanna honestissima illa mulier Ioachimi
vxor, in medio duorum Senum posita *Da-*
niel. 13. 22. Vndè sacer textus inquit: *Inge-*
muit Susanna, & ait: Angustiæ sunt mihi vn-
dique: si enim hoc egero, mors mihi est: si au-
tem non egero, non effugiam manus vestras. Ele-
git autem Carolus se defendere, nec mori,
sic natura sibi suadente, docenteq; Is ita-
37 què erat vi hoc facere; nullã proindè me-
retur pœnã. non nostro hoc asserimus mar-
te, sed ex Alexandri Cæsaris dispositione in
l. Gracchus 4. C. ad leg. Iuliam de adult. Quod
legitimè factum est (inquias) nullam pœ-
38 nam meretur. Sed magis stricti in ad rem
hãc nostram Gordianus Imperator in *l. is,*
qui aggressorem 2. & in *l. si quis percussorem 3.*
C. ad l. Cornel. de sicarijs. verba namque Gordia-
ni Cæsaris: *Is, qui aggressorem, vel quemcumq;*
alium in dubio vitæ discrimine constitutus oc-
ciderit, nullam ob id factum calumniam metue-
re debet. & in *l. 3. Si quis percussorem ad se ve-*
nientem gladio repulerit, non vt homicida tene-
tur: Quia defensor propriæ salutis in nullo pec-
casse videtur. Nam alibi indè fuit, vt anteà Vl-
pianus lib. 18. ad Edictũ in *l. sed & si quemcũ-*
cumque 5. ff. ad leg. Aquil. Vlpianum (quæso)
audias: *Sed & si quemcumque alium ferro se*
petentem quis occiderit, non videbitur iniuria
39 *occidisse.* iniuriã, quod non iure factum est;
hoc est contra ius, & culpã: iure ergo oc-
cidit, quia se defendendo fecit. Si iure, er-
40 go iustè, & iniustè, ergo benè. Augustini
argumento, quod iustum est, vt inferamus, in
can. quod autem iustum. 14. quæst. 4. sequiturq;
Andr. de Isernia in cap. 1. qui successores. teneant.
tit. 13. vers. Inde dic, quòd reuocent. & an-
te eum *Feder. de Sen. cons. 6.* Quia
41 inevitabili id necessitate fecit, & nullo te-
neatur modo. vti Stephanus Papa V. Sich-
berto Constan. Episcopo respondit in *can.*
quia te quasi obnoxium 38. ibique *glos.* verbo
indè coniici. dist. 50. testimoniumq; dedit,
nec leue Ouidius de arte amandi lib. 3. ca-
nens.
Iudice me, fraus est concessa repellere fraudem.
Armaq; in armatos sumere iura sinunt.
sequiturq; pluribus doctissimus *Fernand.*
Vasq. Mench. illustr. controuers. lib. 1. cap. 18.
num. 3. & seq. prosequiturq; latè *Petr. Plaz.*
in epit. delict. cap. 28. num. 1. & seq. Iul. Clar.
§. fin. verbo homicidiũ. nu. 24. vers. Adde, quòd
non solùm. & nu. 25. Farinac. in praxi q. 125. à
num. 1. in quo regulã firmat, prosequiturq;
per totam quæstionẽ. & *Petr. Caball. d. tract.*
de omni genere homicid. nu. 67. & seq. per quã
optimè *S. Thom.* Doctor Paradisi *2. 2. q. 64.*
42 *art. 7.* rationem reddens: quia ex charita-
tis ordine sibi quisq; magis tenetur, quàm
proximo suo; ex illo Diui Matthæi 19. 19.
& diliges proximum tuum sicut te ipsum. Ex
43 quo videtur (Sanctus Thomas inquit 2. 2.
quæst. 26. art. 4.) quòd dilectio hominis ad
se ipsum est sicut exemplar dilectionis, quæ
habetur ad alterũ, sed exemplar potiùs est,
quàm exemplatum. Ergo homo ex chari-
tate magis debet diligere se ipsum, quàm
proximum. Indè *art. 1.* ibidem illud dedu-
44 cit Canticorum 2. *Introduxit me in cellam*
vinariam, ordinauit in me charitatem. Ordo
45 autem includit in se aliquem modũ prio-
ris, & posterioris; prius ergo se ipsum quis
diligere debet in ordinatione ad Deum,
sicut principium beatitudinis, deindè in
proximum. Non itaque fecit iniustè Cleri-
cus Carolus, qui Hyacintum aggressorem,
vt sibi mortem liberaret, morti tradidit, pro-
iecit, vulnera illa atq; mobilibus ex consequenti
sequitur; vt esset semper ad sibi defen-
sionis

sionis permittebatur iure: non igitur malè.
Tullium eloquentiæ Romanæ parentem
pro Milone dicentem excipe, illum in re
similitenentem, defendentem, propulsan-
46 tem; *Est enim Iudices, non scripta, sed nata*
lex; quam non didicimus, accepimus, legimus;
verùm ex natura ipsa arripuimus, hausimus,
expressimus: ad quam non docti, sed facti, non
instituti, sed imbuti sumus: vt si vita nostra in
aliquas insidias, si in vim, in tela aut latronum,
aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio
esset expediendæ salutis. Silent enim leges in-
ter arma: nec se expectari iubent, cùm ei, qui ex-
pectare velit, antè iniusta pœna luenda sit, quàm
iusta repetenda. prosequiturq; *Sin hoc, & ra-*
tio doctis, & necessitas barbaris, & mos genti-
bus, & feris natura ipsa præscripsit, vt omnem
semper vim quacunq; ope possent, à corpore, à
capite, à vita sua propulsarent; non potestis hoc
facinus improbum iudicare: ità Cicero pro-
sequiturq; *Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cen-*
tur. 3. casu 297. nu. 1. & seq. Sebast. Guazz. ad
defensam reorum lib. 1. tract. 2. cap. 4. num. 1.
defens. 29. Caball. d. tract. de omni genere homi-
cid. à num. 67.

Neq; facit obstaculũ, quod initio Fiscus
obtundebat: Carolum è domo armatum
processisse, in quam se primò receperat, cũ
D. Hyacintum conspexisset: dedisse proin-
dè ipsum causam edicto non fuisse propte-
reà casu, vel fortuna homicidium perpe-
tratum.

Cùm quod argumentum hoc non nisi à
posteriori, latiśq; à longè, educit Fiscus:
Quia nimirùm, quando se in angustijs vi-
dit Carolus, tũc arma eduxit. habebat igi-
tur. Infert equidem argumentum: Carolum
arma habuisse, quod nec ipse negauit; non
verò animum eius malum, sed bonum, vt se
defenderet, quatenùs oporteret. Hoc verò
prohibitum non vtique inuenietur, cùm, vt
diximus naturæ iure, vt nos tueamur, sit
nobis insitum. Neque alio modo se defen-
dere poterat, ni habuisset arma. Sicut gla-
dio super femur accinctus erat D. Hyacin-
tus, D. Marcellus, & Io. Baptista Mangus.
47 tres gladij. quando Dominus noster: *Lu-*
cæ 22: 38. Apostolis respondentibus: *Domi-*
ne, ecce duo gladij hic, dixit eis: satis est. Dixe-
rat enim paulò antè Dominus in sermone,
quem in cœna cum Discipulis habuit: *Sed*
nunc qui habet sacculum, tollat similiter, & pe-
ram: & qui non habet, vendat tunicam suam,
& emat gladium. Dico enim vobis, quoniam
adhuc hoc, quod scriptum est, oportet impleri in
me: Et cùm iniquis deputatus est. Etenim ea,
quæ sunt de me, finem habent. At illi dixerunt:
Domine, ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: sa-
tis est. Quæ verba, inter alias rationes, qui-
bus ad dicendum motus fuerit Dominus,
Dionys. [illegible] Lucam inter-
pretans, illam [illegible]
48 *ceret, quòd aliquando licita sit moderata sui*
ipsius, atq; amici defensio. Et Ambrosius lib.
10. in Lucam, in verba: *Vendat tunicam suã,*
& emat gladium. sic infert: *O Domine* (in-
quit) *cur emere me iubes gladium, qui ferire*
me prohibes? Cur haberi præcipis, quem vetas
promi? Nisi fortè, vt sit parata defensio, non
vltio necessaria, & videar potuisse vindicari,
sed noluisse. Lex tamen referire non vetat; &
ideò fortasse Petro duos gladios offerenti. Sat
est: dicis; quasi licuerit vsq; ad Euangelium:
vt sit in lege æquitatis eruditio, in Euangelio
bonitatis perfectio. ità Ambrosius. In nullo
49 itaq; crimine fuit Carolus, qui, vt se defen-
deret, arma accepit. Paulum lib. 5. senten-
tiarũ in *l. hi, qui ædes 11. §. fin. ff. ad leg. Iul. de*
vi publ. hanc tuentem perpensionem audi:
Qui telum tuendæ salutis suæ causa gerunt, nõ
videntur hominis occidendi causa portare. vbi
glos. verbo *tuenda*, sic explicat: *vel ab homi-*
ne, vel ab alio animali. Rationem reddit Flo-
rentinus *d. l. vt vim 3. ff. de iustit. & iure:*
Nàm iure hoc euenit, quòd quisq; ob tu-
telã corporis sui fecerit, iurè fecisse æstime-
tur. Nec abhorrere visa est *glos. in cap. cleri-*
50 *ci 2. de vita, & honest. clericor.* dùm ex Con-
cilio Pictauen in illo capitulo; Clericis ar-
ma portare inhibetur. illa verò verbo *Cle-*
rici arma. generalem temperat Concilij di-
spositionem: nè arma portent Clerici. *sine*
iusta causa videlicèt. Iustã verò putat cau-
sam: *si per loca periculosa transitum faciant.*
tunc enim possunt portare arma ad terro-
rem latronum. plura deducit *Roland. à Val-*
le cons. 3. num. 1. & seq. & num. 34. vol. 2. Ac-
cepit arma Carolus; (ni enim accepisset,
non vtiq; habuisset) sed se defendẽdi ani-
mo, non offendendi. Nunquàm enim se
mouit, nisi postquam Marcellus gladium
strinxit, & Horatium fratrem, nihil contra
eum molienté, vulnerauit, necauit, ad ter-
ram proiecit, vndè & mortuus est. Eodẽq;
modo & D. Hyacintus gladium exemit,
strinxitq; atque Io. Baptista Mangus. Ecce
tres gladij hic. Vt se defenderet, & ipse suũ
exemit gladiũ Carolus. nulla igitur in cul-
pa fuit, natura ipsa ad sui defensioné cor-
poris excitus, vt latè deduximus. Decre-
uitq; Gordianus Cæsar in *d. l. 2. C. ad l. Cor-*
nel. de Sicar. Gordianum loquentem audi:
51 *Is, qui aggressorem, vel quemcunq; alium in*
dubio vitæ discrimine cõstitutus occiderit, nul-
lam ob id factum calumniã metuere debet. de-
nuò hic Gordiani verba deduximus, quia
pro nobis sunt, & potueras obliuisci. repe-
tiuimus proindè lectionem, vt meminisses.
52 Tùm, quòd (præscindẽdo nunc ab irre-
gularitate, & in sola defensione persisten-
tes) insultatus, aggressusq;, atq; lacessitus
Carolus, & si Clericus, fugere nec teneba-
tur; & quòd sibi timere debuisset, ac po-
tuisset; & quòd sine dedecore fugam arri-
pere

pere non potuisset; & quòd iusto dolore
exagitabatur,sine causa fratrem necatum
in terra iacentem intuens, sibiq; similitèr
fieri,non absq; ratione,illaq; euidèti, time-
re. Secum enim iurgandi fuit initium. Li-
cuit igitur se defendere, atq; insultantem
necare. Et quid sperare ab illis ipse pote-
rat, cùm aduersus eum intenderent? Vel
moriendum sibi fuerat, vel viriliter agen-
dum. Neque iustum furorem temperare
in eo tunc erat,qui mortuum fratrem,quo
cum nullæ erant iurgia, cernebat. Et qui-
53 dem ira facilè hominem in furorem con-
uertit, vt videre, quæ faciat, haud possit.
iuxtà Horatianum illud lib. 1. epistol.
Ira furor breuis est,
subitaneus videlicèt, vt temperari non ità
facilè possit, vti apud Terentium in Hau-
tonterumenon
Præ iracundia Menedeme non sum apud me.
& in Adelphis
Ab me miserum, vix sum compos ità ardeo
iracundia.
Quæ turbat sapientem hominem.
vt dixit Homerus Iliad. 8.
54 Sat itaq; fuit iusta illum causa ductum,
motumq; fuisse. ex Diocletiano, & Maxi-
miano Augustis in *l. plagij criminis 14. C. ad
leg. Iuliam de plag.* illis verbis: *sed ad hanc
opinionem iusta ducti ratione.* ibiq; *glos.* verbo
iusta ducti, eamq; singularem appellat *Boer.
decis. 168.* neque ab hoc sensu abhorrere Vl-
pianus visus est lib. 1. ad Edictû in *l. 1. §. fin.
ff. de abigeis.* quatenùs habet excusari eum,
qui animalia abegit,qui verè putauit suum
iustis rationibus ductus. quo locò *glos.* verbo
iustis rationibus. ità ad rem infert: *idem si nô
iustis, sed quoquo modo sua credidit, etiam erra-
re iuris, cû cesset dolus.* allegat ad hoc Vlpia-
num lib. 55. ad Edictû in *l. igitur sciendum est
12. §. potest & seruus. ff. de liberali causa.* qui
55 generalem statuit regulam: Cessare dolum
vbi iusta intercedit causa. Vlpianû loquen-
tem, docentem, instruentemq; excipe. *Et
generalitèr quoties quis iustis rationibus du-
ctus, vel non iustis, sine calliditate tamen puta-
uit se liberum, & in libertate moratus est:* neq;
irrationabilem, quin satis iustam hanc pu-
tauit sententiam *Vasq. illustr. contro. d. c. 18.
nu. 28. 29. & seq. & Petr. Plaz. in epit. delict.
d. cap. 18. num. 10. per totum, & circa finem
Iul. Clar. d. §. homicidiû. nu. 23. vers. atq; adeò.*
pluraq; cumulat *Tiraquell. de nobil. cap. 20.*
56 *nu. 63. 64. 65.* Neque porrò ad mensuram
dari, vel verbera, vel vulnera possunt, ani-
mo præsertim, ità, vel furore inflammato,
igni, o accenso. Neque enim iustam tunc
in manu stateram habere permittitur. vti
perpendit, nec præter rem *Petr. Caball. d.
tract. de omni genere homicid. num. 99. & 100.*
alios referens.
Nec fides habenda est vlla dictis, ac de-
57 positioni Io. Baptistæ Mâghi, & quia prin-
cipalis vulneratus; & quia socius in crimi-
ne quoquè, & ipse gladio pugnabat stricto
aduersus Trencas. idoneus proindè in re
58 propria testis haud habebitur. tres tibi
damus Cæsares Valentem, Gratianû, & Va-
lentianum in *l. omnibus 10. C. de testib.* hoc
statuentes. *Omnibus in re propria dicendi te-
stimonii facultatem iura submouerunt.* Non
itaquè ipse sibi hanc præripiet facultatem
Io. Baptista. Iure ergò quàm meritissimo
fides in suo dicto non ei præstatur. Quia
59 nimirùm: *Nullus idoneus testis in re sua in-
telligitur* verba sunt Pomponij lib. 1. ad Sa-
binum in *l. nullus 10. ff. de testib.* sequiturq;
Grammat. cons. crimin. 50. num. 5 nec refugit
Farinac. de testib. quæst. 60. num. 403. & seqq.
quem sequitur *Horat. Persius cons. crim. 33.
sub num. 2.* Neque his contraria, sed satis
consona Fisci testes deposuere, factum hoc
casuale, atque fortuna euenisse, & quasi in
60 momento, narrantes. Faciunt proindè ipsi
hac in parte nô minimi pro nostris his in-
quisitis, vt homicidiû casuale fuerit, & for-
tuna, non appësato animo, sed vt se ipso in
conflictu defenderent, tuerenturq; ex Dio-
cletiano, & Maximiniano Augustis *d. l. cû
precum tuarum 9.* ibiquè notatis. *C. de liber.
caus. Roman. cons. 104. num. 6.* plura deducit
*Paris. cons. 23. num. 2. lib. 4. Tob. Non. cons. 24.
num. 22. Rota Lucen. diuers. decis. 150. col. 3. in
fin. vers. secus quando.* noster *Maranta cons.
40. num. 5. & cons. 48. num. 4. & num. 10. in fin.
Farinac. de testib. quæst. 63. num. 226.*
Eò magis, quòd Ioseph in manibus offi-
cium habebat, vt deponit Ioannes Cicca-
rellus Fisci testis fol. 15. dicens; *Viddi, che
vscirono dal giardino di questa Chiesa di Sãta
Maria della Noua, Oratio Tronca con la spada
à lato, e D. Giuseffo suo fratello con l'officio in
mano.*
Ad Domnum itaq; Iosephum deuenia-
mus, vt ipsum in irregularitatem non de-
disse adstruamus. Et quidèm si confessio-
nem attendamus ipsius in constituto factã;
illa qualificata fuit, non simplex: D. Hya-
cintum vulnerasse, sed iàm mortuum, & ca-
dauer. Certum est enim casu in hunc actû
D. Iosephû venisse, nec arma ipsum habuis-
se, sed Officium Diuinum. gladiû verò ab
Horatio fratre iàm penè mortuo accepis-
se, & aduersus D. Hyacintum, & Io. Bapti-
stam Mangum, qui strictos gladios contra
Carolum fratrem tenebant, abijsse; vt fra-
trem defenderet, nè & ipse necaretur, non
quòd illos occidere intendebat. Timebat
namq; sibi, qui vnum in ictu oculi fratrem,
& in momento amiserat, nè alterum perde-
61 ret: iustâ igitur in causa fuit, illos vt inse-
queretur. Videns autem D. Hyacintum
iàm mortuum, in gutture vulnus inflixit, iu-
sto commotus furore, qui in causa fuit, vt
alter

alter frater necatus obierit, diemq; viderit vltimum. Si iam obierat, vt testes ad defensam deponunt. Iacobus Rotulus fol. 53. à ter. Paulus Ferrerius fol. 64. Franciscus de Virgilio fol. 69. in fin. & à ter. Vulnus illud,
62 quod ipse infixit, deformationem nullam intulit. non ergo hominem occidit, neque deformauit. In irregularitatem propterea non dedit: ex Clemente V. in Concilio Viennen. in *clement. si furiosus. vnic. de homi-*
63 *cid. volunt. vel casuali.* in quia, ad irregularitatem incurrendam ex hoc facto deformationis hominis duo perpenduntur; vel quòd hominē quis deformet, vel occidat.
64 Est quippè irregularitas iure inuecta humano, & præter id quod ipsum statuit, non adijcit. Vti Bonifacius decreuit VIII. in *cap. is qui in Ecclesia 18. de sent. excom. in 6.* verba sunt Bonifacij *irregularitatis tamen, (cùm id non sit expressum in iure) laqueum non incurrit.* ibidemquè *glos. verbo in iure.* *Nauar. in can. si quis autem. de pænit. distinct. 7. num. 38. & 39. Sayr. in Thesaur. lib. 1. cap. 2. num. 1. in 2. conuenient. Gasp. Hurtad. tract. de irregularit. disput. 1. difficult. 1. num. 2.* Ioseph verò hominem neq; deformauit, neq; occi-
65 dit. Iam enim mortuus erat. Non itaq; homo in nullam proindè irregularitatem dedit. Quia nimirùm id humano iure expressum non est. vide *Nauar. in man. cap. 27. nu. 209. & nu. 210.* verba sunt Nauarri. *Dixi hominē ad includendum eum, qui deformat Sacramentū, aut aium infidelem & excludendum eum, qui solùm corpus mortuum, quod interdum enormiter deformat.* Ad esse quippè hominis, vt
66 compositum quoddam est, duo principalitèr exiguntur, videlicèt corpus, & anima, ex quorum coniunctione verus homo subsistit. Innocētius III. Ferrariensi Episcopo scribens, vt docuit in *cap. in quadam. nostræ. &* *§. nos igitur. de celebrat. missar.* & profitetur in symbolo fidei Athanasius. *Nam sicut anima rationalis, & caro vnus est homo*, ex anima igitur & corpore homo subsistit.
67 Mors verò separatio est animæ à corpore: animam enim dissoluit à corpore, ex Augustino in *cap. ea vindicta. de pœnit. autem & sancti viri 23. quæst. 5.* Dissoluta itaq; anima à corpore, compositum illud non est, non ergo est homo. Corporis igitur, atq; propterea cadaueri vulnus illatum, homicidium minimè dicitur. nō est ergo homicidium.
68 Nam, homicidium est hominem occidere. vt Augustinus loquitur in *can. si homicidium 41. 23. quæst. 5.* Non itaq; irregularis efficitur, qui exanimato cadaueri vulnus inflixerit: quia homo ex vulnere deformatus non est. non fuit ergo irregularis Ioseph ex vulnere cadaueri iam iacenti, &
69 exanimato illato. Sicuti abortum procurans fœtus non animati adhuc, irregularis non est, quia non hominem occidit. vt Innocentius III. Priori, & Fratribus Carthusien. respōdit in *cap. sicut ex litterarum vestrarum 20. de homicid. volunt. vel casuali.* ibiq; *glos. verbo viuificatus.* & hanc sententiam, mortuum vulnerantem, vel secantem,
70 quamuis animo deliberato feriret, occidendi, etiam si viueret, non esse irregularē, sequitur post *Nauarr. d. cap. 27. in man. num. 209. & 210.* etiā docti[illegible] [illegible] *Couarr. in d. clem. si furiosus. vnic. part. 2. relect. in initio num. 1.* & *Ygolin. de irregular. cap. 4. §. 1. num. 2.* & alios plures referentes, atque de communi testantes, *Sayrus in Thesaur. lib. 7. cap. 1. num. 5.*

Neque obstaculum facit, si Fiscus instet erit: sufficere sibi confessionem D. Iosephi, se vulnerasse D. Hyacinthum, illum eius probare coincidentem qualitatem illam, illum iam obijsse, quando vulnus inflixit, non tangere proinde irregularitatem, neque pœnam:
71 Cùm enim confessio fuerit qualificata, & qualitatem illam per tres probauerit testes, non posse confessionem à qualitate illa præscindi. vt plenè tradit *Guazzin. tract. ad defensam defens. 33. cap. 3. per tot.* Remanere proindè firmum, in corpus iam mortuum vulnus intulisse. In nullam propterea irregularitatem dedisse. quod non hominem, sed cadauer vulneraūit. Absolui proindè vterq; debet, quod sine iniuria, sed se defendendo Carolus occidit, Iosephus verò, & si vulnus intulit, in cadauer tamen intulisse. Sine iniuria fecerunt. quia iustè, iustoq; permoti furore.

Atque ita ex his, quæ iudicio supponimus aequiori, melioriq; resoluendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.

Episcopus Tricaricen.

S V M M A R I V M.

1 *Homo nescit finem suum.*
Vnde ex templo moriens.
Relinquunt proinde sua homines. nu. 2.
Et nesciunt cui.
Disponunt, neq; eorum voluntates exitum habent. nume. 3.
Quia defunctorum tradita est memoria eorum.
Dum ergo viuunt, cogitent se morituros. nume. 4.
Neq; pro illa vita aliquid faciant.
Quod ipsis prosit, dum hinc discesserint.
Quia in illa vita nihil operari poterimus. nume. 5.
6 *Merendi spatium hac vita circumscribitur.*
Dum tempus ergo est operandum. num. 7.
Paulina consequentia.

8 *Hare-*

8 Hereditatis adhitione bona omnia in hæredem transfunduntur.
Eiusq; patrimonium efficiuntur.
Vnaq; efficitur hæreditas. num.9.
Atq; bona commiscentur.
10 Gabellæ publicam ob vtilitatem imponuntur.
Et sunt tanquam regalia.
Sunt itaq; fauorabiles, num.11.
Atq; pro eis in dubio respondendum.
Sed contrà probatur, num.49. & 51.
Neq; ex rebus Deo dicatis extrahēda.nu.47.
Ipsę enim seruitutem important.num.49.
12 Hæres fiduciarius dicitur, qui alteri restituere debet.
Nec sibi retinere.
Vt magis custos, quàm æstimetur hæres num.13.
Et est veluti depositarius. num.14.
14 Fiduciarius hæres quis dicatur?
Cui scilicet fidit testator.
Est veluti depositarius. num.15.
Quia non sui contemplatione instituitur, sed alterius. num.16.
Illius igitur in commodum cedit. num.18.
17 Dos data nepti per auum, filij contemplatione data videtur, vnde filio quæritur, matrimonio dissoluto.
19 Monasterio, quæ relinquuntur ædificando, Deo relicta videntur.
Eique acquisita.
Quia qui donat, pro redemptione animæ suę donasse videtur.
20 Dispositio defuncti interpretationem admittit, ex eius persona, cui relinquitur.
Siuè ex qualitate loci, cui relinquitur. nu.21. & num.23.
22 Mens testatoris interpretationē recipit ex dignitate eius, cui relinquitur.
Ex consanguinitate.
Ex alijs.
24 Deo quidquid dicatur, sanctum efficitur Deo.
25 Gabella ex rebus Deo sacris exigi non possunt.
Aliquin qui exigere tentauerint, in cēsuras dabunt. & num.58.
Et sacrilegium patrabunt.
Etiam in Bulla in Cœna Domini. num.29.
Et in Infernum descendent. num.30.
Vnde nunquàm exient. num.31.
26 Sacrilegi pœna, qui sacris iniuriam intulit, est excommunicatio. & num.28.
27 Sacrilegium quid?
32 Homini nihil prodest, si Mundum vniuersum lucretur, animæ verò suę detrimentum patiatur.
Quod attentè audiendum. num.33.
34 Voluntas testatoris executioni demandāda est.
Nihil enim magis defunctis debetur.
Vt excommunicari valeat, qui ei obluctatur. num.35.
Quia Ecclesiam defraudat. num.36.
Et sacrilegium committit.
Et mortuos iterùm occidit. num.40.
Et peccat. num.45.
Quia eius delet memoriam.
36 Ecclesiam qui defraudat, sacrilegium committit.
Quia homicidium. num.37.
Ecclesia mater nostra est. num.39.
38 Deus per creationem Pater noster est.
40 Prouerbium: Mortuos iugulare.
Eosq; iterùm occidere.
41 Homicida omnis vitam æternam in se ipso manentem non habet.
Quia peccatum est contra secundum præceptum decalogi secundæ tabulæ.
Et ex malignitate oritur. num.42.
Et peccat.
43 Cain fratrem suum Abel ex malignitate occidit.
Maledicto propterea suppositus fuit. nu.44.
46 Voluntates defunctorum executioni demandari publica est vtilitas.
48 Ministris Dei, qui eius altari seruiunt, prospiciendum, & vt viuere possint, atq; de altari viuant.
49 Immunitas à gabellis magis fauorabilis æstimatur, quàm earum impositio.
Quæ seruitus est.
Præsertim verò, quæ Deo debetur, rebusque sacris. num.50.
51 Gabellæ licet ob publicam imponantur vtilitatem in actu primo, atq; in potentia.
Neq; aliàs imponi eas oporteat.
In actu tamen secundo, & in exercitio non ità publicam concernunt vtilitatem.
Sed vt odiosa res habentur.
Neq; sequitur consequentia, gabella ob publicam imponuntur vtilitatem.
Ergo fauorabile quid sunt. num.52.
Quia seruitutis speciem sapiunt.
53 Dictio (interim) limitatiua temporis est intermedij, & reprimit, non dilatat: expenditurq;.
54 Vxor relicta domina, & patrona, quid cōsequatur, si testator ex bonis Monasterium etiā ædificare voluisset?
Alimenta dumtaxàt.
Honorabile titulo, sicuti dum vir eius viueret, habebat.
Vel si filios reliquerit.
Vel si hæres fuerit relicta fiduciaria. nu.56.
55 Verba illa (Domina, & Patrona) quid communi loquendi vsu inferant?
57 Possidet is, cuius nomine possidetur.
59 Sacris qui iniuriam infert, eisq; abutitur, pœnis feritur diuinis, vt veniat super eum ira Dei.
Sicuti Balthassari Regi Caldeorum. nu.60.
Et in Infernum descendant. num.61.
60 Balthassar Rex Caldeorum, quòd sacris abusus fuit, repentina morte sublatus.

ARGVMENTVM.

Hæreditatis aditione bona proprium efficiuntur hæredis patrimonium. Hæres fiduciarius quis nàm dicatur, & num sibi, vel nomine possideat alieno? Hæres relictus cum conditione, vt ex bonis Monasterium erigeret. hæres videtur fiduciarius. & non sibi, sed exædificando Monasterio, acquisita bona videntur. Gabellę ob publicam imponuntur vtilitatē. Et nùm propterea latè interpretandę, an verò presse. Et quid fauore Dei? Et nùm odiosę? Vxor relicta Domina, & Patrona, nùm absolutum rerum dominiū obtineat, vel honorabili titulo alimenta? Dictio (*interim*) expenditur. Sacris qui iniuriam inferunt, timeant, nè ira Dei super eos descendat, sicuti in Balthassar Regem Caldeorum.

RESPONSIO LXXXIV.

VIuunt sic homines, vt se morituros
1 non cogitent; quando: *Nescit homo finem suum; sed sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cùm eis ex temple superuenerit.* vti Ecclesiastes 9. 11. nos admonet.
2 Hinc sanè opus est, cùm repentè mors
superuenerit. nec ferre secum possint, quæ
parauerant, vt illa relinquant; & cui, ne-
3 sciunt. Disponunt quidèm, sed eorum voluntates exitum non habent: *Quia obliuioni tradita est memoria eorum.* vt eodem loco
4 *Ecclesiastes 9. 5.* Spiritus Dei sanctus nos
docuit. Dùm viuimus igitur, nos morituros, cogitare debemus, vt pro æterna vita aliquid faciamus, quod prosit nobis, cùm
huiusmodi discesserimus. Non ab re proinde Spi-
5 ritus sancti admonitio est Ecclesiastes d. 9.
10. *Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud Inferos, quò*
6 *tu properas.* Merendi quippè spatium hac
vita circumscribitur. *S. Thomas 1. 2. q. 71. art. 5. ad 1. & q. 114. art. 2. in corpore,* ut fusè diximus *respons.* nostra 59. *num. 4. & seq. par. 4.*
Indè Christus Dominus noster *Ioannis 9. 4.* dixit: *Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est: venit nox, quando nemo po-*
7 *test operari.* Ergo dùm tēpus habemus ope-
remur bonum. cum Apostolo ad *Galatas 6. 10.* consequentiā inferimus. Ostendit planè hoc factum, quod nobis propositū fuit, de quodam Nicolao Pisano de Terra Vici Sypontinę Diœcesis: sequentibus enim ad nos transmissum fuit, nostrum vt aperiremus sensum.

Cola Pisano di Vico essendo passato à miglior vita molti anni sono senza figli, nel suo vltimo testamēto instituì sua herede vniuersale Portia Pascarelli sua moglie, con conditione però, che dalli suoi beni hereditarij, e frutti peruenienti douesse fundarne, e fabricarne vno Monistero di Moniali in quella Terra, incaricando quest' opera ad essa sua Moglie. Ma che in tanto fusse Signora, e Padrona, senza essere tenuta à dar conto. Tardò alcun tempo ad essequire questa pia dispositione di suo Marito: Per lo che n'hebbe molte vessationi da' Commissarij della Fabrica. Dopò di questo diede principio alla construttione del Monistero, e già fè compra di molti appartamenti di case per lo sito d'esso, disegnando, e buttando ance li fondamenti della fabrica con dispēdio di molte centinara di docati. È vero, che dopò hà desistito per alcuni altri anni à proseguire essa fabrica: però in questo mentre è andata, e và tuttauia sodisfacendo il prezzo delle case comprate à questo effetto; e và accumulādo altri frutti, & entrade per potere compir l'opera incominciata. Pretende l'Vniuersità di quella Terra, che ciò non ostante, sia obligata pagare datij, gabelle, e collette come gl'altri cittadini per li beni predetti. Si desidera sapere da persona sauia, & intendente; se sia tenuta, ò nò; acciò non si faccia errore in questo fatto.

Qui pro Terrę sūt iuribus, philosophantur. Defunctus Niolaus laicus fuit. Portia
8 vxor hæres, laica. In eam hęreditatis adhitione bona, & iura omnia transierūt, atq; proprium effecta sunt patrimoniū. ex Paulo lib. 12. responsorum in *l. per procuratorem 89. ff. de acquir. vel amitt. hæred.* illis verbis in rationis redditione: *Quia castrensia esse mutatione personæ desierunt*: Erant planè priùs castrensia, quando testamentum fecit; adhita per filium hæreditate, mutatione personæ, castrensia esse desierunt: quia proprium hæredis patrimonium effecta sunt. eodemq; sensu Vlpianus lib. 4. ad Sabinum

bínum in *l. sed si plures 10. §. filia impuberi.*
ff. de vulg. & pupill. substit. illis verbis: *Iun-*
cta enim hæreditas cœpit esse. atque vna per
9 aditionem effecta. sicque *commixta sunt bo-*
na. vt *Gloss.* ibidem verbo *extitit*. aduertit.
Nec talem abijcere sensum visus est Iusti-
nianus Augustus in *l. cũ antiquis legibus 37.*
siue fin. §. fin. in fin. C. de inoffic. testam. Vinc. de
Franch. decis. 307. nu. 3. Rota apud sanct. me-
mor. *Gregorium XV. decis. 219. nu. 6.* & apud
Dunozettum decis. 144. num. 3. par. 6. in recen-
tior. per *Rubeum.* diximus *respons.* nostra 30.
num. 9. & seq. par. 3. & respons. 7. num. etiam 9.
par. 4. Gabellis proinde, & oneribus vti
prius, & bona laicorum, obnoxia perman-
10 ferunt. Illæ quippe ob publicam imponun-
tur vtilitatem & tanquam regalia, vt Prin-
ceps habeat vndè viuat, atq; iustitiam ad-
ministret, hostesq; abigat, qui populorum
quietam perturbare pacẽ tentant. post *Ri-*
minal. iun. cons. 72. num. 34 & 42. Gratian. for-
rens. par. 1. cap. 17. nu. 19. Surd. dec. 303. nu. 12.
11 Esse propterea rem fauorabilem, atq; pro
eis in dubio proferendum. *Surd. d. dec. 303.*
num. 12. & 13. Gratian. d. cap. 17. d. num. 19.
Contrà verò nos, non deberi ex hisce re-
bus gabellas, neq; onera alia, respondendũ
censemus. Philosophamur autem sic. Por-
tiam hæredem scripsit vniuersalem Nico-
laus sub tali conditione: *Che delli suoi be-*
ni hereditarij, e frutti peruenienti douesse fun-
darne, e fabricarne vn Monasterio di Moniali
in quella Terra, incaricando quest'opera à det-
12 *ta sua moglie*. Fiduciariam itaq; hæredem
illam instituit, vt fundare, ædificareue Mo-
nialiũ Monasterium in Terra Vici deberet:
non igitur ei, sed extruendo Monasterio
bona relicta fuere omnia. ex Vlpiano lib.
15. ad Sabinum in *l. in fideicommissariam hæ-*
reditatis restitutionem 18. ff. ad Senat. Consult.
13 *Trebell.* Magis quidem vt Custos, quàm
vt hæres. vt Accursius in *gloss. fin.* ibidem
in fine adnotat. ex Papiniano lib. 20. quæ-
stionum in *l. in fideicommissi 3. § cum Palli-*
dius. ff. de vsuris, & fructibus, & causis. Con-
fidebat enim Nicolaus, quòd vxor sua ob
necessitudinem, amoremq; qui inter eos
dum viuerent coniuges, intercesserat, ma-
gis, quàm alius quispiã, ità piam eius exe-
qui voluntatem curaret. noluit propterea
executoribus alijs suam cõmittere volun-
tatem. Sicuti mulier illa Pollidium propin-
quum suum hæredẽ instituerat, non vt ipse
hæres esset, sed vt certo tempore puellæ fi-
liæ hæreditatem, cùm certæ esset ætatis, re-
stitueret; nè filiæ tutoribus, sed potiùs ne-
cessitudini res committerentur. Nec alie-
ni sensus Iabolenus lib. 11. epistolarum in
l. Seius Saturninus 46. ff. ad Senat. Cons. Tre-
14 *bell.* esse videtur, sed concinit omninò, fi-
duciarium hæredem esse videri eum, cui
confidit testator, vt hæreditatem filio cùm
ad annos sexdecim peruenisset, restitueret,
quia nimirùm de eo multũ confidebat te-
stator. vt *Gloss.* ibidem verbo *fiduciarium*,
commentũ agit. facitq; è re nostra *glossella*
15 marginalis ibidem, quæ sic infert: *Fiducia-*
rius hæres dicitur, qui non iustus, & absolutus
est hæres, sed veluti depositarius: hoc est, cuius
fidei credita est hæreditas alteri restituenda:
qui fideicommissarius dicitur: qua forma dici-
tur, & possessio quædam fiduciaria, de qua Bu-
dæus supra de origine iuris in l. 3. §. initiũ fuis-
se. ita Glossella. quam in hisce terminis se-
quuta fuit *Rota apud Cardin. Caualer. decis.*
381. *num. 1. & seq.* & in eadem causa apud
eundem decis. 384. num. 3. & apud *Buratum*
decis. 616. num. 15. & 23. & sequuta fuit Ro-
ta *in Bononien. iurispatronatus* 4. *Iulij* 1640.
coràm *Bichio decis. 122. num. 1. in nouis addi-*
tis ad praxim Lambert. de iure patronat. sequi-
turq; *Lexicon Iuridicum*; siuè *de verborum*
significatione, verbo *fiduciarius hæres* rationẽ
16 in fine reddens: Qui non sibi contempla-
tione instituitur, sed vt alij restituat. Ille
igitur, qui contemplatus fuit, magis atten-
ditur, quàm cui datum. ex Celso lib. 10. di-
gestorum in *l. dotem, quam dedit auus 6. ff. de*
17 *collat. bonor.* Dos nempè, quam nepti auus
dedit, filij causa data videtur, atque in filij
commodum cedit, matrimonio dissoluto
per filiæ supremum diem. Quia nimirum
18 eius in commodum hæreditas cedit, cui
sub fiducia illa debetur, vt ipse agere, atq;
cõdicere possit. ex Vlpiano lib. 26. ad Edi-
ctum in *l. certi conditio 9. in fin. princ. ff. de*
reb. credit, & si cert. petat. illis verbis: *veluti*
si is, cui fiduciaria hæreditas restituta est. ibiq;
gloss. verbo *fiduciaria*. *Peregrin. de fideic. art. 3.*
num. 19 meminit *Tiraquell. de retract. con-*
uent. in præfat. nu. 39. Barnab. Brisson. de verb.
signific. lib. 6. verbo *fiduciarius hæres. Gratian.*
forens. par. 4. cap. 650. num. 34. Construendi
Monasterij ergò hæreditas relicta Portiæ
fuit, non quòd ipsa liberè hæres esset; sed
vt ea, quæ ex bonis perciperet hæredita-
rijs, in ædificationem impẽderet Monaste-
rij. Extruendo Monasterio proinde bona
relicta fuere, & acquisita, non Portiæ. Quæ
19 autem Monasterio relicta fuere exædifi-
cando, Deo fuere data, non hominibus,
Deoq; acquisita, non sanè hominibus. Qui
nempè dedit, Deo dare voluit. Exædificari
autem Monasterium demandauit, vt illud
in Dei nomen cederet, & gloriam; itaq;
ex his anima sublearetur. Quia hoc, qui
donat, pro redemptione animæ suæ donare
probatur: ex Concilio Agathensi in *cau.*
Pontifices 32. 12. quæst. 3. eisdemq; verbis se-
quitur Innocentius III. in *cap. requisitis 15.*
§. nec est contrarium. de testament. & Nos *res-*
pons. nostra 5. *num. 5. par. 1.* ex eo igitur, cui
20 relinquitur dispositio interpretationem
admittet. ex Marcello lib. 6. institutionũ in

l.cùm quidam decurionibus 23. *ff. de ann. legat.*
ibiq; Iuris lucerna *Bart. nu.* 3. idemq; Mar-
cellus lib. 8. institutionum in *l. cùm erat* 24.
ff. eodem de ann. legat. nec alieni sensus fuis-
se Sceuola visus est lib. 3. responsorum in
l. Titia testamento 40. *§. Seia testamento. ff. de
auro, & argēto legato.* ex loco porrò ibi Sce-
uola argenteū signū illud Dei, q Seia reli-
querat heri, respōdit esse debere. verba ex-
cipe Sceuolæ: *Quæsitū est, cùm in eo tēplo, non
nisi aurea, aut argentea tantùm sint dona, hære-
des Seia, vtrum ex auro, an ex argento signum
ponere compellendi sint, an æreum? Respondi
secundùm ea, quæ proponerentur, argenteū po-*
21 *nendum.* Quia nimirùm ex qualitate loci,
vel personæ, cui relinquitur, interpretatio
capienda erit. vt *gloß.* ibidem verbo *argen-
tea* aduertit. nec longè Iulianus abijt lib.
24. ad Sabinum in *l. si seruus plurium sit* 53.
§. fin. ff. de legat. 1. illis verbis: *Sed & mens*
22 *patrisfamilias, & legatarij dignitas, & chari-
tas, & necessitudo, item earum, quæ præcedunt,
vel quæ sequuntur summarū scripta, sunt spe-
ctanda.* ibidemq; *gloss.* verbo *consuetudo.* Vt
ex re, quæ iussa est heri, Monasterium vide-
licèt Monialium exædificari, mentem nos
dignoscamus testatoris, se Portiæ reliquis-
se hæreditatem, non vt ipsa possideret, vt
domina, sed vt Monasteriū ædificaret, eiq;
bona, iàm extructo, cederent, quæ relique-
23 rat. Ex eius itaq; qualitate, (Monasterium
nempè Monialium, quę Deo consecrantur,
Christoq; Domino Deo desponsātur) bo-
na æstimabuntur relicta, vt Deo sacra sint,
sicut Monasteriū. *Gratian forens. par.* 5. *cap.*
834. *num.* 8. *in fin. & num* 9. deduximus *res-
pons.* nostra 29. *num.* 1. *& seqq. par.* 1. alios re-
24 ferētes. Quidquid enim Deo dicatur san-
ctum efficitur Deo. *Leuitici vlt.* 28. expres-
sitquè Bonifacius Papa in *can. nulli liceat
ignorare* 3. 12. *q.* 2. nec nō Bonifacius VIII.
in *regula semel Deo dicatū* 51. *de reg. iur. in* 6.
Gloss. in can. pulsatus 13. *de pœnitent, dist.* 1. *in
glos.* 1. *in fin.* & in *cap. quanto* 3. verbo *conne-
xa, de iudic.* ex Paulo in *l qua religiosis* 44. *ff.
de rei vendic. Thomas Aquinas* Doctor An-
gelicus 2. 2. *quæst.* 99. *art.* 1. *in respons.*
25 Ex rebus igitur Deo sacris, dicatisq; ga-
bellas exigent, & onera extrahent. Suum
itaq; in caput hoc facięt, nec execrandum
effugient sacrilegij piaculum, excommu-
26 nicatione feriendum. Hæc est enim digna
pœna sacrilegi, vt qui rebus sacris iniuriā
intulit, extra fiat sacra, & in potestatē tra-
datur Sathanæ; donec resipiscens, quod
perperàm gesserat, emendet in meliùs. ex
Gregorio illo Magno ad Sabinum Diaco-
num in *can. sacrilegium* 4. 17. *quæst.* 4. audias,
27 quæso, loquentē illum: *Sacrilegium, & con-
tra leges est, si quis, quod venerabilibus locis
relinquitur, praua voluntatis studijs, suis ten-
tauerit compendijs retinere.* prosequiturq;
plenè *gloss.* ibidem. quæ vnica est. nec ab-
nuit sāctus Doctor *Aquinas* 2. 2. *d quæst.* 99.
art. 1. 2. *&* 3. Disposueruntq; priùs Bonifa-
cius Papa *d. can. nulli liceat.* 3. 12. *quæst.* 2. &
Gelasius Papa in *can. placuit* 8. 16. *quæst.* 3.
28 qui aduersus huiusmodi sacrilegos, qui
sacra prophanare non verentur, eaquè ab-
strahunt, sic sententiam fulminat mortis
æternæ: *Tanquàm sacrilegus iudicetur, & do-
nec se correxerit, & Ecclesiæ propria priuile-
gia restituerit, anathema sit.* Ita Gelasius. eo-
demq; modo Honorius, & Theodosius Au-
gusti, & ipsi statuerunt in *l. placet* 5. *C. de sa-
crosanct. Eccles.* Nè prædia vsibus cœlestium
secretorum dedicata sordidorum munerū
fœce vexentur. pœnamq; addixere contra-
uenientibus; in fine sic inferentes, *Si quis
contrauenerit, post debita vltionis acrimoniam,
quæ erga sacrilegos iure promouenda est, exilio
deportationis perpetuò subdatur.* prosequi-
turq; *Peguera decis.* Senatus Cataluniæ 24.
num. 2. *& seqq.* diximus *respons.* nostra 85.
num. 43. *par* 4. & latiùs in nostro *Apologeti-
co* pro iuribus Ecclesiæ *respons.* 2 *à num.* 18.
ad 34 Fulminatq; censuras, & maledicta
Bonifacius VIII. in *cap. clericis laicos* 3. *de*
29 *immunit. Eccles. lib.* 6. nequè minori cumulo
processus fulminatus in *Bulla in Cœna Do-
mini* legi consuetus §. 18. Timeant idcircò
30 ipsi, nè propterea in locū descendant tor-
mentorum, in quem Diues ille quondam
(*Lucæ* 16. 22.) qui induebatur purpura, &
bisso, & epulabatur quotidiè, & splendidè,
præcipiti casu ruit, sepultus in Inferno.
*Amen dico tibi, nō exies indè, donec reddas no-
uissimum quadrantem.* Christus Verbum Pa-
31 tris comminatus fuit. *Matthæi* 5. 26. sed
nunquam reddes. nunquàm proindè exies
indè. Et Acherontem petes, vt in carcerem
mittaris; quia ex rebus Deo sacris pro
32 Vniuersitate gabellas exiges? Sed *quid
prodest homini, si mundum vniuersum lucre-
tur, animæ verò suæ detrimentū patiatur? Aut
quam dabit homo commutationem pro anima
sua?* Idem Dn̄us noster, & Saluator IESVS
Christus Dei Filius nos docuit *Matthæi* 16.
33 26. Qui habet ergo aures audiēdi audiat,
quid Spiritus dicat Ecclesijs. *Apocalypsis* 2.
7. *&* 17.

Nec ad rem facit, quòd per hæreditatis
adhitionem proprium effecta hæredis pa-
trimonium bona dicantur. Et quòd fidu-
ciaria ipsa hæres dicta fuit. Et quòd onus
quoq; subiuit, vt Monasterium extrueret.
Vndè & Fabrica S. Petri manus apposuit,
vt iniunctum opus executioni ipsa deman-
daret, vti sibi à testatore dictum fuerat. Vo-
luntas autem defuncti executioni deman-
danda sit; cùm non sit aliud, quòd defun-
ctis debeatur, quàm quòd eorū voluntates
exitum videant, quę illi optauere, postquā
hinc demigrauere, vt reuerti nō possint. ex
Constan-

Constantino Augusto in l. C. de sacrosanct. Eccles. vel Gregorium audi in can. ultima voluntas 4. 13. quaest. 2. dicentem, contestantemq; atque praecipientem. *Ultima voluntas defuncti modis omnibus conservari debet.*
31 Ut extra gremiū fieri Ecclesiae possint per excommunicationem, qui talibus obluctati fuerint. Ex Carthaginensi Concilio in can. qui oblationes 9. & Varensi in can. qui oblationes 10. eadem 13. quaest. 2. Quia nimi-
36 rum Ecclesiam defraudare dicitur. vnde sacrilegium patratur. Nàm, vt quidam Patrum dixit: *Amico quidpiam rapere, furtum est; Ecclesiā verò fraudare, sacrilegiū.* d. can.
37 qui oblationes 10. in fin. Quin *homicidium*. vt Gloss. ibidem verbo *sacrilegium* adnotat. Anacletus accedat Papa, qui hoc testatur can. qui abstulerit 6. 12. quaest. 2. audi, quaeso, illum dicentem, praecipientemq; : *Qui abstulerit aliquid patri, vel matri, dicitq; hoc peccatum non esse; homicida particeps est. Pater*
38 *noster sine dubio Deus, qui nos creauit: Mater*
39 *nostra Ecclesia, quae nos in Baptismo spiritualiter regenerauit. Ergo, qui Christi pecunias, & Ecclesiae rapit, aufert, vel defraudat; homicida*
40 *est.* Iugulat itaq; mortuos, (vt prouerbio profertur) qui eorum supremas peruertit voluntates, eosq; occidit iterùm, quia eorum deperit memoria.

Quae nàm est fortitudo mortuum
Necare iterùm?

vti Teresia apud Creontem dixit.
41 Omnis autem homicida non habet vitam aeternam in se ipso manentem. Ioannes 1. epist. cap. 3. 15. testatur. ergo peccatum est. nec leue, sed grauissimum, cōtra secundum praeceptum Domini, secundae tabulae: *Non occides.* Exodi 20. 13. Deutoronomij
42 5. 18. ex malignitate quippè oritur homi-
43 cidium. Sicut *Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum.* testatur Ioannes d. epistola 1. 3. 12. Peccauit Cain, qui fratrem ex malignitate occidit. sic ei Dominus (Genesis 4. 10.) *Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nūc igitur maledictus eris super terram, quae aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua.*
44 peccauit igitur, & peccato grandi, qui maledicto subiectus fuit, & sanguinem fudit
45 fratris sui Abel iusti. peccat igitur, & quiuis alius, qui & fratrem occidit, eius peruertens voluntatē; eius nè permaneat me-
46 moria. Quam ob rem è Republica aestimatur, hominum iudicia post suprema eorum funera, exitum habere. Paulus hoc edixit lib. 8. ad Paulutiū in l. vel negare 5. ff. quemadmodum testamenta aperiantur. eius excipe verba rationē redddentis: *Publicè enim expedit suprema hominum iudicia exitum habere.* sequutusq; fuit *Vivius decis. 265. num. 2.* & Nos respons. nostra 77. num 34. par. 4.

Neque obstabit; quòd gabellae de regalibus sunt, & rem sapiunt fauorabilē, quasi publicae interfit vtilitati, illas ad necessitatem extrahi,
47 Non enim hoc nos inficias imus; sed nō ex rebus Deo dicatis, quae ab his oneribus immunia sunt. Bonifacius VIII. d. cap. clericis laicos 3. de immunit. Eccles. in 6. & anteà decreuerat Innocentius III. in cap. Ecclesia Sancta Maria 10. de constitut. extra. statuerantq; Imperatores praefati Honorius, & Theodosius d. l. placet 5. C. de sacrosanct. Eccles. foeces sordidorum munerum à rebus Deo sacris depellendo.

Et quidèm; si tēporali Principi prospi-
48 ciendū: multò magis aeterno, vt eius ministri, qui altari seruiunt, de altari viuant: & qui in sacrario operantur, quae de sacrario sunt, edant. vt Paulus Gentiū Doctor contestatur 1. ad Corinth. 9. 13. sequutusq; fuit Innocentius III. in cap. cùm se undùm Apostolum 16. de praebend. & Sanctus Prosper de vita contemplatina lib. 2. cap. 11. in can. Sacerdos q. 1. quaest. 2. deduximus respons. nostra 99. num. 60. par. 4.
49 Magisq; fauorabilis immunitas aestimatur à gabellis, quàm illarum extractio, quae seruitutem importat. ex Vrbano II. in can. seruitium 31. siuè fin. ibiquè gloss. verbo
50 seruitium 18. quaest. 2. Immunitas praesertim, quae Deo debetur, rebusquè sacris. vt diximus, tueturq; *Gratianus* ex magis communi, receptaq; sententia d. cap. 17. num. 18. 19. 20. & seqq. par. 1. & per quàm optimè *Tiraquell. de retractu lignagier* §. 15. gloss. 1. nu. 12. quem sequitur Surd. d. decis. 305. n 44. & 45. inferens satis aptè ad rem, assetionē illam
51 *Gabella, &c. publicam concernere vtilitatem)* veram non aestimari; nàm, & siquidèm gabellae ob publicam imponantur vtilitatem, neq; aliàs eas imponi oporteat in actu primo, & in potentia; non tamen in actu secundo, & in exercitio eas imponere publicàm concernit vtilitatē. lata proindè haud
52 fieri debebit interpretatio. Neq; admittitur consequentia: Gabellae ob publicam imponuntur vtilitatem, ergo fauorabile quid sunt, & lata in ijs debet fieri interpretatio. Quia seruitutis species est, atquè res in se odiosa. odia proindè retinenda sunt. ad Bonifacij VIII. regulam *odia* 15. de reg. iur. in 6.

Nequè demùm vim infert vlla, quòd Nicolaus Portiam dominam, & patronam esse voluit; *Mà che in tanto fusse signora, e padrona, senza essere tenuta à dar conto.* eius interim esse bona, ad onera, atq; gabellas, & collectas teneri interim.


Cùm quòd non simpliciter illam dominam, atq; patronam esse dixit; sed interim *(ma in tanto)* donec scilicet perficeretur Monasteriū, eoq; perfecto esse domina desineret. Neq; porrò interim ex alijs bonis, quàm

quàm ex illis testatoris, Monasteriũ exædi-
ficari debebat. non itaq; cessabat, quin fi-
duciaria interim hæres esset; vt perfecto
Monasterio, eidem bona daret, ex quibus
Moniales viuerent. Ab initio igitur in actu
primo, atquè in potentia bona omnia Mo-
nasterij fuere, non Portiæ, quæ fiduciaria
quædam detentatrix, & custos bonorum
fuit.
53 Perpendenda quippè dictio est illa (in-
terim) quæ limitatiua temporis intermedij
est, atq; lassitudinem illam verborum: sia
sigaora, e padrona, ad intermedium tempus
reprimit, donec Monasterium perfectum
fuerit; quod tamen ex redditibus bonorũ
perfici debebat: faciat tibi hanc fidem Vl-
pianus lib. 71. ad Edictum in l. qui ad certũ
tempus 15. ff. locati, & conducti. illis verbis:
Et ideò si interim dominus fatere coeperit, vel
decesserit: fieri non posse Marcellus ait, vt lo-
catio redintegretur: & hoc verum est. interim,
id est ante conductionem finitam. Gloss. ibi
subnectit. Eundemq; præstat sensum Cel-
sus lib. 9. digestorum in l. si chorus 77. §. fin.
ff. de legat. 3. qui sic infert: Seruus quoq; lega-
tus si interim manumittatur, & postea seruus
factus sit, peti potest. Interim hoc est, donec
præstetur, ad tempus scilicet illud, non vl-
trà. nec discedit Papinianus lib. 1. respon-
sorum in l. libertas 7. §. in quæstionibus. ff. ad
municip. & de incol. verba excipe Papiniani:
In quæstionibus nominatos capitalium criminũ
ad nouos honores, ante causam finitam admitti
non oportet: cæterùm dignitatem pristinam in-
terim retinent. interim. donec causa finita
sit. Lexicon Iuris, siuè de verbor. signific. ver-
bo interim. Barnab: Brisson. de verbor. signific.
lib. 9. verbo interim. Rota apud Card. Caualer.
decis. 199. nu. 3. Barbosa de dictionib. dict. 173.
num 1. & 2.
54 Tùm, quòd verba illa (& interim.) (ma
che in tanto fusse signora, e padrona) nõ aliud,
quàm alimenta honorabili titulo, sicut illa
viro habebat viuente, important. Veluti si
filij extarent, & domina, atquè patrona re-
licta esset, non aliud consequi deberet; quã
honorabili titulò alimenta in honorem
matrimonij. ex Caio lib. 7. ad Edictũ Pro-
uinciale in l. nàm in honorem matrimonij 2.
ff. de act. rer. amotar. Gloss. recepta in authent.
hoc locum habet. verbo derogari. circa fin. C. si
secundò nupserit mulier. ibiquè Doctores. &
Bart. col. 3. plenè disputat Menoch. casus re-
ferens de præsumpt. lib. 4. præs. 139. à num. 58.
cum seqq. & præs. 140. in secundo casu à n. 18.
cum seqq. Rota apud sanct. mem. Gregorium
XV. decis. 460. num. 7. ibiuemq; Beltramin.
lit. A. num. 17. & apud Card. Sacratum in Tri-
dentina bonorum 7. Aprilis 1606. decis. 109.
num. 5. & 6. par. 3. in recentior. per Rubeum. &
par. 2. in recentior. decis. 162. num. 6. & 7. quæ
55 perpendat verba illa: Dominam, Donnam, &
Madonnam. ex communi loquentium vsu
præeminentiam quandam inferre, non do-
minium absolutũ: potissimum verò ex ver-
bis testatoris; qui in facto hoc nostro man-
dauit, Portiam teneri erigere Monasteriũ
Monialiũ vt verba illa (Dominã, e Patrona)
ad plenum dominium referri minimè de-
beant, cùm ipsa Monasterium construere
56 deberet. Et tamen hæredem eam reliquè-
rat. Iàm enim per hæreditatem domina
erat. Sed quia fiduciaria hæres relicta fue-
rat, meritò interim eam dominam, & pa-
tronam reliquit, vt alimẽta honorabili ha-
beret titulo, sicuti viro viuẽte cõsueuerat.
perpẽditq; Rota in Camerinen hæreditatis 21.
Februarij 1631. coràm Merlino decis. 22. nu.
34. & 35. par. 6. recentior. per Rubeum. dixi-
mus plura referentes respons. nostra 41. nu.
54. & 55. par. 4. pertractat rem plenissimè
Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 9.
tit. 7. per totum. & ad rem nostram num. 7. &
seqq. & pro Ecclesia Genuens. in practicabil.
Ecclesiast. quæst. 159. eumq; refert etiam Do-
nat. Ant. de Marin. resol. quotid lib. 1 cap. 347.
num 4. & num. 18. & 19. qui refert decisio-
nem Rotæ in vna Spoletana bonorum 26. Ia-
nuarij 1629. coràm Coccino. quæ est in im-
pressis par. 4. recentior. per Rubeum decis. 241.
num. 2. 3. 4. & seq.
Alimenta itaquè, & cum honore, vt do-
minæ, ac si in humanis cũ ea ageret, adhuc
testator, relicta Portiæ videntur. Nil igitur
aliud ipsa ex bonis Nicolai viri, hæres reli-
cta fiduciaria, iure possidet proprio; sed
alieno Monasterij exædificandi. Monaste-
rium igitur, non Portia, quæ nomine possi-
57 det Monasterij, retinet. Nàm is possidet, cu-
ius nomine possidetur. Celsus lib. 23. digesto-
rum in l. quod meo 18. ff. de acquir. vel amitt.
possess. testatur. Ex Monasterij proindè bo-
nis gabellas, & onera, atq; collectas extra-
58 het Vniuersitas. In censuras idcircò dabit.
Timeant ergo Dominum Vici homines, &
à rebus Deo dicatis se tẽperẽnt, nè veniat
59 super eos ira Dei. quòd sacris abutantur:
sicuti venit ira Dei super Regem illum Cal-
60 deorum Balthassarẽ; qui appẽsus, iusto iu-
dicio Dei, in statera, & inuentus minus ha-
bens, nocte ipsa illa, quà rebus sacris abu-
sus fuerat, subitò interfectus perijt. Danielis
5. 24. & descendit in abyssũ Inferni. vt cru-
cietur in æternum. Timeant ergò ipsi, nè
61 vltio, quæ Balthassar Regẽ percussit, super hęc
transgredientes, & talia præsumentes veniat, et
corruere, eos faciat ad ima. verbis eos alloqui-
mur, admonemusq; Stephani Episcopi in
can. vestimenta Ecclesiastica 42. de consecr. dist. 1.
Atq; ità ex his, quę sanctuarij pondere
expendenda prudentioribus, sapientiori-
busq; relinquimus, respondendũ cẽsuimus.

Carolus Maranta V. I. D. Epus Iuuenac.
S V M.

SVMMARIVM.

1 *Leges sacræ in hoc sunt totæ, vt morientium voluntates custodiantur.*
Ratio affertur. num.2.
2 *Voluntates hominum liberas destinauit Omnipotens Deus.*
Non possunt ergo alterius restrictione hominis comprimi.
Quin lex est voluntas hominis de rebus suis disponentis. num.3.
Quod præsertim in Ecclesiarum fundatione seruari debet. num.4.
Nè alioquin retrahãtur Fideles ab Ecclesijs ædificandis. num.5.
Dotandisq;
6 *Forma in Beneficiorũ fundatione data seruanda, incorruptaq; habenda.*
Non itaq; dissoluenda. num 7.
8 *Repetitio dicti enixam disponentis ostendit voluntatem.*
9 *Tempus ad præsentandum quatuor mensium patronis laicis statutum, certumq; datum à die notitiæ vacationis.*
Ad instituendum verò nullum certum statutum.
10 *Præsentari is debet, qui ex fundatione vocatus est.*
Quin imò pro præsentato haberi debet, qui ex fundatione vocatus est. num.13.
Et præsentatio aliter facta, pro nõ facta habebitur. num.14.
Quia sic fieri ex fundatione debet. nu.15.
11 *Linea quid?*
12 *Domus appellatione familia continetur.*
16 *Beneficium Ecclesiasticum vt consequi Clericus valeat, quatuordecim annos natus esse debet, ex Sacrosancta Tridentina Synodo.*
Declara, vt locum non obtineat in beneficijs de iure patronatus laicorum, quæ ex fundatione certis nominatis personis ex familia debentur. nu.18.
Et ita Sacra declarauit Congregatio. num. 20. & 22.
Quin Sacrum Concilium fundationi nõ derogat.
Sufficit verò in ætate 14. annorum tempore institutionis esse. num.23.
17 *Nullum quod est, effectus non parit.*
19 *Clericatus in ætate septem annorum obtineri potest.*
23 *Decretum Sacri Tridentini Concilij sess. 23. cap.6. de reformat. perpenditur.*
25 *Verbum* (obtinere) *intelligitur in actu secundo, & in exercitio, non in actu signato, & primo.*
26 *Præsentari potest mox clericandus.*



ARGVMENTVM.

Fundationis lex in beneficijs iuris patronatus laicorũ seruanda, nec dissoluenda. Tempus quadrimestre & si indultum patronis laicis ad præsentandum, nullum tamen certum ad instituendum datum. Vocatus à Fundatore beneficij, pro præsentato habetur. Quàmuis aliqui non illum præsentauerint. aliàs verò facta præsentatio pro nulla habetur. Beneficium Ecclesiasticum vt consequi Clericus valeat, quatuordecim annos natus esse debet, ex decreto Sacri Concilii Tridentini. Quid verò in beneficijs de iure patronatus laicorũ certo personarum generi ex familia debitis? Sacræ Cõgregationis afferuntur declarationes. Nũm verò mox clericandus præsẽtari valeat? Et quid si tempore institutionis sit in ætate quatuordecim annorũ, præsentatus verò non ità?

RESPONSIO LXXXV.

1 LEges sacræ in hoc sunt totæ, vt quæ statuere semel de rebus suis rectè disponentes homines, cùm reuerti non iterùm possint, neq; disponere, seruentur, firmiterq; custodiantur. peculiari hoc statuit lege Imperator Constãtinus ad populum in l.1. *C.de sacrosanct. Eccles.* Gregorius quoque Papa in *can. vltima voluntas* 4.
2 13.*quæst.*2. Quia nimirùm cùm liberas voluntates hominum destinauerit Omnipotens Plasmator omnium Deus, nõ possunt
3 illæ alterius restrictione hominis comprimi. Lex igitur æstimatur quidquid iustè, dùm in humanis agunt, de rebus suis dixerint

rint homines. ex Iustiniano Cæsare in §.
disponat. in authent. de nuptiis. collat. 4. Quod
4 sanè per quàm strictissimè in Ecclesiarum
fundatione seruari precepit Gelasius Papa
in *can. piæ mentis 26.* & in *can. Frigentius 27.*
16. quæst. 7. & prosequutus fuit Sacrosancta
Tridētina Synodus in Spiritu sancto legiti-
mè congregata *sess. 25. cap. 9. in initio de re-*
5 *format.* Nè alioquin à fundandis, dotan-
disq; Ecclesijs fideles retraherētur. sicuti in
Toletano Concilio 9. c. 2. in *can. decernimus*
32. 16. quæst. 7. decretū inuenitur: statuitq;
Clemens III. in *can. nobis fuit 25.* & Inno-
centius III. in *cap. cùm dilectus 28. de iure*
patronat. pluribusq; *Gloss. in d. cap. nobis ver-*
6 *bo in capella.* Seruanda est itaq; forma be-
neficiorum in fundatione decreta. ex Pe-
lagio Papa in *can. Eleutherius 30. in fin. 18.*
quæst. 2. pleneq; deduximus Nos *respons.* no-
7 stra *81. nu. 8. 9. & 10. par. 4.* Non dissoluen-
da proindè lex erit, quam illi de Galasso
Terræ Caiuani Auersanen Diœcesis, Fūda-
tores beneficij simplicis sub inuocatione
S. MARIÆ de Constātinopoli intus Paro-
chialem Ecclesiam Sancti Petri Terræ eius-
dem, anno 1626. publico fundationis in-
strumento præscripserunt. Illa autem sic
se habet: *Quòd Capellanus eligendus, & no-*
minandus, & præsentandus per ipsos fratres de
Galasso, nominibus, quibus supra, & eorum hæ-
redes, & successores in perpetuum, & in defe-
ctu, ex linea, & de domo ipsorum fratrum de
Galasso. Quam legem hi eodem in instru-
8 mento, vt eorum enixam ostenderent vo-
luntatem, repetiuere. Repetitio quippè di-
cti, enixam repetentis hominis indicat vo-
luntatem. argumento petito ex Concilio
Ilerdensi in *can. hi, qui altario Dei 2. in fine.*
ibique *Gloss.* verbo *iteratò. 15. quæst. 8.* & ex
Cypriano Episcopo ad Pomponiū de vir-
ginibus in *can. quod si pœnitentiam 5. 27. q. 1.*
ibiq; etiam *Gloss.* verbo *reuersa.* plura de-
duximus Nos *respons.* nostra *31. num. 33. &*
34. par. 4.

Indè ergo legem illam: quod Capella-
nus eligendus, & præsentandus, atq; nomi-
nandus in perpetuum, esset de linea, & de
domo ipsorum Fratrum de Galasso statue-
re, atq; verbis reiteratis in medium redu-
xerunt; Quia sic seruari voluerūt, seruan-
da est igitur.

Cùm itaq; anno 1647. beneficium præ-
dictum vacauerit per supremum diem, su-
premaq; funera D. Francisci Andreæ de
Galasso, qui extrà Romanam Curiam in
dicta Terra Caiuani diem clausit extre-
mum, Scipio Galassus, & Ioannes Baptista
Galassus fratres, filij, & heredes quondam
Notarij Vincentij Antonij Galassi Funda-
toris præsentauerunt Clericum Vincentiū
Antonium Galassum, dicti Scipionis filium
fol. 15. ex altera verò parte præsētatus fuit
Clericus Dominicus Antonius Campani-
lis. Ab anno 1647. ad vsq; præsentem annū
9 1650. dilata fuit institutio, ad quam sanè
faciendam nullum certum, neq; definitum
tempus sacri decreuere Canones; sicuti ad
præsentandum patronis laicis à die scien-
tiæ, & notitiæ vacationis beneficij, quadri-
mestre tēpus statuere. ex Bonifacio VIII.
in *cap. 1. §. verùm licèt. de iure patronat. in 6.*
ibiquè *Gloss.* verbo *quadrimestre.* *Rota apud*
Card. Canaler. decis. 489. nu. 1. Abbas cons. 76.
num. 2. lib. 2. Viuian. in praxi iuris patronatus
par. 3. lib. 6. cap. 8. nu. 9. Instat idcircò Cle-
ricus Vincentius Antonius sibi dari insti-
tutionem tanquàm præsentato, atq; cui ex
fundatione, vti de linea, & domo ipsorum
Fratrum de Galasso Fundatorū, debetur.
10 Is quippè ex fundatione præsētari debet,
qui sit ex linea, & ex domo ipsorum Fratrū
de Galasso. Est ipse ex linea, & descenden-
tia, quia filius Scipionis filij Notarij Vin-
11 centij Antonij de Galasso. Linea enim
collectio dicitur personarum ab eodem
stipite descendentium, gradus continens,
& numeros distinguens. ex *Gloss. in calum*
tit. de consang. & affinit. diximus *respons.* no-
stra *28. num. 12. & seqq. par. 3.* Est præterea
12 de domo; quia de familia est ipsorū Fra-
trum de Galasso. ex Paulo lib. 46. ad Edi-
ctum in *l. pronunciatio 195. §. familiæ appel-*
latio. ff. de verbor. & rer. significat. plures re-
tulimus *respons.* nostra *19. nu. 22. par. 4.* Est
13 proindè vocatus à Fundatoribus. pro præ-
sentato propterea habetur, quāuis aliqui
non eum, sed Clericum Dominicum Anto-
nium Campanilem, non de familia, neque
14 vocatum, præsentauerint. Cùm itaq; for-
mam excesserint in fundatione præscri-
ptam, præsentatio pro non facta habetur.
vt ipse vnus Vincētius Antonius de fami-
15 lia, ex fundatione vocatus, ab omnibus
præsētatus habeatur. Quia sic fieri ex fun-
datione debebat. *Rota* apud *Puteum decis.*
99. atq; *decis. 252. nu. 3. lib. 3. Rota in Gerun-*
den beneficij 2. Decembris 1605. coràm *Emi-*
nentissimo Dom. Card. Sacrato decis. 57. num. 5.
apud *Viuianum ad praxim iuris patronatus.*
& apud *Buratum decis. 37. num. 1. & seqq.*
& decis. 755. num. 3. & 4. diximus d. nostra
respons. 19. num. 13. & 14. par. 4. ipsi igitur
debetur institutio.

16 Verùm obijcit ei Campanilis, quòd cū
præsentatus fuit, nō adhuc natus erat qua-
tuordecim annos, inhabilis proindè ad
consequendum beneficium Ecclesiasticū,
ex Sacrosancta Tridentina Synodo sess. 23.
cap. 6. de reformat. fuit ergo nulla præsen-
17 tatio, vt tanquàm non præsentatus, institui
minimè possit. Quid enim pariat effectus,
q nullū est? ex Bonifacio VIII. *regula non*
firmatur 18. de regul. iur. in 6. & ex Paulo
lib. 3. ad Paulutium in *l. quod editū est 55.*
in fin.

in fin. de pact. plura congerit *Barbosa axiomate 64. num. 1.*

18 Sed responsione obiectum disiicimus. Quia
nimirum dicta Sacri Tridentini Concilij
dispositio locum non habet in beneficijs
de iure patronatus laicorum, quæ ex fundatione certis nominatis personis ex familia, vel agnatione debêtur, sat enim fue-
19 rit, si illi ad clericatum promoti fuerint;
quod in ætate septe annorum completorũ
contingit, ex Bonifacio VIII. in *cap. nullus Episcopus 4. sinè fin.* ibiq; *Gloss.* verbo *infanti, de tempor. ordinand. in 6.* & ità Sacram
20 Congregationem Sacri Tridentini Concilij Interpetrum declarasse 2. Iulij 1579.
refert *Rota* coràm *Lancellotto in vna Gerunden beneficij 12. Iunij 1579. par. 1. diuersorum decis. 482. num. 3. in fin. Garsi. de benefic. par. 7. cap. 8. num. 4. 5. 6. & seq. & num. 10. & seq.* &
sequuta fuit *Rota in Monopolitana beneficij 6. Iunij* 1622. coràm *Merlino decis. 39. num. 8. 9. 10. ad finem vsq;* apud *Viuianum in praxi iuris patronatus*, cuius quoq; meminit *Rota in Corduben Capellaniæ 5. Decẽbris* 1629.
coràm *Illustriss. Durano* Episcopo Vrgel-
21 len *decis. 228. num. 7. Par. 1.* Quia Sacrum
Concilium fundationi non derogat. refert
Eman. Sà in aphorism. verbo *beneficium. n. 30. Goazal. ad 8. regul. Cancellar. glos. 5. in princ. num. 90. & 91.* sequiturq; *Ciarlin. forens. controuers. par. 1. cap. 53. num. 48. 49. 50. & 51. Barbosa de offic. & potest. Episc. alleg. 60. n. 77.* & in *collect. ad dictum Sacrum Concilium d. cap. 6. sess. 23. de reform. nu. 7. Io. Ant. Massobr. in praxi habendi concursus, requis. 7. dub. 12.*
22 *nu. 3. & 4.* Sacræ Congregationis declarationem referēs. & *requisito 10. dub. 11. n. 30.*
23 Eoq; libentiùs hoc admittendum; quòd
Clericus prædictus Vincentius Antonius
Galassus iam compleuit annũ 14. vndè iure etiam ex decreto Sacri Concilij institui
24 potest. Namquè si verbis institerimus Sacri Concilij, illud loquitur, atquè exauditur in actu secundo, & exercitio, non in actu signato, & primo. inquit enim: *Nullus prima tonsura initiatus, aut etiã in minoribus ordinibus cõstitutus antè decimumquartũ annũ*
25 *beneficium possit obtinere*. obtinere scilicet
in actu secundo, & exercitio per institutionem, vel collationem. ex Bonifacio VIII.
in *regula beneficium 1. de regul. iur. in 6.* &
sequi videtur *Rota* apud *Duranum d. decis. 228. num. 6.* & expressè sequitur ex *Companili in diuers. rubr. 7. cap. 6. num. 2. & 3.* idem *Barbosa de offic. Episc. d. alleg. 60. nu. 77. in fin.*
26 Quemadmodùm mox clericandus puer
præsentari potest ad beneficiũ iuris patronatus, quia pro promoto quoad hoc habetur, cùm sit iàm Clericus in actu primo, & signato, moxq; Clericus efficiēdus in actu secundo, & exercitio per ordinationem. sequiturq; *Paris. de resignat. benefic. lib. 4. q. 8. num. 5. & 6. Campanil. d. rubr. 7. cap. 6. nu. 4. Gratian. forens. disceptat. par. 3. cap. 430. nu. 6.* dixitq; *Massobrius in praxi habendi concursus, prælud. 7. dub. 21. nu. 84. 85. 86. & 87. Barbosa d. alleg. 60. num. 77. & alleg. 72. num. 77. & 78.* Cùm sat, superq; fuerit, si quo tempore institutionem obtinet, sit actu Clericus.

Erit igitur instituēdus Clericus hic Vincentius Antonius, ex fundatione vocatus, & præsentatus.

Atq; ità ex his, quę Aristarchi supercilio subijcimus, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

S V M M A R I V M.

1 *Sapientis est, nihil ordiri eorum, quæ exitum habere non possunt.*
Atquè prudentis.
2 *Prouerbium.* Impossibilia venari, non longè ab insipientia distat.
3 *Quod fieri non potest, nec incipiendum.*
4 *Difficile est, vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio.*
5 *Frustrà velocitèr currit, qui priusquàm ad metas veniat, deficit.*
6 *Cœpisse multorum est, ad culmen peruenisse paucorum. ex Hieronymo.*
7 *Locus Ecclesiastici 3. 22.* Altiora te nè quæsieris, &c. *ad rem perpenditur. & elucidatur.*
8 *Sapere ipsum (si nimium est) non est sapere.*
9 *Locus Apostoli ad Romanos 12. 3.* Non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. *expenditur.*
Et quàm necessè est. num. 36.
10 *Capellani Ecclesiarum Militiæ Sãcti Ioannis Hierosolymitani ex priuilegijs ab Ordinariorum sunt iurisdictione exempti.*
Requisita modò habeant ex Constitutione Gregorij XIII. num. 16.
Quæ expenduntur. num. 19.
Et Sacri Tridentini Concilij. num. 25.
Quę tamen requisita simul adesse oportebit. num. 18. & num. 26.
Vt si vnum eorum deficiat, à toto excidatur.
11 *Extrà territorium Ius dicenti, consequenterq; sine iurisdictione, non paretur impunè.*
Sine pœna videlicèt. & num. 20.
12 *Iudex sine iurisdictione, & extrà territorium ius dicens malè agit.*
Atq; mortalitèr peccat. num. 13.
Quia sibi vsurpat, quod suum nõ est. nu. 14.
Furtumq; facit.
Ex Paulo ad Romanos 14. 4. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum. *nu. 15.*
16 *Gregorius XIII. Priuilegia confirmauit Sa-*

cra Religionis Sancti Ioannis Hierosolymitani.

Illaq; quoad iurisdictionem Ordinariorum, ad terminos reduxit Sacri Concilij Tridentini.

Exceptis tamen nonnullis. num.17.

21 *Iudex inciuile partis fultum moderari debet.*

Ipseq; ex se ipso moderari, quod malè gesserit. num.23.

22 *Terminos alterius vsurpare nemo debet.*

Neque ulterius Parochianum iudicare, vel excommunicare.

24 *Inordinabilitèr; quæ facta sunt, non potest ex ijs quidquam ordinabilitès agi.*

In ordinem proinde reducenda, quæ inordinatè sunt gesta.

25 *Exemptiones omnes ab Ordinariorum iurisdictione Sacrum Tridentinū repressit Concilium.*

27 *Exceptio in non exceptuatis confirmat regulā.*

Destruit tamen illam in his, quæ excepta fuere.

Ipsāq; declarat, quid sub regula comprehendatur. num.31.

Secladitq; à regulà, quæ exceptio comprehendit. num.32.

28 *Priuatio formam destruit.*

Quia à composito remouet illam.

Et est negatio in subiecto. num.29.

30 *Seruitus, & manumissio sibi contrariantur.*

Vt vnu alterum destruit.

33 *Episcopus loci Ordinarius fundatam habet iurisdictionem suam in omnes, qui in sua sunt Diœcesi.*

Exemptis tantummodò seclusis. num.34.

35 *Frustranea agere, amentia est.*

37 *Noße se ipsum, seq; metiri non est omnium.*

E Cælo nempè descendit: Noße te ipsum. num.38.

Pauci autem sunt, qui hoc faciunt, nu.39.

ARGVMENTVM.

Sacræ Hierosolymitanæ Religionis Seruientes, Ordinariorum ab iurisdictione vt sint exempti, quæ habere requisita eos oporteat, tam ex Sacrosanctæ Tridētinę Synodi decreto *sessione 24. cap. 11. de reformat.* quā ex sanctæ memoriæ Gregorij XIII. Constitutione, non inaccuratè expeditur. Et nùm requisita ipsa coniunctim omnia esse debeant? An vero extrà territorium ius dicenti, nō parcatur impunè? Et num peccet Iudex, qui iurisdictione sine ius dicit? Exceptio, vt regulam in non exceptuatis firmat, ità perimit illam in his, quæ excepta sūt, atq; destruit, sicut negatio.

RESPONSIO LXXXVI.

1 SApientis est, nihil ordiri eorum, quæ exitum habere non possunt. Nam
2 vt prouerbio fertur: *Impossibile venari, non longè ab insipientia distat.* Dixit proinde Sophocles in Antigone:
Quæ efficere nequeas, nec vel ordiri decet.
3 Et ex nostris: *Quod fieri non potest, nec incipiendum quidem.* Vt quippe Alter habet: *Ex strenuis interdùm aliquod est lucrum; ex super-*
4 *vacaneis nullum.* Satisq; difficile est, bono vt peragātur exitu; quæ malo sunt inchoata principio. ex Leonis verbis, sensuq; in *can. principatus 25. in fin. 1. quæst. 1.* non tentanda propterea. Quid enim proficit velociter currere; si antè quàm ad metam
5 perueneris deficias? *Quia frustrà velociter currit, qui priusquàm ad metas veniat, deficit.* Gregorij verba sunt in *can. in cassum 17. de pœnit. dist. 3. Gloss. in cap. 1.* verbo *militiæ. de renunciat.* quo loco *glossella* marginalis il-
6 lud Hieronymi affert: *Cœpisse multorum est, ad culmen peruenisse paucorum.* Et Spiritus
7 sanctus (*Ecclesiastici 3.22.*) Sapiētis nos admonet ore: *Altiora te nè quæsieris;* (inquiēs) *& fortiora te nè scrutatus fueris: sed, quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius, nè fueris curiosus. Non est enim tibi necessarium ea, quæ abscōdita sunt videre oculis tuis.* Namq; vt Euripides dixit:
7 *Ipsum sapere* (si nimium) *non est sapere.* confirmatq; Martialis.
Quisquis plus iusto non sapit, ille sapit.
9 dixitq; Apostolus Paulus ad Roman. 12. 3. *Non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatē.* & Ireneus: *Sapite ad prudentiam.* S. Augustinus. *Sapite ad temperantiam.* Quia nimirùm modestiæ fines seruandi. vt ex Estio, & Cornelio à Lapide. *Ioannes à Gorâum* commentum agit. eundemq; sensum tenuit Gregorius Papa in *can. sit rector discretus 1. circa finē. §. Hinc namq; veritas dicit. dist. 43.* & Augustinus in *can. adhuc instat 32. in princ. de pœnit. dist. 3.* Tertullianus quoq;

quoq; in carmine ad Senatorem infert:
Sic nimium sapere stultum facit impia secta.
Me Dea sic docuit; moderamen amabile dixit.
sequiturq; *Martinus del Rio* Adagialium
sacrorum *tom.2.adag.3.14.fol.*405.

Altiora sunt ergo, & citrà moderamen,
atq; nimium sapere, nec necessarium, quæ
Episcopalis Curiæ Venusinæ Fiscus aduer-
sus R. D. Iosephum Iosiam, ex Ordinarijs
Capellanis vnum Sacræ Religionis Sancti
Ioannis Hierosolymitani scrutari quærit;
cùm illum ad personalem subeundam visi-
10 tationem compellere gestit. Est enim ille
ex Capellanis Ecclesiæ Sanctissimæ, & In-
diuiduæ Trinitatis Sacri Baiuliuatus Ve-
nusiæ vnus, in domibus eiusdem degens,
eique deseruiens, intrà eiusdem septa sub
Illustrissimi illius Commendatoris, ac Ba-
iuliui obedientia viuens. Exẽptus est pro-
indè ab Ordinarij, hoc est Episcopi, iuris-
11 dictione. Extrà territoriũ ergo ius dicenti
non paretur impunè. ex Bonifacio VIII. in
cap. vt animarum 2. siuè fin. in fin. de constitut.
in 6. Impunè. id est sine pœna. hoc est: Non
parens, ex eo pœnam non patitur. *gloss.* ibi-
dem commentum agit. & ex Innocentio
Tertio in *cap. nouit 7. de officio legati extrà*,
dixeratq: Paulus lib. 1. ad Edictum in *l. fin.*
12 *ff. de iurisd. omn. Iud.* eius damus verba: *Ex-*
trà territorium ius dicenti, impunè non pare-
tur. Idem & si suprà iurisdictionem suam ve-
13 *lit ius dicere*. Ità quidèm, vt peccato se ob-
stringat Iudex, qui Iurisdictione carẽs, ius
14 tamen dicere tentat. Vsurpat enim, quod
suum non est, furtumq; facit. ex Augusti-
no in *can. pœnale est 13 14. quæst. 5.* Angeli-
cus Doctor *2. 2. quæst. 60. art. 6. sed contrà. &*
quæst. 88. art. 12. ibiq; *Caietan. Nauar. man.*
cap. 12. num. 71. versic. secundò, qui habens. &
cap. 27. nu. 8. & cons. 77. quæritur primò. nu. 2.
lib. 3. de regular. Molina de iustit. & iure tom.
vlt. tract. 5. disput. 18. num. 2. vers. tertiò. quoniã
15 *diximus*. ex illo Pauli ad Romanos 14. 4.
Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? su-
per quem iurisdictionem non habes. com-
mentum agit *Dionysius Carthusianus*. dixi-
musq; Nos plura referentes *respons.* nostra
40. *num. 1. ad* 10. *par. 3. & respons. 89. nu. 45.*
part. 4.

Et quidèm, quòd exemptus Ioseph à iu-
risdictione sit Ordinarij, Hierosolymitanæ
Religionis addictus seruitio Ecclesiæ San-
ctissimæ Trinitatis pro Capellano deser-
uiens, ex Religionis eiusdem priuilegijs id
16 apertissimè deducitur. Confirmans namq;
sanct. memor. Gregorius XIII. anno 1580.
Pontificatus verò sui anno nono, sub datũ
Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Pisca-
toris; priuilegia quæcunq; per antecesso-
res Pontifices Romanos, (atq; præsertim,
quæ Pius Papa V.) Religioni præfatæ in-
dulserant, illaq; ad Concilij Tridentini re-
ducens terminos, reductaq; esse volens, ità
verbis infert: *Nihilq; ex ipsis priuilegijs,*
exemptionibus, & gratijs, & indultis, Ordina-
rijs locorum detractum esse, quò minus ipsorum
Militum Vicarij, Capellani, Ministri, Seruitores,
Ascripti, Coloni, Procuratores, & Familiares
Militum huiusmodi, quibus ea iam concessa
sunt, & in posterum concedi contingerit, ab ip-
sis Ordinarijs, tanquàm Apostolicæ Sedis Dele-
gatis, de eorum excessibus, criminibus, & deli-
ctis, etiam extrà visitationem, quando, & quo-
ties opus fuerit, inquiri, visitari, puniri, & cor-
rigi possint. Ipsorumq; Ordinariorum iurisdi-
ctioni in prædictis subiecti existant. Exceptis
17 *tamen ijs, qui Ecclesijs, alijsq; locis dictorum*
Militum actu seruiunt, & intrà eorum septa,
& domos, ac sub eorum obedientia viuunt, quæ
18 *omnia debere simul concurrere intelligantur.*
Siuè ijs, qui legitimè, & secundũ regulam præ-
dictæ Religionis professionẽ fecerint, de qua loci
Ordinario constare debeat. Et ità in prædictis
omnibus, & singulis per quoscunq; Iudices iu-
dicari, &c.
19 Duo quippè personarum genera Grego-
rius XIII. qui pro Ordinariorum iurisdi-
ctione tuẽda ad terminos Sacrosanctæ Tri-
dentinæ Synodi fuit, ab omnimoda Ordi-
nariorum iurisdictione exemit, exemptaq;
fecit, ac declarauit. *Eorum* scilicet *qui Ec-*
clesijs, alijsq; locis dictorum Militum actu ser-
uiunt, & intrà eorum septa, & domos resident,
& sub eorum obedientia viuunt. Ità quidèm
vt hæc omnia simul adesse oporteat; vt vnũ,
vel duo ipsorum nou sufficiant. Alterum
verò eorum; *qui legitimè, & secundùm regulã*
prædictæ Religionis professionẽ fecerint, de qua
tamen loci Ordinario constare debeat. Ioseph
verò Sacerdotum eorum, qui actu Ecclesiæ
præfatæ Sanctissimæ, & Indiuiduæ Trinita-
tis inseruiũt pro Capellanis, & intrà septa,
& domos Baiuliuatus, & Ecclesiæ resident,
sub obedientia Illustriss. Commendatoris,
siuè Baiuliui, eiusquè Vicarij viuunt, vnus
est. sub exceptione proindè comprehendi-
tur dictæ Gregorianæ Constitutionis. Est
itaquè ab Ordinarij iurisdictione omninò
exemptus. nullo ergo modo in eum Ordi-
narius ius dicere poterit.

Frustrà proindè, & superuacaneè perso-
nalis visitationis legi subijcere eum tẽtat.
20 sine iurisdictione igitur. Iure ergo non ei
paretur impunè. hoc est sine pœna. vt ex
Gloss. in superioribus adnotauimus. Nulli-
tèr propterea, quòd non paruerit, cùm non
teneretur, suspensioni suppositus fuit.
21 Incinile idcircò factũ moderari Episco-
pum oportebit. ex Vlpiani sensu in *l. Medi-*
cus 3. ff. de var. & extraord. cognit. Quia ni-
22 mirùm nullus alterius terminos vsurpare
debet, nec alterius Parochianum iudicare,
vel excommunicare. vt Calistus Papa de-
creuit, ad Episcopos Galliæ scribẽs in *can.*

nullus alterius 1. & can. nullus primas 2. in
23 *fin. 9. quæst. 3.* Satius quippe, & è re sua potius erit, vt suum ipse Episcopus malè corrigat factum, quàm alius in melius illud reformet: ex Innocentij III. consilio in *cap. nisi specialis dilectio 3. §. tu ergo.* ibique gloss. verbo *palliare. de auctoritate, & vsu pallij.* & in *cap. cum cessante 60. de appellat.* & in *cap. qualiter. & quando 17. de accusat.* rationem
24 reddens, dicensq;: *Quoniam ex his quæ inordinatè sunt acta, non potest ordinabiliter agi.* Sunt ergo inordinata. Quæ ergo sunt pessimè acta, remouenda, atq; in ordinem redncenda. *Gloss. in cap. conquerente 7.* verbo *sit tibi est, in fin. de restitut. spoliator. Felin. d. cap. qualiter, & quando 17. in 3. notab. num. 5. de accusat. Genuens.* Episcopus Isernien. *in manu. prætor. cap. 5. num 6.*
25 Prædicta verò Gregorij Constitutio vniformis est, & vna cum his, quæ in dicta Sacrosancta Tridentina Synodo *sess. 24 cap. 11. de reformat.* pro Episcoporum iurisdictione decreta, atque definita iam fuerant, ad cuius terminos Constitutionem suam, dum priuilegia confirmauit Religionis Hierosolymitanæ, reduxit. Sacrum quippe Concilium, vt Episcopos in residentia contineret, cùm priuilegia omnia, & exemptiones ab Ordinariorum iurisdictione reformasset, eaq; locum nō habere decreuisset; Religionis quoq; Sancti Ioannis Hierosolymitani. Nè tamen illa in pessum omninò daret, sic demum intulit, & excepit: *Exceptis tamen ijs, qui prædictis locis, aut Militijs actu seruiunt, & intra eorū septa, ac domos residentes, subq; eorum obedientia viuunt. siuè in ijs, qui legitimè, & secundum regulam earundem Militiarum professionem fecerunt; de quo Ordina-*
26 *rio constare debet.* Sic Sacrum Concilium. Addidit verò Gregorius sua Constitutione: vt tria illa requisita: *In ijs, qui actu seruiunt, & intra eorum septa, ac domos resident, subq; eorum obedientia viuunt,* simul concurrere debeant: Vnum verò eorū si deficiat, exceptio locum non habeat. Quod in simili de Hierosolymitana Religione perpendit *Mar. Antonin. Diaceraten variar. resolut. lib. 1. resol. 18 per totā.* præsertim verò *nu. 4. Thom. Zerola* Episc. Minoren *in praxi Episc. par. 1.* verbo *exemptio. §. 3. Barbosa in col. ect. ad Sacrum Tridentinum d. cap. 11. nu. 10.* deduximus *respons.* nostra 80. præsertim *nu. 28. 29. & seqq. par. 4.* pro D. Francisco Cerruera Sacerdote professo eiusdē Sacræ Religionis Hierosolymitanæ respondentes.
27 Quemadmodùm autem exceptio regulam in non exceptuatis firmam reddit; ità paene in ijs, quæ excepta sunt, destruit, nullamq; reddit. Suam quippè deperdit regula [illegible] effectumq; deturbat, cum in aliquo [illegible] exceptionem viriatur. Hoc ipsum pri[illegible] operatur, quia formam à materia seiungit; eamq; destruit, compositumq; ex
29 materia dissoluit, & forma Est enim negatiò in subiecto: ex Aristotele *4. metaphys. S. Thomas 1. par. quæst. 17. art. 4. in corpore. & quæst. 33. art. 4. in 3. argum. & ad secundum.* probamus ex nostris, ex Innocentio III. in *cap. cum ad dissoluendum 13. de desponsat. impuber.* quod enim per matrimonium vnum erat, exceptionibus propositis dissoluitur. nec longè abijt Vlpianus lib. 1. Institutionum in *l. manumissiones 4. ff. de iustit. & iure.*
30 cùm manumissionis descriptionē tradit, atq; seruitutis, vna quippè alterā destruit. & ipse quoq; lib. 1. ad Sabinum in *l. nam, & si 5. ff. de iniusto, rupto, irritoq; facto testamento.* nec refugit Paulus lib. 16. ad Paulutium in *l. 1. in fin.* ibiq; *Gloss. magna. ff. de regul. iur. Signorol. cons 75. num 8. vers. sed aduocatus. Anchiran cons. 27. nu. 6.* noster *Maranta cons. 53. nu. 2. Nauar cons. 2. num. 5. in fin. lib. 4 qui clerici, vel vouentes. Rota* apud *Card. Mantic. decis. 76. num. 1.* & apud *Coccin. decis. 163. nu. 2. in fin.* & apud *Card. Caualer. decis 106. nu. 2.* & apud sanct. memor. *Gregorium XV. decis. 402. nu. 1. & decis. 458 nu. 2. Barbosa axiom. 85.*
31 *num 4 & 5.* Quin id exceptio facit, vt ipsa sola, nihil in regula comprehendatur, declaret, atq; manifestum reddat; cùm, quæ excipiuntur, submoueat dumtaxat, reliquis sub regula remanentibus. ex Vlpiano lib. 20. ad Sabinum in *l. quæsitum est 12. §. denique Neratius lib. 4 Epistolarum. ff. de fundo instructo, instrumentoq; legato:* rationem illo reddente verbis hisce: *Nam, qui hæc excepit, non potest non videri de cæteris rebus, quæ in ea essent sensisse.*
32 Ea quippè à regula secluduntur, quæ comprehendit exceptio, in regula non idcircò comprehenduntur. docet *Aretin. cons. 142. num. 2.* sequiturq; *Rota* apud *Card. Seraphin. decis. 188. num. 5.* & apud *Card. Caualer. decis. 65. num. 3. & decis. 612. nu. 49.* & apud sanct. memor. *Gregorium XV. decis. 257. nu. 4. Barbosa d. axiom. 85. num. 7.*
33 Fundatam itaq; iurisdictionem suam in omnes, qui in sua sunt diœcesi, habet Episcopus, loci Ordinarius, ex Aurelianensi Concilio primò in *can. omnes Basilicæ 10.* ibiq; notatis *16. quæst. 7.* & Bonifacio VIII. in *cap. cùm personæ 7. de priuileg. in 6.* Honorio III. in *cap. conquerente 16. de offic. Iudic. ordin. extra.* retulimus Nos plura eadem no-
34 stra *respons. 80. num. 32. par 4.* Sunt tamen ab hac generalitate ij dumtaxat remoti, qui per exceptionem seclusi fuere, peculiari exemptionis priuilegio excepti, atque sublati. *Gloss. d. can. omnes Basilicæ 10. in gloss. 1. in fin. 16. quæst. 7.* ex Alexandro III. in Concilio Lateranen in *cap. cum & plantare 3. de priuileg. extra.* Hi verò sunt, qui in Ecclesijs, alijsque locis Militum S. Ioannis Hierosolymitani actu deseruiunt, & intra eorum septa, & domos resident, & sub eorū obedien-

obedientiæ viuunt. tàm ex Tridentina Sacrosancta Synodo, quàm ex Gregorij XIII. Constitutione, vt in superioribus retulimus. Vnus autem horum iste est. Hic ergo ab Ordinarij, Episcopi videlicet, est iurisdictione, tàm ex Tridentina Synodo, quàm Gregorij XIII. Constitutione exemptus, atque exceptus. Frustra ergo hunc Fiscus tentat, qui subiectus non est, vt personam se visitationi subijciat. Prudentius idcircò faciet, si quæ efficere nequit, nec ordiri tentauerit. Nam frustrà niti, dementiæ esse

35 videtur. vti Sophocles in Antigone dixit, protestatusq; fuit

Frustraneà agere insignis est amentia.

hoc ipse deniet, vt sit amabile moderamen,

36 ne plus sapiat, quàm necesse est: ne si qua in re offenderit (vti in hac) multis partibus grauius peccet: vt ex *Thaumaturgo* sequitur *del Rio d. Adagio 314.*

Atque ità ex his, Censoris nec abiecta virgula, quin expetita, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenaten.

Destitit postmodum Fiscus inceptum persequi iter, quod in memoriam Horatius illi succurrerit lib. 1. epistolarum

37 *Metiri se quenquã sub modulo, at pede verũ est.*

illiusq; meminit Persij satyra 4.

Tecũ habita, vt noris, quã sit tibi curta suppellex.

38 E Cœlo quippe descendisse putatur *Γνῶθι σεαυτόν.* Nosce te ipsum. Paucorũ hoc enim est. quod Plautus in Penulo agnouit

39 *Pauci istuc faciunt homines, quod hic predicas Nam in foro vix decumus quisq; qui ipsus se nouerit.*

SVMMARIVM.

1 *Possessio facti est.*
Plus enim facti, quàm habet iuris.
Quoniam sine corporali actu non procedit. num. 2.
Nudo proindè animo acquiri non potest.
Possessio à pedibus appellatur. num. 3.
Quasi pedum positio.
Vel meliùs, possessio quasi à sedibus dicta. num. 4.
Quod facto indigeat, vt quæratur.
5 *Tensionarius, vt in quasi possessione exigendi constituatur, duo perquiruntur: scientia videlicet, & patientia Titularij.*
Nec sufficit per tertium facta solutio sine Titularis mandato.
Vel ratihabitione illius.
6 *Nepos ex filio præmortuo, sub aui paterni potestate cadit.*
Eiusq; bonorum administrator efficitur.
7 *Auus, sicut & pater in bonis filij, vel nepotis, in quibus vsumfructum nõ habet, vti extraneus reputatur.*
Neque bonorum administrator est.
In beneficialibus præsertim. num. 8.
Poterit itaq; nepos ab auo, filius à patre, qui beneficij Ecclesiastici fructus excepit, administrationis rationem petere.
9 *Voluntas non fertur in incognitum.*
Quia nihil volitum, nisi cognitum.
Neque appetit quidquam, nisi sub boni specie. num. 10.
11 *Consensus super incognitum non fertur.*
Quam ob causam non consentit, qui errat. num. 12.
13 *Consentire non videtur qui errat.*
Quia qui errat, non cognoscit, atque proindè errat.
Consequenter neque consensum præstat.
14 *Beneficiorum resignationes sine voluntate libera non fiunt.*
15 *Peccatum sine voluntate non datur.*
Neq; etiam virtus.
16 *Voluntatis ex fonte virtus procedit, & vitium.*
17 *Voluntarium non est, nisi à libera voluntate proficiscatur.*
Et sine voluntate nemo tenetur ad culpam. num. 18.
19 *Virtus est medium duorum vitiorum.*
20 *Homines ex diuersis animi motibus, in vnum consentiunt.*
In vnam scilicet decurrunt sententiam.
21 *Stipulatio sine consensu esse non potest.*
22 *Pactio pactum est duorum, pluriumuè in idem placitum, & consensus.*
23 *Obligatio sine voluntate libera non datur.*
24 *Mandatum de manutenendo sine possessione non datur.*
Datur verò ei, qui possessionem litis contestatæ tempore detinet. num. 25.
Non possidenti, idcircò non dabitur. nu. 27.
26 *Interdictum vti possidetis, possessorem tuetur.*
28 *Possessionem qui dicit, ipse docere debet.*
29 *Pensionem pro alio soluens, mandatum habere præsumitur.*
Sed procedit in eo, qui sui iuris est. nu. 30.
Non in minore.
31 *Rotæ decisio 2. de causa possessionis, & proprietatis in antiquis declaratur.*
32 *Factum tertij non debet nocere alteri.*
33 *Arrendatarij non possunt præiudicium Principalibus inferre, si absque mandato soluerint.*
34 *Rectores non titulares soluendo Episcopo, præiudicium Monasterio, vel Abbati titulum habentibus non inferre possunt.*
Neq; eum in quasi possessione constituere exigendi.
35 *Quasi possessio exigendi concludenter probari debet, per solutiones per Titularem factas.*

Quia

Quia vere requiritur solutio per Titularem, num. 36.
Quamuis aliàs constaret per confessiones Prælati, num. 37.
Vel alterius Administratoris.
Non enim procedunt in præiudicium Ecclesiæ, nec Successorum.

ARGVMENTVM.

Possessio facti est. non propterea præsumitur, nisi probetur. & vndè dicta? Pensionarius, vt in possessione cõstituatur percipiendi pensionem, duo perquiruntur: scientia videlicèt, & patientia Titularij. Et num solutio per tertium facta, quò in possessione constituat exigendæ pensionis? Nepos ex filio præmortuo sub aui potestatem reincidit. Pater legitimus administrator bonorum filij non est, si filius beneficiũ obtineat Ecclesiasticum. Sicuti neque auus paternus: poterit proindè filius à patre, nepos ab auo, fructuum beneficiorum administrationis rationem exposcere. Voluntas super incognitũ non fertur, neque consensus. Obligatio sine voluntate non datur. Mandatum de manutenẽdo sine possessione nõ procedit. Pensionẽ pro alio soluẽs, mandatum habuisse an præsumatur. Decisio declaratur Rotæ 2. de causa possessionis, & proprietatis, in antiquis. Rectores non Titularij, Abbati præiudicium facere haud possunt.

RESPONSIO LXXXVII.

1 Possessio facti est. Plus enim facti, quã
habet iuris, vt Innocentius III. testatur Basiliensi scribens Episcopo
in *cap. cùm nostris 6. § cæterum igitur. de concess. præbend.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem
2 *verbo plus habet facti in fin.* Quoniàm sine
corporali actu (inquiens) non procedit.
Nudo proindè animo acquiri non potest,
vt Diocletianus, & Maximinianus edixere
Cæsares in *l. licèt possessio 4. C. de acquir. &*
3 *retinend. possess.* Possessio quippè appellata
est à pedibus, & vt Labeo ait, pedum positio: quia naturalitèr tenetur ab eo, qui ei
insistit, vt Paulus lib. 54. ad Edictum in *l. 1.*
ff. de acquir. possess. docet, *naturalitèr*, hoc est
corporalitèr *Gloß.* ibidem verbo *quia naturalitèr.* exponit. Facto proindè eget. vel
4 meliùs possessio, quasi à sedibus, dicta videatur, quòd facto indigeat, vt quæratur.
annotauit *Alciat. lib. 1. dispunctionum cap. 1.*
& lib. 2. parergon iuris. cap. 1. & glossella marginalis ad d. l. 1. de acquiren. possess. Rota apud
Card. Canaler. decis. 49. num. 1. & apud *Card.*
Seraphin. decis. 44. num. 3. Hinc sanè est, quòd
5 ad constituendum pensionarium in quasi
possessione exigendi pensionem, duo perquiruntur; scientia videlicèt, & patientia
Titularij, vt non sufficiat, per tertium facta
solutio, sine Titularis mandato, vel ratihabitione illius. vt post *Rotam decis. 2. in fin. de*
caus. possess. & propriet. in antiq. sequuta fuit
Rota apud *Verall.* Episcopum Caputaquen.
decis. 165. n. 1. & 2. par. 3. & *Rota* apud sanct.
memor. *Gregorium XV. decis. 312. num. 3.* sequiturq; *Beltramin.* ad eundem sanctissimũ
decis. 275. nu. 22. & ita firmauit *Rota in Cremonen. pensionis 21. Nouembris 1575.* coram
Card. Lancellotto decis. 184 num. 1. & 2. par. 1.
diuers. ex Antonino Cæsare in *l. si aquam 2.*
ibiq; *gloss. verbo sciente. C. de seruitut. et aqua.*
& *Doctores in cap. cùm Ecclesia Sutrina 3. de*
caus. possess. & propriet. Rota decis. 508. num. 4.
par. 2. recentiorũ & apud *Card. Seraphin. decis. 1463. num. 5.* & in *Pacten pensionis 5. Decembris 1594.* corã *Card. Pamphilio decis. 44.*
nu. 2. & nu. 12. apud *Stail. Pacif. de saluiano*
interdicto, Gratian. forensi. disceptat. cap. 113.
num. 51. & seqq. par. 1.

In nulla igitur quasi possessione est, exigendi pensionem à Domino Carolo Reniglione Beneficiario simplicis beneficij, sub inuocatione Sanctæ MARIÆ, & omnium Sanctorũ Nolanen. Diœcesis Dñus Paulus Æmilius Vrsinus. Nunquàm enim ille soluit, neq; eius mandato. Si quæ verò solutiones apparent, illæ factæ fuere ab Equite Dño Ioanne Francisco Reniglione eiusdẽ
6 Domini Caroli Auo, Carolo minore existente, & sub eius patria potestate ob mor-

tem

item Equitis Petri Reuigliloni eius patris.
vndè ad illum bonorum eius administra-
tio, ob potestatem patriam pertinebat. ex
Iustiniano Cæsare in l. cum furiosus 7. aliàs
fin. in princ. C. de curatore furiosi, vel prodigi.
7 noster Maranta cons. 51. num. 5. Auus verò,
qui in locum successit patris, sicuti & pater
ipse, in bonis, in quibus nō habet vsumfru-
ctum, extranei loco habetur, neque bono-
rum filij, siuè nepotis Administrator est.
Menoch. de recuper. possess. remed. 9. nu. 86. Pa-
schal. de virib. patr. potest. par. 1. cap. 2. num. 84.
Beltramin. ad sanct. memor. Gregor. XV. decis.
334. num. 10. lit. D. in iis, in quibus. Multòq;
8 minus in beneficialibus, in quibus ius nul-
lum acquiritur patri, consequenterq; auos
vt valeat filius, consequenterq; nepos, à pa-
tre, ab auo fructus, quos ex beneficio per-
cepit, repetere. ex Bonifacio VIII. in cap.
fin. in fin. ibiq; gloss. fin. de iudic. in 6. statue-
runtq; Leo, & Anthemius Augusti in l. sa-
crosancta 32. C. de Episc. & cler. Abb. in cap.
quia nos 9. de testam. sequiturq; Afflict. de-
cis. 241. nu. 1. & 2. Rota apud Card. Caualer.
decis. 441. in fin. num. 8. plura deducit Anton.
Gomes. in leges Tauri leg. 48. num. 7. Pascal. de
patr. potest. par. 1. cap. 3. nu. 5. & 6. Non itaq;
poterat ipse, absquè nepotis facultate, qui
beneficium obtinebat, eius in præiudicium
prætenso pensionario soluere, vt illi exigē-
di acquireretur possessio. Quia vel tertius
habebatur, vti verò talis nō vtiquè consti-
tuere pensionariū in quàsi possessione po-
terat exigendi, quæ (vt diximus) à duobus
pendet, à scientia videlicèt, & patientia
principalis debētis; vt scilicèt nouerit, sibi
per solutionem præiudicium inferri in fu-
turum soluendi; velitq; id pati; quia ità
tenetur. Neutrum autē horū hic fuit. quia
Dominus Carolus neq; scientiam vnquàm
habuit de pensione, vt qui minor erat; neq;
9 voluntate propria passus est vnquā, vt pen-
sio solueretur. Nequè porrò voluntas ferri
poterat in solutionē pensionis, cùm id non
nouisset. Nihil autem est volitum, nisi co-
gnitum. ex Aristotele, & Augustino lib. 10.
de Trinitate docente: voluntatem non fer-
10 ri, nisi super cognito; nequè appetere ali-
quid, nisi sub boni specie illud agnoscat.
quē sequitur S. Doctor Aquinas 1. 2. quæst. 3.
art. 4. & quæst. 12. art. 1. Nauar. in can. cogita-
tionis 14. de pænit. dist. 1. num. 2. & de finibus
humanorum actuum. nu. 19. vers. omissa tamen
altiori. & cons. 1. num 25. in fin. quæst. 6. lib. 1.
de constitut. & de orat. miscellan. 31. num. 45.
11 Consensus verò super incognitum nō fer-
tur. ex Papiniano lib. 1. definitionum in
l. cū Aquiliana stipulatio 5. ff. de transact. qui
sine prouerbio loquitur, sed palàm: Cùm
Aquiliana (inquiens) stipulatio interponitur,
quæ ex consensu redditur, lites, de quibus nō est
cogitatū, in suo statu retinentur. Quia nimirū
consensus in incognitum, atq; incogitatū
12 nō fertur. sicuti nec cōsentit qui errat. ex
Vlpiano lib. 1. de omnibus tribunalibus in
l. si per errorem 15. ff. de iurisd. omn. iudic. &
ipsemet lib. 11. ad Edictum in l. nihil conse-
13 sui 117. in fin. ff. de regulis iuris. Non viden-
tur consentire qui errant. (inquiens) Qui
enim errat, nō cognoscit, & indè errat. Vi-
de consensum præstare minimè censetur;
cùm id, super quod consensum ferat, non
videat, nequè, vt est, cognoscat. Voluntas
quippè non fertur, neq; quidquam appetit,
nisi sub specie boni appetibilis repræsente-
tur ei. probaturq; expressissimè ex Clemen-
te III. in cap. super hoc 5. de renunciat. tradit
14 enim; sine voluntate libera beneficiorum
renunciationes nō fieri. sequiturq; Nauar.
cons. 66. quidam pensionarius, num. 12. lib. 5. de
simonia. Rota apud sanct. mem. Gregor. XV.
decis. 395. num. 3. diximus respons. nostra 37.
num. 53. & 54. par. 4. Porrò & nosse debet,
quid renunciatio fit, & quòd à se abdicat
15 beneficium, & in id voluntate feratur li-
bera. Nimirùm, quòd peccatū sine volunta-
16 tē non datur, nequè virtus sine voluntate
exercetur. ex eodem quippè fonte volun-
tatis, & virtus procedit, & vitium. percipe
(quæso) Chrysostomū in can. sicut enim 10.
32. quæst. 5. qui sic loquitur: Peccatum sine
voluntate opus non facit. Multi enim corpori
castitati student. adulterium autem voluntate
committitur. Nisi enim ex voluntate sola for-
nicatio consumaretur, nunquàm Dominus dice-
ret: Matthæi 5. Qui viderit mulierē ad con-
cupiscendum eam, idm mechatus est eam in cor-
de suo. Ergo voluntas sine opere frequenter
peccat. ità ille. Nec diuersimodè Alexander
Papa testatur epist. 1. omnibus Orthodoxis
cap. 2. scribens, relatus can. si quandoquè 1.
§. confessio 15. quæst. 5. referēs illud Domini,
Matthæi 15. Ex corde enim procedunt homi-
cidia, adulteria, fornicationes, blasphemiæ, &c.
(addens) quæ sunt ad hæc pertinentia: Ex
voluntate igitur peccatum, & virtus est. vt
17 nullo modo sit peccatum, nisi voluntariū.
voluntarium autem non est, nisi à libera id
voluntate proficiscatur. ex Augustino lib.
de vera Religione cap. 14. & lib. de duabus ani-
mabus cap. 11. sequiturq; S. Thom. 2. 2. q. 108.
art. 4. & Leo Papa in can. ille [illegible] 14. 32. q. 5.
Ambrosius quoq; can. non est 10. 15. q. 1. sic
18 inferēs: Nemo tenetur ad culpā, nisi volunta-
te propria deflexerit. neq; virtus erit sine vo-
19 luntate. Virtus verò mediū est duorū vitio-
rum, secundū Aristotelē. & dixit Horatius:
Virtus est medium vitiorum vtrinq; redactum.
sequiturq; Gloss. in can. charitas est 14. §. hæc,
quæ de charitate. verbo sunt itaquè gradus. de
pænit. dist. 2. Nauar. in can. prædixerat Hiere-
mias 75. de pænit. dist. 1. num. 4. Et obstringe-
tur alteri quis per obligationem sine vo-
20 luntate? Non vtiquè. Nam ex diuersis ani-
mi

mi motibus in vnum consentiũt homines,
id est in vnam sententiam decurrũt, & voluntariè cùm insimul cõtrahunt. ex Vlpiani verbis lib.4. ad Edictum in *l.1. §.conuentionis verbum. ff. de pactis*. Vt nisi habeant
21 consensum, stipulatio esse non possit, velu-
22 ti pactũ, quod à pactione dicitur, quæ duorum est, pluriumuè in idem placitũ, & consensus. vt idem docet Vlpianus ibidem in principio. sine voluntate libera non perficitur. Indè enim dicitur placitum, & consensus, id est placitus cõsensus, quasi dicat, spontaneus. ex *Gloss.* ibidẽ verbo *placitum,*
23 *& consensus*. Quia sine voluntate libera obligatio non datur. spontanea itaq; esse debebit obligatio, vt effectũ pariat, opereturq;, alioquin non obligatur, qui voluntate libera caret. ex Vlpiano lib.48. ad Sabinum in *l.1. ff. de verbor. obligat.* & lib.4. ad Edictum in *l.1. §. conuentionis verbum.* ibiq; *Gloss.* verbo *consensum ff. de pactis*. ex Iuliano lib.3. Institutionum in *l. consensu fiunt 2.* & Paulo lib.2. Institutionum in *l. obligationũ substantia 3. ff. de action. & obligat. Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib.4. tit.4. num.25. Rota* apud *Cardin. Cauaser. decis. 618. num.12.* Nullum proindè ius in Paulum Æmilium transferri potuit sine Caroli consensu, & voluntate, qui nunquàm ipse soluit, neque ex eius placito, consensu. in possessione itaquè pensionem exigendi non est Pau-
24 lus Æmilius. Nullo ergo modo mandatum de manutenẽdo pro ea relaxari potest, qui in possessione non est. Quid enim manuteneas eum, qui possessionem nullam habet? Namquè nisi ante exploratum sit, vtrius duorũ possessio sit, non potest petitoria actio institui, vti Iustinianus Cæsar respondet *§. retinendæ. Institut. de interdict.*
25 Mandatum verò de manutenendo ei datur, qui possessionem litis contestatæ tempore detinet. Idem Iustinianus Augustus docet *§ hodiè tamen. Institut. de interdict.* &
26 interdictum vti possidetis possessorẽ tuetur. Vlpianus & ipse docet lib. 69. ad Edictum in *l.1. §. interdictum autem. ff. vti possidetis, Rota* apud *Coccinum decis.46. num.1.* & in *Cæsaraugustana pensionis 14. Nouembris* 1614. coràm *eod. Coccino Decano decis. 591. num.1. & seqq. par.2. in recentioribus*. & apud san. mem. *Gregorium XV. decis. 100. num.1. & seqq. & decis. 160. num.1.* & dictum fuit in *Arboren Canonicatus 8. Martij 1632.* coràm *Merlino decis.337. num.2* apud *Postium tract.*
27 *de manutenendo*. Non ergo tuebitur, nequè nõ possidenti dabitur, vt sequuta fuit *Rota* apud eundẽ *Gregorium XV. d. decis. 100. nu.5.*
28 Doceat proindè, se in possessione exigendi esse à Carolo Paulus Æmilius, vt manuteneri valeat, quod si non præstabit, ibit amarè foras, sicut Homerus, vti de eo Ouidius dixit.
Si nihil attuleris ibis Homere foras.

Quia cùm facti sit, non præsumitur, nisi probetur, vt diximus. Profectò, quod à Ioanne Francisco illi factæ solutiones, vel à non habente de soluẽdo mandatum, & à tertio, in quasi possessione exigendi minimè eum constituere potuere, vt diximus.
29 Nec proficit quidquã, quòd præsumitur soluens habere mandatum. ex *Rota d. decis.2. in princ. de caus. possess. & propriet. in antiq.*
30 Cùm, quia decisio fundatur in eo, qui sui iuris est, & potuit dare mandatum, vel ratificasse solutionem, vel tacitè videatur, vt apertè ex ipso decisionis tenore patet. Carolus verò hic noster sui iuris non erat,
31 & minor. Tùm, quòd ipsamet *Rota in fine* in contraria persistit sententia, quòd fa-
32 ctum tertij non debet nocere alteri. & ità illàm exaudit *Rota* apud *Verall. d. decis.169. num.1. & 2. par.3.* Nequè leue pro se fundamentum habet. Quia, Ioannes Franciscus, quàmuis auus, præiudicium Carolo beneficiario inferre haud potuit, admittamus quàmuis illum Administratorem
33 fuisse. veluti Arrendatarij nõ possunt præiudicium principalibus inferre, si absquè mandato soluerint. ex *Ripa d. cap. cùm Ecclesia Sutrina 3. num.65. de caus. possess. & propriet.* sequuta fuit *Rota* apud *Card. Seraphinum d. decis. 1463. num. 3.4. & 5.* qua de cau-
34 sa Rectores nõ titulares soluendo Episcopo, non potuere præiudicium dare Monasterio, & Abbati habentibus titulum, neq; Episcopum in quasi possessione constituere exigendi, vt firmauit *Rota in vna Fanen exemptionis 26. Ianuarij 1632.* coràm *Merlino* apud *Cencium de censib. in additionib. ad eius tractatum decis. 110. num. 5.* & ipsemet *Cencius in additionib. par.2. cap.2. quæst.3. ar-*
35 *tic.9. num.1.* Quasi possessio igitur exigendi, concludentèr probari debebit per solutiones per Titularem factas. vt dixit *Rota in Alexanen pensionis 12. Februarij 1610.* coràm *Marquemontio* apud *Marchesanum par.1. decis.2. num.3. fol. 605.* & in *Romana pensionis 13. Iunij 1597.* coràm *Card. Pamphilio decis.14. sub num.2.* apud *eundem Marchesan. par.1. fol.613.* Nàm in hoc casu ad
36 constituendum quempiam in quasi possessione exigendi, vera perquiritur solutio per Titularem facta. vt perpendit *Rota* apud *Cardin. Seraphinum decis.302. num.2.* quæ est etiam in impressis apud *eundem Marchesanum par.1. decis.17. fol.615.* in *Regien pensionis 18. Maij 1576.* coràm *eodem*
37 *Seraphino*. quàmuis constaret per confessiones Prælati, vel alterius Administratoris, in præiudicium Ecclesiæ, & successorum. vt dixit *Rota in Regien. prætensæ pensionis 28. Martij 1576.* coràm *eodem Cardin. Seraphino decis.292. num.2.* Nulla hic solutio à Titulare facta intercessit, nullumq;

manda-

mandatum, neque ratihabitio. Nullam proinde quasi possessionem exigendi pensionem Paulus Æmilius nactus est. sine possessione verò manutentio non datur. nullo itaque modo de manutenendo mandatum pro eo relaxari poterit.

Atque ità ex his, Aristarchi non abiecto supercilio, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.

Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Morti addicti ex nostrorum parentũ vtero nascimur omnes.*
Propter primi nostri parentis Adam peccatũ.
Qui Dei praeceptum transgressus fuit.
2 *Homo in hoc semper cogitatione incumbit, vt se perpetuum in hoc Mundo faciat.*
Et Diuersorium hoc transiens perpulchrum existimat.
Atq; de progenie perpetuanda tractat. nu. 4.
3 *Firmum nihil sub Sole.*
Sed vniuersa vanitas, & afflictio spiritus.
4 *Moriendum semel est hominibus.*
Atq; calcanda semel via Lethi.
5 *Fideicommissa, & substitutiones perpetuas ideò rogant homines, vt se perpetuos Mundo faciant.*
6 *Mors omnia absumit, & deuorat.*
Eique omnia debentur.
7 *Fideicommissa primis temporibus agnita non fuerunt.*
Et vnde appellata? num. 8.
Postmodùm verò probata. num. 9.
Et certus Praetor creatus, qui de fideicommissis ius diceret.
Qui fideicommissarius nuncupabatur.
10 *Fideicommissarius dicitur, cui haereditas per fideicommissum debetur.*
11 *Fideicommissa quibus fiant verbis?*
Quocunq; tamen sermone relinqui possunt, non Latino solùm, vel Graeco, sed Punico, sed Gallico. num. 12.
Sunt duplicia, vniuersalia, & particularia. num. 13.
14 *Filij pars corporis patris esse censentur.*
Vt filius, & pater vna; eademq;, persona penè esse intelligantur.
15 *Pater pro filijs sollicitus est.*
Commouentur quippè viscera eius super filijs suis.
16 *Filiorum nomine, & faemina cõprehenduntur.*
Quia filiae sunt.
Nec sine filijs decedere videtur, qui filias reliquerit. & num. 31.
Quia filiorum appellatione omnes liberos intelligimus. num. 17.
Masculos, & faeminas.
Naturales quàmuis fuerint. num. 18.
19 *Monasterium deficere facit conditionem, si sine liberis decesserit, si grauatus fideicommisso, Monasterium ingressus, haeredem illud dixerit.*
20 *Conditio* (si sine filijs, & naturalibus decesserit) *satis erit, si tempore mortis verificetur.*
Etiam per filium, per subsequens matrimonium legitimatum.
21 *Tempus, quo contrahimus, in stipulationibus spectatur.*
Etiam in fideicommisso tẽpus mortis. nu. 22.
23 *Qualitas verbo adiecta, secundùm verbi tempus exaudiri debet.*
24 *Filius per subsequens legitimatus matrimonium, perindè habetur, ac si ab initio legitimatus fuisset.*
Quia subsequens matrimonium omnẽ priorem illegitimitatis abstersit maculam. num. 25.
Modò tamen, quo tempore cõceptus est filius esse potuerit legitimus.
Vt non ex adulterio natus sit.
Et excludit hic legitimatus substitutum. num. 29.
26 *Matrimonij tanta vis est, vt eos, qui antea sũt geniti, post illud subsequutũ legitimos habeat.*
Purgat enim omnia praecedẽtia vitia. nu. 27.
Quia legitimatio haec à Principe Principum Deo fit. num. 28.
30 *Faemina deficere faciunt conditionem, si sine liberis decesserit.*
Ni tamen vel expressa repugnauerit disponentis voluntas. num. 31.
Vel ex vrgentibus deducatur coniecturis.
Vel quia familiam testator vocauit. nu. 32.
Quae in faeminis, & per faeminas deficit.
Et per nuncupationem masculinitatis exclusae videntur. num. 41.
33 *Mulier suae familiae caput, & finis est.*
Earumq; filij in casum non sunt familiae, sed patris. num. 34. & num. 38.
35 *Voluntates defunctorum exitum non habere, iniquum aestimatur.*
36 *Coniecturae referuntur, quibus deducitur, faeminas à successione exclusas fuisse.*
Si masculos vocauit testator.
Cum addito scilicet masculinitatis. nu. 37.
Quae coniectura non minimè alijs adiuncta operatur. num. 42.
Praesertim verò, si testator filias non haberet. num. 43.
Et suam perpendit agnationem, familiamq;. num. 44.
Vel si filios, qui vel monachum, vel presbyterum secularem agerent, exclusit. nu. 45.
Vt multò magis exclusae videantur faeminae. num. 47.
Per quas in alienam bona transferuntur familiam.

39 *Verba sunt, quæ in præcordijs abstrusam voluntatē manifestam reddunt, aperiuntq;.*
Etiam si ambigua sint, modò sensus habeatur, num. 40.
41 *Permissum, quod non est, exclusum videtur.*
46 *Familia per Religiosos, Ecclesiasticasq; personas non prorogatur, quia filios habere nō possunt legitimos, & naturales.*
48 *Fideicommissum perpetuum, bonis, non personis iniectum, coniecturā operatur ad fœminarum exclusionem.*
Quia ad quemcunq; bona illa peruaserint, onere pertransibunt perpetui grauata fideicommissi. num. 49.
Præsertim verò, si per verbū volo, & mando, fideicommissum rogatum fuerit. nu. 50.
Ostendit enim firmam suam voluntatem, ad agnationis conseruationem esse. nu. 51.
Consequentérq; fœminas excludere. nu. 52.
53 *Testator non præsumitur quod frustra loquutus fuerit.*
54 Textus in l. cùm acutissimi 30. C. de fideicommiss. & l. cùm auus 101. ff. de condit. & demonstrat. *de iure communi procedunt, & in simplici substitutione, si sine filijs decesserint.*
Non verò si testator suam expresserit voluntatem.
Vel ex vrgentibus coniecturis aliter appareat. num. 55.
Ratio affertur. num. 56. & num. 57.
56 *Legis tacita intellectio, per expressam testatoris legem reprimitur.*

ARGVMENTVM.

Fideicommissa quo sint iure introducta, & quid illa sint, & quotuplicia: Fideicommissum, siuè substitutio reciproca filijs masculis facta, vt vnus succedat alteri, si sine filijs decesserit, nùm per fœminas intercipiatur? Et quid si ille, ex subsequenti matrimonio legitimæ factæ fuerint, nùm factam intercipiant substitutionē? Quid verò si Testator fœminas non habuerit, & masculos tantùm hæredes instituit. & demùm in agnationē animum habuerit, & familiam? Plurimę perpenduntur coniecturæ. Præsertim verò, si rebus suis, non personis perpetuum innexerit fideicommissū. Quam ob rem tex. dilucidantur *in l. cùm acutissimi 30. C. de fideicommiss. & tex. in l. cùm auus 101. ff. de condit. & demonstrat.*

RESPONSIO LXXXVIII.

1 MOrti destinati ex nostri parentis vtero nascimur omnes, ex quo primi parentis nostri, qui Dei mandata soluit, peccatum prodijt. Comedit namq; de ligno, quod ei, nè comederet, vetuerat Deus. Genes. 2. 17. *Ex omni ligno Paradisi comede: de ligno autem scientiæ boni, & mali nè comedas. In quocunq; enim diè comederis ex eo, morte morieris.* Comedit tandem,
2 morte morimur. Non tamen cogitationem auertit homo; vt nec auertere posse videatur, quin se perpetuum in hoc faciat exilio. Sic trāsuolans hoc Diuersorium, perpulchrum sibi videtur, vt quamuis ipse sibi locum inuenire minimè possit firmū.
3 Cùm nihil sub Sole firmum (*Vidi cuncta, quæ fiunt sub Sole* (Salomon inquit. Ecclesiastes. 1. 14.) *& ecce vniuersa vanitas & afflictio spiritus*) nihilominus tamen de progenie perpetuanda, cùm ipse iam transeat,
4
Et calcanda semel via lethi.
sibi fit; supremis disponit tabulis, perpetuum, quod relinquit, vt faciat; suis etiam,
5 quos ex lumbis proprijs genuit, liberis substitutiones perpetuas imponendo, atq; commissa fidei rogando, bonorum alienationes prohibendo, vt illa successoribus permaneant, reseruenturq;, atq; ità firmū, perpetuumq; (quod sibi videtur) suū Mundo faciat nomen. Fidei quippè commissa indè rogantur, vt bona, quæ ad extraneas transuolarent personas, morte absumente omnia, (nàm, vt Ouidius canit 10. metamorphos. paulò post principium.
6 *Omnia debentur fato; paulumq; morati, Seriùs, aut citiùs sedem properamus ad vnam. Tēdimus hùc omnes, hęc est domus vltima. vosq. Humani generis longissima regna tenetis,*)
ad certum permaneāt personarum genus.
7 Primis namq; temporibus infirma fideicōmissa fuerant: quia nemo inuitus cogebatur præstare id, de quo rogatus erat. Quibus enim non poterant hereditatem, vel legata relinquere, si relinquebant, fidei committebant eorum, qui capere ea ex testa-

8 mento

8 mento poterant hæreditatem. Et ideò fi-
deicommissa appellata sūt, quia nullo vin-
culo iuris, sed tantùm pudore eorum, qui
9 rogabantur, continebantur. Postmodùm
verò, quia iustum videbatur, voluntates
impleri morientium, tantus fideicommis-
sorum fauor factus est, vt paulatim etiam
Prætor proprius crearetur, qui de fideicō-
missis ius diceret, quem fideicommissariū
appellabant. Iustinianus Cæsar tradit §. 1.
Institut. de fideicommiss. hæred. Fideicommis-
10 sarius quoquè dicitur, cui hæreditas ipsa
per fideicommissum debetur, qui Trebel-
leanus fideicōmissarius à Paulo lib. 71. ad
Edictū in *l. etiam de præsenti* 15. §. 1. *vt lega-
torum, seù fideicommissorum nomine caueatur*
appellatur. sequiturq; *Brisson. de verb. signif.*
lib. 6. verbo *fideicommissum.* & *Lexicon Iu-
ris, siuè de verbor. significat.* verbo *fideicom-
missum. Peregrin. de fideicommiss. art. 1. num. 6.*
11 Fiunt autem fideicommissa verbis præca-
rijs erga grauatum: vtputà *rogo, peto, volo,
mando, deprecor, cupio, iniungo, desidero, impe-
ro, fidei tuæ committo.* ex Iustiniano § *fin. In-
stitut. de singulis rebus per fideicommissum re-
lictis.* & Vlpiano lib. 2. Institutionum in
l. etiam hoc modo 118. *ff. de legat. 1.* Vlpiani
verba sonant: *Etiam hoc modo, cupio, vt des:
opto, vt des: credō, te daturum: fideicommissum
est.* Sicuti non dubito, te daturum. respon-
dit Papinianus lib. 19. questionū in *l. vnum
ex familia* 69. §. *fin. ff. de legat. 2.* Quocunq;
12 verò sermone fideicommissa relinqui pos-
sunt; non Latino solùm, vel Græco; sed etiā
Punico, vel Gallico, vel alterius cuiuscun-
què generis. prosequitur Vlpianus lib. 2. fi-
deicommissorum in *l. fideicommissa* 11. *ff. de*
13 *legatis.* Sunt verò fideicommissa vniuersa-
lia quædam; alia singularia, siuè particula-
ria. Vniuersalia quidèm, quibus totum pa-
trimonium hæres alij restituere rogatur.
Singularia verò, quæ rerum singularium
sunt. Veluti rogo te hæres, vt Semproni-
num fundum Caio restituas. *Lexicon d. ver-
bo fideicommissum.* §. *fideicommissorum alia
sunt vniuersalia.* latè *Peregrin. d. art. 1. num. 1.
& seqq.* Perpetuum igitur vt patrimoniū,
quod relinquebat, faceret sibi, filijsq; suis,
qui fuit Ascanius de Angelo, perpetuum
supremis suis tabulis, quā anno Dñi
scripsit, fideicommissum cogauit. onusq;
annexit bonis, quæ relinquebat, omnibus,
vt nullo vnquā tempore alienatione (præ-
meret quàmuis quæcunq; res) distraheren-
tur; sed firma semper in suo permanerent
patrimonio, quod filijs relinquebat; vt mor-
tuis sine filijs, viuentes succederent; omni-
busq; sine filijs è medio sublatis, proximio-
res de linea de domo de Angelo patrimo-
nium obtinerent. Aptiùs rem aperiemus,
si verba dederimus Ascanij testatoris: sic
enim ille:

*Per questo io predetto Ascanio d'Angelo te-
statore fò, & hò instituito miei heredi vniuer-
sali, e particolari sopra tutti, e qualsiuogliano
beni miei, mobili, stabili, oro, argento, attioni,
crediti, a nomi di debitori li sei miei figli masco-
li, che tengo, cioè Alesandro, Fabritio, Bartolo-
meo, Francesco, Pompeo, & vn'altro, che è nato
al presēte, che si hà da battizare, pro æquali par-
te, & portione trà essi, con che l'vno soccada al-
l'altro, che moresse quandocunq; senza figli le-
gitimi, e naturali. E s'alcuno si facesse Mona-
co, nō habbia altro, che ducati venti l'anno, du-
rante sua vita per sussidio di libri. E si non fus-
se capace, non se gli diano; di modo che non li
possa hauere sotto relatione. E si alcuno si faces-
se Prete, nō habbia altro, che l'vsufrutto di sua
portione durante sua vita. E con vincolo, e con-
ditione, che tutti li beni di mia heredità si deb-
bano tenere implicati in compra di stabili, ò en-
trate vincolate, che non si possano vendere, nè
aliandre per miei heredi per qualsiuoglia cau-
sa, etiam vrgentissima, e priuilegiata; ma sem-
pre debba stare in potere per augumento, e be-
neficio di mia heredità, & altro, perche così vo-
glio, e l'ordino.*

*Itē voglio, che si tutti detti miei figli, & he-
redi morissero senza figli legitimi, e naturali,
vt suprà, quod absit, che in tale caso soccedano
gli più prossimi della mia linea di casa d'Ange-
lo, perche così hò ordinato.*

Vita functo testatore Ascanio tabulis
ità supremis scriptis. puerulus ille, qui in
nouissima vitæ parentis aura ex vtero pro-
dierat, nec baptizatus fuerat, aqua sacri
ablutus fontis baptismalis Ascanij nomi-
ne, parentis in memoriā donatus fuit. Alijs
fratribus humanis ex rebus sine filijs abla-
tis, nouissimè sine filijs Fabritius decessit.
Superstites nūc sūt Pompeus, & Ascanius:
hic filiam habet per subsequens matrimo-
nium legitimatā. illa tres ex legitimo ma-
trimonio masculos obtinet filios. Pro filijs
14 sollicitus Pompeus, cuius corporis pars illi
esse videntur. ex Iustiniano Augusto in
l. cùm scimus nostra iura 31. §. *illud quoquè, in
fin. C. de agricol. & censit. lib. 11.* Vt filius, &
pater vna, eademq; persona penè esse intel-
ligantur. ex eodem in *l. si quis duobus* 11.
aliàs *fin. C. de impuber. & alijs substitut.* ibiq;
Gloss. verbo *esse*. sequiturq; *Card. Mantic. de
coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 12. num. 36.*
15 Commouentur enim viscera sua super fi-
lijs suis. (sicuti mulieris illius apud Salo-
monem Regem. 3. Regum 3. 26. *Commota
sunt quippè viscera eius* super filio suo.) pe-
tit, nec ab re: nùm fœmina, cùm pater di-
xerit: *Con che l'vno socceda à l'altro, che mo-
resse quandocunq; senza figli legitimi, e natu-
rali.* & ipsa ad successionem admittatur,
atquè reciprocæ successioni pro masculis
impedimēto esse possit, nè Pompeus, eius-
què filij masculi in Ascanij portionem, si

sine masculis ille vitæ finè viderit; admittantur? Hoc est verò, quod præsentis causæ facit statum.

Pro Ascanio, qui sunt: Parentem Ascanium, & testatorem in substitutione reciproca (*l'vno socceda à l'altro*) de filijs legitimis, & naturalibus in genere meminisse: *Che morisse quandocunq; senza figli legitimi, e naturali.* de masculis verò, neque verbum quidèm. quandocunque igitur ipse diem supremum viderit, superstite, quam, habet filia, substitutionis reciprocæ locus inter-
16 ceptus videbitur. Filiorum quippè in hoc ipso casu nomine, & fœminæ complectuntur: Quia filiæ sunt, nec sine filijs decedere videtur, qui fœmellas viuentes reliquerit, quamuis ipse fatis abierit. Iustinianum Cæsarem responsionis huius auctorem referunt in *l. cùm acutissimi 30. C. de fideicommiss.* qui Papiniani miratus ingenium lib. 9. responsorum in *l. cùm auus 101. ff. de condit. & demonstrat.* qui & ipse, fideicommissum, filiorum natiuitate, pietatis coniectura, defecisse, responderat, quàmuis eorum non meminisset testator. Acutissimi hominis ingenium plenissimo dilatauit euentu. *Non alitèr hoc sensisse videatur* (inquiens) *nisi ij, qui restitutione onerati sunt, siue filijs, vel filiabus, nepotibus, vel neptibus, pronepotibus, vel proneptibus fuerint defun-*
17 *cti.* Neq; hoc sanè mirum, quando filij appellatione, omnes liberos intelligimus; Paulus lib. 3. ad Vitellium in *l. filij appellatione 83. ff. de verbor signif.* loquitur: *Omnes.* masculos, & fœminas. vti *Gloss.* ibidem verbo *omnes*, commentum agit, Papinianiq; responsum, vt acutissimi ingenij, idem ipse confirmauit Iustinianus Augustus in *l. generalitèr 6. C. de instit. & substit.* quin la-
18 tius, pinguiusq; interpretatur. *§. cùm autē.* ad naturales etiam filios extendi: Vt *quod inter iustos liberos sancitum est, hoc & ad naturales filios extendatur siuè masculos, siuè fœminas.* nec omninò alienum sensum habere visus est Innocentius III. Abbati, & Conuentui Cassinen respondens in *cap. in præ-*
19 *sentia 8. de probat.* Filium hæredem institutum, & si absquè liberis decederet, ad fratres bona deuoluerentur ipsius; Monasterio sibi ab illo hærede instituto, sine liberis decessisse non videri, atquè proindè conditionem defecisse, si sine liberis decederet. sequiturq; *Gloss.* 1. ibidem *in fin.* quam approbat *Glossella marginalis ad d. l. cùm acutissimi, in princ.* pluribus rem pertractat Eminentiss. *Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 7. nu. 1. & seqq.* & latius *lib. 11. tit. 14. n. 1. et seq. Christoph. Magt. Medic. Senat. Senēs. dec. 8 n. 35. Peregr. de fideic. art. 25. n. 1. et seqq. ac per totū. Rota* apud *Duranū dec. 126. nu. 1. & par. 5. in recentior. per Rubeum decis. 237. num. 1.* latè deducit *Fusar. de substitut. q. 402. num. 1. & seqq. per tot. Menoch. cons. 95. nu. 11. cum seqq. ad 25. lib. 1. Rota part. 7. in recentiorib. per Rubeum decis. 61. num. 12.* coràm *Merlino. Michael Crass. §. fideicommissum. q. 35. num. 1. Alba Mandell. cons. 19. per totum. Portius Imola in commun. conclus. lib. 2. conclus. 9. Donat. Anton. de Marin. resolut. quotid. lib. 1. cap. 279. num. 1. & seq.* deduximusq; Nos latè alios referentes *respons.* nostra 22. *nu. 10. cum seqq. ad fin. vsq; par. 3.*

Nihil omninò in aduersum facere; filiā hanc ex legitimo matrimonio natam non fuisse; non esse legitimam; & naturalem, vti Testator Ascanius statuit legem *che morisse quandocunq; senza figli legitimi, e natu-*
20 *rali.* Preterquàm quod enim testator mortis tempore qualitatē illam (*senza figli legitimi e naturali.*) perpendit: vt sat, superq; sit, fati supremi tempore qualitatem illam adesse, Sicuti in stipulationibus. ex ratione, qua Paulus lib. 52. ad Edictum vtitur in *l. si filiusfamilias 78. ff. de verbor. obligat.*
21 Quia in stipulationibus (inquiēs) id tempus spectatur, quo contrahimus. eiusdemq; sensus videntur fuisse Diocletianus, & Maximianus Augusti in *l. si vxorem tuam 5.*
22 *C. de condit. insert.* de fideicommisso respōdentes. ibidemq; *Gloss.* verbo *competentem.* pluraq; tradit *Gloss. in cap. dudùm ad audientiam nostram 22.* verbo *electionis tempore, de elect.* quam commendat *Glossella marginalis ad d. l. si filiusfamilias 78. in princ. Marc. Ant. Peregrin. decis. Patauina 112. num. 14.* Ex ge-
23 nerali quoquè regula. Qualitas adiecta verbo intelligi, & exaudiri debet secundū tempus verbi. ex Paulo lib. 3. ad Edictum in *l. in delictis 4. §. si damnum. ff. de noxal. act.* illis verbis: *Quia non videtur domino sciente fecisse, cùm eo tempore dominus non fuerim.* ibiquè *gloss.* verbo *non fuerim.* quæ concordantia allegat. *Rota* apud *Duranū decis. 286. num. 10. par. 2.* & apud *Cardin. Caualer. decis. 196. num. 3. & decis. 231. num. 1. Gonzalez ad 8. regul. Cancell. gloss. 43. num. 142. Barbosa in axiom. 196. num. 6.* & ità rem hanc nostram exaudit *Tiraq. de iure primog. q. 34. nu. 28.* & pertractat pluribus *Alex. Trentac. de substit. par. 4. cap. 7. num. 40. & seqq.* Nihilominùs
24 tamen, qui filius per subsequens legitimatus est, matrimonium, perindè habetur, ac si ab initio legitimus natus, ac naturalis fuisset, naturalis quidèm materialitèr, legitimus verò formalitèr. Subsequens nempè
25 matrimonium priorem illam omnem abstersit illegitimitatis maculam. modo tamen, quo conceptus est tempore, filius esse potuerit legitimus, vtputà, quòd ex soluto, solutaq; natus fuerit, non ex adulterio. decreuit id omne Alexander III. in *cap. 1.* idemq; Oxonien Epo scribēs in *cap. tāta 6. qui filij sint legitimi,* eius damus verba, quia
26 ad rem hanc optima: *Tanta est vis matrimonij*

menss, (dicens) vt qui antea fuit geniti, post contractum matrimonium legitimi habeantur.

27 rationem reddit Gloss. ibidem verbo legitimi. in fine: Quia matrimonium (inquiens) omnia praecedentia purgat. nec absimiliter determinauit Iustinianus Augustus in Authent. quib. mod. natural. efficiant. legit. in princ. §. sancitum namq; est. collat. 6. & in Authent. quib. mod. natural. efficiant. sui. § si quis igitur dotalia scripserit, eadem collat. 6. ibiq; Glossella marginalis, quae allegat tex. in d. cap. tanta. & Gloss. ibidem. & in §. fin. Instit. de nuptijs. pleniissimè pertractat Tiraquell. de iure primogen. d. quaest. 34. d num. 24. rationem

28 reddens num. 29. Quòd haec legitimatio, quae per subsequens fit matrimonium, non à quocunq; fit Principum; sed à Principe Principum Deo, propter poenitentiam, & conuersionem ad eum per subsequens matrimonium. sequiturq; Card. Mantic. de coniectur. lib. 11. tit. 10. num. 1. & per totum. Couar. de sponsalib. & matrimon. par. 2. cap. 8. §. 2. num. 18. plenè Gratian. forens. par. 4. cap. 653. nu. 10. & seqq. & cap. 754. nu. 13. 14. 15. & 16.

29 eadem par. 4. qui in re hac nostra loquitur legitimatum per subsequẽs matrimonium excludere substitutum sub conditione, si institutus decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus. pluribus Alexand. Trentacinq. de substit. par. 4. d. cap. 7 num 41. & seqq. praesertim num. 53. in 2. casu principali. vers. huic rationi respondetur. Sic pro Ascanio philosophantur isti.

Verùm enimuerò pro Pompeo iura esse ex parietis cõmunis reciproca substitutione, expressoq; fideicommisso, rebus, non personis ascripto, iussoq; atque pro familia eius de Angelo in perpetuum rogato, nõ

30 illiberaliter concludi posse videtur. Nàm, & si quidèm stet sẽper pro foeminis supra relata regula; earum existentiam deficere operari conditionem, si sine filijs decesserit, cùm illae filiorum complectâtur nomi-

31 ne, vt ostendimus; ni contra eas ad earum exclusionem, vel apertis ex testamento verbis, vel vrgentibus deducatur coniecturis. ex Card. Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 1. tit. 6. num. 6. in fin. & Peregr. de fideicom. d. art. 25. num. 14. in fin. sequutaq; fuit Rota apud Durantum decis. 126. num. 2. & d. decis. 237. num. 2. par. 9. in recentiorib. latè Menoch. d. cons. 95. à num. 26. cum seq. Alba Mandell. d. cons. 19. num. 4. & seq. Trentacinq. de substit. d. par. 4. cap. 11. nu. 123. Rota apud Burattum decis. 454. num. 2. nec repugnat Rota in Florentina de Guidaccijs 21. Februarij, & 21. Iunij 1628. coràm Dunozetto par. 2. decis. 151. & 2. decis. 195. par. 5. in recentior. per Rubeũ. easque refert ad verbum de Marinis d. cap. 279. d num. 3.

Hic tamen apertissimè ex ipsius Ascanij patris voluntate deducitur, atque non minus vrgentibus coniecturis, voluisse illum fideicommissum rebus suis omnibus firmũ in perpetuum inhaerere, addicereue; vt omnibus extinctis eorum filijs siue filijs (masculis vtiquè) perduraret adhùc fideicommissum in proximiores de eius linea, de domo de Angelo, di casa d'Angelo. Hoc ve-

32 rò euenire minimè posset, si foeminae admitterentur, quae, vt suae finem dant familiae, ità alterius caput sunt, & principium. ex Paulo lib. 16. ad Edictum in l. pronunciatio 195. §. fin. in fin. & Caio lib. 12. ad Edictũ in l. familiae appellatione 196. §. foeminarum. liberos ff. de verbor. signific. Paulus quidèm

33 Mulier autem (inquit) familiae suae caput, &

34 finis est. Caius verò: Foeminarum liberos in familia earum non esse palàm est: quia qui nascuntur patris, non matris familiam sequuntur. Ad familiam idcircò de Angelo bona non vtiquè deuenient vnquàm, si foeminae successionem prosequentur bonorũ Ascanij; eiusq; iàm finem, interdictumq; dispositio, videbit, neq; quod statuit exitum habebit.

35 Quod iniquum existimauit magnus ille Constantinus Augustus Imperator in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. quando non aliud hominibus debeatur; postquàm hinc demigrauere, quàm quòd firma eorum sint iudicia. adstat pro hac parte Trentacinq. de substitutionib. d. par. 4. cap. 11. nu. 24. vers. prima est, si isti filij. deduxitq; Rota coràm Manzanedo in Carpettoratten fideicommissi 13. Iunij 1607. decis. 103. num. 4. par. 2. in recentior. perpendimusq; respons. nostra 74. num. 32. & seqq. par. 3.

36 Perpendamus proindè, si placet, coniecturas. Et quidèm nõ inutilis haec videtur; quòd Ascanius testator sex masculos filios, quos habebat, haeredes nuncupauit, dicens: Fò, & hò castituito heredi vniuersali, e particolari sopra tutti, e qualsiuoglano miei beni, & c. li sei miei figli masculi, che tengo, cioè; & c. Ne-

37 què porrò sine mysterio est, quòd filios inuocans, sex numero, eosquè nominibus suis: cioè: Alessandro, Fabritio, Bartolomeo, Frãcesco, Pompeo, & vn'altro, ch'è nato al presente, e s'hà da battizzare, & c. haeredes instituens pro aequali parte, e portione. vocare tamen eos voluit cum addito masculinitatis, (li sei miei figli masculi, che tengo.) vt videlicet additum illud masculinitatis operaretur aliquid ad mentem apeciendam ipsius; se pro masculis cogitare, qui soli familiam conseruant, ad quam ipse propen-

38 sionem habebat. Cùm aliòqui (vt ex Caio d. l. familiae appellatione 196. §. foeminarum.) foeminarum liberi in familia nõ sint: Quia qui nascuntur patris, non matris familiam se-

39 quuntur. Verba autem sunt, quae in praecordijs abstrusam manifestant mentem, animumq; ac voluntatem. ex Augustino in can. is autem, qui mentitur 4. 22. quaest. 2. atq;

Labeone

Labeone apud Celsum in l. Labeo 7. §. id Tubero. ff. de suppellect. legat. & Proculo lib. 5.
epistolarum in l. nepos Procula 125. ff. de verbor. signific. ex ratione, quā ipse refert: Nam,
40 qui ambiguè loquitur, id loquitur, quod ex his, quæ significātur, sentit. adnotatq; ibiq; Glos.
Accursij verbo sentit. hoc potissimùm perpendens: si ex sensu verborum ille sensus colligatur. Colligitur sanè, non in tenebris, sed
in lumine Solis, ipso lucente, & illuminante Sole, Ascanium testatorem quando sex
filios, quos habebat, heredes instituit, suoq; nomine proprio vnumquemq; eorum nominauit; indè addidisse (masculos.) (li sei
miei figli mascoli.) Quia eos vti masculos contemplatus fuit, & sub illa qualitate masculinitatis substitutione reciproca inuicē
substituit; E che l'vno socceda à l'altro, che moresse quandocunq; senza figli legitimi, o naturali. vtiquè masculis, de quibus loquebatur.
41 nō sanè de fœminis, quas per nuncupationem masculinitatis exclusas voluit
ex Caij perpēsione lib. 3. ad legem Iuliam & Papiam in l. cùm ita legatum sit 62. in fin.
ff. de condit. & demonstrat. illis verbis: Quam enim Titio nubere iubetur, cęteris omnibus nubere prohibetur: ex regula Pauli lib. 18. ad
Edictum in l. cùm prætor 12. in princ. ff. de iudic. sequitur ad rem nostram Bart. in d. l. cū
annis 101. num. 4. ibiq; Socin. nu. 76. ff. de condit. & demonstrat. Rota decis. 143. num. 7. par. 1.
in recentior. Quam quidem coniecturam, &
42 si non per se solam, adiunctam tamen, non minimi æstimat Eminentiss. Card. Mantica
d. lib. 11. tit. 14. num. 14. Menoch. d. cons. 95. num. 52. & seqq. lib. 1. & de præsumpt. lib. 4.
præsumpt. 84. num. 13. in 7. coniect. & præs. 85. in 4. casu. num. 8. & num. 18. in 10. casu. latè
Peregr. de fideicommiss. art. 25. nu. 11. & nu. 22. Rota apud Durannum d. decis. 136. num. 12. &
seq. Fusar. de substitut. d. quæst. 402. num. 4. & seqq. Cross. d. §. fideicommissum quæst. 35. nu. 4.
§. contrariam vrò. vers. sed certè quàmuis variè. Rota par. 3. lib. 2. diuersorum coràm Tholomæo decis. 80. num. 1. & in fin. Trentacinq. d.
43 par. 4. cap. 11. nu. 24. Potissimū verò, quòd
Ascanius testator filias non haberet; quam ob rem totam mentē ad masculinitatē, ad
44 masculos videlicet, habuit, inclinauitq;.
Prȩterquàm quòd agnationem, & suam perpendit familiam. iuxtà Card. Mantic. de
coniectur. d. lib. 11. tit. 14. sub num. 24. Rota coràm Aldobrandino Clemente VIII. decis.
374. num. 4. & seqq. par. 1. diuers. Menoch. lib. 4. præsumpt. 71. num. 34. & 35. Rota par. 1. in recentior. d. decis. 143. num. 6. & 7. & decis. 193.
num. 4 & apud Buratum decis. 454. num. 2. 3. & 4. & apud sanct. memor. Gregorium XV.
decis. 464. num. 15. & 16. & d. decis. 203. nu. 3. & 4. coràm Manzanedo. & decis. 317. coràm
Eminentiss. Card. Lancellotto nu. 1. & 2. p. 2. in recentior. & in Romana fideicommissi de Vi-
pera 24. Ianuarij 1629. coràm Cardin. Virili decis. 237. num. 8. par. 5. in recentiorib. per Rubeum. quam refert etiam Mazinis d. cap. 279.
num. 26.

Hanc autem ad masculos, qui familiam conseruarēt, propensam voluntatem Ascanium tenuisse, indè quam optimè elucet;
45 quod expressè disposuit, vt si quis filiorū ab eo nuncupatus hæres monachum ageret, & in Religione capaci, nihil aliud obtineret, ni viginti annua aurea, eo in humanis agente dumtaxàt, in librorum subsidium. si verò Presbyterum secularē, vsumfructum tantummodò, dùm vitalem auram traheret: E si alcuno si facesse monaco (disponens) non habbia altro, che ducati venti l'anno durante sua vita per sussidio di libri; e si non fusse capace, non se li diano, di modo che non li possa hauere sotto relatione: E si alcuna si facesse Prete, non habbia altro, che l'vsufrutto di
46 sua portione durāte sua vita. Rationem reddit Socin. iunior cons. 158. num. 47. in fin. lib. 2.
Quia per Religiosos, & Ecclesiasticas personas familiæ non conseruantur, nec conseruari possunt. cùm filios habere non possint legitimos, & naturales: sequiturq; Peregrin. de fideicommiss. d. art. 25. num. 22. paulò antè finem. vers. vbi si substitutus de descendentibus masculis. Menoch. d. cons. 95. num. 92.
& de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 69. nu. 10. ex Arias Pinello in l. si vna matre 3. C. de bon. matern. num. 25. & dixit, perpenditq; Rota in Romana fideicōmissi de Longis 28. Maij 1618.
coràm Eminentiss. Card. Pamphilio, nunc Sanctissimo Innocentio X. decis. 31. num. 2.
tom. 2. part. 4. recentiorum per Rubeum. vt
47 multò magis fœminas exclusisse videatur, per quas nedùm non conseruatur familia, sed in alienam bona transferuntur. sequiturq; Alba Maudel. d. cons. 19. per totum. & d. Peregrin. d. art. 25. num. 22. qui infinitos refert. & Menoch. d. cons. 95. & d. præsumpt. 85.
per totam. lib. 4
48 Firmioremq; hanc reddit perpensionē, quòd Ascanius testator fideicommissum perpetuum, non personis, sed rebus iniuxit. Voluit enim, bona sua omnia perpetuò cōseruari, & augeri, neque ex causa qualibet, quàmuis vrgentissima, & priuilegiata, alienari posse, & ità se velle, atq; mandare protestatus fuit. illius repetamus verba, quę in superioribus retulimus: E con vincolo, e conditione, che tutti li boni di mia heredità si debbano tenere implicati in compra di stabili, & entrate vinculate, che non si possano vendere, nè alienare per miei heredi per qualsiuoglie causa, etiam vrgentissima, e priuilegiata, ma sempre debba stare in potere per augumento, e beneficio di mia heredità, & altro, che così vo-
49 glio, e l'ordino. Indixit itaq; ex his verbis, ex hac dispositione, ex hac expressa voluntate, & ità voluit; atquè ità mandauit per
alicna-

alienationis prohibitionem, ex quacunque
causa, etiam vrgentissima, & priuilegiata,
perpetuum, atque reale fideicommissum
rebus suis omnibus; vt ad quoscunq; illa
transirent, onere pertransirēt grauata per-
petui fideicommissi, ex Papiniano lib. 19.
quæstionum in *l. peto Luci T ns 71. §. fratre
herede instituto.* ibiq; *Bart. nu. 2. vers. dic er-
go. & Cuman. nu. 5. ff. de legat. 2. Becoius cons.
24. nu. 24. & num. 28. vol. 1. Mandell. cons 93.
num. 2. & cons. 97. nu. 1. & 2. Rota par. 1. recen-
tior. decis. 143. num. 4. & 5. & decis. 193. nu. 2.
& seq. eadem par. 1.* & apud sanct. memor.
*Gregorium XV. decis. 315. num. 13. & par. 7.
recentiorum per Rubeum decis. 61. num. 10.* co-
ràm *Merlino. Paris. cons. 72. nu. 89. lib. 4. Mar-
cell. Marcian. cons. 69. nu. 6. tom. 2. Rota par. 3.
in recentior. per Rubeum decis. 335. num. 3. &
d. decis. 203. num. 3 & seqq. par. 2. in recentior.*

50 Et prætérquàm, quòd hanc fideicōmissi
firmitatem rogauerit per verbum volo, &
mando; *che così voglio, e l'ordino. vt Marcia-
nus d. cons. 69. num. 4. 5. & 6. & seqq.* perpen-
dit, plenèq; *Rota d. decis. 193. num. 6. & seqq.*
51 per quæ ostendit firmam suam voluntatē,
perpetuum fideicommissum pro agnatio-
nis conseruatione rogare voluisse. Id ta-
men expressissimis sanxit verbis, cū fami-
liam vocauit de Angelo, sequentibus dis-
ponendo:

*Item voglio, che si tutti detti miei figli, &
heredi morissero senza figli legitimi, e naturali,
vt suprà, quod absit, che in tale caso succedano li
più prossimi della mia linea di casa d'Angelo,
perche così hò ordinato.* Vocauit itaq; in ca-
su deficientiæ filiorum, quos reciprocè ad
inuicem substituit, & quibus fideicommis-
sum reale iniunxit, sine filijs legitimis, &
naturalibus, vtiq; masculis, ex hac vita de-
scendentibus proximiores ex eius linea de
domo (de familia videlicèt) *di casa d'Ange-
lo.* ad quos non vtiquè bona deuenirent,
si fœminæ successionem subirent, & fidei-
commissi conditionem interciperent, defi-
52 cereq; operarētur. Indè quippè proximio-
res de sua linea de familia de domo *de An-
gelo* vocauit, quia noluit fœminas compre-
hendere, quas familiæ nomen extinguere
nouerat, non conseruare. vt perpendimus.
53 Cæteroquin frustrà eum loquutum fuisse,
asseuerauerimus. cum expresse ipse proxi-
miores de linea eius de domo de Angelo
vocauerit. vt perpendit *Rota par. 1. diuersor.
d. decis. 374. num. 7. in fin. Menoch. lib. 4. præ-
sumpt. 69. in 1. conclus. num. 9. & 10. & d. præ-
sumpt. 71. nu. 34. & 35. Rota d. decis. 143. nu. 6.*
& latiùs *d. decis. 193. num. 2. & seqq. par. 1. in
recentior. & decis. 121. num. 1. 2. & 3. par. 2. di-
uersor.* quem sequuta fuit Rota apud *Card.
Gausler. decis. 481. num. 4. & seqq.* & apud
Burattum d. decis. 454. num. 2. & seqq. & apud
*Durantum d. decis. 126. num. 2. vers. in primis ex
verbis & num. 3. 4. & seqq. & par. 5. in recent.
per Rubeum decis. 21. num. 30. & d. decis. 237.
num. 8. in eadem par. 5. recentior.* latè *Marcell.
Marcian. d. cons. 69. à num. 4. & seqq. tom. 2.
Card. Mantic. d. lib. 11. tit. 14. sub num. 24. de
coniectur. Alba Mandell. d. cons. 19. nu. 11. Por-
tius Imola in commun. conclus. lib. 2. d. concl. 7.
post 1. limit. vers. limita, vt per Marianum iu-
niorem. fol. mihi 391.* plura cumulat *Paulus
Rubeus in additionib. ad decis. 632. à num. 53.
cum seqq. tom. 3. ad 4. par. recentiorum per ip-
sum collectarum. Rota d. decis. 335. num. 3. &
seqq. d. par. 3. recentiorū per eundem Rubeum.*

54 Obstaculum haud proindè Dno Pom-
peo faciunt dispositiones *text. in d. l. cùm
a matrimonio 30. & d. l. cùm auus 101.* Quia ni-
mirùm illæ locum habent de iure commu-
ni, & in simplici substitutione, si sine filijs,
siuè liberis decesserint, & ex subaudita, ex
iuris ratione, mente disponētis; secus verò
si testator ipse, cuius voluntas lex est in re-
bus suis. *§. disponat. in authent. de nuptijs, col-
55 lat. 4.* alitèr mandauerit, vel ex vrgentibus
apparuerit coniecturis, ex quibus, (vt dixi-
mus, ostendimusq;) mens eruitur disponē-
tis, atquè certa pro lege eius habetur vo-
luntas. vti respondet *Roland. cons. 82. nu 40.
& seqq. lib. 3.* sequiturq; *Menoch. d. cons. 95.
nu. 92. & seqq. lib. 1. Alba Mandell. d. cons. 19.
num. 4. & seqq. & num. 12. & 13.* rationem
56 reddens: quia tacita legis intellectio per
expressam testatoris cessat legem, & inter-
cipitur. & respondere quoq; visa est *Rota
in dictis decisionib. 143 à num. 10. & seqq. & d.
decis. 193. à num. 10. par. 1. in recentiorib. & d.
decis. 21.* coràm *Merlino. & d. decis. 237.* corā
Card. Virili part. 5. recentiorum per Rubeum.
in *d. decis. 217.* coràm *Card. Lancellotto. nu. 4.
par. 2. in recentior.*

57 Multòq; magis asserendum in facto hoc
nostro, erit, in quo, cùm Ascanius testator
fœminas non habuerit, nullam ad eas ani-
mi propensionem retinuit, vt illas ad suc-
cessionem admitteret, filijs extinctis sine
masculis: quando, (vt perpendimus) pro-
prios filios, qui vel monachum, vel presby-
terum agerent secularem; cùm per illos fa-
milia propagari minimè posset, exclusit; &
ex Clero ad vsumfructum, vita perdurante
eorum, duntaxàt admisit; Monachos verò
omninò secluserit, relictis eisdem, si in Re-
ligione capaci nomen darent, annuis vi-
ginti solummodò aureis, pro subsidio li-
brorum. vt multò vtiq; magis fœminas ex-
cluserit, excludiq; voluerit, per quas finem,
non exitum familiæ vident, & bona in
alienam, non disponentis propriam deri-
uantur, quin non perduntur, amittuntur,
pereunt. Ipse verò ad suam de Angelo, ex
propria eius linea deuenire amauerit, vo-
luerit, mandauerit: *che così hò ordinato.* vt
concupitum eius videret dispositio finem,
eiusq;

eiusq; , non ad alios, quàm ad suã bona familiam pertransirent, suumq; perpetuarent in Mundo nomen per commissũ fidei perpetuum, vt in superioribus hue vsquè perpendimus. Vt itaquè per Pompei filios (masculos vtiq) nomen, & familia perpetuabitur de *Angelo*; ità deficiet per tecentioris Ascanij filiam, quæ eius familiæ finẽ imponit, silentiumq; , fideiq; commisso familiari, & perpetuo pro masculis aduersatur. Pro Pompeo ergo, eiusquè masculis stat filijs fideicommissum, si fine masculis legitimis & naturalibus Paciliana theda in Acherontis cymbam deducatur Ascanius.

Atquè ità ex his, quæ lubentissimè Aristarchi subijcimus expurganda supercilio, respondendum rogati putauimus, censuimusquè.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Mortuos non dolere. Antiquum apud Græcos prouerbium. elucidatur.*
Mortui non loquuntur. num.34.
2 *Mors malorum finis. & num.6.*
Si tamen in meliorem vitam demigretur. num. 7.
3 *Locus Ecclesiastici* 17.26. A mortuo quasi nihil perit confessio. *declaratur.*
4 *Merendi, demerendiuè, tempus morte intercipitur, finemq; videt.*
5 *Adagium*. Mortuus per somnium vacabis curis. *expenditur.*
8 *Professione in regulari militia, qui mortui sunt Mundo, à curis, & secularibus desiderijs vacare oportet, nè doleant.*
Præsertim verò à malo philargiria, pecuniarum scilicet amore?
9 *Locus Ecclesiastici* 37.1. Nõ ne tristitia inest vsq; ad mortem?
11 *Terrenis inIare, quæ relinquenda sunt, stultum.*
12 *Religio S. Ioannis Hierosolymitani verè, presséq, Religio est.*
Et vna ex approbatis à Sancta Sede Apostolica.
Quia in ea tria emittuntur vota substantialia.
Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ.
Sunt ergo verè Religiosi eius Professi. nu.13.
Nàm Regulam profitentur S. Augustini.
Fratres vocantur.
Et in ea per professionem emissam matrimonium ratum soluitur. num.14.
13 *Professi in Religione S. Ioannis Hierosolymitani verè Religiosi sunt. nu.15.*
Sunt ergo mortui Mundo.
Sicut reliqui Regulares aliarum Religionũ, & num.33.
Neq; velle, neq; nolle habentes.
Quia nimiràm eorum arbitrium ab alierũ pendet voluntate. num.16.
Vnaè bonorum omnium dominium tanquàm mortui amiserunt. num.17.
Eè mors ciuilis in hoc naturali æquiparatur.
Nullos proindè propria voluntate inire contractus poterunt. num.18.
Neq; sese alicui per obligationem obstringere. & num.22.
19 *Obligatio, sicuti cõtractus omnes, à mutua pendent contrahentium voluntate.*
Illaq; libera.
Et sine voluntate obligatio non consistit.
Vndè neq; infans obligari potest. nu.20.
Quia velle non potest.
Nequè furiosus. num.21.
Quia consentire impeditur.
23 *Obligatio habere debet consensum.*
Vt fine consensu, nequè naturalis inducatur obligatio.
24 *Effectus sine causa non consistit, à qua pendet.*
26 *Nullum quod est, effectum non producit.*
26 *Res sicut se habet ad esse, ità & ad operari.*
Quia operari non potest, quod non est.
27 *Species nulla fit sine materia.*
28 *Paupertas Religiosa ex diametro cum dominio pugnat.*
Duo proindè in se continet. nu.30.
Omnemq; possessionem abdicat. nu.31.
29 *Dominij de ratione est libera rei disponendi facultas.*
41 *Equites Hierosolymitani per professionẽ, nequè proprij patrimonij dominium obtinent.*
Sed Religio.
Vsum verò ex Superiorum arbitratu.
Quod per stabilimenta Religionis comprobatur. num.35.
Vt nequè disponere, nequè testari valeant. num 36.
Quia Paupertatis voto, vt cæteri Regulares obstringuntur.
Sicuti & Obedientia. num.37.
Non poterunt proindè de personis proprijs disponere, absquè Magni Magistri facultate.
Quia sui non sunt, sed Religionis. nu.38.
Non poterunt proindè se alicui obligare. num.39.
Neq; etiam obligatione Camerali. nu.40.
Vt nulla ex causa, nequè ratione contractus, nequè ratione rei sitæ, nequè delicti coràm alio Iudice conueniri possint, nisi coràm suæ Religionis Superioribus, ex Pij Papæ IV. Constitutione. num 41.
42 *Priuilegia Religionis Hierosolymitanæ confirmauit Paulus V. eorumq; executionem commisit Nuntijs Hispaniæ, Neapolis, & Auditori Cameræ Apostolicæ.*
43 *Clausula*, Sublata facultate quibuscunquè Iudi-

Iudicibus, &c. quid operetur?
Omnesq; comprehēdit Iudices, etiam S.R.E. Cardinales.
Quia iurisdictionem adimit. num.44.

45 *Priuilegia Religionis S. Ioãnis Hierosolymitanæ, cùm in remunerationem indulta fuerint laborum.*
In vim transiuere contractus.
Irreuocabilia idcircò sunt.

46 *Exceptio, quæ ex natura actus venit, & ex ventre oritur obligationis Cameralis, vigore pactorum, eam comprimit, vt exequi non valeat.*

47 *Mandatum exequutiuum relaxatum vigore obligationis Cameralis iam resoluta, est nullum.*
Sicuti excessiuum, pro summa etiam certa, nullum est. num.48.
Quia decretum Iudicis indiuiduum est. num.49.

49 *Decretum Iudicis indiuiduum est.*
Et non potest pro parte esse verum, & pro parte falsum.

50 *Propositio non potest esse pro parte vera, & pro parte falsa.*

51 *Verum, & falsum sibi inuicem aduersantur.*

52 *Instrumentum nullum redditur per clausulam resolutiuam illius.*
Namq; conditione existente resoluitur dominium. num.53.

54 *Emptio, & venditio sub conditione resolutiua facta, conditione existente resoluitur.*
Et emptor ipso iure desinit esse dominus. num.55.
Ac perindè habetur, ac si res apud venditorem semper fuisset. num.56.
Et res in pristinam redit causam. nu.57.
Pristinumq; in ius restituitur. nu.58.

59 *Contractus ex voluntate contrahentiū rescindi potest.*

60 *Obligatione Camerali mutata, atq; extincta, ex eo agi non potest, vel si vulnerata fuerit. num.61.*

62 *Iuramentum viam exequutiuam non tribuit.*
Atquè resoluitur resoluta obligatione principali. num.63.
Quia nimirùm vti accessorium sui principalis naturam sequitur, & qualitatem. num.64.

65 *Accessorium naturam sequitur sui principalis.*

ARGVMENTVM.

Religio S. Ioannis Hierosolymitani verè, & propriè Religio est per tria vota substantialia, Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ. Sūt ergo eius Professi verè Religiosi, atquè Mundo mortui, neq; velle, neq; nolle habentes, vt cæteri Regulares. Dominium proindè bonorum non habēt, etiam patrimonialium, sed Religio. Quam ob causam se obligare alijs non possunt, nec etiam obligatione Camerali. Sicuti neq; de persona, ob votum Obedientiæ, se alicui obstringere possūt. Quia non sui iuris, sed Religionis sunt. Obligatio, sicuti contractus omnes, sine mutua contrahentium, illaq; libera voluntate, non consistunt. Paupertas Religiosa ex diametro cum dominio pugnat. Equites Hierosolymitani nulla ex causa extrà Religionem conueniri possunt. Priuilegia Religioni Hierosolymitanæ concessa ob remunerationem laborum, in vim transiere contractus. sunt ergo irreuocabilia. Clausula, *sublata*, quid operetur? Exceptio, quæ ex ventre oritur obligationis, etiam Cameralis, & ex vi pactorum, eam restringit. Mandatū sine obligatione relaxatum, est nullū, vel si sit excessiuum. Iuramētum viam executiuam non tribuit, & non plus operatur, quā obligatio principalis.



RESPONSIO LXXXIX.

1 MOrtuos non dolere, antiquo prouerbio dictabant Græci:

Num mortuum dolere video neminē.

2 Cùm enim sit mors malorum finis; nō do-
3 lent vtiq; mortui, cùm sensu careant. Indè Ecclesiastici 17.26. *A mortuo quasi nihil perit confessio.* dicitur, Quia nimirū nō differēda peccatorum confessio, nè moriaris; indèq; post mortem confiteri non valeas. Interci-
4 pitur enim merendi tempus per mortem. *In Inferno autem quis confitebitur tibi?* Dauid *Psalm. 6.6.* Dominum rogabat. Status nempè merendi, ac demerendi per mortem finitur. vt *Dionysius Cartusianus in eundem caput. 17. Ecclesiastici.* commentum agens animaduertit. Vacant proindè curis, qui mor-
5 tui sunt. Vnde veteri Adagio dicebatur:

Mortuus per somnum vacabis curis.

apud Græcos.

Curis vacas mortuus per somnium.

Existimabant enim eum, qui se mori somniasset, à curis, molestijsq; liberatum iri,
6 quod mors finem doloribus imponere videatur. Et quidem imponit his, qui hinc
7 in meliorem demigrant vitam, malorum omniū finem. Qui igitur Mundo per pro-
8 fessionem in Regulari militia moriuntur; à curis vt vacent, & secularibus desiderijs oportet, nè doleant. Cæteroquin si viuos se putent, vt negotijs inuoluantur, quæ reliquere; quàm sæpissimè dolebunt, atque viuorum præmentur angustijs. Dixit pro-
9 indè iure Ecclesiasticus 37. 2. *Nonne tristitia inest vsq; ad mortem?* Qui enim viuunt in vita præsenti ærumnis plena, tristantur, quod tamen qui mortui sunt Mundo, non sentiunt. Inter primiora verò vitia, quibus cūm cōflictari oportet eos, qui ex Mundo ad Deum conuersi sunt, Philargyriæ malū
10 (amorem scilicet pecuniarum, & auri) Patres æstimauēre, qui Cœnobiorū leges tradidere. disserit acutè satis *Cassianus Institut. lib. 7. de spiritu philargyriæ.* Et planè ridiculum æstimatur, eum, qui Mundo mortuus dicitur, velle per pecuniarum desiderium in vitam regredi ærumnis plenam, moxq;
11 intercipiendam, vt dicatur ei Euangelium illud *Lucæ 12.20.* Non à quouis hominum, sed à Deo loquente: *Dixit autem illi Deus: Stulte; hac nocte animam tuam repetunt à te; quæ autem parasti, cuius erunt?* Hoc autem non cogitasse fabulę, de qua nunc narratio datur, locum fecisse videtur. Illustris. Dominus D. Fabritius Ruffus Eques S. Ioannis Hierosolymitani, & Sancti Domini Sepulchri, Prior Magnæ Crucis Balneariæ anno 1644. cūm à Regia Curia annuos ducatos 460. 2. 12. quos super fiscalibus functionibus Ciuitatis Balneariæ Prouinciæ Calabriæ Vltra ad Vitam Domini de Frugonis fratres Nobiles possidebant, emisset, quòd exteri essent: atq; per Sacræ Maiestatis Catholicæ literas ceteris functiones prędictæ fiscales solui tenerentur, mandatum fuisset. Cum dictis de Frugonis ad concordiam deuenit, annis singulis vita eorum perdurante, anticipato tercentum aureorum ex suis vt solueret; se etiam in forma obligationis Cameræ Apostolicæ, ni solueret, obstringens. Hisce diebus mense Februarij 1650. pro ducatis mille non solutis aduersus eundem Priorem per Tribunal Nunciaturæ Apostolicæ Neapolis mandatū relaxatum fuit executiuum, dictis de Frugonis instantibus. Aduersus mandatum replicat Dominus Prior, nullitèr relaxatum fuisse: Primò, quòd non consignatæ fide superuiuentiæ dictorum de Frugonis, vt in pactis initis fuerat sacramento firmatum soluendi: Mandatum prędictū relaxatum fuerit: vt quia vtiquè, si aliquis eorum iàm vita excesserit, cessaret pro illa parte soluendi obligatio. Secundò, quòd ex pactis eisdem ius integrum erat prædictis de Frugonis, propria quoq; auctoritate ad dictos duc. 460. 2. 12. reuertendi fol. 7. debuisse proindè ad illa reuerti: sic nempè conuentum: *Et fuit etiam expressè conuentū, quòd cessante dicto Domino Priore à solutione dictorum annuorum duc. 300. per duas tertias continuas, tali casu præsens cōtractus remaneat nullus, & ex consequenti liberum sit, & liceat dictis Fratribus propria authoritate absquè decreto Curiæ, vel alia solemnitate seruata, solùm præsentis pacti vigore ascribi facere dictos annuos ducat. 460. 2. 12. in faciem ipsorum Fratrum, &c.* Sine instrumento (illo iàm resoluto) mandatum prædictum relaxatū fuisse. nullitèr propterea. Replicat prætereà, & Religio; haud potuisse sua obligatione præsumpta præiudicium Religioni in suis priuilegijs inferre Dominū Priorem Balneariæ. Esse Milites Hierosolymitanos à quorumcunq; Iudicum iurisdictione, etiā ratione bonorum, & obligationum, siue patratorum delictorum exemptos. Debere proindè, quatenùs instrumentum prædictū firmū esset, ad Religionem remitti. In hoc itaquè causæ huius firmatur status. Sint nè firmæ, quæ aduersus mandatum executiuū obijciūtur exceptiones; vel illud nullū haberi, atq; inualidū prędicari debeat? Nullū omninò, atq; inualidū haberi respondendum esse censuimus. Quod vt præstemus,
12 supponendum erit. Hierosolymitanam Religionem Equitum Militarium S. Ioannis, verè, presseq; Religionem esse, atq; vnā ex approbatis à Sancta Sede Apostolica, in quā tria emittuntur veræ Religionis vota: *Paupertatis scilicet, Castitatis, & Obedientiæ.*
13 Esse proindè eiusdē Religionis Professos

vere

verè Regulares. Ipsi nempè Regulam profitentur S. Augustini; & vt cæteri Regulares ex Mendicantibus, Fratres vocantur;
14 atq; per ingressum in hanc Religionem, & in ea professionem emissam matrimonium ratum soluitur. esse propterea verè, pressèq; Religiosos. sequitur *Emanuel Sà in Aphorism.* verbo *Religio. num.41. Nauar. cons. 10. Cùm Vincentius Guidius. num.1. & seqq. & cons.12. An Milites S. Ioannis Hierosolymitani. lib.3.de regular.& cons.2. Quidam Nobilis. eod.lib.3.de conuers.coniugator. Gloss.* notabilis, & recepta in *clement.1. in princ.* verbo *quicunquè, de decim.* quam sequitur, approbatq; *Nauar.d.cons.12. n.2.de regular. Gerard.Maynard.decis.Senat.Tholos. lib.1.decis.17.per totam.Ioan.Azor.instit.moral.par.1. lib.13. cap.3.quæst.2. S.Thom. 2.2. quæst.186. art.6.& 7. Sanchez de matrim. lib.2. disp.18. num.8. Ferd.Vasq.Menchacen.Illustr.contron. lib.1.cap.105.num.48.49.& 50. Gratian. forens.disceptat. par.2.cap.363.num.21.& seqq. & par.3.cap.457.num.24.25.& seqq.Carol.de Grass.de effect.lib.clericat.effect.1.à num.109.ad vsq; num.117. Ioan.Bapt. Lezana summa qq. regular. par.1.cap.2.num.3.4.& seqq. Pellizzar.in manual.regular. tract.1.cap.3. quæst.9. nu.30. Barbosa de iur. Ecclesiast. lib.1.cap.43. nu.23. 24. & seqq. Rota* apud *Duranum* Episcopum Vrgellen *decis.* 308. *num.1. & seqq. par.2.* & apud sanct. memor. *Gregorium XV. decis.87.num.1.& seqq.* ibiq; *Beltramin.* Addens *num.13.& decis.109. num.1.* plures recensuimus Nos *respons.*nostra 3. *nu.35. & respons.76.num.15.par.4. Ioan-Maria Nouar.in lucerna regular.* verbo *Milites Hierosolymitani, num.1.& seqq.* Sunt ergo verè Religiosi,
15 qui in hac militari Religione per professionem Christo nomen dederunt. Sunt ergò mortui Mundo, sicut & reliqui Regulares, qui in aliqua alia ex approbatis à Sancta Sede Apostolica Religione solemnem trium votorum professionem émittũt. Neque porrò velle, neq; nolle, vt mortui iàm
16 Mundo, habent: Cùm *arbitrium non ex suo, sed illius, quem vice Dei super caput suum posuere, & cuius imperio voluntatem subiecere, pendeat.* vti Bonifacius VIII. loquitur in *cap. si religiosus 27.in princ. de elect. lib.6. & cap.religiosi 5. siuè fin.de sepultur.in 6.& cap. fin.in princ.de testament.eod.lib.in 6.* Hadrianus Papa in *can.placuit 53.* ibidemq; *Gloss.* verbò *mortuos esse.*& Pelagius II. in *can.nullus monachus 54. 2.quæst.7.* Eugenius Papa in *can.placuit 8. 16.quæst.1.*Innocentius III. in *cap. cùm ad monasterium 6. §. fin. de statu monachor.* Clemens quoque III. in *cap. porrectum nobis 13.de regular.* & Clemens V. in Concilio Viennen in *clement.1. in princ.de*
17 *relig.domib.* Vt bonorum quoq; omnium, dominium, iàm Mundo mortui, amisisse, dicantur, atq; in hoc, ciuilis naturali æquiparetur morti vt i sequuta fuit Rota in *Nouarien.legitima 4. Aprilis* 1619. coràm *Ghisilerio decis.267. num.14.& seqq. par.5. in recentior. per Rubeum,* & dixit eadem Rota in *Bononien. fideicõmissi de Desiderijs 20. Maij* 1626. coràm *Merlino decis.6. num.2. eadem par. 5. in recentior.* Nullos itaque proprio
18 marte, propriaq; voluntate, qua carent, inire contractus poterunt, neque sese alicui contra sui Superioris imperiũ, obligationi subijcere: Quia neque velle, neque nolle
19 habent. Obligatio verò, sicuti contractus omnes, à mutua pendent contrahentium voluntate, illaq; libera, alioquin non obligatur, qui voluntate libera caret. ex Vlpiano lib.48.ad Sabinum in *l.1. in princ. ff de verbor. obligat.* Rationemq; reddit ibidem *Gloss.*verbo *si quis igitur*, satis concinnè ad rem nostram, de infante verba faciẽs: *Quia*
20 (inquiens) *non potest velle.* Si velle non potest, voluntatem non vtiquè habet. Nec abhorret Paulus, siuè Caius lib.2. aureorum in *l.1. §.idem iuris est. ff.de action. & obligat.* ibidemq; *Gloss.* verbo *natura.* de furioso lo-
21 quens: *Quia consentire impeditur.* dicens. & Monachus, cùm mortuus Mundo sit, consentire, & ipse impeditur; cùm velle non
22 possit. consequenterq; nec voluntatem habeat. nullam proindè contrahere obligationem potest. deduxit hoc Iustinianus Cæsar in *§ post mortem. Instit.de inut. stipul.* nec retrò Paulus abijt lib.4.ad Edictum in *l.1.§.cõuentionis verbũ.ff.de pact.* ibiq; plenè
23 *Gloss.*verbo *consensum.* docens: Obligationem habere debere consensum, vt sine cõsensu, neq; naturalis inducatur obligatio. Cùm alioqui consensu fiant obligationes. vt Iulianus lib.3.Institutionum in *l.consensu fiunt 2.* & Paulus lib.3. Institutionum in *l.obligationum substantia 3. ff.action. & oblig. Card. Mantica de tacit. & ambig. lib.4. tit.4. nu.2. Rota* apud *Card.Caualer. decis.618. nu. 12.& decis.125.num.4.in fin. par.4.in recent. per Rubeum.* Rota Genuæ per *Marc. Anton. Bellon.decis.14.num.33.* Non iure itaq;, sed Religionis iniuria Dominus Prior Balneariæ Dominis de Frugonis obligatione se obstrinxit, annua tercentũ anticipatò soluendi. nulliter proindè, atq; iniustè. nullã proptereà vim obligatio illa producet, quę
24 nulla fuit. Sicut sine causa affectus non est. ex Vlpiano lib.70. ad Edictum in *l.vnde, & illud 3. §. hoc autem à superiore. ff. de itinere, actuq; priuato, Signorol. cons.75.num.6.*
25 Neque effectum producit, quod nullum est. Quia ex nihilo fit nihil. ad Bonifacij VIII. regulam *non firmatur 18. de regul.iur. in 6.*& Pauli sensum lib.3.ad Paulutium in *l.quod edictum est 33. in fin.ff.de pact.* sic perbellè consequentiam inferentis: *Igitur si mandati actio nulla sit (fortè si donandi animo fideiusserit) dicendum est, non prodesse excep-*

tionem fideiussori. Rationem in promptu ha-
bes: quia quod nullum est, nullum produ-
cit effectum, & ex Aristotele: Sicut se res
26 habet ad esse, ita, & ad operari, vt id ope-
retur, quod esse habet, & existentiam, quod
autem non est, nullo operetur modo. Con-
cinit Caius lib. 2. rerum quotidianarum in
l. adeò quidem 7. §. cùm quis ex aliena materia.
ff. de acquirend. rer. domin. illis verbis: *Quia*
27 *sine materia nulla species effici possit*. sequi-
turq; *Rota decis. 422. nu. 1. in fin. & decis. 516.*
num. 8. par. 4. in recent. per Rubeum Barbosa
axiom. 164. nu. 1. diximus *respons.* nostra 55.
num. 48. & 49 par. 4.
28 Et sanè, cum paupertas religiosa ex dia-
metro dominio opponatur; sitq; de ratione
29 dominij, vt dominus eius liberam faculta-
tem obtineat rem, cuius dominus est, ex
voto distrahendi. ad *text. in l. in re mandata*
21. C. mandati, vel contra. Duo in se pau-
30 pertatis religiosæ continet ratio, duoquè
operatur: vnum, vt Religiosus nullam ob-
tineat facultatem de re vlla proprio ex ar-
bitratu disponẽdi: alterum, vt ea indepen-
denter à voluntate Superioris, cui se per
obedientiæ votum subijecit, vti non possit.
Quia nimirum ex Augustino in *can. non*
31 *dicatis* 11. 12. quæst. 1. *Certum est, eos, qui se*
propter promissam obedientiam penitus aliorū
potestati, & imperijs in Christo, & pro Christo
subdiderint, nihil habere, possidere, dare, vel ac-
cipere debere, sine Superioris licentia. prose-
quiturq; latè *Pellizz. in man. regular. tom. 1.*
tract. 4. cap. 2. sect. 4. de oblig. voti paupert. nu.
238. & seq. Lezana par. 2. cap. 5. nu. 22. & seqq.
32 Dominium verò rerum (patrimonialiū
quoq;) ex quo Religioni per professionem
nomen dedit Dominus Prior, non vtiquè
obtinuit, neq; obtinet, sed Religio, & siqui-
dem vsum earum ad Superioris arbitrium
retineat. *Authent. ingressi, C. de sacrosanct. Ec-*
cles. Gregorius ad Ianuarium Calaritanum
Episcopum in *can. quia ingredientibus 7. 17.*
quæst. 3. qui Canon est repetitus in *cap. quia*
ingredientibus 2. de testam. notant Doctores
in *cap. in præsentia 8. de probat. Ioan. Azor. in-*
stit. moral. par. 1. lib. 13. cap. 4. quæst. 1. & seqq.
Lezana d. cap. 5. à num. 22. ad fin. capitis, Pel-
lizzar. d. cap. 2. sect. 3. per totam. Barbosa de iu-
re Ecclesiast. lib. 1. cap. 42. nu. 205. & 206. Ro-
ta in d. Nouarien. legitimæ coràm *Ghisilerio d.*
decis. 267. num. 13. par. 5. in recentior. per Ru-
beum, & apud sanct. memor. *Gregorium XV.*
d. decis. 87. num. 2. & d. decis. 109. nu. 1. & seq.
& decis. 333. num. 2 in fin. par. 2. in recentior. &
apud *Duran. d. decis. 308 num. 3.*
Nullo itaquè modo se obligatione ob-
stringere Dominus potuit de Frugonis.
Nulla proinde obstrictio illa fuit, quam
ipse prædictis fecit. Iure ergo in nihilum
reducitur, quod nullum est. non itaquè re-
laxari mandatum potuit exequutiuum ex
instrumento, & obligatione, quæ nulla est,
& fuit. In nihilum proinde relaxatum fuit
mandatum: Quia, vt diximus, Dominus
Prior nullo modo se obligatione illa Dñs.
de Frugonis obstringere valuit, Mundo
mortuus, & neque velle, neque habens nol-
33 le, vt cæteri sūt Regulares, inter quos nul-
la in hoc agnoscitur differentia: vti Rota
apud *Gregorium XV. d. decis. 87. num. 2. &* 3.
testatur, & ità per Sacram Congregationē
declaratum fuisse refert *Gratian. d. cap. 457.*
nu. 27. par. 3. Rota apud *Duran. d. decis. 308.*
nu. 1. & nu. 7. sequiturq; *Carol. de Graff. de*
effect. clericat. effect. 2. num. 16. quo loco de
consensu præstando verba faciens, limitat,
reprimitq; in Monachis, qui consensum
præstare minimè possunt gentium; quia
34 Mundo sunt mortui. Mortui verò non lo-
quuntur, & vilissimè æstimatur cum mor-
tuis certamen inire. Vergilius testatur.
Nullum cum victis certamen, & æthere cassis.
35 Multoq; magis, quòd per Stabilimenta
Religionis hoc ipsum statutum reperitur.
vt testatur *Rota* apud eundem sanct. mem.
Gregorium XV. d. decis. 87. num. 1. & d. decis.
109. num. 1. & seqq. hac ratione illa; quia hi
Milites verè Religiosi sūt, vt sicuti alij Re-
36 ligiosi, neq; disponere, neq; testari valent:
ità neq; hi S. Ioannis Hierosolymitani, qui-
ttia verè Regularium emittūt vota, verèq;
paupertatis obstringuntur voto, & non sibi
ipsis, sed Religioni quærunt, *d. Authent. in-*
gressi, C. de sacrosanct. Eccles. notāt Doctores
in *cap. in præsentia 8. de probat. Rota par. 2. in*
recentior. d. decis. 333. nu. 2. in fin. & apud *Du-*
ranum d. decis. 308. num. 3. & 4. Quemadmo-
37 dum obedientiæ voto verè retinetur. Qua
de causa, nequè de personis eorum absquè
speciali Magni Magistri facultate dispone-
38 re poterunt, Quia nimirum tales, voti ra-
tione sui quodammodò non sunt, sed Re-
ligionis, vt post *Rodriquez qq. regul. tom. 2.*
quæst. 71. art. 2. testatur *Lezana d. cap. 5. num.*
par. 2. & Pellizzar. in manual. regular. tom. 1.
tract. 1. cap. 3. sect. 1. nu. 31. circ. fin. vers. potum
deniq; obedientiæ. Non potuit proindè se
39 Dominus Prior personali obligatione di-
ctis de Frugonis obstringere, obligatione
40 potissimùm Camerali, alienando se, & per-
sonam suam extrà Religionē. vt idemmet
testatur *Lezana d. cap. 5. nu. 12. & Pellizzar.*
d. tract. 1. cap. 3. sub nu. 31. Potissimùm verò,
41 cùm ex Pij Papæ IV. Constitutione, quæ
incipit: *Circumspecta Romani Pontificis*, an-
no Domini 1560. Pontificatus verò anno
primo edita: neq; ratione contractus, neq;
obligationis alicuius ratione, neq; bono-
rum, neq; etiam delicti, neq; quocunq; alio
titulo extrà Religionem à quoquā cogno-
sci Milites Hierosolymitani possint, subla-
tā etiam quibuscunq; Iudicibus, aliter in-
terpretandi, atquè iudicandi facultate.
Verba

Verba damus Pij Papæ sic enim ipse.
Ita, quod Archiepiscopi, Episcopi, Prælati,
Ordinarij, Vicarij, Officiales, Locatenentes, &
Iudices præfati, etiam ratione delicti, vel con-
tractus, seù rei, de qua ageretur, vbicunq; com-
mitteretur delictum, iniretur cõtractus, aut res
ipsa consisteret.; nullam in eos, vel ea iurisdi-
ctionem, correctionem, visitationem, superiori-
tatem, dominium, portionẽ, exactionem, seù po-
testatem exercere, aut excõmunicationis, aliasuè
sententias, censuras, & pœnas promulgare, aut
etiam ratione personarum, & rerum, animaliũ,
vel bonorum suorum ad aliquam solutionẽ pon-
tium, fontium, furnorum, murorum, seù etiam
aliarum Ecclesiarum, quàm vestræ Religionis;
etiam si forsan eatenùs per abusum, seù alterius
priuilegium, aut negligentiam, etiam per lon-
gissimum tempus taliter obseruatũ non fuisset.
Et vt inuiolabiliter priuilegia concessa ser-
uentur, Auditori Cameræ Apostolicæ dat
42 in mandatis, vt litteras prædictas exequa-
tur. Et Paulus Papa V. anno Domini 1605.
Pontificatus verò sui anno primo, Priuile-
gia omnia per prædecessores Pontifices
Romanos Religioni concessa, confirmans.
Constitutione sua, quę incipit: *Pastores ater-*
ni greges in Terris. Nuntijs in Regnis Hispa-
niarum & Neapolis, atq; Auditori Cameræ
Apostolicæ, dat in mãdatis, vt litteras præ-
dictas exequantur, easq; obseruari ab om-
nibus faciant. Sublata quibuscunq; Indi-
cibus, quocunq; nuncupentur nomine, ali-
43 ter interpretandi, atq; indicandi faculta-
te. Quæ sanè clausula claudit os Iudici, il-
liq; facultatem aliter interpretandi, iudi-
candiq; tollit, omnesq; comprehendit Iu-
dices, quicunq; illi fuerint, etiam si S.R.E.
44 sint Cardinales. Quia nimirũ iurisdictio-
nem adimit, eosq; inhabiles ad aliter iudi-
candum reddit, vt post alios latè perpen-
dit *Barbosa de clausul. claus.* 175. *nu.* 2. *& seqq.*
& num. 7 *ac* 13. *Rota* apud *Card. Mantic. de-*
cis. 309. *num.* 3. plenè *Gonzal. ad* 8. *regul. Can-*
cell. glos. 66. *à num.* 1. *cum seqq.* Præsertim
verò, quod priuilegia prædicta, quæcunque
illa sint, in vim remunerationis indulta
Religioni fuerũt, ex quo ob fidei defensio-
nem eius Religiosi vitam propriam trade-
re, atq; sanguinem profundere non veren-
45 tur; quã ob causam in vim contractus pri-
uilegia transire, vt sint etiam irreuocabi-
lia, vt plenè [illegible] *Felin. in cap. nouit* 13. *de*
iudic. Tiraquell. in l. si vnquam verbo dona-
tione largitus. à num. 1. *&* 13 *&* 14. *C. de re-*
uocand. donat. Afflict. decis. 128. *Marat. Mandos.*
de priuileg. ad instar. glos. 15. *num.* 18. *&* 19.
Sanch. de matrim. lib. 8. *disput.* 33. *à num.* 1.
cum seqq. & num. 8. *Suarez de legib. lib.* 8. *cap.* 38.
num. 3. *Surd. cons.* 419. *num.* 56. *&* 57. *ac seqq.*
lib. 3. *Marta de iurisd. par.* 4. *centur.* 1. *casu* 52.
num. 15. *&* 16. plenè *Barbosa de clausul. clause*
41. *num.* 29. 30. *&* 31. *Rota* apud *Duran.* Epi-
scopum Vrbevetan *decis.* 291. *num.* 38. *part.* 2.
deduximus Nos in nostro *Apologetico pro*
iuribus Ecclesiæ respons. 2. *num.* 96. *&* 97. Ro-
mæ prælis præsso.

Præterea fuit nullum mandatum prædi-
ctum aduersus Dominum Priorem relaxa-
tum; quia non seruatum fuit pactum, vt fi-
des superuiuentiæ dictorum Dominorum
de Frugonis exhiberetur. Quid enim, si ali-
quis eorum iam vita excessisset? Est nem-
46 pè exceptio hæc, quæ venit ex natura actus
ex ventre prodiens obligationis prædictæ.
vim proindè Cameralis comprimit obli-
gationis, vt ex illa procedi minimè valeat.
ex *Bald. in authent. præsenti. C. de fideiussor. &*
Felin. in cap. ex parte 13. *in* 10. *limit.* ibidemq;
Decius num. 57. *de offic. Iudic. deleg* dixit *Rota*
in Lauretana præd. seù pecuniaria 5. *Aprilis*
1593. coràm *Gypsio decis.* 39 *nu* 4 *per Zac-*
chiam ad Galterium de obligat. Camer. in no-
uis impressis Romę anno 1647. & in *Roma-*
na responsionis Casalis 11. *Ianuarij* 1597. co-
ràm *Corenba decis* 42. *num.* 7. apud eundem
Zacchiam. & dictum fuerat anteà *decis.* 649.
num. 3. *par* 3. *lib.* 2. *diuersor. & decis.* 8. *num.* 1.
apud eundem *Zacchiam*, & apud *Card. Ca-*
ualer. decis. 456. *num.* 1. ad Vlpiani mentem
lib. 32 ad Edictum in *l. Iulianus. lib.* 15. *dige-*
storum 14. *§. offerri pretium. ff. de action. empti,*
& vendit. *Rota* apud *Caetanum decis.* 275.
nu. 2. & in *Neapolitana nullitatis instrumenti*
4 *Iulij* 1579. coràm *Cotta decis.* 35. *nu.* 2. apud
eundem *Zacchiam.*
47 Cæterum, nullum quoq; fuit mandatum
prædictum, quia relaxatũ instrumento obli-
gationis prædictæ iàm resoluto. Ex pacto
quippè expresso reseruauerant sibi Domi-
ni de Frugonis: *Quòd cessante dicto Domi-*
no Priore à solutione dictorum annuorum du-
catorum tercentum per duas tertias continuas,
tali casu talis contractus remaneat nullus, &c.
vt in superioribus quoq; ad verbum illud
retulimus. Vel itaquè cessatum non fuerat
per duas tertias à solutione per dictũ Do-
48 minum Priorem, & mandatum fuit nullũ:
quia relaxatum pro ducatis mille, conse-
quenterq; per tres annatas, per excessum
49 proindè. Decretum verò Iudicis indiui-
duum est, nec potest persistere pro parte
verum, & pro parte falsum; in totum ideir-
50 co corruet, sicut propositio non potest pro
parte esse vera, & pro parte falsa, vel enim
51 vera, vel falsa erit. Quod enim verum est,
falsum esse non potest, cùm sint sibi inuicè
contraria, veritas, & falsitas. ex Augustino
contra litteras Petiliani *can. qui peccat* 40.
§. non enim 23. *quæst.* 1. *Afflict. decis.* 299. *nu* 6.
diximus *respons.* nostra 79. *num.* 20. *par.* 4. &
per quam optimè *Afflict. decis.* 218. *num.* 3.
& 4. *& decis.* 358. *nu.* 6. *Rota par.* 2. *in recent.*
decis. 630. *num.* 2. *&* 3. & apud sanct. memor.
Gregorium XV. decis. 198. *num.* 1. ibidemque
Beltra-

Beltramin. addens lit. A. & apud *Duranum decis.37.num.15.* & in *Romana Vinea, & Saluiani de Rusconibus* 28. *Nouembris* 1611. coràm *Card. Sacrato decis* 2. *num.*13. apud eundem *Zacchiam* . & in *Eugubina dotis* 14. *Februarij* 1643. coràm *Carrillo decis.*177.*nu.*7.
52 apud eundem *Zacchiam*. Vel verò cessatũ
fuerat per duas tertias, & instrumentum
iàm resolutum erat, atquè nullum effectum
per clausulam illam resolutiuam; *tali casu*
contractus prædictus remaneat nullus. Ipso .n.
53 iure conditione existente Dominus Prior
esse dominus dictorum annuorũ duc. 460.
2.12. desijt, atq; in Frugonos illa transiere.
Vlpianum excipe lib.16. ad Edictum in *l. si*
quis hac lege emerit 42. *ff. de rei vend.* de em-
54 ptione quippè loquens; sub lege aliqua fa-
cta, vtputà: *si aliquis meliorem conditionem*
attulerit, recedatur ab emptione, post allatam
conditionem, iàm non potest in rem actione vti.
55 Quia existente conditione pacti addictio-
nis in diem, emptor ipso iure desinit esse
dominus. vti *Bart.* ibidem in *summario* ad-
uertit. quem *text.* refert *Glos in l. traditioni-
bus* 20. verbo *non nudis*. *C. de pact.* perindè
56 quippè habetur, ac si semper apud vendi-
torem res fuisset. ex Iaboleni sensu lib.1.
epitomes in *l. si hominem emisti* 19. *ff. de vsu-
captonib. seù vsurpationib.* In pristinam enim
57 causam res redit, resoluta venditione. vti
Paulus lib.3. quæstionum dixit in *l. volun-
tate creditoris* 10. *in fin. ff. quib. mod. pign. vel
hypoth. soluat.* Redijt proindè in pristinam
causam census ille duc.460. 2. 12. resoluto
cõtractu. perindè ergo habetur, ac si factus
non vtiq; fuisset; quia nimirũ dicti Domi-
ni de Frugonis in pristinum ius ex pacto
inito restituti fuere. idẽ, vt loquitur Paulus
d. l. voluntate creditoris 10. *in princ.* rationem
58 reddens: *Nàm sicut debitori* (inquiens) *ità
creditori pristinum ius restituitur.* & hanc sẽ-
tentiã sequitur *Menoch. cons.*26.*nu* 4. & 23.
*lib.*1. & eum *Gratian. discept. for. par.*2.*c.*307.
*nu.*3. & 4. *Farif. cons.*19 *num.*48. & *seqq. lib.*2.
*Rol. à Valle cons.*6 *nu.*7. & *cons.*58. *nu.*14. &
*seq. vol.*3. *Ioan. Bapt. Larrea Senat. Granat. de-
cis.*40. *nu.*21. *p.*1. & *decis.*97. *nu.*21. *in fin. p.*2.
59 Ex voluntate itaq; vtriusq; contrahentis
contractus inter eos initus, rescissus, atquè
resolutus fuit, Dño Priore cessante à solu-
tione per duas tertias, quod fieri vtiq; po-
tuit, ex Diocletiano, & Maximiniano Au-
gustis in *l. si diuersa* 14. *C. de transact.* sequitur
*Greg. XV. decis.*76.*n.*3. & *Rota in Romana cen-
sus, seù depositi* 28. *Iunij* 1645. coràm *Meltio
decis.*267. *nu.*11. apud *Zacchiam ad Gallesiũ
de obligat. Camer.* Non erat itaquè ampliùs
contractus, iàm resolutus, quando produ-
ctus ille in iudicio fuit, sine itaq; cõtractu,
& obligatione mandatũ relaxatum fuit. er-
gò nullitèr. nullum ergò producet effectũ.
60 Quia nimirũ mutata, atq; extincta Came-
rali obligatione, per eam, quæ nõ erat, con-
ueniri Dñus Prior haud ampliùs potuit. ex
*Bald. in l. legem, nu.*2. *C. locati.* & *Ias. cons.*49.
*nu.*12. *lib.*3. *Affl. decis.*365. *nu.*15. *Rota* apud
sanct. mem. *Greg. XV. decis.*30. *nu.*5. & 6. quæ
est etiam in impressis per *Zacch. ad Gallef.
decis.*6. & *d. decis.*36. *nu.*2. & *seqq.* coràm *Cot-*
61 *ta* apud eundẽ *Zacchiam*. Nedùm itaq; vul-
nerata, sed extincta penitùs obligatio erat
Cameralis. nullo itaq; modo per illam, quę
iàm non erat, executiuè agi poterat, imò
nec agi, resoluto iàm contractu. vt sæpè re-
solutũ fuisse in Rota, testatur *Penia in Bono-
nien. executionis* 17. *Iunij* 1600. *decis.*58. *nu.*2.
apud eundẽ *Zacchiam*. & *d. decis.*36. coràm
*Cotta. Harthm. Pistor. obseru.*180. *n.*3. 4. & 5.
Nõ sine iniuria ergo Curia processit Nun-
tiaturæ Apostolicæ dictum mandatum
executiuum ex obligatione non existente
relaxando.

Neq; obstaculum facit, si de iuramento
obijciatur.

62 Quia nimirùm iuramentum viam exe-
quutiuam non vtiq; tribuit. vt post *Bald. in
l.*1. *nu.*5. *C. de rebus credit.* sequitur, tueturq;
pluribus *Scacc. de iudic. lib.*1. *cap.*62. *nu.*10.
& *nu.*11. *vers.* contrariũ tenuit *Tessaur. de-
cis.*26. *num.*7. *vers. contrariam partem.* & se-
quuta fuit *Rota in Romana fructuum dotis*
31. *Ianuarij* 1600. corãm *Litta decis.* 75.
*num.*2. & 3. *in Baren. seù Neapolitana pecu-
niaria* 24. *Maij* 1641. coràm *Rojas dec.*173.
*num.*10. & 11. apud *Zacchiam ad Gallesium.
Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg.* 78.
*num.*32.

63 Præterquàm quòd, rescisso iàm, atquè
resoluto contractu, atquè propterea remo-
ta obligatione Camerali, quæ vim non
obtinet, vti hucusquè probauimus; & iu-
ramentum quoquè resolutum fuit, quod
obligationi accessit. ex *Geminian. cons.*83.
*num.*10. & *seqq.* & eum sequuta fuit *Rota
in Aretina commenda* 1. *Iunij* 1587. coràm
Orano decis. 28. *num.* 7. apud eundem *Zac-*
64 *chiam*. Sequitur namquè iuramentum,
vti accessorium, sui principalis naturam,
& qualitatem, obligationis videlicèt, vt si
65 obligatio nulla sit, & iuramentum. ad re-
gulam *accessorium* 42 *de regulis iuris. in* 6. &
dixit *Rota* apud *Rojas d. decis.*173. *num.*11.
apud eundem *Zacchiam.* diximusq; *respons.*
nostra 37. *num.* 65. & 66. *part.* 4. ex Inno-
centij III. mente in *cap. quanto* 18. & *cap.
Quintauallis* 23. *de iure iurando.* nec longè
sua lege Iustinianus Cæsar abijt in *l. fin. C.
de non numer. pecun.* *Rota* apud *Cardin. Sera-
phin. decis.* 66. *num.*4. *Fachin. illustr. contro-
uers. lib.*3. *cap.*16. *vers. quorum illud est fun-
damentum.* *Gratian. disceptat. forens. part.*4.
*cap.*722. *num.*39. & 40. *Rota in Pistorien Pa-
rochialis S. Hyppoliti* 19. *Aprilis* 1638. cõ-
ràm *Dunozetto decis.* 115. *num.* 20. *in nouis*

additis

additis apud Viuianum de iure patronatus.

Reuocari proindè vti nullum mandatum prędictum executiuum debet; & quia illud nullitèr relaxatum; & quia nulla obligatio fuit per eum facta, qui loqui nō poterat Mundo mortuus, neque velle, neque nolle habens. Mortui verò non loquuntur, vt diximus.

Atque ità ex his, Aristarchi non reuulso supercilio, respondendum consuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissorum lex indè inualuit, vt bona in personis, & in familia conseruentur, neq; successorum incuria dilabantur.*
Debet proindè religiosè seruari, num. 2.
Siuè de parte, siuè de tota hæreditate fideicommissum rogetur. num. 3.
Debet igitur fideicommittentis voluntas firmitèr custodiri. num. 4.
Neque illa trasgredi.
Fideicommissa hominum marte non sunt inducenda. num. 5.
Sed ex disponentium voluntate.
Quatenùs ergo disponens dixerit; fideicommissum seruandum. num. 6.
Non verò vltrà eius dispositionem protendendum.
7 *Fideicommissum, siuè reciproca substitutio in casu rogata, si hæredes instituti sine filijs decesserint, illis relictis liberis, decedentibus, fideicommissū intercipitur. & substutio cessat. vel etiam nepote ex filio, vel nepte. num. 9.*
Doctores recensentur, qui hanc sequuntur sententiam. num. 10.
8 *Testium duorum, vel trium ore verbum stabit omne.*
11 *Finem habet quicquid oritur.*
12 *Mori semel statutum est hominibus.*
Sed quod horrendum.
Post hoc autem iudicium.
13 *Prohibitio alienandi bonis innexa, dat ansam vocatis, de nullitate dicendę alienationis.*
Et bona reuocare alienata.
Quod tamen exaudi, si simplicitèr, & absolutè bonis, sit innexa prohibitio.
Secus verò, si personis, illisq; certis.
Non enim vltrà illas extendetur. nu. 16.
Prǽsertim, si compressa fuerit per pronomen dicti hæredes. num. 18.
Vel si nullus superfit, qui alienationi se opponere valeat. num. 20.
Quia alienationis prohibitionis ratio extincta iam est. num. 21.
15 *Verba sunt earum, quæ sunt in anima, passionū notæ.*
17 Text. in §. nos igitur. in auth. de restitut. fideicom. collat. 9. *expenditur.*
19 *Dictiones* (dictos hæredes institutos, vt supra) *compressionem operantur, & quasi ad oculum personas demonstrant.*
22 *Rei suæ quilibet est moderator, & arbiter.*

ARGVMENTVM.

Fideicommissa indè rogantur, vt bona conseruentur in familia. seruanda proindè, atquè religiosè habenda. Hominum tamen marte inducenda non sunt, sed ex disponentium voluntate custodienda, neque vltrà expressa protelanda. Fideicommissum, siuè reciproca substitutio, sub conditione, si sine liberis decesserint, illis cū liberis decedentibus, extinguitur, atque finem videt. nepote quoquè ex filio existente, vel nepte. Prohibitio alienandi bonis innexa, perpetua videtur. secus si personis indicta sit, neque in perpetuum. Non enim extendetur ad personas non comprehēsas. Hanc ob causam *text.* perpenditur Iustiniani Cæsaris in §. *nos igitur. in authent. de restitut. fideicommiss. collat. 9.*

RESPONSIO XC.

1 Fideicommissorum lex, quæ indè inualuit, vt bona in personis, seù decedentis liberis, & familia diù conseruentur, neq; ex successorum incuria dilabantur, ità temporibus inualuit, vt quod priùs infirmum videbatur, sit postmodùm
2 pro firmissimo, atq; religioso habitum, nè modis vllis, pręter disponētis voluntatem, diuellerentur. ex Iustiniano Cæsare §. 1. *Instit. de fideicommiss. her editat. & ad Senat. Consult.*

Confuls. Trebell. Siuè de parte, siuè de tota
3 hæreditate fideicommissi dispositio data
fuerit. idem vt disponit Cæsar in *§. in pri-*
mis igitur. eodem de fideicommiss. hæredit. Ità
4 tamen fideicommissorum seruari leges de-
bent, quatenùs fideicommittentis, dispo-
nentisq; voluntas fuerit; vt transgredi il-
lam nefas æstimetur. Neq; porrò ex homi-
5 num mente dicentium, sed ex disponentis
voluntate testatoris fideicommissum infe-
rendum erit. ex Papiniani sensu lib. 6. res-
ponsorum in *l. cohæredi substitutus 41. §. cũ*
filio, vel nepoti, ad finem vsquè. ff. de vulg. &
pupill. substit. Aymon Crau. conf. 161. num. 16.
Cephal. conf. 45. nu. 12. & conf. 46. nu. 15. Fab.
Anna conf. 28. nu. 7. vol. 1. Rota apud sanct.
mem. *Gregoriũ XV. decis. 433. n. 1. cũ seqq* de-
duximus *resp.* nostra *22. nu. 38. 39. & 40. p. 3.*
6 Ex voluntate itaquè fideicommittentis
testatoris Marci Pepe, verbis expressa, reli-
ctum filijs fideicommissum deducendum
erit. non vltrà promanandũ. vt in illis ter-
minis, quos ipse suo dùm in extremis age-
ret elogio stare voluit, firmetur, non vltrà
progrediatur. iuxtà illud Iob 14. 5. *Consti-*
tuisti terminos eius, qui præteriri non poterunt.
& in his, de quibus nunc factum proponi-
tur, terminis apertissimè Martianus lib. 8.
Institutionum in *l. filiusfamilias 117. §. cùm*
quis rogatus erit. ff. de legat. 1. cuius verba
infrà dabimus.
Is ergo Marcus anno 1596. supremas
sibi scribens tabulas, in quibus vniuersales
hæredes Scipionẽ, Franciscum, & Fabritiũ
Pepe filios reliquit, sic verbis disposuit.
Instituisce, ordina, e fà suoi heredi vniuer-
sali, e particolari Scipione, Francesco, e Fabri-
tio Pepe suoi figli legitimi, e naturali sopra
tutti, e qualsiuogliano beni di esso testatore mo-
bili, e stabili, quatenùs doue neco sono site, e po-
ste in qualsiuogliano cose consistentino raggio-
ni, attioni, oro, argento lauorato, e non lauorato,
danari, raccogliẽze, e nomi de debitori, & altre,
e qualsiuogliano raggioni, che ad esso testatore
spettassero, e potessero spettare in quouis in fu-
turum; cõ che, & præter, & excepto l'infrascrit-
ti legati, e fideicommissi, quali non si possano de-
trahere cosa alcuna ratione falcidia, & trebel-
lianica; cioè, ogn'vno di detti heredi, vt suprà
insolidum pro æquali parte, & portione: con
cõditione però, che passando da questa vita pre-
sente alcuno di detti heredi sẽza figli legitimi, e
naturali dal loro corpo legitimè descendentino,
vel ab intestato, in tali casu l'vno di detti here-
di socceda, e debba soccedere all'altro nella par-
te, e portione del decedente, seù moriente. Ve-
rùm si (quod absit) tutti detti heredi, vt suprà,
insolidum moressero, modò vt suprà dictum est,
allhora, & in tal caso in la predetta herdità di
esso testatore soccedano, e debbano soccedere
l'infrascritte Portia, e Giouanna similmente fi-
glie legitime, e naturali di esso testatore. Cioè,
per l'integra mietà di detta heredità pro æquali
parte, e portione; e dell'altra mietà di detta he-
redità se ne debba cõprare tante annue entrate.
Nequè his contentus testator, maius vt
vinculũ filijs adijceret hæredibus nuncu-
patis, sic item intulit, mandauitq;.
Item vuole, ordina, e comanda esso testatore,
che nessuno di detti heredi, vt suprà instituiti,
non possano in modo alcuno vendere, ò alienare
in tutto, ò in parte li beni stabili di esso testatore
per qualsiuoglia causa, e titolo, etiã fosse priuileg-
gio scritto in corpore iuris, nè in quelli ponere
peso di censo alcuno. E caso, che alcuno delli
detti herdi vendesse, ò alienasse, e ponesse peso
di censo alla parte, e portione di essi tangente, e
spettante di detta heredità, che statim, & in-
continenti, subito quelle fatte, possano reuocare
l'alienatione, e vendita forsitda faciende per
detti heredi di detti stabili, ità che dopoi auanti,
tutti atti, giuramenti, & instrumẽti per la cau-
sa predetta per detti heredi vt suprà faciendi,
siano nulli, & inualidi, perche così esso testato-
re vuole, & hà disposto nella sua mente di fare
lo presente fideicommisso.
Vita ex humanis abrepta Marci testato-
ris patris, hæreditatem filij hæredes insti-
tuti adhiuere. Ferdinando interim subla-
to, Franciscus, & Scipio superstites persti-
tere; vterq; eorum relictis filijs ex corpore
legitimè procreatis, in orcum descendit,
quos etiã hæredes reliquere supremis da-
7 tis tabulis. Cessauit itaq; fideicommissum
relictũ ex superexistentia filiorum. Martia-
num, quem tibi in superioribus reseruaui-
mus. ex *l. filiusfamilias 117. §. cùm quis roga-*
tus erit. ff. de legat. 1. negotium disertissimis
verbis terminantem excipe.
Cùm quis rogatus erit, si sine liberis decesse-
rit per fideicommissum restituere; conditio de-
fecisse videbitur, si patri superuixerint liberi:
nec quæretur, an hæredes extiterint. Decesse-
runt Franciscus, & Scipio, relictis liberis.
Cessauit proindè fideicommissi conditio.
Nè autem solus Martianus appareat, socios
videat Vlpianum lib. 2. fideicommissorum
in *l. ex facto 17. §. si quis autem susceperit, ff. ad*
Senat. Consult. Trebell. Ipse namquè tali di-
lemmate vtitur: sic inferens: *Aut igitur fi-*
lius superuixit patri, & non extitit conditio fi-
deicommissi, aut non superuixit, & extitit con-
ditio. Superuixerunt Francisco, & Scipio-
ni filij ex corpore legitimè procreati. non
ergo extitit conditio fideicõmissi. Adiun-
ximus Martiano Vlpianum, duobus omni
exceptione maioribus testibus, Iuriscon-
sultis. vtriquè eorum Zenonem addamus
8 Cæsarem, vt in ore duorum, vel trium te-
stium Domini voce *Deuteronom. 19. 15.* stet
omne verbum. testaturq; Paulus Gentium
Magister *2. ad Corinth. 13. 1.* Ipse namq; Im-
perator Zeno in *l. hubemus 6. §. sin autem, C.*
ad Senat. Consult. Trebell. sequentibus men-
tem

tem aperuit suam, legemq; statuit. *Sin autē*
9 *is, qui fideicommissaria restitutione grauatus est, vno filio superstite, vel nepote ex filio, seu filia nato, vel pronepote, vel posthumo relicto decesserit, non videtur extitisse conditio, & ideò defuit fideicommissi petitio.* Hanc verò sentē-
10 tiam post *Oldrad. cons. 21. Thema tale est.* probauere penè omnes Doctores. Nos aliquos numerabimus ex recentioribus, nè longissimam omnium retexamus seriem. Eminentissimus Cardinalis *Mantica de coniectur. vltimar. volunt. lib. 11. tit. 14. num. 1. & seq. Scipio Rouitus cons. 26. vol. 1. Marzar. cons. 8. per totum. præsertim num. 17. & 18. Camill. Borrell. cons. 33. num. 23. & seqq. Fusar. cons. 30 nu. 1. & seqq. & de substit. quæst. 402. à num. 1. Peregr. de fideicom. art. 25. nu. 1. cum seqq. Michael Crass. §. fideicommissū. quæst 35.* Doctor *Marta voto 71. num. 11.* qui vnum supra octoginta enumerat Doctores. *Molina de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 5. num. 52. Ioan. Bapt. Costa de iur. & fact. ignorant. centur. 1. dist. 64. Rota* apud *Card. Seraphin. decis. 687. nn. 1.* quæ est etiam in impressis *par. 1. diuersor. decis. 649.* eadem *Rota par. 1. in recent. decis. 639. sub nn. 6. & 7.* quæ est in impressis apud *Burattum decis.* 84. & apud *Cardin. Caualer. decis. 452. num. 1. & decis. 577. nu. 1.* & apud *Duranum* Episcopum Vrgellen *decis. 126. num. 1.* deduximus Nos pluribus *d. respons.* nostra *22. à num. 19. par. 3. & respons. 14. nn. 2. & seqq. par. 4.* In difficultate ei itaq; reuocari haud poterit, tàm reciprocam substitutionem, *che l'vno succeda all'altro.* quàm substitutionē per fideicommissum factam pro Portia, & Ioanna filiabus testatoris, defecisse, cùm Franciscus, & Scipio relictis filijs ex corpore legitimè procreatis, ex humanis abrepti fuere. Nàm vt Sylius dixit:
11 *Quicquid habet, ortus finē timet, ibimus oēs, Ibimus, immensis vrnā quatit Æacus vmbris.*
12 Videruut ipsi finem, videbimus, & nos. *statutū est enim hominibus semel mori.* sed horrendū, quod sequitur; *post hoc autē iudiciū.* Paulus contestatur Doctor Gentiū ad *Hebraeos 9. 27.* nec diffugit Vergil. 10. Æneid. *Stat sua cuiq; dies, breue, & irreparabile tēpus. Omnibus est vita.*
Verùm, quod in hac re difficultatem facere videtur: prohibitio est facta per Marcum filijs hæredibus institutis bona stabilia alienandi, quam in superioribus, ex
13 verbis datis testatoris deduximus. Bonis proindè fideicommissū indixit, vt firmior permaneret. erit igitur ius cuiq; ex vocatis cōtra alienata dicere, eaq; reuocare. ex Papiniani responso lib. 19. quæstionum in *l. peto Luci Titie 71. §. fratre hærede instituto, ff. de legat. 2. ibiq; Bart. nu. 2. & Cuman. nu. 5. Beccius cons. 24. num. 24. & 28. vol. 1. Alba Mandell. cons. 93. num. 2. & cons. 97. num. 2. Rota par. 1. recentior. decis. 143. num. 4. & 5. & decis. 193. num. 2.* & apud sanct. memor. *Gregorium XV. decis. 315. num 13. & par. 3. in recentior. per Rubenm decis. 335. nn. 3. & par. 7. in eisdem per eundē decis. 61. n. 10* apud *Merlinum. Paris. cons. 72. nn. 89. lib. 4.* Reg. Cons. *Marcellus Marcianus cons. 69. num. 6. tom. 2.*
14 Firma siquidèm permaneret obiectio, si simplicitèr, & in futurum prohibitio facta fuisset, atq; bonis inusta simplicitèr, non verò strictè, & relictis hæredibus filijs dītaxàt. Verba proindè iterùm damus testa-
15 toris, ex quibus animus deducitur; cùm earum, quæ sunt in anima passionum notæ sint verba. ex Aristot. 1. Perihermen. 1. atq; ex Celso lib. 19. Digestorum in *l. Labeo 7. §. id Tubero. ff. de suppellect. legat.* dixitq; Augustinus in enchirid. cap. 22. relatus *canone is autem, qui mentitur 4. 22 quæst. 2.* sequentibus loquens: *Et vtiq; verba propterea instituta sunt, nō per quæ se homines inuicē fallant, sed per quæ quisq; in alterius notitiā cogitationes suas proferat.* Ità enim ille: *Item vole, ordina, e comanda esso testatore, che nessuno di detti heredi, vt suprà instituiti, possa in modo alcuno vendere, ò alienare in tutto, ò vero in parte li beni stabili di esso testatore.* subsequiturq;. *E caso, che alcuno di detti heredi vendesse, ò alienasse, &c. ponesse peso de censo alla parte, e portione di essi, vt suprà tangente, e spettante di detta heredità, che statim, & incontinenti subito quelle fatte, possano reuocare l'alienatione, e vendita forsan facieda per detti heredi di detti stabili, &c.* Hæredibus
16 proindè relictis prohibitio facta fuit, atq; filijs, vt suprà institutis, quatenùs videlicet illi sine filijs fungi vita contingeret, non verò filijs eorum, qui & prohibitionem, & fideicommissum eorum existentia cessare faciebant. Sunt ergo liberi ipsi, atque omninò ab hac prohibitione extorres. Nè verò nostro loqui ex marte videamur, atq; metaphysicè philosophari. Iustinianū Cæsarem in medium afferamus. Hic nempè
17 negotium hoc dirimens in *§. nos igitur. in authent. de restitut. fideicom. collat. 9.* sequentibus rem definiuit, dilucidissimis loquens verbis: *Nos igitur* (inquiens) *legis, & testamenti interpretationem propositam nō sola sententia, sed lege complecti cogitationis decisionē putauimus oportere: vt tàm præsentem quæstionem, quàm reliquas auferamus de huiusmodi contentiones. Vndè subtiliùs testamentum considerantes, verbis ipsis inuenimus hæredibus demonstratis filijs alienationem interdictā, quando futuri essent sine filijs fungi vitam, nō vlteriùs verò in ijs, qui solùm eis successerint filijs: sed sufficere defunctorum vsq; ad filium stare interdictionem. Si enim & ipsi filios relinquentes moriantur, quod est relictum, nequè in longiore à filijs vita alienationis prohibitionem voluisse facere.* Ità Iustinianus Augu-

Xxx ftus

stus apertissimis verbis, neq; prouerbium loquens. Ipsiusq; decisionem, nè soli videamur, aperit *Gloss.* ibidem verbo *voluisse*, quæ sic & ipsa infert: *Nota: prohibitionem alienationis vltrà filium non extendi; nisi expressè*
18 *dicatur.* hanc verò sententiã exornant DD. ex ea ponderatione præsertim, quam testator hic ipse noster fecit, cùm alienationis prohibitionem hæredibus institutis fecit, illamq; restrinxit, compressiuè per pronomen *dctis heredi, vt suprà instituti.* Noluit proindè transgredi illos. per quàm optimè *Tirnquellus* eruditissimus ille vir *de retract. conuent §.1. gloss.6. num.25.* latè doctissimus ille Præsul *Didacus Couarruuias variar. resolut. lib.3. cap.5. num.4.* qui pluribus *textum* præfatum Iustiniani Cæsaris in *§. nos igitur* exagitat. & in casu nostro ità compresso, atq; restricto perpendens, responsionem
19 communem esse testatur. Quia dictiones illę *dictos hæredes institutos vt suprà*, quasi ad oculum demonstrare vidětur, atq; ad illos dumtaxàt prohibitionem comprimere. vt *Tirnq. d. nu 25.* per quã optimè ad rem nostram perpendit. ea potissimũ ratione: quia
20 nullus iàm superest alius, qui alienationẽ fortasse factã prohibere valeat, illamq; impugnare, fideicommissi cõditione defecta, illaq; pręcisa per filiorum existentiam post primos hæredes institutos. vt aduertit *Gruall. commun. contra commun. q.725. nu.29. & 30. Surd. decis.125. nu.1. & 2.* ibiq; etiã *Hodierna* addens. optimè *Reg. Carol. Tapia decis. S.C. 56. nu.2. & 6. 8. & 9.* qui *num.6.* eam perpendit rationẽ ad exclusionem prohi-
21 bitionis factæ hæredibus relictis, si prohibitionis ipsa ratio iàm finẽ viderit per superexistentiam filiorum, ex quorũ persona relictũ fideicommissũ cessauit, interitumq; gustauit. quod perpendit *Cons. Theodor. alleg.79 nu.18. & seqq. Peregrin. de fideic. art.1. nu. 28.* prosequiturq; per quã latissimè *Fusar.* qui omnes refert *DD. de substit. q. 679. n.1. & seqq. per tot. Io. Bapt. Thor. in comp. decis. tom.3. par.1.* verbo *alienatio prohibita filio per patrem*, qui pluries decisũ fuisse refert.

Nullum itaq; obstaculũ faciet Frãcisci, & Scipionis filijs prohibitio per Marcum Pepe patrẽ alienandi facta eius hæredibus vt suprà; cùm illorum personam non vtiq; transgrediatur, sed in illis sistat. Poterunt proindè hi iure alienare, cùm sint Domini.
22 Quilibet verò sit rei suæ moderator, & arbitèr. ex Constantino Cæsare in *l. in re mandata 21. C. mandati, vel contrà.*

Atq; ità ex his, Aristarchi supercilio non euulso, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D. Epus Iuuenac.

Et ità decreto firmatum fuit Magnæ Curiæ Vicariæ.

SUMMARIUM.

1 *Diabolus aduersarius noster circuit quærens quem deuoret.*
Quia Leo est rugiens.
Et Lupus rapax.
Vigilare nos ergo oportet, ac sobrios esse. num. 2.
Nè si nos peregrina indutos veste offenderit. Nos disperdat. num. 3.
4 *Locus Sophoniæ 1. 8.* Et qui induti sunt veste peregrina. *expenditur.*
Ex Hieronymo. & ex Ruperto Abbate. num. 8.
5 *Baptismo Christi cũ baptizamur, ipsum Christum tanquàm regalem induimus vestem.*
Videamus nè induamus Antichristum, vestẽ scilicet vitiorum. num.6.
7 *Milites cuius militiæ simus, an Christi, an Diaboli, color sagi, & banda ostendit.*
8 *Hyppocrisis vestis est peregrina.*
9 *Monachum non facit habitus, sed professio regularis.*
Neq; professionem habitu, sed incessu probare debet honesto.
10 *Corporis incompositio, inæqualitatem indicat mentis.*
11 *Verisimile quod non est, falsitatis refert specimen.*
Nec facilè præsumitur.
Iudicis tamen arbitrio remittitur, quæ verisimilia sunt, quæq; inuerisimilia. nu 12.
13 *Aggressor is dicitur, qui primò dat causam, vt alter irascatur, atq; iniuriam propellat illatam.*
Quam ob causam, quod incontinenti fit, ad propriam defensionem quis fecisse videtur, ut iniuriam propellat. num.14.
Et ex coniecturis deducitur. num.18.
Primò, si aliquis iniuria sit affectus.
Secundò, si insidias parauit.
Tertiò, si viribus sit firmior, atq; solitus rixari. num.19.
15 *Vim, qui facere tentauit, is aggressor præsumitur, & in eum leges insurgunt.*
Etiam per capitale supplicium.
16 *Defendens se aduersus aggressorem, quàmuis occiderit, in culpa fuisse non videtur.*
Ratio affertur, num.17.
20 *Excessus nõ præsumitur in eo, qui se defendit, aggressore perseuerante.*
Quàmuis occiderit. num.21.
22 *Defensio naturæ iure permittitur,*
Idque absolutè.
23 *Vim vi repellere licet.*
Id enim quis patitur, quod fecit.
Vt quod iniustè fecit, ipse iustè patiatur. num.24.
25 *Damnum dedisse non videtur, qui alitèr se tueri non poterat, nisi vulneraret, atq; etiam occideret.*
26 *Aggressorem, qui occiderit in vita discrimine constituted*

constitutus, nullam ob id factum calumniam meretur.
Ratio affertur. num. 27.
27 Defensor propriæ salutis in nullo peccasse videtur.
In foro quoquè Cœli.
In quo Accursius reprehenditur.
28 Clericum percutiens vim vi repellendo, se seq; defendendo, in canonem non dat Si quis suadente Diabolo.
Quia Diabolo suadente non facit.
Sed natura id permittente.
Nec potest in eo violentia notari. num. 29.
Diciturq; percussio cum moderamine inculpatæ tutelæ. num. 30.
31 Iniuriam non facit qui quod debet facit.
Ex illo Matthæi 20. 13. Amice non facio tibi iniuriam.
32 Deum simul laudant astra matutina.
Lubentèr igitur eum laudare debemus.
33 Testibus quanta sit adhibenda fides, Iudicis remittitur arbitrio.
Nam testium fides diligentèr examinanda est. num. 34.
Quaué in illis consideranda. num. 35.
Et is veritatem dicere præsumitur, qui simplicitèr, & sine fuco loquitur. num. 36.
37 Vita optimè antè acta, præsumptionem facit in futurum.
38 Mentiri quis non præsumitur, qui contrà se ipsum etiam factum narrat. secus verò, qui se mendacijs inuoluit. num. 40.
39 Oculari inspectioni multū tribuendum in his, quæ in facto consistunt.
41 Cordis ex abundantia os loquitur.
42 Bonus homo de thesauro cordis sui profert bonum.
Et malus, malum.
43 Populus Israel murmurauit contra Moysen, & Aron in solitudine, quòd carnes nō haberent, neq; cepas, & alia Ægypti.
Animus quippè eorum arida erat, Man comedentes.
Sic qui spiritualia nauseant.
44 Peccatores ex patre Diabolo sunt, & desideria illius perficere volunt.
45 Diabolus ab initio homicida fuit, & in veritate non stetit.
Et mendax est.
Et pater mendacij.
46 Omnium functionem de manu Pastoris exquiret iustissimus Iudex Deus.

ARGVMENTVM.

Quis nàm Aggressor dicatur, & vndè id dignoscatur? Nùm valeat aggressus se defendere, etiam occidendo? Et nùm excessisse videatur, si aggredientem vulnerauit? Defensio de iure est naturæ, nec excedere videtur, qui se defendit, atquè vim repellit vi. Clericum percutiēs ad sui defensionem, Diabolo suadente fecisse non videtur, neq; violentas in eum manus inijcere, sed se defendere. in nullā proindè dat pœnam. Testibus quanta sit adhibenda fides, Iudicis remittitur arbitrio.

RESPONSIO XCI.

1 Circuit sanè, circuit Aduersarius noster Diabolus, quærens quem deuoret. Apostolus nos admonet Petrus 1. 5. 9. Quia Leo est rugiens, & Lu-
2 pus rapax. Vigilare proindè nos oportet, ac sobrios esse. *Sobrij estote, & vigilate.* idè-
3 nos admonet Apostolus. Nè si fortè aduenies Dominus peregrina nos veste indutos offendat, & arrogantèr ingredientes super limen, atq; domum Domini Dei nostri iniquitate complentes, & dolo, nos iustè visitet, disperdatq;. Nequè porrò impunitū
4 hoc ipsū abire patietur. Quia, vt per Sophoniam loquitur 1. 8. *Et erit in die hostiæ Domini* (inquit) *visitabo super Principes, & super filios Regis, & super omnes, qui induti sunt veste peregrina: Et visitabo super omnē, qui arrogantèr ingreditur super limen in die illa, qui complent domum Domini Dei sui iniquitate, & dolo.* Hunc Sophoniæ locum sic
5 interpretatur Hieronymus: *Vestis filiorū Regis, & Principum indumentum Christus est: quod accipimus in baptismo, iuxtà illud ad* Ephesios 4. f. *Induite vos Christum IESVM. Et induite vos viscera misericordiæ, bonitatis, humilitatis, mansuetudinis, patientiæ, &c. In quibus præcipitur: vt induamur nouo homine cœlesti iuxtà Creatorem nostrum, & proijciamus indumentum veteris hominis cum operibus eius. Cùm ergo debeamus talibus indui vestimentis, pro misericordia induimur crudelitate; pro patientia impatientia; pro iustitia*
6 *iniquitate. Et, vt semel dicam pro virtutibus vitijs, id est pro Christo Antechristo. vndè dicitur de huiusmodi homine.* Psalm. 108. E. *Et indutus est maledictione sicut vestimento.* Veste scilicet peregrina. *Vindicabit proindè*

Dominus manifestissimè in aduentu suo, etiam super eos, qui, cùm bonis operibus in Ecclesia esse deberent, eiecerunt se ob conuersationem pessimam, & traditi Sathanæ versantur in vestibulis, imò nec in vestibulis, sed antè vestibula. Et super omnes vindicabit, qui varijs iniquitatibus, atq; peccatis implent Ecclesiam, & iniquitatibus, atq; mendacio, & miscet sanguinem sanguini. Ità Hieronymus. Induuntur planè veste peregrina, qui signis externis interioris animi, atq; cultus professionem
7 indicant. Quia nimirùm color sagi, & bandæ (vt vocant) pro quo militemus ostendit. sicuti de Iudæis quibusdam 1. *Macchabeorum 1.16.* dicitur: *Qui fecerunt sibi præputia, & recesserũt à testamento sãcto, & iuncti*
8 *sunt nationibus*. perpenditq; nec ab re *Rupertus* Abbas tropologicè locum interpretans: *Putas nè hypocrisis vestis est peregrina? Vtiq; nimis peregrina. Quid enim in vestibus magis est peregrinum, quàm sunt Lupis rapacibus vestimenta ouium, quid, inquam, magis peregrinum, quàm ei, qui intus plenus est iniquitate, foris hominibus iustum apparere?* sic Rupertus. quem sequitur *Martinus del Rio adagialium sacrorum tom. 1. adagio 1004.*
9 *Indui veste peregrina*. Et sanè Monachum non habitus, sed professio facit regularis. Neque professionem suam habitu, sed incessu probare debet honesto. ex Concilio Carthaginẽsi 4. cap. 45. in *can. clericus 8. distinct.* 41. rationem habes ex Augustino, quem refert Gratianus ibidem §. sicut er-
10 go. *Quia profectò incompositio corporis inæqualitatem indicat mentis*. & ex Clemẽte III. in *cap. porrectũ* 13. *§. inquisitioni* 1ux. respondit; Honorius III. Veneten Episcopo in *cap. ex parte tua 12. de regular. exiud. Gloss. in can. sicut bonum est 1. verbo appareuerint. 27. quæst. 1.* diximus *respons.* nostra 51. *nu.* 3. *p.* 4.

Qualis igitur mens fuerit Regularis huius, de quo nunc fabula narratur, corporis ipsius incõpositio indicat. Neq; profectò, si mens fuisset æqualis, atq; ad Deum inclinata, in suũ Superiorem se ità pessimè gessisset. Incompositio ergo corporis inæqualitatem indicat mentis. factum igitur ità nobis propositum fuit. Frater quidã, quòd tardiusculè ad Chorum accessisset, iuxtà Religionis consuetudinem, parua, & si in ipso Choro, publica pœnitẽtia affectus est. Durissimè id sentiens ille, quòd inæqualẽ mentem haberet. expletis horis (vespertinis fortassè) cùm vnusquisq; ad cellam reuersus fuisset, ipse Superioris accessit ad cellam, apertoq; hostio, eoq; ingresso, quod Superior manus aqua lauaret, clausit hostium desuper, super se, & super Superiorem suũ, pessuloq; firmauit, arreptoq; Superiore, sic pugnis eum benè lustrauit, atque ad murum capite ad tempora impegit, vt Superior super sellam pœnè mortuus decide-rit. Cùmque ille, vt oculum eidem erueret, fatigaret, Superior ipse è vicina tabella, paruo cultro sine acie arrepto, vt se de manibus vulnerantis, necantisq; dissolueret, cultro ipso vulnus in capite semel inflixit; neq; proficiens, en quartò vulnerauit. Effluente igitur sanguine, cùm aliquantisper requieuisset, Superior hostio aperto, Fratrum auxilium vocauit; & sic de manibus eius exiuit. Re ad Prouincialem delata, quòd testes de facto principali nulli sunt. Superior apud eum veritatẽ, vti se habuit, exposuit. Frater verò ille, quòd inæqualis sit mente, aliter factum enarrat, se ipsum excusans, Superiorem incusans. quòd ille *Masealzone* eidẽ dixerit; ipse verò *ni mieni per la gola*, responderit, & sic ad manus deuenerint. Quia verò diffugere haud potest Superioris ad cellam ipsum primò accessisse, peregrina se veste contegens, id fecisse narrat, vt se exculparet, quòd ad Chorũ tardiùs accessisset; & vt veniã peteret extrà abeundi. Si autem hæc ità se haberẽt: vt quid hostium claudere, illudq; pessulo
11 obfirmare? Verisimilia nõ hæc itaq; sunt. Verisimile verò, quod non est, falsitatis habet specimen; nec facilè præsumitur. ex Vlpiano lib. 5. opinionum in *l. non est verisimile 23. in princ. ff. de eo, quod metus causa gestum est*. & Alexandro III. Decano Cassien in *cap. quia verisimile non est 10. de præsumpt. Rota* apud *Card. Mantic. decis. 6. num. 2.* diximus *respons.* nostra 59. *num.* 30. *par.* 3. *Tiraq. in l. si vnquàm. in præfat. num.* 40 *C. de reuoc. donat. Menoch. de arbit. lib. 2. centur. 1. casu* 85.
12 *nu. 1. cum seqq.* vbi etiam Iudicis id remitti arbitrio asserit, quæ verisimilia, quæuè sint inuerisimilia. sequiturq; *Gerius Spino cons. 27. num. 10. & 17.* plura cumulat *Barbosa axiom. 223. nu. 5. & 6. & nu. 7.* inferens ibidem: Et ideò nec credendum, nec dicendum. imò nec attendi debet.

De tribus itaq; hac in re in difficultatẽ est itum. Primũ, fuerit nec nè verè aggressor dictus Frater, qui primò Superioris ad cellam accessit? Secundum. Excesserit nè in se defendendo Superior aggressus, quòd cultro, & si cuspide carente, aggressorem nec semel vulnerauit. & num in sententiam dederit canonis *si quis suadente diabolo 29. 17. quæst. 4.* Tertium verò: Cui magis ex duobus stare Superior Prouincialis debet, cùm vterque diuersimodè factum narret: Superiori nè, vel Subdito?

Quòd fuerit verè Aggressor Frater ille, qui primò Superioris ad cellam accessit; in dubium reuocari id minimè debet gen-
13 tiũ. Aggressor quippè is dicitur, qui prior dat causam, vt alter irascatur, atq; iniuriã propellat illatam. Alphenum lib. 2. Digestorum assertionis Doctorem damus in *l. si ex plagis 52. §. Tabernarius in semita. ff. ad*

legem

legem Aquiliam. Cùm enim Tabernarius in
semita noctu super lapidem lucernam po-
suisset: & quidam præteriens eam sustulis-
set: Tabernarius eum consequutus lucer-
nam reposcebat,& fugienté retinebat: ille
flagello,quod in manu habebat,in quo do-
lor inerat,verberare Tabernarium cepit,vt
se dimitteret: & ex eo maiore rixa facta,
Tabernarius ei,qui lucernã sustulerat,ocu-
lum effoderat: Consulebatur, nùm damnũ
iniuria non videretur dedisse, quoniam
prior flagello percussus esset?

*Respõdi,ni data ad hoc opera effodisset oculũ,
non videri damnum iniuria fecisse. Culpam
enim penès eum, qui prior flagella percussisset,
residere.* rationem *Gloss.* ibidem verbo *ni da-
ta ad hoc opera.* satis ad rem nostrã concin-
14 nam reddere videtur. *Quia ex quo inconti-
nenti fecit,præsumitur,quòd ad sui defensionem
fecerit; vt aggressor interim eum non inuadat.*
conciniteq; Vlpianus lib.18. ad Edictum in
*l.1. §.cùm arietes. ff. si quadrupes pauperiem
fecisse dicatur.* De arietibus namq;, siuè bo-
bus, qui simul commiserant, & alter alterũ
occidisset; cuius dominus damnum resar-
cire teneretur perquisitus. ità respondit:
*Quintus Mutius distinxit; vt siquidèm is pe-
riisset, qui aggressus erat, cessaret actio; si is, qui
non prouocauerat, competeret actio.* Qui pri-
mò igitur prouocauit,is aggressor dicitur.
sat verò est, si aggressus se se defendat, nè
15 pereat.in nihilo igitur tenebitur. Quia ni-
mirùm in eum sacræ leges insurgunt, qui
vim facere tentauerit, & alteri parti causã
malorum præbuerit; vt etiam supplicium
capitale excipiat. statuit Cõstantinus Au-
gustus Imperator ad Catulinum Procon-
sulem Africæ scribens in *l. quoniam multa
facinora 6. C. ad legem Iuliam de vi publica,
& priuata.* Ni enim aggressus hic Superior
fuisset, non vtiq; se tueri aduersus vim in-
16 ferentem eum oportuisset. Non itaquè fuit
in culpa,quòd aggressorem vulnerauit, ne-
què si occidisset, iniuria fecisse videretur.
ad Alexandri III. ad Exonen Episcopum
responsionem in *cap. lator præsentium 9. de
homicid. voluntar. & casual. extrà.* rationem
refert *Gloss. in cap. si quis propter necessitatẽ 3.
in gloss. fin. in fin. de furtis.* Quia nõ interfe-
17 cit aggressus, sed potiùs ipse se interfecit,
qui aggreditur. Glossam sequitur *Glossella
marginalis d. l. 1. §. cùm arietes. ff. si quadrupes
pauperiem fecisse dicatur.* optimèq; ad rem
nostram *Bartholom. Cepoll. consil. crimin. cons.
29. nu. 7. & 9.* plenè deducit *Alciat. de præ-
sumpt. reg. 3. præsumpt. 39. num. 4. & seqq. Me-
noch. de arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 4. casu 363.
18 num. 1. & seqq.* Coniecturas referens, qui-
bus aggressus quis præsumatur; eamquè
primò numerat,qui aliqua iniuria affectus
fuerat. Frater hic per Superiorem fuit pę-
nitentia affectus. ipse itaq; aggressor fuit.
Potissimùm verò, quòd horis expletis, ipse
ad cellam Superioris accessit, ostiumq;
etiam pessulo obfirmauit. vt ex Cicerone
oratione pro Milone perpẽdit *Menoch. ibid.
num. 5.* sequiturq; *Petr. Caball. centur. 3. casu
231. nu. 6. & seqq. Horat. Persius cons. crim. 2.
num. 8. Octauian. Vulpell. cons. 114. num. 3. &
19 seqq.* Ipseq; viribus esset obfirmatior; atq;
præterea cõsuetus rixari. vt idem *Menoch.
d. casu 363. num. 6. & 7. & num. 12. Persius d.
cons. 2. num. 8.* aduertunt.

20 Nullo itaq; modo excessisse Superiorem
in se defendendo dicendũ erit, quòd quatuor,
vel etiam quinque vulnera cultro illo, & si
paruo, in Fratrem illum inflixerit. Cùm
enim perseueraret, ille pulsans, verberansq;,
vt oculum etiam effoderet, propter impro-
bitatem tamen, vt illum repelleret, potuit
perseuerare Superior in se defendẽdo. Nõ
enim iniuria id fecit, vt illum aggressorem
vulneraret; sed se defendendo, vt illum re-
21 pelleret, neq; perseueraret pulsans, fodi-
cansq; oculum; quàmuis occidisset. Caium
excipe lib. 7. ad Edictum Prouinciale in
l. itaq; si seruum 4. ff. ad leg. Aquil. id definiẽ-
tem, sic enim ipse: *Itaq:* (inquit) *si seruum
tuum latronem insidiantem mihi occidero, secu-
22 rus ero: nàm aduersus periculum naturalis
ratio permittit se defendere.* & sanè absolutè
id natura permittit, quemlibet scilicet, cui
periculum immittit. vt Accursij *Gloss.* ibi-
dem occurrit. Defendere. *id est deprehen-
dere, & occidere.* Nequè eidem se conqueri
23 licet; *Nàm cùm liceat vim vi repellere,
quod fecit, passus est.* vt ex Põponio lib. 28.
Vlpianus lib. 11. ad Edictum respondit in
*l. sed & partus ancillarum 12. §. quæri poterit.
ff. de eo, quod metus causa gestum erit.* & quod
24 iniustè fecit, ipse iustè patiatur. ex Augu-
stino in *can. nemo Episcopus 11. in fin. 2. q. 1.*
Non excessit itaq;, qui etiam, vt se de oc-
cidentis manu eriperet, occidere poterat.
25. Neq; porrò damnum dedisse videtur, cũ
alitèr se tueri non posset. vti Paulus lib. 64.
ad Edictum respondit in *l. nemo damnum
194 ff. de regul. iur.* ibiq; *Gloss. in fin.* Quia
26 nimirùm: *Is, qui aggressorem, vel quemcunq;
alium in dubio vitæ discrimine constitutus oc-
ciderit, nullam ob id factum calumniam me-
tuere debet.* ex Gordiano Cæsare in *l. is, qui
aggressorem 2. C. ad l. Cornel. de Sicar.* ratio-
nem ipse reddit Gordianus in *l. si quis per-
27 cussorem 3.* ibidem: *Quia defensor propriæ
salutis in nullo peccasse videtur.* In foro etiã
Cœli. vt cõtra *Gloss.* Accursij in *l. vt vim 3.*
verbo *nàm iure. ff. de iustit. & iure.* tutati
Nos fuimus *respons.* nostra *31. nu. 17. par. 4.*
firmamusq; ex Stephano Papa V. ad Sichi-
bertum Corsicæ Episcopum in *can. quia te
quasi obnoxium 38. dist. 50.* & *Gloss.* ibidem
verbo *indè canonicè.* quam cõmendat *Glos-
sella marginalis* ibidem. nec abnuit *Sanctu*

Thomas

Thomas 2.2. quæst 64.art.7. Couar.in clem. si furiosus.3.par.relect.in § seq.num.1.Petr.Binsfeld. de iniuriis,& damno dato. cap.1.quæst.5. conclus.1. & seq. Diana resolut. moral. par.5. tract.4.de homicid.resolut.1.& 2. Petr.Caball. in tract. de omni genere homicidij. num.67. & seqq. Ferdinand.Vasq.Menth.ac. illustr. controu. lib.1.cap.18.num.3.& seq Iul.Clar.§.fin. verbo *homicidium.nu.24.& 25. Farinac.in praxi quæst.125.à num.1.* regulam firmans,camq; declarans. In peccatum proinde nullum
28 dedit hic Superior se defendendo, quia quod sibi naturæ erat iure insitum, fecit. non itaq; in canonem dedit *si quis suadente Diabolo 29. 17.quæst.4.* Quia non Diabolo suadente, sed natura hoc fecit permittente, atq; dictante,se ipsum defendendo,atq; vim repellēdo vi.ex Florētino *d.l.vt vim 3. ff.de iustit.& iure.*& Isidoro in *can.ius naturale. dist.1.* & Innocentio III. in *cap.significasti nobis 18.in fin.de homicid.voluntar.& casual.* & Innocentio IV.in Concilio Lugdunen in *cap.dilecto filio 6. §. & quidem cùm licitat.de sentent.excommun.in 6.*excipitq; *Glo.* in verbo *violentas. d.can.si quis suadente.*Vel
29 cùm aliquis defendendo se percutit Clericum. dicens: Quia nimirùm iàm non peccat, neq; etiam in canone incidit. Nec potest in eo violentia notari, qui se defendendo percussit. ex Alexandro III. Senonen Archiepiscopo in *cap.1.in fin.*& in *cap. si verò 3. §.si verò clericum* ibiq; *Gloss.*verbo *vim vi,*& *cap.ex tenore litterarum 10.de sent. excommun. extrà.* latè deducit, multos suo referens more *Carol. de Graff.de effect.lib.clericat. effectu 9. in 23.limit. num.238. & seqq. ad 243. Sayr.* qui & ipse plures refert *in Thesaur.lib.3 cap.27. in septima casu. nu. 17. & seqq. Alphons. de Leone de censur.recoll.5. num.294.*verbo *conclusio. manus violentas. & num.295.& seqq.*
30 Fuitq; percussio huiusmodi cum moderamine inculpatæ tutelæ; eatenùs enim percussit,quatenùs ferientem, percutientē, & per improbitatem vellentem reiecit, vt perpendit *Sayrus d. cap.27. num.18. & Alphons.de Leone eadem recollect.5.num.303.* In nullā proindè dedit canonis prædicti censuram.Sicuti benè,vereq; dictus Frater dedit, qui manus violentas ità improbitèr in proprium Pastorem Diabolo iniecit suadente: Hanc itaq; ob causam nulla nænijs eius præstanda fides erit, quòd ad cellam accesserit Superioris,vt à culpa, quòd tardiùs ad Chorū accesserat, se purgaret. Neque profectò verisimile est, illa vna vice tardiùs ad Chorum eum accessisse, vt vigilans Pastor morbosæ oui pœnitentiam iniunxerit. Et si fecisset, neq; ei iniuriam intulisset, cùm tardiùs accesserit. vt diceret
31 inde,nè iniuria ei,quod paterfamilias *Matthæi 20. 13.* quidam dixit: *Amice non facio tibi iniuriam. Tolle quod tuum est, & vade.* tardiùs venisti. pœnitentia admoncaris,nè in futurum differas. Neq; enim cuiq; ho-
32 minum seruiturus accedis,sed Deum præpotentem laudaturus, quē laudant simul astra matutina. iuxtà illud Iob 38.7. *Cùm me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?* Fecit igitur quod sui erat Superior,& erga subditum,iàm eidem optimè notum. A semetipso hoc enim sciebat,non quòd alij eidem dixissent de eo. ex *Ioan.* 18.34. quando Pilato interroganti:*Tu es Rex Iudæorū? Respondit IESVS: A temetipso hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me?* Quod si ad cellam accessit, à culpa vt se purgaret: Cur sanè, & hostium clausit, illudq; pessulo obfirmauit, nè extrà prodire Superior posset, eiusq; manus effugere? Ipse itaq; videat Prouincialis: Quanta fides huic sit adhibenda Fratri, qui à suo rebellauit Superiore,eiq; ità improbitèr manibus allocutus fuit: nè & ipsi quoquè deterius aliquid cōtingat,si hoc impunè abire factum permiserit. Perpendat quippè, quid Callistratus lib. 4. de cognitionibus in *l.testium fides 3. §.ideòq; diuus. ff. de testib.*
33 ex Diuo Hadriano respondit: Eum,qui iudicat, magis scire posse, quanta fides sit adhibenda testibus: dicens: *Verba Epistolæ hæc sunt: Tu magis scire potes,quanta fides adhibenda sit testibus: qui, & cuius dignitatis,& cuius æstimationis;& qui simpliciter visi sunt dicere,& vtrum vnum, eundemq; & præmeditatum sermonem attulerint an ad ea, quæ in-*
34 *terrogaueris ex tempore verisimilia responderint.* Nàm *Testium fides diligenter examinanda est: ideòq; in persona eorum exploranda erunt, in primis conditio cuiusq;: vtrum quis Decurio,an Plebeius sit: & an honestæ, & inculpatæ vitæ: an verò notatus quis, & reprehensibilis, an locuples, vel egens sit, vt lucri causa quid facilè admittat; vel an ei inimicus sit,aduersus quem testimonium fert.* idem tradit Callistratus eadē *l.3. in princ.* & Modestinus lib.8. regularum in *l. in testibus 2. ff.*
35 *eodem.* sic ipse regulam statuēs: *In testibus autē fides,dignitas,mores,grauitas examinanda est: & ideò testes, qui aduersus fidem testationis suæ vacillant,audiendi non sunt.* Cuius autem dignitatis,& conditionis,& morum integritatis, & ante actæ vitæ laudabilitèr per triginta, & ampliùs annos in Religione ductæ hic sit Superior, hoc manifestum
36 est. Præsumendum est igitur,hunc veritatem dixisse,qui simplicitèr,& sine fuco statim illam aperuit. *Quia* nimirùm (vt Gre-
37 gorius Papa ad Maximum Episcopum in *cap.mandata cœlestia 6.in fin.de præsumpt.*) scribit: *ex transacta in te vita didicimus,quid de sequenti vita tua præsumamus.* Nequè
38 porrò hunc mentitum fuisse præsumendū, qui contrà se ipsum etiam, factum narrauit:

uit. ex Paulo lib.5.responsorum in *l.quaro,*
an si seruus 58. §. seruum dupla. ff. de ædilit.
edict. quem perpendit ad rem nostram *Me-*
noch.de arbitr.Iudic.lib.2 cent.1 casu 99.nu.8.
9. & 11. sequiturq; *lib.2.centur.6.casu 539.*
nu.2 & num.14.& d.casu 85.à num.1. Gerius
*Spino d cons.27.nu.10.& 17.cum seqq.*Et ipse
in sua cella aggressus fuit, & importunè à
suo subdito habitus. Et certè quàm benè
eum hic tractauerit subiectus, & manibus,
& pugnis, perspicacissimè hoc apparet in-
spectione oculari, quę contemnenda non
39 vtiq; est. ex Paulo lib.1. quæstionum in
l.minor viginti annis 33. in princ. ff.de minor.
viginti quinq; annis. ex Vlpiano lib.6. de
officio Proconsulis in *l. si irruptione flumi-*
minis 8. §.ad officium Iudicis. & Paulo lib.3,
responsorum in *l.eos terminos 12. ff. de indi-*
cio finium regundorum. Rota apud *Card.Man-*
tic. decis.79. num.4. & apud sanct. memor.
Gregorium XV. decis.575. nu.6. diximus *res-*
*pons.*nostrâ *37.num.64.par.4.*
40 Mentitum autem apparet, hunc fuisse,
qui recedens ab eo, quod dixerat; ad Su-
perioris cellam accessisse, vt culpa se pur-
garet, quòd tardiùs ad Chorum accessisset,
adiunxit. accessisse paritèr, vt extrà abeun-
di licentiam peteret. Non vtiquè se pur-
gasset, qui statim, vt extrà abire liceret, ve-
niam petiturus accesserat. Indicasset vtiq;
animo non firmo esse permanendi in Con-
uentu, sed exteriùs consolationes perqui-
rere, vt quem nausearet anima super terræ
promissionis cibis. indè proposuisse: Su-
periorem dixisse ei: *Mascalzone.* ipsum ve-
rò in promptu respondisse: *Ne mienti per*
41 *la gola.* ex abundantia enim cordis os lo-
quebatur. vti Dominus Pharisæis iurè ex-
probrauit *Matthæi 12.34.* dicens: *Progenies*
viperarum quomodò potestis bona loqui, cùm
sitis mali? ex abundantia enim cordis os loqui-
tur. Rationèq; reddidit ipsemet Lucę 6.45.
42 *Bonus homo de bono thesauro cordis sui pro-*
fert bonum; & malus homo de malo thesauro
profert malum. Ex abundantia enim cordis os
loquitur. Eructabat porrò, quo erat plenus,
sedens adhùc super ollas carniũ, & cepas,
43 & allia Ægypti. Sic murmurauit omnis
Congregatio filiorũ Israel contra Moysen,
& Aaron in solitudine olim. Exodi 16. 3.
Dixeruntq; filij Israel ad eos; vtinàm mortui
essemus per manum Domini in Terra Ægypti,
quando sedebamus super ollas carnium, & co-
medebamus panem in saturitate: Cur eduxistis
nos in desertum istud, vt occideretis omnẽ mul-
titudinem? & Numeri 11.5. fleuerunt: *Quis*
dabit nobis ad vescendũ carnes? Recordamur
piscium, quos comedebamus in Ægypto gratis:
in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepo-
nes, porri, & cepę, & allia. Anima nostra arida
est, nihil aliud respiciunt oculi nostri, nisi Man.
Erat igitur arida anima eius, meritò cibos
eructauit Ægypti, quibus erat plenus. Ve-
stitus enim erat veste peregrina. Visitent
ergo Patres super omnem, qui arrogantèr
ingreditur super limen in die ista, qui cõ-
plent domum Domini Dei sui iniquitate,
& dolo. Et quidèm in lege quid scriptum
est? Quomodò legunt? vti Dominus legis
illi perito, sed tentanti eum. *Lucæ 10.26.*
respondit: *In lege quid scriptum est? quo-*
modò legis? non vtiq; in lege scriptum in-
uenient Sancti Patris Francisci: *Mascalzo-*
ne. cùm omnes discalceati incedant. *Ne*
mienti per la gola. Non hæc sunt verba Pa-
44 tris. ni audire velit: *Vos ex patre Diabo-*
lo estis, & desideria patris vestri vultis facere.
45 *ille homicida erat ab initio, & in veritate non*
stetit: quia non est veritas in eo: cùm loquitur
mendacium, ex proprio loquitur, quia mendax
est, & pater eius. Dominus Iudæis contesta-
tus fuit *Ioannis 8. 44.* ex Diabolo itaq; ver-
ba illa (mendacium vtiq;) protulit. Au-
ferant igitur malũ à se ipsis, & ad cor per
pœnitentiam Fratrem reducant Superio-
46 res, nè in peius dilabatur. & sanguinem
eius de manu eorum exquirat iustissimus
Iudex. *Ieremiæ 23.3.4. Ezechielis 33.& 34.*
canon.cognouimus 19.in fin. 18.quæst.2. cap.
irrefragabili 13. in princ.de offic. Ord. cap.fin.
in princ.de regular.
Atq; ità ex his, Aristarchi non abiecto
supercilio, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Voluntates hominum supremas peruertere per-*
niciosum.
Quia non est aliud, quod hominibus magis
debeatur, postquàm hinc demigrauerint,
quàm quòd firma eorum sint iudicia.
Seruari proindè debebunt. num.40.
2 *Hæreditates aliorum, qui captant, inuisi omni-*
bus, & exosi habentur.
Quid verò sit captare hæreditates enuclea-
tur. num.3.
Qui alios videlicèt testari impediunt, vel
prohibent.
Vt ipsi hæreditates percipiant, meritissimè
feriuntur pœna. num 4.
In hoc enim student; vt præter defuncti vo-
luntatem eorum corrodant hæreditates.
num.5.
6 *Captare cœnam Martialis dixit.*
7 *Testamentum, qui pro se ostendit integrum, nõ*
cancellatum, neq; abolitum, neq; ex qua-
cunq; sua forma parte vitiatum, hic hæ-
res declarari debet, & in possessionem im-
mitti bonorum. & num.39.

8 *Hære-*

8 *Hæredis instituti morte, qui testatorem præuenit, testamentum caducatur.*
Quod tamen declara. num.41.
9 *Hæreditas quandiù ex testamēto adiri potest, ab intestato non defertur.*
10 *Testati causa intestati prætensionem cessare facit, ac proruit.*
11 *Testatoris voluntas verbis exarata de rebus suis disponentis, legem facit. & nu.47.*
Seruanda igitur. num.48.
12 *Testamentum post mortem confirmatur disponentis.*
Alioquin non dùm valet, dùm viuit, qui testatus est.
13 *Conditionibus in institutione adiectis ab hærede parendum est.*
14 *Dictio* (ex nunc) *ad tempus refertur facti.*
Temporisq; inchoationem designat. nu.15.
Atq; futurum denotat effectum. nu.16.
17 *Dictio* (prout ex tunc) *extremum temporis denotat implementum.*
18 *Substitutio secunda est institutio.*
Et in defectum ordinatur institutionis.
19 *Vulgaris substitutio id operatur, vt ab ipsa testamentum vires assumat.*
Et in hoc potissimùm inuenta, vt per eam caducorum aboleatur ratio.
Futurisq; prospiciatur.
Decedentiumq; firmæ sint voluntates.
Morte proindè sequuta testatoris nil sortitur aliud, quàm actum secundum. nu.21.
Namq; in actu primo, & in potentia firma semper fuit.
Habet proindè locum, etiam instituto decedente viuo testatore. num.22.
Vulgaris substitutio in fauorem ordinatur testatoris, hæredem habere intendentis. num.23.
Sat proindè erit, institutum non esse hæredē. num.24.
Vel quia noluit.
Vel quia non potuit.
Mortuo proindè hærede, statim in actu signato conditio extat substitutionis. nu.25.
Et testatore mortuo, in exercitiū deducitur.
Exitum propterea habere debebit substitutio. num.26.
27 *Conditio si impleta fuerit, sub qua quis substitutus vulgaritèr fuit, sinè viuo adhùc testatore, siuè mortuo, statim, ipsoquè iure substitutio locum habet. & nu.43.*
Vt sat fuerit, conditionem de facto impleri. num.28.
Et quandocunq; moriatur hæres, siuè viuo, sinè mortuo testatore, substitutio locum habet. num.29.
Ratio assertur. num.30.
Sufficit verò, conditionem casualem, vel mistam semel impleri, viuente quoq; testatore. num.31.
Tresertim verò si conditio simplex fuerit, nō promiscua. num.32.
30 *Testantium iudicia, nimia sensus subtilitate, sua firmitate defraudari non debent.*
Et iura vbi aperta sunt, dubitandum nō est, vbi nulla est dubitatio. num.33.
34 *Vulgaris substitutio, dicitur institutio.*
Quia sub conditione fit, si hæres non erit. num.35.
Atq; per eam testatori succeditur. nu.36.
Et omnis vulgaris substitutio institutio dicitur. num.37.
Vt sat fuerit etiam viuente testatore, institutionem cessasse, mortuo hærede instituto.
42 Textus *expenditur* in l. toties videtur 80. ff. de acquir. vel omitt. hæred.
44 Codicillares *clausulæ voluntatem declarant Testatoris, eamq; in apertum deducunt, velle illam effectum sortiri.*
Et vt illam sanctitatem, firmamq; habeant. num.45.
Nec refert ex stylo adiēci Notariorū. nu.46.
Semper ex voluntate præsumuntur adiectæ testantium. num.49.
Cùm eius sint proficuæ voluntati. nu.50.

ARGVMENTVM.

Hæreditates, qui captant aliorū, vt voluntates peruertant testatorū, pessimi. quam ob rem quid captare hæreditatem sit, aperitur. quauè multa is feritur, qui hoc ausus fuerit. Testati causa intestati proruit causam. Substitutio secunda est institutio. Vulgaris substitutio id operatur, vt testamentum ab ea vires sumat, & caducorū ratio aboleatur. siuè testatore viuente, siuè eo defuncto, hæres institutus occasum videat. Sufficit verò, conditionē exijsse, sub qua vulgaritèr quis fuerat substitutus. Namq; vulgaris substitutio, institutio dicitur, & per eam testatori succeditur. Hanc ob causam *textus* perpēditur in *l. toties videtur* 80. *ff. de acquir. vel omitt. hæredit.*

hæredit. Clausulæ codicillares quid operentur, & quid si ex stylo adijciantur Notariorum? Nàmq; ex voluntate adiectæ præsumuntur testatorum, & illorũ voluntati sunt proficuę.

RESPONSIO XCII.

1 HOminum supremas volũtates peruertere perniciosum. Quia nihil est aliud, quod hominibus magis debeatur, postquàm hinc demigrauere, quã quod eorum de rebus suis iudicia firma habeantur. ex Constancino Augusto in
2 *l.1. C.de sacros. Eccles.* Exosi proindè, omnibusq; inuisi habiti sẽper hi fuere, qui aliorum hæreditates captare curane; siuè quòd
3 testatores de rebus testari suis prohibent; siuè quòd postquàm abierint, nè eorum supremæ effectũm sortiantur voluntates, im-
4 pedimento sunt. Iure igitur quam meritissimo Diuus Hadrianus constituit, denegari eis deberi actiones: denegatisq; actionibus Fisco locum fore. Vlpianus testatur lib.48. ad Edictum in *l.1. ff. si quis aliquẽ testari probibuerit, vel coegerit.* Captãt namq; hæreditates aliorum; siuè extraneus institus; siuè agnatus non institutus fuerit. ve
5 *Gloss.* ibidẽ verbo *qui dùm captat.* commentũ agit. Student enim, artificiosèq; nituntur, structis etiã thecnis, vt præter defuncti voluntatem, eorum corrodant hæreditatem.
6 Lepidius tamen Martialis ad Maximum scribens, cœnam captare se dixit:

Capto tuã, pudet heu, sed capto Maxime cœnã:
Tu captas alias; idm sumus ergo pares.

Aduertitq; *Ioannes Thuillius* ad *emblema* 116. Andreæ Alciati eruditissimi Viri. ad verba *Et prandia captat.* Hęreditatẽ captare nunc tentant agnati, quòd hæredes instituti nõ funeà quondã Clerico Nicolao Bendono Ciuitatis Barij, sed Clericus Ioannes Baptista Bembus, vt ipse illam non habeat, atq; voluntatẽ peruertant defuncti testatoris. Hic namq; Clericus Nicolaus præcedenti anno 1649. die vltima Augusti. Cũm supremas sibi scripsisset tabulas manu Notarij Cæsaris Folchini, hæredẽ in illis vniuersalem dixit Maximianam Thelosendi matrem. verùm, quia illa ætate satis grauis erat, atq; in diebus suis processisset, timẽs sibi, quod accidit, nè sibi præmoreretur: sic intulit substitutionem: *Con conditione però, che morẽdo detta Massimiana sua madre, & herede vt suprà, la quale al presente è d'età graue, e non hà altri figli, se non esso testatore, habbia, e debba socedere nell'heredità predetta il Clerico Gio. Battista Bembo figlio di Notare Geronimo Bembo, quale da mò per all'hora lo sostituisce nel caso predetto herede vniversale, e particolare sopra tutti li beni di esso testatore, &c.* Maximiana, testatore in humanis adhùc agente, supremum vidit diem. nec multò posteà testator. Bembus hęreditatem sibi deferri apud Archiepiscopalem
7 Curiam Baren instat. Testamentum pro se ostendit integrum, non cancellatum, neq; abolitum, nequè ex quacunquè suæ formæ parte vitiatum. ad Iustiniani Cæsaris mentem in *l fin. in princ. C. de edict. diu. Hadr. toll.* Hæredẽ propterea se declarari petit, sibiq; hæreditatem deferri. *Rota* apud sanct. memor. *Gregorium XV. decis* 206. *nu.*1. & apud *Duranum* Episcopum Vrgellen *decis.* 178. *num.*4. *par.*1. quæ est etiam *decis.* 233. *num.*5. *par.*5. *recent. per Rubeum. Menoch. de adipisc. possess. remed.*4. *num.*368. *Peregr. de fideicom. art.*48. *num.*1. *& seq.* Opponunt se tamen ei ab intestato venientes agnati, quòd morte
8 Maximianæ, quæ testatorem præuenit, testamentum ab eo conditum, caducum euaserit. ex Vlpiani sensu lib.13. ad legem Iuliam, vel Papiam in *l. toties videtur* 80. *ff. de aequir. vel omitt. hared.* ibiq; *Gloss.* verbo *nam si mortuus esset.* antè scilicet aditam hęreditatem. ab intestato proindè deberi eis hæreditatem. *Magon. decis. Florent.* 4. *nu.*26. *Paris. consil.*60. *&* 61. *nu.*1. *vol.*2. Verùm respondet Bembus. ex Vlpiano lib.46. ad Edictũ in *l. quandiù* 39. *ff. de aequir. hared.* dicente:
9 *Quandiù potest ex testamento adiri hæreditas, ab intestato non defertur.* Quia nimirùm ex Paulo lib.10. quæstionum in *l. quandiù* 90. *ff. de regul. iur.* Quandiù possit valere testa-
10 mentum, tandiu legitimus hæres non admittitur. Quoniam testati causa intestati proruit prætensionem, atq; testamentaria successionis spe durante, intestato bona defuncti non rectè vindicantur. ex Diocletiani, atquẽ Maximiniani Augustis responsione in *l. antequàm scriptus hares* 8. *C. commun. de success.* nec abnuit *Surd. consil.*268. *n.*46. *vol.*2. Posse iure Nicolai ex testamento hęreditatem adiri. non admitti proindè legitimos hæredes. Est itaq; causæ huiusce status: Adiri nè possit Nicolai ex testamento hæreditas, vt Bembo detur, firmaq; testatoris habeatur voluntas; vel infirmatam illam Maximianæ supremo funere fuisse, vt ab intestato venientes admittãtur agnati? Esse testamento locum, atq; ex illo adiri hæreditatem, Bemboq; dari responden-
11 dum censemus. Verba proindè perpendamus testatoris, quibus suã aperuit voluntatem, quæ non longè antè protulimus, legemq; nobis faciunt. ex Iustiniano Cæsare in *§. disponat. in authent. de nupt. collat.*4. Hæredem namq; Maximianam matrẽ dicens,

ſic dèmùm intulit : *Con conditione però, chè
morendo detta Maſſimiana ſua madre,& here-
de, vt ſuprà,la quale al preſente è d'età graue;
e non haue altri figli; ſe non eſſo teſtatore, hab-
bia, e debba ſoccedere nell'heredità predètta il
Clerico Gio. Battiſta Bembo figlio di Notare
Geronimo Bembo, quale da mò per all'hora lo
ſoſtituiſce nel caſo prèdetto, herede vniuerſale;
e particolare ſopra tutti li beni d'eſſo teſtato-
re, &c.* Cönditionalitèr igitur Maximia-
nam matrem hæredem inſtituit : quatenùs
ſcilicet poſt ſuprema Ipſius diſponentis ſu-
nera ſuperſtès ipſa eſſet. Præuidebat nam-
què teſtator ipſe,fieri facilè poſſe,vt Ache-
rontē mater primò peteret, *la quale al pre-
ſente è d'età graue*, atquè propterea cadu-
caretur teſtamentū. nè hoc accideret, ſub
conditione hæredem illàm nuncupauit,
quatenùs vitali perfrueretur aura; alioquin
ex nunc, prout ex tunc *(da mò por all'hora)*
ex humanis videlicèt Maximiana,vel antè,
vel poſt diſcedente; *ſoſtituiſce nel caſo pre-
detto herede vniuerſale, e particolare* dictum
Clericum Ioannem Baptiſtam Bembum,
vt ille videlicet, teſtatore ex præſentibus
abrepto,hæreditatem caperet; neq; ab in-
teſtato venientes locum inuenire poſſent :
Duo quippè perquitebantur; vt Maximia-
na hæres ſub conditiòne inſtituta, hæredi-
tatem caperet; vt videlicèt mortem primò
12 teſtator obiret. Pòſt mortē namq; diſpo-
nentis teſtamentum cōfirmatur. Paulo ad
Hebræos 9. 17. dicente: *Teſtamentum enim
in mortuis confirmatum eſt: altoquin non dùm
valet, dùm viuit, qui teſtatus eſt.* Innocentio
Tertio confirmante in *cap. cùm Martha 6.
§. cæterùm ſicut ſuperiùs eſt expreſſum. de ce-
lebrat.miſſar. Gloſſ. in cap.fin.* verbo *vltimam
voluntatem. de ſucceſſ. ab inteſt.* ex Gregorio
Papa in *can. vltima voluntas 4* ibiquè *Gloſſ.
13 quæſt.2.* diximus *reſponſ.* noſtra *92.nu.19.
par.4.* Secundo verò,vt ipſa ſuperſtès teſta-
13 tori eſſet. Neutro eorùm ſuccedente: nàm
conditionibus parendum erat : ex Paulo
lib. 2. ad Sabinum in *l. ſi haredi plures con-
ditiones 5. ff. de condit. inſtitut.* locus aperi-
retur ſtatim,ipſoq; facto, ac repentè Cleri-
co Ioanni Baptiſtæ Bembo, vt ſucceſſionē
ſubiret ipſe. Ex nunc quippè, proùt ex tūc
morte ſequuta Maximianæ (ſiuè antè, ſiuè
poſt ſuprema teſtantis ſunera obiret illa)
antequàm hęreditatē caperet : eius namq;
mortem perpendit teſtator, *che morēdo det-
ta Maſſimiana*; ſubſtituit illum ſubſtitutio-
14 ne vulgari. Dictio namq; illa *ex nunc*, ad
tempus refertur facti; mortis videlicèt Ma-
ximianæ. ex *Caſſador.deciſ.3.num.10.de pro-
15 bat. Pariſ. conſ.82.num.17.vol.4.* temporiſq;
inchoationem deſignat. ex *Mareſcott. va-
riar. reſolut. lib.2. cap.39.num.2.* atquè futu-
16 rum denotat effectum, cùm ſcilicet mor-
tua Maximiana; teſtator & ipſe occumbe-
ret. *Barboſa de dictionib. dict.117. num.1.*
17 Sicuti dictio illa *proùt ex tunc* extre-
mum temporis denota: implementum. ex
Pomponio lib.3. ad Sabinum in *l ſi ijs lega-
tum eſt 4. §. ſi ità ſcriptum ſit. ff. de condit. &
demonſtrat. Barboſa dict.118. nu.1.* Extremo
igitur facto tempore,quòd Maximiana,vi-
uente adhùc teſtatore, ſatis occubuit; &
poſtmodùm teſtator reſpiratione interce-
ptus vitali fuit,caſus factus eſt ſucceſſionis
Bembi, ac teſtamentum ſuas aſſumpſit vi-
res. Ex tèſtamentò proindè, quod firmum
eſt; hæreditas deferretur, non ſanè ab in-
teſtato. Cùm teſtati inteſtati proruat cau-
18 ſam, atq; diuellat,vt in ſuperioribus dixi-
mus : ſitq; ſubſtitutio ſecunda inſtitutio,
quæ in defectum ordinatur Inſtitutionis.
ex Vlpiano lib.6. ad Sabinum in *l. quandiù
prior hæres 3. ff. de acquir. vel omitt. hæred.
Bald. in rubr. C. de impuber. & alijs ſubſti tut.
Gloſſella marginalis in d.l.quandiù.* vt ab ipſa
19 vulgari teſtamentum vires aſſumat ex Vl-
piano lib.1. ad Sabinum in *l. & ſi præcepe-
rit 3. §. ſi ità teſtatus ſit paterfamilias.* ibiquè
*Alexand. ff. de liber. & poſthum. hæred. inſtit.
Gloſſ.* in arbore Inſtitutionum poſt titulum
*ff. de hæred. inſtituend. §. vulgaris inſtitutio. in
2. effectu. Alexand. Tremacinq. de ſubſtitut.
par.1. cap.1. num.1. Fuſar. de ſubſtitut. part.1.
quæſt.18. num.1. & ſeqq. Surd. deciſ.37. nu.11.*
20 Eoquè poriſſimùm, hæc adinuenta vulga-
ris ſit ſubſtitutio, vt caducorum euertere-
tur memoria, atq; futuris proſpiceretur,ac
decedentium firmæ voluntates permane-
rent. ex Iuſtiniani Auguſti ſenſu in *l. vnic.
§ 1 & quemadmodùm. verſ. ſed & ipſis teſta-
mentum conditoribus. C. de caduc. tollen* ibiq;
Bald. num.9. qui verbis admonet ſequenti-
bus: *Nota* (inquiens) *quòd vulgaris ſubſtitu-
tio maximè fuit inuenta ad prouidentiam fu-
turorum, & remedium fortuitorum* ità Bald.
21 nihilq; aliud ipſa vulgaris ſortiatur ſub-
ſtitutio, morte ſequuta teſtatoris, niſi actū
ſecundum, & exercitium, cùm in actu pri-
mo,& in potentia ſemper in eſſe fuerit. vt
perbellè perpendit, nequè ab re *Alex. Ran-
dens. variar. reſolut. cap.37. num.108 110. 111.
& 112.* nec alitèr ſentire videtur Iulianus
lib.29. Digeſtorū in *l. ſi pater filium 26. ff. de
vulg. & pupill.* ex Alexandri ſummario,
quo rem hanc noſtram luculentèr deter-
22 minat, ſic dicens: *Subſtitutio vulgaris ha-
bet locum etiam inſtituto decedente viuo te-
23 ſtatore.* nihil igitur ad rem noſtram cer-
tius. Porrò vulgaris vt locum ſibi faciat
ſubſtitutio, quæ in fauorem ordinatur te-
ſtatoris ſcriptum hæredem habere inten-
24 dentis, hoc vnum perquiritur,vt inſtitutus
non ſit hæres, vel quia noluit, vel quia non
potuit. ad Iuliani ſenſum lib.30. Digeſto-
rum in *l. ſi paterfamilias Titium 40. ff. de hæ-
redib. inſtituend.* cui adſtipulatur Alexander
Cæſar

Cæsar in l.cum proponas 3. C. de hered. insti-
tuend. Surd. cons. 529. num. 6. lib. 4. Gratian. fo-
rens. par. 2. cap. 288. nu. 10. plenè Surd. idem.
bene tamen audiens decis. 37. num. 10. & seqq.
Rota apud Crescent. decis. 76. aliàs 1. de testa-
ment. num. 6. & 7. Vinius decis. 419. sub nu. 5.
lib. 3. Fusar. de substit. quæst. 293. nu. 1. & quæst.
469. num. 1. & seqq. Rota par. 2. in recent. decis.
332. num. 9. & 10. & decis. 403. nu. 11. eadem
par. 2. in recent. Eatenùs verò Bembus, vt
hæreditatē haberet, ab Nicolao Maximia-
no substitutus fuit, quatenùs illa morere-
tur. Con conditione però, che morendo detta
Massimiana sua madre, &c. habbia, e debba
soccedere nell'heredità predetta il Clerico Gio:
Battista Bembo, quale da mò per all'hora lo so-
stituisco nel caso predetto (mortis vtiq; Ma-
ximianæ) herede vniuersale, e particolare.
25 Mortua fuit, atq; ex hisce nostris abrepta
Maximiana, siuè superstite adhùc testato-
re, siuè illo in Orcum dilapso. Statim pro-
indè conditio extitit substitutionis Bem-
bi in actu signato, vt mortuo demùm testa-
tore, in exercitium duceretur. Adimpleta
namquè, atq; exitū vidit conditio, sub qua
hæres instituta Maximiana fuit, Con condi-
tione però, che morendo detta Massimiana sua
26 madre. habere igitur, & exitum debebit
substitutio, sub qua ad hæreditatem Bem-
bus vocatus fuit. ex Paulo lib. 1. ad Sabi-
num in l. si ità heres 3. & Iuliano lib. 26. di-
gestorum in l. si quis in testamento 11. ff. de
condit. institut. prosequitur Scaccia de iudic.
lib. 2 cap. 9. num. 1216. & seq.
27 Hoc enim intendit testator; impleri so-
lummodò conditionē (morendo detta Mas-
simiana) siuè igitur viuo testatore, siuè illo
decedente, conditio impleta fuerit mortis
Maximianæ, antè quàm hæreditatem cape-
ret, voluntati factum est satis testatoris, fa-
ctaq; pro Bembo exijt substitutio ad Vl-
piani sensum, & verba lib. 29. ad Sabinum
in l. hac conditio 10. ff. de condit. & demonstr.
28 vt sat. fuerit conditionē de facto impleti.
ex Bart. sequitur Gloss. ibidē verbo coniun-
29 ctiones in additionibus. Quandocunquè
enim moriatur, impletur cōditio: ex Mar-
tiano lib. 2. fideicommissorum in l. conditio-
num, quæ in futurum 90. ff. eodem, de condit. &
demonstr. siuè antè mortem, siuè post mor-
tem testatoris conditio exierit. Gloss. ibidē
verbo insinuum. nequè abhorruit Iustinia-
nus Augustus in l. si quis hæ edem 7. C. de in-
stitut. & substitut. quin expressissimè respon-
derit: Omni veterum dubitatione explosa san-
cimus (inquiens) Quandocunq; impleta fue-
rit conditio, siuè viuo eo, siuè mortis tempore,
siuè post mortem; conditionem videri esse com-
30 pletam. Rationem inferens: Ne dum nimia
vtimur circà huiusmodi sensus subtilitate, iudi-
31 cia testantium defraudentur. Quia nimirùm
sufficit, conditionem casualē, vel mistam,
semel impletam fuisse, etiam testatore vi-
uente. ex Alexandro ibidem in summario.
32 & gloss. fin. in fin. Fuit enim simplex hæc
conditio, (che morendo detta Massimiana)
non promiscua; vt etiam viuo testatore
existere potuerit. ex Paulo lib. 4. ad Sabi-
num in l. si idem facta sint 11. ff. de condit. &
demonstrat. & Marcello lib. singulari respō-
sorum in l. Publius Meuius 36. ff. eodem. de
condit. & demonstrat. Caual. commun. contra
commun. quæst. 139. num. 7. & 8. plura dedu-
cit Ludouic. de Casanate cons. 35. num. 7. 8. &
seqq. quisſie infert ad rem nostram: Igitur
33 enim aperta iura clament, dubitandum non est;
vbi nulla est dubitatio. diximus respons. no-
stra 87. num. 6. 7. 8. ad 12. vsq; par. 3. Ea pō-
34 tissimùm ratione, quia vulgaris, conditio-
nalis dicitur institutio. ex Doctoribus in
rubr. ff. de vulg. & pupill. Nimirùm, quia sub
35 conditione fit, si hæres non erit. Fusar. de
36 substit. quæst. 256. num. 3. atq; testatori suc-
ceditur. Rota apud Crescentiū d. decis. 1. n. 6.
de testament. Vinius d. decis. 419. sub num. 5. ad
Iuliani sensum lib. 30. Digestorum in l. si
Titius cohæredi 27. ff. de vulg. & pupill. subst.
ibiq; gloss. fin. ex Iustiniano Cæsare in §. sed
si instituto harede. Institut. de vulg. & pupill.
& d. l. 1. §. fin autem aliquid sub conditione. C.
de caduc. tollend. Fusar. d. quæst. 469. num. 1.
Rota d. decis. 332. nu. 10. & d. decis. 403. nu. 11.
37 par. 2. in recent. Quia omnis vulgaris sub-
stitutio dicitur institutio. ex Papiniano
lib. 29. quæstionū in l. in ratione legis falcidiæ
11. §. quod vulgo dicitur. ff. ad leg. falcid. & di-
ctum fuit in Firmana hæreditatis 6. Nouēbris
1620. coràm Illustriss. Dūnozetto Archiepi-
scopo Seleucien decis. 246. num. 1. & 2. par. 4.
tom. 2. recentiorum per Rubeum. Sat itaquè
38 fuerit, Maximianā; vitali adhùc perfruen-
te aura testatore, ex humanis abreptam, vt
hæres esse non potuerit, atquè substitutio-
ni locus fuerit apertus; vt dicat iure quàm
39 meritissimo Bembus; testamentū pro me
est integrum, non cancellatum, neq; aboli-
tum, neq; quacunq; ex suæ formæ parte
viciatum. mihi debetur hæreditas, atq; in
illam immissio. ex d. l. fin. C. de edict. diu. Ha-
drian. tollen. vt in superioribus diximus. &
40 defuncti seruetur voluntas, cui nihil ma-
gis debetur, quàm quòd optatū videat exi-
tum. ex Constantino Cæsare d. l. 1. C. de sa-
crosanct. Eccles.
41 Neq; facit obstaculum, quod initio ipsi
deducebant agnati, hæreditatem vt captā-
rent Nicolai. ex Vlpiano in d. l. toties vide-
tur 80. ff. de acquir. vel omitt. hæred. Nicolai
testamentum Maximianæ matris hæredis
dictæ supremo funere, caducum euasisse.
Si nempè verba ipsi expenderint Vlpia-
ni, pro se illa haud esse intelligent. Affera-
mus proindè nos illa:
Toties videtur hæres institutus, etiam in

causa substitutionis, adisse, quoties acquirere possit. Nam si mortuus esset, ad hæredem non
42 *transferet substitutionem*. Sunt itaquè apertissima pro nobis Vlpiani verba, Bemboq; quàm per optimè fauent. Hactenùs equidèm institutus hæres aduersus substitutũ adisse videtur, quatenùs acquirere potuerit. adeundo scilicet ex sua persona, quia nimirùm viuit adhùc. vt *Gloss.* ibidem verbo *adisse*, & verbo *possit*. aduertit, atq; ibidem *Bart.* Quòd si mortuus fuerit, nec viuat, Acherontemq; petierit, siuè viuente testatore, siuè eo iam sublato id acciderit, ad hæredem suum non transfert substitutionem. Quia adire non potuit, atquè conditione exitum non habente, vidit occasum. ex *Gloss.* verbo *mortuus esset*, antè scilicet aditam hæreditatem. sub conditio-
43 ne quippè matrem hæredem nuncupauit testator: *Con conditione però, che morendo detta Massimana sua madre, & herede habbia da succedere, &c.* Sat itaquè fuit antè delatam sibi hæreditatem, quàmuis viuo testatore, supremum, vidisse diem, quæ ætate grauis erat; *la quale al presente è d'età graue*, atq; locum factum fuisse Clerico Bembo post matris mortem substituto, succedendi. deducit per quam optimè *Surd. d. decis. 57. num. 33. & seqq. ad finem*. & suprà relatus *Fusar. d. quæst. 253. num. 1. & 403. num. etiam 1. & seqq.* Parisius verò, & Magonius *d. decis. 4. num. 26.* Florentinæ, in re facis ab hac nostra loquuntur dissita.
44 Eoquè ampliùs per clausulas codicillares, quas satis abundè testator adijecit, suam vt in apertum voluntatem faceret, matre sublata, hæreditatem ad Clericum Ioannem Baptistam Bembum peruenturam. ex *Rota* apud sanct. memor. *Gregorium XV. decis. 102. num 4. & 6.* Quin in hoc tendũt
45 hæ codicillares clausulæ, vt voluntatem seruent defuncti testatoris. ex *Bald. in l. fin. versic. nunc aliqua. C. de codicill. Rota* apud eundem *Gregorium XV. decis. 271. num. 10. Barbosa de clausul. claus. 28. num. 2. Vincent. de Franch. decis. 156. num. 1. & seq. Rota* apud *Card. Seraphin. decis. 943. num. 1. & seqq. & num. 5.* Anicularum proindè nęnijs instant, sed iniuria, Aduersarij somniantes, dicen-
46 tesq; clausulas prædictas codicillares ex stylo adiectas fuisse Notariorũ: Cur nempè de his clausulis hoc asserunt, & non magis Nicolai testamentum hoc non fuisse, sed Notarij? Vt ipsi hæreditatem captent, quam darè illis testator noluit. vndè legem dixit, quòd mortua matre esset hæres
47 Clericus Ioannes Baptista Bembus. At in suis disposuit. erit ergo lex eius voluntas, ex Iustiniano Cæsare *d. §. disponat. in au-*
48 *thent. de nuptijs, collat. 4.* seruanda igitur, ex Gregorio *d. can. vltima voluntas 4. 13. q. 2.*
49 Clausulæ verò hæ ex voluntate præsumuntur adiectæ testatoris, quàmuis ex stylo illas adijciant Notarij. *Cardin. Tusch. tom. 1. lit. C. conclus. 292. num. 185. Barbosa d. clau-*
50 *sula 28. num. 3. & 4.* eoquè magis, quòd eius sint proficuæ voluntati. *d. num. 4. Barbosa*.

Atquè ità ex his, Sapientioris nõ reiecto iudicio, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Rès sunt difficiles, quæ hominibus incidunt, nec quò potest quisquam eas explicare sermone.*
2 *Locus Ecclesiastes 1. 8.* Cuncta res difficiles, nec potuit eas homo explicare sermone. *expenditur.*
3 *Causa rerum sunt nobis ignota.*
Et quare?
4 *Cor, & voluntas hominis difficillimè inspicitur.*
Quia profundum est cor hominis, & inscrutabile, soliquè Deo cognitum. num. 5. ex Ieremia.
6 *Dei autè oculos omnia nuda, & aperta sunt.*
7 *Voluntates vt interpretemur hominum, qui de hoc Mundo discesserũt, nisiq; scriptis reliquerunt, subtili indagine procedendũ est.*
Verbis tamen declarantur. num. 8.
Quibus insistendum est. num. 9.
Nequè ab illis recedendum. num. 10.
Nisi manifestum sit aliud sensisse testatorem.
8 *Verba sunt earum, quæ sunt in anima passionum nota.*
11 *Charitatis ordo seruandus.*
Et quamodò?
Vt primùm à se quisq; incipiat. num. 13.
Namq; ordinata charitas incipit à se ipsa. num. 30.
12 *Dilectionis proximi regulam à se ipso accipere quisq; debet.*
Diliges proximum tuum sicut te ipsum.
14 *Testatoris dispositio ex eius affectu interpretationem recipit.*
Coniecturaq; pietatis non minimè ad eius dignoscendam voluntatẽ operatur. nu. 15.
16 *Filijs debetur parentum successio, ex ipsa natura ratione.*
17 *Pauperum nomine, de pauperibus in dubio intelligi debet proprij domicilij testatoris.*
Ratio affertur. num. 18.
18 *Affectus non modicus debetur his, qui nobis cognatione, vel vicinitate, vel Ciuitate ipsa coniuncti sunt.*
19 *Antecedentia subsequẽtibus interpretationem non modicam tribuunt.*
Ex initio enim, quid in sequentibus dicendũ sit, infertur non difficulter. num. 20.

Maxima

Maxima quippe inter præcedentia, atq; subsequentia, connexio esse videtur, ad testatoris mentem arguendam. num. 21.

Ex testatoris affectione præsertim.

22 *Ablatiui absoluti conditionem inferunt.*

Vt præter id, quod est dictum, esse minimè posse.

23 *Filij, filiæq; ex fœminis ortæ, non matris, sed patris familiam sequuntur.*

24 *Mulier familiæ suæ caput, & finis est.*

25 *Conditionibus pluribus, qualitatibusq; coniunctiuè positis, omnibus parendum est.*

Quia vnius loco habentur.

In sensu scilicet composito, non in sensu diuiso. num. 26.

Atque diuisiuè.

27 *Ciues propriè sunt, qui nati in patria, & in illa degunt.*

Natus proinde per accidens, vel data opera, sed in transitu, ciuis non efficitur Ciuitatis illius. num. 29.

28 *Ascriptitius se eximere, vel fugere non potest, alioquin pœnis feritur.*

30 *Charitas magis debetur ad suos, quàm ad extraneos, cæteris paribus.*

Ex Paulo.

31 *Legatum ex personis, & locis, ad quæ affectum habuit testator interpretationem admittit.*

Et secundùm mentem testatoris seruandum.

32 *Interpretationes, quæ menti repugnant testatoris minimè assumendæ.*

34 *Legem dissoluere in commune bonum rogatã, sicuti peccatum est, ita & legem rescindere testatoris rebus dictam fuit.*

Eiq; hæredes parere tenentur. num. 35.

Omnesq; alij, qui lege tenentur testatoris. num. 36.

37 *Ius ex facto oritur.*

38 *Consanguinitas alio modo de iure computatur ciuili, alio de iure canonico.*

39 *Testatoris contra apertam voluntatem, qui militat, inani labore fatigat.*

Neque cauilli in eius verbis excitandi. num. 40.

41 *Veritatis sensum ex his capere debemus, quæ scripta reperiuntur.*

Declinare verò falsa, ac simulata.

42 *Verba menti seruiunt dicentium, vt eam in palàm faciant.*

Et verba rebus deseruiunt.

Verba repetita enixam demonstrãt disponentis voluntatem.

Atque deliberatam, vt illa fiat.

44 *Minores ætate puellæ vt priùs nuptui tradantur, consuetudinis esse non videtur.*

45 *Iacob Patriarcha pro Rachele seruiuit, & Liã primò accepit, quod consuetudinis non esset, minores vt priùs viris traderentur.*

46 *Ætatis ratione, vel prò, vel contra aliquis præsumitur.*

47 *Lex, quam rebus dixit suis testator, seruanda erit.*

Quia lex est.

Eiusq; mandatum seruari debebit, nec præteriri. num. 48.

Sicut nec legis.

49 *Virginitas præsumitur.*

Quia profectò virgines puellæ nascuntur.

Qui ergo contraire voluerit, probare oportebit.

Nisi de inhonestate euidẽter appareat puellæ.

Probatur verò virginitas per aspectum mulierum peritarum. num. 50.

51 *Virgo dici potest corrupta, quæ vi oppressa fuerit, animus verò permansit incorruptus.*

Ex Sancta Lucia Virgine, Martireq;.

Expletur enim libido non sua. ex Augustino. num. 53.

52 *Deus voluntatem, non opera quærit. ex Hieronymo.*

54 *Imputari non debent, quæ per coactionem absolutam fiunt.*

Quia nõ debet dici perpetrasse, quod nolens fecit, vel passus est.

55 *Pauper quis nàm dicatur, quinè pauperior? Iudicis id remittitur arbitrio.*

ARGVMENTVM.

Voluntas testatoris res est difficilis, vt comprehendatur. subtili igitur indagine procedendum. Charitatis ordo seruandus ad Domesticos præsertim, & Ciues. Ciuis quis nàm dicatur, & num ciuilitatem contrahat, vt natus dicatur, qui data opera ex accidenti nascitur, & pertranseundo? Testatoris volũtas ex affectu interpretationem admittit. Hanc proindè ob causã interpretationes, quæ menti repugnant testatoris abijciendæ. Quia lex seruanda est testatoris. Virginitas præsumitur. Quia virgines natura puellæ nascuntur. Ex aspectu comprobatur. Virgo dici potest corrupta, quæ vi oppressa fuit, nec animo consensum præstitit. Pauper quis

quis nàm dicatur, quiuè pauperior? Iudicis id remittitur arbitrio: Pluraquè de legato pauperibus puellis soluendo, saguine presertim iunctis, quę viris tradi valeant.

RESPONSIO XCIII.

1 SVnt sanè res difficiles cunćta eorum,
quæ hominibus accidunt, neque po-
test quisquàm eas explicare sermo-
ne. Sic nobis testatus hoc fuit Sapientissi-
mus ille Rex Israel, qui proposuerat in ani-
mo suo quęrere, & inuestigare de omnibus,
2 quæ fiunt sub Sole: nec tamen potuit. Vndè
intulit Ecclesiastes 1.8. *Cunćta res difficiles:*
nec potest eas homo explicare sermone. Non
solùm physicæ, sed ethicæ res. vti *Gloss. in-*
terlinearis ibidem adnotat. Quia nimirùm
3 rerum causæ, & naturæ sunt nobis ignotæ:
nec oculus ad plenum intueri eas potest:
Videmus enim nunc per speculũ in ænig-
mate, & ex parte, donec veniat, quod perfe-
ćtum est. prima ad Corinthios 13. D. vt
Gloss. ordinaria ex Hieronymo ibidem
4 subnećtit. Super omnia autem difficillimè
cor, & voluntas noscitur hominum. Namq;
prauum est cor hominum, & inscrutabile;
quis cognoscet illud? *Ieremias* dixit 17. 9.
5 Quia profundũ est cor hominis, & inscru-
tabile, soliq; Deo cognitum. Vndè sequi-
tur: *Ego Dominus scrutans corda, & probans*
renes: qui do vnicuique iuxta viam suam, &
iuxtà fructum adinuentionum suarum. Di-
xitq; Salomon in prouerbijs 15. 11. *Infer-*
nus, & perditio coràm Domino: quanto magis
6 *corda filiorum hominum?* Namq; omnia nu-
da, & aperta sunt oculis eius. vt Paulus ad
Hebræos 4.13. contestatur. In interpretan-
7 dis igitur hominum voluntatibus, qui ex
hoc Mundo discessere, easque scriptis reli-
quere tabulis, subtili satis indagine vt pro-
cedamus, testatũm nobis reliquit Iustinia-
nus Cæsar in *§. vbi igitur. in authent. de restit.*
8 *fideicom. collat.* 9. Cùm enim voluntas ver-
bis declaretur; verba quippè earum, quæ
in anima sunt passionũ, sunt notæ. ex Ari-
stotele 1 *perihermenias*, & Celso lib. 19. Di-
gestorum in *l. Labeo 7 §. id Tubero. ff. de su-*
pellect. leg. & Augustino in *can. in autem 4.*
9 *22. quæst. 2.* verbis itaq; nos insistere opor-
tet testatoris; eius vt ex illis mentem asse-
quamur, ex Vlpiani sensu lib. 29. ad Edićtũ
in *l. 1. §. is, qui nauem exercuit. ff. de exerc. act.*
illis non ineruditis verbis consequentiam
inserentis: *In re igitur dubia melius est ver-*
10 *bis edićti seruire: Quoniam; Non aliter à si-*
gnificatione verborum recedi oportet, quàm cũ
manifestũ est, aliud sensisse testatorem. vti Mar-
cellus lib. singulari responsorum significa-
uit in *l. non aliter. 67. in princ. ff. de legat. 3.* se-
quitur *Card. Mantica de coniect. vltim. volunt.*
lib. 3. tit. 4. num. 4. diximus *respons.* nostra 27.
num. 13. & 14. par.

Verba igitur in medium nos referre oportet Iacobi Berteæ, quibus suam declarauit voluntatem, vt ea iure, nec sanè interpretemur iniuria. Is nàmque anno 1631. Neapoli degens, supremas condens tabulas manu Notarij Frãcisci Ferrarij die 25. Nouembris, quibus vniuersales sibi dixit hæredes Patres Religionis Scholarum Piarũ; & vsufrućtuarium hæredem, quandiù vita sibi comes fuisset, Petrum eius fratrem; post verò dićti Petri funera supremas voluit, mandauitq; totam eius hæreditatem in quinq; diuidi partes, vnam Patres hęredes nuncupati acciperent; quatuor verò distribuerentur, vt duas obtinerent duæ puellæ pauperiores, honorationesq; ex Mõtanea Pausilipi, in qua testator morabatur. Duæ verò reliquæ duabus darentur etiam pauperioribus, & honoratis puellis ex Terra Pamparatus suæ patriæ, dominij Ducis Sabaudiæ, voluit tamen preferri pauperes ex familia Bertea, & Scianna dićtæ Pamparatus Terræ. verba damus testatoris:

Et altre due figliuole vergini della Terra di Pampàra patria di esso testatore nello Stato del Duca di Sauoia, delle più pouere di detta Terra, & honorate. Nelli quali maritaggi in perpetuum vuole, che siano preferite le figlie femine descendentino dalli parenti di esso testatore di casa Bertea, e di casa Scianna, cioè ogni anno vna di casa Bertea, e l'altra di casa Scianna, e non essendoui figlie femine da maritarnose di dette famiglie, siano preferite le descendenti delli più parenti stretti di esso testatore. E non ci essendo de' parenti, siano preferite le pouere, vt supra, precedendo sempre la maggiore d'età. le quali si debbano nominare, &c.

Ex hac itaq; testatoris huius dispositione ità verbis relata, hec perpendimus distinguenda. Primò quidem, vocasse testatorem duas puellas ex eadem Terra Pamparatus suæ patriæ, pauperiores, & honoratiores.

Secundò verò, disposuisse, vt in perpetuũ in dićtis maritagijs præferantur puellę descendentes ex consanguineis ipsius testatoris *di casa Bertea, e di casa Scianna*. Vna videlicèt de domo Berteæ, altera verò de domo Scianna singulis quibusq; annis.

Tertiò, quòd si nullæ extarent puellę nubiles ex dićtis familijs (*Bertea*, videlicèt, *& Scianna*) præferantur descendentes ex proximioribus cõsanguineis testatoris ipsius.

Non existentibus autem ex consangui-

neis,

neis præferantur pauperes ex dicta Terra Pamparatus. Præferantur verò semper, quæ ætate alijs præcedunt. *Precedendo sempre la maggiore d'età*. Ex his itaque tribus, magis verò quatuor distinctis capitibus: hoc absolutè inferendum est: Testatorem ad Terram ipsam Pamparę, in qua ortus fuit, affectum habuisse. Disposuisse proindè, vt puellæ pauperiores, honoratioresq; eiusdem Terræ ex duabus partibus suæ hæreditatis matrimonio Viris singulis locarentur annis. Nè verò affectum, charitatemq; à sibi sanguine coniunctis amouere videretur, sed
11 charitatis seruaret ordinem. ad Canticorum illud 2.4. *Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem*: prosequiturq; Angelicus Doctor 2. 2. *q.64. art.4.& art. 7.* dixeritq; Augustinus in Enchyrid. cap.76. relatus *can. qui vult eleemosynam* 19.
12 *de pœnit. dist. 3.* Qui vult eleemosynã ordinatè dare, à se primùm incipere, & eam sibi primũ dare oportet: *Quoniã regulã diligendi proximum à seipso dilectos accepit: quandoquidèm scriptum est* (Matthæi 22.) *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*. Idem vt docet Augustinus lib. 1. de Ciuitate Dei cap. 17. & 18. relatus *can. si non licet priuata potestate 9. §. neq; frustrà 23. quæst. 5.* ibiq; *Gloss.* verbo *semetipso.* ibiq; *Glossella marginalis* dicẽs breuibus: *Eleemosynam sibi primò quisq; facere debet.* nec abnegat Innocentius III. ad C. Presbyterum Cardinalem Sedis Apostolicæ in *cap. nisi specialis dilectio illa 3. de authoritate & vsu pallij.* ibiq; *Gloss.* verbo *eligemus.* perpenditq; nõ immeritò Claudius Cæsar in *l. Præses Prouinciæ 6 C. de seruitut. & aqu.* rationem satis adæquatam referens: *Cùm sit durum* (inquiens) *& crudelitati proximum, ex tuis prædijs aquę agmen ortum sitientibus agris tuis, ad aliorum vsum vicinorum iniuria propagari.* ex indèq; *Gloss.* post casus figurationem, nec ab re adnota-
13 uerit; quòd: *Ordinata charitas incipit à seipso.* prosequiturq; *Bald. & Salyc.* in summario. diximusq; *respons.* nostra *53. nu.5 par.4.* Charitatis itaq; ordinem vt seruaret testator hic noster, voluit præferri, atq; ità mandauit, puellas sibi sanguine iunctas de familia Bertea, & Scianna, ex eadem vtiquè Terra Pamparatus. Nàm primò ad Terram prædictam, ex qua ortus fuerat, affectum suum ostendit, deindè verò ad sibi sanguine iunctas, ex eadem vtiq; Terra, de domo Berteæ, atq; Scianna. Neq; porrò nouum,
14 quin satis vulgare hoc est, ex affectu testatoris, ab eo rogatam dispositionem interpretationem admittere. ex Sceuolæ sensu lib. 16. Digestorum in *l. Aurelius Symphorinus 29. §. Titius testamento facto. ff. de liber. legat.* illis verbis: *Præsumptio enim propter naturæ affectum facit omnia patri videri concessa.* sequiturq; *Gloss.* ibidem non inconcinnè ad rem nostram. verbo *præsumptio*, dùm infert: *Legatarij charitas, & consuetudo facit intelligi cõtra consuetum modum*. neque cõtra ire videtur Paulus lib. 9. responsorum in *l. cùm duos filium* 101. *ff. de condit. & demonstrat.* illis nec ineruditis verbis:
15 *Fideicommissi conditionem coniectura pietatis respondi defecisse, quod minus scriptum, quàm*
16 *dictum fuerat, inuenitur.* Quia de filijs cogitatum quoq; videtur, quàmuis nihil dictum, cùm naturæ id ratio exposceret. conducitq; textus Bonifacij VIII. in *cap. 1. de testament. in 6.* ibiquè *Glossa* verbo *pauperes.* ad rem nostram satis accomodè, dùm in-
17 fert: *Pauperum nomine intelligi debere de pauperibus loci proprij domicilij testatoris.*
18 Quòd non modicus debeatur affectus his, qui nobis, vel cognatione, vel vicinitate, vel Ciuitate ipsa coniuncti sunt. Nec retro abit perpensio ex Martiano Cæsare in *l. centum viginti quinquè 2.* aliàs *fin. C. de annon. et tribut. lib. 11. in fin.* dùm sequentibus Imperator loquitur, infertq;: *Quam mediationem iugiter, & in perpetuum Ciuibus nostris debere conferri; valitura in æuum hac lege sancimus.* Tãta quippè est affectio, quam Ciuibus debemus, qui vnà nobiscum ex eadem sunt orti patria. sequiturq; *Card. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 6. tit. 11. num. 2. & seqq. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 16. nu. 1. cum seq. & num. 9. & præs. 115. num. 9. Barbosa de iur. Ecclesiast. tom 2. lib. 3. cap. 27. num. 90. & 91.* diximus *respons.* nostra *4. num. 97. & 98. par. 1.* Ad sanguine ergo sibi iunctas affectum habuit testator, easq; alijs pauperioribus, extraneis tamen, sed ex eadem Terra Pamparatus, præferri voluit, vt essent de familia Bertea, & Scianna, sed de Terra Pamparatus. Cùm enim pauperiores virgines de Terra Pamparæ *Patria di esso testatore nello Stato del Duca di Sauoia*, ad legatum vocasset maritagij, statim immediatè subiunxit: *Nelli quali maritaggi in perpetuum vuole, che siano preferite le figlie femine descẽdentino dalli parenti di esso testatore di casa Bertea, e di casa Scianna, cioè ogni anno, vna di casa Bertea, e l'altra di casa Scianna.* de eadem vtiquè Terra Pamparæ. Illis namquè pauperioribus de Terra Pamparæ eius pa-
19 tria præferri debere testator edixit. Ex antecedentibus itaq; quibus hæ præferri deberent, & istæ exaudientur. Ex Iuliano lib. 24. ad Sabinum in *l. si seruus plurium sit 53. §. fin. ff. de legat. 1.* Communis enim debet esse patria, tàm istis, quæ præferentur illis, quàm sit illis, quæ primò vocatæ fuerunt. Propter affectum quippè, quem ad Patriã habebat, illas duas pauperiores puellas eligi, vt matrimonio locarentur, voluit testator, quòd ipsius esset patria. Duplicemq; ob affectum, & has præferri mandauit, & quòd ei sanguine iunctæ; & quòd eadem

20 essent

20 essent ex patria, eademq; familia. Ex initio
enim, quid in sequentibus dicendũ sit, non
inconcinnè Vlpianus inferri docet lib. 4.
ad Edictũ in *l. si quis ex argentarijs 6. §. si ini-*
tium tabularum habet diem. ff. de edendo. ibiq;
Bald. qui text. præfatum ad hoc propositũ
singularem appellat. neque abhorret *Gloss.*
verbo *rationis*, quin satis eam commendat
Glossella marginalis Bolognini ibidem. *Fab.*
Anna cons. 22. num. 8. lib. 1. Rota par. 2. diuers.
21 *decis. 125. num. 38.* Non equidèm modica
inter præcedentia, atquè sequentia conne-
xio esse videtur, ad testatoris mentem ar-
guendam, vt in præcedentibus dicta con-
dictio, in sequentibus repetita videatur; ex
testatoris affectione presertim. ex Papinia-
no lib. 7. responsorum in *l. Ania 76. in princ.*
ff. de condit. & demonstrat. ibiq; *Bart. in sum-*
mario. neque discedit Vlpianus lib. 19. ad
Sabinum in *l. talis scriptura 30. ff. de legat. 1.*
sequutaq; fuit *Rota par. 1. diuersor. decis. 253.*
num. 10. noster *Maranta cons. 46. nu. 7. Surd.*
decis. 288. nu. 30. diximus *respons.* nostra 23.
num. 75. 76. & 77. & respons. 24. nu. 81. par. 1.
Esse itaquè debebunt ex Terra Pamparæ
puellæ, consanguineæ quoquè, sicuti ex ea-
dem Terra, quæ non ex sanguine sunt, sed
ex pauperioribus, honoratioribusq; esse
debebunt. quod id expressè mandauit te-
stator: *Due figliuole vergini della Terra di*
22 *Pampara.* Fundamentale quippè videtur
absolutum illud ablatiuum de Terra Pam-
paræ eius patria, vt præter id, quod dixit,
esse minimè possit. Quia conditionem in-
ferunt. ex Sceuola lib. 20. Digestorum in
l. à testatore rogatus, vt acceptis 108. ibiquè
Scribentes. ff. de condit. & demonstrat. deduxi-
mus Nos plenè *respons.* nostra *90. n. 9. par. 4.*
Nequè hoc sufficiet, nisi sint quoq; de Fa-
milia Bertea, & Scianna. In sensu quidèm
composito, non in sensu diuiso. Quia nimi-
rùm vtraq; perquiritur conditio, vt prefer-
ri valeant, & quòd sint descendentes *dalli*
parenti d'esso testatore di casa Bertea, e Scian-
na, quæ familia est matris, sicut illa patris.
& quòd ipsæ ex eisdem sint familijs, *l'vna*
di casa Bertea, e l'altra di casa Scianna. Opor-
tebit scilicet, vt ex masculis oriantur, atq;
proindè ex familia sint masculorum, *di casa*
23 *Bertea, e di casa Scianna.* Nàm alioqui ex
fœminis ortæ, non matris, sed patris fami-
liam sequuntur. ex Paulo lib. ad Edictum
in *l. pronunciatio 195. §. fin.* & Caio lib. 12. ad
Edictum in *l. familiæ appellatione 62. §. fæ-*
minarum liberos. ff. de verb. signif. dicẽte Ca-
io: *Fœminarum liberos in familia earum non*
esse palàm est. Quia qui nascuntur patris, non
matris familiã sequuntur. & ex Paulo: *Mu-*
24 *lier familiæ suæ caput, & finis est.* Vtramquè
qualitatem proindè in vnaquaq; puellarũ
prædictarum adesse oportebit, vt ex san-
guine iunctis testatori ortæ sint, atquè ex
masculis, vt ex familia esse paritèr possint:
vna quidẽ Bertea, altera verò Scianna, & quæ
ex Terra sint Pamparæ, quæ patria est Te-
25 statoris. Vtriq; enim conditioni, qualita-
tiq; per testatorem exquisitæ, parendum
est: Quia vnius loco habentur. Paulus res-
pondit lib. 2. ad Sabinum in *l. si hæredi plu-*
26 *res 5. ff. de condit. instit.* In sensu scilicet
composito, nõ in sensu diuiso, siue disiun-
ctim. vt idem inquit Paulus ibidem, verbis
illis: *sed si disiunctim, cuilibet.* parendum
vtiq; erit. decreuitq; apertiùs multò Iusti-
nianus Cæsar *§. si plures conditiones,* qui est
penultimus, *Instit. de hæredib. instituend.* nec
minori lumine Marcellus, siuè Marcianus
lib. 3. fideicommissorum in *l. Iulianus nost-*
er 85. in princ. ff. de condit. & demonstrat. se-
quiturq; pluribus *Tiraq de retract. lignagier*
§. 8. glos. 7. num. 1. & 2. Gonzal. ad reg. 8. Can-
cell. gloss. 13. num. 100. & gloss. 43. nu 94. Bar-
bosa axiom. 196. sub num. 7. diximus *respons.*
nostra *43. nu. 24. par. 4. Rota* apud sanct. me-
mor. *Gregorium XV. decis. 223. num 8* Ex his
itaq; sequitur. Cùm sub duplici qualitate
puellæ sanguine testatori iunctæ vocatæ
fuerint, vt alijs pauperibus de Terra Pam-
paræ præferantur, & quòd ex descendenti-
bus sint sanguine coniunctorum testatori,
ex familia Bertea, & Scianna; & ipsæ ex fa-
milijs prædictis sint, à masculis vtputà pro-
gnatæ, alioquin ex familia non erunt; & quæ
ex Terra prædicta siut Pamparæ, (vtputà
natæ,) nullo admitti modo posse, quæ neq;
natæ in Terra prædicta sunt, neq; ex fami-
lia Bertea, & Scianna. Nimirùm quòd vltrà
testator progressus est: *E non v'essendo* (di-
cens) *figliuole di dette famiglie* (Bertea vtiq;,
& Scianna) *da maritarnosi, siano preferite le*
descẽdenti delli più parenti stretti di esso testa-
tore. in eadẽ scilicet Terra Pamparæ. Cùm
vltrà quoq; progressus fuerit, latitudinem
comprimens: *E non vi essendo de' parenti*
(in dicta vtiquè Terra) *siano preferite le po-*
uere, vt suprà. eadem in Terra natæ Pampa-
ræ. Ex affectu nempè, quẽ ad Terram præ-
dictam, propriam ipsius patriã deferebat,
ad duas eligendas puellas virgines ex pau-
perioribus, quæ singulis annis Viris loca-
rentur, data illis dote ex legato relicto,
motus fuit, vt perpendimus. Ad omnes ita-
què eadem extendetur conditio: *della Ter-*
ra di Pampara patria di esso testatore, e delle
più pouere di detta Terra. prælationẽ dum-
taxàt tribuens illis, quæ ab eius sanguine
iunctis descenderent.

Eodemq; modo, neq; voluntati satisfa-
ctum erit testatoris, si vt factæ fiat fraus le-
gi, mulieres cùm parituræ sunt ad Terram
deferantur Pamparæ, vt ibi pariant, post-
quàm autem pepererint, reuertantur cum
ijs, quas pepererunt, filiabus: Quia profe-
27 ctò testator puellas vocauit de Terra Pam-

paræ,

paræ, quæ in illa natæ sunt,& incolatum in
illa trahunt : *Et altre due figlie femine della
Terra di Pampara patria di esso testatore,nello
Stato del Duca di Sauoia.* ex Diocletiano,&
Maximiano Augustis in *l.ciues 7. C.de in-
colis lib.10.* sequiturq; *Boer.decis.260.nu.33.
& decis.272. num.2. Ioseph Ludou. decis. Pe-
rus.3. num.18. Gratian.forens. pac.3.cap.559.
num.19.& 20.* Idquè apertissimè determi-
natum videtur per Iustinianum Augustum
in *l.cùm satis inhumanum 22. C.de agricol.&
censit. & colon. lib.11.* loquens enim Impe-
28 rator de Ascriptitio fugiente, vel se cęlan-
te,sic infert ; *Et si se cęlauerit, vel se separa-
re conatus fuerit, secundũ exemplar serui fu-
gitiui se diutinis insidijs furare intelligatur, &
sit suppositus vnà cum omni sobole sua, (& si
in alia Terra eam fecerit) huiusmodi fortunæ,
& capitali illationi.* quo loco *Gloss.* verbo
fecerit. idest *procurauerit.* explicat. quam
Glossam approbat quoq; idem Iustinianus
Cæsar in *l.cùm scimus 31. §.illud quoq; non
inelegantèr,in fin.C.eodem.* illis loquens ver-
bis : *In omnibus itaq; huiusmodi speciebus sa-
tis acerbum videtur domino præiudicari colo-
norum absentia, qui rure nati,& postea absen-
tes per suos, vel patres, vel fratres, vel cogna-
tos agriculturam exercitabant.* vbi *Gloss.* verbo
nati. infert : *idem si alibi* : refert *text. in d.l.
cùm satis inhumanum 32.*sequiturq; *Hodier-
na ad decisionem Surdi 329.num.5.* dicens ad
29 rem nostram : *Vt etiam ortus in Ciuitate
per accidens,non efficiatur ciuis,putà, quia pa-
ter peregrinantem vxorem in aliquem locum
transtulerit, ibiquè vxor partu edito statim ad
propriam patriam reuertatur,prout ità per Sa-
crum Consilium decisũ testatur D. Franciscus
de Petris cons.15.* pluresq; refert decisiones,
sequiturq; *Ioan.Bapt.Thor. in compend.decis.
tom.1.* verbo *natus.* & *par.3.tom.2.*verbo *or-
tus. Grammat.decis.103.num.112.*ibiq; *Petra
num.34. idem Thoro part. 2.* verbo *ciuilitate
Neapolitana an gaudeat.Gratian.forens par.1.
cap 75. per totam.* Sicuti alias duas puellas
nubiles ex pauperioribus Montaneæ Pau-
silippi, in qua ipse demorabatur testator,
eligi mandauit. Disponẽs nempè ipse post
mortem Petri Berteæ eius fratris, quem
hæredem vsufructuarium reliquit. quid de
bonis, quæ relinquebat fieri deberet. sic
verba intulit : *E doppo la morte di detto Pie-
tro, il detto suo herede debba di dette entrate
farne cinque parti,delle quali vna vada in be-
neficio, e sussidio di detti Padri di detta Chiesa
delle Schole Pie di Posilipo, e l'altre quattro si
debbano detinere in Banco,dal quale non si pos-
sano ammouere,eccetto per maritaggio di quat-
tro figliuole vergini maritande : cioè due delle
più pouere, & honorate della detta Montagna
di Posilipo,& ad ogni vna di esse si debba dare
vna delle dette quattro parti nel tẽpo del ma-
ritaggio,&c. Et altre due figliuole vergini del-
la Terra di Pampara patria d'esso testatore.*
Non essent itaquè neq; ex Montanea Pau-
silippi, neq; ex Terra Pamparæ, si alibi illę
ortæ fuissent,alibiq; domicilium traherẽt.
Affectum igitur habuit testator ad puellas
pauperes dictæ Montaneæ Pausilippi, in
qua demorabatur,& ad puellas quoq; pau-
peres dictæ Terræ Pamparæ, eius patriæ,vt
illis legatum solueretur maritagij,vnicuiq;
30 quarta pars. prætulit tamen sibi sanguine
iunctas,descendentes à consanguineis de
domo Bertea, & Scianna eiusdem Terræ,
nè suorum obliuisci videretur. iuxtà illud
Apostoli 1. ad Timotheum 5. 8. *Si quis au-
tem suorum, & maximè domesticorum curam
nõ habet, fidem negauit,& est infideli deterior.*
non sanè verbo,sed factis,& opere. Qui er-
go suos negligit videtur fidem,& Christia-
nismi famam negligere. vt ex *Estio,*& *Cor-
nelio à Lapide Ioannes à Gorcum* ibidem ad-
uertit. & ex Ambrosio in *can. est probanda
illa liberalitas 16. dist. 86.* dicente : *Est pro-
banda illa liberalitas, vt proximos seminis tui
31 non despicias, si egere cognoscas.* Ex personis
igitur,& locis, ad quæ affectum habuit, le-
gatum hoc interpretationem accipiet. ex
Papiniani sensu lib.12. responsorũ in *l. do-
nationes in concubinam 32. §.species extrà do-
tem à matre filiæ nomine. ff. de donat.* nequè
longè abijt Vlpianus lib. 3. ad Edictum in
*l. si verò non remunerandi 12. §. indè Papinia-
nus quærit. ff.mandati, vel contra.* concinitq;
iurè Innocentius III. in *cap.requisisti 15. §.
illud autem.* ibiq; *Doctores*, & *Couarr. nu.1.
de testament.* sequitur *Grammat.decis.73. nu.
13.14.& 15.Card.Mantic.de coniectur.vltim.
volunt.lib.6.tit.10.nu.13.& lib.8.tit.6.nu.18.
& 19. Menoch.de præsumpt.lib.1.præs.28.nu.
12.& seqq. & lib.3. præs.26. num.16.& lib.4.
præsumpt.106. num.26.& præsumpt.110. nu.
12.* diximus *respons.*nostra *15.num.23.par.1.
& respons.73. num.48. par.4.* Omnes itaquè
32 aliæ interpretationes,quæ in aduersum as-
sumentur, menti repugnabunt testatoris.
non ideò assumendæ. Quia nimirùm ipse
ad puellas affectum habuit pauperes Mon-
taneæ Pausilippi,in qua degebat,& ad pau-
peres etiam de Terra Pamparæ, in qua or-
tus fuerat, præferri tamen charitatis ordi-
ne voluit, quæ sibi sãguine coniungerẽtur,
essentq; de familia Bertea, & Scianna. Se-
33 cundùm ergo mentem testatoris legatum
ipsum seruandum. Quia ipse sua voluntate
legem dixit, scripsitq; ad *text.* Iustiniani
Cæsaris in *§. disponat. in authent.de nupt. col-
34 lat. 4.* Vt sicuti peccatum est,à lege disce-
dere,quę in commune Reipublicæ bonum
sancita est; non minori sit modo facinus à
lege discedere, quam testator suis iniuxit
rebus. ex Gelasio Papa in *can. Syluester, &
Faustinianus 13.* ibiq; *Gloss.* verbo *patris 1 1.
quæst.1.* nec refugit sensum eundem Iusti-

nianus Cæsar in *l. quæstionem ex facto 32.*
aliàs *fin.§,fin.in fin.C.de fideicommiss.* sanctis-
35 simis illis verbis: *Et tu leges respeximus,*
quæ iustis dispositionibus testatorum omnimodò
heredes obedire compellunt, & sic strictiùs cau-
sam exigunt, vt etiam amittere lucrum hære-
ditatis faciant eos qui testatoribus suis minimè
paruerint. Et prosequuti Nos fuimus latiùs
respons nostra 32. *num.6.7.8.& 9.par.1.* Pa-
36 rendum itaq; legi erit, quam testator sua
firmauit voluntate, quia modis omnibus
conseruanda permanet. ex Gregorio in
can. vltima voluntas 4. 13.quæst.1. nec refu-
git Constantinus Magnus Augustus in *l.1.*
C.de sacrosanct. Eccles. neq; Iustinianus Cæ-
sar §.1. *Instit. de lege falcidia.* Lex verò, quã
dedit testator, fuit, vt præferrentur paupe-
ribus puellis matrimonio locãdis, de Ter-
ra Pamparæ, *Le figlie femine descendentino*
dalli parenti di esso testatore di casa Bertea, e di
casa Scianna, cioè ogni anno vna di casa Ber-
tea, e l'altra di casa Scianna. E non essendoui
le figlie femine da maritarnosi di detta fami-
glia, siana preferite le descendenti delli più pa-
renti strètti di esso testatore. E non v'essendono
de' parenti, siano preferite le pouere, vt suprà.
Ordinem proindè distinxit testator satis
certum: vt dum affuerint puellæ descen-
dentes ex sanguine sibi iunctis de domo
Bertea, & domo Scianna, illæ pauperibus
in communi præferantur, vt matrimonio
singulis annis locentur: *Vna di casa Bertea,*
e l'altra di casa Scianna. Vt vna scilicet puel-
la ex sanguine iunctis descendẽs, de domo
Bertea; à masculis scilicet prognata; & al-
tera de domo *Scianna*, à masculis quoquè
descendens sit. Alioquin neutra de domo
erit Berteá, & Scianna. Istis verò non exi-
stentibus singulis annis, præferantur de-
scendentes à consãguineis strictiùs sãgui-
ne coniunctis ipsi testatori. His autem non
extantibus præferantur pauperes, vt suprà;
de Terra scilicet Pamparæ, & vt sẽper æta-
te maior præcedat: *Precedendo sempre la*
37 *maggiore d'età.* Si itaq; vt in facto supponi-
tur, ex quo ius oritur. ad Iuliani, & Alphe-
ni sensũ; illius in *l.item vulneratus 52. §.eius-*
dem ergo. huius verò in *l. in plagis 53. §. in*
Clino Capitolina. ff. ad leg. Aquil. Descendẽ-
tes aderunt ex quondam Angelina Bertea
sorore testatoris, non vtiq; admitti poterũt
descendentes ex Emanuele, & quondam
Catharina, fratre, & sorore quond. Ioannis
Antonij Bertea patris dicti Iacobi testato-
38 ris: Quia profectò in remotiori ab ipso te-
statore sunt gradu. ad Cai lib.8. ad Edictũ
Prouinciale computationem de iure qui-
dèm ciuili in *l.1. ff.de gradib.affinit.* in quo,
persona quælibet gradum facit. meliusq;
de iure canonico, quod attenditur, in quo
frater, & soror in primo sunt gradu in li-
nea collaterali, siuè transuersali, vt plenè
in arbore consanguinitatis, & affinitatis.
ad text. in *cap. per vestras 7. de donat. inter vi-*
rum, & vxorem. Quoq; magis descendent,
magis à gradu discedent. Testator autem
præferri voluit. *Le descendenti delli più pa-*
renti stretti d'esso testatore. Cęteroquin si hæ
non aderunt: *E non v'essendano de' parenti,*
(vtputà strictioribus) *siano preferite le poue-*
re, vt suprà. Nequè in istis à strictioribus
consanguineis descendentibus ratio ha-
benda erit familiæ. Duo quippè distinxit
testator in prælatione sanguine sibi iunctis
pauperibus puellis danda: vt si adsint qui-
dèm descendentes puellæ ex cõsanguineis
di esso testatore di casa Bertea, e di casa Scian-
na, matrimonio locẽtur singulis annis, *vna*
di casa Bertea, e l'altra di casa Scianna: nulla
perpensione facta, an ex strictioribus sint
consanguineis; modò ex familia fuerint
Bertea, & Scianna: Quia ad familias præ-
dictas respectum habuit.

Si verò ex his de familia nullæ adessent,
prælatio daretur: *E nõ essendono figlie femine*
da maritarnosi di dette famiglie præferantur
le descendẽti delli più parenti stretti di esso te-
statore. In his itaquè strictior consanguini-
tatis gradus perpẽditur, quo testatori con-
iugantur illi, ex quibus matrimonio tra-
dendæ puellæ descenderint: Non ergo in
istis ratio attenditur familiæ. Vel itaq; qui
ab Emanuele Bertea descendunt, existunt
adhùc, & hi, si puellas habebunt nubiles
virgines matrimonio locandas, quæ ex fa-
milia erunt Bertea; vti ex familia admit-
rentur, modò ex Terra sint Pamparæ; non
vti ex descendentibus à strictioribus con-
sanguineis. vel ab Catharina descendentes
erunt, & puellæ ex his descendentes, nequè
vti ex familia admittentur. Quia ex fami-
lia non sunt *Bertea*; cùm patris, non matris
familiam, qui nascuntur, sequantur filij. vt
in superioribus diximus. Nequè etiam vti
ex strictioribus consanguineis, cùm in re-
motiori gradu sint, quàm ab Angelina te-
statoris sorore descendentes. Quod si nul-
læ nequè ex familia, nequè ex strictioribus
aderunt testatori sanguine iunctis, paupe-
res admittentur. *Siano preferite le pouere, vt*
39 *suprà,* Inani igitur labore fatigant, qui ad-
uersus apertàm testatoris voluntatem, tot
ambagibus factum inuoluunt. ex Iustinia-
ni Cæsaris ratione, quã in *l si quis filium 3.*
fin. C. de liber. præter. optimam æstimauit:
Cùm enim manifestissimus est (inquiens) *sen-*
sus testatoris, verborum interpretatio nusquàm
tantùm valet, vt melior sensu existat. ità Iu-
40 stinianus. Non itaq; cauilli in verbis ex-
citandi testatoris. ad Augustini sensum in
can. noli frater 9 dist.9. eiusdemq; in *can. se-*
41 *dulò 12. dist.38.* Nàm ex his, quæ scripta
sunt, sensum capere veritatis debemus; fal-
sa verò, & simulata declinare. ex Clemente
Papa

Papa Primo ad suos Discipulos in *can. relatum est nobis* 14. *dist.* 37. sequiturq; *Gloss. in l. si quis ità leganerit* 3. *§. conditio legati. ff. de adimend. & transferend. legat. & fideicommiss.* diximus *respons.* nostra 33. *nu.* 80. *par.* 4. Regia itaq; via, vnoq; itinere gradiantur, atq; verbis insistant, quibus suam aperuit voluntatem testator, vt in superioribus
41 quoq; diximus. Menti nempè seruiunt verba, vt eam in palàm faciat: ex Hieronymo in *can. Marcion, & Basilides* 64. ibidemque *Glo.* verbo *in verbis.* 1. *quæst.* 1. ibiq; *Glos. marginalis*, quæ sic infert: *verba rebus deseruiūt.* diximus *respons.* nostra 27. *num.* 14. *par.* 1. & *d. respons.* 33. *num.* 91. *par.* 4.

Hanc ob causam difficultatē haud præstabit: puellas, siuè ex pauperibus, siuè de familia, quæ primò præferri debēt; siuè his testantibus ex strictioribus testatori sanguine iunctis, posquā qualitates alię præcesserint, & paupertatis, & honestatis, in concursu eam præcedere deberē, quæ ætate maior fuerit. Quia nimirùm qualitatem hanc præualere debere, ipsemet expressit testator: *precedendo sempre la maggior d'età.* Et expressetat paulò antè in superioribus verbis, quādo duas puellas pauperiores ex Pausilippi Montanea ad legatum admisit, dicens: *In detto legato vuole esso testatore, che siano preferite tutte le figliuole femine all'hora maritande, di tutti li censuarij di esso testatore:*
43 *Precedendo sempre la maggior d'età.* Enixam igitur voluntatem suam testator ostendit fuisse, vt maior natu, *la maggiore d'età*, in concursu præcederet. argumēto petito ex Iustiniano Cæsare in *l. si mulier* 22. *C. ad Senat. Consult. Velleian.* quatènus ostendit: actū repetitum deliberatam ostendere hominis voluntatem. Neque sensum respuit Celsus lib. 20. Digestorum in *l. Balista filium* 32. *ff. ad Senat. Cons. Trebell.* lucidatq; Fabianus Papa in *can. si quis iratus* 5. 2. *quæst.* 3. & ex Concilio Illerdensi in *can. hi, qui altario* 2. ibiq; *Gloss.* verbo *iteratò* 15. *quæst.* 8. diximus *respons.* nostra 31. *num.* 33. & 34. *par.* 4. Nec planè sine ratione; nè ætate marcescerent maiores, seque desperarent, quod reijcerentur.

Nec est consuetudinis, vt minores antè
44 tradantur ad nuptias. vti Laban Iacob testatus fuit *Genesis* 29. 27. eùm quæreretur
45 ille, quòd Liam pro Rachele, pro qua septem seruierat annis, ad eum introduxisset, vt diceret ei: *Quid est, quod facere voluisti? Non ne pro Rachele seruiui tibi? quare imposuisti mihi? Respondit Laban: Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores antè tradamus ad nuptias.* Hanc propterea consuetudinem sequutus fuit testator: vt ætate maior semper præcederet; siuè ex pauperibus, siuè ex familia puellæ concurrerent, siuè ex proximioribus eidem sanguine iunctis: *Precedendo sempre la maggio-*
46 *re d'età.* Quando etiam ætatis ratione vel prò, vel contrà, quemquam præsumatur. vt *Gloss.* adnotat in *can. Episcopatus* 6. verbo *ne per ætatem. dist.* 77. Hæc itaque, quæ cæteris ætate maior est, præcedere alijs debet, quandò qualitates aliæ accesserint, & paupertatis, & honestatis, siuè ex familia sint Bertea, vel Scianna; siuè ex proximioribus sanguine testatori iunctis descendētes, siuè ex pauperibus extraneis testatori. Quia
47 profectò ita testator rebus suis legem dixit, vt tergiuersatione omni postposita seruari debeat. Disponat enim, vt libet in suis testator, & erit lex eius voluntas. Iustinianus testatus est Cæsar *d. §. disponat. in authent. de nuptijs, collat.* 4.

Non ergo illa succedet perpensio, quam ipsi in difficultatem vertere: Si plures vnà concurrerint puellæ ex familia Bertea, & Scianna, vel istis non existentibus, ex strictioribus testatori sanguine coniunctis descendentes, quæ meritis sint æquales: quæ meritis præualet seligi magis, nec ne, alijsq; præferri debeat? *La più meriteuole?* Cùm in consensu testator prælationē ætate maiori dederit. *Precedendo sempre la maggiore d'età.* Et quòd sint pauperes, & virgines. & *vna di casa Bertea, e l'altra di casa Scianna*; si de familia vtraq; aderit. Alioquin à strictioribus sanguine testatori iunctis descēdentes, cum eadem qualitate, vt ætate maior præcedat. *Precedendo sempre la maggiore d'età.* Eodemq; modo si nullis extantibus, neq; de familia, neq; ex strictioribus consanguineis, pro pauperibus electio fieri debebit, nulla habita ratione aliqua meritorum, nisi paupertatis, & virginitatis, & quòd de patria sit Pampara. Conquiescat igitur hæc difficultas, quam testator ipse sua diremit lege. Et hoc sanè in concursu, cæteris paribus, & in paupertate, & virginitate, & quòd de Terra sint Pampare, vt ætate maior semper præferatur. Neque porrò in hoc genere, meritis cæteris maior dari poterit, cùm omnes sint virgines, & pauperes, & ex Terra Pampatæ, vt maiori in ætate prelatio debeatur, testatore sic precipié-
48 te, cuius mandatum seruari debet, nec præteriri. Quòd si omnia sint vndequaq; paria, arbitrio stabitur boni Viri, vt paulò post inferemus.

Cęterū, si alicui de virginitate difficultas moueatur, quo pacto id in probationē
49 deducetur? Præterequàm, quòd enim virginitas præsumatur: cùm virgines puellæ nascantur, vt qui contrarium dicere voluerit, ipse id probatione prestare debeat, nisi de inhonestate euidenter puellæ appareat. secundùm *Panormit. in ca p.* 1. *num.* 5. *de adulter.* & dixit *Rota in Taurinen. matrimonij* 1590. coràm *Penia decis.* 74. *nu.* 6. *in fin. post*

1. volum. consilior. Farinac. & in Romana Rupri 19. Martij 1610. coràm Card. Sacrato decis. 284. apud eundē Farinac. lib. 2. consilior. probatur ex Deuteronomij 22. nu. 15. & seqq. sequiturq; Gloss. in can. satis hinc apparet 14. verbo demonstratetur 33. quæst. 5. & eam Afflict. decis. 236. nu. 3. Nauar. man. cap. 16. nu. 16.

50 vers. secundò dicendum, virginitas tamen probatur per aspectum mulierum peritarū. iuxtà dispositionem Gregorij IX. in cap. proposuisti 4. & Honorij III. in cap. causam matrimonij 14. de probat. Lapus alleg. 53. n. 5. & dixit Rota in Nicien. prætensi matrimonij 13. Martij 1588. corā Card. Mantica decis. 24. nu. 3. quę est etiā in impressis post 1. volum. consilior. Farinac. decis. 58. nu. 3. & latè pertractat Sanchez de matrim. lib. 7 disp. 113. nu. 10. in 5 conclus.

51 Quàmuis etiam virgo dici valeat, corrupta, quæ fuerit vi oppressa, nec animus corruptus fuerit. Vti Lucia Virgo Siracusana, ac Martyr, Paschasio Præfecto contestata fuit; Si inuitam iusseris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronā Vt virgo proindè habebitur. ex Hieronymo. in can. si quis non iratus 13. 15. q. 1. in fin. sic inferente; In

52 gratia autem quasi virgo suscipitur; quia non opera quærit, sed voluntatem. & sequitur Glos. in can. mutationes 34. verbo nec transfertur 7. q. 1. ex Augustino in can. ità nè aliquem 3. 32. q. 5. dicente: Quis tandèm sana mente putauerit, se perdere pudicitiam, si fortè in appre-

53 hensatæ oppressa carne sua exerceatur, & explicatur libido non sua? Quo loco Glos. verbo putauerit. sic infert: Argumentatur, quòd non debet dici quis perpetrasse, quod noluit fecit, vel

54 passus est, nec debet imputari, quæ per coactionem absolutam fiunt. Virgo igitur hęc æstimabitur puella, quę nolens, nec consensum præstans per vim violata fuerit.

55 Quę autē pauper dicatur, quęuè pauperior, id Iudicis remittitur arbitrio. ex Glos. recepta in auth. præterea. verbo locuples. C. vndè vir, & vxor. optimè Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 1. casu 65. nu. 7. Rota par. 2. diuers. decis. 202. nu. 2. quam sequuta fuit Rota apud Card. Caualer. decis. 120. nu. 1. 2. & seqq. Barbos. de appellat. verb. iur. signif. appell. 192. nu. 4. & de offic. & potest. Episc. alleg. 41. n. 24. in fin. diximus resp. nostra 19. num. 28 par. 1.

Explicauimus igitur, quantum potuimus sermone huius defuncti voluntatem, rem sanè difficilem, sed explicationem eius, vt assequeremur mentem, ex verbis extraximus, quibus ipse locutus fuit. quàm verò optimè, sapiētis esto iudicium; vt lubentèr illi, quę respondēres diximus subijciamus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

S V M M A R I V M.

1 Ingenia hominum non æqualia.
Nam quidam ingenio sublimia petunt.
Quidam humi reptant.
Quidam non nisi terræ quisquilias appetūt. num. 2.
Alij verò ad sublimia subleuantur, terrena omnia nihil habentes.
Docuit id Alciatus emblemate. num. 4.
3 Prouerbium. Aquila in nubibus, fiunt contrà.
Humi serpere.
5 Timidi ità quidam procellarū sunt, vt semper humi serpant.
6 Mala Deus permittit ob peccata nostra.
7 Dei sensum nemo nouit.
Neq; quisquàm eius fuit consiliarius.
Solus secretorum cognitor, & Iudex, nu. 8.
9 Populus Neapolitanus die 7. Iulij 1647. in seditionem versus fuit.
10 Iuditb in domo Regis Nabuchodonosor, consilionem magnam fecit Holofernem necando.
11 Cedula bancaria cū fide crediti, solutionis vim habet.
Namq; nummus, qui in Banco sunt, traditi esse videtur. num. 14.
Declara tamen in actu primo, non in actu secundo. num. 31.
Magis verò mandatum de soluendo vim obtinet. num. 24.
Et ad exigendum. num. 34. & num. 39.
Quam ob causam si interim Bancum deficiat, damno creditoris defecisse non videtur. num. 25.
Præsertim verò, si quis ad factum loco, temporiq; præscriptum non tenebatur. nu. 19.
Cùm non debuisset singulis horis, atquè momentis ad exigendum accedere. num. 21.
Præsertim verò si nouatio facta minimè fuerit. num. 36.
Neq; pro soluto data, sed prò soluēdo. nu. 47.
12 Chirographum legans, actiones, quæ in chirographo continentur, legasse videtur.
Et qui chirographum vendit, nomen debitoris venuisse dicitur. num. 13.
14 Damnum, quod ex sua negligentia quis patitur, sibi ascribere debet. & num. 17.
16 Leges vigilantibus adstans, non dormientibus, nec pigritantibus.
17 Imputet quisq; sibi damnū, quod ex suo facto, & negligentia hausit.
18 Festum S. MARIÆ, de Bruna, siue de Carmelo, die 16. Iuly singulis annis Neapoli celebratur.
20 Negligens is æstimatur, qui cùm possit, in tempore non fecit præfinito.
Et sine culpa negligens quis non dicitur. num. 23.
22 Consilio in positionibus facta plenè probat.
23 Rem, qua culpa caret, in damnum quis vocare non debet.

26 Sol-

26 *Soluere is dicitur, qui ab obligatione liberatur, quoquo modo satisfecerit.*
Soluisse is dicitur, qui id facit, quod facere promisit. num.28.
Et qui liberatus est. num.30.
27 *Solutionis verba satisfactio omnis comprehenditur.*
Ad creditoris voluntatem. num.29.
31 *Liberatio idem refert, atq; solutionem.*
Is enim soluit, qui liberatus est.
Non est liberatus, ergo nec soluit.
Quia adhuc permanet obligatione obstrictus. num.32.
33 *Precarium soluitur soluta pecunia.*
35 *Solutio dupliciter perpendi potest, & in actu primo, siue potentia, & in actu secundo, siue exercitio, quæ verè solutio est.*
36 *Nouatio facta non videtur per solam consignationem cedulæ Bancariæ cum fide crediti.*
Etiam si creditor apud se litteras, siue cedulam retinuerit. ex Salyceto, & Surdo. *num.37.*
Nisi nouatio facta fuerit. num.40.
Ad quam inducendam requisita intercedere debent l.fin. C.de nouationib. *num.46.*
Et in his terminis exauditur decis.353. Afflicti. *num.48.*
38 Decisio Sanfelicij 157.num.4. *expenditur.*
41 *Census annuus emi potest per cedulam bancariam, vt satisfactum dicatur menti Constitutionis Pij V. quòd pecunia numerata ematur census.*
Id enim factum est ad occurrendum fraudibus. num.42.
Modò tamen solutio sequatur. num.44.
Præsertim verò, si pecunia conuerti debebat in extinctionem aliorum censuum. nu.43.
Ità planè, quòd ipsa cedulæ consignatio cessare facit census decurrendos, si pecunia in extinctionem sortis principalis cedere debeat. num 45.
48 Decisio Afflicti 353. *declaratur.*
49 *Solutione eius, quod debetur, obligatio tollitur.*
50 *Sententia, quæ iustè dicta est, per Iudicem à quo, confirmari iure debet per Iudicem ad quem.*
51 *Iustitia cuiquè, quod suum est, tribuit.*

ARGVMENTVM.

Cedula bancaria cum fide crediti Banci creditori data, núm nè solutionis vim habeat, vel magis mandati ad exigendũ? Et quid si interim donec pecuniæ à Banco exigātur, Bancũ defecerit; cuius nàm damno defecisse videatur? Et an per cedulæ consignationem nouatio facta fuerit, & quando? Et quid sit soluere, & liberari. & quid in actu primo, & quid in actu secundo solutionem factã fuisse. Vndè declaratur *decisio* 157. *Regentis Sanfelicij, & Afflicti* 353. & num per cedulam bancariam satisfactum videatur menti Constitutionis Pij V. de censibus, numeratam pecuniam in emptione census perquirentis? & num cessare faciat cursum censuum, in extinctionē sortis principalis tradita? Sententia iustè dicta per Iudicem à quo, confirmari debet per Iudicem ad quem.

RESPONSIO XCIV.

1 HOminum ingenijs non par omnibus vis est. Sũt enim non nulli ità valentes ingenio, vt veluti Aquilæ terrena despicientes ad cœlestia ferantur, Solemq; apertis intueantur oculis, nec palpitent: alij verò ità fragiles, & terreni, vt veluti graculi, anates, anseres non nisi, quæ
2 humi repunt, pascantur. Sic sanè sunt non nulli, qui non nisi terræ quisquilias quærũt, infidi, timidi, formidolosi, pauperes, vno vel saltim nummo Cœlum, atq; cœlestia omnia abnegantes; quod meliora non nouerint; vnde fidem abnegant humanam, obulũ nè perdant. Alij verò corde magno, generosi adeò spiritu sunt, vt regna ipsa darent, alijs gratam, vt rem facerent. Hinc
3 planè prouerbio factus est locus: *Aquila in nubibus.* Sicut contrà: *Humi serpere.* expressit id totũ doctissimus, eruditissimusq;
4 pariter Alciatus emblemate 140.

Vt sublime volans tenuem secat aera Falco.
Vt pascuntur humi, graculus, anser, anas:
Sic summũ scandit super ætera Pindarus ingẽs;
Sic scit humi tantùm serpere Bacchylides.

Quia nimitùm sunt quidam ità tenaciter,

5 etiam

5 etiam minimis, insistentes, vt tenues cogãt
siliquas. nimis procellarum timidi. vt Ho-
ratius in arte dixit:
Serpet humi tutus nimium, timidusq; procellæ.
Est huic rei quam simile, quod apud nos
vertitur factum. Anno 1647. mense Iulio
6 septima eiusdem die, sic Deo permittente,
cuius iudicia sũt inscrutabilia. Quis enim
7 nouit sensũ Domini? Aut qui consiliarius
eius fuit? Paulus ad *Romanos* 11. 3. admi-
8 rans, dixit. Quia ipse solus secretorum
est cognitor, & Iudex. Vrbanus vt tradit II.
Dominico Grandensi Patriarchæ scribens
in *can. erubescant impij* 11. *in fin. distinct.* 32. &
Anacletus Papa in *can. si omnia in hoc secu-*
lo 7. *in princ.* ibiq; *Gloss.* verbo *si omnia* 6.
9 *quæst* 1. Cùm Populus hic Neapolitanus
in seditionẽ se vertisset, omniaq; propterea
perturbata fuissẽt, vt ex primoribus Ciui-
tatis latibula perquirerent, neque se tutos
putarent; secretioribus quamuis in rece-
ptaculis se se abdidissent. Perturbatis om-
nibus, vt confusionẽ videres? Petrat enim
confusionẽ hanc in domo Regis vana for-
tassis quædã persuasio. Sicuti *Iudith* 14. 16.
10 Vagao Eunuchus de Olopherne dixit,
quando truncum cadauer eius mane inue-
nit: *Vna mulier Hebræa fecit confusionem in*
domo Regis Nabuchodonosor. Die 16. mensis
eiusdem R. D. Ioannes Baptista della Gat-
ta Sacerdos Neapolitanus fidem quandam
crediti in publico Banco Sancti Saluatoris
ducatorũ quadraginta sex à Domino Ca-
rolo Spinello sibi ob assertam causam gi-
ratã Domino Alberto Salutio ob tot alia
(*per altri tãti*) regirauit. Dominus Albertus
pecunias à Banco extrahere haud potuit,
quòd fidem Bancum fefellerit. Apud Cu-
riam proinde Archiepiscopalem Neapoli-
tanam dictũ D. Ioannem Baptistam ad so-
lutionem pecuniarum prædictarum in iu-
dicium prouocauit. Compilato processu
per diffinitiuam sententiam condemnatus
D. Ioannes Baptista fuit ad soluendũ Do-
mino Alberto ducatos prædictos quadra-
ginta sex, cum expensis. Per appellationem
per Breue Sanctissimi sub annulo Piscato-
ris apud S. Mariam Maiorem 15. Septẽbris
1649. nobis Neapoli cõmorantibus. Cau-
sa commissa fuit apud nos compilato pro-
cessu. Qui D. Ioannem Baptistam tuentur
in hoc toti sunt, vt ostẽdant, dictũ D. Ioan-
nem Baptistam per fidem Banci Sancti Sal-
uatoris publici Neapoli die 16 Iulij 1647.
11 iam soluisse. Perindè quippe (per eos) se
habet girata illa fidei publici Banci, atque
numeratò facta solutio; quia numeratò pe-
cunia in Banco extabat; ceduleq; illa Ban-
cariæ consignatio, solutionis vim habet ex
Paulo lib. 56. ad Edictum in *l. liberationis*
verbum 47. ibiq; *Gloss ff. de verbor. signif.* ar-
gumento etiam petito ex Iuliano lib. 4. di-
gestorum in *l. qui chyrographum legat.* 57. *ff.*
12 *de legat.* 3. quatenus habet: qui chyrogra-
phum legat; actiones, quæ chyrographo
formaliter continentur, legasse videtur. &
13 qui chyrographum vedit, nomen debito-
ris venisse videtur. qui igitur cedulam dat
14 bancariam, numos, qui in Banco sunt, tra-
didisse æstimatur. ex Paulo lib. 56. ad Edi-
ctum in *l. solutionis verbum* 54. *ff. de solut. &*
liberat. ibiq; *Bart. num.* 1. concinitq; nec ab
re Iabolenus lib. 12. epistolarum in *l. pecu-*
niam 79. *ff. eod. de solut.* quasi quodammo-
dò manu longa tradita æstimanda sit. vel
Iabolenus in fine ibidem subnectit. sequi-
turque *Rota* apud *Puteum decis.* 163. *lib.* 1.
quam sequuta fuit *Rota in Romana fructuũ*
census 9. *Aprilis* 1606 coràm *Iusto decis.* 270.
num. 2. & 4. apud *Statil. Pacif. de salniano in-*
terdicto. quæ est etiam in impressis apud
Cencium de censib. par. 1. *decis.* 291. *nu.* 2. & 3.
& in *Romana anterioritatis* 4. *Februarij* 1608.
coràm eodem *Iusto decis.* 290 *num.* 2. apud
eundem *Cencium de censib.* & in *Beneuenta-*
na census 29. *Martij* 1593. coràm *Card. Pam-*
philio decis. 102. *num.* 7. apud eundem *Cen-*
cium de censib. sequitur; *Gratian forens. p.* 2.
cap. 387. *num.* 35. 39. & *seqq. ad finem vsque.*
sequutusq; fuit Regens *Ioan. Francisc. San-*
felic. decis. Sacr. Neapol. Consil. 157 *num.* 4. &
seqq. tom. 2. dixeratq; antea *Afflict. decis.* 353.
nu. 6. *Rota in Taunen pecuniaria* 7. *Iunij* 1610.
coràm *Card. Lancellotto decis.* 65. *nu.* 2. apud
Marchesan. tom. 1 *fol.* 883.
Sua negligentia effecit Albertus ne exi-
geret à Banco, quod die 17. & 18 Iulij præ-
dicti publicè, liberèq; soluit; vt ex fidibus
patet Banci, quas Ioannes Baptista produ-
xit fol 11. & fol. 40. & 41 & fol. 57. sua pro-
15 indè ascribat socordiæ, si damnũ hauserit.
Non enim socordibus, sed vigilantibus ad-
16 stant leges. ex Vlpiano lib. 16. ad Edictum
in *l. qui autem cùm possit* 6. *§. sciendum est.*
ibiquè *Gloss.* verbo *vigilant.* & Sceuola lib.
singulari quæstionum publicè tractatarũ in
l. pupillus 24. *in fin §. sed si vigilaui ff quæ in*
fraud. cred. ex Iustiniano Augusto in *§. quo-*
rum. Instit. in proœm. & Honorio III. in *cap.*
ex parte vestra 10 ibidemq; *Gloss.* verbo *in-*
curia. de consuet. Rota apud *Card. Mantic. de-*
cis. 49. *num.* 13. *Barbosa axiom.* 227. *nu* 1. Nos
respons. nostra 42 *num.* 23. *par.* 3. sibi igitur
17 imputet Albertus, suoq; facto, si damnũ ex
Banci defectione extraxit. ex Vlpiano lib.
33. ad Edictum in *l si non fuerint* 37. *ff. de iu-*
re iurando ex Gelasio Papa in *can. vxor fæ-*
licis 33. 17. *quæst.* 4. (Ipse sibi imputet.) di-
cente ibiq; *Gloss.* verbo *imputet.* & Innocẽ-
tio III. in *cap. inter monasterium* 20. *circ. fin.*
ibi: alioquin eam obijcientibus imputetur.
ibiquè *Gloss.* verbo *alioquin. de sentent. & re*
iudic. & Clemente V. in *clement. vnic. in*
fine, de concess. præbend. Rota apud *Cardin.*
Sera-

Straphinum decis. 1256. in princ.
Verùm respondet Albertus: die 16. Iulij
1647. qua Ioannes Baptista fidē Banci ei-
dem tradidit à se subscriptam, eidemq; gi-
ratam, iàm tumultus populares in suo vi-
gebāt feruore; q nec ipse abnegat Ioannes
Baptista, cùm die 7. eiusdem Iulij initium
18 vidissent. fol. 16. à ter. diesq; ipsa 16. fe-
riata esset ob Festum S. MARIÆ de Bru-
na, siuè de Carmelo, quod ex fide Banci à
Ioanne Baptista producta fol. 11. apparet,
cuius verba sic se habent:
*Per obedire all'ordine di V. S. referisco, che
dopò successo il tumulto di Napoli, il Banco nō
negotiò fino alli 17. & 18. di Luglio, nel quale
tempo pagorno à tutti le quantità delle quali
erano creditori. Dopò venne viglietto di S. E.
sotto li 18. che si pagasse dieci per cento la setti-
mana, che durò per tutto il 30. Luglio, nel qua-
le giorno venne altro ordine, che si pagasse alla
raggione di dieci per cento per mese, che si pose
in essecutione dal primo d'Agosto 1647. auanti.*
Ad diem vsq; itaq; decimam septimam Iu-
lij Bancum negotijs non insretit. à nego-
tiando proindè cessauit. nàm Bancum:
non negotiò fino alli 17. e 18. di Luglio. illis
duobus diebus 17. & 18. negotium stetit,
neq; ità liberum, vt ex ipsis patet fidibus, &
partitis à Ioanne Baptista productis. nàm
ipsa die 18. mandatum accessit: *che si pagas-
se dieci per cento la settimana.* In nulla itaq;
fuit ipse negligentia exigendi. prætérquàm
19 quòd ipse ad factum præstrictum, locoq;,
ac tempore limitatum nō tenebatur. vt ad-
uertit *Bart. cons. 208. Clarissime Domine.* quē
sequitur *Felin. in cap. si autem 9. num. 3. de re-
20 script.* Negligensq; is æstimatur, qui cùm
possit, in tempore non facit præfinito. ex
Bonifacio VIII. in *cap. si cōpromissarius 37.
in princ.* ibiq; *Gloss.* verbo *negligētèr, de elect.
lib. 6. & cap si clericus 11.* cumulatèq; *Gloss.*
ibidem verbo *negligentèr. de præbend. & di-
gnitat. eod. lib. 6.* sequitur *Rota* ad rem apud
Verall. Episcopum Caputaquen *decis 266.
num. 3. & seqq. par. 1.* quem sequuta fuit *Rota*
apud *Card. Caualer. decis. 155. num. 2.* Non
21 itaq; debebat horis, atq; momentis singu-
lis ad Bancum illis duobus diebus accede-
re Albertus, fidem prædictam per solutio-
nem vt exciperet. vt perpendit *Rota* apud
*Caualerium d. decis. 155. num. 1. in fin. vers. ne-
què visum fuit obstare.* Et nihilominùs ad
Bancum misit; sed pecunias non accepit.
vti ex testibus probauit, atquè protestatus
fuit apud eundem Ioannem Baptistam,
se non posse dictam fidem bancariam exci-
pere; cùm iàm Bancum ex ipsa hora defe-
cisset, quod nec diffitetur Ioannes Bapti-
sta, quin in suis positionibus, & articulis
hoc deduxit: art. 2. fol. 27. dicens: *Item po-
ne, e vuole prouare, come hauēdo più volte det-
to Alberto fatto intendere ad esso articolante,
che li pagasse detti ducati 46. in presenza delli
22 testimonij producendi, &c.* Confessio verò
in positionibus facta plenè probat. ex *Bart.
in l. certum 6. §. si quis absente. ff. de confessis.
Alex. cons. 172. in princ. lib. 6. Gabr. de confess.
conclus. 1. num. 12. Rota* apud sanct. memor.
Gregorium XV. decis. 143. num. 1. ibiq; *Beltra-
min. num. 4. & decis. 385. num. 3. & decis. 408.
num. 1.* Nulla igitur negligentia imputari
eidem poterit. Vt nullo esse in damno de-
23 beat. Nè rem, quæ culpa caret in damnum
vocaueris. ex Gregorio in *cap. cognoscentes
2. in princ. de constitut.* & à contrario ex In-
nocentio III. ad Ducem Caringiæ in *cap.
venerabile 34. §. nos itaquè, de elect.*
Nequè porrò absolutè verum est, quòd
cedulæ, siuè fidei bancariæ consignatio so-
24 lutionem facit. Licèt nempè vim obtineat
solutionis; verè tamen solutionem non fa-
cit, sed mandati vim habet ad exigendum.
25 Quam ob causam, solutione, exactioneq;
effectum non habente, deponens apocam
26 non liberatur. Is enim soluere dicitur, qui
ab obligatione liberatur, quoquomodo sa-
tisfecerit. vti Paulus lib. 56. ad Edictum in
d. l. solutionis verbum 54. ff. de solut. tradit:
eius hìc damus verba: *Solutionis verbum
(inquiens) pertinet ad omnem liberationem
quoquo modo factam; magisq; ad substantiam
obligationis refertur, quàm ad nummorum so-
lutionem.* numerationem videlicèt. vt *Gloss.*
ibidē subnectit. Is ergo soluit, qui ab obli-
gatione liberatur. vt contrà, is liberatur,
qui soluit. nec diuersimodè Vlpianus lib.
45. ad Sabinum in *l. solutionis verbo 176. ff.
de verbor. signif.* & ipse suis ostendit verbis,
27 dùm dixit: *Solutionis verbo satisfactionem
quoquè omnem accipiendam placet. Soluere di-
28 cimus eum, qui id facit, quod facere promisit.*
Is itaq; soluit, qui suæ satisfacit obligatio-
29 ni, secundū quod facere promisit, ad cre-
ditoris voluntatem. vti *Gloss.* ibidem verbo
satisfactionem. & ipsa commentum agit. Suæ
verò obligationi nō tunc fecit Ioannes Ba-
ptista satis, cùm fidem Banci dedit; quia
nō hoc Albertus creditor voluit, sed vt pe-
cuniam reciperet, pro qua Romæ cambij
litteras dederat. Nequè enim hoc Albertus
voluit, vt fidem crediti absolutè reciperet,
sed vt ei pecunia daretur. vt per quam op-
timè ex verbis deducitur Iaboleni in *d. l.
pecuniam 79. de solution.* quam pro se Ioan-
nes Baptista deducit. In ipsa quippè Iabo-
leni responsione, apertissimè voluntas cre-
ditoris pro fundamento ponitur: illis ver-
bis: *Si in conspectu meo ponere te iubeam, ef-
ficitur: vt & tu statim libereris, & mea esse
incipiat.* pecunia videlicèt. sed hìc ità non
fuit. Pecuniam nempè voluit Albertus, nō
fidem crediti, nisi quatenùs sibi solueretur.
30 non soluit Ioannes Baptista. nec liberatus
quoq; fuit. Hoc est enim liberari, soluere.
Paulus

Paulus hoc docet eodem lib.56. ad Edictũ
in *l.liberationis verbum 47 ff.de verbor.& re-*
rum significat. qui sic breuibus effatur: *Li-*
31 *berationis verbum eandem vim habet, quam*
solutionis. Non soluit, non ergo liberatus
est. non est ergo ab obligatione solutus.
32 ex *Gloss.* ibidem 1. permanet proindè ad-
húc obligatione astrictus soluendi ex Cel-
so lib.7. Digestorum in *l si debitor* 11. *ff.de*
33 *precario.*illis verbis: *Soluta pecunia, preca-*
rium soluitur. & ex Paulo lib.1. ex Plautio
in *l si debitorem meum* 21. *ff.de nouationib.&*
liberationib. Rota in *Romana cambiorum* co-
ràm *Ludouisio 9.Iunij* 1605. *decis.*51. *num.*1.
apud *Statil. Pacif. de saluiano interdicto.* quæ
est in impressis apud eundem sanct. mem.
Gregorium XV. *decis.*217 *num.*4. & *Rota in*
Romana pecuniaria 15. *Iunij* 1620. coràm
*Card.Verospio decis.*228.*num.*1.*& seq. per tot.*
*par.*4.*tom.*2. *in recentior. per Rubeum.* & in
Romana pretij vaccarum 20.*Iunij* 1622. corã
*Nauarro decis.*413.*nu.*5.*& seqq. eadem par.*4.
*tom.*2. *per Rubeum*. quæ decisiones sequun-
tur *Card. Seraphin. decis.*1419.*num.*1.*& seqq.*
per totam. Quia nimirùm non fecit, quod
facere promisit: *E per me li pagareti al Si-*
*gnor Alberto Saluzo, per altri tanti. fol.*9. ob-
34 tinuit proindè fidei crediti consignatio
cum girata vim mandati ad exigendum,
non solutionis. vt dixit Rota in puncto in
Romana Societatis officij 9 Martij 1598. corã
*Peregrino decis.*25. *num.*2 apud *Zacchiam*
tract. de societ.officior. quam sequuta fuit *Ro-*
ta in Bononien fideiussionis 27.Maij 1611. co-
ràm *Card.Caualerio d.decis.*155. *num.*2. Ne-
què Alberti damno esse debet, si defecit
intrà duos dies Bancum, quod iàm ab ini-
tio renouationum firmum non fuerat. Ha-
35 bet proindè vim solutionis ipsa cedula
bancaria, vt *Rota* in superioribus dixit;
sed in actu primo, & in potentia, vt solua-
tur, non in actu secundo, & exercitio solu-
tionis. Est nempè purum mandatum Ban-
co factum, vt soluat: *E per me li pagareti.*
nunquàm igitur in exercitium venit, nisi
actu pecunia soluatur. Tunc enim man-
datum finem videt, & exequutionem obti-
net. Quam planè distinctionem firmam fa-
cimus ex Vlpiano lib. 31. ad Edictum in
l.singularia 15.& *Gloss.* ibidem verbo *non ac-*
ceperis. ff.de reb.credit. & si cert. petat. ibiq;
*Bart. num.*20. *&* 21. & *Doctores*. & *Gloss.* in
verbo *perfecta*. Nàm aliud est mandatum
de soluendo, aliud solutio ipsa. vt tradit
*Gratian.forens.par.*1.*cap.*113.*num.*53. Hanc
ob rem est, quòd neque pecunia in Banco,
ipsi perijt Ioanni Baptistæ, qui tale etiam
mandatum à D. Carolo Spinello obtinue-
rat: *E per me li pagareti à D. Gio. Battista*
*della Gatta. d.fol.*9. sed dicto D. Carolo. In
nullo propterea ipse damno est; sed D.Ca-
rolus, cui Bancum tenetur, cuius ipse cre-
ditor est. Ipse itaq; viderit D.Carolus. Vt
interim Ioannes Baptista, qui litteras rece-
pit cambij, quæ Romæ solutæ fuerũt, vt ex
solutionibus patet in actis pductis, Alber-
36 to 46. soluere teneatur: cùm per cõsigna-
tionem prædictam fidei bancariæ cum gi-
rata: *E per me li pagarete per altri tanti.* vn-
dè confitetur debitum, nouatio facta mini-
mè fuerit. vt perpendit *Rota* apud eundem
Card.Seraphinum d.decis 1419.*nu.*1.*& seq.&*
*d.decis.*228.*& decis.*413. *nu.*5.*& seqq. d.p.*4.
*tom.*2. *recentior.*apud *Rubeũ.* & *Rota in dicta*
Romana societatis corã *Peregrino d.decis..*25.
*nu.*4.apud *Zacchiam de societ.officior.*dixitq;
per quam optimè *Surd. decis.*23.*nu.*9.*&* 10.
ex *Salyc.in l.pro debito* 6. *num.*4. *vers.vbi au-*
tem neutrum. C.de bon. authorit. Iudic. possid.
37 ad rem inferens nostram: *Quòd si creditor*
litteras iàm acceptatas retinuit penès se, non
inducitur nouatio; sicut nec quando mandatur,
quòd soluat, & facta solutione, quòd ponat ad
suam rationem; quia interim nulla est nouatio.
ità benè audiens Surdus. Hanc proindè
38 distinctionem non perpendere, qui apud
*Sanfelic. d decis.*157. *num.*4.*& seq* decreue-
re, apocham bancariam cum fide crediti
datam Mercatori, vt cambiũ faceret quan-
titatis in illa contentæ, etiam non sequuto
cambij effectu, non fuisse restituendam;
quod putarint, apocham cum fide crediti
datam Mercatori, numerationis loco ha-
beri: in actu primo scilicet, & in poten-
tia, non in actu secundo, & exercitio, vt di-
39 ximus. Quia nimirùm cedula ipsa banca-
ria mandati vim obtinet ad soluendum,
atquè proindè dicitur solutio in actu pri-
40 mo, & in potentia habendi; nõ in actu se-
cundo, & exercitio solutionis, ni fortassè
nouatio facta fuisset, quòd probari vtiquè
debuisset per Ioannem Baptistam: apocam
recepisse Albertum in solutum. vt perpen-
dit *Rota d decis.*228.*& dec.*413. *par.*4.*tom.*2.
*in recent. & d.decis.*25.*nu.*2.*&* 4. apud *Zac-*
chiam. & *Surd.d.decis.*23.*nu.*9.*&* 10. & idem
*Sanfelicius decis.*158. *eod.vol.*2. & paulò antè
etiam meminimus.

41 Nec difficultatẽ soluit, quòd cedula ban-
caria vim solutionis habere dicitur. Ad eũ
finẽ profectò, vt satisfactum censeatur dis-
positioni, & menti sanct. mem. Pij Papæ V.
de censibus, qui in creatione census nume-
ratam perquirit pecuniã; si data fuerit ce-
dula bancaria, quasi solutionis vim obti-
42 neat. Quippè id factum est, ad occurren-
dum fraudibus, quibus per cedulam ban-
cariam occursum esse videtur. Nàm cedu-
la ipsa bancaria solutionis vim obtinet: in
actu quidèm primo, nõ sanè in actu secun-
do, & exercitio, vt diximus. & perpensum
fuit in *Rota in d. Beneuentana cẽsus 29. Martij*
1593. coràm *Card.Pamphilio* apud *Cenetum*
*de censib. decis.*103.*nu.*6.7.*&* 8. quam refert

Gratian.

Gratian. d. cap. 387. num. 46. à Sanfelicio relatus. Eoque magis hoc firmum habitum
43 fuit à Rota in *d. Bonouentana census*, quòd pretium dicti census conuerti debebat in extinctionem aliorum censuum, quòd sanè eodem tempore, atq; momento exequi mi-
44 nimè poterat. non magnum proindè erat, si per cedulam bancariã solutio facta fuerit, & admissa. vt perpensũ fuit *d. decis. 103. num. 8. & seqq.* In actu quidèm primo, secuto postmodùm actu secundo per numera-
45 tionem pecuniæ, vt assignatio cedulę bancariæ in solutum datę, pro extinctione sortis principalis cẽsus, cessare faciat fructus, quod vim obtineat solutionis in actu primo, secuto postmodùm actu secundo, & exercitio solutionis. vt perpendit *Rota in dicta Romana anterioricaus* corã *Iusto d. decis. 290. num. 1. 2. & seqq. per totam* apud *Cencium*. quam pro se detulit Ioannes Baptista, non autem ad verum sensum illam perpendit, neq; sanctuarij trutina ponderauit. Non igitur applicantur termini. Nàm in casu, factoq; hoc nostro, Alberto pecuniæ solutæ minimè fuerunt, neque soluentur, cùm Bancum fidem fefellerit. Neq; Albertus fidem in solutum recepit, vt ipse ex testibus probauit, nec Ioannes Baptista in positionibus diffitetur, vt suprà perpendi-
46 mus, vt nouatio facta fuisset: cùm nouationis termini, eiusq; requisita, neq; adsint ad Iustiniani Cæsaris sensum ad Senatum in *l. fin. C. de nouationib. & liberationib.* & perpẽdit *Rota* coràm *Cardin. Verospio d. decis. 128. num. 2. & seq.* & coràm *Nauarro d. decis. 413. num. 12. & 13.* & apud *Card. Seraphin. d. decis. 1419. num. 3.* & in dicta *Romana societatis officij* coràm *Peregrino d. decis. 25. nu. 4. & seqq.* apud *Zacchiam de societ.* plenè *Surd. d. de-*
47 *cis. 23. per totam*. Neq; Ioannes Baptista dictam fidẽ crediti pro soluto dedit, sed pro soluendo: *E per me li pagareti per altri tanti.* vt liberatus minimè fuerit. vt perpendit *Rota Genuæ* apud *Marc. Ant. Bellon. decis. 4. num. 13.* dixeratq; antea *Bald. cons. 348. facta fuerunt littera. lib. 1. sub num. 2. vers. amplius sciendum est.* quem ipse *Bellonus* refert & sequiturq; *Rota* apud *Seraphin. d. decis. 1419. num. 3.* & apud *Nauar. d. decis. 413. num. 13. Gratian. d. cap. 113. num. 53.*

48 Et in his terminis, quando scilicet facta est nouatio, loquitur *Afflict. d. decis. 353.* vt eam quoq; exaudit *Rota in d. Bonouentana census* coràm Pamphilio *d. decis. 103. nu. 9. & 10.* apud *Cencium de censib. par. 1.* Non quòd Albertus quadraginta sex amiserit, cùm neq; illa Ioannes Baptista perdiderit, sed D. Carolus Spinellus, cuius debitor Bãcum remanet, quod Caroli fidem fefellit.

Iure ergo quam meritissimo Curia Archiepiscopalis Neapolitana ad hoc purum factum intentionem habens, & respiciens, atq; ad tergiuersationes per tot inhibitiones A.C. à Ioãne Baptista extortas, & postmodùm instãte Alberto moderatas; Ioannem Baptistam ad soluendũ Alberto quadraginta sex aureorum, quę Romę eius nomine Decius Mazeus recepit, condemna-
49 uit, vt solutione ab obligatione liberaretur. ex Pomponio lib. 35. ad Sabinum in *l. si creditor fundum 26. ff. de solut.* & Iustiniano Cæsare *Instit. quibus modis tollitur obligatio, in princ. Vincent. de Franch. decis. 200. nu. 11. & 12. Surd. d. decis. 23. num. 1. in fin. Bellon. d. decis. 2. nu. 4. in fin.* Rotæ Genuæ. *Rota* apud *Coccinum decis. 211. num. 3.* & apud *Card. Caualer. decis. 99. num. 2. & decis. 619. nu. 1.* & in *Romana census 10. Decembris 1603.* coràm *Litta decis. 271. num. 1.* apud *Cencium de censib. par. 1.*

50 Debuimus proindè, & nos eius confirmare sententiam, quæ ex iustitia processe-
51 rat. Hęc nempè cuique, quod suũ est tribuit. ex Vlpiano lib. 1. regularum in *l. iustitia 10. ff. de iustit. & iure.* & Iustiniano Cæsare *§. 1. Instit. eodem.* & ex Isidoro *can. ius naturale 7. dist. 1.* ex Innocentio III. in *cap. ex ore sedentis 17. in princ. de priuileg.* & dixit Rota apud *Dunozetum* Episcopum Vrgellen in *Placentina decimarum 28. Maij 1629. decis. 295. nu. 1. par. 5. recentiorum* apud *Rubeum*. Confirmauimus proindè illam, & ità sententiam tulimus.

Atq; ità ex his, quæ iudicio supponimus prudentiori, acrioriq; iudicauimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episc. Iuuenac. Delegat. Apostol.

SVMMARIVM.

1 *Concordia paruæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur.*

2 *Prouerbiũ.* Concordia fulciuntur opes etiã exiguæ.

3 *Principatus statuitur à populi cõsensu, pace, & beneuolentia stabilimentum capit.*

4 *Concordiæ symbolum Cornices statuuntur. ex Alciato.*

5 *Regna discordia dissoluuntur, ubi concordia crescunt.*

6 *Animos dissoluere diabolicum.*
Congregare verò, & vnire diuinum.

7 *Regnum, quod in se ipso diuisum est, non stabit, sed desolabitur.*
Ex Christo Domino nostro.

8 *Christo qui cùm non congregat, dispergit.*
Et qui cum eo non est, contra ipsum stat.
Christi qui non est, Antichristi est. *ex Hieronymo. num. 9.*

10 *Electio, & nominatio differunt.*
Nàm electio vniuersaliter fieri debet.

Non particularitèr, alioquin nominatio diceretur. num.18.
Et omnes vocari debent, qui debent, volunt, & possunt interuenire. num.11.
Atq; vniuersalitèr vocari.
Et in communi, & publicè celebrari. nu.12.
Non singulariter, & clandestinè. & nu.32.
Electiones clandestina reproba habentur. num.13.
Clandestina illa dicuntur, quæ singularitèr, & occultè fiunt. num.14.
Et per priuata conuenticula.
Ad electionem absentes quoquè vocari debent. num.15.
Modò tamen extrà Prouinciam non sint. num.16.
Multòq; magis, qui in loco præsentes erunt. num.17.
Alioquin electio nulla erit. & num.70.
Ratio redditur, quare vniuersalitèr electio fieri debeat. num.19.
Quia. meliùs prouidetur per plures, quàm per vnum. num.24. & num.26.
Omnes igitur vocari debēt, quos adesse oportet. num.29.
Ratio redditur. num.30.
19 *Iudicium est integrum, quod plurimorum sententijs confirmatur. & num.21.*
Ratio redditur. num.20.
20 *Inuenitur faciliùs, quod à pluribus quæritur sapientibus.*
22 *Testes plures, quàm duo in testamentis quare perquiruntur?*
23 *Veritas per ampliores homines perfectissimè reuelatur.*
25 *Eligi debet Rector, vel Prælatus, qui sit gratus multitudini.*
27 Consilia vbi multa sunt, salus est populi. *ex Salomone.*
28 *Maior pars, quod efficit Curia, ab omnibus factum videtur.*
Sed vniuersalitèr, non particularitèr.
Omnes igitur vocari debēt, quot quot adesse oportet. num.29.
Ratio redditur. num.30.
Idem in iudicijs, quod maior pars iudicauit. num.46.
31 Text. in l. quod maior pars 19. ff. ad municip. *expenditur, declaraturq; num.32. & num.45.*
33 *Nomine, qui eligunt aliorum (vtputà Syndici Vniuersitatis) pro vna æstimantur voce.*
Quia. non proprio fecerunt nomine, sed aliorum.
Vndè omnes illi vnum corpus æstimantur.
Et pro vna voce eligere videntur.
Quod & in electione procedit. num.37.
Et in contractibus.
34 *Gessisse quis videtur, quæ per alium gessit.*
35 *Qui facit per alium, per se facere videtur.*
38 *Præsentantes in stirpes in iure patronatus laicorum hæreditario, pro vna habentur voce.*
Quàmuis plures vnius sint stirpis.
Vnum enim efficiunt corpus illius, quem repræsentant. num.39.
Nàm & si plures materialitèr sint, & numero. num.40.
Sunt tamen vnum formalitèr.
Et pro vno reputantur. num.41.
Et vocem vnam habent. num.43.
42 *Corpus vnum est, & membra habet multa.*
Vnum tamen corpus sunt. ex *Paulo Apostolo.*
Multa quidèm membra, sed vnum corpus.
44 *Syndici, & Electi Vniuersitatis pro vna reputantur voce in his, quæ Ciuitatis, & Vniuersitatis nomine gerunt.*
Sicuti ab ordine deputati.
Vel à duobus Viris.
Totissimùm verò, si in alterius redundet præiudicium. num.45.
47 *Iniustitia aufert.*
Iustitia verò dat cuiquè, quod suum est.
48 *Iustitia in æqualitate consistit.*
Vt in inæqualitate iniustitia.
49 *Iurisdictio vna, atq; eadem est, siuè in multos, siuè in paucos exerceatur.*
Hoc enim ex accidenti est.
50 *Magis, & minus non faciunt differre rem in specie.*
Sed in numero.
Sicuti magnum, & paruum.
51 *Homo idem est, siuè magnus, siuè statura pusillus sit essentialitèr.*
52 *Zacchæus statura pusillus erat.*
Homo tamen.
53 *Nauis à schapha distinguitur.*
Non genere.
Sed mediocritate.
Scapha quippè parua nauicula est. nu.55.
54 *Fœminæ siuè diuites, siuè pauperes, non differunt specie.*
Sed qualitate.
55 *Scapha nauis pars non dicitur.*
Sed parua nauicula est.
56 *Iurisdictione cōcessa, omne illud concessum videtur, per quod iurisdictio alitèr exerceri non valeret.*
Quàmuis maius esset. num.57.
58 *Natura humana nullo modo destituta debet esse medijs ad sui conseruationem necessarijs.*
Quia nihil frustraneè facere videtur. nu.59.
59 *Formam qui dat, & ea dat, quæ consequuntur ad illam.*
60 *Haustum qui habet, & iter habere videtur.*
Nè data facultas frustranea sit. num.61.
61 *Facultas data ad aliquid faciendum frustranea esse haud debet.*
62 *Procurator ad petendum datus.*
Et ad exigendum datus videtur.
Ratio redditur. num.63.
63 *Sequentia cui mandantur, & antecedentia mandata videntur.*

Qua

Qua regula inuersim exanditur. num.64.
64 *Probibito vno, censentur omnia probibita, per qua illud probibitum locum non haberet,*
Atque è contra, & conuersim.
65 *Nomine qui agit alterius,*
Eius gerit vices.
66 *Natura sicuti non abundat superflis, ita nec in necessarijs deest.*
Vt cuiq; tribuatur, quod sibi debetur.
Nihilq; frustrà facit.
Neq; ex accidenti mutatur. num.68.
67 *Naturale quod est attenditur, non quod ex accidenti.*
69 Text. in l. si tres 20. ff. de recept. arbitr. expenditur.
71 *Obseruantia subsequuta retineri debet.*
Debet tamen probari. num.72.
Et particularitèr in casu, de quo agitur.
Secus tamen oppositione sequuta. num.73.
Nàmq; humilia firma consensus facit,
Oppositio dissipat.
74 *Oppositio conseruat iura.*
Et multa valent, parte non opponente. nu.75.
Decidunt autem oppositione facta.
In terminis quoq; electionis. num.76.
77 *Facultatis, qua sunt, minimè praescribuntur,*
Sicuti qua humanitatis causa fiunt. nu.78.
Veluti etiam libertas. num.79.
Vt neq; manutenibilis possessio fiat in facultatiuis. num.80.
Quàmuis per mille annos quis facultate nō vtatur sua. num.81.
Nisi probibitio intercedat cum acquiescētia.
82 *Iure, qui vtitur suo, nemini facit iniuriam,*
Quia cum ratione facit.
Tueri enim suum debuit. num.83.
Non verò iniuriam committere. ex Vlpiano,
84 *Inciuile factum Iudex moderari supremus debet.*

ARGVMENTVM.

Electio, & nominatio inter se se differūt; nàm nominatio particularitèr fit, vniuersalitèr verò electio. Omnes verò vocari debent, quos intercedere oportet. alioquin electio nulla. Quia meliùs prouidetur per plures, quàm per vnum. Vnius verò contemptus, qui praesens fit, nullam electionem facit. Maior pars, quod efficit, ab omnibus factum aestimatur. Vndè *text. in l. quod maior pars 19. ff. ad municip.* expeditur. Nomine, qui eligunt alieno, non suo (vtputà Syndici Ciuitatis) pro vna aestimantur voce. Praesentantes in stirpes, pro vna praesentant voce. Quia vnum corpus faciunt, vnamq; obtinent vocem. Iustitia in aequalitate consistit, in inequalitate iniustitia, quae aufert, non dat. Iurisdictio vna aestimatur, siuè in multos, siuè in paucos exerceatur vasallos, ex accidenti hoc enim est. Magis, & minus non faciunt differre rem in specie, sicut nec magnum, nec paruum. Natura suis medijs destituta esse non debet, quae nihil frustra facit. *Textus* proindè expeditur *in l. in tres 20. ff. de recept. arbitr.* Obseruantia subsequuta, firma haberi debet. quod expenditur. Praescriptio in facultatiuis nō procedit. Iure, qui vtitur suo, nemini iniuriam facit. quia cum ratione facit.

RESPONSIO XCV.

QVAE concordia paruae res crescunt, dissoluuntur, quàmuis maximè discordia. Salustius in Iugurta dicti 1 agnoscitur Auctor: *Cōcordia paruae res crescunt;* (dicens) *discordia maximè dilabuntur*. Adagio proindè locus non factus vulgaris est:
2 *Concordia fulciuntur opes etiam exigua,*
3 Nàm Principum ipsorum status non aliundè stabilimentū capit, quàm à populi con-
4 sensu, pace, & beneuolentia. Hinc *Alciatus emblemate* 38. Concordiae symbolum statuens, Cornices effinxit, quod aues istae concordiam summè colant. audias illum:

Cornicum mira inter se concordia vita est,
Mutua statq; illis intemerata fides.
Hinc volucres hæ sceptra gerunt, q scilicet oẽs
Consensu populi stantq;, caduntq; duces:
Quem si de medio tollas, discordia præceps
Aduolat, & secum regia fata trahit.

5 Dissoluũtur sanè Regna, atq; intereunt di-
6 scordia, sicuti concordia crescunt. Diabo-
licum quippè est, animos dissoluere, vti Di-
uinũ congregare. Dixit proindè Christus
Dominus noster Pharisæis cogitantibus, il-
7 lum in Belzebub Principe Dæmoniorum
eijecisse Dæmonium. Matthæi 12.25. Lucæ
11. 17. *Omne Regnum contra se diuisum deso-
labitur. & omnis Ciuitas, vel Domus diuisa cõ-
tra se, non stabit. Et si Sathanas Sathanam
eijcit, aduersus se diuisus est. quomodò ergo sta-
8 bit Regnum eius?* subnectens paulò infrà:
*Qui non est mecum, contra me est; & qui non
congregat mecum, spargit.* sequiturq; Hiero-
nymus ad Damasum scribens in *can. quo-
niam vetustò* 25. in finalibus verbis 24. *q.* 1.
sequentibus dicens: *Quicunq; tecũ non col-
9 ligit, spargit. hoc est. qui Christi non est; An-
tichristi est.* Congregatos igitur in vinculo
charitatis oportet nos esse, vt cum Christo
congregemus. alioquin dissoluemus om-
nia. Monebat propterea Horatius Ode
35. lib. 1

Iniurioso ne pede proruas
Stantem columnam: neu populus frequens
Ad arma cessantes, ad arma
Concitet, imperiumq; frangat.

Indè nunc suscitatæ lites fuere inter Oeco-
nomos Ecclesiæ Sanctissimæ Annunciatæ
Terræ Iuliani Auersanen Diœcesis, quia in
discordia nouam electionem eiusdem Ec-
clesiæ Sacellani celebrare amauerunt. Cùm
enim duas in partes Terræ præfatæ iuris-
dictio sit diuisa. vna ex parte Ducis Ache-
runtiæ, altera Ducis Montisleonis. Ache-
runtiæ Dux duabus in partibus totius iu-
risdictionem exercet. In tertia verò parte,
Mõtisleonis Dux est. Duæ prætereà sũt Ec-
clesiæ, quæ ab Oeconomis, siuè Magistris
diriguntur laicalibus. Sanctæ Sophiæ Ec-
clesia; & Sanctissimæ Annunciatæ. Sindici,
& Electi ex Acheruntiæ iurisdictione duos
deputant annis singulis Oeconomos, siuè
Magistros in vnaquaq; Ecclesiarum prædi-
ctarum; vnũ verò Sindicus Montisleonis in
vnaquaq; earũ. Omnes hi Ecclesiarũ dicta-
rum bona ministrãt, diriguntq;, atq; Sacer-
dotes, qui Diuina celebrẽt, Diuinisq; inser-
uiant, incruentumq; sacrificium singulis
diebus Deo offerant Altissimo, statuunt,
eliguntuè. Vacauit hisce diebus locus Sa-
cristiæ, siuè Sacellani Ecclesiæ præfatæ San-
ctissimæ Annunciatæ. Qui ex parte Ache-
runtiæ sunt Oeconomi, ipsi Sacristam ele-
gerunt. Refricat illis Montisleonis Oeco-
nomus, se contempto electionem hanc fa-
ctam fuisse. nullã proindè, nec confirman-
dam, quin magis infirmandam. Sit nè firma-
facta electio; vel infirmanda? causæ dat
statum.

Nullam illã esse nos edicimus interpel-
10 lati. Fuit namq;, nõ electio, sed nominatio
dumtaxàt, per cedulam descriptam manu
duorum; neque vniuersaliter, sed particu-
lariter facta, cõtempto prædicto Mõtisleo-
11 nis Oeconomo. Electio quippè, vt legitimè
fiat, ità debet institui, vt omnes, qui debẽt,
& volunt, & possunt vniuersaliter vocẽtur.
Quia non simplex nominatio, sed solemnis
electio fieri debet, & Principi præsentari, vt
postulationi præstet assensum. ex Innocen-
tio III. in *cap. quod sicut ex litteris* 28. & in
cap. quia propter diuersitatem 42. & in *cap. in
Genesi* 55. *de elect.* ibiq; *Gloss.* verbo *commu-
niter.* quæ rationem reddit sequentibus, di-
12 cens: *In communi enim, & publicè debet ele-
ctio celebrari, & non singulariter, & clandesti-
nè.* alioquin *electio nulla.* Quia videlicet
13 clandestinè celebrata videbitur. Clandesti-
næ verò electiones reprobæ habẽtur. ex eo-
dem Innocentio III. *d. cap. quia propter di-
uersitatem* 42. *§. fin. de elect.* dicente illo: *Ele-
ctiones quoquè clandestinas reprobamus. Illa
14 verò electio clandestina dicitur,* (Gloss. finalis
ibidem subnectit) *quæ fit singulariter, & oc-
cultè per occulta conuenticula.* ex Symmaco
Papa in Synodo Romana prima in *can. si
quis, Papa superstite* 2. *dist.* 79. illis verbis:
*vel de hac causa priuatis conuenticulis factis
15 deliberare, atquè decernere.* Siquidèm; si ab-
sentes etiam, ad electionem vocare opor-
tet. ex Cypriano Episcopo, & Martyre in
can. factus est Cornelius 5. 7 *quæst.* 1. ibiq; per
quam optimè *Gloss.* verbo *quæ tunc.* sequi-
turq; *Gloss. in can. Aurelius Episcopus* 5. ver-
16 bo *si Episcopus in fin.* 26. *quæst.* 6. modò ta-
men extrà Prouinciam nõ sint. Multò ma-
17 gis, qui eodem in loco sunt, vocari debe-
bunt. alioquin subsequuta est nulla electio.
Gloss. docet *d. can. factus est Cornelius* 5. ver-
bo *quæ tunc.* peroptimèq; perpendit. De-
buit proindè vocari publicè Oeconomus,
siuè Magister ex parte Montisleonis, vt iu-
rè, legitimèq; electio procederet, qui præ-
sens in loco aderat. vt eadẽ perpendit *Gloss.*
Fuit ergo nulla electio præfata; & quia
spreto consocio; & quia non vniuersaliter,
sed particulariter, atquè singulariter facta;
18 & demùm quia non electio, sed nominatio
particularis fuit à dictis duobus Acherun-
tinis particulariter, singulariterq; descri-
pta. ex Innocentio III. *d. cap. quod sicut ex
litteris* 28. *in princ. de elect.* ex eodem Inno-
centio Capitulo Capuano in *cap. cùm inter
vniuersas Metropoles* 18. & Toletano Epi-
scopo in *cap. auditis, & intellectis* 29. & *cap.
coràm dilecto filio* 35. *de elect.* Nec sanè ina-
19 dæquata ratio redditur, vt omnes vocẽtur.

ex Coe-

ex Cœlestino III. in *cap. prudentiam eod. 21. in primo responso de offic. Iudicis delegati.* verba sunt Cœlestini: *Cùm (sicut canones attestantur) integrum sit iudicium, quod plurimorũ sententijs confirmatur.* Dictiq; rationẽ *Gloss.* reddit ibidem verbo *plurimorum.* & ipsa
20 dicens: *Quod enim à pluribus quæritur sapientibus, faciliùs inuenitur.* Accepit autem ipsa, ac mutuo. ex Innocentio Papa in *can. de quibus causis 3. in fin. dist. 20.* qui sic rationem ipse priùs detulerat: *Faciliùs namque inuenitur, quod à pluribus senioribus quæritur,* infert idem ipse Innocentius ad Victriciũ Episcopum Rothomagen scribens in *can. extra conscientiã Metropolitani 4. dist. 64.* his loquitur Innocentius, sicut alter postmodũ loquutus fuit, vt paulò antè detulimus. *In-*
21 *tegrum enim est iudicium, quod plurimorum sententijs confirmatur.* nec retrò ab eodem abijt sensu Iustinianus Cæsar in *l. consultione ex facto 32. sub fin. §. lex etenim. C. de fideicom.* Rationem quippè reddens ipse, quare plu-
22 res, quàm duos testes in testamentis exigi mandauerit: *Vt per ampliores homines (in-*
23 *quiens) perfectissima veritas reueletur.* Ità Cæsar. & in hac ipsa nostra electionis materia sequutus fuit *Geminian. in cap. cùm in illis 16. §. i. nu. 8. vers. si mandatur. & nu. 10. in fi. de præbend. in 6.* rationem dicti reddẽs:
24 *Cùm præsumatur* (inquiens) *meliùs prouideri per plures, quàm per vnũ.* eumq; sequitur *Alba Mandell. cons. 724. num. 1.* in materia & ipse loquens electionis, rationemq;
25 reddens: *Quia gratissimum est, quòd eligatur Rector, seù Prælatus, qui sit gratus alijs.*
26 hoc verò exactiùs fit, si omnes adfuerint, qui eligere debent. quod perpendit non extrà rem Celsus lib. 3. Digestorum in *l. si in tres fuerit compromissum 10. ff. de recept. arbitr.* Nec diffitetur Salomon à Spiritu diuino edoctus *(Prouerbior. 11. 14.)* inquiens:
27 *Vbi non est Gubernator, populus corruet: salus autem vbi multa consilia.* Propterea Sceuola lib. 1. quæstionum in *l. quod maior pars 19. ff. ad municip. & de incol.* sic docuit, re-
28 spondítq;: *Quod maior pars Curiæ efficit, pro eo habetur, ac si omnes egerint.* Maiorem exquisiuit omnium partem, non minorem, neq; interruptam, sed in vnum congregatam; atq; præsentem. ex *Gloss.* ibidem in principio. quod profitetur: & Vlpianus libro 9. ad Edictum in *l. nulli permittitur 3. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine, vel contra eam agatur.* illis verbis in fine: *aut lege cessante ordo dedit; cùm vna partes adessent, aut ampliùs quàm duæ.* Duę partes totum, qui adesse debebant. vt *Gloss.* ibidem verbo *duæ.* commentum agit. Nec diuersimodè Imperatores decreuere Theodosius, Arcadius, & Honorius in *l. nominationum forma 45. C. de decurion. lib. 10.* & ipsi dicentes: *Si*
29 *omnes, qui albo Curiæ detinentur, adesse non possunt.* nàmq; omnes vocari debent, quos adesse oportet. ex *Gloss.* ibidem verbo *nominationum.* hoc est electionũ. vt ipsamet adnotat. notatur ex Innocentio III. in *cap. cùm omnes 6. de constit.* sequiturq; pluribus *Vincent. de Franch. decis. 2. num. 1. & seqq. per tot. & decis. 609. num. 1. 2. & seqq. Ioan Bapt. Thor. in compend. omn. decis. par. 2. verbo electio officialium regiminis.* Vocari proindè, & ex parte Mõtisleonis debuit Oeconomus, vt omnibus auditis maturior electio de-
30 uenisset? Et quid si hic aliquid nouisset, quo cognito, illi ex Acheruntia electionẽ nõ perfecissent? Cùm gratissimum non parum sit Rectorẽ sortiri, qui gratus sit alijs, quibus præesse debet. vt ex Mandellio paulò antè annotauimus. & pluribus rem prosequitur *Annibal. de exequend. mandat. Regum. par. 2. cap. 1. num. 14. & seqq. Anna pater sing. 162. Thorus in compend. decis. tom. 1. verb. electio an sit nulla, & par. 3. tom. 2. verbo electio facta aliciuns.* perpenditque per quàm optimè Celsus *d. l. si in tres 10. de recept. arbitr.* illis non eruditis verbis in fine: *& potuit præsentia eius trahere eos in aliam sententiam.* Vocari idcircò debuit. Fuit ergo nulla facta nominatio illo non vocato.
31 Nec difficultatem facit vllam, quòd ipsi duo, qui elegerunt, maiorem faciunt partem Oeconomorum. ab ipsis ergo factum, ab omnibus factum cẽsebitur. ex ipsomet Sceuola *d. l. quod maior pars 19. ff. ad municip.* Decipiuntur edepol.
32 Cùm quòd non electio, sed nominatio dumtaxat fuit singulariter, nõ autẽ vniuersaliter facta; vt in initio. ex Innocentio III. *d. c. quisicut ex litteris 28. de elect.* deduximus.
33 Tum quòd pro vna tantùm voce ipsi æstimantur duo, à Syndico, & Electis deputati ex parte Acheruntiæ. Eius quippè fecerunt nomine, nõ sanè proprio. ex Paulo lib. 9. ad Edictum in *l. item eorum 6. §. si decuriones. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine, vel contra eam agatur.* Pauli rationẽ excipe ad rem nostram: *Parui enim refert, ipse ordo eligat, an is, cui ordo negotium dedit.* quo loco *Gloss* verbo *negotium dedit.* Id est potestatem (infert) eligendi. sequiturq;: *Et sic nota: quòd quis per alium facit, ipse facere videtur. vt hic.* Rationem habes ex Vlpiano lib. 35. ad Edictum in *l. ità autem 5. §. gessisse autem in fin. ff. de administrat. & peric. tutor.*
34 sic nempè Vlpianus: *Gessisse enim videtur, & qui per alium gessit.* ibiq; *Gloss.* verbo *per alium.* conciniti; Bonifacius VIII. in re-
35 gula *qui facit per alium 72. de regul. iur. in 6.* & Gregorius IX. in *cap. litteris Apostolicis 39. § fin. de rescript.* ibiquè *Gloss.* verbo *cùm factum prædecessoris in fine.* ex Gregorio X. in Concilio Generali Lugdunen in *cap. hi, qui authoritate Apostolica 12. in fin. de præbend. & dignitat. in 6.* nec discessit Papinia-

nus

nus lib. 19. quæstionum in *l. vnum ex familia 69. §. si de falcidia quæratur. ff. de legat. 2.* notatq; *Bart.* ibidem in summario, sequiturq; *Rom. conf. 116. visis necessarijs. sub nu. 1.* quem sequitur *Marcell. de Mauro allegat. 10. num. 1.* ad rem nostram de electione differens: *Rota in Vlixbonen iuris conferendi 17. Decembris 1635.* coram *Ritonano decis. 584. nu. 16. 17. & 18. par. 5. tom. 2. in recentior. per Rubeum.* Nomine igitur ipsi fecerunt Syndici, & Electorum ex parte Acheruntię, qui pro vno sunt; & vnus est quoquè Syndicus ex parte Montisleonis. pro vno itaq; ipsi vocem habent, non pro duobus, qui illius fecerunt nomine, non proprio. Alioquin ad totam terram hoc pertineret. Non itaq; à maiori parte hæc nominatio facta fuit. Rationem reddit *Gloss. in d. l. nulli permittitur 3. verbo duæ partes. in fin. quod cuiusque*
36 *vniuersitatis.* Quia nimirùm hi duo, quasi vnum corpus assumatur, cum tota illa parte, quam repręsentant Acheruntiæ, pro vna igitur sunt voce: sicuti pro vna est etiam voce ille ex parte Montisleonis, quam repręsentat. ex Alpheni sententia lib. 6. Digestorũ in *l. proponebatur ex his Iudicibus 76. ff. de iudic.* atq; Vlpiani lib. 70. ad Edictum in *l. aliud est venaere 121. §. refertur ad vniuersos. ff. de regul. iur.* ibiq; *Gloss.* verbo *refertur. vers. item si faciat maior pars eorum:* infe-
37 rens etiam ad rem nostram: *Et habet locũ* (inquiens) *in electione, & contractibus.* Velu-
38 ti, ad rem hanc nostram, qui in stirpes pręsentant ad iuspatronatus hereditarium, quot quot illi vnius sũt stirpis, pro vna pręsentant voce; quia vnum efficiunt corpus illius, quem repręsentant. ex Clemente V. in Concilio Viennen in *clement. plures 2. de*
39 *iure patronat.* Porrò illum vnum repręsentant ipsi, & si mille fortassè fuerint, cuius hæredes sunt. ex Vlpiano lib. 2. disputationum in *l. haredem 60. ff. de regul. iur.* ex iuris
40 vtiq; fictione, secundùm *Gloss.* ibidem. Numero namquè plures sunt, & materialitèr; seu vnum duntaxàt repręsentant corpus, & pro vno habétur formalitèr. ex Iustiniano Cæsare *§. 1. in authent. de iure iurando à moriente præstito, collat. 5.* & Diocletiano, Maximianoq; Augustis in *l. cũ à matre 14. C. de rei vendic.* Rationemq; *Gloss.* reddere visa est in *can. si plures heredes 36.* verbo *cõ-*
41 *muni. 16. quæst. 7.* Quia (inquiens) omnes illi reputari debent pro vno, cùm in locum vnius successerint. testaturq; Doctor Gentium Paulus *1. ad Corinth. 12. 11. & 12.* qui, sic. spiritum Dei habens, effatur: *Hæc autẽ omnia operatur vnus, atq; idem Spiritus, diui-*
42 *dens singulis prout vult. Sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa, omnia autẽ membra corporis, cùm sint multa, vnum tamen corpus sunt.* & paulo infrà. *Nàm & corpus non est vnum membrum, sed multa.* & deindè: *Nunc autem multa quidèm membra, vnum autem corpus.* sic Paulus. pro vno idcircò reputantur illi duo, cùm pro vno sint, & vnũ faciant corpus, & nomine illius vnius eligunt, faciuntq; pro illa scilicet Acheruntię parte. sequiturq; *Rota par. 2. in recentior. decis. 308. num. 1. & seqq. & decis. 2. num. 5. 6. & 7. par. 7. in eisdem recentiorib. per Rubeum.* & apud *Burattum decis. 750. nu. 3.* diximus *re-*
43 *spons.* nostra *30. num. 2. par. 3.* Vocem itaq; vnius habent, vti Clemens V. in dicta *clem. plures 2.* dixit, verba sunt Clementis: *Plures ab vno ex Patronis Ecclesia vel illius heredes, vocem dumtaxàt vnius habent in præsentatione Rectoris.* Non ergo maioré, quàm vnius vocem dicti duo habebunt Oeconomi ex parte Acheruntiæ: sicuti vnam habet vocẽ Syndicus ex dicta parte, à quo deputati fuere, & electi; & vnam quoq; vocem habet Oeconomus ex parte Montisleonis, sicuti vnam habet vocem Syndicus, qui eum deputauit. Non ergo à maiori parte nominatio processit Sacellani, quòd à duobus nominatus fuerit, qui vocem vnius habent,
44 Syndici videlicèt, & Electorum. Non enim multiplicatur Syndicus ex additis duobus Electis. Id verò fit, vt rectius administratio procedat. Quasi Decurio enim hoc dedit, vti Vlpianus loquitur *d. l. item eorum 6. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine.* & *d. §. si decuriones, de Duumuiris loquens: Is enim videtur ab ordine electus,* qui à duobus viris deputatus fuit. Ab Vniuersitate igitur electi fuere, & vnius locum obtinent. Prætereà quàm quòd Montisleonis Oeconomus cõtemptus fuit, nec vocatus, qui vocari debuerat. Et vniuersim si dicti duo ex parte
45 Acheruntiæ duas obtinerẽt voces, frustraneè deputaretur, & dictus alter ex parte Montisleonis, cùm semper, & vbiquè dicti duo superarent vnum illum, fieretq; semper quod Scæuola dixit *d. l. quod maior pars 19. ad municip.* & Pomponius lib. 17. epistholes, & variarum lectionũ in *l. sicuti tribus Iudicibus 21. ff. de recept. arbitr.* dicens:
46 *Quod maior pars omnium iudicauit, ratũ est: Eum & omnes iudicasse, palàm est.* Iretquè semper amarè foras dictus Montisleonis Oeconomus, eiusq; Syndicus, pro quo ille; fieretq; quod festiuè satis Ouidius dixit:
Tu licet venias musis comitatus Homere,
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.
Et hoc iustum æstimant, qui ex Acheruntię
47 parte sunt, quando iniustitia aufert, iustitia verò cuiquè tribuit, quod suum est? ex Vlpiano lib. 1. regularum in *l. iustitia 10. ff.*
48 *de iustit. & iure.* Quia nimirùm iustitia in æqualitate cõsistit, vt in inæqualitate iniustitia. ex *S. Thom. 2. 2. quæst. 62. art. 2. in corpore.* diximus respons. nostra *81. num. 3. & respons. 92. num. 25. & 26. par. 4.* Esse proindè debebit æqualitas. Vt nihil porrò tantam

hic

hic vnus Montisleonis iacturā pati debe-
bit? Syndicus enim est hic Montisleonis;
sicut & ille Acheruntiæ.& vna est Vniuersi-
tas eiusdem terræ. Vnum ergo corpus.


Differētia verò est, quòd ex parte Ache-
runtiæ pro duabus partibus illius Domi-
nus iurisdictionem exercet; & pro vna ille
Montisleonis,sed eadem,& vna est Vniuer-
sitas. non ergo inæqualitèr secanda quòad
iurisdictionis exercitium. Sicuti non pro-
pterea, quòd in vna parte ille Mōtisleonis
iurisdictionem exercet, minus Iurisdictio-
nem habet, quàmuis pro minori parte va-
sallos. Ex accidenti quippè hoc est, non
quòd iurisdictio nō ità sit hæc, vt illa. Vna
49 equidèm,atquè eadem est iurisdictio, siuè
in multos,siuè in paucos exerceatur. Neq;
50 portò magis,& minus rē in specie differre
faciunt, sed in numero. sicuti magnum, &
51 paruum. Idem namquè homo est,siuè ma-
gnus, siuè statura pusillus sit, essentialitèr.
52 veluti Zacchęus Princeps Publicanorū; &
ipse diues,sed statura pusillus erat.apud *Lu-
cam* 19.3.Homo tamen erat.Probat præter
Philosophos hoc perbellè Labeo lib.1.epi-
themon in *l. si nauem 29. siuè fin. ff. de fundo
instructo, instrumentoq; legato*. ex ratione
53 qua vtitur: num nauis à schapha distin-
guatur? *Etenim* (inquiens) *mediocritate,non
genere ab ea differt*.accedit ibi *Gloss. Accursij*
verbo *mediocritate*. quod non mutat. in-
quiens. defert in argumentum duos Cæsa-
res Valentinianum, & Martianum in *l. bu-
iuslem 7. C.de incest.nupt*. quatenùs probāt;
54 diuitias, vel paupertatem fœminas in spe-
cie differre non facere, sed in qualitate.
neque differt Alphenus lib. 2. digestorum
in *l.scapham 44. ff.de euictionib*.dùm probat,
55 scapham non videri nauis partem, ea ra-
tione includit: *Nàm scapham ipsam per se
paruam nauiculam esse*. ex magnitudine
itaquè, & paruitate specie res non distin-
guuntur. sequiturq; *Surd.cons.430.num.19.
lib.3.Caphal.cons.300.num.14.lib.2.Francisc.
Molin.de ritu nuptiar.lib.3.quæst.38.num.24.
Dubois axiom.140. num.6*. Eadem est igitur
56 iurisdictio, siuè in paucos, siuè in multos
exerceatur. Quam ob rem indiscrimina-
tim iurisdictione data, omne illud datum
videtur, sine quo explicari iurisdictio ipsa
non potest, siuè hic, siuè ille iurisdictionē
exerceat. vt Iabolenus lib.6. ex Cassio do-
cet in *l.cui iurisdictio 2. ff.de iurisd.omn. Iud.*
57 Quàmuis quidèm illud ipsum, quo expli-
cari iurisdictio posset, maius quid esset. vt
perpendit *Caphal. cons.406. num. 20. vol. 3.*
58 Sicuti humana natura nullo modo debet
esse destituta medijs ad sui conseruationē
59 necessarijs. Veluti etiam ex Philosophia:
qui dat formam,& ea dat quoquè,quæ cō-
sequuntur ad ipsam,nè frustraneè quid fa-
cere natura videatur. notat hoc quā aper-
tissimè Vlpianus lib. 17. ad Edictum in
*l.item sic possunt 3. §.qui habet haustum. ff.de
seruitut. rusticor. prædior.* Vlpianum excipe,
60 qui sic philosophatur: *Qui habet haustum,
iter quoq; videtur habere ad haustum.* Et (*vt
ait Neratius lib.3. membranarum*) *siue ei ius
hauriendi,& adeundi concessum sit, vtrumquè
habebit, siuè tantùm hauriendi, iur esse, & adi-
tum: siuè tantùm adeundi ad fontem, inesse,*
61 *& haustum*. hoc verò, nè data facultas
frustranea videatur. vti *Bart.* ibidem sa-
tis aptè in summario animaduertit: *Cui
conceditur aliquid* (inquiens) *videtur conce-
di id, sine quo illud esse non potest. & si non
valet expressum, non valet tacitum*. Idem-
quemet Vlpianus lib. 66. ad Edictum in
l.ad rem mobilem petendā 56. ff. de procurator.
62 *& defensor.* nihil differentius docuit: *Ad
rem mobilem petendam datus procurator, ad
exhibendum rectè aget*, nè videatur destitu-
tus modo, quo ad finem peruenire valeat.
63 *Quia* (Glossa verbo *rectè agit*. ibidem com-
mentum agit) *cui mandantur sequentia, &
præcedentia mandata videntur, per quæ perue-
nitur ad ea.* ex Pomponio lib.2.ad Pautiū
in *l.ad legatum petendum 62. ff.eod.de procur.*
neque sensum eundem dimisit Vlpianus li-
bro 3. ad legem Iuliam,& Papiam in *l.Ora-
64 tio Imperatorum 16. ff. de sponsal*. Regulam
inuersam ponens: vt notat *Gloss.*1.ibidem:
quòd sicuti prohibito vno, censetur prohi-
bitum omne id, per quod frustraneè illud
primum prohibitum fuisset, (vt prohibito
matrimonio, & sponsalia prohibita quoq;
censentur;) ità,pariq; modo: permisso ali-
quo, permissū cēsetur,& omne illud,per quod
illud permissū acquiritur. Rationē reddit
Vlpianus ibidem in fine: *Vt suppleatur* (in-
quiens) *quod orationi deest.* Quid nēpè Syn-
dico prodesset Montisleonis,Oeconomum
destinare in Ecclesijs prædictis; & Sanctæ
Sophiæ; & Sanctissimæ Annunciatæ, qui
65 nomine ageret suo, & Vniuersitatis: eius
quippè vices gerit. ex eodē Vlpiano lib.3.
de omnibus Tribunalibus in *l. solet Prætor
16. ff. de iurisd.omn. Iudic.* & in superioribus
quoq; deduximus; si ille postmodùm con-
temptui haberetur? nihilq; valeret, quod
à duobus, qui ex Acheruntina iurisdictio-
ne sunt superaretur? & Syndicus Vniuersi-
66 tatis hic, sicut,& ille. Natura verò sicut nō
abundat superfluis; ità nec in necessarijs
deest; nihilq; frustrà facit. ex Aristotele 3.de
Anima. sequiturq; *Nauar.in relect.cap.nouit,
de iudic.notab.3. nu.87. Suar.lib.3.de primatu
Summi Pontificis cap.1.nu.4. in fin.* Siuè huic
sit applicata supposito, siuè illi. Generatim
nempè natura operatur, vt cuiquè tribuat,
quod sibi debetur, vnicuiq; de necessarijs ad
conseruationem prouideatur. *Oldr.cons.74.
An Alchimista, in fin.* Neq; porrò quod ex ac-
67 cidenti fit, attenditur, sed id, quod natura-

68 le.

68 Non enim ex accidēti natura ipsa mu-
tatur ..ex Vlpiano lib.37. ad Sabinum in
l. qui habet tutorem.3. ff. de tutel. sequiturq;
Abb. conf.61.num.9.cum seqq. par.2.& Bald.
conf.382.num.7.lib.1. sequutaq; fuit *Rota in*
Viterbien Castrorum 9. Decembris 1620. co-
ram *Eminentiss. Card. Sacrato decis.428.nu.7.*
Tom. 5. part. 2. in recentioribus per Rubeum.
69 Quamobrem obstaculũ haud faciet, quod
acris quidam ingenij, ex Celso *d.l.si in tres*
20. ff.de recept. arbitr. perbellè obijcere se
putauit. Ex ipsis nempè Celsi verbis disij-
citur obstaculũ: sic enim ille: *Si in tres fue-*
rit compromissum, sufficere quidem duorum cō-
sensum, si præsens fuerit tertius. De cōpromis-
so quippè loquitur. hic verò in compro-
70 misso non sumus. Præterquàm quòd (vt
perpendimus) hic Montisleonis Oecono-
mus fuit contemptus, non itaq; præsens.
sequiturq; *Glossella* marginalis ibidem. ex
Cœlestino III, in eodē *cap.prudentiā tuā 21.*
& *Gloss.*ibidem verbo *teneatur.de offic.Iudic.*
deleg. In terminis itaq; est æquiuocatio.
Neq; obstabit aliquo modo: quòd aliàs
obiectum nunquàm fuerit de hac re, quan-
do Oeconomi à Syndico ex parte Ache-
rontiæ deputati, etiam absquè interuentu
Oeconomi ex parte Montisleonis, elege-
71 runt, vel prouiderũt: Vt ità obseruari nũc
quoquè debeat. ad notata per *Rotam par.1.*
diuersor.decis.574.num.3.
72 Cùm quia id ipsum, quod asseritur, non
probatur. Probatione tamen firmandum
erit; atq; particulariter in casu, de quo agi-
tur. ex *Castrens.conf.340.circa finem.vers.su-*
perest.lib.2. Roland.à Valle conf.80.num.10.&
seqq. lib.1. & sequuta fuit *Rota* apud sanct.
memor. *Gregorium XV. decis.451.num.7.*
Tùm quòd, & si quidem aliàs, cùm casus
euenit, qui tunc fuit ex parte Montisleonis
Oeconomus, non opposuit, atquè fortassis
firmum habitum, quod pro tunc gesserunt
illi, nullo contradicēte, Namq; vt Publius
Mimos canit:
73 *Auxilia humilia, firma consensus facit.*
74 oppositio verò dissipat. Opponit tamen,
qui nunc est, vt suam, atquè Syndici, à quo
pendet, iura tueatur. ex Iustiniano Augu-
sto in *l. si quis ad declinandam legem falcidiā*
47. §. vbi autē indistinctè pauperes. C.de Episc.
& cler. ibidemq; *Gloss.*verbo *Xenonem.*quę
sic infert: *hoc dicit, quando est vnus Xenon, &*
alius non dicat spectare ad se hæreditatem. Ne-
75 què porrò nouum est, quòd multa valent
parte non opponente; decidunt verò op-
positione facta. ex *Gloss. in clem. testibus 3.*
aliàs fin. verbo *producere, in fin. de testib.* se-
quiturq; pluribus *Felin. in cap. pastoralis 5.*
col.penult. num.28.& 29. de except. & in no-
76 stris ipsis terminis electionis factæ, vel fa-
ciendæ, *Alba Mandellus conf.334.num.13.*
& 14.

77 Tùm prætereà, quòd cùm hoc facultatis
sit; consentire videlicèt, vel non consentire,
præscribi hoc ipsum haud potuit. ex Iabo-
leno lib.10. ex Cassio in *l.viam publicam 2.*
ibiq; *Bart. aliq; ff.de via publica, & itinere*
publico reficiēdo. Gloss. in *l. qui luminibus 10.*
verbo *formam, ac statutum, in fin. ff.de serui-*
78 *tut. vrbanor. prædior.* Sicuti, quæ humanita-
tis causa fiunt, nec præscribuntur. ex Con-
cilio Aurelianensi primo cap.25. in *can. si*
79 *Episcopus 12. 16.quæst.3.* eodemquè modo
nec libertas. *Gloss. in can. porrò si de annorũ.*
num.14. verbo *seruitute.* & Gratianus in *can.*
placuit; vt quicunquè 15. §. quas actiones. ea-
dem 16.quæst.3. Vincent.de Franch. decis.166.
num.8. Rota apud *Card. Seraphin. decis.151.*
nu.1.& 2. & in *recentior. par.1. decis.11. nu.9.*
& apud *Card. Caualer. decis.286.nu.1.* vt ne-
80 què manutenibilis possessio fiat in facul-
tatiuis. Idem ibidem. & *decis.418 num.9.&*
81 *seqq.* Ità quidèm, vt neq; præscriptio cur-
rat, quàmuis per mille annos quis perman-
serit, nè sua vtatur facultate, nisi prohibi-
tio intercedat, cũ acquiescentia. *Rota apud*
Coccin. dec.402.n.10. Gabr. lib.5. de præsumpt.
conclus.10. num.1.& seq.& nu.8.& nu.13.&
Philipp. Portius lib.3. reg.33. num.1. & seqq.
Quam ob causam, & si illi, qui antè fuere
Oeconomi, contradicere noluerũt (fac tā-
men id veritate firmari) qui nunc est, &
contradicere, & opponere amat, vti de fa-
82 cto opponit, & contradicit. Suo namq; iu-
re vtitur. nemini ergo infert iniuriam. cum
ratione igitur facit. ex Innocentio III. ad
Episcopum Florentinum in *cap. cùm Eccle-*
sia Vulterrana 31. ibiq; *Gloss.* verbo *iniuriam.*
de elect. Gloss. in can. quæritur 12. §. item oppo-
nitur. in fin. verbo *non nocuit 21. quæst.2.* ra-
83 tionem habes ex Vlpiano lib. 71. ad Edi-
ctum in *l.1. in fin. princ. ff. quod vi, aut clam*
gestum fuerit. qui sic illā infert: *Tueri enim*
ius suum debuit, non iniuriam committere. di-
ximus *respons.* nostra *85. nu.38.& 39. par.4.*
Suumq; itaquè tuetur ius Oeconomus hic,
non iniuriam cōmittit. Vt contrà, illi duo
84 iniuriam huic intulere. Inciuile ergo fa-
ctum supremus moderabitur Iudex. ex Vl-
piano lib.5. opinionum in *l. medicus 3. in fin.*
ff. de var.& extraord. cognit. vt concordia in-
ter fratres conseruetur.
Atq; ità ex his, quæ ab Aristarchi super-
cilio non reuellimus, sed ei supponimus,
respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.



SVM-

SVMMARIVM.

3 Humanarum rerũ miserias contemplatus fuit Rex Salomon Ecclesiastes 3. 17. omnia subiacent vanitati.
Quia de terra sunt. num. 3.
Nihil constans, nihil in eis firmum est. nu. 5.
4 Homines similes sunt bestiis.
Quoad corpus videlicet. num. 4.
Nàm sicut moritur homo, ità & illa moriuntur.
6 Fortuna dat, rapitq; , vt sibi libet.
Volubilisq; in passibus est.
Et tantùm constans in leuitate sua est.
Vitrea est, quæ cùm splendet frangitur. nu. 7.
Citòq; reposcit, quæ dedit.
8 Morimur omnes, & quasi aqua dilabimur, quæ non reuertuntur.
9 Congregatio venerationis Sãtissimi SACRAMENTI intus Domum Professorum Societatis IESV erecta.
Eam regit Pater Franciscus Corcionus eiusdem Societatis.
10 Alienationem rerum Ecclesiarum inhibuerunt sacra Summorũ Romanorum Pontificum Constitutiones.
Non acquisitionem bonorum.
Præsertim verò Paulus II. in extrauaganti Ambitiosæ. & num. 57.
Nàm damnum prohibuere, non commodum in acquisitione. num. 11.
Nè per alienationem destruerẽtur Ecclesiæ. num. 12
Et Christi ministris, quibus sustentarentur, deessent.
Asseruit itaq; Apostolicus non ità in acquisitione perquiritur, sicut in alienatione. num. 48.
13 Dos, quæ monialibus datur.
Et Vitalitium, quod sibi vel reseruant, vel eis statuitur singulis annis, differunt.
Hoc enim temporale est, & vita completur.
Illa perpetuò durat.
Nec eodem nomine nuncupantur. nu. 22.
Erunt proindè diuersi eorum effectus. nu. 26.
Perpenduntur diuersitates. num. 45.
14 Temporale, & perpetuum differunt.
Nàm temporale tempore finitur, & intercipitur, vt post illud non sit ampliùs.
15 Tempori subijcimur, vt operemur.
Illo verò completo, operari non valemus.
Et ideò ratio temporis constitutionẽ mutat.
Temporum ex varietate districtio mutatur seueritatis. num. 16.
Corpora enim ipsa hominum defecerunt.
Tempore mutantur omnia. num. 17.
18 Perpetuũ est, quod definitum non habet tẽpus, Nec habet finem.
Et quod simpliciter, & sine fine decurrit. num. 19.
Omneq; comprehendit tempus.
Futurum quoque.
Perpetuum (statutum) à S. Gregorio nuncupatur. num. 20.
21 Exceptiones alię perpetuæ sunt, aliæ tẽporales.
23 Diuersæ sunt res, quæ nominè nuncupantur diuerso.
Diuersi proindè earum sunt effectus. nu. 24.
25 Separata, quæ sunt, non coniunguntur.
27 Dos, quæ professuræ soluitur moniali, quid?
Et quæ à muliere datur viro pro oneribus supportandis matrimonij? num. 28.
Dos sine matrimonio, esse non potest. nu. 29.
Et pro oneribus matrimonij supportãdis dotes dantur. num. 31.
30 Mulieres dotes suas saluas habere, Reipublicæ interest.
Æquumq; æstimauit Vlpianus. num. 32.
33 Dos, quæ moniali datur in pretiũ. quòd in Monasterium recipiatur, non vtiquè datur, nàm simonia esset.
Datur autem pro iustis alimẽtis, & sustentatione.
Taxatur autem per Sacram Congregationẽ.
Et hæc dos de paragio dicitur. num. 34.
Et numeratò solui debet. num. 35.
Et in emptionem stabilium per moniales conuerti.
Neq; penès puellæ consanguineos relinqui.
Dos hæc ex necessitate datur. num. 37.
Et in perpetuũ Monasterio quæritur. nu. 40.
Etiam moniali ex humanis sublata.
36 Vitalitium quid nàm sit, quod moniali datur?
Et temporale est, & vita completur monialis. num. 41.
Potest moniali permitti, modò moderatum sit. num. 44.
38 Census vitalitius quid?
Et num permissus?
Continet in se periculum vitæ, & mortis.
39 Vsusfructus morte intercipitur vsufructuarij.
42 Moniales ob paupertatis votum nihil propriũ retinere possunt.
Nisi ex Superioris permissu.
In proprios vsus.
43 Monachus quidquid acquirit, Monasterio acquirit.
46 Argumentum à separatis, & diuersis non iure infertur.
47 Separatorum separata debet esse ratio.
Quia nihil commune insimul habent.
49 Alienationes bonorum Ecclesiæ fieri minimè possunt, ni tractatu intercedente Capituli, & euidente Ecclesiæ vtilitate.
Nè bona dilapidentur Ecclesiarum.
Alienationis verò nomine, quid comprehendatur? num. 50.
Omnis actus per quem dominium in alium transfertur, alienatio est. num. 52.
51 Alienare distrahere est.
53 Assignatione assignatæ rei dominiũ in assignatarium transfertur.
Sequuta præsertim traditione. num. 54.
Res enim fit eius, cui assignatur. nu. 55.

Bbbb Causa

Causa potissimùm habili intercedente ad dominium transferendum. num.56.
58 *Legis verba vbi nō sedent, nec etiā sedere dispositio debet.*
59 *Beatius est magis dare, quàm accipere. ex verbis Domini retulit Paulus Actuum 20. 35. expenditur.*
60 *Aliena accipere, non propria dare, iniustum. Non ideò ferendum.*
61 *Res Domino perit.*
Etiam si deterior effecta sit.
62 *Periculum ad emptorem spectat, emptione perfecta.*
63 *Res suo affecta onere, in Ecclesiam quoquè transit.*
Quia res cum onere suo transit. nu.64.
Et sua transit cum causa. num.65.
Res vt sunt in hæreditate, ità in aliū transeunt. num 66.
Præsertim si res in solutū data fuerit. nu.69.
67 *Hæredi suo nemo plus commodi dare potest, quàm ipse habuit.*
68 *Dominiū cum causa sua transit in emptorem.*
70 *Delegare est vice sua alium dare.*
Et transit cum suo onere res.
Præsertim verò, si volente creditore delegatio facta fuerit. num.71.
Nàm in eius dominium delegata res transit. num.72.
Consequentèrq; eiusdem in periculum.
73 *Ius idem esse debet, si ratio est eadem.*
74 *Damnum patientèr ferre debet, qui eius sibi causa fuit.*

ARGVMENTVM.

Alienatio prohibetur bonorū Ecclesiasticorum, non acquisitio pro Ecclesia. Damnum enim prohibuere Sacri Canones, nō commodum in acquisitione. In alienatione igitur assensus perquiritur Apostolicus, nè bona dilapidentur, non verò in acquisitione. Dos, quæ Monialibus datur, à vitalitio differt, illa perpetua est, hoc temporale. Temporale verò, & perpetuum differunt: Diuersę sunt res, quæ nomine nuncupantur diuerso, atq; propterea diuersi effectus. Dotis quantitas, quæ Monialibus datur, secundùm locorum diuersitatē taxatur, atq; numeratò solui debet, ex Sacræ Congregationis decretò. Alienationis nomine quid comprehendatur? Alienare distrahere est. Assignare quid? Et nùm per assignationem assignatæ rei dominium transferatur? Res Domino suo perit. quàmuis deterior sit effecta. Res sua affecta onere, ad Ecclesiā quoq; transit. Delegare quid? Dominiū cum sua transit causa.

RESPONSIO XCVI.

1 HVmanarum rerum miserias cōtemplatus Rex ille sapientissimus Salomon *Ecclesiastes* 3. 17. sic quandoquè intulit: *Et Dixi in corde meo. Iustū, & impium iudicabit Deus, & tempus omnis*
2 *rei tunc erit. Dixi in corde filijs hominum; vt probaret eos Deus, & ostenderet similes esse bestijs. Idcircò vnus interitus est hominis, & iumentorum, & æqua vtriusq; conditio: sicut moritur homo, sic & illa moriuntur: similitèr spirant omnia, & nihil habet homo iumento am-*
3 *pliùs: omnia subiacent vanitati, & omnia pergunt ad vnum locum: de terra facta sunt, & in terram paritèr reuertuntur. Quis nouit, si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & si spiritus iumentorum descendat deorsum? Et deprehendi nil esse melius, quàm letari hominem in opere suo, & hanc esse partem illius.* ità Salomon miserias deplorans humanas. Et se-
4 cundùm corpus exauditur, non secundùm animam. vti *Glossa ordinaria* ididem aduertit, atquè *Gloss. interlinearis*. sunt enim res
5 omnes humanæ miserijs plenæ, & omnia, (quæq; illa sunt) subiacent vanitati. nihil constans, nihil firmum est. quin, vt Ouidius lib.4. de Ponto, cecinit:
Ludit in humanis diuina potentia rebus,
Et certam præsens vix habet hora fidem.
Tu quoq; fac timeas, & quæ tibi læta videtur,
Dùm loqueris fieri tristia posse puta.
Rationem reddit lib.1. Tristium.
6 *Nempè dat, & quodcunq; libet fortuna, rapitq;*
Irus & est subitò, qui modo Crœsus erat.
& 5. de Tristibus

Passibus

Passibus ambiguis fortuna volubilis errat,
Et manet in nullo certa, tenaxq; loco.
Sed modò læta manet, vultus, modò sumit acer-
Et tantùm constans in leuitate sua est. (bos,
& Publius Minos

7 *Fortuna vitrea est, quæ cũ splendet frangitur.*
Lenis est fortuna, citò reposcit, quæ dedit.
Vanitati igitur subiecta sunt omnia, & omnia pergũt ad vnum locum. Reposcit nempè fortuna, quæ dedit. Varietatem itaquè rerũ huic vanitati Moniales imputent Regalis Monasterij Sanctæ Claræ, si quæ vno acceperunt tempore, & florebant tunc, de-
8 marenere postmodũ. Et nos ipsi morimur, & tanquàm aquæ dilabimur in terram, quę non reuertuntur. vti Theuchites illa 2. *Regum* 14. 14. Regi Dauid quandoquè dixit. Factũ igitur sic se habet Annis elapsis Monialem se in dicto Monasterio dixit Lucretia Annechino, eiquè dotem dedit ordinariam; professionemq; emisit. Eodemmet tempore Victoria Gargano annua 130. vita ipsius Lucretiæ perdurante, promisit.

At cùm fati tempus vrgeret, supremis
9 confectis tabulis, vniuersalem sibi dixit heredem Congregationem Venerationis Sãctissimi SACRAMENTI intus Domum Professorum Societatis IESV erectam, quam regit Pater Frãciscus Corcionus Societatis eiusdem Alumnus. reliquitq; legati iure eidem Lucretiæ, dùm vitæ superstes fuerit, annua triginta. Lucretia, siuè pro ea Monasterium, pro centum triginta annuis ad vitam ipsius, coràm Domino Regente Enriquez tunc temporis Monasterij Delegato comparens, assignari sibi curauit tot effectus ex bonis Victoriæ super fiscalibus functionibus, qui eiusdem Domini Regentis decreto assignati fuere; illosq; ad præsens vsq; possedit, & possidet. Congregatio quoquè pro annuis triginta super fiscalibus etiam functionibus, communi cõcordia, tot cessit effectus. Quia in interitũ res abeunt humanæ. Cùm fiscales functiones, ex preteritis hisce popularibus renolutionibus, priorem mutauerint faciem, neq; ità, vt priùs prosperè succedant, neq; facilè exigantur; putant Moniales, aduersus Congregationem regressum habere. Eorum firmant excogitatum principium: Quòd annua illa 130. sicuti & 30. ipsa dotis pars fuerint. Non potuisse proindè illas Apostolicum effugere assensum. Priorem in statum propterea reponendas. Decipi illas Congregatio refricat; neq; dotis in partem centum illa triginta cessisse, neq; triginta, quæ legati iure supremis tabulis Lucretiæ Victoria reliquit. sed hoc legatum, illa vitalitium quodam fuisse, quò commodiùs, quin epulentiùs, Lucretia vineret, quæ Monialem in Monasterio dixerat. Nihil ipsas
10 alienasse, acquisiuisse magis. Alienationẽ interdixisse sacros Canones, atq; cùm primis Pauli II. Constitutionem in *extrauag. Ambitiosæ cupiditatis vnic. de reb. Eccles. non alienand. inter commun.* Non acquisitionem.
11 Damnum ex alienatione rerum Ecclesiæ, non sanè commodum ex acquisitione re-
12 rum laicorum, prohibitione eliminasse; nè per alienationem destruerentur Ecclesiæ, atq; Christi ministris, quibus substentarentur, deessent. ex Leone IV. in Cõcilio apud eum in *can. monemus* 18. 12. *quæst.* 2. qui sanè canon innouatus fuit in Concilio apud Syluanen in *cap. nulli liceat* 5. & per Simmacum Papam in *cap. si quis presbyterorũ 6. de reb. Eccles. non alienand.* neq; indispositũ reliquit Innocentius IV. in *cap.* 1. *de rebus Eccles. non alienand.* in 6. & Clemens V. in Concilio Viennen in *clement.* 1. *eod. tit.* attigit; Iustinianus Cæsar in *l. sancimus nemini* 17. *siuè* 19. *C. de sacrosanct. Eccles.* perpenditq; *Rota in Toletana Parochialis de Madrid* 1. *Februarij* 1602. coràm *Pamphilio* apud *Garz. de benefic. par.* 12. *cap.* 3. *num.* 8. & in *Romana dismembrationis* 4. *Iulij* 1635. coràm *Ghisilerio decis.* 68. *nu* 1. & 3. *par.* 7. *in recent. per Rubeum*. deduximusq; *respons.* nostra 58. *num.* 35. *par.* 4. Fit itaq; causæ huius status; sit, nè Monialibus assentiendum; vel illis dissentiendum? Dissentiendum omninò esse, interpellati respondendum censemus. Sunt nempè Moniali ũ principia satis
13 infirma. Distinctionem namq; non minimam inter se se habent, dos, quæ Monasterio pro Moniali soluitur, quæ professione se Deo coniungere, Christoq; desponsari tentat; & id, quod vitalitiũ est, & Moniali, non equidem Monasterio, datur, vt eommodiùs illa viuat; & vita completur Monialis. hoc enim temporale est; illa verò in
14 perpetuum datur. Inter temporale verò, & perpetuum, non modica intercedit differentia. Temporale quippè tempore finitur, & intereipitur, vt post illud nõ sit ampliùs. Paulum excipe lib. 3. ad Edictũ in *l. si vnus ex argentarijs* 28. *§.* 1. *ff de pact.* verba sunt Pauli: *Si cum reo ad certum tempus pactio facta sit; vltrà neque reo, neque fideiussori prodest.* Nàmq; finito tempore non ampliùs pactum porrigitur, vt *Gloss.* ibidem verbo *neq; fideiussori, in fin.* aduertit: Quia soluta iàm est causa, ob quam datum quid fuerat, tempore intercepto. ex Pomponio lib. 29. ad Sabinum in *l. sed, & si manente adhùc* 5. *ff. de precar.* Nec diuersimodè Papinianus lib. 3. quæstionum in *l. si cùm dies compromissi finiretur* 26. *in princ. ff. de recept. arbitr.*
15 Tempori enim subijcimur, vt operemur, illoq; indigemus. Vt illo excepto, completoq; operari minimè valeamus. ex Calixto Papa I. in *can. pondetet vnusquisquè* 14. *in princ. dist.* 50. ibiq; *Gloss.* verbo *tempore.* quę sic ad rem adnotat nostram, dicit ratio-

nem reddens: *Nàm ratio temporis constitutionem mutat.* & quidem iustè. ex Pelagio
Papa Florentino Episcopo in *can. fraternitatis tuæ relatione 7. dist. 34.* nàm ex tempo-
16 rum varietate districtio mutatur seueritatis. ipso dicente: *Tamen, quia defectus nostrorum temporum, quibus non solùm merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, districtionis illius non patitur in omnibus manere censu-
17 ram*. sic tempora mutantur, & quod temporale est, ipso finitur tempore

Omnia, qui placido consumit numina serpens:
Perpetuumq; vires squamis; caudaq; reducto
Ore vorat, tacito relegens exordia lapsu.

vt Claudianus canit in laudes Stiliconis lib. 2. circà finem.
18 Perpetuum verò est, quod definitum nō habet tempus. ex Claudio Cæsare in *l. falso 2. C. de diuers. rescript.* ibiq; *Gloss.* verbo *perennia.* quæ perennia esse dicit, quæ non habent finem. quem etiā complectitur sensum Innocentius III. in *cap. ex litteris 11. de constit.* illis verbis: *Quia tamen constitutum non fuit, vt in perpetuam huiusmodi priuatio perduraret.* vbi *Gloss.* verbo *in perpetuam.* illudq; denotare verbum (*in perpetuum*) dicit, quod tempore definitum non est. Nàm
19 perpetuum est, quod simpliciter, ac sine fine decurrit, & omne comprehēdit tempus; futurum quoquè. ex *Parisio cons. 26. nu. 46. lib. 3. Rota* apud *Card. Canaler. dec. 293. nu. 3. & decis. 454. sub num. 10. & seqq.* Mirùm nō itaq; fiat, si differentia statuatur inter tem-
20 porale, & perpetuum; quod (*statutū*) aliàs nuncupauit Gregorius in *can. si lapsis 1. in fin. dist. 50.* illis verbis: *Nè huiusmodi non statuta, sed temporalitèr dilata credatur esse vindicta.* Statutum namq; dicitur, quod in perpetuum definitum est, non temporalitèr. vt *Gloss.* verbo *non statuta.* ibidem commentū agit. sequiturq; *Gloss. in d. cap. ex litteris 11.* verbo *in perpetuū. de constit.* nec imperpensum Iustinianus dimisit Cæsar *Instit. de perpet. & temporalib. actionib. §. 1.* atq; de *exceptionib. § appellantur autē exceptiones.* dùm il-
21 las, aliàs perpetuas esse dicit, aliàs temporales, quòd tempore finiantur, illæ verò durent. deduximus *respons.* nostra 68. *num. 27. par. 3. & respons. 64. num. 46. par. 4.*
22 Dos itaquè, quę Monasterio pro Moniali soluitur, statuta est, atq; perpetua; quod vitalitium verò est, temporale, vt morte intercipiatur Monialis. Differunt proindè non sunt ergo idem. Diuersa sunt namquè
23 nomina. ergo diuersæ res. Nàm si idem essent; diuerso nomine non vtiq; censerentur. Certam hanc tibi reddit consequentiā Constantinus Augustus in *l. si idē codicilli 7. C. de codicill.* qui sic fatur: *Si idem codicilli, quod testamenta possent; cur diuersum his instrumentis vocabulum mandaretur, quæ vis, ac potestas vna sociasset? Igitur specialitèr codicillis instituendi, atq; substituendi potestas iuris auctoritate data non est.* ità Constantinus. Sūt
24 ergo diuersa nomina. Diuersi proindè sūt effectus: vt *Gloss.* ibidem verbo *vocabulum* in fine aduertit. nec dissentitur Vlpianus lib. 29. ad Edictum in *l. procuratoris autē 5. §. si plures habuit seruus creditores. ff. de tributor. act.* illis præsertim verbis, quibus negotium dirimit, & dicens: *Aequissimam puto separatim tributionem faciendam: nè ex alterius re, merceaè, alij indemnes fiant: alij damnū sentiant.* rationem reddit *Gloss.* verbo *sepa-
25 ratim.* sic inferens: *Quod separatum est, nō coniungitur. vt hic, & suprà proximè §.* Sicuti
26 ergo diuersa sunt nomina Dotis, & Vitalitij census, siuè redditus; ità & diuersi erūt effectus. ad notata per *Rotam* apud *Coccinum decis. 289. num. 1.* & apud sanct. memor. *Gregorium XV. decis. 555 num. 8.* deduximus *respons.* nostra 33. *num. 67. 68. & 69. par. 4.*
27 Et quidèm dos, quæ professuræ soluitur Moniali, siuè Monasterio pro ea; est certa summa pecuniarum à legitimo Superiore taxata, quæ in Monialis profitentis substētationem Monasterio soluitur; siuè à patre,
28 siuè alio etiam extraneo illa soluatur. Veluti quòd à muliere proprio datur viro pro oneribus supportādis matrimonij, dos di-
29 citur. *Vt sine matrimonio dos esse minimè possit. Vbicunq; igitur matrimonij nomen non est, nec dos est.* Vlpianus lib. 63. ad Edictum loquitur in *l. dotis appellatio 3. ff. de iure dotiū.*
30 Quia nimirùm Reipublicę interest, mulieres dotes suas saluas habere, propter quas nubere possunt: vti Paulus lib. 62. ad Edictum docet in *l. Reipublicæ interest 2. ff. eod.*
31 pro oneribus .n. matrimonij supportandis dotes dantur. ex Diocletiano, & Maximiano Augustis in *l. pro oneribus 20. C. de iure
32 dotium.* & æquum æstimauit Vlpianus lib. 31. ad Sabinum in *l. dotis fructus 8. ff. de iure dotiū. Rota in Senogallien. dotis 26. Iunij* 1606. coràm *Card. Pamphilio seniore decis.* 126. *sub num. 1. circ. fin. par. 3. in recentior.* per *Rubeum. Sebast. Medic. de definitionib. par. 2. definit. 57. num. 1. & seqq. tractatuū tom. 18. fol. 307. Ioan. Dominic. Tasson. in pragm. de antefato. vers. 5. obseru. 1. num. 3.* & in re nostra de dote Monialis *Francisc. Pellizzar.* è Societate IESV *tract. de monialib. cap. 3. sect. 2. quæst. 1. nu. 39. Thomas Zerola* Episcopus Minoren *in praxi Episcop. par. 1.* verbo *moniales. §. 15. siuè ad 15. quæsitum. & §. 18. Barbosa in collectan. ad Sacr. Trid. sess. 25. cap. 2. de regular. nu. 36. 37.*
33 & 38. Diximus; *à legitimo Superiore taxata*, nè in pretium receptionis in Monasteriū, dos recipi videatur, quod sine simonia non esset. taxatur autem pro iustis alimentis, & substentatione per Sacram Eminentissimorum Dominorū S.R.E. Cardinaliū Congregationem, negotijs Episcoporum, & Regularium præfectam, iuxtà cuiusquè

34 loci

34 loci consuetudinem. vt hæc quoq; dos æsti-
metur de paragio. apud *Afflict. decis.* 348.
num. 2. *& per totam. Vinc. de Franch. decis.* 44.
num. 2. *&* 3. ibiq; *Addentes.* præsertim *Ric-*
35 *cius* Episcopus. Dos verò ità per Sacram
Congregationem taxata in ipsa professio-
ne Monialis numeratò Monasterio solui-
tur. deponitur verò penès tertium diuitem
interim anno perdurante nouitiatus, vt in
actu professionis persoluatur. Quam dotẽ
Moniales in emptionem stabilium impli-
care debent, neq; penès puellæ consangui-
neos relinquere. vt eadem Sacra declarauit
Congregatio, neq; semel. refert *Tambur-*
rin. de iure Abbatissar. disp. 5. *quæst.* 7. *num.* 3.
& dictus Pater *Pellizzar. d. cap* 3. *sect.* 2. *q.* 6.
nu. 51. *&* 52. *Zerola* d. verbo *moniales.* §. 15.
& 18. *Ioan. Maria Nouar. in lucerna regular.*
verbo *dos. num.* 1. 2. *&* 3. *Ioan. Bapt. Ciarlin.*
controuers. forens. par. 2. *cap.* 218. *num.* 14. *Bar-*
bosa d. cap. 2. *ad Sacr. Concil. sess.* 25. *nu.* 36. 37.
& 38.
36 Vitalitium verò est, quod Moniali ad vi-
tam datur ipsius, & cum vita extinguitur,
& ex mera pendet consanguineorum vo-
luntate, liberalitateq;, vel vt decentiùs; vel
vt commodiùs Monialis viuat. neq; neces-
sariò datur. Non enim omnes vitalitium
37 hoc ius obtinent. Dos autem ex necessi-
tate datur pro Monialis substentatione.
vt *Zerola* deducit d. verbo *moniales.* d. §. 15.
Vitalitium autem dicitur, quia vita perdu-
rat Monialis, & morte circũducitur, com-
38 pleturq; illius. quemadmodùm census vi-
talitius dicitur, quia morte finitur obtinẽ-
tis; alioquin iniustus, atquè vsurarius æsti-
maretur. Continet enim in se periculum
vitæ, & mortis. *Incertus etenim fortuna est*
exitus, vt possibile sit vnius anni tantummodò,
vel breuioris, vel etiam amplioris temporis
metas superuiuere. verbis vt dicamus. Iusti-
niani Cæsaris in *l. sancimus omnem donatio-*
nem 34. §. *si quis autem talem receperit dona-*
tionem. C. *de donationibus.* nec diuersimodè
sentire visi sunt Valerianus, & Gallienus
Cæsares in *l. de fideicommisso* 11. *C. de tran-*
sactionib. ob vitæ incertitudinem vtriusq;
expressitq; Philippus Imperator in *l. si ca-*
uetur 17. *in fin. C. de vsur.* sequentibus rationẽ
reddens: *Propter incertum futurum euentum*
rescindi placita non possunt. ibidemq; *Bald.* in
summario. deduxitq; *Decius cons.* 123. *nu.* 1.
& sequuta fuit *Rota in Romana Societatũ* 29.
Ianuarij 1601. coràm Card. *Mellino decis* 9.
num. 12. apud *Ceuccam de censib* meminitq;
Pater *Duard. de censib. tom.* 1. *in proœm. q.* 28.
39 *num.* 66. *&* 67. veluti etiã vsusfructus, qui
morte intercipitur vsufructuarij. ex Paulo
lib. 33. ad Edictum in *l. necessariò* 8. §. *cùm*
vsumfructum mihi vendis. ff. de peric. & com-
mod. rei vend. ibiquè *Gloss.* verbo *nihil mihi*
hæres. sequitur Pater *Duard. d. q.* 28. *nu.* 68.
40 *& seqq.* Sicuti igitur dos in perpetuũ Mo-
nasterio quæritur, Moniale per professio-
nem Monasterio incorporata. ex Clemen-
te III. in *cap. porrectum* 13. & Innocentio
etiam Tertio in *cap. ad Apostolicam Sedẽ* 16.
de regular. & transeunt. ad relig. vt ex huma-
nis Moniali assũpta, dos nihilominùs Mo-
nasterio permaneat. ex recepta saltim con-
suetudine post *Sanchez lib.* 7. *moral. cap.* 9.
num. 23. idem *Pellizzar. de monialib. d. cap.* 3.
41 *sect.* 2. *quæst.* 14. *nu.* 71. Ità, pariq; modo vita-
litium Moniali datur, & vita intercepta il-
lius completur. Ex accidenti verò est, vt
Monasterium illud fortassè accipiat, qua-
42 tenùs Monialis ob paupertatis votũ, pro-
prium retinere non potest; retinet autem,
& in proprios impendit vsus ex voluntate,
atq; Superioris permissu. ex Augustino ser-
mone 3. de communi vita clericorum in
can. non dicatis 11. 12. *quæst.* 1. & ex Concilio
Lateranen in *cap. monachi* 2. & Clemente
Tertio in *cap. super quodam canonico regula-*
ri 4. & Innocentio Tertio in *cap. cũ ad Mo-*
nasterium 6. § *fin. de statu monachor.* & ex Sa-
crosancta Tridentina Synodo *sess.* 25. *d. c.* 2.
de reformat. regular. Nauar. de regularib. com-
mentar. 2. *nu.* 7. *& seqq. Triuisan. decis.* 30. *lib.* 1.
Rota apud sanct. memor. *Gregorium XV. de-*
cis. 87. *num.* 1. *& seqq.* & apud *Duranum* Epi-
scopum Vegellen *decis.* 308. *num.* 2. 3. 4. *&* 5.
par. 2. *Miranda in man. Prælatorũ tom.* 1. *q.* 58.
art. 7. ex generali regula per Innocentium
Tertium Abbati, & Conuentui Cassinen in
cap. in præsentia 8. *de probat.* Quidquid ac-
43 quirit Monachus, Monasterio acquirit.
Nauar. de reddit. Ecclesiast. quæst. 1. *monito* 12.
44 *num.* 2. *circ. fin.* Hoc verò modo, hos vitali-
tios redditus à cõsanguineis Monialibus,
annis singulis soluendos, dùm vitali per-
fruentur aura, pro imminentibus earum
necessitatibus, à Superioribus permitti,
modò quidèm moderati sint, testantur *Lu-*
douic. Miranda tract. de sacris monialibus q. 9.
art. 1. *concl.* 2. per quam optimè *Barbosa*, qui
alios refert *de offic. & potest. Episc. alleg.* 103.
num 5. *Pellizzar. de monialib. cap.* 4. *sect.* 1. *q.* 3.
num. 3. Nihil ergo commune cum dote hi
habent vitalitij redditus, qui Monialibus
permittũtur pro suis necessitatibus, nè Mo-
nasterio nimis sint onerosæ. Eodem itaq;
45 iure, atq; dos minimè censebuntur; quod
hi Moniali singulis dantur annis; illa Mo-
nasterio soluatur semel, & in pecunia nu-
merata, nequè Monialis extinguitur supre-
mo halitu, sed perdurat in æternum. Illi vl-
timò Monialis resoluuntur spiritu. isti ex
consanguineorum dantur voluntate; illa
verò necessariò soluitur. Non est igitur par
46 vtriusq; progressus. non curret ergo à se-
paratis, atq; dissitis argumentum, neq; ab
vno inferetur ad aliud. ex Papiniano lib. 2.
de adulterijs in *l. de seruo* 9. *sine fin. ff. de*
calum.

calumniatorib. rationem reddere, dicenteq; Separatum est enim calumniæ crimen à damno, quod in seruo propter quæstionem Domino datum est. notatq; Bart. ibidem in summario.
47 separatorum (inquiens) separata debet esse ratio. Non ergo recta ex his ducitur consequentia, quæ separata sunt, & ab inuicem dissita: cùm nihil commune vnum cum altero habeat. ex Vlpiano in l. Papinianus exulis 21. ff. de minor. & lib. 7. siuè 70. ad Edictum in l. naturalitèr 12. §. nihil commune. ff. de acquir. vel amitt. possess. diximus in nostro Apologetico pro iuribus Ecclesiæ, Romæ presso num. 198.

Nequè præterea ex his, quæ proponuntur ex facto; alienationem aliquam factam fuisse bonorum Ecclesiæ deducitur, nequè deduci potest; vt necessarius in illa assensus fuerit Apostolicus.

Institere namquè Moniales Monasterij apud Dominum tunc Regentem Enriquez Delegatum Monasterij, ob subsequutam Victoriæ mortem; super bonis hæreditarijs pro annuo, ac vitalitio redditu ducatorum 130. assignationẽ fieri super functionibus Fiscalibus, quæ in Victoriæ hæreditate remanserant. subsequuta fuit assignatio, & functiones ipsę in Monialis caput, siuè Mo-
48 nasterij descriptæ fuere. Acquisiere proindè hoc modo Moniales, non vtiq; alienauerunt. Nullus propterea Apostolicus perquirebatur assensus. Alienationes quippè bonorũ fieri Ecclesiarũ inhibuerunt Sum-
49 mi Romanæ Ecclesiæ Pontifices, non acquisitiones. nequè voluere alienationes fieri, nisi tractatu intercedente Capituli Ecclesiarum, atq; euidenti Ecclesiæ vtilitate, nè bona dilapidarentur earum. Leonem tibi testem exhibemus Papam in can. sine exceptione 52. 12. quæst. 2. qui sequentibus suam aperit intentionem: Sine exceptione (inquiens) decernimus, nè quis Episcopus de rebus Ecclesiæ suæ quidquam donare, vel commutare, vel vendere audeat; nisi fortè aliquid horum faciat, vt meliora prospiciat; & cum totius Cleri tractatu, atq; consensu id eligat, quod non sit dubium profuturum Ecclesiæ. De alienatione disposuit Leo, atq; decreuit, non verò de aequisitione. Ità quoq; Concilium apud Syluanen in d. cap. nulli liceat 5. de reb. Eccles. alien. vel non. & Symmacus Papa in d. cap. si quis presbyterorum 6. eod. tit. & Paulus II. d. extrauag. Ambitiosæ vnic. de reb. Eccles. non alien.

50 Alienationis autem verbum continet conditionem, donationem, venditionem, permutationem, & emphyteusis perpetuũ contractum. vt Concilium prædictũ apud Syluanen d. cap. nulli liceat 5. §. alienationis autem verbum. de reb. Eccles. alien. vel non. decernit, atq; doctrinam tradit. horum autẽ nullum hic intercessit. Equidèm acquisierunt, Moniales non vtiq; distraxerunt per
51 assignationem factam. Alienare ædepol distrahere est. ex Paulo lib. 21. ad Edictum in l. alienationis verbum 28. ff. de verbor. & rer. signific. nec ab hoc eodem sensu discessit Imperator Iustinianus in l. sancimus 7. sine fin. C. de reb. alien. non alienand. & de prohib. rer. alienat. & hypoth. Barbos. de appellatiu. verbor. iur. signific. appellat. 14. num. 1. & seqq. & de iure Ecclesiast. lib. 3. cap. 30. num. 2. Om-
52 nis quippè actus, per quem dominium in alium transfertur, alienationis comprehẽditur verbo. sic nempè Imperatores Seuerus, & Antoninus in l. 1. C. de fundo dotali, in fine inferunt: Est autẽ alienatio omnis actus, per quem dominium transfertur. ibiquè Gloss. fin. diximus respons. nostra 25. num. 1. par. 4. Tantùm verò abest, vt alienauerint Moniales, vel alienatione dominiũ transtulerint, vt acquisierint magis, propriumq; fecerint. Corpus enim bonorum fiscalium per assignationem factam, in dominium transiuit Monasterij, vita perdurante Lucretiæ Monialis. acquisierunt proindè, non alienauerunt. in prohibitionem propterea alienantium haud inciderũt. Nullus proindè Apostolicus perquirebatur assensus, qui in alienatione intercedere debet, nõ sanè in acquisitione. in nullam idcircò dederunt ve-
53 titi prohibitionem. Assignatione quippè in Assignatarium assignatæ rei dominium transfertur. ex Paulo lib. 6. responsorum in l. Lucius Titius in Germania 11. ff. de euict. & duplæ stipulat. illis verbis: partim veteranis in præmio assignatis. quia nimirùm per as-
54 signationem, sequuta traditione, translatũ fuit dominium. vt Gloss. ibidem verbo pertinere, aduertit. nec diuersimodè perpendit Vlpianus lib. 16. ad Edictũ in l. item si verberatum 15. §. item si fortè ager. ff. de rei vendicat. qui sic fatur: Item si fortè ager fuit, qui petitus est, & militibus assignatus; ac consequentèr in eos translatus. ex Gloss. ibidem verbo assignatus. quæ allogat textum Pauli in d. l. Lucius Titius. concinit Modestinus lib. 3. Pandectarum in l. assignare 107. ff. de verbor. & rer. significat. qui sic loquitur: Assignare libertum, hoc est testificari, cuius ex li-
55 beris libertum esse velit. Assignatione proindè res eius fit, cui assignatur. Lexicon iuris, siuè de verbor. significat. verbo assignare libertum. & verbo adsignatus ager. Barnabas Brisson. de verb. iur. signific. verbo adsignare, & assignati agri. Gratus cons. 7. num. 12. lib. 2. Card. Mantic. de tacit. & ambig. tom. 2. lib. 13. tit. 5. nu. 3. Hercul. Marescott. lib. 1. variar. resolut. cap. 58. num. 13. & seq. Marius Antonin. variar. resolut. lib. 2. resol. 44. num. 1.

56 Causa præsertim habili intercedente ad transferendum dominium, vtputà legati, solutionis, debiti, donationis, atq; similiũ. ex Bart. in l. si constante 25. nu. 93. ff. sol. matr.

& lcdm

& l. cùm pater 79. §. pater pluribus. ff. de le-
gat.2. Marescott.d.resolut.44.nu.2. Ioan.Bapt.
Costa tom.2. operum in praxi conuent. par.2.
de clausul. conuentionalib.claus.4. assignauit,
& assignat, plures enumerans assignatio-
nis effectus. Causa verò, ob quam assigna-
tio facta fuit in Monasterium corporis fun-
ctionum fiscalium, debitum fuit annui red-
ditus vitalitij ducatorum 130. Lucretię, vi-
ta illius perdurante, facti. In dominium
igitur pertransijt Monasterij, Lucretiæ vita
perdurante. Acquisierunt igitur, non alie-
nauerunt. In nullam proindè vetiti dede-
runt legem, quæ non alienauerunt, acqui-
57 sierunt autem. Alienationem quippè, non
acquisitionem bonorum Ecclesiasticorum
Paulus prohibuit Secundus d. extrauagāti
Ambitiosæ vnica: Omnium rerum, (inquiēs)
& bonorū Ecclesiasticorum alienationem, om-
nemq; pactum, per quod ipsorum dominium
transfertur, concessionem, hypothecam, locatio-
nem, & conductionem vltrà triennium, nec non
infeudationem, vel contractum emphyteuti-
cum, &c. hæc prohibuit Paulus. Nullum
autem horum Moniales fecerunt, quin ac-
quisiuerunt. in nullam idcircò vetiti pœ-
nam dederunt, quæ nullam in hoc legem
58 soluerunt. Verba non hìc sedent legis, nec
eius ergo dispositio stare debebit. ex Vl-
piano lib.1. ad Edictum in l. dies cautionis 4.
§. interes. ibiq; Pauli summario. ff. de damno in-
fecto. & Bonifacio VIII. in cap. indemnitati-
bus 43. §. supradicta siquidèm in fin. de elect.
in 6. diximus respons. nostra 48. nu. 37. par. 4.
Nullus proindè perquirebatur Apostoli-
cus assensus. Veluti etiam cū pro legato an-
nuorum triginta Cōgregatio hæres Victo-
riæ tot effectus fiscalium ex hæreditate Lu-
cretiæ cessit, assignauitq;. Acquisierunt
ædepol, non alienauerunt. Frustrà igitur
conquęruntur, cùm meliorem earum fece-
rint condictionem, acquirendo, non sanè
59 perdendo, nequè alienando. Ni fortassis
Beatiùs magis dare existimarint, quàm ac-
cipere; vt ex Domini sensu Paulus testatur
Apostolus Actuum 20 35. dicens: Ac memi-
nisse verbi Dñi IESV: quoniā ipse dixit: Bea-
tiùs est magis dare, quàm accipere. quæ vsur-
pauit sexta Synodus in can. prædicator ve-
ritatis 64. 16. quæst. 1. & sequuta fuit Gloss. in
cap. 1. verbo vt debere. de donationib. & In-
nocentius III. in cap. cùm Martha 6. §. sa-
nè multa. de celebrat. missar. Vt quid igitur
60 ipsæ, nè beatæ æstimentur, præoccupare
magis properant, quæ aliorum sunt, quàm
propria dare? quod iustum non est, nec fe-
rendum. ex Celso lib.3. digestorum in l. in
fundo 39. §. 1. ff. de rei vendicat.

Quòd enim fiscales nūc functiones, post
Regni populares reuolutiones, & ipsę faciē
mutauerint, vt non itá arrideant Exactori-
bus, vt anteà consueuere, id ex accidenti
factum est. Nequè ipsis igitur, nequè Con-
gregationi imputandum. Ipsę verò has vo-
luere functiones principali decreto assi-
gnari, vndè in eas dominium translatum
fuit, vti paulò antè perpendimus. sibi ipsis
61 itaq; potiùs tribuant. Namquè res Domi-
no perit. vt Paulus lib.33. ad Edictum in
d. l. necessariò sciendum est 8. in princ. ff. de pe-
ric. & commod. rei vend. docet in fine princi-
pij ad rem nostram sequentibus inferens:
Sanè si res extet, licèt deterior effecta, potest
dici damnum esse emptoris. Simplicitèr assi-
gnationem fiscalium functionum ex bonis
hæreditarijs Moniales suscepere, eamq; vo-
luere; nequè conditio aliqua intercessit; vt
in earum illæ transierint dominiū vita per-
durante Lucretiæ Monialis, & in earum ca-
put descriptæ fuerint. perfectè igitur in
eas dominium translatum fuit. ad eas itaq;
periculum respicit. Rationem reddit Pau-
lus ibidem in ipso initio, de emptore lo-
62 quens: Nàm perfecta emptione (inquiens)
periculum ad emptorem respiciet. Nec est
63 nouum, rem suo affectam onere ad Eccle-
siam quoquè pertransire. ex Maguntinen.
Concilio in can. si quis laicus 42. ibiq; Gloss.
verbo inde abstrahere. 16. quæst. 1. & Gloss. in
can. sancitum est 25. §. hinc datur intelligi. ver-
bo & annua. 23. quæst 8. Innocentius III. in
Concilio Generali in cap. cùm non sit in ho-
mine 33 in fin. de decimis. rationem reddens:
64 Quoniam res cum onere suo transit. & rece-
ptissimum est: Rem suam transire cum
65 causa. sicuti Pomponius lib. 30. ad Quin-
tum Mutium docuit in l. alienatio 67. ff. de
contrah. empt. & vendit. verba damus Pom-
ponij: Alienatio (inquit ipse) cùm fit, cum
sua causa dominium ad aliū transferimus, quæ
esset futura, si apud nos ea res mansisset. idq;
in toto iure ciuili itá se habet. præter quàm si
aliquid nominatim sit constitutum.

Sicuti igitur, si in hæreditate Victoriæ
hæ mansissent functiones fiscales, potuissēt
hanc (tempore) diminutionem pati, atquè
difficiliores in exigendo reddi: Itá, patiq;
modo in Monasterium, sic volentibus Mo-
nialibus, translatæ, hanc pati potuere diffi-
cultatem, vt patiuntur. Rei igitur naturæ
66 hoc tribuant, & causæ. Quemadmodùm
enim in hæreditate erant Victoriæ, itá & in
Monasterium transiuere. ad Vlpiani sensū
lib.29. ad Sabinum in l. traditio 20. ff. de ac-
quir. rer. domin. Rationem habes ex Paulo
lib.12. ad Edictum in l. nemo plus commodi
163. ff. de regul. iur. Quia nimirùm Nemo
67 plus commodi hæredi suo relinquit, quàm ipse
habuit. & hanc legem sequitur Gloss. in d. l.
alienatio 67. verbo itá se habet. de contrah.
empt. ibiq; Bald. in summario. neq; dissen-
tiuntur Diocletianus, & Maximianus Cæ-
sares in l. si debitor 12. C. de distract. pignor. il-
68 lis verbis: dominium cum sua causa transfu-
lit in

lit in emptorem. sequiturq; *Rota Germania*
69 apud *Coler. decis.* 15. *num* 54. In solutnm
nempè, vita perdurante Lucretiæ, functio-
nes ipsas fiscales Moniales acceperunt, nō
pignoris loco. Ipsis proindè deteriores fa-
ctæ sunt, non verò Congregationi hæredi
Victoriæ, quia in dominiū transierunt ea-
rum, nec alitèr, postquàm fatis Lucretia
cesserit, in proprietatem Congregationis
cum sua causa reuertentur. ad Pauli sensū
lib. 11. responsorum in *l. pupilli debitor* 96.
*§ soror, eu: legatum. ff. de solutionib. & libera-
tionib.* ibiq; *Gloss.* verbo *ad eam.* & *Bart.* ex
Alexandro Cæsare in *l. qua fortuitis* 6. &
Diocletiano, & Maximiano Augustis in
l. pignus 9. C. de pignoratit. actio. Rota Genua
apud *Marc. Anton. Bellon. decis. 2. num. 26. &
decis. 183. num. 2. Rota* apud *Burattum decis.
661. num. 4. Card. Mantica de tacit. & ambig.
conuent. lib. 4. tit. 28 num 8. Ioan. Bapt. Larrea
decis. Senat. Granat. decis.* siuè *disput. 13. nu. 15.
& disput. 14. num. 44. Rota* apud *Duranum
decis. 99. num. 4. 5. & 6.* Vice namq; hæredis
per assignationē super functionibus fisca-
libus delegationem fecit Monialibus Do-
minus Regens, vt ex functionibus fiscali-
bus, vita permanente Lucretiæ, centum
ipsa triginta annua acciperent Moniales.
70 Hoc nempè est delegare vice sua alium
dare reum creditori. vti docet Vlpianus li-
bro 27. ad Edictum in *l. delegare est* 11. *ff. de*
71 *nouation. & delegat.* præsertim verò cùm
Monialibus agentibus, petentibusq; dele-
gatio per assignationem completa fuerit.
ex Alexandro Cæsare in *l. 1. C. de nouationib.
& delegation.* & *Gloss.* 1. ibidem. in dominiū
72 proindè delegatio pertransijt Monialium,
atq; consequentèr in ipsarum periculum.
ex Vlpiano lib. 32. ad Edictū in *l. si nomen
sit distractum 4. ff. de hered. vel act. vend.* ibiq;
Gloss verbo *præstari.* consequentiam ad rem
nostram inferens: *sic est ergo periculo empto-
ris. vt hic, &c.* sequiturq; per quam optimè
Decius cons. 99. nu. 4 & *Rota* apud *Burattum
d. decis. 661. num. 4.* quod & in cessione facta
pro legato annuorū triginta vita progre-
73 diente Lucretię pari procedit modo, cùm
vna, atquè res sit eadem. vt idem æstimari
debeat ius. ex Vrbano III. *in cap. super eo* 4.
ibiq; *Gloss.* verbo *in vtroquè, de parochis, &
alienis parochianis*. & ex Hieronymo *can.
apud nos* 20. ibiq; *Gloss.* verbo *pa*[illegible] *32 q. 5.*
& Augustino in *can. Apostolus dicit* 3 *eadem
32. quæst. 7.* deduximus *respons.* nostra 6[illegible] *nu.
32 par. 4.* Rota Genuę apud *Bellon. d. decis. 2.
num 26.* & *Rota* apud *Duranum d. decis. 99.
num. 6* Nunquid nè si permansisset exactio,
de assensu nunc dicerent Apostolico Mo-
niales? non vtiquè. Quid ergo mali in hoc
operata est Congregatio; cùm omnia su-
biaceant vanitati, & ad vnum locum (de-
fectus videlicèt) omnia pergant, & quæ de
terra sunt, in terram reuertantur? & Mo-
74 niales assignationem prçoptauere. Ferant
proindè patientèr, quod ex accidenti eue-
nit; dicantq;, quod Vergilius 3. Georgi-
corum

Dij meliora pijs, erroremq; hostibus illum.

vel cum Tibullo 3.

Dij meliora ferant, nec sint insomnia vera:

Atq; ità ex his, quæ Aristarchi acriori
quàm lubentissimè supponimus supercilio,
respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Tuu nacen.

SVMMARIVM.

1 *Magijs, deliriisq; qui intendunt, cæci sunt.*
Quia relicto veri Dei cultu
Dæmonibus adhærent, vt ea discant, quibus infatuantur.
Noctemq; sequuntur, ac tenebras nu 2.
Qua in tenebras descendent exteriores.
3 *Sathanas transfigurat se in Angelum lucis.*
Idem & ministri eius.
Fuit enim Angelica potestate sublimis. nu. 4.
Eiusq; altitudo magna num. 5.
Diuinos ab initio honores ambiuit.
Et hìnc fallit, quòd se in Dei potestate vult adorari.
Hoc enim nititur, vt adoretur, vt Deus. num. 6.
Multosq; decipit magicæ scientia obtentu. num. 7.
7 *Magia scientia ex pestifera societate Dæmonū, & hominum emanauit.*
Quod superstitiosum est.
8 *Diuinationibus, qui delectantur, superstitiosi euadunt.*
Vel quia expressè Dæmones in illis inuocantur ad futura manifestanda.
Vel quia Dæmones ingerunt se vanis inquisitionibus futurorum.
Vndè vel in Idololatriam incidunt, Dæmones adorantes. num 9.
Vel in hæresim, credentes Dæmonibus diuinos deberi honores.
10 *Factum defertur de quodam a natiuitate pænè cæco.*
Qui superstitionibus intendebat.
Et manibus laborabat affabrè. nu. 11.
12 *Delictum in genere, siuè delicti corpus ni extiterit, iniuria de inquisito habetur quęstio.*
Quia liquere debet de scelere.
Quod sanè receptissimum est. nu. 13.
14 *Testibus singularibus fides habenda non est.*
Vt neq; indicium quidèm faciant.
Quia pro vno habentur. num. 23.
Nec probant. num 24.
Ratio affertur ex S. Thoma. num. 25.
Limi-

ARGVMENTVM.

Delictum in genere, siuè delicti corpus nisi extet, non habetur de inquisito quæstio. Testes singulares nùm probent? Et nùm indiciū faciant? Et quid in crimine hæresis? Quotuplex verò singularitas dicatur, Et quid si vnū in genere probetur? Quid verò si testes ipsi viri sint nobiles, & adminiculis fulciantur? Et quid in crimine simonię, quę hæresis crimen est? Testis vnus in quacunq; re non probat, sed duo, vt minimum, perquiruntur. Confessio qualificata nùm diuidi possit? Et quid in criminalibus? Hæresis crimen causam habet successiuā. Cœcus torqueri an valeat? Hanc ob causam *textus* expenditur Vlpiani in *l. 3. § subuenitur ijs. ff. de Senat. Consf. Syllan.* & nùm senes torqueri valeant? Quiuè senes dicantur? Vndè *textus* expenditur in *l, manifesti iuris est 3. C, qui ætate, vel professione se excusant. lib.* 10. quid verò surdus? Torqueri omnes possunt, qui prohibiti non inueniuntur ex regula generali.

RESPONSIO XCVII.

1 Cœci verè sunt homines, qui magijs,
delirijsq; decipiuntur. vt relicto
veri Dei cultu, Dæmonibus adhę-
reant, vt ea discant, quibus infatuantur.
Nequè profectò fieri potest, vt ij videant,
2 qui in tenebris ambulāt, noctemq; sequun-
tur, qua in tenebras exteriores deducētur
3 tandem. Nec sanè mirum. Ipse enim Satha-
nas transfigurat se in Angelum lucis. Non
est ergo magnum, si ministri eius transfi-
gurentur, velue ministri Iustitiæ: quorum
finis erit secundū opera ipsorum. vt Apo-
stolus testatur Paulus *2. ad Corinth. 11. 14.*
deduxitq; Augustinus in *can. nec mirum 14.*
§. prætereà quidam quærendum putant 26. q. 5.
4 Et quidèm, cùm ab initio, quem Angelica
potestate sublimem, prophetica oracula
fuisse restantur; de cuius magnitudine
Apostolus ait: (Apocalypsis 2. 24. *& 2. ad*
5 *Corinth. 10. 5.) An ignoratis altitudinem Sa-*
thanæ? Diuinos ambierit honores; hoc est
vndè fallit, quòd se in Dei potestate vult
6 adorari. *Hoc enim nititur, vt adoretur quasi*
Deus. idem docet Augustinus eodem loco.
7 Hinc multos decipit magicæ scientiæ ob-
tentu, quæ ex pestifera societate Dæmonū,
& hominum emanauit. quod superstitiosū
est. vt post Augustinū 2. de doctrina Chri-
stiana cap. 20. docet *S. Thom. 2. 2. quæst. 95.*
art. 2. & articulis sequentibus, & quæst. 96. se-
quiturq; *Francisc. Torreblanc, in practicabili-*
bus iuris spiritualis lib. 11. cap. 7. num. 11. Qui
8 igitur diuinationibus delectantur, quæ ex
operatione Dæmonū proueniunt; vel quia
expressè Dœmones inuocantur ad futura
manifestanda; vel quia Dæmones ingerūt
se vanis inquisitionibus futurorū, vt men-
tes hominum implicent vanitate, supersti-
tiosi euadunt. vt *Thomas eod. art. 2. in corp.*
9 docet. vndè vel in Idololatriam incidunt,
Dæmones adorantes; vel in hæresim dant,
credentes Dæmonibus diuinos deberi ho-
nores. vt latè dictus *Torrebläca* prosequitur
d. cap. 7. num. 21. & seqq.
10 Sic sanè cuidam accidit Regulari, & si
Conuerso Religionis cuiusdam. Hic nam-
què à natiuitate penè, cùm trium esset an-
norum, quòd pullulis laborarit, lumine ca-
prus oculorum, cùm vir factus Religionē
ingressus fuisset, atquè in illam professio-
nem emisisset, ad secreta magica inuenien-
da se dedit, vndè Magi nomine nuncupa-
batur. Ad Tribunal proindè delatus Sācti
Officij, de pluribus diffamatus fuit. Quòd
plura docuerit alios secreta: nè dùm qui-
dèm manifestam hæresim sapientia, tùm
ad occulta scienda, tùm ad amorem, & ad
thesauros inueniendos; verùm etiam, & ex-
pressā Demonum, & quandoq; tacitam in-
uocationem continēn, cum abusu sacra-
mentalium, rerumq; aliarum sacrarum, ve
purà candelarum benedictarum (peculiari
etiam benedictione) parenę sacrę, rerumq;
similium. neq; ab aperta abhorruerit Ido-
lolatria (in his, quæ ad amoré declinabāt)
Iuppiter adorādo, eumq; nefariè inuocan-
do, suppliceruq; precando: (ò rem omniò
nefariā) *Sancte Iuppiter misetore mei* dicēdo.

Defere-

Deferebatur quoquè, quòd Phialā habuerit, siuè Christallinam quandam columellam, in qua figuræ visebantur quædā Scorpionum, siuè Draconum, quas Dæmones esse iactabat; quibus cum fabulabatur, & secreta ab illis didicebat; & tandèm quòd remedia adhibuerit superstitiosa.

Qui detulerūt eum, tres fuere Viri nobiles, conscientiæ stimulis agitati, qui spontè comparuerunt, atq; contra se ipsos dixere; quòd à præfato Cœco, (& ipsi mente cœci) secreta didicere, eaq; experti fuere. erant tamen omnes singulares.

De Phiala vnus ex tribus deponebat, sibi ab inquisito ostensam fuisse; dicente illo, quę visebantur in illa animalia, spiritus esse, quibus cum quando volebat, sermones miscebat.

Constitutus inquisitus, nō sanè negauit, sed confessus est, ostendisse se deponenti Phialam, negabat autem, verba illa dixisse: esse animalia illa, quæ visebantur, spiritus, & cum illis confabulari.

Alius quidam testis, Phialam prædictam ostensam sibi fuisse affirmabat, sed ab alio quodam, qui sibi eam à Cœco relictam, cōtestabatur. nec id diffitebatur Cœcus apud eundem illam reposuisse. Fama per quàm pessimè laborabat hic Cœcus, quòd magus
11 esset. Et sanè mirum erat, quòd cùm oculis ità captus esset, vt neq; apparerent oculi; ità ingenio acris erat, vt dixisses per quæ optimè perspicere. Nàm laborabat manibus paruo gladiolo in ligno figuras efformans, ità affabrè; vt nullo modo eum non videre crederes. bacillos efformabat, quibus deferuntur homines, vt substententur ambulantes.

Qui reum defendebant, singularitati testium se vehementissimè innitebantur; & quòd inuerisimilia essent, quæ dicebantur; Si Cœcus à natiuitate penè hæc egisse poterat. De Phiala, qualificatam perpende-
12 bant confessionem, illamq; non extare. De delicto in genere, siuè de corpore delicti, non apparere. Iniuria proindè de inquisito haberi quæstionem. Vlpianum testem adducebant lib. 50. ad Edictum in *l. 1. §. itē illud sciendum est. ff. ad Senat. Consult. Syllan.* verba quoq; dabant Vlpiani rationem dicti reddentis, dicentisq;: *Nisi enim constet, aliquē esse occisum, non haberi de familia quæstionem. liquere igitur debere scelere interemptum, vt Senatus Consulto locus sit.* ità Vlpia-
13 nus: propositionem esse à Doctoribus receptissimam. ex *Bossio de delict. an. 1. & seqq. Clarus lib. 5. §. fin. quæst. 4. & quæst. 55. nu. 10. vers. potest autem. Fariaac. lib. 1. de inquisit. quæst. 1. nu. 6. & quæst. 2. nu. 1. & seqq.* diximus hac nostra *5. par. respons. 59. nu. 10. & seqq.*

In difficultatem itum est igitur, negotio agitato. Aderant profectò ex Dominis, qui
14 dicerent: Singularibus testibus fidem habendam esse minimè, vt neque indicium quidèm faciant, vel ad quęstionem haben-
15 dam; cùm quodcunque indicium duobus saltim testibus probari debeat, nec sufficere singulares. vti *Gloss.* dixit putata singularis in *l. inter omnes 26. fine fin.* verbo *vel indicijs. C. famil. ercisc.* super verbis namquè Constantini Cæsaris: *Sinè quocunquè modo scriptura quibuscunq; verbis, vel indicijs inueniantur relicta.* sic commentum agit, vel indicijs: *dummodò duobus testibus probetur.* Addit ibidem *Glossella* marginalis dicens: *Ista Glossa reputatur singularis secundū Bart. ad hoc, quòd ad probandum indiciū requirantur duo testes.* comprobat sententiam hanc *Gloss.* ibidem ex Paulo lib. 11. responsorū in *l. Lucius Titius miles 41. ff. de milit. testam.* Interpellatus namq; Paulus: Esset nè firmū Militis testamentum, qui dùm illud dictaret coràm Notario, vita functus est. *Respon-*
16 *dit* (inquit), *Militibus quoquo modo velint, & quocunq; modo possint, testamentum facere concessum esse: ità tamen, vt hoc ità subsequutum esse, legitimis probationibus ostendatur.* Gloss. ibidem verbo *probationibus.* dictum sic elucidat: *Nota* (inquiens) *communem probationem in testamento militis fore necessariam, idest ad minus duorū testium.* ità Gloss. Cōfirmatur verò ex *Deutoronomij* 19. 15. Prę-
17 cipiente Domino Deo: *Non stabit testis vnus contra aliquem, quicquid illud peccati, & facinoris fuerit; sed in ore duorum, aut triū testium stabit omne verbum.* Sequutusq; fuit Paschalis Papa generalitèr determinās in *cap. in omni negotio 4. de testib. & attestationib.* verba exhibentur Paschalis: *In omni negotio principalis persona dicens veritatem de re sibi nota, rectissimè habenda est pro teste: cui adhibito vno, efficiuntur duo testes; adhibitis*
18 *duobus efficiuntur tres. Quod patentèr ostendit Dominus, cùm dicit:* (Matth. 18. Lucæ 17.) *Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipsum solū: quòd si te non audierit, adhibe tecum vnum, vel duos testes: vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum. Item alibi affirmat* (Ioannis 17.) *dicens: Ego sum, qui testimonium perhibeo de me ipso; & testimonium perhibet de me pater. Nàm in lege ve-*
19 *stra scriptum est; quia duorum hominum testimonium verum est.* Ità Paschalis. nec solus ipse est. adhibeamus & alterū; Alexandrum videlicèt Tertiū in *cap. licet vniuersis 23. §. mandamus. eodem. de testib.* qui & ipse sic infert: *Mandamus: vt in qualibet causa*
20 *Christiani, & maximè Clerici non minus, quā duorum, vel trium virorum, qui sint probatæ vitæ, & fidelis conuersationis, testimonium admittatis. Iuxtà illud Dominicum: In ore duorum, vel trium testium stat omne verbū. Quia*
21 *licèt quædā sint causæ, quæ plures, quàm duos exigant testes, nulla est tamen causa, quæ vnius*

testimonio (quàmuis legitimo) terminetur. In
22 alterius præsertim præiudicium. vt *Gloss.*
ibidem verbo *vnius*. infert. deduximusq;
plenè *respons* nostra 3. *à nu.* 1. *cum seqq.* p. 3.
23 Non ergo singularibus standum testibus,
qui pro vno habétur. *S.Thom.* 2.2. *quæst.* 70.
art. 2. & ex Innocentio III. in *cap. cùm dile-*
ctus filius Archidiaconus 32. *§ nos verò atten-*
dentes, de elect. illis verbis: *Cùm contra hoc*
eorum esset probatio insufficiens: eo, quod sin-
guli essent in suis testimonijs singulares. ibiq;
Gloss. verbò *probatio in fin.* rationé reddens:
24 *Quia singularis testis non probat.* Rationem
reddit *S.Thom. d.art.* 2. *in corpore*. Quia in
25 actibus humanis, super quibus cõstituun-
tur iudicia, & exiguntur testimonia, non
potest haberi certitudo demonstratiua, co,
26 quod sunt circa contingentia, & variabi-
lia, & ideò requiritur probabilis certitu-
do, quæ in vno teste esse non potest. & hãc
sequuntur sententiam *Simanc. de cathol. in-*
stitut. tit. 65. *de torment. num.* 14. & in *Enchy-*
ridion violatæ Religionis, tit. 52. *de tormentis*
nu 6. *Francisc. Cason. de torment quæst.* 6. *nu.* 7.
Rojas de hæret. par. 2. *nu.* 289. *Pegna ad Eyme-*
ricum in direct. par. 3. *quæst.* 61. *comment.* 110.
col. 3. *vers. inm indicta. Farinac.* qui alios cu-
mulat *de hæret. quæst.* 185. *§.* 8. *num.* 545. *No-*
uell. in praxi consar. criminal. §. & quia sæpè,
nu. 6. *fol. mihi* 100. *Grammat. dec.* 34. *nu.* 35.
& seqq. Alexand. Trentacinq. cons. 25. *num.* 1.
vol. 1. qui ex alijs quoq; relatis de commu-
ni testatur.

Verùm stabat ex aduerso Dominorum
27 pars maior. Singularium testium dictum
non improbari, vbi omnes ad vnum quid
in genere probandum tenderét, eundemq;
finem, & in substantia concordarent; atquè
de aliquo actu continuo deponerét. secun-
dùm *Gloss.* putatam singularem in *can. nihi-*
lominus quoq; 16. qui est Leonis Papæ 3. *q.* 9.
28 verbo *simul, circ. med.* Glossa sic verba facit:
Si tamen aliquem actum continuum viderent
aliqui, licèt diuersis horis, videtur, quòd testi-
monium teneret. vt si successiuè in vno forami-
ne viderunt aliquẽ fornicari. Vel si aliqui vo-
lunt testari, quòd aliquis excommunicatus ce-
lebrauit, & vnus audiuit finẽ missa, alter prin-
cipium; hoc casu concedo, eos benè testari de
vna re propter continuationẽ actus. Sicut pro-
pter continuationẽ possessionis vna dicitur præ-
scriptio, licèt facta sit à diuersis personis. ità
Glossa. quam firmiorem reddunt ex Con-
stantini Cæsaris responso in *l. qui sententiã*
laturus est 16. *C. de pœnis.* verbis illis, de te-
29 stibus loquens ad condemnandum quoq;
necessarijs: *In vnum conspirantes, concordan-*
tesq; rei finem, conuictus sit. concurritq; *San-*
ctus Thomas d. quæst. 70. *art.* 2. *ad secundum.*
30 tunc dici testes singulares, nec probare vel
discordantes, non verò concordantes, si di-
scordia in principalibus circumstantijs es-
set, quæ substantiam variarent, tunc nempè
de diuersis loqui censerentur. & hanc sen-
tentiam sequitur *Minsyinger. centur.* 3. *obser-*
uat. 76. *nu.* 3. *cũ seqq. Andr. Gayll. pract. obseru.*
lib. 2. *obseru.* 66. *nu.* 10. *& seqq. Farinac. de in-*
dic. & tortur. q. 37. *nu.* 39. *& de hæret. q.* 188.
§. 9. *limit.* 4. *&* 5. *nu.* 159. *& nu.* 160. *Francisc.*
Bordon. in sacro Tribunali cap. 22. *de abusu Sa-*
cramentorũ quæst. 12. *nu.* 21. *&* 22. *Diana p.* 4.
tract 8. *resol.* 57. *dict.* 5 *&* 6. de singularitate
31 testium in Sancto Officio verba faciens.
Quia profectò licèt singulares respectu sint
actuum; ad eundem tamen tendunt finem,
32 neq; singularitas dicitur obstatiua, vel di-
uersificatiua, sed cumulatiua. Cumulantur
quippè actus in idem tendentes; vt in cri-
mine hæresis; sunt proindè contestes eius-
dem obiecti ratione. Potuit enim quis di-
uersas hæreticas dicere propositiones, easq;
docere, vnus verò audiuit vnam, alius aliã,
hi namquè in eodem concordant obiecto;
& idem numero delictum probatur hære-
sis, cumulatum tamen diuersis vicibus, di-
uersisq; actibus. *Locatus in opere Iudiciali in*
quæstionibus q. 33. *in fin. vers. nota tamen vnũ,*
Arnald. de agnoscend. assertionib hæretic. q. 34.
nu. 6. *& seq. & nu.* 9. *Martin. del Rio disquisit.*
magicar. lib. 5. *in* 2. *appendice q.* 20. *Farinac. de*
hæres. d. q. 185. *§.* 8. *nu.* 145. *&* 146. *Diana d. re-*
solut. 57. *in* 5. *dicto. vers. verùm libet hic ad-*
notare. & in 6. *etiam dicto. Bordon. d. cap.* 22.
33 *num.* 22. Habet enim crimen hæresis cau-
sam continuam, & successiuam. *Arnald. d.*
quæst. 34. *nu.* 12. *Francisc. Cason. in praxi de*
torment. d. q. 6. *nu.* 11. *&* 12. Et hic profectò
inquisitus, secreta illa, vel magicas incan-
tationes, ad amorem præsertim, plures do-
cuit. Faciebantq; non leue adminiculum,
34 quod erant hi testes viri nobiles, & contra
se ipsos ob conscientiæ scrupulum depo-
suerant, augebatq; nec leue pondus, quod
non contra inquisitum Caecum duntaxat
dixere, sed contra alios, & contra se ipsos;
ostendentes se suorum peccatorũ verè pœ-
nitere, vt falsa dicere non præsumerentur,
ex Alexandro IV. Inquisitoribus hæreticæ
prauitatis in *cap. vt fidei fauorẽ* 5. *& in cap.*
accusatus de hæresi 8. *§. licet verò, de hæret. in*
sexto. Repertor. Inquisitor. verbo *testes, col.* 15.
vers. item nota, fol. mihi 743. eodemq; verbo
colum. 9. *vers. est tamen speciale in hoc crimine,*
fol. 740. *Locatus in opere Iudiciali* verbo *ex-*
communicati, nu. 4. & verbo *testes, nu.* 34. *vers.*
secunda est. Rojas. singul. 188. *nu.* 11. *Farinac.*
de hæres. d. q. 188. *nu.* 4. *& nu.* 76. *Tiraq. de no-*
bilit. cap. 20. *nu.* 39. *cum seqq. Minsynger. d. ob-*
seruat. 76. *nu.* 5. *in fin. Gayll. d. obseru.* 66. *nu.* 13.
35 Nec minorem his addebat lapidem inqui-
siti mala fama; quòd erat Necromantus, &
maledicus; & ità pessimè apud omnes au-
diebat. & hanc perpensionem prosequitur
Pegna ad direct. d. par. 3. *commentar.* 110. *re-*
gula 2.

gnia 2.

gula 3. cum seqq. ad finem. Clarus §. fin. q.64. nu.10. vers. sed pone. Farin. de haeresi d. q.185. §.8. in 6. ampliat. num.136.

36 Accedebat quoquè, quòd ipsemet in-
quisitus inficias haud ibat, cùm examina-
tis testibus consuetudinem habuisse, & di-
ctam Phialam vni ex illis ostendisse. Diffi-
tebatur tamen dixisse, quòd, quæ viseban-
37 tur in illa animalia, spiritus essēt. Et si nem-
pè confessio cum qualitate facta, cùm illa
acceptari debeat, nec diuidi. per Sceuolā
lib.16. Digestorum in *l. Aurelius Symphori-
nus 29. § idem quæsijt. ff. de liberat. leg.* ni cō-
38 trarium probetur, ex *Bart.* ibidem. & in
summario dicens: *Potest quis vni scripturæ
pro parte stare, pro parte non, probando contra-
rium.* ibiq; *Gloss.* in additione, verbo *verbis
testamenti.* Rota apud *Card. Seraphin. decis.*
197. nu.2 & in *Brixien Parochialis* 20. *Martij*
1620. coràm *Vbaldo decis.60. num.11.* apud
Viuian. in praxi iuris patronatus. noster *Ma-
ranta in spec. par.6. in §. actu suditu, de confess.
nu.27. 28. & 29.* in ciuilibus præsertim. *Ca-
putaquen decis.187. nu.2. par.1.* nisi aliundè
39 de contrario constaret ibidem *nu. 3. Rota
decis.214. nu.2* coràm *Aldobrandino,* postmo-
dùm Clemente VIII. *par.1. diuersor.* & apud
sanct. memor. *Gregorium XV. decis.92. nu.8.*
40 ibiq; *Beltramin.* In criminalibus verò, &
vbi facta plura sunt, atq; diuersa, & sepa-
rata iure scindi confessio potest. ex eadē
l. Aurelius Symphorinus 29. §. idem quæsijt,
ibiq; *Bart. de liberat. leg. Abb. in cap. auditis
15. col. penult. nu.32. vers. sed contra prædicta.
de præscript. Maranta d. actu 5. num.29. Rota
par.2. diuersor. decis.272. nu.2.* & in *Milien.
Abbatia* 1592. coràm *Gyptio decis. 89. nu.7.
post 1. volum. consilior. Farinac.* & in *Varatio-
nis Prioratus* 1600. coràm *Seraphino decis.
133. num.6. in eodem vol.1. consilior. Farinacij.*
Rationem reddit *Nauar. cons.10. nu.6. vers.
41 quartò, quòd non obstat. lib.5. de simonia.* Quia
in delictis, & in ijs, quæ sunt crimina, præ-
sumitur in dubio malus animus. ex Conci-
lio Africano in *cap.2. de præsumpt.* & *Abb. in
cap. cùm venissent 6. num.7.* & *Imola num.4.
de institut. Rota* apud sanct. memor. *Grego-
rium XV. decis 351. nu.18. & decis.458. nu.5.
Beltramin. d. decis.92. nu.10. Hieron. de Fede-
ric. resolut. crimin. resol.26.* ad calcem 2. vo-
lum. consilior. Farinacij. *Petr. Caball. resolut.
crimin. par.1. casu 56. num.80. & 81. & seqq.
& part.3. casu 254. num.1. & seqq.* præsertim
42 verò ad quæstionem inferendam *Petr. Ca-
ball. d. casu 56. num.74. & seqq.* Stari proindè
43 debebat testibus, etiam singularibus, acce-
dentibus adminiculis, vt dixit Rota apud
44 *Card. Seraphin. decis.1029. nu.12.* In crimi-
ne loquens simoniæ; quod simoniacam
hæresim nuncupauit Gregorius Papa ad
Maximianum Episcopum Syracusanum
scribens in *can. præsentium latoris 3. §. illud
autem 7. q.1.* ex illo principio (*Act. nū 8.20.*)
45 quo Petrus ad Simonem Magum, vndè si-
moniæ crimen originem traxit: increpan-
do eum dixit: *Pecunia tua tecum sit in per-
ditione: quoniā donum Dei existimasti pecunia
possideri.* sequiturq; *Nauar. cons.52. Rex Sici-
lia, nu.3. lib.5. de simonia.* & dixit etiā *Rota in
Bisinianen pensionis 17. Maij 1574* corā *Card.
Lancellotto decis.191. nu.4. & 5. par.1. diuers.*
in crimine quoq; simoniæ loquens: proba-
ri videlicèt per testes singulares, adiunctis
46 potissimùm adminiculis. sequiturq; *Phi-
lipp. Port. concl.34. in fin. in 12. limit.* sequen-
tibus loquens: *Duodecimò limita, quando cum
testibus singularibus coniectura concurrerent.*
plura deducit *Gabriel lib.1. de testib. concl.2.
testes singulares non probant. à num.57. ad fi-
nem vsquè. Couar. variar. resolut. cap.3. nu.5.*

Non obstaculum proindè faciebant, quę
in initio dicebantur, testes singulares, neq;
indicium facere, cùm indiciū quodcunq;
cum duobus debeat testibus confirmari.
47 Non equidèm obstatiua, seù diuersifica-
tiua hæc erat singularitas, sed cumulatiua;
vt in superioribus deduximus, ad proban-
dum vnū quid in genere. Adminiculaban-
tur autem dicta testium multis adminicu-
lis, vt perpendimus. nihil proindè obstacu-
lum faciebat, quin de inquisito quæstio ha-
beri potuisset. Quam ob causam fuere om-
nes postmodū concordes Domini ad quæ-
stionem de reo habendam iure deueniri
posse.

48 Verùm enim vero exijt sermo inter fra-
tres: quòd erat inquisitus hic Cœcus, atq;
ab ipsa penè natiuitate lumine captus ocu-
lorum; prætereà ætate grandæuus, quinqua-
ginta septem natus annos, quin obesis car-
nibus, ac pinguis. Itum proindè est in dif-
ficultatem: possetnè de homine isto quæ-
stio haberi?

49 Et quidèm de ætate afferebatur Vlpia-
nus lib.50. ad Edictum in *l.1. §. impubes ser-
uus. de Senatus Consulto Syllaniano.* qui ra-
tionem reddens sic infert. Aetas enim ex-
cusationem meretur. & in *l. si quis in graui
valetudine 3. § ignoscitur etiam. ff. eodem.* ipse
50 Vlpianus: *Ignoscitur etiam* (inquit) *ijs, qui
ætate defecti sunt.* Aetate, idest senectute.
Glossa ibidem commentum agit, eundem
referens Vlpianum *d. l.1. §. impubes seruus:*
Quia nimirùm *Aetas excusationem meretur.*
nec deerant, quin suppetias propositioni
deferrent, duo Cæsares, Diocletianus vide-
licèt, & Maximianus Augusti; vt in ore
duorū, vel trium testium staret omne ver-
bum in *l. manifesti iuris est 3. C. qui ætate, vel
professione se excusant lib.10.* sic nempè ipsi;
51 *Manifesti iuris est, maiores quinquaginta quin-
que annis, inuitos ad munera personalia voca-
ri non posse, Cùm itaq; septuagenario maiorem
te esse profitearis, si à nominatione facta appel-*

lationis

lationis auxilium interposuisti, tueri te notione
Præsidis Prouinciæ potes iure concesso. Excu-
sabitur ergo hic inquisitus, qui quinqua-
ginta quinq; annis maior est. Quia si quin-
quaginta quinq; anni excusant: ergo ma-
ior numerus multò magis excusat. vti
Gloss. ibidem verbo *septuagenario* infert. &
ibidem *Lucas de Penna* doctissimus Vir.
Grammat. d. decis. 34. num 3. 4. & 5.
52 Dicebatur tamen: senectutẽ à quinqua-
gesimo ætatis anno, ad septuagesimum de-
duci. secundùm *Gloss.* notabilem, & magi-
stralem in *proœm. sexti decretaliũ* verbo *per-*
53 *fectus*. in princ. quo loco ætates enumerãs
hominum, sic infert: *Prima enim ætas in ho-*
mine est infantia, quæ durat vsq; ad septimum
annum. Secunda pueritia vsq; ad 12. vel 14.
annum. Tertia adolescentia vsq; ad 25. Quar-
ta iuuentus, vel virilis ætas vsq; ad quinqua-
gesimum. Quinta senectus vsq; ad septuagesi-
mum. Sexta abindè. Et dicitur Senium, alia-
54 *rum ætatum terminus.* sic Glossa. Senes ve-
rò quæstioni subijci non posse, ex eodẽ de-
ducitur Vlpiano *d. l. 3. §. ignoscitur etiam. ff.*
de Senatus Consulto Syllaniano. dicente illo:
Ignoscitur etiã ijs, qui ætate defecti sunt. Aeta-
te, idest senectute. ex *Glossa* ibidem. sed qui
ætate, hoc est senectute defecti sunt, non
qui vigent, quàmuis ætate sint grandeui; à
quinquagesimo videlicèt ætatis anno ad
55 septuagesimum. Et sanè à muneribus per-
sonalibus Diocletianus, & Maximianus
Imperatores in *d. l. manifesti iuris.* maiores
quinquaginta quinq; annis excusauit; non
56 tamẽ a tortura. vti decrepita ætas excusat.
secundũ *Gramm. d. decis. 34. nu. 5.* & de com-
muni testatur *Iul. Clar. §. fin. quæst. 64. nu. 21.*
vers. non etiam debet Iudex. Locatus in opere
Iudiciario verbo *tortura num. 42. Paul. Gril-*
land. de diuers. criminib. lib. 3. quæst. 6. num. 5.
Hippol. Bonacoss. in thesaur. comm. opin. tom. 2.
lit. T. verbo *tortura, fol. mihi 242. col. 4.* qui
57 restringit in crimine læsæ Maiestatis diui-
næ, & humanæ. *Ioseph Ludouic. decis.* Lucen-
sis Senatus 13. *num 53. cum seqq. Farinac* qui
plura, vt assolet, deducit *de malefic. & tortu-*
ra quæst. 41. limit. 2. num. 24. & seqq. Menoch.
per quam optimè *de arbitr. Iudic. lib. 2. cen-*
tur. 1. casu 59. per totũ, præsertim verò *nu. 2.*
58 perpendens ad rem, dispositionẽm *d. l. ma-*
nifesti iuris peculiarem in illo casu esse, mu-
nerum personalium, non generalem. remit-
59 ti verò Iudicis arbitrio, ex complexionum
varietate, quis verè senex dicatur, præser-
tim verò cùm ex grauitate criminũ, & fir-
ma hominum complexione, sexagenarius
quoq; in Senatu Mediolanẽn torturæ sup-
positus fuerit. *Clarus* vt refert *d. quæst. 64.*
num. 21. vers. non etiam debet Iudex, idq; in
60 criminibus exceptis, decrepitæ ætatis ho-
mines, leuitèr saltim torqueri posse, prose-
quitur *Farinac. d. quæst. 41. num. 29. Grilland.*
de quæstionibus, & tortura. d. quæst. 6. num. 9.
Grammat. d. decis. 34. num. 3. 4. & 5. & seqq.
61 Stari verò in hoc Iudicis arbitrio, qui ex
circumstantijs perspicere facilè poterit, an
senex, vel viribus sit quisq; firmus, vti *Me-*
noch. d. casu 59. nu. 3. & seqq. probat ex Mar-
cello lib. 4. singularium responsionum in
l. non aliter 67. §. Titius codicillis. ff. de leg. 3.
62 verbis illis: *Cæterùm existimari posset iuue-*
nis is, qui adolescentis excessit ætatem, quoad in-
cipiat inter seniores numerari. & Gloss. ibidem
63 verbo *seniores*. quæ senem æstimat eum,
qui est septuaginta annorum. Et demùm
id remittit, intelligi, secundùm vulgares
Prouinciarum mores, & ipsarum varieta-
tes. Quod sanè ex Iudicis pendet arbitrio.
deduxitq; pluribus *Guazzin. ad defens. reor.*
defens. 30. cap. 12. per totum.
64 Difficultatem verò non modicam mo-
uebat, quòd Cœcus, hic erat inquisitus: me-
reri eum proindè veniam ex Vlpiano eadẽ
l. 3. §. cæcus quoq; ad Syllanianum. verbis ità
Vlpianus effatur: *Cæcus quoquè veniam me-*
reri debet.
65 Quippè est textus ille ad materiam re-
pressus, de qua respondet ibi interpellatus
Vlpianus in *§. subuenitur ijs.* Audiamus
(quæso) illum: *subuenitur* (inquit) *ijs, qui*
eo tempore, quo Dominus, Dominaue occisa est,
clausi ità fuerunt sine dolo malo, vt erumpere
succurrendi causa, aut comprehendendi eos, qui
cædem fecerunt, non potuerunt. Nec interest,
à quo clausi tenebantur: sic tamen si non data
opera voluerint se ità includi, nè opem ferre
possent. Clausos accipere debemus, & si sunt
vincti: si tamen ità vincti, vt omninò erumpere
vinculo, & auxilio esse non potuerint. Ignosci-
tur etiam ijs, qui ætate defecti sunt.
Surdus quoq; inter imbecillos numerandus
est, aùt inter eos, qui sub eodem tecto non sunt;
quia, vt illi per spatium, ità hic per morbum
nihil audit. Cæcus quoq; veniam mereri debet.
ità Vlpianus.
66 Non absolutè igitur Vlpianus loquitur:
vt quicunq; cœcus fuerit torqueri minimè
possit; sed in illo casu restricto, in quo de
sensu agebatur visus. Quam enim rationẽ
afferre poterat is, qui non videbat, & in te-
nebris demorabatur, lumine orbus oculo-
rum? Sicuti & surdus, qui non audiuit; nec
absens, qui non sub eodem tecto moraba-
tur; nec clausus, nec vinctus, qui, vt ferret
opem erumpere non potuit.
67 Cũ alioqui generatim regula procedat;
vt omnes tormentis, ex criminibus, subijci
valeant, qui speciatim à regula non fuerint
excepti. ex Vlpiano lib. 8. de officio Pro-
consulis in *l. 1. ff. de quæstionib.* & de commu-
ni testificationem facit *Anton. Gomez. variar.*
resolut. lib. 3. de delict. cap. 13. de tortura, nu. 7.
sequiturq; *Clarus d. quæst. 64. num. 15. vers.*
vbi subsunt legitima indicia. Grilland. de tortura
d. quæst. 6.

d.quaest.6.num.1. latè *Farinac. d.q.41. à nu.1.*
Neq; porrò Vlpianus absolutè, ac gene-
ratim eos omnes excepit, in quocunq; ca-
su, quin quæstioni subijci valeăt, quos enu-
merauit, sed in illo sensu dumtaxàt, quo
excusationem merentur. Indè quippè sur-
68 dum excusat, quia audire non potuit. Vl-
pianum audiamus: *Surdus quoq; inter imbe-*
cilles numerandus est, aut inter eos, qui sub eo-
dem tecto non sunt; quia vt illi per spatium,
ità hic per morbum nihil audit. Circa sensum
auditus igitur excusatur surdus: quia *per*
morbum nihil audit. Eodem quoq; modo &
69 Cæcus, cùm de eo subnectens ità infert:
Cæcus quoq; veniam mereri debet. Quia pro-
fectò videre non potuit. Meretur itaq; ve-
niam, sed quatènus cæcus est, & non videt,
sicuti surdus, quia per morbum nihil au-
70 dit. Non in alio ergo sensu veniam mere-
bitur; si vtiq; falsam docuit doctrinam;
vt hic noster secreta docuit ad maleficia,
71 atq; ad amorem, adorare Iuppiter, & dice-
re, sancte Iuppiter miserere mei. *Vide ne fe-*
ceris. Angelus ad Ioannem dixit *Apocalyp-*
si 22. 8. *&* 9. cùm postquàm audisset, &
vidisset subiecit; *& cecidi vt adorarem ante*
pedes Angeli, qui mihi hæc ostendebat: & dixit
mihi: Vide ne feceris: Conseruus enim tuus
sum, & fratrum tuorum Prophetarum, & eo-
rum, qui seruant verba prophetiæ libri huius:
DEVM ADORA. & hic Iuppiter adoran-
dum docuit, & excusabimus eum, quia
72 cæcus est? Immò quæstioni eò magis su-
bijciemus, quia cæcus est, & in tenebris se-
73 det, & lumen Cæli non videt. sicut Tobias
(5. 12.) Angelo dicenti sibi: *Gaudium tibi*
sit semper. ait: *Quale gaudium mihi erit, qui*
in tenebris sedeo, & lumen Cæli non video? vt
per quæstionem lumen recipiat, ac lumen
74 Cæli videat, atq; vexatio det intellectum
auditui. iuxtà *Isaiæ* 28. 19 illud: *Et tantum-*
modò sola vexatio intellectum dabit auditui.
75 Neque in quocunq; crimine sumus, sed
hæresis, quod sanè exceptum est; quia Di-
uinæ Maiestatis offensæ crimen est. vti per-
pendere *Girland. d quaest.6. num.10. & Fari-*
nac. per quam diffusè *d.quaest.41. num.100.*
cum seqq. nec diffitetur *Bald. in l.1. colum.5.*
num.14. C. de seru. fugitiu. vers. idem si cæcus
76 *mandat.* dicens teneri Cæcum, qui falsam
confici scripturam mandauit, de manda-
to. sequiturq; *Ioseph Mele* in additionibus
ad decisiones *Gizzarelli decis. 26. num.1.* &
77 ipse inferens: *Et excusari censeo ab illis de-*
lictis, in quibus requiritur præcipuè sensus vi-
sus ad illa perpetrăda, & consumăda. ità Mele
78 ad rem nostrā aptè. Quod sanè ex Iudicis
pendet arbitrio, qui satis aptè perpendere
poterit, quid magis expediat. ex *Farinacio*
d.quaest.41. num.103. & in superioribus me-
minimus. Fuit proindè Dominorum votū:
79 dictum Cæcum quæstioni subijciendum,
& si leniter ex eodem *Farinacio d. quaest. 41.*
80 *num.* 304. Nonnulli verò dicebant: quòd
nimis esset pinguis, terrendum dumtaxàt.
Et hoc votum fuit etiam à Sāctissimo Tri-
bunali probatum. vndè mihi iniunctum
fuit, vt actui assisterem, quod exequutioni
demadauimus.
Redegi proindè, quæ discussa fuere in
hanc consonantiam, lima non explosa
Aristarchi.

Carolus Maranta V.I.D.
Sancti Officij Consultor,
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Sapere oportet eos, qui alijs præsunt, vt nō tan-*
tùm præsentia, quæ antè pedes sunt vi-
deant, sed quæ futura præuideant.
Omniaq; lustrent tempora præterita, præsen-
tia, & futura. num.2.
Et in capite, non in calcaneo habeant oculos.
3 *Locus Ecclesiastes* 2. 14. Sapientis oculi in
capite eius. *elucidatur.*
Et ex Ambrosio. num.5.
4 *Stulti neq; in vertice cerebrum, neq; in capite*
oculos habent.
5 *Ambrosij os ambrosiam propinat.*
6 *Prouerbium.* Manus oculatas habere. *ex-*
ctitur.
7 *Errant facillimè qui omni vento mouentur.*
Arundini similes à vento agitatæ.
8 *Ioannes Baptista non fuit similis arundini ven-*
to agitatæ, sed fortis, & stabilis. nulla cul-
pa, nullaq; passione agitatus.
9 *Forū sortiri, vt ad ordines quis promoueri va-*
leat triplici iure potest.
Distinguiturq; à foro, vt distringi, iudicariq;
valeat.
Quod triplici iure accidit. num.11.
10 *Originis causa forum quis sortitur Episcopi, vt*
ad ordines promoueri valeat.
Siuè propria. & num.14.
Siuè paterna.
12 *Clerici nisi in loco sint constituti iurisdictionis*
Episcopi, eius minimè forum sortiuntur.
Casus verò, quibus forum quis sortitur, enu-
merantur. num 13.
15 *Forum vt quisquè sortiatur Episcopi ratione*
originis, domicilij, criminis, contractus, vel
rei sitæ, siuè etiam beneficij, in loco vt ha-
bitet iurisdictionis oportet.
16 *Terminos alienos vsurpare nullus debet.*
Et Parochum alienum ordinare, vel iudica-
re nullus debet.
Nè transgrediatur terminos sibi positos.
17 *Excommunicatio in non suum subditum lata,*
firma non est. & num.31.
Quia sententia alterius Iudicis, nisi sui, ne-
mo tenebitur, aut damnabitur. nu.18.
Et est

Et est nulla ex defectu iurisdictionis. nu. 19. & num. 32.
Absolutione proindè non indigebit. nu. 33.
18 Sententia non à suo Iudice dicta, nemo tenebitur, aut damnabitur.
19 Iurisdictionis defectus peruertit omnia, quæ Iudex fecerit.
20 Ius extrà territorium dicenti non paretur impunè.
Quia non parens, ex eo pœnã non patitur. & num. 30.
21 Furtum committens extrà territorium, excommunicationis pœna non ligatur, quæ furtum committentes feriuntur.
22 Iudex, qui sine iurisdictione iudicat, peccato se inficit.
Quia damnum alteri infert.
Iudex dictus quasi ius dicens Populo. nu. 23.
Sinè quòd iure disceptet.
Iudex non est, si non est in eo iustitia.
Iudex non est auctor sceleris, nequam homines vinciendo. num. 24.
Ex Hieronymo.
21 Forum quòmuis quis sortitus fuerit ratione originis, vel domicilij, vt promoueri iure potuerit, nec iniuria.
Potuit tamen à loco discedere.
Illumq; mutare.
26 Visitari vt quis valeat, vel corrigi per Episcopum.
Visitantis Episcopi iurisdictioni, vt subijciatur oportet.
Atq; sit subiectus.
Ex decreto Sacri Concilij.
Et declarauit Sacra Congregatio. nu. 49.
27 Visitationis scopus quis, quisuè finis?
Hæreses præsertim vt profligentur.
Boniq; tueantur mores.
Pessimis abiectis, pulsisq;.
28 Visitatio actus est iurisdictionis:
Et in eos exerceri potest, qui visitantis sint iurisdictioni suppositi.
Nec permittitur visitatio lite pendente super iurisdictione. num. 29.
34 Solutio ligamen supponit.
Quia id soluitur, quod ligatum est.
Et quod ligatum est, solubile est. num. 35.
36 Lazarum ligatum solui imperauit Dominus.
Et Asinam ligatam solui mandauit. nu. 37.
38 Absolutionē qui ab excommunicatione petit, se vtiq; ligatum fatetur.
39 Sentētia Pastoris siuè iusta, siuè iniusta, timenda est. elucidatur. num. 40.
Ratione saltim dubij.
Secus si nulla. num. 41. & 43. & 44.
42 Iudicium iniustum esse, vel nullum, differunt.
42 Sententia quamuis iniusta potest, quòad forum externum aliquem effectum producere.
Non tamen quæ nulla est.
Præsertim excōmunicatio, si nulla sit. nu. 44.
45 Impedimentum non præstat, quod de iure non sortitur effectum.
In tertij potissimùm præiudicium.
46 Iudici, qui iniquam protulit sententiam, potest de facto resisti.
Potissimùm verò si sententia sit nulla ex defectu iurisdictionis.
47 Nullum quod est, nullum producit effectum.
Potest proindè vi, nec iniuria contraire. n. 48.
49 Clerici, qui extrà degunt diœcesim, neq; beneficia curata possident, & quæ residentiam exquirant, ad visitationem accedere, vocari non possunt.
Declarauit Sacra Congregatio.
Sicuti neq; qui simplicia beneficia possident. num. 50.
50 Beneficia simplicia ex antiquissima Ecclesiæ consuetudine residentiam non requirunt.
Vndè obtinētes illa grauari haud possunt ad aliquod seruitium personale exhibendum.
51 Episcopus, qui alienos subditos ordinare, vel iudicare præsumpserit, suspensionis dat in pœnam.
52 Iudices Ecclesiastici, qui non competēti admonitione præmissa, & personis præsentibus idoneis, excommunicationis sententiã contra aliquem promulgare præsumpserint, per mensem ab ingressu Ecclesiæ suspensi existunt, & ad expensas tenentur. nu. 53. & num. 60.
Et si suspensione durante se diuinis ingesserint, in irregularitatem à solo Papa dispēsabilem. num. 55.
Quàmuis Prælati fuerint Ecclesiæ. num. 54.
Dant enim in hanc pœnam omnes, qui Ecclesiasticam administrant iustitiã, ex generali modo loquendi Sacrorū Canonum. nu. 56.
Limita in Episcopis, nisi expressa de eis memoria fiat. ex cap. quia periculosum 4. de sent. excommun. in 6. num. 57.
Declaratur tamen num. 58. & num. 61. & 62. & 65.
57 Episcopi in pœnam suspensionis, & interdicti, nisi de eis specialis fiat mētio, minimè dant.
Secus si alienos Parochianos iudicare præsumpserint, vel ordinare. num 58.
Quia de ipsis memoria sit specialis.
Ex Nicolao Papa præsertim. nu. 61. & 62.
59 Excommunicans aliquem iniustè, iniuriam infert.
Potestq; etiam ad interesse conueniri.
63 Episcopi Ecclesiarum Prælati sunt.
Et Prælati nomine comprehenduntur. n. 64.
Debent esse Nabuthæ imitatores, qui vineã suam sanguine defendit. num 65.
Et ipsi Ecclesiam cruore defendere. ex Sācto Ambrosio.
In locū Epī successerunt Apostolorū. nu. 67.
66 Tex. in cap. cùm medicinalis 1 de sent. excommun. lib. 6. de Prælatis Ecclesiarum loquens, de Episcopis quoq; exauditur.
68 Prælati Ecclesiæ qui nàm sunt?
Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Epī.
Qui in Ecclesiastica Hierarchia numerātur.

ARGV-

ARGUMENTUM.

Forum sortiri duplici modo quis potest, & vt ad ordines promoueri ab Episcopo valeat; & vt ab eo distringi, atq; iudicari, quæ inter se differunt. Ratione originis paternæ potest quis ad ordines promoueri. Iudicari verò, neq; excommunicari quis potest, nisi subditus sit Episcopi, nequè etiam visitari. Excommunicatio siuè iusta, siuè iniusta, timenda. Secus verò, si nulla. quod pluribus declaratur. Eodemquè modo ***text. in cap. sacro* 48. *de sent. excommun. extrà.*** & in ***cap. cū medicinalis* 1. *eodem in* 6.** & nùm in Episcopis locum habeat eorū dispositio? Et quid ex ***cap. quia periculosum* 4. *de sentent. excommun. in* 6.** nùm propterea Episcopi in dicto ***cap. cùm medicinalis*** comprehendantur, cùm illud de Prælatis loquatur Ecclesiæ, & Episcopi sint Ecclesiarum Prælati? Episcopus tamen, qui alienos subditos iudicare præsumpserit, in suspensionem dabit.

RESPONSIO XCVIII.

1 SApere oportet eos, qui alijs præsunt,
vt nedùm præsentia, & quæ antè pedes sunt, videant, sed quæ futura præuideāt, nè in errorem, illumq; dent grauissimum. Porrò iuxtà Terentianum illud:
Istud est sapere, non quod ante pedes modò est.
Videre, sed etiā illa, quæ futura sunt prospicere.
atq; cum præteritis conferre. Omnia nam-
2 què lustrant tempora præterita, præsentia,
& futura, qui in capite habent oculos, non
in calcaneo; quia sapientes sunt. vndè (*Ecclesiast.* 2. 14.) sapiens dixit, quin per eum
3 Spiritus Sanctus: *Sapientis oculi in capite eius: stultus in tenebris ambulat.* vt norit vir sapiens.
Quę sint, quę fuerint, quę mox vētura trahūtur.
4 cùm contrà stultus, ex Homero:
Neq; in vertice cerebrū, neq; in capite oculos habet.
Videt proindè sapiēs, & circumspectus est, diligenterq; prospicit, quid agendū, quid omittendum; quid dicendum, quid tacendum; quid amplectendum; quid auersandum sit. Quia nimirùm: Oculi sapientis in capite eius: *quasi in aula Imperiali* (vt Am-
5 brosius lib. 6. in Hexameron cap. 9. ore ambrosiam propinat) *Virtutum consilium sibi contrahat, quo stipata comitatu, & ipsa munitior sit, & tanquàm ex edito quodam tuendi totius corporis regnum impertiat, responsa proferre, per quem possimus nos ipsos, non solùm retrò respicere, nec solùm quod antè pedes est videre, sed etiam Cœli ipsius secreta profundo obtutu sapientiæ spectare.* ità Ambrosius. prosequiturq; *Martinus del Rio adagiorū sacrorum par. 2. adagio 295. fol. 368.* Vt nedùm in capite oculos habere oporteat, sed & ma-
6 *nus ipsas oculatas*, vt prouerbio fertur. vt quidquid egerit, quidquid operetur certū sit, ac verum. nec nisi, quod viderit, credat; non in incertum ambulans. quemadmodùm & Plautus in Asinaria dixit:
Eadem nos disciplina vtimur.
Semper oculatæ nostræ sunt manus, credunt, quod vident.
7 Facillimè namquè errant, qui omni vento mouentur; nec quid futurum sit pensant. Similes arundini fiunt vento agitatę. Hanc
8 ob causam Dominus noster *Matth.* 11. 7. de Ioanne Baptista turbis loquens: *Quid existis, in desertum videre?* dixit: *Arundinem vento agitatam?* Quia nimirùm Ioannes vir iustus, & stabilis erat, quem nulla culpa, vel passio à rectitudine deijciebat. iuxtà illud Ecclesiastici 27. 12. *Homo Sanctus in sapientia manet sicut Sol: nam stultus sicut Luna mutatur.* perpendit *Dionysius Carthusianus* in dictum locum Matthæi. Non itaquè sic facilè errasset Illustrissimus Episcopus, de quo nunc fabula narratur; si vel oculatas habuisset manus, & in capite oculos habēs, quid futurum fuisset, prospexisset.
Quę sūt, quę fuerint, quę mox vētura trahūtur.
Is namq; Dominus, diebus nō longè elapsis; (sic nobis factum proponitur) mense dilapso Augusti currētis anni 1650. Cùm publicum emanasset edictum: *Che tutti gli ordinati suoi sudditi, tanto presenti, quanto assenti, si debbano conferire nella visita dourà fare in detta sua Diocese, sotto pena di scommunica.* & visitationi caput fecisset; perquirēs, si omnes adessent; cùm relatum ei fuisset,

duos abesse Neapoli, qui,& si annis præteritis,prædecessoribus Episcopis sedētibus, vti originarij, ex paterna origine ad omnes,etiam sacros ordines,promoti fuissēt; nunquàm tamen in Diœcesi permansere, sed Neapoli, in qua Ciuitate orti sunt, demorari. In Diœcesi beneficia, neq; etiam simplicia possidere. Ex quo promoti fuere vigesimū penè annū effluxisse, neq; vnquā prædecessores Episcopos, illos vocasse. Episcopus modernus hic,hoc non audiēs: *Li dichiaramo scommunicati,e priuati, e l'assolutione riseruatamo à noi*. dixit: quæ Actorū Magister annotauit. sed Cedulones affixi minimè fuere. Ad aures hoc peruenit dictorum Sacerdotū. vndè nos consulunt. *Si domāda si detta scommunica tiene,ò è irrita; e si è necessaria l'assolutione, e si lo Vescouo è incorso in qualche pena, hauendo publicato vna scommunica senza le debite citationi, senza residenza,& non habens iurisdictionem con questi Preti*. Quæsito vt faciamus satis, supponendum censemus; satis diuersum esse: Fo-
9 rum sortiri Episcopi,vt promoueri quis ad ordines, sacros'qnoq; possit, & forum sortiri, vt ab Episcopo iudicari valeat, atquè distringi. Et sanè,vt ad ordines quis promoueri valeat,triplici iure forum quis sortitur Episcopi: vel ratione originis,vel ratione domicilij, vel deniq; ratione beneficij. ex Bonifacio VIII. in *cap.cùm nullus 3.*
10 *de tempor.ordinat.lib.6.* Ratione originis; sinè propriæ, siuè etiam paternæ. vt prosequitur *Nauar consil.19. N.filiusfamilias.lib.1. de tempor.ordinat* pluribusq; *Barbosa de offic. Episc.par.2.allegat.4 num.4* & in *collectan.ad Sacr.Trident.Concil.sess.23.cap.8.nu.17.* vbi ex Sellio itā Sacram declarasse Congregationem refere. & *Alzedus in praxi Episcop. par 2. cap.5.num.44.45.& 46.* Nosq; prosequuti fuimus *respons.*nostra *4.nu.1.2.3.& 4.*
11 *par.4.*plurēs referentes. Forum verò sortiri,vt distringi quis valeat, vel citari,vel iudicari, id nō alitèr accidere, quàm ratione delicti,seu cōtractus,aut domicilij,siuè rei, de qua contrà possessorem causa monetur. quod pro regula statuit Gregorius IX. in *cap.licet ratione 20.finè fin.de foro compet.extrà.* neq; in aduersum abijt Innocētius IV. in Concilio Lugdunen in *cap.volentes 1. de priuileg.in 6.* qui de exemptis ab Ordinarij iurisdictione disponens,sic infert: *Declaratione irrefragabili diffinimus, quòd quantumcunq; sint exempti,gaudeāt libertate,nihilominùs tamen ratione delicti, siuè contractus, aut rei,de qua cōtra ipsos agitur,ner possunt coràm locorum Ordinarijs conueniri, & illi,quoàd hoc suā in ipsos iurisdictionē, prout ius exigit,exercere*. hi sunt itaq; modi, quibus quoàd iurisdictionem forum quisquè sortitur Epi-
12 scopi. Nisi enim in loco sint constituti iurisdictionis Episcopalis, ab Episcopo cognosci minimè poterunt, qui clericali militiæ nomen dederūt. ex Pelagio Papa Benegesto Defensori in *can.experientiæ tuæ 15.* & eodem,Sergio Cancellario in *can.si quisquam Clericus 36. 11.quæst.1.*optimèq; *Gloss. in summa 3.quæst 6.* verbo *extrà Prouinciam.*
13 quæ casus omnes ennumerat, eosq; sic carminibus deducit:

Contractus, crimen, reus, & res, religioque,
Vir, ratio similis,vel prouocat, atq; recusat.
Excellit, iussus,vel si consentit vterque.

prosequiturq; *Thom.Carleual.de iudic.lib.1.* modos omnes enucleans, quibus forum quisq; sortitur. *Sigismund. Scaccia de iudic. lib.1. cap.40. per totum. Marian.Socin.in cap. sanè 3. à num.3.de foro compet.*diximus *resp.* nostra *54 num.1.& 2 par.5.*quę propediem lucem videbit Mundi, sub prælo existens.
14 Licèt ergò ratione originis, quàmuis paternę, vel domicilij, vel beneficij sortiatur quis forum, vt promoueri possit, ad sacros quoque ordines; non tamen forum sorti-
15 tur,vt iudicari valeat à Iudice,vel originis, etiam propriæ, multò minus paternæ, vel domicilij,vel etiam beneficij, si in loco nō degat, sed alibi domicilium, & habitationem obtineat; quia eidem subiectus non
16 est. *Nullus autem alterius terminos vsurpare debet,nec alterius Parochianum iudicare,ordinare, aut excommunicare: Quia talis iudicatio, vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatiò, nec rata erit, nec vires vllas habebit: Quoniam nullus alterius Iudicis, nisi sui sententia tenebitur, aut damnabitur. Vndè & Dominus loquutur dicens:*(Deutoronomij 19. Prouerbiorum 22.) *Nè transgrediaris terminos antiquos,quos posuerunt patres tui.* vti Calistus Papa scribit epist. 2. ad Episcopos Galliæ in *can.nullus alterius 1. 9.quæst.2.*ibiquè *Gloss.* verbo *iudicare*. Nulla proindè ex-
17 communicatio fuit,quam aduersus dictos Presbyteros Dñus decreuit Episcopus,nec
18 vires vllas habebit: Quoniam nullus alterius Iudicis, nisi sui sentētia tenebitur,aut damnabitur. & ex Concilio Antiocheno cap.13. in *can. nullus Episcoporum 6. eadem 9 quæst.2.* eandemq; rationē sequutus fuit Gregorius Ioanni Defensori scribens in *can. in primis requirendū est 7. §.contra hæc si dictum fuerit 2.quæst 1.* qui sic rationem infert: *Quia ergò sententia non à suo Iudice dicta nihil firmitatis obtineat, lectionis huius tenor ostendit*. Si nihil firmitatis obtinet sententia à non suo Iudice dicta: Vacua sunt
19 ergò & inania omnia,quæ gessit. fuit igitur nulla sententia excommunicationis aduersus duos hos Sacerdotes prolata,ex defectu nimirùm iurisdictionis, qui sanè defectus peruertit omnia, quæcumq; fecerit is, qui iurisdictione carens aduersus alterius Parochianum iudicium protulit, siuè etiam excommunicationem denunciaue-

ac rit,

20 rit, vt parere ei minimè oporteat. Quia nimirùm extrà territoriũ ius dicenti, consequenterq; sine iurisdictione, non paretur impunè. ex Bonifacio VIII. in *cap. vt animarum periculis 2. siuè fin. de constit. in 6.* qui ad rem nostram satis strictè; vt animarum periculis obuietur; de sententia excõmunicationis verba faciens. sequentibus de-
21 cernit: *Statuto Episcopi, quo in omnes, qui furtum commiserint, excommunicationis sententia promulgatur, subditi eius furtum extrà ipsius Diœcesim committentes minimè ligari noscuntur. Cùm extrà territorium ius dicenti non paretur impunè.* Impunè, id est sine pœna, id est, non parens ex eo pœnam non patitur. vt *Gloss. fin.* ibidem commentum agit. Si ex Bonifacio, subditus Episcopi extrà territorium, & diœcesim furtum excommunicatione notatum committens, non illa ligatur; multò magis non ligabitur, qui nullo modo subditus est. ex eadem ratione: *Cùm extrà territorium ius dicenti, non pareatur impunè.* idemq; dixerat Paulus lib. 1. ad Edictum in *l. extrà territorium 20. aliàs fin. ff. de iurisd. omn. Iudic.* dilucidiùs rem explicans: *Extrà territorium ius dicenti impunè non paretur. Idem & si suprà iurisdictionem suam velit ius dicere.* hoc est vltrà iurisdictionem suam. nõ enim valet. vt *Gloss.* ibidem verbo *suprà* aduertit. plenè tangit *Diana par. 5. tract. 9. de excommun. resol. 34. § ve-*
22 *rùm his non obstantibus.* Quin peccat Iudex, qui sine iurisdictione iudicat; quia damnum alteri infert, suosq; terminos trãsgreditur contra Domini præceptum. ex *d. can. nullus alterius 1. & can. nullus primas 3. & can. nullum Episcoporum 6. dist. 9. quæst. 2. Nauar. in man. cap. 12. num. 71. vers. secundò, qui habens. & cons. 77. quæritur primò. num. 2. lib. 3. de regular. Caietan. in S. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 12.* diximus *respons.* nostra *77. n. 5. par. 3.*
23 Iudex enim dictus quasi ius dicens populo, siuè quod iure disceptet. Iure autem disceptare, est iustè iudicare. non est autem Iudex, si non est in eo iustitia. vti Isidorus lib. 18. etymologiarum cap. 1. docet, relatus *can. iustum est 1. 23. quæst. 2.* Quia nimirùm, vt Hieronymus in *can. Iudex nõ est 30. 23. quæst. 5.* loquitur. *Iudex non est auctor sce-*
24 *leris, nequam homines vinciendo.* Vt quid .n. mali fecerunt hi Sacerdotes, quòd eos nequam camo vinxit tarthareo, excommunicando illos? Sed respondebit, ideò illos excommunicauit, quod ad sanctam visitationem non accesserunt vocati.

Verùm in aduersũ instatur. primò, quòd non fuerunt vocati. Episcopus namq; vocauit: *Che tutti gli ordinati suoi sudditi, tanto presenti, quanto assenti, si debbano conferire nella visita dourà fare in detta sua Diocese, sotto pena di scommunica.* hi verò illi subie-
25 cti non erant. Namquè licèt (vt diximus) ratione originis (paternæ quoq;) forum sortiti fuere, vt à prædecessoribus Episcopis promoueri, ad sacerdotium quoq; potuerint. Descendẽtibus postmodùm ipsis, atquè Neapolim reuersis, in qua Ciuitate nati fuere, forum illum mutauere, nequè ampliùs illius Episcopi, siuè successorum eorum in Episcopatu, subditi fuere. non itàq; citari potuere, neq; vocari, vt ad visitationem per eundem Episcopum faciendam accederent. cùm subiecti non essent.
26 Expressè nempè Sacrum Concilium de Clericis verba facit, vt visitari possint, atq; corrigi, & emendari, remota quoq; appellatione, qui Ordinarij visitãtis iurisdictioni subiecti sunt. *Sessione* quidèm *6. de reformat. cap. 3.* illis verbis: *Quòminus si deliquerint, ab Ordinario loci tanquàm super hoc à Sede Apostolica Delegato, secundùm canonicas sanctiones. visitari, puniri, ac corrigi valeat.* & sess. 14. cap. 4. de reformat. *A quibus nullus Clericus per huius sanctæ Synodi statuta, cuiusuis priuilegij prætextu, tutus censeatur, quòminus iuxtà canonicas sanctiones, visitari, puniri, & corrigi possit: si in Ecclesijs suis resederint, quoscunq; Clericos seculares, qualitercunq; exemptos, qui aliàs suæ iurisdictioni subessent. &c.* Hoc igitur cùm primis perquiritur, vt visitari quis possit, atq; corrigi, & emendari, vt Episcopi visitantis sit iurisdictioni suppositus, quãuis aliàs esset exemptus. In Episcopi tamen visitantis Diœcesi
27 degens, eiq; aliàs subiectus. Visitationum namq; omnium hic præcipuus est scopus: *Sanam, orthodoxamq; doctrinam, expulsis hæresibus, inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, populum cohortationibus, & admonitionibus ad Religionem pacem, innocentiamq; accendere, &c.* ex Sacro Tridentino *sessione 24. cap. 3. de reformat.* prosequiturq; *Barbosa de offic. & potest. Episc. alleg 74. num. 3. & seqq. & de iure Ecclesiast. lib. 1. cap. 14. num. 32. 33. & seq. Piasec. in praxi Episc. par. 2 cap. 3. num. 1. & seq.* in impressis Venetijs anno 1620. Nullus itaq; visitari poterit, qui visitantis Episcopi iurisdictioni non sit suppositus:
28 Quia nimirùm est visitatio actus iurisdictionis Episcopalis, & in eos exerceri potest, & debet, qui visitantis Episcopi sunt iurisdictioni subiecti. ex Honorio III. ad Episcopum Asisiatinen in *cap. conquerente 16. circ. fin. de offic. Iudic. Ordin. extrà.* illis verbis: *visitationem quoq; annuam.* & ex Innocentio IV. in *cap. Romana Ecclesia 1. §. hanc autẽ visitandi formam, de censib. & exactionib. in 6.* sic nempè ex verbis Innocentij habetur: *Hanc autem visitandi formam ab vniuersis etiam Episcopis, alijsquè Prælatis ordinario iure suos subditos visitantibus, plenè obseruari præcipimus.* Animaduerte (quæso verba illa: *Ordinario iure. & suos subditos visitantibus.* non ergo in alienos. sequitur *Ma-*

rian. Socin. de visitat. num. 4. in 14. notab. Rota apud *Card. Seraphin. decis. 615. nu. 2.* & apud eundem *decis. 475. nu. 1. & seqq.* & apud *Buratt. decis. 504. num. 1. &* 12. vbi plura refert *Ferrentill.* addens. & apud sanct. mem. *Gregorium XV. decis. 4. num. 4. & decis. 304. nu. 2.* ibiq; *Beltramin.* addens *lit. B.* & apud *Card. Mantic. decis. 322. num. 14. Riccius in praxi rerum quotidianar. in praxi visitationis resolut. 352. nu. 1. Gratian. forens. discept. par. 2. c. 212.*
29 *num. 36.* Hinc sanè est, quòd lite pendente super iurisdictione, visitatio non permittitur: Quia actus est iurisdictionis, quæ non nisi in subditos, atquè subiectos exercetur. ex Paulo *d. l. fin. ff. de iurisd. omn. Iudic. & d. cap. 1. §. hanc autèm visitandi formã. de censib. & exaction. in 6. Rota par. 2. diuers. decis. 199. nu. 2.* & apud *Card. Seraphin. decis. 1008. nu. 4.* apud *Burats. d. decis. 504. num. 1. & par. 1. in recentior. decis. 168. sub num. 2. in fin. & decis. 394 num. 4. eadem par. 1.*
30 Deindè (esto, quòd vocati fuissent) neq; parere tenebantur, cùm illi Episcopo non subessent, ipse verò extrà territorium ius diceret, ac suprà iurisdictionem. Non parere proindè eidem iure, nec sanè tenebantur impunè, sine pœna videlicèt. ex *Gloss. fin. d. cap. vt animarum fin. & in fin. de constit.*
31 *in 6.* Nullò itaq; modo excommunicationi subijci potuere: & quia ipsi non peccauere, non parendo, quatenùs se citatos, vocatosq; nouissent, cùm eidem subiecti non essent: & quia cùm iurisdictione careret Episcopus in non sibi subiectos, excommunicare illos non poterat, qui sui non erant
32 Parochiani. Nullitèr proindè, & inualidè excommunicauit, damnauitq;, vndè nec vires vllas habebit. *Quoniã nullius alterius Iudicis, nisi sui sententia tenebitur, aut damnabitur.* vti Calixtus Papa respondit *d. can. nullus alterius 1. 9. quæst. 2.* Nullatenùs proculdubio iudicauit, aut iudicare potuit. vt idem respondit Calixtus in *can. nullus primas 3. in fin.* Quia vacua, & inania fuerunt omnia, quæ gessit. ex Concilio Antiocheno in *can. nullũ Episcoporum 6. ead. 9. quæst. 2.*
33 Absolutione proindè non indigebunt. So-
34 lutio namq; ligamen supponit. Id enim soluitur, quod ligatum est. Quod igitur ligatum nõ est, nec solui poterit. Foris namquè nec ligari aliquid potest, nec solui, vbi non sit, qui ligare aliquid possit, aut soluere. vt Augustinus verba facit, relatus *can. remissionem peccatorum 39. in fin. 1. quæst. 1.*
35 Quicquid nempè ligatur, solubile est. Iustinianus Cæsar dixit in *§. nuptias itaquè. in authent. de nupt. collat. 4.* & sequuta fuit *Glos. cap. fraternitatis tuæ literas 6.* verbo *diuinum miraculum. de frigid. & maleficiat. extrà.* argumento eiusdem text. qui est Innocentij III. ad Altissiodoren Episcopum. Et Dominus
36 noster IESVS Christus cùm Quatriduanum Lazarum è monumento fœtidum, ad vitam reuocasset *Ioannis 11. 43.* atquè voce magna clamasset: *Lazare veni foras. Et statim prodijt, qui fuerat mortuus, ligatus pedes, & manus institis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis IESVS:* (Apostolis videlicèt) *Soluite eum, & sinite abire.* Qui ligatus est itaq; soluitur, vt abire possit. Non fuerunt hi ligati. neq; absolutione indigebũt. Indè quippè Lazarum solui oportuit, quia
37 ligatus erat. Quemadmodùm *Matthæi 21.* Hierosolymam ingressurus Dñs IESVS, misit duos Discipulos, dicens: *Ite in castellum, quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea: soluite, & adducite mihi.* alligatam asinam solui imperauit. Nequè profectò solui eam oportuisset, ni alligata fuisset. Non enim soluitur, nisi quod alligatum est. Qui igitur ab-
38 solutionem ab excommunicatione petit, excommunicatum se necessariò cõfitetur, atquè ligatum, vt solui indigeat. ex Innocentio III. Duci Carinciæ in *cap. venerabilem 34. § sunt enim notoria impedimenta.* ibiquè *Gloss.* verbo *postulauit. de elect. extrà.* diximus *respons.* nostra 79 *num. 90. par. 3.*

Nec ad rem facit, quod ex Gregorio homilia 25. in Euangelio in *can. sententia Pa-*
39 *storis 1. 11. quæst. 3.* habetur. dicente: *Sententia pastoris, siuè iusta, siuè iniusta fuerit, timenda est.* qui canon ex Vrbano Papa omnibus Episcopis in *can. quibus Episcopi 27. eadem 11. quæst. 3.* de excommunicatione intelligitur.
40 Quia nimirùm id exauditur de sententia, iusta, siuè iniusta, ratione saltim dubij, vt ab excõmmunicatione soluatur, qui (etiã iniustè) nodatus reperitur. ex ratione, quã affert Innocentius III. in *cap. illud Dominus 5. §. licèt autem in hoc. de clerico excommunicato, deposito ministrante.* dicente: *Quia tamen in dubijs via est tutior eligenda.* Rota apud sanct. mem. *Gregorium XV. decis. 331. nu. 3. & seq.* ibiq; *Beltramin.* addens *nu. 18.*
41 Non tamen procedit, locumq; obtinet in sententia nulla, & absquè iurisdictione. ex ratione, quam suprà attulimus ex Bonifacio VIII. in *d. cap. fin de constit. in 6.* Quia extrà territorium ius dicenti (sine iurisdictione videlicèt) non paretur impunè. hoc est sine pœna. ex *Gloss fin.* ibidem. & ex Calixto Papa *d. can. nullus alterius 1.* & *d. can. nullus primas 3.* & ex Concilio Antiocheno *d. can. nullum Episcoporum 6. 9. q. 2.* & ex Gelasio Papa in *can. cui est illata 46. 11. q. 3.* etiam de iniusta loquente: *Sed si iniusta est, tantò eam curare non debet, quantò apud Deũ, & Ecclesiam eius, neminem potest iniqua grauare sententia. Ità ergò ea se non absolui desideret, qua se nullatenùs prospicit obligatum.* & *Gloss* ibidem ad rem nostram verbo *illata.* ai erit loquitur de sententia nulla, ab eo lata,

lata, qui non erat proprius excommunica-
ti Iudex; cùm non teneat, nec firmitatem
habeat. Nàm aliud est Sella terrena, aliud
est Tribunal Cœlorum. vti Augustinus lo-
quitur in *cau. & si ad tempus 53. eadem 11.
quæst. 3.* & expressè Hieronymus in *can. si
quis non recto iudicio 4. 24 quæst. 3.* illis ver-
bis: *Nihil læditur in eo, quod non recto iudicio
ab hominibus videtur expulsus.* ibique *Gloß.*
verbo *nihil læditur.* quæ refert dictum ca-
nonem Gelasij *cui est illata 46* & Augustini
d. cau. & si ad tępus 53. 11. quæst. 3. Est enim
42 non minima differentia inter iudicium
iniustum, & nullum; quàmuis iniustum
sit etiam nullum; quia non est iustum iu-
43 dicium. Potest tamen iniusta sententia,
quòad forum exterius aliquem effectum
producere, non tamen quę nulla est. vt per-
pendit *Caiet. in 2. 2. quæst. 70 art. 4. ad secun-
dum Diui Thomæ.* & probari videtur ex In-
nocentio IV. in Concilio Lugdunen in *cap.
solet à nonnulis 2. de sentent. excommun. in 6.*
pleuè *Conan. in cap. Alma mater 24. in 1. par.
relect. §. 7. nu. 7. in 4. conclus. ver. quod secus est,
vbi excommunicatio est nulla. & per tot. num.
de sentent. excommun. in 6.* sequiturq; *Card.
Tolet. in instruct. sacerdot. lib. 1. cap. 10. num. 7.*
per quam optimè, atque latè *Nauar. in cap.
cùm contingat. de rescript. remed. 2. à num. 1.
cum seqq. per tot.* vbi etiam ad rem nostram
num. 26. & 27. ex Gabriele in 4. sentent. di-
stinct. 18. quæst. 2. col. 11. sic loquitur. *Si ve-
44 rò excõmunicatio fuerit nulla ex defectu iu-
risdictionis super excommunicatum simpliciter,
vel in illo casu, quo fertur excommunicatio, vel
quia fertur post appellationem legitimè inter-
positam, vel ob alium defectum, propter quem
ipso iure est irrita, tunc nõ oportet eam timere,
nec pro excommunicato genere, vitando com-
munionem Sacramentorum, & hominum: quo-
niam quod non est, nõ oportet timere: sed dùm
sententia est nulla, tunc non est excommunica-
tio. neq; quòad Deum, neq; quòad Ecclesiam,
ergò non est timenda quòad Deum, quia nulla
est culpa: nec quòad Ecclesiam, quia secundũ
veritatem nullam sententiã iuris incurrit, qui
sententiam, quæ nulla est, non custodit.*ità Ga-
briel, quem *Nauar.* pro se ad verbum re-
fert *à num. 26. & 27.* & nos pro nobis ex re-
gula Bonifacij VIII. 52. *de regul. iur. in 6.*
45 dicente: *Non præstat impedimentum, quod
de iure non sortitur effectum.* in tertij potis-
simùm præiudiciũ, *Marius Antonin. variar.
resolut. lib. 2. resolut. 18. num. 3. Barbos. axiom.
115. num. 1. & axiom. 164. nu. 4. Greg. Sayr. in
Thesaur. de censur. lib. 1. cap. 17. num. 24. Gon-
zalez ad 8. regul. Cancell. glos. 57. num. 30. &
seqq.* pluribus sequitur, non ex suo, sed ex
Ludouico Mexia in legem Regiam Toleti
Diana par. 5. tract. 9. de excommun. resolut. 26.
& in *summa par. 1.* verbo *excommunicationis
effectus. num. 64.* ex Gregorio, quem omnes
referunt in *can. non debet 64. 11. quæst. 3.* cu-
ius damus verba: *Non debet is pœnam sub-
stinere canonicam, in cuius damnatione non est
canonica prolata sententia.* ibiq; *Gloss.* verbo
46 *pœnam.* adnotãs: contrà Iudicem, qui ini-
quam protulit sententiam, posse etiam de
facto resisti? Potissimùm verò, si sententia
sit nulla ex defectu iurisdictionis, quia da-
ta à non suo Iudice. vt *Glossella marginalis
Hugonis* ibidem aduertit. Nulla fuit pro-
pterea hæc excommunicationis sententia
à non suo lata Iudice. nullũ proindè pro-
47 ducere effectum potuit, nec idcircò time-
ri. ex regula, quod nullum est, nullum pro-
ducit effectũ. ex Bonifacio VIII. *d. regula
non præstat impedimentum 52. de reg. iur. in 6.*
& Innocentio III. in *cap. ad dissoluendũ 13.
48 de desponsat. impuber.* vt liceat ei, nec iniu-
ria contraire. deduximus *respons.* nostra 55.
num. 48. 49. & 50 par. 4.
49 Præter quàm quod (fac subiectos fuisse)
cùm non essent pręsentes, & Neapoli dege-
rent, neq; beneficia curam animarum ha-
bentia obtinerent, neq; ad residentiam te-
nerentur, vocari haud potuere, ad visitatio-
nem per Episcopum faciéndam accedere.
vt etiam Sacra declarauit Congregatio ad
eundẽ Episcopum scribens pro altero eius
subdito Neapoli degente. Quemadmodũ
50 neq; Clericos simplicia beneficia obtinẽ-
tes, si absuerint, vocare poterit; neq, vllũ
illis seruitium propterea imponere perso-
nale; cùm ex antiquissima totius Ecclesiæ
consuetudine non teneantur. vt Sacram
declarasse Congregationem refert *Gonzal.
ad 8. regul. Cancell. gloß. 5. princ. num* 80. se-
quiturq; *Piasec. in praxi Episc. par. 2. cap. 3. de
visitat. num. 32. & Barbosa in collect. ad Sacr.
Trid. Concil. sess 6. cap. 2. num. 2. de reformat.* &
Nos *respons.* nostra 22 *nu. 6. 7 8. & seqq. p. 5.*
Nùm autem in aliquam pœnam dederit
Episcopus, ex quo alienos subditos indica-
re præsumpserit, nec seruato iuris ordine?
51 Calixtus Papa ad Episcopos Galliæ *d.
can nullus primas 4. 9. quæst. 2.* in suspensio-
nis pœnam dare Episcopos declarat, qui
alienos subditos indicare præsumpserint,
& ordinare. illis verbis: *Si sui gradus hono-
re potiri voluerit. Sin alitèr pręsumpserit, dam-
nabitur; & non solùm illi, sed cooperatores, eiq;
consentientes: Quia sicut ordinatio, ità eit iu-
dicatio, & aliarum rerum dispositio prohibetur.*
& ex Concilio Antiocheno *d. can. nullum
Episcoporum 6. ead. 9 quæst. 2* sic nempè Con-
cilium: *Quòd si nullo inuitáte inordinatè su-
perueniat, & aliquos vel ordinare præsumpse-
rit, vel quoslibet actus illi Ecclesiæ competen-
tes vsurpare tentauerit: Vacua quidèm, & ina-
nia erunt omnia, quæ gesserit: ipse verò huius
indisciplinati ausus, & irrationabilis cœpti di-
gnas causas expẽdat, tanquàm depositus à San-
cta Synodo, & propter huiusmodi præsumptio-
nem*

nem idm prædamnatus. Quam ob causam
52 Innocētius III. in Concilio Generali Lateranen in *cap. Sacro approbante Concilio* 48. *de sent.excomm.extrā*, aduersus eos,qui non competenti admonitione præmissa,& personis præsentibus idoneis excommunicationis sententiam contra aliquem, etiam si aliàs iusta esset, promulgare præsumpserint, ingressu Ecclesiæ per mensem vnum interdicti existant. ea sanè ratione: *Cùm non leuis sit culpa tantam infligere pœnam in-*
53 *sonti*, vt ad expensas quoq; teneantur, atq; Superioris arbitrio iuxtà culpam puniēdi. Quas pœnas in Concilio Lugdunen inno-
54 uauit Innocentius IV. in *cap cùm medicinalis* 1. *de sent.excommun. in* 6. sic inferens: atquè disponens: *Quisquis igitur excommunicat: & excommunicationem in scriptis proferat, & causam excommunicationis expressè conscribat, propter quam excommunicatio proferatur*. & paulò post: *Si quis autem Indicū huiusmodi constitutionis temerarius extiterit violator, per mensem vnum ab ingressu Ecclesiæ, & diuinis officijs nouerit se suspensum*. In-
55 ferens demùm: *Caueant autem Ecclesiarum Prælati, & Iudices vniuersi, nè prædictam pœnam suspensionis incurrant: Quoniam si contingeret eos sic suspensos diuina officia exequi, sicut priùs, irregularitatem non effugient iuxtà canonicas sanctiones; super qua non nisi per Summum Pontificem poterit dispensari*. In
56 hanc autem pœnam dare omnes, qui Ecclesiasticam administrant iustitiam,ex vniuersali modo loquēdi,tàm Innocentij III. d.cap. sacro. *Nè quis aliquem*. quàm Innocentij IV. d.cap. cùm medicinalis. *Quisquis* & *Si quis autem Iudicum*: & demùm: *Caueant autem Ecclesiarum Prælati, & Iudices vniuersi, nè prædictam pœnam suspensionis incurrant*. aduertunt vnanimitèr DD. in *d.cap.sacro*. testaturq; *Sayr.in thesaur.de censur. lib.1.cap.13.nu.14*. Verùm quia in *cap.*
57 *quia periculosum* 4. *eod. de sent. excommun. in* 6. ab eodem Innocentio IV. in eodem Concilio Lugdunen emanato, expresse disponitur, vt in aliquo casu interdicti, vel suspensionis ipso facto *Episcopi,& alij Superiores Prælati nullius Constitutionis occasione, sententiæ, siuè mandati prædictam incurrant sententiam vllatenùs ipso iure: nisi in ipsis de Episcopis expressa mentio habeatur*.putat *Nauarr.in man.cap.27.num.8.& num.171. vers. Quintò dico*. in dictam pœnam suspensionis per mensem,tàm in *d.cap.sacro*, quàm *d.cap.cùm medicinalis*.cùm expressè Episcoporum non meminerint, quàmuis d. cap. cùm medicinalis dicatur. *Caueāt autem Ecclesiarum Prælati, & Iudices vniuersi*. atquè Episcopi Ecclesiarum Prælati sint.non darc Episcopos.Nauarrum sequitur *Card.Tolet.instruct.sacerdot. lib.1.cap.9.n.3.& cap.48. nu.8.& 9.eod.lib.1. Sayr.d.lib.1.cap.13.n.14.*
in fin.& cap.8.nu.16. Bellett.disquis.cler.tit.1. de discipl.cleric.§.2 num.47.par.1.Barbosa de offic.Episc. par.3. alleg.111.num.1.& de iure Ecclesiast lib.1.cap.12.num.49 Io.Azor.instit. moral. par.2.lib.3.cap.31.quæst.7.vers.quares, an etiā Episcopi.& dixerat Bonifacius VIII. in *cap. si cōpromissarius* 37. *§.huiusmodi quoquè pœna. de elect. lib.6*. quem textum notat *Azor*. paulò antè relatus. *Alzed. in praxi*
58 *Episcop.cap.7.num.4* Et si dicere liceat Calixtum Papam in *d. can. nullus alterius* 1. & *d.can.nullus primas* 3. & Concilium Antiochenum *d.can.nulli Episcoporum* 6. *quæst.2*. Expressissimis verbis de Episcopis verba facere, qui alienos Parochianos vel ordinare, vel iudicare præsumpserint; vt in suspensionem dent, quòd alienos fines vsurpare prætenderint. vt in facto hoc nostro sat fuerit, ex dictorum Sacrorum Canonū dispositione, & Calixti Papæ ad omnes Episcopos Galliæ, & Concilij Antiocheni, hunc Dominum Episcopum alienos subditos,& sine causa, & sine ordine excommu-
59 nicasse,& si nullitèr. Iniuriam tamen intulit. ex Augustino in *can. illud planè* 87. 12. *quæst.2*. ibiq; *Gloss*. verbo *iniuriam*. quæ ad rem nostram sic etiam infert: *Immò semper*
60 *potest eum conuenire ad interesse*, (de eo loquens,qui anathematizauit, vt Augustinus in textu) *et etiā agere,vt aliàs puniatur.extrà de sententia excommunicationis Sacro.& 2.q.1. nemo*. ex *d.cap.sacro* 48. *de sent.excom. extrà*. quem *d.gloss* ad hanc refert rem. Nicolaus
61 quippè Papa in *d.can.nemo Episcop.11.2.q.1*. de Episcopo expressissimè disponit: *Nemo Episcopus*,(inquiens) *nemo presbyter excommunicet aliquem, antequàm causa probetur; propter quam Ecclesiastici canones hoc fieri iubent. Si quis autem aduersus eam excommunicauerit aliquem: ille quidèm,qui excommunicatus est, maioris Sacerdotis authoritate ad*
62 *gratiam sanctæ communionis redeat; is autem, qui non legitimè excommunicauit, in tantum abstineat tempus sacrosancta cōmunione, quantum maiori Sacerdoti visum fuerit; vt quod iniustè fecit,ipse iustè patiatur*. Quod sanè tempus Innocentius III. in *d. cap. sacro* 47. ad suspensionē per mensem reduxit. vt meminit *Gloss. fin. in fin*. verbo *maioris Sacerdotis. d.can.nemo Episcopus* 11. & probauit Innocentius IV. *d.cap.cùm medicinalis* 1. *de sent. excommun in* 6. de Ecclesiarum Prælatis loquens: *Caueant autem Ecclesiarum Prælati,*
63 *& Iudices Vniuersi*. Episcopi autem Ecclesiarum Prælati sunt. loquitur ergo expressè de Episcopis. habet igitur locum dispositio eiusdem Innocentij in *d.cap.cùm periculosum* 4. cùm de Episcopis expressè
64 loquatur. Nomine quippè Prælati Episcopus cōprehenditur. *Gloss*. singularis in *clement.1.verbo propriy. de reb.Eccles.non alien*. illis Clem. V. verbis; *Prælati proprij assensu ad hoc*

ad hoc nihilominùs accedente. quæ illud no-
men *Prælati propriy*: de Episcopo intelligit.
Glos. sequitur *Nauar. cons.2. num.2. in 4 ar-
gum. tib.4. de clandest. despons.*& *Gloss.* etiam
singularis in *cap. Clericis laicos 3. post princ.
in fin.* verbo *æternam. de immun. Eccles. lib.6.*
65 sic dicens: *Faciant Prælati Ecclesiarũ, quòd
sint imitatores Nabuthæ, qui vineam suã cruo-
re defendit.* 3. Reg.21. & S. Ambros. in *can.
conuenior ipse 21. §. Nabuthæ sanctum virum
23. quæst.8.* de Episcopis exaudit, qui Eccle-
siam cruore defendere tenentur. Sunt ergo
66 Episcopi Ecclesiarum Prælati. Constitu-
tio ergo Innocent. IV. in *d. cap. cùm medici-
nalis 1.* de Prælatis loquens: *Caueant autem
Ecclesiarum Prælati*. de Episcopis vtiq; no-
minatim exaudietur. erunt igitur in illa
dispositione expressè comprehẽsi Episco-
pi, qui Prælati sunt Ecclesiarum. Quemad-
modùm verba illa Antelati Papæ ad Epi-
scopos Italiæ in *can. in nouo testamento 2. di-
stinct 11.* de Apostolis dicentis: *Ipsis quoq;
67 decedentibus* (Apostolis videlicèt) *in locum
eorum successerunt Episcopi: quorum ordina-
tio prætaxato debet fieri ordine, & modo: quos
qui recipit, & verba eorum, Deum recipit: qui
autem spernit eos; eum à quo missi sunt, & cu-
ius legatione funguntur, spernit; & ipse indu-
bitantèr spernetur à Domino*. *Glos.* in verbo
rogauerunt ità exaudit, inferens: *argumen-
tatur, quòd non nisi volentibus dabitur Præla-
tus, etiam à Papa.* Prælatus igitur Episcopus
intelligitur. sunt ergo Ecclesiarum Præla-
68 ti Episcopi. Prælati namq; Ecclesiæ, sunt
Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, &
Episcopi, qui, in Ecclesiastica Hierarchia
numerantur. *Barbosa de iure Eccles. lib.1. c.6.
num.6.* Sunt itaquè Episcopi Ecclesiarum
Prælati, sicuti Archiepiscopi, Primates, &
Patriarchæ. Cùm ergo dispositio Inno-
cent. IV. de Prælatis loquatur Ecclesiarũ:
*Caueant autem Ecclèsiarum Prælati, & Iudi-
ces omnes, &c.* de Episcopis quoq; nomina-
tim loquitur. Nominatim itaq; sunt in illa
comprehensi Episcopi, qui Ecclesiarũ sunt
Prælati. *Nauar. cons.6. nu 4. & 5. lib.1, de filiis
presbyt.* Videat ergo Illustriss hic Domi-
nus Episcopus, an in aliquam irregularita-
tem dederit; quòd alienos subditos, sine
causa excommunicationis camo, & si nul-
litèr, inualidèq; ligare præsumpserit; suæq;
consulat conscientiæ.

Atquè ita nos ex his, quæ indicio sup-
ponimus acriori, ac lubentissimè, respon-
dendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Res omnes huius vitæ curtæ satis sunt, nec suffi-
cere omnibus possunt.*
Nisi ergo quis moriatur, non alter succedit.
2 *Locus Salomonis Ecclesiastes 1.4.* Generatio
pterit, & generatio aduenit. *expẽditur.*
3 *Mortalitas publicus est morbus.*
*Omnes quippè, qui in hunc Mundum venere,
vt moriantur oportet.*
Ratio affertur. num.4.
4 *Mundus, & quæ in eo sunt, omnia tẽpori subie-
cta sunt.*
Cœperunt enim, finem habebunt.
5 *Deus solus est immortalis.*
6 *Mors vna mille modis nos fatigat miseros.*
Omniaq; sacra profanat.
Omnibus obscuras iniicit illa manus.
7 *Testatoris voluntas in his, quæ in suis dispo-
suit lex est.*
Eiq; propterea parendum.
8 *Beneficium sacerdotale non ideò dicitur, quòd
Fundator missas celebrari mandauit.*
Nisi expressè hoc ipse statuerit.
Declarauit hoc Sacra Congregatio. nu.9.
Atq; Rota sequuta fuit.
*Quãuis Fundator dixerit, ꝙ missa singulis die-
bus pro Fundatoris dicatur anima. n.10.*
*Secus verò si Fundator præsentantibus onus
adiecerit nominandi Sacerdotem. nu.22.*
Quod declara. num.23. & 24.
Prodest tũ in hoc obseruãtia subsecuta. n.27.
11 *Clericus quatuordecim annos natus capax est
beneficiorum simplicium, ex Sacrosancta
Tridentina Synodo. & num 35.*
12 *Facere per se videtur, qui per alium facit.*
13 *Capellania sacerdotalis nõ dicitur, nisi ex ver-
bis testatoris per se ipsum Capellanus ad
celebrandum adigatur.*
*Et nisi Episcopi accedat assensus, quàmuis
Fundator id dixerit. num.14.*
Præsertim verò si Fundator verba apposuit,
habbia da celebrare, ò fare celebrare.
num.15.
*Sat enim erit habitu Sacerdotem esse, & si
non actu. num.16. & num.24.*
*Potissimùm verò si Fundator in ipsa prima
vocatione, non Sacerdotem vocauerit. nu.
17. & num.21.*
Et ità declarauit Sacra Congregatio. nu.26.
Nisi expressè hoc cautum fuerit.
18 *Alternatiuis in dispositionibus vnam impleri
partem, sat fuerit.*
19 *Dictio* (cuilibet) *ad vtramq; partẽ exponitur.*
20 *Disiunctiuæ dictionis ad veritatem fundandã,
sufficit alterum esse verum.*
23 Decisio Rotæ 496. num.5. par.1. in recent.
elucidatur.
25 *Beneficia simplicia ex generali totius Orbis
consuetudine, residentiam non requirunt.*
*Nisi expressè in fundatione hoc cautum fue-
rit. num.26.*

Proderit

Proderit tamen obseruantia subsecuta. n.27.

28 *Obseruantia subsequuta non minimi proderit, ad declarationem habendam, sit nec ne beneficium sacerdotale, vel simplex.*

29 *Ratihabitio ne dùm verbis, sed actu quoquè sequi potest.*

30 *Obseruantia subsequuta declarat quale ius fuerit precedens.*

Præsertim verò si proxima obseruantia fuerit. num.31.

Non remota.

Obseruantia nempè actum declarat. nu.32.

Et in omnem euentum decem annorum sufficit spatium. num.33.

In materia præsertim iuris patronatus attēta Fundatoris voluntate. num.34.

36 *Præsentatis duobus ad beneficium iuris patronatus, cæteris paribus, is præferendus, qui ex descendentibus est patronorum.*

Atq; vnus ex patronis.

Potiora enim iura habere videtur.

Sicuti ciuis extero. num.37.

37 *Clericus ciuis præferendus est extero ad beneficium consequendum.*

38 *Ius patronatus hęreditariū hęredibus defertur.*

Et in dubio hæreditarium præsumitur. n.39.

Quàm gentilitium, siuè familiare.

40 *Sententia, à qua non fuit appellatum, in iudicatum transit.*

In exequutionē proindè demandatur. nu.41.

Neq; appellans ampliùs auditur. nu.42.

Exequutionisq; ordo in sua manet vi. n.43.

Nihil igitur ampliùs quærendum erit. n.44.

Quia nimirùm res certa incipit esse. nu.45.

Namq; sententia, quæ in iudicatū transiuit, pro veritate habetur. num.46.

Inconcussum enim ius tribuit. nu.47.

Quippè ius facit quòad litigantes nullo modo diuellendum. num.48.

49 *Beneficij vltimus status attenditur.*

Qui sanè status ne dùm quadraginta annorum lapsu acquiritur. num.50.

Verùm, & per decennalem possessionem.

Præsertim cùm non constet de anteriori contraria.

51 *Instituendus is est, qui à maiori patronorum parte præsentatus fuit.*

ARGVMENTVM.

Sacerdotale nè dicatur beneficium, ità vt actu Sacerdotem præsentari oporteat, si Fundator onus iniunxit celebrandi in Capella erecta, vel alibi? Et nùm possit per alium celebrare? Et quid si Fundator onus adijecerit celebrandi, vel celebrari faciendi? Quiduè si onus præsentantibus adiectum fuerit, vt Sacerdotem præsentēt? & Clericus, qui habitu Sacerdos dicitur, nùm præsentari valeat? Quid verò si Fundator vt presbyterum de missa pręsentent dixerit; ipse verò nō Sacerdotem, neq; Clericum, sed laicum pro Capellano nominauerit? Quiduè, & obseruantia subsequuta? Clericus annos natus quatuordecim, ad beneficium obtinendū est aptus ex Sacro Tridentino Concilio. Quid si Capellania simplex fuerit cum onere celebrandi, vel celebrari faciendi? Beneficia simplicia ex generali totius Orbis consuetudine residentiam non requirunt. Quis verò præferendus præsentatis duobus ad beneficiū simplex; Ciuisuè, vel exterus? Et quid si de familia sit vnus, & ex compatronis? Beneficij status attendendus. & quanto tempore status hic perpenditur? Sententia à qua non fuit appellatum in iudicatum transit, & pro veritate habetur. Iusq; tribuit inconcussum.

RESPONSIO XCIX.

1 CVrtæ satis res omnes huius vitæ sunt, nec sufficiunt omnibus. Vt nisi quis moriatur, habere alter
2 non possit. & iuxtà illud Salomonis Ecclesiastes 1. 4. *Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum stat.* Præterit

enim

enim generatio sua morte, vt adueniat altera. Secundùm *Gloss. interlinearem*. ibidē.
3 Est enim publicus morbus mortalitas. vti *Ioannes Tuillius* ad Alciatum *emblem.* 212. *fol.* 888. non inerudite dixit. Et omnes, qui in hunc mundũ venere, vt moriantur opor-
4 tet. Quia mundus, & quæ in eo sunt omnia tempori subiecta sunt. Cœperunt enim: fi-
5 nem quoq; habebunt. Deus verò Mundi conditor, solus est immortalis. Nos autem
6 *Mille modis lethi miseros mors vna fatigat.*
vt Statius lib. 9. Theb. dixit: rationemq; Ouidius 1. amorum reddit:

Scilicet omne sacrũ mors importuna profanat,
Omnibus obscuras inijcit illa manus.

Morimur quidē, sed qui residui sunt, quæ per lęthum defunctis superfuère perquirũt.

Sic sanè factum se habet, de quo nũc fabula narratur. Die trigesimo mensis Iulij proximi præteriti currentis anni 1650. ex humanis abreptus fuit Reuer. D. Athanasius Planésis Casalis S. Anthimi Auersanē Diœcesis, Beneficiarius simplicis beneficij sub inuocatione Sancti Stephani intus Parochialē Ecclesiam Sãcti Anthimi dicti loci, olim de iure patronatus laicorũ per Sebastianum Blasellum anno 1554. in suis vltimis tabulis erecti. Vacauit proindè, vt vacat beneficium pręfatum. Quia itaq; generatio præterijt morte dicti D. Athanasij, & altera aduenit generatio, vt beneficium exhauriat eius, qui iàm abijt, obijtq;, nec reuerti ampliùs potest. Duo propterea per Compatronos ius habentes præsentandi, ad beneficium consequendum præfatum, corã Ordinario Auersano præsentati fuere D. Michael Morlandus Sacerdos eiusdē loci Sancti Anthimi per illos de domo Florillorum; & Clericus Anthimus Blasellus loci eiusdem per illos de domo Blasellorũ. vterq; institui debere contendit, atq; beneficium captare.

Iura satis pro se proxima esse Michael existimat, quòd Sacerdotalis sit charactere insignitus. Sacerdotem vocauisse Fundatorem (*l'habbiano à conferire ad vn Prete di messa*) ipse Sacerdos est. Ipse proindè præsentatus institui debet.

Clericus verò Anthimus Blasellus, se de domo esse Blasellorum, & vnum ex compatronis Michaeli refricat; nec beneficium præfatum sacerdotale erectum fuisse, posse propterea simplici conferri Clerico. Vti maiora habentem iura pręferendum esse.

Quis duorum sit præferendus, vt institui valeat, causæ facit statum. Vt quid sentiamus, aperire non iniuria valeamus, verba primò afferimus, quibus Fũdator vsus fuit, cùm beneficium erigendum mandauit. Sic nempè ipse in suis tabulis supremis:

Item mandauit, che si faccia vna Cappella dentro la Chiesa di S. Antimo, doue era la Cappella maggiore prima, con vna sepoltura; e che sia iuspatronato. E lasso, che in ornamento di detta Cappella si spendano trenta ducati; e per dote li lascio cinque moia de terra, doue si dice alla Lenza della massaria, iusta li beni di Christillo de Blasiello, iusta li beni di Santillo di Morlãdo; e che sia Cappellano Tomaso di Fiorillo, e che habbia da celebrare, ò fare celebrare due volte messa la settimana per l'anima di mio padre, e mia madre, e l'anima mia, e di tutti li morti miei. E dopò la morte di detto Tomaso lasso, che l'heredi d'Antonio Blasiello per vna voce, e l'herede di misser Ferrante Fiorillo; ò vero missere Ferrante, se viuerrà, habbiano à conferire ad vn Prete di messa. prout hæc, & alia, &c. in processu fol. 28.

Non itaq; presbyterale, neq; sacerdotale beneficium prædictum per Sebastianum erectum fuit: sed simplex beneficium, siuè Capellania, cum onere tamen celebrandi, vel celebrari faciendi: (*Che habbia da celebrare, ò fare celebrare due volte messa la settimana*) bis in singulas hebdomadas: Sat igitur erit, si, qui beneficiũ obtinuerit, vel per se, vel per alium oneri satisfecerit bis offerēdi singulas in hebdomadas pro anima Fundatoris, eiusq; patris, matrisq;, omniumq; suorum defunctorum, vt voluntati factum satis censeatur Fundatoris, eiusque legi in testamento, atq; in fundatione dictę
7 paritum. Ad Iustiniani Cæsaris sensum in *§. disponat. in authent. de nupt. collat.* 4. Disponat testator in suis, vt dignum est; & sit lex eius voluntas. Beatiq; Gregorij in *can. vlti-*
8 *ma voluntas* 13. *q.* 2. Neque profectò Sebastianus beneficij Fundator hoc adiecit fundationi, vt eligendus Sacerdos per se bis in singulas hebdomadas offerre deberet, teneretúrq;, neq; fieri aliter prohibuit. Sat itaq; erit, si Clericus ad beneficiũ præsentetur. ad textum Bonifacij VIII. in *cap. super eo* 6. ibiq; notatis *de prebend. in* 6. *Lapus alleg* 35. *num.* 2. 3. & 4. Nullo itaq; modo sacerdotale beneficium dicitur. quod
9 post declarationē Eminentissimorum Dominorum S. R. E. Cardinalium Sacri Tridentini Concilij Interpretum, sequuta fuit *Rota in vna Romana Capellania* 23. *Ianuarij* 1589. coràm *Cardin. Pamphilio* Patruo Sanctissimi nunc D. N. Innocentij Papæ X. quã ad verbum refert *Marius Antonin. variar. resolut. lib.* 1. *resol.* 4. *ad calcem.* atq; etiam *Garz. de benefic. par.* 7. *cap.* 1. *num.* 94. & eam Rota *in Lunen Sarzanen* 10. *Iunij* 1615. coràm *Damasceno decis.* 719. *num.* 1. & *seqq. par.* 2. *in recentior.* aliàs quoq; in Rota decisum fuisse referēs. refertq; in *Iuuenacen beneficij* 19. *Nouēbris* 1593. coràm se Eminentiss. *Card. Mantica decis.* 248. *num* 2. per quàm optimè *Lapus alleg.* 117. *factum, super quo consilium postulatur. sub num.* 2. qui in maiori loqu-
10 tur casu; quàmuis Capellania ædificata

fuisset: vt in singulis diebus missa pro anima testatoris diceretur per Presbyterū ad hoc electum. Quia nihilominus poterit per substitutum celebrare facere; neq; propterea beneficium sacerdotale dicetur. Quam ob
11 causā simplici Clerico, qui quatuordecim annos natus sit, ad Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi dispositionem *sess. 23. cap. 6. de reformat.* aurè nec sanè iniuria conferri poterit. Cum per alium valeat missarum facere sa-
12 tis oneri, vt per se fecisse videatur, qui per alium fecerit, ad Bonifacij VIII. regulam *Qui facit per alium (72) est perinde, ac si faciat per se ipsum. de regul. iur. in 6.* pluribusq; prosequitur *Gonalez ad regul. 8. Cancellariæ Gloss. 5. princip. à num. 72. ad num. 91.* Sacræ Cōgregationis Concilij declarationes referens *nu. 80. & num. 84* & *num. 88.* & cum sequuta fuit *Rota in Palestina Capellaniæ 26. Ianuarij 1615.* coràm *Buratto decis. 635. per totam par. 2. in recentior.* quæ est etiam in impressis per ipsum Burattum *decis. 92. par. 1.* per Ferrentillum. & *Rota* apud sanct. mem. *Gregorium XV. decis. 498. nu. 5.* ibiq; *Beltramin.* addens *num. 15. Fabius Anna cons. 22. per totum præsertim nu. 13. & 14. lib. 1. Gratian. forens. disceptat. par. 1. cap. 133. à num. 1. ad. 16. Riccius* Vici Episcopus in *praxi rerū quotidianarum, tit. praxis capellaniarum, resolut. 339. sub num. 3. vers. his accedit.* dicens:
13 non dici Capellaniam sacerdotalem, si ex verbis Fundatoris non astringitur Capellanus ad inseruiendum per se ipsum. ex *Rota in d. Romana Capellaniæ* coràm *Cardin. Pamphilio* apud *Maceraten. d. resol. 4. ad calcem lib. 1.* & apud *Garsiam d. par. 5. c. 1. nu. 94.* Idem *Donat. Ant. de Marin. resolut. quotidian. lib. 2. cap. 40. num. 2. & seqq.* referens ad verbum Rotæ decisionem in *vna Maceraten. beneficij 1. Aprilis 1639.* coràm *Merlino à nu. 10. Pisfec. in praxi Episc. par. 2. cap. 3. num. 32. & 33.* quo loco *vers. tum demum.* addit; nō
14 sat esse in fundatione Fundatorem disposuisse præsentari Sacerdotem, & per se ipsū deseruire, nisi Episcopi in hoc accesserit consensus. sequiturq; *Ciarlin. controuers. forens. par. 1. cap. 38. num. 15. & 16.*

Tantum verò abest, hoc in facto, Sebastianum huiusce beneficij Fundatorem voluisse Capellanum per se ipsum celebrare
15 debere; vt ex se ipso dixerit, *che habbia da celebrare, ò fare celebrare.* dedit itaq; facultatem per alium celebrandi. Quamuis di-
16 xerit: *habbiano à conferire ad vn Prete di messa.* non enim ex hoc voluisse videtur, vt actu Sacerdos esset, sed in habitu; vt per se, vel per alium celebraret. quod præter *Gratian. d. cap. 133. num. 6.* dixerat *Rota in d. Romana Capellaniæ* coràm *Pamphilio*, & in aliis in superioribus per nos allatis. quam decisionem corā Pamphilio ex parte ad verbum refert etiam, & ad rem nostram *Barbo-sa de offic. & potest. Episc. par. 3. alleg. 72. num. 43. & 44.*

Hæc autem excogitatio, atq; perpensio, eò magis elucescit, voluntatis Fundatoris minimè fuisse, Capellaniam hanc, quam erigi mandauit, sacerdotalem futuram; verùm simplici Clerico conferri in posterum posse, quàmuis dixerit: *habbiano à conferire*
17 *ad vn Prete di messa.* quia ipse in ipsamet prima præsētatione, & nominatione, nō sanè Sacerdotem, sed neque Clericum nominauit, sed laicum, dicens: *E che sia Cappellano Tomaso di Fiorillo, e che habbia da celebrare, ò fare celebrare due volte messa la settimana.* nō enim Thomam nomine Sacerdotis nuncupauit, neque etiam Clerici, sed Laici: *sia Cappellano Tomaso Fiorillo.* Non itaquè sacerdotalem Capellaniam erexit, neq; erigi mandauit, sed simplicem Capellaniam cū onere bis in singulas hebdomadas offerendi, per se, vel per alium *celebrare, ò fare cele-*
18 *brare.* Vt satis, superq; sit, vnam saltim partem in alternatiuis adimpleri. ex Bonifacio VIII. in regula *in alternatiuis 70. de regul. iur. in 6.* ex Paulo lib. 2. ad Sabinum in *l. si hæredi plures 5. in fin. ff. de condit. instit.* illis verbis: *sed si disiunctim, cuilibet.* ibiquè
19 *Gloss.* verbo *cuilibet.* id est, cui placet. diuidendo vocem hoc modo; *cuilibet*, hoc est, ad rem nostram, siuè per se celebrando; si hoc libet; placetq; siuè per alium; si hoc magis libeat, & è re sit eius. docuitq; Africanus lib. 6. quæstionum in *l. si ita quis stipuletur 63. ff. de verbor. obligat.* verba sunt Africani: *Sed enim cùm ex duabus disiunctiuis conditionibus altera defecerit, necesse est, vt ea, quæ extiterit, huiusmodi stipulationem commit-*
20 *tat.* rationem reddit *Bart.* ibidem in summario: *Quia ad veritatem disiunctiuæ sufficit alterum esse verum*, ibidemq; *Gloss. fin. verbo committat.* dicens, consequentiam inferens: *Si vtraq; ergo, vel altera extiterit, committitur.* Et hanc nostram perpensionem deduxit ad rem nostrā *Rota in d. Lunen Sarzanen* coràm *Damasceno decis. 719. num. 2. & seqq. par. 2. in recentior.* Magisq; in terminis
21 in electione, siuè nominatione facta per Fundatorem, *Fab. Anna d. cons. 22. d num. 7. vers. sed respondetur, quòd testatrix.* & sequuta fuit *Rota in Placentina Canonicatus 3. Iunij 1613.* coràm *Pirouano decis. 496. nu. 9. par. 1. in recentioribus.*
22 Nec obstaculum facit, quòd Sacerdotiū proferatur in actu præsentationis; *habbiano à conferire ad vn Prete di messa.* quæ verba diriguntur ad illos, qui debent præsentare, vti perpendit *Rota in d. decis. 496. nu. 5. par. 1. in recentior. & Gratian. d. cap. 133. num. 60.* & dixit Rota in dicta *Maceraten. Beneficij* coràm *Merlino* apud *de Marinis nu. 12. & seqq.*
23 Quia nimirū casus, in quo Rota respondit, satis strictus, atq; pressus erat: Quia

præbenda

præbenda ista erat Canonicalis in Maiori Ecclesia Placentina erecta, cum illa obligatione, videlicet: *alle quale prebenda sia deputato vn Sacerdote, quale sia obligato sotta il carico di sua conscienza, ogni dì celebrare, ò fare celebrare vna messa all' Altare infrascritto.* Erant equidem satis pressa verba in hac te, vt Sacerdos, qui quotidiè celebraret, ad prædictam deputaretur præbendam. & ità quoq; in *d. Maceraten Beneficij* coràm *Merlino.* satis verò diuersimodè in casu nostro, in quo Sebastianus verbis non pressis, sed simplicibus dixit: *habbiano à cōferire ad vn*
24 *Prete di messa*. vt sat fuerit, si aptitudine sit presbyter, licèt non actu: quia hic sumus in beneficio simplici, ibi antè in præ-
25 benda Canonicali. At in simplici beneficio ex generali totius Orbis consuetudine residentia non requiritur. vt Sacra declarauit Concilij Congregatio. vt *Rota in d. Romana Capellania* coràm *Card. Pamphilio*. testatur, latèq; deduxit *Gonzalez dict. gloss. 5 à num. 72.* omnesquè alij, quos suprà deduximus. & *Gratian. d. cap. 133. nu. 10 11. & 12.* atq; etiam *Piasec. in praxi Episc. par. 2. cap. 3. num. 33.* plures Sacræ Congregationis declarationes referens. *Barbosa in collectan. Doctorum ad Sacrum Tridentinum Concilium sess. 21. cap. 5. de reformat. num. 4. 5. 6. & seqq.* impressione maiori Venetijs anno 1643. *Garz. de benefic. d. par. 7. cap. 1. nu. 93.* qui plures refert Sacræ Congregationis declara-
26 tiones, inter eas verò primam, quæ sic se habet: *Potest conferri simplici Clerico Capella habens onus celebrandi missas, nisi in fundatione cautum sit, vt per se ipsum celebret.* vndè *nu. 94.* refert Rotæ decisionē in vna *Gienuen Capellania 28. Nouēbris 1605.* coràm *Card. Lancellotto*. Nempè, *quòd cùm in fundatione non sit expressè cautum, quòd per se ipsum Capellanus celebrare teneatur, nō est necessarium, quòd sit Presbyter, sed poterit per substitutum deseruire, & sufficit, quòd sit Clericus.* vt in di- *cta Romana Capellania 23. Ianuarij 1589.* coràm *Pamphilio*, & *Brixien Capellæ 2. Martij 1598.* coràm *Luta*. ità ex Lācellotto. *Garz.* sequitur *num. 97. & seqq.*
27 Multòq; hoc magis asserendū erit, stante obseruātia subsequuta ab initio fūdationis per Fundatorem, qui (vt iàm perpēdimus) nominauit Thomā Flotillum, neque Sacerdotem, neque Clericum, sed etiam Laicum. Thomæ prædicto successor fuit Subdiaconus Antonius Blasellus. vt per Bullas Illustriss. Domini Balduini Episcopi Auersani anno Domini 1572. fol. 39. in processu. Eidemq; Antonio anno Domini 1626. successor fuit Clericus Iosephi Blasellus fol. 3. & seqq. per resignationē dicti Antonij Blaselli, patronorum accedente consensu, per Sanctam Sedem Apostolicam Bullis expeditis: Eidem verò Clerico Iosepho Blasello, qui anno 1634. diem interclusit vltimū, successor fuit Reuer. D. Athanasius Planensis ab illis de Blasello præsentatus fol. 18. & 19. ac seqq. cùm ab illis de Florillo (prætendentibus ius præsentandi ad dictum simplex beneficium obtinere) præsentatus fuisset Clericus Michael de Morlādo fol. 8. & seqq. qui nunc Sacerdos denuò à dictis de Florillo presentatur. fol. 46. verū institutus fuit dictus D. Athanasius tanquàm presētatus à dictis de Blasello, ius patronatus, & præsentandi habentibus. Vt in sententia institutionis fol. 44. per cuius D. Athanasij supremum diem nunc beneficium vacat, & cōcertatio tendit inter dictum D. Michaelem de Morlando, & dictum Clericum Anthimum Blasellum nostrum principalem. Ab ipsa igitur prima fundationis hora beneficium hoc à Sebastiano quoq; Fundatore sacerdotale æstimatum non fuit, atq; ità
28 semper habitum: seruanda propterea secuta erit obseruantia, quæ nō minimi, quin maximè proficit ad hanc habendā declarationem. Beneficium hoc sacerdotale nō esse. posse proinde iurè, (vt ab initio factū dignoscitur) simplici conferri Clerico. Rationem ex Sceuola venamur lib. 5. responsorum in *l. Paulus respondit 5. ff. rem ratam*
29 *haberi.* cùm ex Paulo respondit: *Non tantùm verbis ratum haberi posse, verùm etiam actu.* Actu itaquè declarauit Fundator, se simplicem erexisse Capellaniam, non verò illam sacerdotalem, cùm Thomam nominauerit Florillum, & ob subsequutam deindè facto, cum fundamento tamen obseruantiam, non eligendi Sacerdotem; sed, vt se se obtulisset occasio, siuè Subdiaconum, siuè Clericum, siuè quoq; Sacerdotem. Declaratum nempè fuit, quid seruandum in posterùm foret. sequitur; *Francisc. Beccius cons. 6. num. 16. & 17. lib. 1. Surd. decis. 129. nu. 19. Marius Antonin. lib. 1. d. resolut. 3. num. 8.* & dixit, perpenditq; *Rota in d. Romana Capellania* coràm *Pamphilio in fin.* & in *d. decis. 496. num 9 par. 1. in recentior.* & in *Papien iuris patronatus 22. Maij 1595.* coràm *Card. Millino decis. 2. num. 2.* apud *Viuian. in praxi*
30 *iuris patronatus*. Quippè subsequuta ipsa obseruantia declarat, quale ius fuerit præcedens. *Aymon cons. 211. num. 8. Rota* apud *Card. Seraphin. decis. 456. num 5.* Præsertim
31 verò si obseruantia fuerit proxima, vt in facto hoc nostro, ab ipsamet Fundatoris voluntate dependens, nec remota. *Rota p. 2.*
32 *in recent. decis. 482. num. 6. & num. 10.* vndè declarat actū. apud *Coccin. decis. 436. nu. 1.* & apud *Card. Canaler. decis. 427. num. 2.* vt in
33 omnem eueutum, decem annorum sufficiat spatium. *ibidem num. 3.* in materia po-
34 tissimùm iuris patronatus, attenta voluntate Fundatoris *decis. 308. num. 2. par. 2. in recentior.* Est itaq; simplex hæc Capellania,

35 non autem ſacerdotalis. Poteſt proindè
(ex dictis) ſimplici conferri Clerico, qui
quatnordecim ſit annos natus, ex dicto Sa-
croſanctæ Tridẽtinæ Synodi decreto *d.c.6.*
ſeſſ.13. de reformat. Poterit idcircò inſtitui
Clericus hic noſter Anthimus; & quia à
Blaſellis præſentatus fuit, qui omnes ſem-
per præſentauere, eorumq; præſentationes
effectum ſortitæ fuere: & quia de familia
eſt Blaſellorum, atq; ex Compatronis vnus.
36 Potiora proindè iura obtinet; ipſeq; pre-
ferendus. hoc verò deducimus ex Chalce-
donenſi Concilio cap.6. in *can. neminem* 1.
diſt. 70. illis ex verbis: *niſi manifeſtè in Ec-*
cleſijs Ciuitatis. quo loco *Gloſſ.* verbo *Ciuita-*
37 *tis.* rationem reddit: *Quia potiùs eſt præ-*
ſentandus Clericus, qui eſt de Ciuitate, quàm
externus. probatq; ex Auguſtino in *can. hor-*
tamur 8. *diſt.* 71. qui ſic exhortatur Populũ:
Vt in Eccleſijs à vobis fundatis aliundè veniẽs
presbyter, non ſuſcipiatur. ità Auguſtinus. ibi-
demq; *Gloſſ.* verbo *veniens.* Debet itaq; qui
ex intrinſecis eſt, & domeſticis (vt ità di-
camus) præſentari magis, quàm exterus.
deducimus apertiſſimè ex Concilio Tole-
tano 9. cap.1. in *can. filys, vel nepotibus* 31.
ibiq; *Gloſſ.* verbo *propinquis.* & *can. decerni-*
mus 32. 16. *quæſt.* 7. & ex Alexandro III. in
cap. ex inſinuatione 14. *de iure patronat. Gui-*
do Papa deciſ. 374. & de communi teſtatur
Cenall. commun. contra commun. quæſt. 693.
num. 26. *&* 27. *Couar. pract. qq. cap.* 35. *num.* 5.
verſ. ſecundò notandum. Surd. de aliment. tit. 1.
quæſt. 93. *num.* 10. *Vincent. Anna alleg* 57. *nu.*
7.8. *& ſeqq.* ſequutusq; fuit Regens *Carolus*
Tapia deciſionum ſupremi Senatus Italiæ
deciſ. 15. *num.* 3.4. *&* 5. *Garz. de benefic. par.* 7.
cap. 9. *num.* 8. *& ſeqq. & num.* 11. vbi deciſum
fuiſſe refert in vna *Salmantina Capellania*
del voto 3. *Iunij* 1585. ſequiturq; *Barboſa in*
can. nullus inuitis 12. *num.* 7. *diſt.* 61. & in *col-*
lectan. ad Sacrum Tridentinũ ſeſſ. 24. *cap.* 18.
de reformat. num. 130. *Mandoſ. conſ.* 55. *nu.* 1.
& ſeqq. Maſtrill. deciſ. Siciliæ 2. *nu.* 13. *&* 14.
par. 1. *Epiſc. Campanil. in diuerſor. Iuris Cano-*
nici rubr. 11. *cap.* 13. *nu.* 443. *verſ. item ſi ori-*
ginarius. diximus *reſponſ.* noſtra 17. *nu.* 10.
11. *&* 12. *par.* 3 Semper verò à Blaſellis pre-
ſentati, fuere inſtituti. Quia nimirùm Se-
baſtianus Blaſellus beneficij Fũdator, (cu-
ius ſcilicet mandato beneficium fundatum
fuit, eiq; modia quinq; terræ in dotem re-
liquit) in ſupremis ſuis tabulis hæredes
vniuerſales ſibi dixit, Chriſtillum, Tullium,
& Sanctillum de Blaſiello filios; qui poſt
38 ſuprema funera hæredes ſibi fuere, & ad
beneficium prædictum vti hæredes præſen-
tauerunt, ad beneficiũ ſcilicet hereditariũ.
ex Clemente V. in *element. ſi plures* 2. *de iu-*
39 *re patronat.* quod magis in dubio præſu-
mitur, quàm gentilitium, ſiuè familiare.
deduximus pluribus *reſponſ.* noſtra 83. *nu.*
29. *&* 30. *par.* 3. Et quàmuis præſumant di-
cti de Florillis, vocatos ſe fuiſſe à dicto Se-
baſtiano, sẽper tamen Blaſelli præſentaue-
re vti deſcendentes à prædictis Chriſtillo,
Tullio, & Sanctillo, filijs, & hæredibus dicti
Sebaſtiani: & nouiſſimè in articulis dedu-
xere ſol 76. atq; probauere. Ità quoq; an-
no 1634. quando beneficium vacauit per
ſupremum diem Clerici Ioſephi Blaſelli, &
præſentatus fuit ab ipſis de Blaſellis D.
Athanaſius Planenſis. cuius ob deceſſum
nunc vacat beneficium, per dictam Curiã
Epiſcopalem Auerſanã, eiuſq; Dominum
Generalẽ Vicarium decreto, ſiuè ſententia
inſtitutionis dicto D. Athanaſio, excluſo
Clerico Michaele Morlando, qui à Floril-
lis præſentatus fuerat, ſicuti nunc etiam
eſt præſentatus, delatum fuit fol.44. & 45.
excluſis prædictis de Florillis. Quemad-
modùm & anno Domini 1572. Epiſcopo
Auerſano Illuſtriſs. Domino Balduino de
Balduinis, excluſi queq; fuerant; vti ex Bul-
lis eiuſdem ad fauorem Subdiaconi Anto-
nij Blaſelli fol.39. à ter. apparet. Nequè à
40 ſententia prædicta fuit appellatum. Fecit
proindè tranſitum in rem iudicatam. ex
Innocentio III. in *cap. cùm inter* 13. *in fin.*
princ. de ſentent. & re iudic. extrà. Innocen-
tij damus verba: *Cuius ſententia (cùm nul-*
la fuerit appellatione ſuſpenſa) in rem tranſijt
41 *iudicatam.* Suum proindè effectũ vidit, de-
bitæ demandata exequutioni. Quia non
42 ampliùs ſuper eo negotio auditur appel-
lans. ex Alexandro III. Remen Archiepi-
ſcopo in *cap. cùm ſit Romana* 5. *de appellat.*
43 *extrà.* manetq; ſua in vi ordo exequutio-
nis. vti Vlpianus reſpondit lib. 58. ad Edi-
ctum in *l. ſi ſe non obtulit* 4. *§. ſi ex conuentio-*
ne. ff. de re iudic. & de effectu ſententiarum. Vt
44 nihil ampliùs ſit quærendum. ex Vlpiano
lib.27. ad Edictum in *l. poſt rem iudicatã* 56.
45 *ff. eod. de re iudic.* Rationemq; reddit *Gloſſ.*
ibidem verbo quæritur. *Quia cœpit eſſe res*
certa. inquiens. ſequiturq; *Rota* apud *Card.*
Mantic. deciſ. 187 *num.* 4. *& deciſ.* 289. *num.* 6.
diximus *reſponſ.* noſtra 81. *num.* 21.22. *&* 23.
part. 3.
46 Quippè pro veritate ſententia habetur,
47 quæ in iudicatum trãſijt. ex Vlpiano lib.1.
ad legem Iuliam, & Papiam in *l. res iudica-*
48 *ta* 208. *ff de regul. iur.* Quia profectò ius tri-
buit inconcuſſum, cùm ius ex ſententia
quòad litigantes ipſos, factum fuerit, nullo
modo diuellendum. ex eodem Innocentio
Tertio *d. cap. cùm inter* 13. *§. fin. de ſentent. &*
re iudic. diximus, alios referentes eadem
reſponſ. noſtra 81. *num.* 87. *par.* 3. Vltimus
49 proindè ſtatus erit attendendus, quando
non proficeret fortaſſis, quòd ab initio ipſi
de Blaſello, vti filij, hæredeſq;, ac deſcen-
dentes à Sebaſtiano Fũdatore, ſemper præ-
ſentauerunt, eorumq; dùmtaxat præſenta-
tiones

tiones admissæ fuere, atq; effectum sortitæ.
50 Beneficij verò status, ne dum quadraginta annorũ lapsu acquiritur; verùm & per decennalem possessionem, præsertim verò cũ non constet de anteriori contraria. ex Bonifacio VIII. in *cap. cùm de beneficio 5.* ibiq; *Geminian. num. 8. & Franch. nu. 5. de præbend. in 6. Garz. de benefic. part. 7. cap. 10. nũm. 34.* & sequuta fuit Rota in *Comen. Parochialis 27. Aprilis* 1640. apud *Pirouanũ decis. 125. nu. 2. in nouis additis ad Viuianũ in praxi iuris patronatus*. A supremo die, quo D. Thomas Florillus abijt, beneficiumq; Antonio Blasello datum fuit: 78. effluxere anni. Et à sententia pro D. Athanasio Planesi decem supra sex. starum proinde fecit satis perdurabitem beneficium pro Blasellis aduersus Florillos, nè pro Morlando hæc florescat herba eorum præsentationis. Abibit idcir-
51 cò foras. Clericus itaquè Anthimus vti præsentatus à Blasellis, qui soli patroni sunt, & in possessione præsentãdi, instituendus erit. ex Concilio Lateranen in *cap. quoniam 3. de iure patronat.* disposueratq; antea Leo Papa in *can. si fortè 36. siuè fin. distinct. 63.*

Atq; ità ex his, quæ limæ damus Aristarchi, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.

Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Mulierum est domi sedere, & lanam, linumuè texere, non verò contractibus interesse.*
Neq; negotijs se immiscere virilibus.
Quòd sit hoc contra fœmineam pudicitiam. num. 2.
Veluti laudantur ab Ausonio lanificæq; manus. num. 3.
Et apud Salomonem prouerbior. 31. 13. Mulier fortis laudatur.
Quæsiuit lanam, & linum.
Et digiti eius apprehenderunt fusum. nu. 4.
Fuso mulieres vacare oportet. num. 57.
Mulieres sunt fermè, vt pueri, leui sententia. ex Terentio. num. 5.
6 *Mulier licèt magnam parentibus gratiam, & pietatem debeat, maritum tamen tenetur præ cæteris sequi, & obseruare.*
Ex Adamo. num. 7.
Et Euangelio. num. 8.
Vt diuinum hoc fuerit præceptum. nu. 9.
7 *Locus Genesis 2. 23.* Et verba, quæ de Eua protulit Adam. *perpenduntur. ex Euangelio. num. 8.*
10 *Viri diligere debēt vxores suas, vt corpora sua.*
11 *Carnem suam nemo odio habuit, sed nutrit, & fouet eam.*
12 *Ecclesiam Christus dilexit.*
13 *Vxor timere debet virum suum.*
Timore scilicet reuerentiæ.
Et subdita esse debet viro. ex S. Petro. nu. 14.
Quia vir caput est mulieris. num. 15.
Vndè nec docere potest, nec imperare. n. 16.
15 *Vir caput est mulieris.*
17 *Fœminæ viris seruire debent.*
18 *Substitutio facta filijs, vt vnus alteri succedat; vno eorum cum filijs decedente, euanescit. ex Papiniano. num. 22.*
Et ad nepotes, & neptes Iustinianus extendit. num. 23.
Ad fœminas quoquè. & num. 28.
Atq; ad filios quoq; naturales. num. 25.
Quoniam id pietatem concernit erga liberos debitam. num. 26.
19 *Filiorum prima causa est, ob naturalẽ parentum erga filios charitatem.*
20 *Parentum votũ est, ad suos filios suas res peruenire.*
Ex naturali ratione, quasi lex quædam tacita. num. 21.
23 *Papinianus acutissimi vir ingenij à Iustiniano Cæsare acclamatur.*
Atq; excelsi ingenij. num. 24.
27 *Fideicommissum deficit, si grauatus, Monasterium, quod ingressus fuit, haredẽ direxit.*
29 *Filiorum filij pietatis coniectura à successione per anum exclusi minimè videntur, quòd eorum in dispositione non meminit.*
Quod minus scriptum, quàm dictum fuerat inuenìatur. ex Papiniano.
30 *Testator iuris se conformem reddere dispositioni præsumitur.*
Nè ab illa decederet.
31 *Lex de quo non loquitur, nequè nos dicere debemus.*
Secundùm enim quod lex dicit, & nos dicere oportet. iuxtà illud Domini In lege quid scriptum est? quomodò legis? *nu. 32.*
32 *Locus Lucæ 10. 26.* In lege quid scriptum est? quomodo legis? *perpenditur.*
33 *Locus 2. Regum 3. 24.* Et tenẽs fusum, & cadens gladio. *expenditur.*
34 *Prouerbium.* Tenens fusum. *pro æffeminato exauditur.*
Quod fusum muliebre instrumentum sit.
35 *Mulierum est, telas texere, non tela infligere.*
Mulieres in pœnam sub viri potestate sunt posita. num 36.
Iuxtà illud: Et sub viri potestate eris.
37 *Dos matrimonio dissoluto per viri supremum spiritum, siuè supersint ex matrimonio filij, siuè non, mulieri restitui debet.*
Nè indotata remaneat.
Dos propter onera matrimonij sustinenda soluitur. num. 39.
38 *Mulieres dotes suas saluas habere è Republica est.*
Vt ex matrimonio filij nascantur.
Et Ciuitates hominibus liberis repleantur.

Mulier matrimonio dissoluto, soluta & ipsa est à lege viri. num.40.
Cui vult nubere potest.
Tantùm in Domino.
41 *Dos soluto matrimonio restitui mulieri debet.*
Quomodòcunq; matrimonium dissoluatur. num.42.
Siuè per mortem.
Siuè per diuortium.
Et quidèm immobilium statim. num.43.
Mobilium verò intrà annum.
44 *Pacta contra legem inita, seruanda non sunt.*
45 *Filius matre adhùc superstite, quāmuis patre mortuo, dotis dominium non habet, sed mater.*
Vndè de illa disponere haud potest.
46 *Mulier secundum ducens virum, tanquàm vnū ex filijs, ex priori matrimonio susceptis meliorare potest.*
Si plures fuerint.
Sin verò vnus, æqualitèr.
Potestq; bona omnia, quæ habet, secūdo viro in dotem dare. num.47.
Quod id nulla lege prohibitum inuenitur.
Et ad Monasterium transiens, non magis debet filijs, quàm legitimam portionem iure naturæ debitam. num.48.
49 *Parentes debent æqualitatem inter liberos seruare.*
Omnes enim sunt filij.
Non tamen prohibentur, quin aliquem meliorare valeant.
50 *Filius grauari non potest in eo, quod ex iuris dispositione per successionem lucratur.*
Quia irreuocabilitèr ei acquiritur. nu.52.
Moriens verò ab intestato patre superstite, patri moritur. num.51.
Miserationis saltem ratione.
Et licèt patre viuente testari non possit.
Potest tamen, patre permittente, causa mortis donare. num.53.
54 *Lege quod fit permittente, dissolui non potest.*
Sed firmum remanet.
55 *Filius, patre viuente, cùm sub eius potestate permaneat, testari non potest.*
56 *Donatio causa mortis, de vltima voluntate, & de contractu inter viuos participat.*
Magis autem de contractu inter viuos.

ARGVMENTVM.

Substitutio facta filijs, siuè fideicommissum eis impositum, vt vnus succedat alteri, vno eorū cum filijs decedēte, euanescit, atq; dissoluitur fideicommissum. Quid si cum fœminis moriatur? Et quid si nepos, vel neptes ex filio superfuerint? Filiorum prima est causa ob parentum cōmune votum erga filios, vt eorum ad illos bona perueniant. Fideicommissum nùm deficiat, si grauatus Monasterium ingrediatur, illudq; hærede in supremis dicat tabulis? Testator iuris se conformem dispositioni reddere æstimatur. Dos matrimonio dissoluto ad mulierem reuertitur, siuè supersint, siuè nō supersint filij. Mulier matrimonio dissoluto, soluta est & ipsa à lege viri, cui vult nubere poterit, tantum in Domino. Filius, matre superstite de dote disponere minimè potest, illa remanente Domina. vndè secundum suscipere potest virum, eiq; bona omnia in dotē dare, illumq; meliorare, sicut vnum ex filijs, si plures fuerint, & si vnus, æqualitèr, & ad Monasterium transiens, legitimā tantummodò filijs debet. Filius grauari non potest in eo, quod ex iuris dispositione lucratur, viuente patre, & si testari non possit. potest tamen, patre permittente, causa mortis donare.

RESPONSIO C.

1 MVlierum est, domi sedere, & lanā, linumuè texere, non verò contractibus interesse, neque negotijs
2 se immiscere virilibus. nè contrà pudicitiam

riam sexui congruentem, virilibus officijs,
atq; negotijs se ingerant. ex Vlpiano lib. 6.
ad Edictum *in l. 1. §. secũdo loco edictum pro-
ponitur. ff. de postulando*. vndè Ausonius in
Aemilia Aornia matre laudem dicens:
Morigera vxoris virtus, cui contigit omnis;
3 *Fama pudicitiæ, lanificæq; manus,*
Coniugijq; fides, &c.
Et in Veria Liceria:
Huius si probitas, si forma, & fama, fidesq;
Morigera vxoris, lanificæq; manus.
Manus itaquè mulierum lanam, & linum
4 tractare conuenit. Sic nempè apud Salo-
monem *prouerbiorum* 31. 13. de muliere for-
ti, & laudibus plena dicitur: *Quæsiuit la-
nam, & linum, & operata est consilio manuum
suarum*. Quin cùm ad fortia miserit ma-
num, fusum apprehendit. ibidem num. 19.
*Manum suam misit ad fortia, & digiti eius ap-
prehenderunt fusum*. In reliquis enim, vt Te-
rentius in Phormione inquit:
5 *Mulieres sunt fermè, vt pueri, leui sententia.*
Non ideò in contractibus eis fidendum;
cùm ingenio leues sint. Experimur hoc in
facto, quod in controuersiam nunc venit.
Anno quippè 1610. in Terra Filogosij Pro-
uinciæ Calabriæ Iacobus Valens, siuè Va-
lentis supremum trahens spiritum, supre-
mas condens tabulas, Iuliam eius filiam,
quam vnam habebat, hæredem dixit. Gere-
bat verò tunc temporis vterum Laura eius
vxor. Dixit autem hoc iure hæredem: ver-
ba damus eius.

*E perche il principio del testamento è l'insti-
tutione dell'herede, per questo lascio mio herede
vniuersale Giulia Valenti mia figlia legitima,
e naturale; & anco il figlio, ò figlia nascitura
da mia moglie, con che l'vna socceda all'altro.
Et in caso che detti heredi morissero in pupilla-
ri età, e senza heredi legitimi, e naturali di loro
corpi discendenti; vel quandocunq; ab intesta-
to, in tal caso in detta heredità soccedano Vit-
toria, & Hortensia Valenti mie sore. Con con-
ditione anco, che lo figlio nascituro di detta mia
moglie, essendo mascolo, che sia mio herede vni-
uersale; & alla detta Giulia mia figlia l'habbia
da dare cinque mila docati di dote. Et essendo
femina, habbiano da partire per mettà.*

Testatore ex humanis abrepto, quem pe-
perit filium Laura, fœmella fuit, cui *(Victo-
ria)* nomen datum est: Hæreditatem pro-
indè paternam insimul diuiserunt, cuiquè
parte. Earum fuit tutor Carolus Baronus.
Iulia suo tempore se ipsam dotando, vi-
rum accepit V. I. D. Iacobum Angelerium.
In matrimonialibus verò capitulis hãc di-
cit legem: nesciẽs fortasse, vel ignara quid
6 diceret. Quod licèt mulier magnam parẽ-
tibus gratiam, & pietatem debeat; mari-
tum tamen tenetur præ cęteris sequi, & ob-
seruare. Testatus hoc fuit, ab ipsa natura
7 edoctus, primus omniũ Parens Adam, *Ge-
nesis* 2. 23. Quando post Euam mulierem,
eius ex costa creatam, eam videns, quam
adduxit ad eum Dñus Deus: *Dixit Adam:
Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne
mea: hæc vocabitur Virago, quoniam de viro
sumpta est. Quam ob rem relinquet homo pa-
trem suum, & matrem, & adhærebit vxori suæ:
& erunt duo in carne vna.*
8 Et Dominus in Euãgelio *(Matthæi 19. 6.)*
Phariseis respondens dixit: *Non legistis,
quia qui fecit hominem ab initio, masculum, &
fœminam fecit eos? & dixit: Propter hoc di-
mittet homo patrem, & matrem, & adhærebit
vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Itaquè
9 iam non sunt duo, sed vna caro*, vt intelligere-
mus ex his, fortassè, diuinũ hoc fuisse præ-
ceptum. *Quod Deus dixit*: testatur Christus:
*Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem,
& adhærebit vxori suæ; & erunt duo in carne
vna*. & Paulus ad *Ephesios* 5. 29. hoc ipsum
10 penetrans dixit: *Ità & viri debent diligere
vxores suas, vt corpora sua. Qui suam vxorem
11 diligit, se ipsum diligit. Nemo enim vnquam
carnem suam odio habuit: sed nutrit, & fouet
12 eam; sicut & Christus Ecclesiam: Quia mem-
bra sumus corporis eius, & de carne eius, & de
ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrẽ,
& matrem suam, & adhærebit vxori suæ, &
erunt duo in carne vna.* subdens: *Sacramen-
tum hoc magnum est; ego autem dico, in Chri-
sto, & in Ecclesia. Verumtamen & vos sin-
guli; vnusquisq; vxorem suam sicut se ipsum
13 diligat: vxor autem timeat virum suum.* quæ
nouissima verba ex Estio, atquè Cornelio à
Lapide *Ioannes à Gorcum* ità exprimit: vxor
autem timeat virum suum. id est reuerea-
tur virum suum, sicut Ecclesia reueretur, &
& colit Christum. & *Petrus* 1. 3. 1. sequen-
14 tibus exprexit. *Similiter, & mulieres subditæ
sint viris suis*. Rationem habemus ex Hie-
ronymo in *cau. caput mulieris* 15. 33. *quæst*. 5.
15 Quia vir caput est mulieris. & proindè
etiam ex Dei lege subiecta est viro. vndè
16 nec docere potest. multòq; magis nõ po-
test imperare. ex Augustino in *can. mulie-
rem* 17. *eadem* 33 *quæst*. 5. & *eadem causa, &
quæst. natam est ordo* 12 idem infert Augu-
17 stinus *ex Esiordo* (inquiens) *naturalis in ho-
minibus, vt seruiant fœminæ viris, filij paren-
tibus: Quia nulla iustitia est, vt maior seruiat
minori*. Hanc proindè ob causam Vlpianus
lib. 36. ad Sabinũ in *l. alia causa est* 15. *§. ele-
ganter. ff. solut. matrim*. ex Pomponio lib. 15.
ex Sabino: Si paciscatur maritus, nè in id,
quod facere possit, condemnetur, sed in so-
lidum; an hoc pactum seruandum sit? &
negat seruari oportere: *Quod quidem* (in-
ferens) *& mihi verum videtur. Namq; con-
tra bonos mores id pactum esse melius est dice-
re: quippè cùm contra receptam reuerentiam,
quæ maritis exhibenda est, id esse appareat*. se-
quiturq; *Alexander* ibidem in summario.

Nesciens

Nesciens proinde, siuè ignara hanc capitulis matrimonialibus legē dixit Iulia, vt virum grauaret, non sanè melioraret.

Item fuit conuentum: In caso, che detto matrimonio, si dissoluesse pee morte di detto Iacomo de Angeleri, essa Giulia superstite senza figli, ò con figli di detto matrimonio, e quelli moelssero in pupillari ætate, vel quandocunque ab intestato, detta dote, vt supeà si habbia da restituiee, & integramente assignare ad essa sposa superstite; & essendo morta, alla detta Vittoria sua sore à suoi heredi, e successori d'essa Giulia. E detto patto sia reciproco tanto in beneficio d'essa sposa, quanto d'esso futuro sposo. E che essa sposa non possa testamentare, nè in vita, nè in morte più di ducati 500. sic pactum.

Matrimonio contracto, filium ex illo susceperunt, quem Iosephum vocauere. Fatis interim concedit Iulia Iacobo viro, atquè Iosepho filio vitali aura fruentibus. Ioseph Iuliæ matris hæres ab intestato declaratur, qui vitam (expleto decimo octauo ætatis anno) produxit. Antequā verò hæc relinqueret humana, Iacobo patre permittente, libera fit ei facultas mortis causa donandi. Donauit autem ipse omnia, quæ habebat, Iacobo patri. Moritur vitæ terminum passus. Victoria recordata, quòd Iacobus pater in testamento legem dixerat; ex duabus sororibus: *l'vna succeda all'altra*. Et mortua Iulia siue filijs, vel illis in pupillari ætate, vel quandocunq; ab intestato sublatis, dos restituatur Victoriæ, ex capitulis matrimonialibus; Victoriam hanc facere tentat, vt sibi dos redhibeatur. In iudiciū proindè Iacobum Angelerium Iuliæ virū, Iosephiq; parentem, interpellat, vt ad se postliminio dos reuertatur. Obluctatur Angelerius tàm ex Iacobi parentis Iuliæ, & illius lege, quàm etiā ex illa in capitulis matrimonialibus dicta. Fit igitur causæ status: sit, nè Victoria coronanda, vt vincens Victoria, vel illa Angelerio, quasi à bono comitato Angelo, concedenda? Angelerio palmam dandam putamus.

Hoc vt præstemus, perpendendum prin-
18 cipio erit: legem à Iacobo Valente patre in supremis tabulis filiabus datam, quas reliquerat moriens, vt vna succederet morienti alteræ: *(l'vna soccede all'altra)* statim atquè Iulia, relicto Iosepho filio à corporis discessit composito, morte illo disso-
19 luto; fuisse & illam resolutam. Filiorum quippè prima est causa ob naturalem parentum erga filios charitatem. vt Papinianus lib. 4. quæstionum testatur in *l. nàm & si parentibus 15. in princ. ff. de inoffic. testam.*
20 Hoc est enim parentum votum, ad filios suos suas res peruenire. verbis edicimus Iustiniani Cesaris in *l. de emācipatis filiis 13. §. cùm autem & pater. C. de legitim. heredib.*
21 Et naturalis ratio, quasi lex quædam tacita, liberis parentum hæreditatem adijcere: ex Paulo lib. singulari in *l. 1. in princ. ff. de portionibus, quæ liberis damnatorum conceduntur.* diximus *respons.* nostra 45. *num. 1. & seq. par. 3.* Nullo itaq; modo poterit substi-
22 tutus admitti, si qui moritur, filios dereliquit. Nostris non loquimur verbis, sed Papiniani Iurisconsultorum Principis lib. 9. responsorum in *l. cùm auus 101. ff. de condit. & demonstrat.* Papinianum excipe: *Cùm auus filium, ac nepotem ex altero filio heredem instituisset, à nepote petijt, vt si intrà annum trigesimum moreretur, hæreditatem patruo suo restitueret. Nepos liberis relictis intrà ætatem suprascriptam vita decessit. Fideicommissi conditionem coniectura pietatis, respondi defecisse: Quod minus scriptum, quàm dictum fuerat, inueniatur.* Quia præsumitur (*Gloss* ibidem in casus figuratione in fine commentum agit) testatorem in mente gessisse, atq; ità dixisse; vt ità demùm haberet patruus fideicommissum, si sine liberis nepos dece-
23 deret. Hanc ob causam acutissimum Papiniani ingenium admiratus Iustinianus Augustus in *l. cùm acutissimi 30. C. de fideicommiss.* ne dùm quidèm, quod ille responderat, approbauit, verùm auxit, suaq; Cæsaria determinatione firmiùs reddidit, atquè sarctatectū tutauit, sic inferens: *Nos huius sensum meritò mirati, plenissimum ei damus euentum; Vt si quis hac disposuerit, non tantū filium heredem instituens, sed etiam filiam, vel ab initio nepotem, vel neptem, pronepotem, vel proneptem, vel aliam deinceps posteritatem, & eam restitutionis post obitum grauamini subiungauerit; non aliter hoc sensisse videatur, nisi ij, qui restitutione onerati sunt, sine filijs, vel filiabus, nepotibus, vel neptibus, pronepotibus, vel pronepotibus fuerint defuncti: nè videatur testator alienas successiones proprijs anteponere.* Rationem reddit *Gloss* ibidem verbo *vitam suam.* in initio, inquiens: *Quia qua ratione testator præposuit filium fideicommissario, scilicet, nè quandiù viueret, fideicommissarius haberet; eadem ratione & nepotem videtur voluisse defunctus præponere.* Glossam hāc singularem existimat, atquè ab omnibus approbatam proclamat *Glossella* marginalis ibidem, sequentibus dicens: *Istam Glossam sequuntur communitèr Scribentes hìc. & est singularis secundū Bart. & Bald. in repetit.* Neuè videretur, non magni Papiniani sensum æstimasse, iterùm noua eundem Constitutione Græca approbauit idem Iustinianus ad Senatum scribens in *l. generalitèr sancimus 6. §. cùm autem inuenimus. C. de institut. & substitut.* ad naturales quoq; liberos extendens. eius sunt verba.
24 *Cum autem inuenimus excelsi ingenij Papinianum in huiusmodi casu, in quo pater filijs suis substituit, nulla liberorum ex his procreandorū adiectione habita, optime intellectu disposuisse.*

*ſuiſſe, euaneſcere ſubſtitutionem, ſi is, qui ſub-
ſtitutione prægrauatus eſt, pater efficiatur, &
liberos ſuſtulerit; intelligentem, non eſſe veri-
ſimile, patrem, ſi de nepotibus cogitauerit, talẽ*
25 *feciſſe ſubſtitutionem, &c.* ad naturales quo-
què ſe extendẽs, ne dùm legitimos tutans.
Habes ex his igitur; nè vnum Papinia-
num Iuriſconſultorum facilè Principem,
acutiſſimiq;, atquè excelſi ingenij virum;
ſed Iuſtinianum quoquè Cæſarem nec ſe-
26 mel, ſed iterùm, pietatem ſequentem, Pa-
piniani ſenſum admirantem, eumquè du-
plici lege approbantem: expirare ſcilicet
fideicommiſſum, grauato cũ filijs deceden-
te; cùm potior ſemper filiorum, quin etiam
nepotum, quàm aliorum ſit cauſa; & pietas
ad filiorũ filios, quin pronepotes, & prone-
ptes protrahatur, nõ vtiq; retineatur. Non
ergo inficias ire debebis, ſimulatq; Iulia,
relicto Ioſepho filio, efflauit animã, ſi ſub-
ſtitutio, atq; fideicommiſsũ, quod duabus
ſororibus *(l'vna ſoceeda all'altra)* debeba-
tur, expirauerit, mortemq; viderit, atq; in
interitum abierit; eo planè modo, ac ſi nõ
illum rogaſſet Iacobus communis ſororũ
parens. Nè ſanè videretur teſtator, pater-
nam contra pietatem, filiarum liberos ex-
cluſiſſe. Quando Innocentius III. in *cap. in
præſentia 8. de probat. extrà* Abbati, & Con-
27 uentui Caſſenen reſponderit: Fideicom-
miſſum defeciſſe, ſi grauatus Monaſteriũ,
quem ingreſſus fuerat, hæredem dixerit:
*Quia intelligendum non erat ſine hærede de-
cedere, qui Monaſterium ſibi hæredem inſtituit.*
Monaſterium fideicõmiſſario prætulit In-
nocentius Papa, quod hæredis loco Mo-
naſterium eſſe videatur: & non prętulit ne-
potẽ auus? vt in ſuperioribus deduximus.
ſequiturq; *Gloſ. 1.* verbo *abſq; liberis, in fine
eod. cap. in præſentia.* eiuſq; ad rem, meminit
Gloſſella marginalis in *d. l. cùm acutiſſimi 30.
C. de fideicommiſſ. in princ.* & hanc ſententiã
ſequuntur Eminentiſs. Cardinalis *Mantica
de coniectur. vltimar. volunt. lib. 8. tit. 7. num. 1.
& ſeqq.* fuſiuſq; *lib. 11. tit. 14. num. 1. & ſeqq.
Peregrin. de fideicommiſſ. art. 25 à num. 1. cum
ſeqq. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 402. num. 1. & per
totam. Michael Craſſus §. fideicommiſſum. q. 35.
nu. 1. Menoch. conſ. 95. n. 11. & ſeqq. lib. 1. Alba
Mandell. conſ. 19. per totũ. Portius Imola com-
mun. concluſ. lib. 2. regula, ſiuè concluſ. 7. Gabr.
commun. concluſ. lib. 4. de ſubſtit. concluſ. 2.* qui
28 in fœmina quoquè loquitur: an videlicèt
fœmina ceſſare ſubſtitutum faciat. *Donat.
Anton. de Marin. quotid. reſolut. lib. 1. cap. 279.
num. 1. Rota* apud *Duranum* Epiſcopum Vr-
gellen. *deciſ. 126. num. 1. par. 1.* & in *recentior.
par. 5. per Rubeum deciſ. 237. num. 1. & par. 7.
in eiſdem recentior. per eundem deciſ. 61. nu. 12.*
diximus plenè *reſponſ.* noſtra 22. *à num. 10.
ad finem. par. 3.*
Nec refugiſſe hunc viſus eſt ſenſum te-
ſtator ipſe, quin apertiſſimè admiſiſſe; in-
dè, non ſanè in tenebris, ſed in lumine, Sole
lucente, deducimus, vt non mirum, ſi mentẽ
nos quoq; eius ſequuti fuimus, quin con-
ſequuti: Statim nempè, ac verba illa protu-
lit: *Con che l'vna ſocceda all'altra:* immedia-
tè poſt ſubſequitur:
*Et in caſo, che detti heredi moriſſero in pu-
pillari etate, ò ſenza heredi legitimi, e natura-
li di loro corpi diſcendenti, vel quandocunq; ab
inteſtato, in tal caſo à detta heredità ſoccedano
Vittoria, & Ortenſia Valenti mie ſore.* Perſpi-
ce (Aedepol) teſtatorẽ filiorum dictarum
ſuarum filiarum hæredum nuncupatarum
oblitum non fuiſſe in hoc ſecundo caſu, cũ
ſorores ad hæreditatem admiſit; vt nequè
29 in primo oblitus præſumatur; cùm hoc
ipſum pietatis coniectura, quòd ità mens eſſe
debeat de rebus diſponentis ſuis, vt filiorũ
liberos non oderit, ſed amauerit, nõ exclu-
ſerit, ſed admiſerit, ſicut leges depoſuere:
quàmuis ipſe verbis expreſſis hoc non di-
xerit: *Quòd minus ſcriptum, quàm dictũ fue-
rat, inuenjatur.* ex Papiniani acutiſſimi in-
genij viri ſenſu *d. l. cùm auus 101. de condit.*
30 *& demonſtrat.* Porrò, quòd teſtator iuris
ſe conformem reddere diſpoſitioni, præſu-
matur, nè ab illa deerret. ex Papiniano li-
bro 8. reſponſorum in *l. hæredes mei 57. §.
cùm ità fuerit ſcriptum.* ibiq; *Bart num. 4.* &
*Scribentes. ff. ad Senat. Conſult. Trebell. Iulius
Clarus in §. teſtamentum. quæſt. 76. nu. 11.* di-
ximus *reſponſ.* noſtra 18. *num. 64. par. 1. &
d. reſponſ. 22. num. 15. par. 3.* Filios itaquè fi-
liarum, quas hæredes nuncupauerat, quin
illi morientibus matribus, ſucceſſionem
ſubirent, haud excluſiſſe pietatis coniectu-
ra præſumitur; vt lex ipſa decernit. Eo ip-
ſo momento itaq; quo ex humanis Iulia
diſceſſit, vitali interclusa aura; Ioſepho re-
licto filio ex legitimo matrimonio, cum
Iacobo Angelerio ſuſcepto, ſtatim ſubſti-
tutio, *che l'una ſocceda à l'altra* defecit, atq;
ſucceſſio ad Ioſephum delata fuit. Vti ve-
rè ab inteſtato matris iàm defunctæ hæres
per decretũ Magnæ Curiæ Vicariæ decla-
ratus fuit. Non eſt igitur ex hac parte, quòd
Victoria ex teſtamento Iacobi patris, &
ſubſtitutione: *(che l'vna ſocceda à l'altra)*
Iuliæ portionem ſibi promittat, cùm illam
Ioſeph præripuerit Iuliæ filius. Nõ ſanè te-
merè, ſed iure permittente, ac voluntate ip-
ſa Iacobi teſtatoris, communiſq; parentis
31 faciente. Non enim pro illa (Victoria vi-
delicèt) lex loquitur, vt neq; nos aſſerere
debeamus. ex Iuſtiniano Cæſare in *l. illam
meritò dubitationem 19. §. de collatione verò
dotis. C. de collationib.* & Diocletiano, & Ma-
ximiano Auguſtis in *l. diſſentientis patris 5.
C. de repudijs, & iudicio de moribus ſublato* ex
Innocentio III. in *cap. inter corporalia 2. §.
vndè ſi circa tranſlationem. de tranſlat. Epiſc.*
& Augu-

& Augustino in *can. quòd si dormierit vir eius* 13. aliàs *fin. 31. quæst. 1.* Augustini verba sūt: *Non dixit primus, vel secūdus, vel quotus: nec nobis definiendum est, quod non definiuit Apostolus.* sequiturq; *Barbosa axiom. 136. num. 7.* diximus *respons.* nostra 3. *nu.* 51. *& resp.* 24.
32 *num.* 10. *par.* 4. Quin dicere valeamus eis, qui eam tuentur, victoriamq; promittunt, quod Dominus *Lucæ* 10. 26. cuidam legis perito tentanti eum, respondit: *In lege quid scriptum est? quomodò legis?* An non adhùc legerunt, quod Pomponius respondit: *Fideicommissi conditionem coniectura pietatis defecisse, quod minus scriptam, quàm dictam fuerat, inuentatur?* vt in superioribus hùc vsq; deduximus.

Satis proindè insulsa lex illa inuenitur esse, quā Iulia, sciolam se ostendere volens, in capitulis matrimonialibus dixit, nàm
33 fusum tenuisset melius, quàm calamum. vt 2. *Regum* 3. 29. iuxtà imprecationem, quam Dauid Ioab fecit; quòd Abner dolo occidisset: *Nec deficiat* (inquiens) *de domo Ioab fluxum seminis sustinens, & leprosus, & tenens fusum, & cadens gladio, & indigens pane.* te-
34 nens fusum, pro effeminato accepit, quòd muliebre instrumentum sit. vt *Martinus del Rio adagialium sacrorum par. 1. adag. 190.* ex-
35 ponit. & telas magis texere curasset, quàm tela infligere. vt contrà Deianira de Hercule effeminato facto apud Ouidium cecinit quandoq; in epistolis:

. . . . quid te turpissime bellis
Inseris, aut sani pertentas Pallada campi?
Tu potes alterius studijs hærere Mineruæ,
Tu telas, non tela pati, tu flammea nosse.
Tu segnes operam sollers vrgere puellas,
Et uiatam Domina penso inuoluere lanam:

36 Dixit enim legem, cùm duxit virum, viri vt sub potestate esset, iuxtà pœnam, quam mulieri dedit Dñus Genesis 3. 16. *Et sub viri potestate eris*: quod cū Serpente discerere voluerit. *In caso, che detto matrimonio si dissolnesse per morte di detto Giacomo Angeleri, essa Giulia superstite senza figli, ò con figli di detto matrimonio, e quelli morissero in pupillari etate, vel quandocunq; ab intestato, detta dote, c.t supra promessa, si habbia da restituire, & integramente assignare ad essa sposa superstite. & essendo morta, alla detta Vittoria sua sore, &c.* Cùm pro viro esse debuisset, non contrà.

Duo enim continet in se satis erronea lex hæc muliebris, atq; fusum tenentis. Primum quidèm; quòd dissoluto matrimonio per viri mortem, ipsa superstite sponsa, vel sine filijs, vel etiam cum filijs ex eodem matrimonio, & illi in pupillari decederēt ætate, vel quandocunq; ab intestato, dos eidē sponsę superstiti restitui deberet. Secundū, quòd ipsa mortua, dos illa Victoriæ sorori restitueretur.

Et sanè quoad Primum, maxima fuit
37 simplicitas: Dissoluto nempè matrimonio per viri supremum spiritum; siuè supersint, siuè non supersint filij, siuè in pupillari illi moriantur ætate, siuè quandocunq; ab intestato, semper dos ad mulierē reuertitur, quæ superstes est; nè indotata
38 illa remaneat. Quippè *Reipublicæ interest, mulieres dotes suas saluas habere, propter quas nubere possunt*, vti Paulus lib. 62. ad Edictū in *l. Reipublicę interest 2. ff. de iure dotium* docet. nec diuersimodè Pomponius lib. 15. ad Sabinum in *l. 1. ff. solut. matrim.* Rationem in fine reddens: *Cùm dotatas esse fœminas ad sobolem procreandam, replendamq; liberis Ci-*
39 *uitatem, maximè sit necessariū.* Dotes namq; propter onera matrimonij supportanda viris dantur. ex Diocletiano, & Maximiano Augustis in *l. pro oneribus 20. C. de iure dotium.* Aequumq; id Vlpianus existimauit lib. 31. ad Sabinum in *l. dotis fructus 8. ff. de iure dotiū.* Cùm enim (inquiens) ipse onera matrimonij subeat, (vir scilicet) æquum est, eum etiam fructus percipere. *Rota in Senogallien dotis 26. Ianu* 1606. coràm *Cardin. Pamphilio seniore decis. 126. sub num. 1. circa finem par. 3. in recentiorib. per Rabeum.*
40 Poterat equidèm alium ducere virum Iulia, si matrimonium Iacobi morte dissolutum fuisset, ipsa iàm liberata à lege viri. Paulum excipe loquentē 1. *ad Corinth.* 7. 39. atq; docentem: *Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius viuit. quòd si dormierit vir eius, liberata est, cui vult nubat, tantùm in Domino.* & ad Romanos 7. 1. *An ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur, quāto tempore viuit? Nàm, quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri.* Quod perpendit Calixtus Papa omnibus Galliarum Episcopis in *can. sicut alterius 39. 7. quæst. 1.* & Vrbanus Tertius Exonen Episcopo in *cap. super illa 4.* & Innocentius Tertius P. nobili mulieri in *cap. cùm (secundùm Apostolum 5.) de secund. nupt.*
41 Restituenda idcircò ei fuerat dos, siuè superstites, siuè non superstites ei fuissent filij. *Nàm soluto matrimonio solui dos mulieri debet.* vti Vlpianus lib. 35. ad Sabinum respondit in *l. soluto matrimonio 2. ff. solut. matrim.* & ex Concilio habito apud Vuormaciam, *text. in cap. 1. de donat. inter virum, & vxorem, & de dote post diuortium restituenda.*
42 (soluto matrimonio totā dotem precipimus sibi reddi.) Mulieri videlicèt, decernit ibiq; *Gloss.* verbo *totam.* & Vrbanus III. Decano, Cantori, & Capitulo Lexonen in *cap. significauit P. mulier 2.* & Clēmens III. in *cap. de prudentia vestra 3. eodem de donat. inter virum, & vxorem, & de dote post diuortium restituenda.* qui sic iubet: *Mandamus* (Clemens inquit) *quatenus prædictū H. monitione*

altiore promissa cogatis; vt prædicta M. totam
dotem (sicut canonicum fuerit) restituere non
moretur . quomodocunq; matrimoniū dis-
soluatur, siuè per supremum mariti diem,
siuè per diuortiū eius ex causa. sequiturq;
Glossella marginalis *d.l.soluto matrimonio 2.*
43 *in princ.* Et quidèm, immobilia statim; mo-
bilia verò intrà annum, quæ dotis causa
data fuere, restitui debent. vt ex Iustiniani
Cæsaris constitutione in *l. vnic. §.cùm autē*
in actione dotis.C.de rei vxoria actione. perpē-
ditur. sequiturq; *Glos.in ead. l. soluto matri-*
44 *monio 2.verbo dos debet.* Inania igitur quò-
ad hanc rem pacta fuere capitulis matri-
monialibus adiecta per Iuliam, quin con-
tra leges: non ergo seruanda. vt idē decre-
uit Iustinianus Cæsar *d.l.vnic.in fin. §.illud*
etiā generalitèr.C.de rei vxoria actione. Quid
enim, si (vt perpēdimus) viro mortuo aliū
ducere voluisset Iulia virum, non nè dotē
eidem secundo dare oportebat, vt ille one-
ra supportare valeret matrimonij? Prepe-
dita verò fuisset, quòd illi dotem restituere
Iacobi hæredes ex pactis initis minimè de-
buissent, nisi qui nati fuissēt filij, vel in pu-
pillari ætate vita defuncti fuissēt; vel quan-
docunq; ab intestato. Quis autem sani ca-
pitis est, qui hęc pacta ridicula fuisse nō vi-
deat? Præter quàm quòd, fac filius, qui su-
perstes Iacobo patri permansisset, in ætate
legitima fatis concessisset, atq; testamentū
condidisset, supremasq; tabulas dedisset,
atq; in illis hæredem alium dixisset; non-
ne indotata Iulia permansisset mater? Et
45 vitalem traheute aurā matre, nunquid nè
de dote disponere filius poterit, cùm eius
dominium non habeat, sed mater? vti *Vin-*
cent.de Franch. aduertit *decis.537.nu.8 in fin.*
46 Quę virum ducens alium, potest illum in
dote vititim, tanquàm vnum ex filijs, me-
liorare, si plures ex priori matrimonio fue-
rint filij; sin verò vnus, æqualitèr. ex Leo-
nis, atq; Anthemij Cæsarum Constitutione
in *l.hac edictali lege 6.C.de secund.nupt.* Quin
47 bona, quæ habet omnia, potest secundo vi-
ro in dotem conferre; quòd id nulla pro-
hibitum inueniatur lege, atq; proindè per-
missum: vt Alexander decreuit Imperator
in *l.nulla lege 4. C.de iure dotiū.* Et ad Mo-
48 nasterium transiēs, non magis debet filijs,
quàm legitimam portionem iure debitam
naturæ, dare: ex *Authent. si qua mulier. C.de*
sacros. Eccles. nec refugit Iustinianus Cæsar
in *authent. de nupt. collat.4. §. penult.* quod
incipit *Illud quoq; super hoc adycere.* quāuis
49 tamen parētes adhortetur, vt æqualitatem
inter liberos seruēt. Omnes enim sunt filij:
plura cumulat *Ioan.de Amic. cons.3. à nu.8.*
noster *Matanea cons.1.nu.7. et 8.& de multi-*
plici alien. in 26. casu.nu.113.& n.114.in 27.
casu. & *Rota* in materia *d.l.hac edictali* apud
sanctissimum *Gregorium XV. decis.173.per tot.*
ibiq; *Beltramin.* addēs, *& decis.443. Vinc.de*
Franch decis.435. per totā, præsertim *nu.43.*
vbi decisum refert pro filijs primi matri-
monij. ibidemq; *Riccius* addens. *& decis.*
783. num.1.& seq.& decis.607. per tot. Ioan.
Domin.Tasson.super pragm.de antefato vers.5.
obseruat.1.in alleg.20.nu.14.& seq.& nu.17.
& seqq. Non nè anicularum hæc videntur
næniæ, atq; fusum ducentis fœminæ, pacta
in his capitulis adiecta? Et quidèm.

Sicuti etiam, quòd ipsa mortua dos Vi-
ctoriæ restitueretur; *& essendo morta, alla*
detta Vittoria sua fore. Iàm enim Ioseph (&
si qui alij fuissent filij) ex Iacobi aui dispo-
tione Iuliæ portionem lucrari fuerant, illa
vitæ diem vltimum videnre, substitutione
reciproca iàm deficiente, atq; defecta, *che*
l'vna socceda à l'altra. vt in superioribus de-
duximus, ipso Iosepho superstite. non itaq;
50 in hoc, quòd ex aui, quin magis iuris di-
spositione, lucratus fuerat, grauari poterat,
51 quin si testamento non condito ex huma-
nis discessisset, patri superstiti moreretur;
miserationis saltim ratione. ex Papiniano
lib.26.quæstionū in *l scripto hærede 6. §.non*
sic parentibus. ff. vndè liberi. in solatium vi-
delicèt amissi filij. secundùm *Gloss.* ibidem
verbo *miserationis.* ex Pomponio lib.14. ad
Sabinum in *l.iure succursum 7. in princ. ff.de*
iure dotiū. & Iustiniano Cæsare in *auth. de-*
functo sine liberis filio, quę est pu. C.ad Senat.
Consult.Tertull. Thessaur.decis.Ped-mont.27.
in princ.Vincent.de Franch.decis 655.num.3.
& per totam. Iure videlicèt communi in-
specto: *Ioannes Baptista de Barbobus de filius*
familias quæst.8.num.9. Eoquè magis, quòd
hoc aduertēs Ioseph filius, antè quàm fatis
concederet, donatione causa mortis omnē
matris habitam successionē, sibiq; irreuo-
52 cabilitèr acquisitam. vt *Vincent.de Franch.*
aduertit *d.decis.655.nu.3.& 4.* Iacobo eius
53 patri donauit, cessitq; Quod sanè facere
potuit, patre præsertim consensum liberè
ad donandum præstante. Facit tibi hanc
fidem Vlpianus lib.2.ad Sabinum in *l filius*
familias donare 7. §.pari autem ratione. ff.de
donationib. qui sic infert: *Quàmuis enim ex*
patris volūtate, mortis quoq; causa donare pos-
sit. expressiusq; Martianus lib.8.institutio-
num in *l.tàm is, qui testamentum facit 25.§ fi-*
liusfamilias.ff.de mort. caus. donationib.& ca-
pionib. Martianum excipe: *Filiusfamilias,*
(inquiens) *qui non potest facere testamentum,*
nec voluntate patris; tamen mortis causa do-
nare, patrè permittente, potest. quid apertiùs
Martiano? eumq; summat *Bart.* ibidem di-
cens: *Filius potest donare causa mortis patre*
volente. admittitq; *Gloss.in l fin.§ filijs autem*
familias. verbo *dumtaxat in fin. C.de bon.quę*
liber. quæ allegat textum Martiani in *d. l.*
tàm is 25. §.filiusfamilias. ff.de mort. caus.do-
nat. Donauit patri Iosephus. Quis ei, nè se-

54 ceerit,

54 cerit, ibit inficias, quando lege hoc fecit permittente? Ad Alexandri Cæsaris sensum in *l. Gracchus 4. in princ. C. ad legem Iuliam de adulter.* sequiturq; *Benedict. Capra commun. conclus. regula, siuè conclus. 102. nu. 54. & 57. Francisc. Viuius commun. opin. verbo filiusfamilias, nu. 10. & 11. in thesaur. commun. opin. tom. 1. fol. 264. colum. 4. Vincent. de Francis. decis. 4. num. 17. & seqq. Ioannes Baptista Barbobus de filijsfamilias quæst. 16. n. 42.*
55 *& 42.* Donauit itaquè Ioseph patri causa mortis, quòd ad testandum habilis non esset, sub patris potestate constitutus. ex Iustiniano Cæsare §. 1. *Institut. quibus non est permissum facere testamentum.* & Modestino lib. 5. pandectarum in *l. si filius familias 19. ff. de testament. & qui testamentum facere possunt. Capra d. reg. 102. num. 51. & 52. Viuius* dicto verbo *filiusfamilias, à num. 1. cum seq.* At potuit donare; vt probauimus. In irritum proindè abijt Victoriæ spes, quàmuis testamentum minimè rogauerit Ioseph, quod sub patris potestate esset; donauit
56 tamen causa mortis, quæ de vtroq; participat; magis tamen de contractu, vt præcitati adnotāt Doctores. *Capra, Viuius*, alijq;.
57 Fuso vacent idcircò mulieres, non scripturis. hoc est enim earum, digitis apprehendere fusum, cùm ad fortia manus extenderint. Sic enim illa mulier fortis apud Salomonem d. cap. 31. prouerbiorum: *Manum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fusum.*

Atquè ità ex his, quæ Aristarchi supercilio quā lubentissimè subijcimus, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Prouerbium*: Nodus inest. *differitur.*
2 *Nodus dissoluendus est, nè res, negotiumq; implexum permaneat.*
3 *Ius ex facto oritur.*
Factum igitur principio lucidandum erit.
4 *Cessionarius in locum intrat cedentis.*
Quia vna, atquè eadem æstimatur persona cedens, & cessionarius.
Eodemq; quo cedens iure vtitur.
Vt in hypotheca quoq; succedat. num. 5.
Quòad anterioritatem etiam. num. 6.
Declara tamen, si cessio firma fuerit. nu. 37.
7 *Solutione eius, quod debetur, omnis cessat obligatio, longèq; emandatur.*
Quia debitor solutione liberatur.
Quàmuis alius pro alio soluerit. num. 8.
Debitore quàmuis inuito.
Statimq; hoc fit, sine tēporis interuallo. nu. 9.
Quàmuis pro parte, & non in totum solutio fiat. num. 10.
Nam pro illa parte liberatur.
Vt omnis hypotheca, omnisquè pignoris ius extinguatur.
Penitùsq; aboleatur. num. 11.
Nihilq; ampliùs vel pignoris, vel hypothecæ remaneat. num. 12.
13 *Cessio nulla est per creditorē facta, si ius nullum ei superſit, solutione sequuta, & debitore liberato.*
Cùm scilicet debitor creditori de propria soluit pecunia. num. 15. & num. 35.
Consequenterq; liberatus. num. 21.
Quia non potest ampliùs in alium creditor transferre, quàm in ipso est. num. 22. & num. 33.
Iuribus iam extinctis. num. 39.
14 *Surdus, vbiq; benè audit.*
16 *Soluens creditori tertius de proprijs pecunijs, potest ab eo aduersus debitorem cessionem obtinere.*
Quia remanent omnes obligationes integræ.
Nec peremptæ fuere. num. 17.
Et quæ requisita interesse debent? nu. 36.
18 *Emptio ex pretij numeratione, & rei traditione fit.*
Et venditio.
19 *Pecunia soluta dicitur, non solùm si numerata illa sit creditori, sed & si iussu eius alteri soluatur.*
Statimq; atq; soluta fuerit, debitor liberatur. num. 20.
Et obligatio extinguitur.
Nec quidquam ampliùs præstare cogitur.
Quàmuis materialitèr alius soluat. nu. 27.
Sed cuius nomine formalitèr soluatur.
23 *Nihil qui habet, nihil dare potest, nec transferre.*
24 *Cedi non potest, quod non est.*
25 *Ius luendi cedi potest. & num. 34.*
26 *Res suas potest quisq; ex arbitrio moderari.*
Atq; in mare deijcere.
Et dilapidare, ac perdere.
28 *Debitor, & creditor correlatiui sunt termini.*
Et mutuò se respiciunt.
Sicuti enim per solutionē fit satis creditori.
Ità, pariq; modo per eam debitor liberatur.
29 *Emptor, & venditor correlatiui sunt termini.*
Sicuti venditor rem præstare debet venditā.
Ità emptor pretium.
30 *Correlatiua, quæ sunt, & respectum habēt, dissolui non debent.*
Quia quomodolibet alterius sunt. nu. 31.
Vndè quod de vno eorum dicitur, de altero dictum quoq; censetur. num. 32.
34 Decisio Regentis Capycij Latro 16. *declaratur.*
38 *Nemo plus iuris in alterum transferre potest, quàm in ipso sit.*
40 *Restitutio est, in pristinum statum repositio.*
Vt vnusquisq, integrum suum accipiat.

41 *Census*

41 Census annui venditio vsuraria æstimatur, si summã excedit decimæ partis sortis principalis, ex Nicolai V. Constitutione.

42 Præstationes annuæ singulis cedunt annis. Anterioritatem proindè ex singulis obtinent annis.

ARGVMENTVM.

Cessionarius in locum succedit cedentis, vnaq; cum illo persona putatur, eiusque iuribus vtitur. quod tamen exauditur, si cessio firma fuerit. Quid verò, si cessio facta fuerit, debito iam per solutionem extincto? Et quid, si tertius ius emat luẽdi? Vndè materia hęc trascurritur. Solutione eius, quod debetur, omnis tollitur, atq; extinguitur obligatio. Et quid, si per tertium solutio fiat? Pecunia soluta dicitur, quamuis alteri, iussu tamen soluatur creditoris, quia statim, ac soluta fuerit, debitor liberatur, & obligatio extinguitur. Cedi nõ potest, quod non est. Debitor, & creditor correlatiua sunt; vndè mutuò se respiciũt, sicut emptor, & venditor. Census annui venditio vsuraria est, si decimam excedit partem sortis principalis. Præstationes annuæ singulis cedunt annis, anterioritatẽ proindè ex singulis obtinent annis.

RESPONSIO CI.

NOdum ni soluerimus, inesplicabilis remanebit difficultas. Nodus quippè hac in re inest, in qua versamur, vti adagio definitũ est: *Nodus inest.*

2 Ni igitur nodũ dissecuerimus, res hæc implexa remanebit; vt Horatius dixit;
Nec Deus intersit, nisi dignus vindice nodus
Inciderit.

Incidamus itaq; nodum, atq; difficulta-
3 tem in apertum deduceamus: ita ex aperto facto ius orietur expressum. ad Pauli sensum lib. 39. ad Edictũ in *l. si seruus ante* 49. & Iuliani lib. 86. Digestorum in *l. si ita vulneratus est* 51. *§. æstimatio autem perenti.* atq; Alpheni lib. 2. Digestorum in *l. si ex plagis seruus* 53. *§. in Cliuo Capitolino. ff. ad legem Aquiliam.* Factum proindè sic se habet.

Anno 1593. Ioannes de Andreola Ciuitatis Melphitti, vendidit annuos ducatos triginta sex pro capitali ducatorum quatuorcentum Bernardino Lepori. Hæc ipsa triginta sex annua Camilla Lepore Bernardini nata, & hæres anno 1608. cessit Dionysio de Bottonis Ciuitatis eiusdem

Anno autem 1627. Donatus de Andreola filius, & hæres Ioannis, vẽdidit Marinæ, & Andrianæ de Bottonis annuos ducatos decem, & octo pro capitali ducatorum biscentum. Voluerunt autem, vt dicta biscentum præfato Dionysio de Bottonis in cõputum eius crediti ducatorũ quatuorcentum capitalis soluerentur. Dionysius dicta biscentum in solutionẽ recepit partis debiti, quod Ioannes (consequenterq; Donatus) de Andreola eidem pro annuis 36. debitores erant. hoc sanè modo; ducatos centum in partem capitalis quatuorcentũ, alios verò centum pro tertijs decursis dictorum annuorum triginta sex. tamen pro dictis biscentum cessionem iurium, & anterioritatis hypothecæ retrocessit dictis Marinæ, & Andrianæ. Hæ nunc, in concursu creditorum, sua esse anteriora iura existimant ab anno 1593. quo Andreola Bernardino Lepori triginta sex annua vendidit; non ab anno 1627. quo à Donato de Andreola annua 18. emerunt pro ducatis biscentum capitalis. Refribat illis ex aduerso Clericus Horatius Saracenus Ciuitatis Iuuenatij, qui creditorum in concursu anterior est. Illas pro biscentum à Donato de Andreola annua emisse decem, & octo pretio conuento ducatorum biscentum, quæ numerato dicto Donato soluerunt, illo ea recipiente. fol. 9. in processu In instrumẽto venditionis. Voluisse tamen Andreolam, vt ipsa biscentum suo nomine Dionysio de Bottonis, in extinctionẽ partis sui crediti ducatorum quatuorcentum capitalis, soluerentur. Biscentum fuisse ex pecunijs ipsius Andreolæ, vtpotè pretium annuorum decem, & octo, & in ejus dominium consequenter transiuisse; sicuti in earum dominiũ annua decem, & octo, & ius exigendi illa singulis annis, in Marinæ videlicet, & Andrianæ dominiũ, transiuere.

Solutione facta ex pecunijs ipsius Donati Dionysio, extinctum pro illa parte solutionis annuum censum fuisse; atq; etiam extinctam actionem fuisse, tertias petendi solutas, debitas per priùs pro annis decursis annuorum triginta sex. Nihil ampliùs neque pro tertijs, neq; pro annuis nouē Dionysio ex acceptis ducatis biscentum ius remansisse. pro istis factam cessionem nullam fuisse, atq; inefficacem. Causæ igitur sit status: cessionem à Dionysio Marinæ, & Andrianæ factam, fuisse nē validam, & efficacem, vel verò inualidam, atq; nullam, vt putà de re, quæ apud Dionysium adhùc nō esset? vt dissoluto nodo libera iuris succedat decisio.

Et sanè, qui Marinæ, atq; Andrianæ nodos colligant, hoc stringunt, confirmantq; modo. Obtinent illæ, pro biscentum solu-
4 tis, à Dionysio cessionem. Illius proindè locum intrauere. Vna quippè, atq; eadem æstimatur persona cedens, & cessionarius. ex Cypriano Episcopo, & Martyre in *can. denique quàm sit 9. q. 3. & eodem, quo cedens, iure vtitur. ex Alexandro Cæsare in l. emptor hæreditatis 5. C. de hered. vel act. vend.* ibiq; *Bald. lu 1. notab.* per quam optimè Valerianus, & Gallienus Augusti in *l. si in te iui fisci 7. siuè fin. C. de priuileg. fisci. Rota* apud sanct. mem. *Gregorium XV. decis. 121. num. 1. & seqq. per totam*, ibiq; *Beltram. nu. 6.*
5 vt in hypotheca quoq; succedat. *Rota* apud *Duranum* Episcopum Vrgellen *decis. 401. num. 4 par. 2. & decis. 402. num. 25. & par. 2. in recentior. decis. 502. nu. 1. & decis. 524. nu. 1.* Sicut itaquè poterat Dionysius ab anno 1593. creditor, posteriores venientes propellere creditores; ità, pariq; modo, & hæ, quæ à Dionysio cessionem obtinent, eiusq;
6 locum sortè habuerūt, & in hypotheca anterioritate venere. ex Caio lib. singulari ad formam hypothecæ in *l. potior est pignore 11.* & Paulo lib. 11. responsorum in *l. si prior creditor 13. ff. qui potior. in pign. vel hypoth. habeant. Rota* apud *Card Canaler. decis. 652. num. 1. & seqq. per totam*, & apud *Card. Mantic. decis. 80. nu. 3. & 4. Monach. Rota Bononien. decis. 19.* & apud *Marc. Ant. Thomati* nunc Episcopum Bitetten *decis. 55. nu. 4. 5. & 6. Ioan. Bapt. Thor. in compend. decis. par. 2. verbo cessionarius iuris luendi, fol. 66.*

Habet itaq; ab anno 1593. anterioritatē earum creditum, sicuti & Dionysius illam habebat, cuius repræsentant personam.

Per quàm optimè nodum stringerent, nisi nos pro Horatio arte recideremus illum, recidimus autē. Quia Dionysio, quo tempore ipse cessionem fecit, ius nullū supererat ampliùs super re ipsa cessā. Iàm enim dissolutum erat ex parte ius omne, quod ipsi per priùs super bonis adérat Donati. Neq; profectò Marina, & Andriana à Dionysio annua decem, & octo pro biscentum emere; sed à Donato, qui super bonis suis annuum vendidit censum ducatorum decem, & octo pro biscentum capitalis. Voluit tamen Donatus (vel quia ipsæ quoquè hoc voluere mulieres) vt ipsa biscentum, quæ sua erant per venditionē affecta, Dionysio in extinctionem sui soluerentur crediti, in partem videlicèt illius. Nàm centū in extinctionem abierūt annuorum ducatorum nouem, pro sorte videlicèt principali ducatorum centum. centum verò pro tertijs iàm excursis annorū triginta sex, atq; tunc temporis non solutis, pro tribus videlicèt postremis annis. Statim igitur, atq; soluta fuere bis ipsa centum, & actiones abiere omnes, quæ pro illis, & iura, & anteriores hypothecæ Dionysio super Donati bonis competebāt, & ad illum specta-
7 bant. Solutione quippè eius, quod debetur, omnis tollitur, atq; obligatio ablegatur, ac si nunquàm illa fuisset. Quia nimirùm quantum ei debebatur, recepit, & debitor liberatus est. verbis edicimus Pomponij lib. 35. ad Sabinum in *l. si creditor 26. ff. de solutionib.* nec diuersimodè Iustinianus Cæsar *§. 1. Instit. quib. mod. tollit. oblig.* quàm-
8 nis alius pro alio soluerit. debitore quàmnis innito. Idem Iustinianus *eod. §. 1. quib. mod. tollit. oblig.* & Pomponius lib. 24. ad Sabinum in *l. solutionem 23. ff. de solutionib. &*
9 *liberationib.* Neque interuallum in id exigitur temporis; sed statim, atq; solutum est, liberabitur. ex Vlpiano lib. 43. ad Sabinum in *l. quoties quis 1. ff. eodē de solutionib.*
10 quàmuis pro parte, & non in totum soluatur. aduertit *Gloss. fin. verbo solutum est* ibidem. Pro illa namq; parte, pro qua solutū est, liberatio contingit. sequitur *Vincent. de Franch. decis. 200. num. 12. Rota* apud *Coccin. decis. 212. num. 3.* & apud *Card. Canaler. decis. 99. num. 2.* & apud *Duranum decis. 259. nu. 17. & decis. 353. nu. 1. par. 2.* diximus *respons.* nostra *30. num. 1. par. 4.* Regens *Capycius Latro* Marchio Torelli *decis. 32. num. 1. & 4* perpenditq; per quàm optimè ad hanc rem idem *Regens decis. 16. num. 4. in secundo modo, & num. 5.* ac præsertim *num. 8 9. & 10. Rota in Romana census 15. Nouembris 1626.* corā *Merlino decis. 106. num. 10. par. 5. in recentior. per Rubeum.* & in eadem causa corām eodē *die 16. May 1631. decis. 41. nu. 9. 10. 11. & 15. par. 6. in eisdem recentior. per eundē Rubeum. Carleual. de iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. disput 35.*
11 *num. 5.* Vt omnis quoque hypotheca, omnisq; pignoris ratio, atq; ius extinguatur, penitùsq; aboleatur: eum satis, superq; sit creditori satisfactum fuisse. ex Vlpiano libro 38. ad Edictū in *l. si rem alienam 9. §. omnis pecunia. ff. de pignoratit. act. vel contrà.* & Papiniano lib. 21. responsorū in *l. 1. § cùm venditor. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluat.* nec

nec improbauere Diocletianus, & Maximianus Cæsares in *l. si creditor possessionē 2. aliàs fin. C. si pignus pignori datum sit*. quinimmo
sequuntur Martianus lib. singulari ad formulam hypothecariam in *l. soluitur hypotheca 5. §. 1.* & Vlpianus lib. 73. ad Edictum in *l. item liberatur pignus 6. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluat.* eodemq; modo ijdē Augusti Cæsares Diocletianus, & Maximianus in *l. si reddita debita quantitate 3. sinè fin. C. de luit. pignor. Rota* apud *Card. Mantic. decis. 146. num. 3. Gratian. forens. par. 2. cap. 286. num. 7. & par. 4. cap. 793. num. 24.* diximus *d. respons. 30. num. 4. par. 4.* Nihil ergò iuris
12 Dionysio superfuit ampliùs, vel pignoris, vel hypothecæ pro biscentum ducatis, quæ numeratò accepit, tùm pro tertijs excursis, tùm in partē sortis principalis. Sic nempè Notarius in instrumento fol. 11. à ter. in fine: *Et stante solutione ipsi Dionysio facta ab ipso Donato ducatorum biscentum de moneta eidem peruenta, vt suprà, dictus Dionysius pro dicta summa cessit, &c. dicta Marina, & Andriana, &c. omnia iura, &c. & fol. 12.* Biscentum enim à Donato Dionysius recepit; eo ipso itaq; quo illa in extinctionē recepit, iura cessauere, atq; extincta fuere, quæ pro illis biscentum, iàm solutis, aduersus Donatum, eiusq; habebat bona. Cessionem quippè dedit: *Stante solutione ipsi Dionysio facta ab ipso Donato ducatorū biscentum.* Iàm enim solutionem acceperat, cessionem quando fecit. liberatus igitur per solutionem Donatus fuerat. Nihil propterea cedere valebat pro dictis biscentum, cùm nihil pro illis iuris ampliùs superesset ei.
13 Inanis itaquè, atquè nulla cessio fuit Marinæ, & Andrianæ facta, cùm nulla ampliùs actio Dionysio permaneret. ità respondit Modestinus lib. 6. responsorum in *l. Modestinus respondit 76. ff. de solutionib. & liberat.* nec diuersimodè Vlpianus lib. 14. ad Edictum in *l. Papinianus lib. 13. quæstionum 28. ff. mandati, vel contrà.* ibiq; plenè *Glossa* verbo *& suo nomine.* ibidemq; *Gloßella* marginalis. & *Bart.* qui Glossam singularem æstimat. idemq; *Bart. in d. l. Modestinus respondit, num. 4. & Alberic. num. 2.* plenè *Menoch. de præsumpt. tom. 1. lib. 3. præsumpt. 143. nu. 1.*
14 *& seqq.* in terminis *Surdus* vbiq; benè audiens *decis. 308. num. 8. 9. & 10. Gratian. d. cap. 286. num. 6. & 7. & d. cap. 793. num. 24. Rota Maceraten* apud *Marcum Antonium Thomati decis. 51. nu. 24. & 25.* & in puncto *Rota* apud *Manzanedū*, quæ Surdum refert *d. decis. 308. num 8 & seqq. par. 2. in recentiorib. decis. 426. num. 4. & decis. 450. num. 3.* coràm eodem *par. 2.* diximus *d. respons. 30. nu. 6. & 7. par. 4.* perpenditq; idē *Carleual. d. disput. 35. nu. 5. in fin.* ex *Gloss. vlt. in d. l. Papinianus 28. ff. mandati.* prosequiturq; *nu. 11. in 4. casu.* cùm
15 debitor soluit creditori de propria pecunia. *& num. 12.* nec dissentitur *Francisc. de Ponte cons. 87. nu. 22. & 23. lib. 1.* qui dat intellectū germanū, vt ipse putat, ad Paulum lib. 3. quæstionū in *l. Aristo Neratio Prisco 3. ff. quæ res pign. vel hypoth. data oblig. non possunt.* idemq; decreuere respondentes AA. Marcellinæ Seuerus, & Antoninus Cæsares in *l. 1.* ibiq; *Gloss. & Bal. C. de ijs, qui in prior. credit. loc. succed. Rota* apud *Card. Seraph. decis. 481. num. 1. Carlenal. d. disput. 35. num. 1. & seqq. per tot.*

16 Nec proficit quidquam, quòd Marina, & Andriana ex proprijs pecunijs Dionysio soluere. potuisse proindè pro ipsis, quę soluere biscentum, cessionē obtinere. ex Marziano *d. l. soluitur hypotheca 5. §. 1. de solut.* verba sunt Martiani: *Aliud est, si ius obligationis vendiderit creditor, & pecuniam acceperit, tunc enim manent omnes obligationes integræ: Quia pretiū loco id accipitur, non solutionis nomine.* ità Martianus. Exprimitq; apertiùs *Glos.* verbo *integrè.* scilicet emptori. Nec diffitetur Modestinus in *d. l. Modestinus respondit 76. ff. de solut. & liber.* dùm distinctionem adhibet inter solutionem simplicitèr factam nomine debitoris, & solutionem mandatarij nomine factam. vt illo primo casu extinctæ sint actiones, nec proficiat cessio; non verò secundo. Rationem in fine in hoc secundo casu inferens, dicensq;: *Cùm nouissimo quoq; casu* (inquiēs)
17 *pretium magis mandatarum actionum solutū, quàm actio, quæ fuerit, perempta videatur.* ità Modestinus, ibiquè *Gloss.* verbo *actionum,* plenèq; *Bart.* sequiturq; *Menoch. d. lib. 3. præsumpt. 143. num. 3. & seqq.* pluribusq; Regēs *Capycius Latro d. decis. 16. à num. 11. & seqq. Rota d. decis. 41. à nu. 16. cum seqq* apud *Merlin. d. par. 6. in recent.*

Et sanè, quòd obiectio non proficiat, id habetur expresse ex facto. Anno quippè 1627. Donatus de Andreola annuum censum ducatorum decem, & octo Marinæ, & Andrianę de Bottonis pro biscentum vendidit, quæ numeratò, & in contanti ipse recepit. Voluere tamen illa solui Dionysio in partem sui crediti. Bis illa centum itaq; pretium fuerunt annuorum duc. decem, & octo, quæ super bonis suis Donatus, Marinæ, & Andrianæ vendidit. Acquisita ergò illa biscentum Donato venditori fuere: Ex accidenti autem factū est, vt illa breui manu Dionysio soluerentur. Non igitur in dominio erāt ampliùs Marinæ, & Andrianæ, sed Donati, cui pro pretio annuorum decem, & octo bis illa centum soluere; vt ex illo tunc annuus ipse census in dominiū transierit Andrianæ, & Marinæ, & fluere cęperit annuus cēsus pro ipsis à die 16. mensis Aprilis dicti anni 1627. vt ex ipsomet
18 instrumēto fol. 9. à ter. in fin. patet. Ex pretij quippè numeratione, reiq; traditione

emptio fit, & venditio ; atq; vtrinq; dominium transfertur. ex Diocletiano, & Maximiano Augustis in *l. cùm res 11. C. de probat. Rota* apud sanct. memor. *Gregorium XV. de-*
19 *cis. 133. nu. 1.* Et soluta dicitur pecunia, non solùm, si numerata sit illa creditori, sed & si iussu eius alij soluatur. vti Martianus lib. singulari ad hypothecariã formulam docuit in *l. solutam pecuniam 49. ff. de solut. & liber.* Namquè Vlpianus vt docet lib. 17. ad Plautium in *l. quod iussu 141. ff. de regul. iur.* ipso dicente, atq; docente : *Quod iussu alterius soluitur, pro eo est, quasi ipsi solutum esset*. Non ex proprijs itaq; soluere pecunijs Marina, & Andriana Dionysio, sed ex Donati, cùm ipsemet biscentum eidem soluit, quæ pro pretio decem, & octo in singulos annos venditorũ, eidem recipienti (vt ostẽdimus) numeratò data, atq; soluta fuere. Quàmuis etiam ipsę Marina, & Andriana pro Donato illa Dionysio breui manu soluissent, numerassentq; voluntate namquè Donati illa dedissent. Eundem excipe Vlpianum lib. 58. ad Edictum in *l. solutum non videtur 11. §. solutam autem. ff. de pignor. act.* sequentibus quippè ipse fatur, & ad rem nostram apposite : *Solutam autem pecuniam accipiendum est, non solùm si ipsi, cui obligata res est, sed & alij sit soluta voluntate eius, vel ei, cuius heres extitit, vel procuratori eius, vel seruo pecunijs exigendis præposito*. sequitur *Glos. in d. l. solutam 49.* verbo *sed & iussu. ff. de*
20 *solut.* Statim ergò, atq; eo ipso momento, quo solutio Dionysio facta fuit biscentum volũtate, & ex pecunia Donati, vel ipsemet soluit, & verè soluit, hypotheca cessauit pro illis in Donati bonis, atquè extincta obligatio fuit, ac si non priùs fuisset. ex Papiniano lib. 3. responsorũ in *l. debitor à creditore 40. §. soluta pecunia ff. de pignor. act.* ibiq; *Bart. in summario* dicens : Soluta pecunia liberatur pignus ab eo, cui est solutum. *Nec*
21 *quicquàm ampliùs præstare cogitur.* Papinianus ibidem subnectit. Inutilis idcircò, atq; inanis cessio fuit iurium, quam Marinæ, & Andrianæ Dionysius fecit, cùm iura ipsa, & hypothecæ, solutione iàm facta biscentum, euanuerint, cessauerint, atq; extincta fuerint. Frustrà igitur cessit, quod apud ip-
22 sum ampliùs non erat. Nec ampliùs, quàm in ipso erat, transferre poterat. ex Vlpiano lib 16. ad Edictum in *l. nemo plus iuris 55.*
23 *ff. de regul. iur.* vndè, qui nihil in hac re habuit, extinctis iàm iuribus, & hypotheca ex hac parte, nil dare vtiquè potuit. ex Vrbano II. in *can. Daibertum 24. 1. quæst. 7.* concinitq; Innocentius III. in *cap. nupèr à nobis 6. §. postulasti præterea. de donat. inter vir. & vxor.* ibiq; *Gloss.* verbo *nullus plus iuris.* & *Glossula* marginalis in *d. l. nemo plus*
24 *iuris*. Nec cedi potuit, quod non erat : ex Africani sensu lib. 7. quæstionum in *l. eius,* *qui in prouincia 41. ff. de reb. credit. & si cert. petat. Surd. d. decis. 308. num. 10. & 15. in fine.* Neq; prætereà Marina, & Andriana à Dionysio annuum censum duc. decem, & octo pro biscentum emere, quod si fecissent, per quam optimè iura, quę aduersus Donatum
25 habebat, atquè hypothecam cedere valuisset : ex iure luendi cesso. in quibus terminis *Capycius Latro* loquitur (in tertio videlicèt casu) *d. decis. 16. à num. 11. ad finem.* & eodem modo consilium *D. Fabritij Brancatij*, quod in fine d. decis. D. Regens detulit, atquè decis. Reg. *Reuert.* quàmuis *in fin. num. 55.* pro nobis sit, & in terminis nostris loquatur. deducitq; plenè *Carlenal. d. disputat. 35. num. 37. & seqq.* de iure luendi disserens, eiusq; perpendens effectus. Sed à Donato directò annuum censum duc. decem, & octo pro biscentum iusti pretij, emerunt. Quam ob causam, licèt biscentum in actu primo, quando scilicet emerunt, Marinæ erant, & Andrianæ ; soluerunt tamen illa in actu secũdo, & exercitio Donato. Ex accidenti autem factum est, vt ex delegatio-
26 ne Donati, soluerint Dionysio. Poterat enim illa, & in mari deijcere, eaq; dilapidare, ac perdere. ad Vlpiani sensum lib. 25. ad Edictum in *l. sed, & si lege cõmissoria 28. §. consuluit Senat. ff. de petit. hæred.* perpendimus *respons.* nostra *45. num. 37. par. 3.* Non
27 igitur persona perpendenda erit Andrianæ, & Marinæ, quæ primatiò, atq; materialitèr pecunias numerauere ; sed persona Donati Dionysio debitoris, qui formalitèr soluebat, vt sui debiti partem extingueret, & pro illa, qua soluebat parte, liberaretur, sicuti pro ipsis biscentum eum liberauit, & pro centũ ex dictis retrouenditionẽ eidem fecit ann. duc. nouem ex summa ann. duc. triginta sex sol. 12. in fin. in instrumento. Extincta igitur pro biscentum ipsis omnis actio fuit, & omnis hypotheca, quæ pro illis apud erat Dionysium. Retrouenditionem equidèm Donato fecit ann. ducat. nouem pro centum, ex capitali receptis, atq; pro tertijs iàm solutis eundem liberauit Donatum. Quid igitur cessit Dionysius Andrianæ, & Marinæ, si debitorem per solutionem liberauit factam ? Cœteròquin non liberatus Donatus fuisset, sed & Dionysio, & Marinæ, atq; Andrianæ pro eisdẽ
28 biscentum debitor permansisset. Debitor autem, & creditor correlatiui sunt termini, vt sicuti per solutionem fit satis creditori, ità, pariq; modo per solutionem debitor liberatur. ex Iuliani Cæsaris sensu de correlatiuis disponẽtis (vt vir, & vxor sũt) in *l. legem Iuliam Miscellam 3. sine fin. C. de*
29 *indict. vidu. toll.* pariq; modo emptor, & venditor, vt facta contractus resolutione ex vna parte, totus præscindatur contractus. ex Iubaquo libro 3. Digestorũ in *l. cùm* *emptor*

emptor. venditori 4. ibiquè *Bart. in summario. ff. de rescind. vendit. & quando lic. ab empt. discedi.* Sicuti verò venditor rem præstare debet venditam, eamq; emptoris facere; ità emptor venditoris nummos facere cogitur, vt Vlpianus infert lib. 32. ad Edictum in *l. ex empto actione* 11. *in princ. ff. de action. empti, & venditi.* sequiturq; ad rem nostrã *Surd. d. decis.* 308. *num.* 15. *circ. fin. & num.* 16. *&* 17. Ni fortasè, si contra fiat, quæ vnita
30 sunt, & respectum, atquè correlationem inter se se habent, diuidantur, atquè dissepa-rentur; quod absurdum Iabolenus existimauit lib. 9. epistolarũ in *l. cum, qui ætas* 43.
31 *ff. de vsucap. seù vsurpat.* Nàm relatiua sunt, quæ ad inuicem respectum habent, & quomodolibèt alterius ad alterum est. ex *Aristotele in prædicam. relat. Petr. Gregor. Tholosates comment. ad syntax. art. mirab. tom.* 2. *lib.* 5.
32 *cap.* 6. & in *syntax. lib.* 5. *cap* 3. Quod ergò de vno dicitur relatiuorum, & de altero dictum censetur. ex Papiniano lib. 17. quæstionum in *l. asse toto* 77. *ff. de hæred. instit.* & Martiano lib. 7. Institut. in *l. cùm seruus* 18. *ff. de condit. instit. Gratian. forens. par.* 1. *cap.* 26. *num.* 15. *&* 16. *Octauius Glorit ius cons.* 5. *num.* 46. *&* 47.
33 Eò ipsò itaquè, quo Donatus pecunias, quas à Marina, & Andriana acceperat, Dionysio soluit; (ipse namq; fuit, qui soluit, qui pecunias accepit, atquè pro pretio ann. ducat. decem, & octo eisdem venditorum, illas in solutum recepit;) extincta ex illa parte actio fuit, atq; hypotheca sublata. Nihil ergò remansit ampliùs Dionysio (quòad hanc partem) quod cederet. fuit ergò nulla, atq; inanis cessio, quam pro biscentum eidem solutis, Marinæ, atquè Andrianę fecit; cùm nihil ipse haberet quòad hanc partem, quod cederet ampliùs. Nullo propterea modo ab anno 1593. anterioritatis iure vti potuere, cùm cessio firma minimè fuerit. vt nullo modo subsistere cessio potuerit, quæ per solutionem pecuniarum (bis centum videlicèt) per Donatum Dionysio factam, firmitatem nullo modo habebat, extinctis iàm iuribus Dionysij per solutionem, vt dictum est suprà. Quam
34 ob causam fundamentum nullum firmare poterint in *decis. Reg. Capyc. Latro* 16. quę in tertio casu locum habet: in venditione videlicèt iuris luendi, non verò in primo: & secundo casu, atq; consequentèr neque in hoc nostro. pariq; modo in *decis.* 106. corã *Merlino par.* 5. *in recent. & decis.* 41. *à nu.* 16. *par.* 6. *in eisdem recent.* in superioribus quoquè relatis, quæ in casu satis à nostro dissito verba faciũt. ex facto verò ius firmatur, vt in initio detulimus.

Neq; firmitatem habet, quòd dicta biscentum data fuere cum pacto *pro dictis ducatis biscentum breui manu affrancãdis à Dionysio Bottoni creditore dicti Donati, vt filij, & hæredis quondam Ioannis Andreolæ in maiori summa, & recuperãdi iurium cessionem ad fauorem ipsarum mulierum, fol.* 9.
35 Quia, nimirùm solutio facta fuit ex pecunia, quæ iàm in dominium trãsierat Donati. Eo ipso igitur, quòd illã soluit Dionysio, iura extincta fuere Dionysij. Nequè
36 præterea requisita intercessere, quæ *Gloss.* enumerat in *d. l.* 1. *C. de his, qui in prior. cred. loc. succed.* & in *d. l. Aristo* 3. verbo *pignus. ff. quæ res pign.* perpenditq; *de Ponte d. cons.* 87. *per tot.* & latè *Carleual. d. disput.* 35. *à num.* 1. *per tot.* casus omnes distinguens; præsertim verò *num.* 28. 29. *& seqq. & num.* 35.

Dissolutus est ergò nodus, quo nos ligare putauerunt, qui Marinam, & Andrianam tuebantur: quòd cedẽtis iure cessionarius vtatur, atq; in eius subiciatur locum, & vnà cum cedente persona putetur.
37 Admittimus id quidèm, nec diffitemur, sed si cessio firma persistat, atquè habuerit
38 cedens, quod cederet. Nemo quippè potest plus iuris in alterum transferre, quàm sibi competere dignoscatur. ex Bonifacio VIII. in *reg. nemo potest plus iuris* 76. *de re-*
39 *gul. iur. in* 6. Erant enim extincta tunc iura cessa Dionysij per solutionẽ, vt in superioribus ostendimus. nihil ergò cedere ampliùs potuit. *Rota* apud *Duranum decis.* 290. *num.* 3. *&* 5. & apud sanct. mem. *Gregor. XV. decis.* 277. *num.* 2. & apud *Card. Caualer. decis.* 312. *num.* 3. *& decis.* 219. *num.* 16. *Grattan. forens. par.* 3 *cap.* 501. *num.* 26.

Eodem ergò vtentur iure hæ mulieres, quo Dionysius. Ille autem pro biscentum iàm solutis, cùm extinctum, atq; dissolutũ eius fuerit creditum, & Donatus solutione liberatus, agere nihil potest, quod iuris ei nihil superfit ampliùs. ergò nec Marina, nec Andriana. Ab anno itaq; 1627. Donati creditrices sunt, quo tempore annua decem, & octo pro biscentum aureis eis vendidit. Ab illo ergò tempore agent.

Restituant ergò oportet, quod contrà ius
40 acceperunt. Restitutio nempè, in pristinũ est gradum repositio, vt vnusquisq; integrũ ius suũ recipiat. ex Paulo lib. 4. ad Edictum in *l. quod si minor* 25. *§. restitutio autem. ff. de minor.* atquè Antonino Cæsare in *l.* 1. *C. de reputat. S. Thom.* 2. 2. *quæst.* 62. *artic.* 1. *in corp.* diximus *respons.* nostra 58. *num.* 17. 18. *&* 19.
41 *par.* 4. Præterquàm quòd, nequè venditio ipsa annui census subsistit, vti vsuraria, atq; contrà formam Constitutionis Nicolai V. de censibus. Excedit nempè summam annorum decem in singula centum. Nàmq; nouem in singula centum reseruata fuere, illaq; franca, & libera ab omnibus impositionibus, atquè solutionibus, quæ ad ipsas ementes quomodolibèt spectarẽt, atq; spectare possent, vti nos deduximus *respons.*

nostra

nostra 91. *à num. 30. & seqq. par.4.* atq; *respons.77.num.45.par.5.* quæ propediè mundi lucem videbit, sub prælo militans; si Deus voluerit, & si vixerimus. vt Apostolus nos admonet Iacobus *epist.* sua *cap.4.15.*

Accedit etiam, quod & siquidèm, cessio firma esset, perstaret vtiq; pro centum in capitalis extinctioné datis. Nàm pro cen-
42 tum in tertiarum solutionem impensis, nõ ab anno 1593. anterioritas succederet, sed ab annis tribus, pro quibus solutio facta fuit centum, antè annum 1627. ex Paulo libro 5. ad Plautium in *l. insulam 14. ff. qui potior. in pign. vel hipoth. hab.* & discutit *Carleual. d. lib.1. tom.2. tit.3. disput.33. nu.2. & seqq.* Cùm annuæ præstationes hæ singulis cedãt annis. ex Martino Glossatore, sequiturq; *Cenciùs de censib.* qui alios refert *par.3. c.1. quæst.8. art.2. nu.1. Reg. Capyc. Latro decis.27. num.4. & seq.*

Atq; ità ex his, quę Aristarchi supercilio lubentèr subijcimus, nodum dissoluentes, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Hominis cor duo quàm maximè premunt.*
Paupertas, & diuitiæ.
Hæ solicitudine. illæ miseria.
2 *Diuitiæ cor eleuant, paupertas deprimit.*
Diuitijs omnia parent.
3 *Paupertas onus est maximum.*
Et ridiculos homines facit.
Paupertatem proindè vt fugiãt homines, nihil intactum dimittunt. num.5.
4 *Salomon Rex Israel prouerb. 30. 7. & 8. duo rogabat Dominum.*
Diuitias, & paupertatem nè dederis mihi.
Tribue tantùm victui meo necessaria.
6 *Occasio fronte est capillata.*
Capienda igitur, dùm se offert.
Si semel abierit, in apprehensa manet.
7 *Præsentato à maiori Compatronorum parte debetur institutio. & num.8. & 11.*
9 *Præsentatus ad beneficiũ iuris patronatus laicorum, sufficit quòd sit idoneus, vt maioribus fulciri meritis dicatur.*
Modò à maiore patronorum parte præsentatus fuerit.
10 *Vota præsentantiũ si æqualia fuerint, Episcopi remittitur arbitrio, vt eum præferat, qui maioribus, & studijs iuuatur, & meritis.*
12 *Præsentatus à patronis existentibus in possessione iuris præsentandi præferri debet. & num.27.*
13 *Ius patronatus hæreditarium, in hæredem, & cum vniuersitate transit bonorum.*
Ius patronatus quibus modis trãsit, ex Gloss. num.14.
15 *Possessio iuris præsentandi per vnicum actum acquiritur.*
Effectuatione tamen sequuta.
Nisi per errorem processerit. num.16.
17 *Errans consentire non videtur.*
Quia per ignorantiam facit.
Consequenterq; sine consensu.
18 *Animus nè verbis quidèm, sed factis multò fit magis palàm.*
Nàm potentiora verbis sunt facta. nu.19.
19 *Facta potentiora sunt verbis.*
20 *Status vltimus attendendus in beneficijs.*
Iuris patronatus præsertim.
Quia vltima præualet possessio.
21 *Renunciatione facta difficile quis ad renunciata reuertitur.*
22 *Renuncians mortuo similis æstimatur.*
23 *Esau ad primogenita, quæ renunciauit, reuerti amplius non potuit.*
24 *Probare dicentis, asserentisq; est, non negantis.*
25 *Actione carens experiri in iudicio minimè potest.*
Iudicis proindè officio remoueri valebit.
26 *Manuteneri in possessione præsentandi debent, qui in illa sunt, & præsentationis reperiuntur tempore.*
27 *Instituendus is est, qui præsentatus fuit ab existentibus in possessione iuris præsentandi.*

ARGVMENTVM.

Præsentatus à maiori compatronorum parte, ad beneficium iuris patronatus institui debet: & sat erit, esse illos in possessione iuris præsentandi. In paritate verò votorum ei gratificari potest Episcopus, qui maioribus, & studijs iuuatur, & meritis. Ius patronatus hæreditarium in hæredem, & cum vniuersitate transit bonorum. Iuris præsentandi possessio per vnicum quoq; actum acquiritur, modò non per errorem fiat, & effectuatione sequuta. Errans consentire non videtur. Animus nè dùm verbis, sed factis declaratur, quæ præ-
ualent.

ualent. Status attenditur vltimus in beneficijs. Renunciatione facta difficile quis ad renunciata reuertitur. Manuteneri quis debet in possessione iuris præsentandi, qui in illa reperitur. Actione carens experiri non potest, quin Iudicis repelli officio debet.

RESPONSIO CII.

1 DVo sunt in hominibus, quæ cor eius, quàm maximè præmunt, paupertas,& diuitiæ. hæ quidèm
2 solicitudine,illæ verò miseria. Diuitiæ cor eleuant, paupertas deprimit. Diuitijs omnia parent. Magnum pauperies opprobriũ.

Omnis res
Virtus, fama,decus,diuina,humanaq; pulchris
Diuitijs parent, quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis,iustus,sapiens,etiam,& Rex,
Et quicquid volet.

vt Horatius lib. 2. sermon. cecinit

3 *Paupertas verò mihi onus visum est, & miserum,& graue.*

Terentius in Adelphis dixit. & Plautus in Rudente

Miserum istud verbum,& pessimum est, habuisse,& nihil habere.

Nàm vt Iuuenalis satyra 3. dixit:

Nihil habet infælix paupertas duriùs in se,
Quàm, quòd ridiculos homines facit.

4 Hoc cùm vidisset Salomon ditissimus ille Rex Israel, Dominũ rogabat (Prouerbiorum 30. 7. 8.) *Duo rogaui te*, (inquiens) *ne deneges mihi, antè, quàm moriar.*

Mendicitatem, & diuitias nè dederis mihi. tribue tantùm victui meo necessaria: nè fortè satiatus alliciar ad negandum,& dicam: Quis est Dominus? aut egestate compulsus furer, per-
5 *iurem nomen Dei mei*. & sanè paupertatem, vt fugiãt homines: quid non faciunt? quid non tentant? quid non moliuntur? nàm vt quidam dixit:

Nullum pauperie molestiùs est onus.

Quàmuis ingenio valeas, si paupertate premaris, nihil obtines. Vt dixerit aptè Iuuenalis Satyra 3.

Haud facilè emergunt, quorũ virtutibus obstat
Res angusta domi.

Hanc vt fugiant homines, & quidquam compendij faciant, cùm sibi occasio se se offert aliquid quærendi, omnem intendũt, mouentq; lapidem, vt acquirant. nè si fortè semel effugerit, frustrà quærant illam, vt
6 capiant. Fronte est enim capillata, si semel abierit, inapprehensa manet. sic de illa quidam ab ipsa exposcit:

Cur villis capitis posteriora cares?
Si semel alatis homines effugero plantis,
Ne possim parte hac posteriore capi.

vel, vt Aleiatus Emblemate 122.

At heus tu,
Dic, cur pars calua est posterior capitis?
Me semel alipedem si quis permittat abire,
Ne possim apprenso postmodò crine capi.

Hæc proindè nè fugiat occasio; cùm mensibus elapsis vacante Sede Episcopali Litteren, vacauisset quoquè in Terra Graniani eiusdem Litteren Diœcesis simplex beneficium, inuocatione insigne Sanctæ MARIÆ Annuntiatæ intus maiorẽ Ecclesiam Sanctissimi Corporis Christi eiusdẽ Terræ ob supremum diem, quem effugere haud potuit Reuer. D. Martinus della Rocca eiusdem Terræ Presbyter. Cùm verò sit de iure patronatus laicorum, temporibus præteritis, & vltrà metas annorum centum à nobilibus Viris Familiæ Domini Martini erectum, fundatum, atq; dotatum, qui illud per præsentationem accipere tentauere, quidam fuit Clericus,& Reu. D. Ascanius de Afflicto Terræ eiusdem presbyter. Hic igi-
7 tur à maiori patronorũ parte, qui in quasi possessione sunt præsentandi, præsentatus fuit. Ei proindè debetur institutio. ex Leone Papa *Can. si fortè 36. siuè fin. dist. 63.* & ex Concilio Lateranen in *cap. quoniam 3. de iure patronat.* & quidèm quòd à maiori sit patronorum parte præsentatus, sic ex facto deducimus.

Anno quippè 1528. vt ex Bullis patet Adm. Reuer. Domini Alphonsi de Marino tunc Archipresbyteri Granianen fol. 27. vacante dicto beneficio ob suprema funera Presbyteri Andreæ Sicardi, præsentatus ad illud fuit Clericus Aloysius, siuè Luisius Sicardus. præsentauerunt autem eum

Ioannes Franciscus Domini Martini.
Pirrus Antonius Sicardus, nomine, & pro parte Lauræ Domini Martini eius matris.
& Philippella de Miro hæres qu. Francisci Domini Martini.

In tres itaq; totum hoc ius patronatus, & præsentãdi diuisum erat voces. Pars autem, quæ ad Lauram Domini Martini spectabat, ad Sicardos deuenit. atq; demùm ad Aloysium Sicardum, qui hæredem sibi dixit Ecclesiam, siuè Oeconomos,& Magistros Ecclesiæ Sanctissimi Corporis Christi eiusdem Terræ Graniani, qui anno 1625. dictum Dominum Martinum della Rocca præsentauerunt. fol. 3. in processu.

Pars verò Ioannis Francisci Dñi Martini ad Ioannem Bernardinum deuenit Sicardum ex testamento dicti Ioannis Fran-

cisci,

cisci,& Iacobi eius filij. vnde ipse Ioannes Bernardinus anno 1556. die 28. Iulij dictorum Ioannis Francisci,& Iacobi hereditatem admisit fol.26. in processu.

Anno verò 1566. die 9. Septēbris, cū mortem obiret dictus Ioannes Bernardinus Sicardus, supremas condens tabulas, iura patronatus & præsentādi quæcunq; habebat, per donationem quoq; irreuocabiliter inter viuos, ac iure legati in personam transfudit Ioannis Antonij de Miro, & eius hæredum, & successorum. fol.25. ex particula testamenti.

Pars denique Philippellæ de Miro, quæ hæres fuit quond. Francisci Domini Martini, ad Sebastianum Rinaldum, ex successione deuenit, & ab eo ad Rogerium, & Prosperum de Rinaldis eius filios & demū anno 1561. ad Hieronymum de Rinaldo filium eiusdem Prosperi. fol.22.& ex Ioanne Hieronymo ad Claricem de Rinaldis sororem dicti Ioannis Hieronymi, & per illam demùm ad Miros fol.7. Duas itaque voces ex tribus, qui de domo sunt, & familia de Miro, obtinent. Habet proindè Dominus Ascanius de Afflicto, ex tribus totius vocibus, duas. Ipse igitur à maiori præsentantium parte est præsentatus. Instituendus ergo.

Fuit namq; ipse præsentatus à Domino D. Ioanne Antonio de Miro, & Marcello eius nepote, vti descendentibus à Ioanne Antonio de Miro donatario, & legatario qu. Ioannis Bernardini Sicardi. Ab Angelo quoq; de Miro fratre dicti D. Ioannis Antonij, & patruo dicti Marcelli.

Qui etiam præsentauerunt vti donatarij Ianuarij de Rinaldis quę donatio fuit confirmata, firmiorq; facta assensu Dñi Episcopi Litteren die 20. mensis Aprilis 1628. fol.10. in processu. Est itaq; præsentatus D. Ascanius à maiori patronorū parte: Quia nimirùm, vt mathematica demonstratione delineauimus, ex tribus vocibus totius iuris-patronatus, & præsentandi duas ipse obtinet voces. à maiori propterea parte.

8 Ipse ergo instituendus. Sic nempè ex allegato in superioribus Concilio Lateranen in *d.cap.quoniam in quibusdam 3. de iure patronat.* habetur: *Præsenti decreto statuimus, vt si fortè in plures partes Fundatorum se vota diuiserint, ille præficiatur Ecclesiæ, qui maioribus iuuatur meritis, & plurimorum eligitur, & approbatur assensu.* ita Lateranense Concilium. Equidē meritis D. Ascanius maioribus iuuatur, quia Sacerdos, atque

9 idoneus, quod vnum sufficit, secundū *Gloss.* ibidem verbo *quia maioribus.* consentitq; Leo Papa ad Anastasium Thessalonicensē Episcopum *d.can. si fortè 36. fine fin. dist.63.*

10 qui sequentibus infert, quando videlicet patronorum vota fuerint æqualia: *Si fortè vota eligentium in duas se diuiserint partes: Metropolitani iudicio is alteri præferatur, qui maioribus & studijs iuuatur, & meritis. tantū vt nullus inuitis, & non petentibus ordinetur.*

Petentium verò, & præsentantiū voces, ex

11 tribus, duæ pro D. Ascanio sunt. Ipse ergo à maiori præsentantium parte petitur. Ordinandus proindè, atq; instituendus ipse. prosequiturq; *Couar. practicar. qq. cap. 36. num.4. vers. tertiò opportunè, in fin. Claudius Tuttus de iure patronat. quæst.11. num.2. Riccius* Episcopus Vici Equen *in praxi par.1. resolut.173. num.1. Marius Antonin. variar resolut. lib.1. resolut.104. num.1. Rota par.2. diuersor. decis.6. num.5. & decis.117. num.1. & in recentior. par.2. decis.346. num.4. & decis.402. Rota in Lunen Sarzanen beneficij* 31. *Maij* 1627. corām *Durano decis.110 num.1 & nu.* 11. apud *Viuian. in praxi iuris patronat.* quę est in impressis apud eundem *Duranum* Episcopum Vrgellen *decis.87 num 1. & 11. part.1.* & in *Lunen Sarzanen Capellaniæ* 24. *Ianuarij* 1628. corām eodem *Durano decis.* 111. *num.1.* apud eundem *Viuianum.* dixi mus *respons.* nostra 6. *num* 8. *par.3.* Existen-

12 tibus præsertim ipsis patronis in possessione præsentandi. ex Alexandro III. in *cap. cōsultationibus 19. in fin. de iure patronat. Ferrett. cons.33. num.4. cum seqq. lib.1. Rota* apud eundem *Dominum Duranum d. decis.* 110. aliàs 87. *num.11.*

Neq; dicas, vt obstaculum facias, quòd anno 1580. Reu. D. Ferdinando de Apritia, Archipresbytero Granianen vacante beneficio præfato ob supremū diem D. Aloysij Sicardi, præsentatus fuit ad illud D. Simeon de Amato per Iulium Coppulā Neapolitanum, hæredem vniuersalē Magnifici Ioannis Bernardini Sicardi. ipsi proindè iure hæreditatis ius patronatus, & præsentandi debebatur, non Ioanni Antonio de Miro legatario, siue donatario dicti D. Io.

13 Bernardini Sicardi. Ius namque patronatus hæreditarium, in hæredem, & cum vniuersitate transit bonorum: ex Gregorio in *can. considerandum* 35. ibiq; *Gloss.* verbo *cohæredes 16. quæst.7.* & ex Alexandro III. in *cap. cùm seculum reliquerlis 13. de iure patronat.* quo loco *Gloss* verbo *emptiorum.* mo-

14 dos tradens, quibus ius patronatus transfertur, infert:

Iura patronatus transire facit hæres,
Res permutata, donatio, venditioq;

Erat iustus Coppula hæres vniuersalis Ioannis Bernardini Sicardi, in eum iure trāsire ius patronatus, & in hæreditate agnoscebatur Ioannis Bernardini prædicti. pos-

15 sessionem prointe quā hoit præsentandi, per vnicum quoq; actum, effectuatione potissimum secuta per institutionē. ad traditā per Innocentium III. in *cap. cùm Ecclesia Sutrina 3. de caus. possess. & propriet.* vbi

difusè

diffusè *Ripa nu.53.& seqq. Calderin. cons.12. de iure patronat. Claudius Tutius de iure patronat. quæst.3.num.13. Rota par.2. diuersor. decis.318. num.2.* & apud *Card. Seraphin. decis.1334. nu.1.* & apud sanct.memor. *Gregorium XV. decis.222.num.4.& 5.& decis.417. num.1.& decis.452.num.14.& seq.*& in dicta *Lunen Sarzanen* coràm *Durano d.decis* 110. *num.8.*apud *Vivianum,& decis.87.nu.12.*in impressis apud eundem Duranum,& *decis. 199.num.3.*apud eundem.*Garsias de benefic. par.5.cap.5.nu.59. Rota* apud *Card.Caualer. decis.197.num.2.& 3.& decis 626 nu.2.& 3.* diximus *respons.*nostra *39.num 24 par.4.*

Non equidem obstat, Indè quippè tunc præsentauit,& vti hæres Ioannis Bernardini Iulius Coppula: Quia nesciebat dictum Ioannem Bernardinũ, vel saltim scire nolebat, iura patronatus Ioanni Antonio de
16 Miro reliquisse,donoq; dedisse. Per ignorantiam igitur præsentationem illam fecit, atq; per errorem. Citrà proindè con-
17 sensum. Neq; profectò, qui errat, consentire videtur; atq; consensum præstare in eo,quod agit; quin imperitiã detegit.ideò scilicet fecisse, quia ignorauit. ex Vlpiano lib.2.de omnibus Tribunalibus in *l. si per errorem 15.ff.de iurisd.omn.iudic.* ibiq; *Gloss.* verbo *detegit.* Idemq; lib.11.ad Edictum in *l.nihil consensui 117.ff. de regul.iur.* deduximus *respons.*nostra *58.nu.44.45.& 46.par.4.* Detegit antem imperitiam,atq; se errasse professus fuit Iulius Coppula, quia nunquã ampliùs,neque ipse,neque ex eo aliquis,ad
18 præsentandum accessit. Factis propterea, neque verbis dumtaxat, animum patefecit
19 suum,atque in palam deduxit. Potentiora namq; verbis sunt facta. vti Christus Dñus noster *Ioannis* 10. 37. nos docuit, Phariseis dicens, atq; exprobrans: *Et si mihi non vultis credere,operibus credite.* testatusq; per quàm optimè fuit Innocentius ille III. & Pontificatu, & doctrina Summus in *cap. cũ inter 13. §.fin.in fin.de senten. & re iudic.* illis verbis: *Veritate gestorum sermonibus præualente.*Rota apud sanct.mem.*Gregoriũ XV. decis.247.num.18.*deduximus *respons.*nostra *24.num.26.par.4.*

Hanc proindè ob causã beneficio prædicto vacante anno 1628. per supremum diem D.Ascanij de Medicis,quando institutus fuit D. Martinus della Rocca, cuius ob mortem nunc vacat beneficium,sententia Domini Archipresbyteri cũ voto Consultoris declaratum fuit: Ius præsentandi ad Franciscum Mariam de Miro, & Clericum Angelum de Miro vti descendentes à Ioanne Antonio de Miro donatario Ioannis Bernardini Sicardi spectare, atq; proindè manutenendos esse in possessione,seù quasi iuris patronatus & præsentandi. fo-
20 lio 32. Hunc propterea vltimum statum attendendum esse; quia profectò vltima præualet possessio. *Calderin. d.cons.12.de iure patronat. Rota decis.7.de iure patronat.in nouis.* & *par.2.diuersor.decis.167.num.9.Vinc.de Franch. decis.85. num.2. Rota* apud *Card.Seraphin.d.decis.1334.num.7.*& apud *Duranum d. decis.199. num.13.* & apud sanct.memor. *Gregorium XV. d.decis.452.nu.20.* & in *Cremen.Capellania 14 Iunij 1594.* coràm *Card. Mellino decis.13. num.2.* apud *Viuian.de iure patronat.* plura deduximus *d.respons.* nostra *39.num.18.par.4.*

Neque demùm obstaculum faciet,quòd dicant: anno 1567. dictum Ioannem Antonium de Miro nuncium misisse dicto legato, siuè donationi eidem facta iuris patronatus, & præsentandi per dictum Ioannem Bernardinum Sicardum; ad fauorem Reu.Domini Aloysij Sicardi Archipresby-
21 teri Terræ Gragniani,non potuisse proindè ad renunciata iura reuerti iterùm. ex Alexandro III. in *cap.ex transmissa 3. de renunciat. Rota* apud *Cardin.Caualer. decis 7. num 2. Maceraten variar.resolut.lib 1. d.reso-*
22 *lut.104.num.14.in fin.* Eodem quippè modo renunciãs habetur, ac si mortem obijsset, quia ad idem reuerti minimè potest, cùm semel à se, quod renunciauit, abdica-
23 uerit. Sicuti Esau, qui renunciauit semel primogenita, ad ea reuerti ampliùs non potuit. quod perpendit S. Cyprianus Episcopus, & Martyr ad Iubaianum, relatus *can. quàm periculosum sit 8 7.quæst.1.* & notata in *Clement. vnic. de renunciat.* deduximus *respons.* nostra *29. num. 16. 17. & 18. part. 4.*

24 Cùm quia de renunciatione hac nõ apparet: Dicentis autem est probare, non verò negantis. Paulum excipe testẽ lib.69. ad Edictum in *l.2.ff.de probat.* eius sunt verba; *Ei incumbit probatio,qui dicit,non qui negat.* nec diuersimodè Diocletianus, & Maximianus Cæsares in *l. actor,quod asserit 23.* & Imperatores Gratianus, Valentianus, & Theodosius in *l. sciant cuncti 25.* aliàs *final. C. de probat.* quam inter sacros retulit Canones Gratianus in *canone sciant cuncti 2. 2.quæst.8.Card.Mantica decis.68.num.1* diximus *respons.10.num.35.par.4.*

Tùm quòd si vera fuit renunciatio, vti diffitemur illam; non pro Iulio Coppula fuit, sed pro D. Aloysio Sicardo, qui dùm in humanis egit, nè verbum quidèm
25 de hac re profudit. Quis est igitur hic,qui nunc sine actione experitur? vt Iudicis quoq; officio remoueri valeat. ex Vlpiano in *l. si pupilli tui 6. §. videamus. ff. de negot. gest.* deduximus *respons.*nostra *97. num.72. part. 4.*

Neq; Iulius Coppula, neq; D. Aloysius
26 Sicardus contra Miros sunt. Illi verò in possessione sunt presentandi,& pro illis vl-

timus est status. manutenendi igitur in possessione, qua repetiuntur. ex Iustiniano Cæsare in *§. bodiè. Insiit. de interdict. Rota par. 2. in recentior. decis. 591. num. 1.*

27 Instituendus est igitur D. Ascanius de Afflicto ab illis præsentatus, qui in possessione sunt præsentandi. ex Alexandro III. Abbati S. Alberti in *d. cap. consultationibus 19. de iure patronat.*

Atq; ità ex his, quæ prudentiori, acrioriq; remittimus iudicio, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Testamentorum verba, & leges subtili sunt scrutanda indagine, nè quid contra testantis mentem committatur.*
Non verò perfunctoriè. num. 2.

3 *Deus vitæ, necisq; imperium obtinet.*
Ducitq; ad portas Inferi, & reducit.

4 *Mendaciũ suffragatur minimè petenti iniustè.*

5 *Fæmina ex Consuetudine Neapolitana, nisi completis annis sexdecim dotetur, matrimonioq; copuletur, masculiatur, & in virilem vt masculi succedit. & num. 30.*
Consuetudinis verba referuntur. num. 6.

7 *Possessio turbatiuè, ac violentèr capta, ac sine iure, ipsoq; die, quo testator mortuus iacebat, in consideratione non est.*
Quin habetur nulla. num. 9.
Et spoliase dicitur qui hoc fecit. num. 11.

8 *Defuncti consanguinei, siuè parentes, siuè liberi, siuè coniuges, siuè agnati, vel cognati, aliq; affines antè nouem dierum spatium, quo ille ex vita excessit, molestia affici, neq; per creditores debent.*
Neq; eorum fideiussores.
Neq; in iudicium vocari possunt.
Inhumanum id quippè habetur.
Defunctorum cadauera iniuria affici non debent, neq; etiam per creditores. nu. 10.

12 *Spoliatus debet antè omnia in pristinum statum restitui.*

13 *Possessionem continuans antecessoris spoliare non vtiq; dicitur.*

14 *Spoliatus nõ dicitur, qui per actus turbatiuos, & clandestinos intrauit, si vi deijciatur.*
Ab eo præsertim, qui se pro spoliato non habet.

15 *Iudici, extrà territorium, sine iurisdictione videlicèt, ius dicenti non paretur impunè.*

16 *Iurisdictio in nõ subiectum frustrà exercetur, & nullitèr.*

17 *Citatio de essentia est iudicij.*
Quin iure progrediatur diuino.
Vndè Deus Adam citauit: Adam vbi es?

Est enim defensionis species. num. 18.
Quæ à iure descendit naturæ.
Est igitur eius insanabilis defectus. nu. 19.

20 *Actor rei forum sequi debet.*
Contrà verò inuerso agitur ordine.

22 *Possessionem nil magis probat, quàm aduersarij confessio.*
Repetita præsertim, & pluries. num. 24.

23 *Confessione proprij oris nulla maior probatio.*
Scripturæ æquiperatur.
Quin illam superat.

25 *Verborum repetitio voluntatem enixam indicat dicentis.*
Atq; deliberationem.

26 *Testium duorum, vel trium dicto, oriue, omne stabit verbum.*

27 *Filia, vt excludi possit à fratribus à successione parentum Iure Constitutionis Regni, vel Consuetudinis Neapolitanæ, vel legitima dabitur iure naturę debita, & de paragio dotabitur.*
Vel in virilem succedet, vt masculus.
Vndè masculiata dicitur. & num. 38.

28 *Filia prętерita de nullitatę dicit testamenti.*
Quod onus ad fratres quoquè descendit, qui parentum in hoc loco habentur. vt sorores ad legitimam portionem dotent. num. 29. & num. 45. 46. & 47.
Ex Consuetudine Neapolitana præsertim. num. 30.
Exauditur verò superstitibus fratribus, qui illas de paragio dotare tenentur. nũ. 48.
Secus si illi decesserint:
Nàm temporalitèr tantùm exclusa videtur.

31 *Clausula* (Constituti) *dominium trãsfert, & possessionem.*
Ad effectum quoq; manutentionis. nu. 32.

33 *Ius proprium, ius excludit familiaritatis.*
Quod sanè proprium ex titulo procedit. num. 34.

34 *Ius familiaritatis in eo perpenditur, qui titulũ nullum habet.*

35 *Causa testati, intestati causam eludit.*
Exaudi, quandiù potest ex testamento adhiri hæreditas. num. 43.
Vt si caducatum sit testamentum.

36 *Dare nihil potest, qui nihil habet.*
Neq; in alium quidquam transmittere.

37 *Filius qui est, & hæres dicitur.*
Vt valeat consequentia: Est filius. hæres ergo.

39 *Rei suæ moderator quisq; est, & arbiter.*

40 *Consuetudo Neapolitana quòad medietatem bonorum antiquorum consanguineos proximiores admittit.*
Refrenat proindè quòad illam testandi potestatem.
Ad pia quoquè.
Quia vt æs alienum habetur. & nu. 77.

41 *Testamentum caducatur filio præmortuo antè supremum Parentis funus, in quo hæres dictus fuerat. & num. 62. & 66.*

42 *Pupil-*

42 *Pupillari in ætate mori haud dicitur, qui viuo adhuc patre moritur. & num.68.*
44 *Legitimam filiæ relinquere parentes tenentur, ni nullum teſtamentum dicant illa.*
Inſtitutionis quoq; titulo.
Reprime ex Neapolitana Conſuetudine: num.45.
In bonis quoq; maternis. num.46.
Quod tamen ex eo procedit, quia fratres ad hoc tenentur dotandi onus. num.47.
Alioquin fratribus extinctis, de nullitate dicent. num.48.
49 *Quod non mutatur, quarè ſtare prohibeatur?*
50 *Teſtamento locum non habente, diſpoſitione* l. fin. C. de edicto Diui Hadriani tollendo, *iuuari quis minimè poteſt.*
51 *Sequeſtrum iure datur in bonis defuncti creditoribus agentibus, nè interim bona, immobilia præſertim, dilapidentur, atq; ruina afficiantur.*
Quod ſequeſtrum poſſeſſionem ſuſpendit, & retinet. num.52.
53 *Vulgaris expreſſa continet ſub ſe pupillarem tacitam, & ſub pupillari expreſſa continetur vulgaris tacita.*
Nàm vulgaris in ſua formula habet in ſe conditionem impotentiæ; ſi non potuerit eſſe hæres. num.54.
Exauditamen, ni alitèr de mente appareat, ex voluntate diſponentis. num.55.
Quia profectò voluntas expreſſa tacitam, & ſubauditam eliminat. num.57.
Illud enim priùs, per legis procedit exauditionem. num.59.
Secus verò, quando aperta eſt teſtatoris diſpoſitiò. num.60.
Neq; procedit vulgaris tacita, vt ad caſum protendatur admiſſum. num.67.
Doctores verò ex aduerſo in genere exaudiuntur. num.71.
Vt ſecus eſſe debeat teſtatore punctim, & in indiuiduo diſponente,
56 *Subſtitutio contra mentem, diſponentiſq; voluntatem de vno in alium caſum non protenditur:*
Neq; procedit ſubſtitutio ſine inſtitutione; num.63.
Secunda enim dicitur inſtitutio, eiuſq; in defectum orditur.
Et teſtamentū dicitur filij. ſiuè vnum duarum cauſarum. num.64.
58 *Expreſſum ceſſare tacitum facit. & nu.70.*
61 *Voluntas teſtatoris lex in ſuis eſt rebus.*
Sanctamq; illam leges habēt ſeruari in ſuis, non ſanè in alienis, num.78.
65 *Filius, qui viuente patre moritur, in eo ſtatu eſt, quo teſtari non poteſt.*
69 *Verbis à teſtatoris (in dubio præſertim) diſcedendum non eſt.*
Quin illis firmitèr hærendum.
72 *Pia cauſa contra diſponentis voluntatem non admittitur.*
Neq; etiam in medietate bonorum antiquorum, in quibus ex Conſuetudine Neapolitana teſtari quis prohibetur. nu.77.
Præſertim verò, ſi tempus ſuperfuerit teſtatori teſtamentum mutādi, nec mutauerit. num.76.
73 *Subſtitutio de caſu ad caſum contra diſponentis voluntatem, neq; etiam piæ cauſæ fauore admittitur.*
Vnica præſertim ſubſtitutione ſub conditione facta.
Non itaq; contra diſponentis voluntatem dilatabitur. num 74.
Coniecturis potiſſimū repugnantibus. nu.75.

ARGVMENTVM.

Conſuetudo Neapolitana (*Si qua moriens*) licèt excludat à ſucceſſione fœminas, maſculis extantibus fratribus, ſi illas de paragio intrà decimumſextū annum ætatis dotauerint, eo tamē completo vti maſculiatas ad virilem admittit, dotatæ ni fuerint. prẹteritæq; à parētibus, licèt non rumpant teſtamentum, fratribus extantibus, illas tamē dotare tenentur, nō tamen dotatæ illis extinctis rumpunt. ſuccedūt in medietate bonorum antiquorum ex Cōſuetudine vti proximiores. Antè nouem dierum ſpatium, quo quis obierit, moleſtia affici conſanguinei non poſſunt, à creditoribus etiam, neq; in iudicium vocari. Quia inhumanum habetur. neq; defunctorum cadauera à creditoribus iniuria affici. Spolians in priſtinum ſtatum ſpoliatū tenetur reſtituere. Neque ſpoliat, qui ſuam, ſuiquè anteceſſoris continuat poſſeſſionem. Cita-

tio de iure esse diuino censetur: quia Deus per se Adam in iudiciū interpellare dignatus est. Adam vbi es? nedùm naturali; cùm defensionis sit species. Actor rei forū sequitur. Possessio confessione probatur aduersarij: qua nulla maior probatio. Nihil in alium transfert, qui donat, quod non habet. Ius proprium ius excludit familiaritatis. Quarè iure familiaritatis possidere nō dicitur, qui proprio possidet iure. Causa testati, intestati secludit causam, si testamentum firmum fuerit. Caducatur testamentum, si filius hæres dictus, morte patrem præcedat. Sequestrum possessionem suspendit. Vulgaris expressa cōtinet sub se pupillarem tacitā, & sub pupillari expressa continetur vulgaris tacita; sed nō contra mentem defuncti, contra quam de casu ad casū extensio non datur. Neq; contra defuncti voluntatem Falc. causa locum habet, neque in bonis, de quibus defunctus disponere retinebatur, vt in medietate bonorum antiquorum ex Cōsuetudine Neapolitana.

RESPONSIO CIII.

1 SVbtilissi satis indagine testamentorum verba, & leges scrutanda sunt, ne cōtra eorum, qui ex humanis abrepti sunt, mentem, quidquam cōmittatur. Persuasam sibi rem hāc satis aptè Iustinianus habuit Cæsar in §. *nos igitur legis, & testamenti. in authent. de restitut. fideicom.* collat 9. dùm sequentibus de interpretandis testamentis sententiā tulit. *Nos igitur (inquit §.) legis, & testamenti interpretationem propositā non sola sententia, sed lege complecti cognitionis decisionem putauimus oportere, vt tàm præsentem quæstionem decernamus, quàm reliquas auferamus de huiusmodi contentiones. Vndè subtiliùs testamentum considerantes, verbis ipsis inuenimus, hæredibus demōstratis filijs alienationem interdictam, quando future essent sine filijs defungi vitam. non vlterius verò ijs, qui solùm eis successerint filijs: sed sufficere defunctorum vsquè ad filium stare interdictionem.*

2 Non itaq; perfunctoriè, sed subtili sunt indagine testamenta interpretanda; neq; vlterius, quàm disposuere defuncti, eorum verba diffundenda. In verbis igitur stemus, quibus suam exarauit dispositionem Franciscus Antonius Pontecorbus anno 1635. Mense Aprilis die 4. quo supremas rogauit leges. apertas postmodùm die 20. Septembris anni eiusdem 1635. post supremum sui diei fatum. vt eius ex verbis non abstrusam consequamur mentem. Sic nempè ipse, qui filios non habebat alios, hæredes nuncupauit: *Instituisco, ordino, e faccio miei heredi vniuersali li figli, ò figlie nascituri, ò nascituri dal corpo della Signora Dianora Stella mia carissima, e legitima moglie sopra tutti, e qua sivogliano miei beni mobili, e stabili presenti, & futuri, &c.*

Item, che detti figliuoli, ò figliuole nascituri, ò nascituri del corpo di detta Signora Dianora Stella mia carissima moglie, ò non venissero in luce, ò che dopò nati morissero in pupillari etate, faccio herede, & in detta mia heredità habbia da succedere il Venerabile Monasterio di S. Maria della Vita di questo Borgo delle Vergini dell'Ordine di S. Maria del Carmine sopra tutti li miei beni, vt supra.

Subdens vlteriùs; atq; immediatè. *E morendono detti miei figli nascituri, ò nascituri dal corpo di detta Signora Dianora Stella mia carissima moglie, vt suprà di anni sedici, che possano di tutta la sopradetta mia heredità, vt suprà disporre, e farne tutto quello, che le parerà, e piacerà, con volontà, & interuento di detta Signora Dianora loro madre.*

Tabulis supremis ità dictis per testatorē, 3 Domino Deo sic permittente, qui vitæ necisq; imperium obtinet. *Tu es Domine, qui vitæ, & mortis habes potestatē: & ducis ad portas mortis, & reducis.* Sapiētiæ 16:13. Franciscus Antonius vita vixit, nec mortuus tunc est. Sed ex Dianora prędicta vxore pręgnāte filium vidit, Dominicum nuncupatū, qui mense Iulij 25. anni eiusdem 1635. diem perijt extremum. quem postmodùm mense Septembri die 20. sequutus fuit idem Franciscus Antonius pater, & testator. Huius post suprema funera insurrexere Vulturij,

furij, vt hæreditatem caperent. Et quidem Monasterium præfatum in Magna Curia Vicariæ comparuit, petendo hæreditatem dicti testatoris vi testamenti ab eo nuncupati, quod produxit fol. 1. & seq. Sed per dictam Magn. Cur. die 20. Octobris 1635. fuit prouisum, & decretũ: quòd *intimatis agnatis, & sognatis pro medietate bonorũ antiquorum, prouidebitur super petitis*, in Banca Pignatarij fol. 6. Ex aduerso cõparuit Olimpia Pontecorbo virgo in capillis soror dicti Francisci Antonij, & Iosephi Pontecorbo, hæres quondã Aldonzę Imbertæ, communis matris. & institit, ad se spectare hæreditatem dicti Francisci Antonij, & interponi decretum præambuli ad ipsius fauorem, nec procedi ad confectionem pręambuli ad fauorem Monasterij prædicti. eod. fol. 6. vndè die eodem 20. Octobris 1635. per dictam Magnam Curiam fuit prouisũ, & decretum: *non procedi ad confectionem prædicti præambuli, inaudita prædicta Olimpia Pontecorbo, in subscripta Banca; & proindè fiat ordo omnibus Actorũ Magistris, et eorũ Scribis, quòd nõ procedant in dicta cõfectione, vt suprà*; eod. fol. 6. à ter. Iudiciũ præterea prosecuta fuit dicta Olimpia in eadem Magna Curia Vicariæ, stante dicti Francisci Antonij supremo die sine filijs & testamento; ipsam tanquàm proximiorem in gradu declarari heredẽ ab intestato cum beneficio legis, & inuentarij fol. 8. fuit dictũ: *capiatur sũmaria informatio*. qua capta fol. 8. & 9. citatione præmissa contra interesse pretendentes per edictum. die 1. Septẽbris 1637. fol. 9. à ter. & 10. fuit declarata Olimpia hæres ab intestato dicti quondam Francisci Antonij, vti soror, & proximior die 10. Octobris 1637. fol. 11. & in processu Sacri Consilij. reproducto folio 63. Fratres verò Monasterij S. MARIÆ Vitæ die 17. Iunij 1638. iterum in Magna Curia comparent dicentes: annis elapsis Franciscum Antonium Pontecorbum vita excidisse testamẽto rogato, relicto filio Dominico Pontecorbo, illumq; in pupillari ætate defunctũ, & proindè factum esse locum substitutioni dicti Monasterij, ipsumq; declarari hæredem fol. 11. in fin. in Banca de Curte. Captaq; informatione, fuit interpositum decretum præambuli. & siquidèm in hoc euidens est subreptio in illo: *(relicto filio Dominico Pontecorbo)* cùm iàm viuente patre testatore

4 vita excessisset. Haud igitur illis non veritas suffragium feret, ex Innocentio III. in *cap. super litteris 20. in princ. de rescript.*

Comparuit aduersus illud Olimpia fol. 21. & per Magnam Curiam Vicariæ die 28. Iunij 1638. fuit prouisum, & decretũ quòd *suspẽso præambulo, intrà quatuor dies audiantur partes* fol. 22.

His ità in facto prænotatis apertissimè apparet, Fratres præfatos Carmelitas die 20. Septembris 1635. vt ipsi fatentur, quo die supremam traxit auram, Frãciscus Antonius Pontecorbo, atq; Ecclesiasticæ sepulturę traditũ eius fuit cadauer, vt ex fide Parochi fol. 21. à ter. non vtiq; possessionẽ cępisse, vt prætendũt, Massariæ in loco nuncupato *à Capodimonte, seù la Conocchia*, sed armata manu, violentèr, ac turbatiuè, tentasse dictam Olimpiam, quæ viuente adhùc Francisco Antonio pro communi, & indiuiso Rus prædictum, siuè Massariam possidebat, vi deijcere; sed non potuerunt.

5 Et sanè cùm esset dicta Olimpia virgo, nec viro tradita, atq; prouectæ ætatis, iure Consuetudinis Neapolitanæ masculiata dicebatur, vt in virilẽ ipsa succederet, sicut & masculi. Eatenùs quippè in successione parentũ prælatio masculis datur, quatenùs ipsi sorores de paragio dotauerint, non æquæ alitèr. Consuetudinis (quæso) verba audias, quæ afferimus. Sic enim illa in Cõsuetudine *Si moriatur. de successionibus ab intestato. §. eas autem*. apud *Napodanum fol. mihi* 91.

6 *Eas autem* (inquit) *ipsi successoribus differentibus maritare vsq; ad annos sexdecim completos, secundùm paragium, & facultates, vt dictum est. succedunt, & possunt petere portionem de bonis paternis, & maternis virilem, vt fratres, & alij successores prædicti, qui tenentur eis dare paragiũ.* sic Consuetudo. ibiq; plenè *Napodanus*, alijq; Addentes ad eum, & Regens *Carolus Tapia decis. Sacri Consilij* 48. *num.* 11. Iure quàm meritissimo igitur, tàm Franciscus Antonius, quàm Ioseph Olimpiæ fratres, qui illam non maritauerant, nequè paragium eidem dederant, sicuti alias sorores viris tradiderant, in virilem vna secum ad maternam, paternamq; admiserant portionem, successionemq; vti ex *Con-*

7 *suetudine* Masculiatam. Perperàm ergo, & sine iure, consequenterq; cum iniuria fecerunt Fratres prædicti, eadem ipsa die, qua Frãcisci Antonij exanime corpus iacebat, neq; declarati adhùc hæredes fuerant, dubiumq; erat, an staret testamentum, ad Rus accedere, armataq; manu expellere Olimpiam tentando, eamq; è proprijs bonis eij-

8 cere. Non humanũ enim habetur antè nouem dierum spatium (creditoribus quoq; defuncti) in quibus enim videntur lugere. *aut parentes, aut liberos, aut coniugẽ, aut agnatos, vel sognatos, aut alios affines eius, aut fideiussores, conueniendi, aut quocunquè modo inquietandi, aut aliquam admonitionem eis offerendi, aut in iudicium eos vocandi, siuè debiti gratia, quod à defuncto descendit, siuè alterius cuiuscunq; causæ nomine ad memoratas personas specialitèr pertinentes. Si verò intrà nouẽ dierum spatium aliquis ausus fuerit quamlibet de prędictis personis, aut conuenire, aut aliquã*

cautio-

cautionem, seù promissionem, vel fideiussionem exigere ab ea, hæc omnia inualida esse decernimus. Iustinianus Cæsar in *§. meminimus insuper,* qui est *fin. in auth. vt cùm de appellat. cognosc. collat.*8. Pium, & humanum perspexit, talem inhumanitatem illa lege pijssima coercere. An verò pium; non magis non humanum æstimabitur, quòd hi Fratres strictioris obseruantiæ eadem die mortis testatoris, defuncti sororem virginem in capillo è proprijs bonis, nulla Iudicis authoritate suffulti, deturbare tentauerunt? Vel enim, vt ipsi supposuere Fratres, Dominicus filius Francisci Antonij viuebat adhùc, quando Orcum Franciscus Antonius petijt; vel iàm vita excesserat. Si vita superstes erat, non erat adhùc substitutionis eorum casus. Si verò (vt accidit) iàm ante parentem, natus, statim perijt; dubium erat, haberet ne locum substitutio, nec ne, sicuti in dubiū adhùc vertitur, nec declarati ad hanc vsquè diem hæredes fuere. Et quo sanè iure, eadem ipsa die, cùm iaceret Frācisci Antonij exanime cadauer, ad Rus ipsi accesseruut, Olimpiam fratrem lugentem, vt ejjcerent, & è possessione suorū deturbarent bonorū tentando? Eadem quippè die 20. Septembris 1635. se possessionem accepisse Massariæ iactauerunt, & iactant.
9 Et possessionem illam esse affirmare tentabunt, cùm quicquid fecerunt Imperiali lege scripta, nullum fuerit, & non humanum
10 æstimatum? Non vtiq; iuxtà ejusdē Iustiniani Augusti determinationem in §. 1. & sequenti *sancimus igitur. in authent. vt defuncti, seù funera eorum non iniurientur à creditoribus. collat.*5. processerunt. quem sequitur *Gloss. in cap. ex parte canonicorū* 5. verbo *post appellationem. de sepultur. extrà.* ibiquè *Abb. nu.*3. & Addentes ad eundem. *& Butr. nu.*7. *Glossella marginalis ad d. §. meminimus.* verbo *sancimus itaq; vt. cùm de appell. cognosc. Emanuel Sà in aphorism.* verbo *hæreditas. num.* 35. *in fin. Borrell. in summa omnium decisionum tom.* 1. *tit.* 45. *de in ius vocando. nu.* 34. 35. *&* 36. & ex eodem Iustiniano Cæsare in *l. cùm sit iniustum 6. cum authent. seq. & fin. C. de sepulchro violato. Genuens. in praxi Neapolitana cap. 61. siuè 67. de sepultur. num.* 10. 12. *&* 13.
11 Spoliauerunt proindè; non iure possessionem cępere, qui vi, atq; propria authoritate (priuata idcireò) contra Olimpiam iure proprio possidentem, facere tentauere.
12 In pristinum propterea statum eam restituere tenebuntur. ex Alexandro III. in *cap. in litteris tuis* 5. ibiq; *Gloss.* verbo *de violenta eiectione. de restitut. spoliat.* ex sententia Diui Seueri in *l. 1. C. de appell.* sequitur *Nauar. cons. 2. num. 2. de decim. Grilenzon. cons. 15. num. 6. & 8. Gabriel de restit. spoliat. conclus. 1. num. 4. & 5. & num. 40. in 18. ampliat. Iacob. Philipp. Port. reg. 44. in 18. ampliat.* ex Innocentio III. in *cap. querelam* 24. ibiquè *Abb. num. 13. & Scribentes de elect.* & Gregor. IX. in *cap. Pisanis* 19. aliàs *fin. de restitut. spoliat.* sequiturq; *Afflict. decis. 395. num. 5. & seq. Rota* apud *Card. Caualer. decis. 446. nu. 10.* & apud *Coccinum decis. 390. nu. 3. & 412. nu.* 1. & in *recant. par. 2. decis. 393. num. 3.* Ex hoc igitur sequitur, non potuisse Fratres præfatos cōqueri aduersus RR. Hebdomadarios Ecclesię Metropolitanæ Neapolis, Olimpię donatarios, quòd Fratres ipsos possessione dicti Ruris spoliauerint, illosq; eijecerint.
13 Cùm enim ipsi possessionem, quam obtinebat Olimpia continuauerint, spoliasse non vtiq; dicentur. ex Alexandro III. in *cap. cùm teneamur* 17. *de appellat. & cap. 1.* ibiq; *Abb. num. 1. & 4. vt lite pendente. Gloss. fin. circ. med. vers. dic tamen secundùm. Gar. in cap. non solùm 7. de appell. in 6.* & *Gloss. in clement. 2.* in verbo *innouari, in fin. vt lite pendente. Rota* apud *Card. Mantii. decis. 71. nu. 1. 2. & 3. & decis. 322. num. 13.* & apud *Coccin. decis. 250. num. 3. & decis. 365. num. 1. & decis. 380. num. 6. & decis. 399. num. 6. Maceraten. variar. resolut. lib. 2. resolut. 32. num. 12.*
14 Præterquàm quòd spoliati Fratres prædicti non vtiq; dici poterunt, qui per actus turbatiuos, & clandestinos contra Olimpiam intrare, & ipsi tentarūt; cùm ius nullum in rę haberēt, nec potuere. Nec Olimpia se pro spoliata habuit, sed semper suā continuauit possessionem. *Rota* apud *Seraphin. decis. 444. num. 1.*

Nec opponant, quòd Hebdomadariorū possessio per decretum prouisionale Illustriss. Nuntij Apostolici fuerit reuocata.

Quia nimirùm, decretum prædictum duplici iure nullum fuit, & ex defectu iurisdictionis, & ex defectu ordinis, atq; citationis. Ex defectu quidèm iurisdictionis, quia illam haud habebat aduersus prædictos Hebdomadarios Eminentissimo Cardinali Archiepiscopo subiectos. Extrà ter-
15 ritorium proindè, ac sine iurisdictione ius dixit. impunè igitur ei paritum non fuit. ex Paulo lib. 1. ad Edictum in *l. extrà territorium* 20. aliàs *fin. ff. de iurisd. omn. iudic.* & Bonifacio VIII. in *cap. 2. aliàs fin. de constit. in 6. S. Thom. 2. 2. quæst. 69. art. 1. in corpore.*
16 Quia iurisdictio in non subiectum frustrà exercetur, & nullitèr: ex Innocentio III. in *cap. per venerabilem* 13. *§. videbatur autem qui filij sint legitimi.* diximus *respons.* nostra 7. *num. 10. & 11. par. 4.* Ex defectu verò citationis, quia nullum ad iudiciū vocauit.
17 Citatio verò de essētia est iudicij, sine qua iudicium rectum nō datur; cùm iure progrediatur diuino; vt ipsemet Deus per se Adam, contra quem, & Euam, post peccatū sententiam prolaturus erat, citare, & quasi ad iudiciū interpellare, dignatus sit. *Adam*
18 *vbi es?* Genesis 3. 9. Quia defensionis est

species,

species, quæ ex iure descēdit naturali. *Glos.*
in clemen. sapè 2. verbo defensionem. de verb.
signif. ex Paulo lib. 5. sententiarum in *l. de*
vnoquoq; 47. ff. de re iudic. & Vlpiano lib. 24.
ad Edictum in *l. 1. §. denunciari. ff. de ventre*
inspiciendo. Clement. pastoralis 2. de re iudic.
cap. 1. de caus. possess. & propriet. Gloss. in cap.
Ecclesia Sanctæ Mariæ 10. verbo *non conuenti.*
de constitut. Afflict. decis. 245. num. 10. Rota
apud *Card. Caualer. decis. 564. num. 3.* Vt in-
19 sanabilis eius dicatur defectus. *Felin. in*
cap. quæ in Ecclesiarum 7. num. 26. & 66. de
constit. Trinis. decis. 68 num. 1. lib. 1. Rota apud
Card. Caualer. decis. 35. nu. 1. & decis. 33. nu. 1.
& decis. 53. nu. 2. quæ est eadem in impres-
sis *par. 1. recent. decis. 179. nu. 2.* & apud sanct.
memor. *Gregorium XV. decis. 416. nu. 2. Van-*
tius de nullit. ex defectu citationis, num. 9. Rota
Maceraten apud *Marcum Antoniū Thomati*
nunc Episcopum Bitetten *decis. 16. num. 8.*
diximus *respons.* nostra 88. *num. 116. & 117.*
par. 3. & respons. 98. num. 30. par. 4.

Neq; jus erat vllum Fratribus prædictis
aduersus Hebdomadarios prædictos Tri-
bunal adhire Illustrissimi Nuntij, cùm ipsi
actores essent. forum proindè reorū sequi
20 eos oportebat. Rei quippè forum actor
sequitur. ex Alexandro III. in *cap. si cleri-*
cus laicum 5. in fin. & *cap. cùm sit generale 8.*
de for. compet. & ex Romana Synodo in *can.*
neminem exhiberi 16. 3. quæst. 6. & ex Pelagio
Papa in *cau. experientia tua 15. & can. si quis-*
quam clericus 16. & Hadriano Papa in *can.*
clericus, siuè laicus 48. 11. quæst. 1. alioquin
21 conuerso quisquis agit ordine: Cùm non
actor rei forum, sed reus actoris sequitur.
ex Diocletiano, & Maximiano Augustis in
l. iuris ordinem 2. C. de iurisd. omn. Iudic. Bar-
bosa axiom. 10. num. 1.

Iure quam meritissimo igitur decretum
præfatum Illustrissimi Nuntij Apostolici
per Delegatum etiam Apostolicum Vica-
rium Generalem Litteren reuocatum fuit,
dictumq; dictos RR. Hebdomadarios ma-
nutenendos esse in possessione. Quæ sen-
tentia per R. P. D. Vaninū confirmata fuit.
Et sanè iure: nàm de possessione Olimpiæ,
viuente etiam Francisco Antonio Ponte-
corbo fratre, constabat per plura instrumē-
ta, in quibus ipse Franciscus Antonius cō-
fitetur, se in communi, & indiuiso dictam
Massariam possidere cum dicta Olimpia,
quæ vti virgo nō dotata, in virilem succes-
serat, tàm in bonis Aldonzæ Imbertæ ma-
tris, quàm etiam Ascanij Pontecorbi com-
munis parentis. ex *Neapolitana Consuetudi-*
ne. cuius in superioribus verba deduxi-
22 mus. Nihil autem tàm firmum est, & pos-
sessionē probat, quàm Aduersarij proprij
23 oris confessio, quæ scripturæ æquiparatur,
quin eam vincit, superatq;, & potior est. ex
Alexandro Cæsare in *l. cùm te transegisse 5.*
C. de transact. Bart. in l. Aurelius 29. § idē quæ-
sijt. num. 2. ff. de liberat. leg. Rota par. 1. diuers.
decis. 802. num. 2. & 3. & apud sanct. memor.
Gregorium XV. decis. 200. num. 2. ibiq; *Bel-*
tramin. addens. & *decis. 458. num. 3. 4. & 5.*
& apud *Coccinum decis. 14. num. 4.* & apud
Card. Caualer. decis. 535. num. 2. & apud *Du-*
rannm decis. 21. num. 2. par. 1.

24 Nec semel cōfessio hæc per Franciscum
Antonium fratrem processit, sed pluriès
(etiam vti Procuratorē Olimpiæ:) vt mul-
tò magis ex actibus repetitis insurgat pos-
sessionis Olimpiæ probatio. Cùm non præ-
sumatur, nisi ex deliberatione Franciscum
Antonium in illis actibus processisse. præ-
sertim verò cùm Olimpia dotata nō esset,
consequenterq; in virilem successisset. eo-
demq; modo, & Ioseph alter frater confes-
sus fuit. probatur igitur ex eorum duorū
confessione Olimpiæ possessio, nec de alio-
rum, nisi ipsorum præiudicio agebatur. ex
Iustiniani Cæsaris sensu in *l. si mulier 22. C.*
ad Senat. Cons. Velleian. eodemq; argumento
vsus fuit Celsus lib. 20. digestorum in *l. Ba-*
lista 32. ff. ad Senat. Consult. Trebell. dùm ex
repetitis verbis testatoris, *pecuniam, & om-*
25 *nem pecuniam*, enixam voluntatem testa-
toris fuisse argumentatur, atquè propterea
etiam fructus comprehendi, & venire. Nec
ineruditè idem carpitur sensus ex Fabiano
Papa in *cau. si quis iratus 52. quæst. 3.* ibiq;
Gloss. verbo *iterari*. quæ notat. deliberatio-
nem ex iteratione coargui. perpendimusq;
Nos *respons.* nostra 84. *num. 13. & 14. par. 3.*
26 In ore autem duorum, vel trium omne sta-
bit testimonium. ex Domini nostri senten-
tia. *Matth. 18. 16.* confirmatq; Alexander
Tertius in *cap. licet vniuersis 23. in fin. de te-*
stib. & attestat. & Paschalis Papa in *cap. in*
omni genere 4. eod. tit. & *Gloss. d. cap. licet vni-*
uersis 23. verbo *duorū.* diximus *respons.* no-
stra 3. *num. 1. par. 3.*

Quinimò quando Franciscus Antonius
cum Diauora Stella matrimoniū inijt an-
no 1630. Ipsamet Olimpia pro dotibus fi-
deiussor accessit pro ipso Francisco Anto-
nio fol. 21. in actis S. C. Habebat proin-
dè super dicta massaria portionem suam,
quæ aliàs à fratribus dotata non fuerat, vt
purà non maritata, sed virgo; veluti ad su-
premum vsq; vitæ suæ diem virgo perman-
27 sit. Et quid est, quòd huic vnæ filiæ legiti-
ma ei portio non debebatur in bonis pa-
tris, & matris? Nonne & ipsa communis
erat filia? vel igitur dotāda fuerat, vt à fra-
tribus à successione excluderetur; vel in
virilem ad communia bona admittenda.
iuxtà *Neapolitanam* suprà deductā *Consue-*
tudinem. & ex Iustiniano Cæsare in *l. quoniā*
in prioribus 32. C. de inoffic. testam. & in *§. hæc*
autem disposuimus. in authent. vt cùm de ap-
pellat. cognosc. collat. 8. Rota apud *Cardin. Se-*
raphin.

raphin. decis.273. num.5.& 6. & decis.1392.
num.2.& 3. & apud Card. Caualer. decis.162.
num.5.& decis.256. nu.1.& seq. & decis.260.
num.1.& decis.341. num.1. & seq. Si nempè
28 admiserimus, Olimpiam à parentibus in-
iuria affectam, neq; in suprema eorum dis-
positione legitimam portionem eidem re-
lictam fuisse, sed præteritam; testamentum
nullum fuisse. ex eodem Iustiniano d. §. hac
autem disposuimus. in d. authent. vt cùm de ap-
pellat. cognosc. asserere consequenter debe-
bimus. sequiturq; Alciat. paradoxorum lib.3.
cap.5. tom.4. operum. & Gloßella marginalis
d. §. hac autem disposuimus. Quod onus ad
29 fratres quoq; transcendit, qui loco patris,
matrisq; succedunt, vt sorores ad legitimā
portionem dotare debeant. Surd. cons.255.
num.17.& seq. vol.2. Rota apud Caualerium
d. decis.162. nu.6. potissimùm verò ex d. Con-
30 suetudine Neapolitana, ex qua onus ad fra-
tres transfunditur dotandi sorores, & in
termino statuto annorum sexdecim com-
pletorum, easquè de paragio dotare, si illas
in successione parentum preire intendunt.
Cæteroquin completis annis sexdecim vti
masculi habentur, & in virilē (vt diximus)
vt masculi succedūt. Meritissimo iure pro-
indè cùm Olimpiam non vtiquè dotassent
Franciscus, & Ioseph fratres, eam in virilē
admiserunt. Non iure, ergo quin apertis-
sima iniuria fecerūt Fratres Carmelitæ stri-
ctioris obseruantiæ, eam propria authori-
tate, & vi à proprijs bonis deturbare ten-
tando. Sed nō permisit mulier illa virago.
non iniuria ergo quod ipsa habebat ius in
Hebdomadarios per donationem transmi-
31 sit. Stante potissimùm clausula constituti,
per quam dominium transfertur, & posses-
sio. ex Vlpiano lib.12. ad Edictum in l. quę-
dam mulier 76. ff. de rei vend. ex Celso lib.3.
digestorum in l. quod meo nomine 18. ff. de
acquir. vel amitt. possess. ibiq; Bart. num.3. Ti-
raquell. de iure constituti. par.2. in 1. ampliat.
num.2. Afflict. decis.299. num.12. Rota apud
Coccinum decis.240. num.4 apud Card. Caua-
ler. decis.128. nu.6. & decis 399. nu.3. & apud
Duranum decis 84. num.1. & nu.29. vbi am-
32 pliat ad effectum quoq; manutentionis. &
decis.401. num.6. & seq. Non itaq; familiari-
tatis iure actus fuerūt, quos fecit Olimpia,
massariam prædictam pro virili cum fratri-
bus possedendo, quæ ex Neapolitana Con-
suetudine masculiata iàm fuerat post deci-
mum sextum ætatis annum completum, nō
33 maritata, neq; de paragio dotata; sed iu-
re proprio, per quod excluditur ius fami-
liaritatis. Surd. cons.221. nu.26. & seq. & cons.
260. num.17.18.& 19. Gratian. forens. par.3.
cap.450. num.5.& seq. & num.34. Rota apud
Card. Seraphin. decis.130. nu.3. & apud sanct.
memor. Gregorium XV. decis.92. nu.3.& seq.
& decis.572. vbi Beltraminus addens num.6.
& 7. Ferrentill. ad Buratt. decis 169. num.13.
34 & 14. Tùnc nēpè iure familiaritatis Olim-
pia possedisset, quando titulum nō habuis-
set, neq; ex illo titulo fratres eam ad possi-
dendum admisissent iure proprio, ex virili,
quæ ad illam spectabat. vt perpendit Rota
apud Burattum d. decis.169. num.4 & seq. &
decis.816. num.3. in eadem causa.

Ex hoc igitur euidentèr quoquè ratio
eluditur, in qua fundamentum figunt Ad-
uersarij: donationem Olimpiæ Hebdoma-
darijs factam nullo modo tenuisse: quia
ipsa donauit vti heres cum beneficio legis,
& inuentarij, tàm dicti Francisci Antonij
eius fratris, quàm quondam Aldonzæ Im-
bertæ eius matris. vterq; autem eorum ta-
bulas rogauit testamenti, in quibus Olim-
pia heres nuncupata non fuit. Ipsa verò ab
35 intestato hæredem se esse asseruit. Sed te-
stati causa intestati eludit causam. ex Vl-
piano lib.16. ad Edictum in l. quandiù 39.
ff. de acquir. vel omitt. hæred. eius sunt verba:
Quandiù potest ex testamento adiri hæredi-
tas, ab intestato non defertur. eodemq; modo
Paulus lib.30. quæstionum in l. quandiù 90.
ff. de regul. iur. qui & ipse testatur: Quandiù
possit valere testamentum, tandiù legitimus he-
res non admittitur. Accedunt Diocletianus,
& Maximianus Cæsares in l. antequam scri-
ptus hæres 8. C. commun. de success. sic inferen-
tes: Igitur perspicis, quòd testamentariæ suc-
cessionis spe durante, intestato bona defuncti nō
rectè vindicentur. sequiturq; Surd. cons 268.
num.46. vol.2.

36 Nihil igitùr ad Hebdomadarios trans-
mittere potuit, quę nihil habebat. Ad Afri-
cani sensum in l. si seruus legatus 111. §. qui
quinque. ff. de legat.1. & Vlpiani in l. si sic le-
gatum 78. § si mihi eodem, de legat.1. ad regu-
lam nemo potest 79. de regul. iur. in 6. ex ra-
tione, quam refert Vrbanus II. in can. Dai-
berium 24. in fin. 1. quæst.7. Quoniam; qui
nihil habuit, nihil dare potuit. diximus
respons. nostra 93. num.27.28.& 29. par.4.

Et quidèm, si luculentiùs obtutus acue-
rimus, perspexerimus vtiq; obiectionem
vim nullam habere. Cùm, quod Olimpia
ex vna, vt ostendimus, iure proprio, vti filia,
& heres tàm in paternis, quàm in maternis
37 bonis ad virilem portionē super Rure ius
habebat. ex illo Pauli ad Romanos 8.17.
Si autem filij, & hæredes. vt sequatur iure
consequētia; est filius. ergo hæres. ex Am-
brosio in can. dicat aliquis 9. 32. quæst.4. Nec
obsistebat ei quòad successionē ex Consue-
38 tudine, quòd esset fœmina: Quia cùm iàm
masculiata esset, in tempore neque nupta,
neq; dotata, vt masculus habebatur, conse-
quentèrq; vt successibilis. potuit proindè
39 quod habebat donare: cùm sit quisq; rei
suæ moderator, & arbiter. ad l. in re man-
data 21. C. mandati, vel contra.

Tùm

Tùm quòd isti, vti proximiori, & filię, ius
40 erat ex eadem Consuetudine Neapolitana *Si quis, vel si qua. de success. ab intest.* ad medietatem bonorũ antiquorũ, de qua Franciscus Antonius, quàmuis ad pias causas, disponere minimè poterat, succedendi. Propter hãc causam proindè, cùm Fratres prædicti in Magna Curia Vicariæ declarari hæredes ex prætenso Francisci Antonij testamento instetissent, 20. Octobris 1635. fuit prouisum: *Quòd intimatis agnatis, & cognatis pro medietate bonorum antiquorum, prouidebitur super petitis*. vt in initio deduximus. Sed hoc diffugere tentauere Fratres. Non itaq; super hac media bonorũ parte, quæ illi vti proximiori in bonis paternis, & maternis obueniebat; præter etiã virilem, quam possidebat, Fratres prædicti iniuriam, vt tentauere, & si perperàm, inferre valuere. Nullum ergo fuit quicquid fecere, & de facto, non de iure tentauerunt. Antequàm etiã ipsi hęredes declararentur, prout nunquàm ampliùs declarati fuere; quin imò declaratio illa clanculũ, & subreptitiè extorta, annullata, & quòd de illa nulla habeatur ratio decretum, dictumq; Non sunt itaq; hæredes. Quo iure igitur se possidere asserũt? mirum sanè est. nisi malè occupasse, videantur. Tùm etiam, quòd Olimpia, quãdo donationem RR. Hebdomadarijs inijt die 7. mensis Iunij 1638. iàm ipsa per priùs per eandem Magnam Curiã Vicariæ die 10. Octobris 1637. hęres ab intestato declarata fuerat. vt in superioribus deduximus. Iure proindè, etiam vti hæres, die 7. Iunij 1638. Hebdomadarijs donauit. Suum quippè, quod donabat, erat: & quia virilem obtinebat: & quia in quarta parte
41 ex consuetudine succedebat: & quia demùm Francisci Antonij testamentum iàm caducatum fuerat, præmortuo Dominico filio antè supremum Francisci Antonij patris diem. ex Vlpiano lib. 13. ad legem Iuliam, & Papiam in *l. toties videtur* 80. *ff. de*
42 *acquir. vel. amitt. hæred.* Vndè in pupillari ætate defunctum fuisse dici minimè poterat, superstite adhùc patre. Caducatũ proindè testamentum fuerat, caducataq; substitutio, vt infrà deducemus. Non itaquè
43 vim obtinet vllam allata propositio: Causa testati, intestati proruit causã. Illa quippè firma perseuerat: Quandiù potest ex testamento adhiri hæreditas. hic verò caducatum morte Dominici testamentum fuerat, quia in pupillari, viuo adhùc parente, non decesserat. haud itaq; adhiri ex testamento hæreditas poterat. Iàm enim ceciderat testamentum. vti perpendit *Gloss. d. l. quandiù* 39. *de acquir. hæred.* dicens, & rationem reddens. ad *text. in l. fin. vndè liberi*. Quia ibi non poterat adhiri ex testamento; vtputà deficiẽte conditione institutionis. ità quoquè *Bart.* ibidem, & *Gloss. in d. l. antequàm scriptus hæres* 8. verbo *succedit, in fin. C. commun. de success.* ex Paulo lib. 11. responsorum in *l. si posteàquam* 8. aliàs *fin. ff. vndè liberi*.

Neq; obstaculũ facit, quod ipsi asserunt; non potuisse Olimpiã Aldonzæ marri succedere, neq; dicere potuisse de nullitate, tanquàm præteritã, cùm illi Aldonza scuta reliquerit quinquaginta. Quia nimirùm
44 Aldonza mater eam debito iuris subsidio ad portionem legitimam spoliare minimè potuit, quin etiam institutionis titulo ei illã relinquere debuerit. ex Iustiniano Augusto in *§. aliud quoq; capitulum. in authent. vt cùm de appellat. cognosc. collat.* 8. & in *authent. nouissima. C. de inoffic. testam.* & licèt ex
45 Neapolitana Consuetudine à parente præterita filia de nullitate dicere minimè possit, neq; patris rumpere testamentũ. ex sententia, quam veriorem æstimat *Napodan. in Consuet. Si moriatur, de success. ab intest.* verbo *succedunt. num.* 86. *vers. in contrarium est veritas. fol.* 102. *Affl. decis.* 158. *per tot. Vinc. de Franch. decis.* 149. *nu.* 7. *Vinius decis.* 212. *nu.* 4. *Minadous in Constit. Regni In aliquibus, in* 2. *notab. num.* 63. *fol. mihi* 79. *Molfes. ad Consuet. Neapol. tom.* 1. *par.* 4. *quæst.* 18. *num.* 3. *& seq.*
46 dictamq; Consuetudinem in bonis quoq; maternis locum habere: quia *Constitutio Regni*, per quam masculi in successionem parentum præferuntur, verbo vtitur *parentum*, quod de vtroq; exauditur, patre videlicèt, & matre. sequitur *Affl. decis.* 178. *nu.* 1. *&* 2. *Vinc. de Franch. decis.* 171. *nu.* 1. *& seq.*

Id tamen exauditur ea ratione: Quia
47 fratres, qui in successione fœminis præferuntur, easdem maritare, atq; ad paragiũ dotare tenentur. ex *Napod. ibidem* d. verbo *succedant. num.* 84. 85. *& seq. Vinc. de Franch. d. decis.* 149. *num.* 7. *& Affl. d. d. decis.* 158. *Molfesius d. par.* 4 *quæst.* 18. *nu.* 4. Quam ob cau-
48 sam receptum, nec iniuria est, vt filia præterita, licèt dicere nullum parentis iudiciũ non potuerit, superstite adhùc fratre, quia illi onus aderat de paragio sororē dotandi; illo tamen sine liberis decedente, iure, nec sanè illiberalitèr de nullitate dicere poterit testamẽti paterni, vel materni tanquàm præterita, si dotata non fuerit, quia temporalitèr tantùm exclusa videtur, in humanis, videlicèt, fratre agente. *Afflict. decis.* 161. *num.* 1. *& seq.* sequiturq; plenissimè *Vinius decis.* 541. quæ est vltima *lib.* 4. *num.* 1. *& seq. & num.* 9. *&* 17. & penè per totam, & eum refert quoq; *Viscont. in addit. ad Vinc. de Franch. d. decis.* 149. *ad num.* 7. *in fin.* & pluribus hanc tuetur sententiam *Minad. ad dictã Constit. In aliquibus, in* 2. *notab. d. nu.* 61. *cum seq. ad num.* 70. Ità planè Olimpiæ huic accidit. Iure igitur Aldonzæ matri, fratribus demortuis, hæres fuit. Propter hanc quip-

pè causam decretum præambuli, quod Fra-
tres in alia Banca post prohibitionem à
Magna Curia omnibus Actorũ Magistris
factam, clanculùm, atq; sub banco (vt dici
solet) extorserunt, suspensum fuit: & di-
ctum, *intrà quatuor dies partes audiantur*. vt
in initio deduximus. Quin imò per Sacrũ
Neapolitanum Consilium pee Regiũ Con-
siliarium Varelam instãtibus creditoribus,
tàm Aldonzæ, quã Francisci Antonij Pon-
tecorbi die 20. Iulij 1638. decretum, ordi-
natumq; fuit: *quòd de præambulo ad benefi-
cium Fratrum Carmelitarum, & fide cõsigna-
ta, nulla habeatur ratio: & debitores hæredita-
tis quondam Francisci Antonij eis non soluant.
fol.*205. in processu Sacri Consilij. Neq; de
decreto præambuli ad beneficium Olim-
piæ quidquam in contrarium prouisum.
vt firmum propterea permanserit. Quod
49 enim non mutatur, quarè firmum esse non
debeat? ex Paulo lib. 4. ad Paulutium in
*l. minimè 23. ff. de legibus, & Senatusconsul-
tis. Carolus Tapia decis.* 19 *nu* 9 *in fin.* Quin
imò in calculo creditorum ipsa Olimpia
in ducatis bis mille pro eius credito cal-
culata, & graduata reperitur. fol. 323. Ius
est itaquè firmum Olimpiæ in ducatis bis
mille, vt minimum, & pro ea Hebdomada-
rijs vi donationis per eam illis elargitæ.

Nullam igitur rationem, nequè Magna
Curia Vicariæ, ad quam super laicorum
bonis recursum habuere Fratres Carmeli-
tæ; neq; Sacrum Neapolitanum Consilium
de testamento Francisci Antonij, neque
de prætensa substitutione, caducato testa-
mento per præmaturam Dominici mortẽ
50 antè supremum patris funus habuere. Vt
nequè iuuari possint dispositione *l fin. C. de
edicto Diui Hadriani tollen.* cùm testamẽtum
locum non habeat, illo defecto ob præma-
turam Dominici mortẽ. neq; de prætensa
possessione; cùm nunquã possederint, neq;
in possessione fuerint: & quòd Olimpia in
possessione sẽper perseuerauit: Et quòd rus
ipsũ, siue Massaria *alla Conocchia, &c.* credi-
toribus, & Aldonzæ Imbertæ, & Francisci
Antonij, instantibus, per Sacrum Consiliũ
Neapolitanum sequestratum fuit, & sub fir-
mo sequestro positum. quin mandatum
pluries, quòd vendatur. vt ex processibus
in eodem Sacro Consilio agitatis, & quæ
51 adhùc agitantur. Et sanè iure sequestrum
datum fuit, creditoribus certis agentibus,
nè interim bona (immobilia præsertim) vt
Rus illud, in damnum dilapidarentur cre-
ditorum. iuxtà Honorij, & Theodosij Cæ-
sarum determinationem in *l. vnic. C. de pro-
hib. sequ. strat. pecun.* ibidemq; *Gloss.* & Scri-
bentes. *Rota* apud *Burattum decis.* 595. *nu.* 1.
52 Quod sanè sequestrum possessionẽ suspen-
dit, & retinet. Rationẽ à priori reddit Flo-
rianus lib. 7. Institutionum in *l. licet depo-
nere 17. §. res depositi. ff. depositi, vel contrà*.
sic dicens: *Id enim agitur ea depositione, vt
neutrius possessioni id tempus procedat.* sequi-
turq; *Gloss. in cap 1. §. Cælestinus Papa.* verbo
sequestrari de sequestr. possess. & fruct. ad rem
text. ex Concilio Agathensi in *can. Episco-
pus 6. dist. 77.* illis verbis: vt sequestrato
mansionis cubiculo. ibiquè *Gloss.* verbo *se-
questrato*. deducit pluribus *Galganett. de
iure publico, lib. 2. tit. 15. num. 1. & seq. ac per
totum.* Nullo igitur modo se in possessione
fuisse Fratres prædicti firmare poterũt, qui
nec etiam ex prætenso Francisci Antonij
testamẽto hæredes declarati fuere, nec po-
tuere, vt non possunt, testamento per supre-
mum diem Dominici filij, antè quam patre
decederet, caducato, infirmato, in nihilum
reuerso.

53 Quàmuis nempè vulgaris expressa con-
tineat sub se pupillarem tacitam, & sub pu-
pillari expressa contineatur vulgaris taci-
ta. ex Modestino in *l. iam hoc iure 4. ff. de
vulg. & pupill. substit.* ibiquè *Gloss.* 1. *Bart.*
54 alijq;. Quia nimirùm vulgaris in sua for-
mula habet in se conditionem impoten-
tiæ, si nõ potuerit esse hæres, quæ compre-
hendit casum mortis, adhùc viuente testa-
tore. ex Iustiniano Cæsare in *l. vnic. §. pro
secundo verò ordine.* ibiq; *Gloss.* verbo *substi-
tutus. C. de cadu. tollend.* ex Sceuola lib. 15.
responsorum in *l. Thais ancilla 41. §. Spen-
dophorus. ff. de fidecom. libert. Couarr. in cap.
Raynutius. §. 5. nu 7. circà finem vers. tertia est
sententia,* cum alijs ab Aduersarijs relatis.

55 Nihilominùs tamen re penitiùs perspe-
cta ex testatoris verbis, qui duos tantùm
casus apertissimè complexus est: *ò che non
venissero in luce; ò che dopò nati morissero in
pupillari etate, faccio herede, & in detta mia
heredità habbia da soccedere il Venerabile Mo-
nastero di S. Maria della Vita, &c.*) id, quod
ipsi volunt Aduersarij, non iure inferent:
cùm expressè voluntatẽ suam determina-
uerit testator: in expressa vulgari *ò non ve-
nissero in luce*; & expressa pupillari. *ò dopò
nati morissero in pupillari etate*. Nec vltrà
56 progressus fuit. Contra mentem verò, &
voluntatem testatoris substitutio de vno in
alterum casum non cumulatur, nec exten-
ditur. ex eodem Modestino in *d. l. iam hoc
iure vtimur 4. ff. de vulg. & pupill.* verba da-
mus Modestini, eiusq; ex illis rationem:
Ità enim in altero (inquit ille) *vtraq; substi-
tutio intelligitur, si voluntas parentis non re-
fragetur*. refragatur verò hoc casu testato-
ris voluntas, qui in indiuiduo in illis duo-
bus casibus illam determinauit. vltrà illos
itaquè locum haud habebit. Nullo igitur
pacto in vulgari expressa, tacita continebi-
tur pupillaris, nequè in expressa pupillari,
57 vulgaris tacita. Quia nimirùm casus, &
voluntas expressa, tacitam, & exauditam
exclu-

excludit, atquè cessare facit, ex Iaboleno
lib.1. ex posterioribus Labeonis in l. cùm
ex filio 39. §.filio impuberi. ff. de vulg. & pu-
pill. ibiquè Gloss.verbo & alius. & Bart.in
58 summario dicens: Expressum facit cessare
tacitum. Quòd nempè in vulgari expressa,
tacita comprehendatur pupillaris,& in pu-
pillari expressa tacita vulgaris, id quidèm
59 ex legis exanditione procedit ad d. l. idm
hoc iure vtimur 4. ff.de vulg.& pupill. & l.2.
eodem. sequitur Fuln.Pacian.de probat.lib.1.
cap.26.nu.81.Dynus in l.1.ff.de vulgari.quem
sequitur Bart.ibidem col.9. num.22.vers.vlte-
riùs quæro. & Aretin. atq; Socin.refertq; Ca-
uall. commun.contra commun.quæst.106.nu.1.
quod neq; inficias it Andr.Facchin.contron.
iur. lib.4. cap.66.& 67. ex tacita id pendere
60 iuris interpretatione. At verò quando
aperta testatoris est dispositio, qui consul-
tò sola vulgari expressa in vno casu dispo-
suit, sicut in nostro: (ò che non venissero in
luce,) non ytiq; nascerentur.& consultò so-
la pupillari expressa in alio casu decreuit:
(ò che dopò nati morissero in pupillari etate.)
tunc sanè in pupillari expressa, tacita vul-
garis non comprehendetur; nec in vulgari
expressa tacita pupillaris. vt apertissimis
dixit verbis Iabolenus d.l.cùm ex filio 39. §.
filio impuberi. ff.de vulgari. vbi glos.verbo &
alius. ità ipsa hanc aperit doctrinã,dicens:
Et nota, quòd hoc casu vulgaris substitutio non
concipit pupillarem; nec pupillaris vulgarem:
alioquin nõ esset alius, & alius diuersis casibus
substitutus, sed ambo in vtroquè, quod lex ista
probibet. ità glos.quam approbant Bart.Bal.
Paul.& Alex. & glos.marginalis ibidẽ. Quia
61 sic disposuit testator,cuius voluntas in re-
bus suis lex est. §.disponat in auth.de nuptijs.
collat. 4. & Sanctam illam leges Sacræ ha-
buere semper. ex Constantino Augusto in
l.1.C.de sacrosanct. Eccles. vt illi sit standum,
nec ab illa discedendum. Defuncto proin-
dè filio, cui pupillaritèr substituerat, (si in
pupillari decessisset) antè Patris supremũ
62 diem,substitutus non admittetur; quia ca-
ducatum est testamentum, & in hilum re-
uersum. ex Papiniano lib.31. quæstionum
in l.quòd si filius 11.ibiq; glos. ff.de captiu.&
postlimin.reuers.& in punctualibus terminis
Socin.sen.cons.76.visis testamento.num.4.& 5.
par.3. rationemq; reddit vers.sed tamen illis
non obstantibus. satis adamussim ad rem no-
stram,quem text. sequitur Glos. in d.l. vnic.
§.pro secundo verò ordine. verbo substitutus.
C.de caduc.tollend.& eam Feder.de Sen. cons.
266. rescribatis mihi. in princ. Quia cùm in-
stituerit pater filios nascituros,illisq; non
nascentibus substituerit; natis illis, atquè
antè Patris supremum funus de medio su-
blatis; cùm tempore mortis patris non su-
peressent, quia iàm vita (in re nostra) Do-
minicus filius natus, defunctus erat; insti-
63 tutio non fuit. Sine institutione itaq; sub-
stitutio locum habere non potuit. quia se-
cunda dicitur institutio,& in defectum or-
ditur Institutionis.ex Vlpiano lib.6.ad Sa-
binum in l.quandiù 3. ff.de acquir.vel amitt.
64 hæred. & magis testamentum filij dicitur,
quàm patris, siuè vnum, duarũ tamen cau-
sarum,idest duarum hæreditatum.Iustinia-
nus vt docet Cæsar in §. igitur in pupillari.
Instit.de pupill.subst.glos.verbo duo.& Vlpia-
nus lib.16.ad Sabinum in l.patris, & filij 20.
ff.de vulg.& pupill. Alberic.in rubr.ff.eodem.
num. 16.circa fin. vers.item iure nouo licèt non
acquiratur patri. rationem subdens sequen-
65 tibus: Quia cùm filius moritur viuo pa-
tre, moritur in tali statu, quòd non potest
testari,etiam si maior esset,quia in potesta-
te patris, & sic suum testamentum pupilla-
re non valeret. Subdens: & si non valet pu-
pillare expressum, non debet valere tacitũ,
scilicet vulgaris substitutio tacita. & n. 44.
vers.sed portio in bonis parentum. adamussim
66 igitur ad rem nostram.Caducatum proin-
dè fuit testamentum. quia in hunc casum
substitutio comprehensa minimè fuit. ex
Pomponio lib.1. ad Sabinũ in l.commodissi-
mè 10. ibiq; Doctores. ff. de liber.& posthum.
pluraq; subnectit Socin.eod.cons.76. præser-
tim vers. sextò probatur ratione. & Socinum
sequitur Menoch.cons.171.num.18.19.& 29.
vol.2. meliùsq; cons.326.nu.11.& 21. vol.4.
Natt. cons 672.num.9.& 10.vol.4. Federic.de
Sen.d.cons.266.rescribatis mihi. Anchar. cons.
356. ex serie testamenti.num 4.5.& 6. Quia
67 nimirùm dispositio hæc testatoris ex vul-
gari tacita ad casum omissum non exten-
detur. Ablatum enim fuit mediũ,per quod
ad finem perueniretur, atq; proptereà di-
spositio ipsa caduca fuit. quia filius in pu-
68 pillari non decessit, sed præcessit funere
parentem. ex Sceuola lib.2. responsorum
in l. qui habebat 47. ibiq; Angel. & Imol. ff.
de vulgari,& pupillari. sequiturq; Alex.and.
Trentacinq.tom.2.cons.2.num.8. Non est ita-
69 què à verbis testatoris, (in dubio præser-
tim) discedendum, sed illis firmitèr inhæ-
rendum. ex Marcello lib. singulari respon-
sorum in l.non alitèr 66. in princ. ff.de leg.3.
sequiturq; Ioan.de Anan.ad rem nostram
cons.66.visis his,quæ in facto nu.4. vers. secun-
dò ad idem dicitur. quem sequitur Decian.
cons.1.num.151.vol.1. plenèq; ad materiam
hanc idẽ Decian. d.cons.1. nu.15. & per tot.
sequitur Ripa in l.1.nu.93.de vulgari,& pu-
pillari, & num.167. ab Aduersarijs relatus;
sed si benè examinetur, pro Bart. est,& no-
stram sequitur in hoc casu ad pupillarem
restricto,filio patri præmoriente.vndè neq;
filij testamentũ dici potest; vt substitutus
admitti valeat. Crass. in §.substitutio. q. 28.
num.3. plenè Fusar. de substit. alios referens
quæst.23.num.6.& quæst.24. num.18. latiusq;

quæst.31. num.54. Rota apud sanct. memor.
Gregorium XV. decis.338.nu.2.3.& seq.ibiq;
Beltram. addens num.14.& decis. 433. nu.4.
qui refert Ancbar.d.consi.356.num.3.& alios
refert Beltram. ad eundem num.5.num.12.&
apud Card.Seraphin.d.decis.883.nu.2. sequu-
taq; fuit Rota apud Card.Canaler. dec.577.
num.4.vers.ex quibus inferebatur,& nu.5.

Eoquè magis voluntas patescit testato-
ris in illis solis duobus casibus dumtaxàt
substituisse Monasterium, si filij non nasce-
rentur, vel si nati in pupillari decederent,
non vltrà, quod immediatè post disposuit,
si filij,anno decederēt ætatis decimosexto,
ad omne liberum eorum arbitrium dispo-
nere possent in omnibus eius bonis. Non
itaq; adeò firma eius fuit voluntas ad piā
causam, vt omnimodè in omnem casum
admitteretur; sed in illis duobus casibus
dùmtaxat, vel si non nascerentur filij, vel si
nati in pupillari decederēt. Haud proindè
cōtra eius dispositionem distrahenda, atq;
extendenda de casu ad casum, substitutio
70 erit.vt diximus. Quando expressum facit
cessare tacitum. vt Bart. annotauit in sum-
mario in d.l. iàm ex filio 39. §. filio impube-
ri. ff de vulgari, & pupillari. & in superiori-
bus perpendimus. Doctores proindè, qui
ex aduerso loquuntur, quos pro se Aduer-
71 sarij retulerunt, in genere loquuntur, &
non in casu indiuiduo,vt nos,in quo testa-
tor disposuit, nec vltrà: vt cesset tacitum,
expresso punctim loquente, atq; dicente.
sicuti patere potest ex Couar. d.§.5. vers.ter-
tia est sententia. Cuuall.d.quæst.106. in 2.sent.
Fusar.d.quæst.23.num.5.& alios per eum,
atq; Facchin.d.cap.66.in fin.& d. c.67.lib.4.
72 Neq; pia causa contra disponentis ad-
mittitur voluntatem. Disponat enim testa-
tor,& sit lex eius voluntas.leges decreuere
Imperiales. d.§.disponat. in authent. de nupt.
collat. 4. nō quòd aduersus defuncti volun-
tatem admittatur. Quam ob causam fauo-
73 re piæ causæ de casu ad casum substitutio
contra defuncti voluntatem, minimè pro-
tendetur; vnica præsertim substitutione
sub conditione facta. vt sequuta fuit Ro-
ta par. 1. diuersorum decis.711.num.1. nequè
omnimodè de contraria apparente defun-
cti voluntate, qui illis duobus casibus Mo-
nasterium substituit, non vltrà: vel si fi-
lij non nascerentur, vel si nati in pupillari
ætate vita defungerentur. Subiungens, vt
voluntatē suam magis aperiret, si in pupil-
lari non morerentur ætate,& ad annos sex-
decim peruenirent,ad libertatem de bonis
omnibus disponere possent.Non itaq; in
omnem casum Monasterium substituit,sed
in illis duobus dumtaxàt, verbis exaratis:
si non nascerentur, vel si in pupillari dece-
derent,postquàm adhuc vixissent. Sic enim vo-
luntatem suam declarauit. vt tacitam om-
74 nem exploderet interpretationem. Non
igitur, quòd pia causa substitura fuit; in
omnem casum, in eius quoq; non compre-
hensum voluntate, diffundetur, atq; dila-
tabitur. iuxtà consilium Parisij 86. num.77.
lib.2. & Ruin. cons.76.num.17.circ.med.vers.
ad illud respondetur lib. 5. & in his terminis
exauditur Rotæ decis.140. par.2. diuersorū.
75 stantibus videlicèt cōiecturis pro pia cau-
sa. sequiturq; Balthaxar Thomas.tom.1.tract.
10. de priuileg. piæ causæ cap.192. num.186.
& seq. & num.291. & cap.219.num.307. &
num.314. perpenditq; Beltram. d.decis.338.
Gregor. XV. num.14. in fin. ex verisimili, &
coniecturata mente testatoris. Nullæ verò
hic militant coniecturæ ad voluntatē pro-
tendendam defuncti testatoris,quin magis
ad reprimendam, in illis duobus casibus
dumtaxàt ab illo verbis expressis declara-
76 tis. præsertim verò cùm tempus superfue-
rit Francisco Antonio post Dominicum
natum,& interceptum,suam declarandi vo-
luntatem,nec fecerit. vt deducit plenè Fu-
sar. d.quæst.23. num.7.& 8. alijq; per eum
præsertim verò lucerna iuris Bart. in d.l.1.
num.32.in fin. ff.de vulgari,& pupillari. ibi-
demq; Rip. d.num.167. circ. fin. nec abnuit
Facchin. d. lib. 4. cap. 67. vers. cæterùm Bart.
77 Præterquàm quòd (fac extendi) nequè ad
medietatem extēdetur bonorum antiquo-
rum, neq; ad virilem Olimpiæ, de quibus
disponere testator minimè poterat: vt in
superioribus diximus. Neq; Monasterium
ex prætenso Francisci Antonij testamento,
vita iàm functo Dominico, dùm vitalem
adhùc auram traheret pater, vndè caducū
euasit, hæres ampliùs declaratū fuit,vt nec
78 declarabitur. Disponat quippè testator in
suis, & sit lex eius voluntas Imperator d. §.
disponat. decreuit.in suis dixit,non in alie-
nis. non ergo in ijs, quæ ad Olimpiam pro
virili, & pro medietate bonorum antiquo-
rum obtigerunt, eius dispositio tenuit. nec
locū proindè habebit.Sunt ergo tuti Heb-
domadarij pro bonis ab Olimpia eis dono
datis. Reuocanda propterea decisio, ipsis
inauditis Hebdomadarijs, exarata, & con-
firmanda sententia R.P.D.Vannini.vt spes
est futurum esse.

Atq; ità ex his,quæ Aristarchi supercilio
lubentèr supponimus, nec abnuimus, res-
pondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.Epus Iuuenat.

Hanc verò responsionē pro RR.Hebdo-
madarijs dedimus respondentes decisioni
iàm per priùs à Rota factæ, vsquè ab anno
1642. tunc verò non publicatæ. postmodū
verò hoc anno 1649.in mediū ab Aduersa-
rijs productæ. Eam proindè hìc subnectere
operepretium me facturum existimaui.

S V M-

R.P.D. DVNOZET

Neapolitana Bonorum.

Veneris 7. Februarij 1641.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iniusta æstimantur, si manutentio concedatur, non existentibus in possessione de illo tempore.*

2 *Possessio vt transferri potuerit in donatarios vi constituti, id requiritur, vt donationis tempore penes donantem fuerit.*

Vel etiam ratione proprietatis.

Probatur ex confessione partis aduersæ. num. 3.

Possessionem neq; deducunt actus facti iure familiaritatis, non iure possessionis. num. 4.

5 *Causa testati cessare facit causam intestati.*

6 *Donans plus iuris in donatarium transferre nō valet, quàm ipse habeat.*

7 *Filia præterita secundùm Consuetudinem Regni Neapolitani nō potest impugnare testamentum parentum, in quo filij masculi sunt vocati.*

8 *Testamentum patris, filio hærede instituto præmoriente, caducatur.*

Declara quoàd institutionem.

Non quoàd substitutionem. num. 9.

10 *Pupillaris cōcepta verbis directis continet vulgarem tacitam.*

11 *Vulgaris in sua formula habet conditionem impotentiæ, quæ comprehēdit casum mortis, viuente testatore.*

Vulgaris tacita in pupillari comprehensa operatur, vt testamentum ab ea incipiat. num. 12.

Etiā si mortuo filio pater superuixerit tanto tempore, vt aliud condere testamentum potuerit. num. 13.

Censetur namquè in illa permansisse voluntate.

Velleq; substitutum admitti.

Fauore præsertim piæ causæ, quæ substitutione vocata fuit. num. 14.

Potissimū verò, si pupillaris substitutio concepta fuerit sine illis verbis si hæres erit. num. 15.

Sed cum sola illa conditione, si in pupillari ætate decesserit.

Ratio refertur.

16 *Pupillaris non continet tacitam vulgarem, quando expressa adest vulgaris.*

Declaratur. num. 18.

17 *Pupillus nunquā filius dicitur, si viuente moriatur patre.*

18 *Testamentum potest incipere à vulgari tacita.*

19 *Possessio turbatiua nullo modo manutenibilis est.*

Præsertim non citato aduersario. nu. 21.

21 *Manutentio danda est existenti in anteriori possessione.*

FRanciscus Antonius Pontecorbus de anno 1635. condidit testamentum, in quo instituit hæredes posthumos nascituros ex Dianora vxore tunc prægnante per hæc verba: *Instituisco, ordino, e fò miei heredi vniuersali li figlioli, ò figliole nasciture del corpo della Signora Dianora Stella mia carissima, e legitima moglie sopra tutti, e qualsiuoglia beni mobili, e stabili, &c. Item, che detti figlioli, ò figliole nasciture del corpo di detta Dianora Stella ò non venissero in luce, ò che dopò nati morissero in pupillari ætate, faccio herede il Venerabile Monasterio di S. Maria del Carmine sopra tutti miei beni, &c.* Post conditum huiusmodi testamentum Dianora peperit filiū masculū, qui paucos post dies decessit, adhùc viuente Francisco Antonio patre, deindè obijt idem Franciscus Antonius, post cuius obitum Fratres Carmelitæ die 20. Septembris 1635. cœperunt possessionem cuiusdam massariæ hæreditariæ eiusdem Francisci Antonij sitę in loco nuncupato *à Capo di Mōte, seù la Conocchia*, eamq; possederunt vsquè ad diem 7. Iunij 1638. de quo tempore Olimpia vti prætensa hæres ab intestato eiusdē Francisci Antonij eius fratris, & Alfonsę Imbertę communis matris eandem massariam Hebdomadarijs maioris Ecclesiæ Neapolis donauit, qui 9. eiusdem mensis Iunij de facto illius possessionem acceperunt, quę possessio deindè fuit per decretū prouisionale Domini Nuncij reuocata, sed quia decretum Domini Nuncij fuit posteà per sententiam Vicarij Generalis Litter. Iudicis appellationis à dicto decreto Nuncij per Breue Apostolicum ad instantiam dictorū Hebdomadariorum deputati reuocatum, quæ sententia fuit per aliā R.P.D. Vannini confirmata, hodiè in gradu restitutionis in integrum contigit dubitari, an constet de re iudicata, vel potiùs de causis restitutionis in integrum. Pro parte Fratrum Carmelitarum impugnabatur dicta sententia ex capite nullitatis, & iniustitiæ, sed DD. omissis nullitatibus resoluerūt ex capite iniustitię, nō constare de re iudicata, & per cōsequēs constare de causis restitutionis in integrū.

1 Iniustitia siquidèm dictarum sententiarum est euidens, quia cōceditur manutentio in possessione dictæ massariæ Hebdomadarijs donatarijs dictæ Olimpiæ, & tamen nullibi iustificatur, quòd ipsa Olimpia tempore donationis ius aliquod haberet super dicta massaria, neq; respectu proprieta-

vbi ait, illam ab omnibus reprobari, & esse
manifestè contrariam menti testatoris, qui
censetur non mutasse voluntatem, & velle
substitutum admitti, & omnibus præferri,
*Crass. vbi supra. vers. tertia opinio. Mantic. sub
d. num. 11. vers. imo hodie. Facchin. d. lib. 4.
controuers. cap. 67. vers. cęterùm.* alijs relatis
*Trentacinq. de substit. cap. 10. num. 20. Intrigl.
eod. tract. centur. 1. quæst. 37. num. 21. in fin.* qui
de communi. *Simon de Præt. de interpr. vlti-
mar. volunt. lib. 3. fol. 241. num. 54. vers. siuè te-
stator. Fusar. d. quæst. 23. num. 7.* & prædicta
14 tantò magis procedunt, stante substitutio-
ne piæ causæ, cujus fauore extenditur sub-
stitutio. *Vasq. de success. tom. 2. lib. 2. §. 11. nu.
38. in fin. Fusar. d. quæst. 23. num. 5. Tiraquell.
de priuileg. piæ causæ. priuil. 76. Franch. decis.
156. num. 4.*

15 Et cessat hæc controuersia, quando sub-
stitutio pupillaris est cœpta sine illis ver-
bis, si hæres erit. Sed cũ sola alia conditio-
ne, si in pupillari ætate decesserit, quia tunc
vulgaris non est omninò tacita, sed conti-
netur sub istis verbis generalibus, & ideò
absquè controuersia substinetur testamen-
tũ mortuo pupillo viuo testatore, vt benè
explicat *Couar. in d. §. 5. sub nu. 5. antè finem.
vers. verùm etiam si admittamus.* quę sequun-
tur congesti per *Fusar. d. quæst. 23. num. 13.*

16 Non obstat, quòd pupillaris non conti-
neat tacitam vulgarem, quando adest ex-
pressa vulgaris. *l. cùm ex filio 39. §. filio. ff. de
vulg. & seqq.* quia hìc non visa fuit adesse
expressa vulgaris, cùm duo tantũ casus fue-
rint à testatore cõsiderati: Primus scilicet,
si filij non nascerentur, qui casus non eue-
nit, quia filius natus est; Secundus casus,
si in pupillari ætate decederet, qui nec etiã
17 contigit, quia filius nunquàm fuit pupil-
lus, dùm patri prædecessit, & sic remanet
Tertius casus omissus, cùm viuente patre
18 obierit, & consequentèr intrat vulgaris ta-
cita, à qua potest incipere testamentum.
*l. idem est 13. §. vlt. ff. de testament. milit. Couar.
in d. §. 5. vers. tertia est sententia. sub vers nàm
quod à tacita.* cum alijs fusè cumulatis à *Fu-
sar. d. quæst. 23. num. 1. & seqq.* & benè etiam
ad propositum *Goffred. à Salignat. in d. l. cùm
ex filio, ad med. vers. & hæc sunt. Cassad. dec. 1.
num. 6. tit. de testam.*

Præterreà ex alio etiam capite constat de
iniustitia dictarum sententiarum, ex quo
concedunt manutentionem Hebdomada-
rijs, qui possessionem de facto apprehen-
rant dictæ massariæ, non citatis Patribus
Carmelitanis, qui à triennio erant in paci-
19 ca possessione. Vndè euidentèr apparet,
dictam possessionem fuisse turbatiuam, &
nullo modo manutenibilem. *cap. licèt cau-
sam, vbi DD. de probat. Menoch. remed. 3. de
retin. num. 725. & 726. Rota decis. 19. num. 1.
par. 1. diuers. & decis. 193. nu. 8. & decis. 555.*
20 *num. 1. par. 1. recent.* & in fortioribus etiam,
quando non citatur intrusus iniustus de-
tentor, est *text. in cap. licèt Episcopus 28. de
præbend. in 6. Calder. cons. 4. tit. de dilat. Ruin.
cons. 17. nu. 3. lib. 5. Rimin. iun. cons. 494. nu. 34.
& seq. Honded. cons. 20. num. 47. lib. 1.* & ideò
21 dandam esse manutentionem existenti in
anteriori possessione, nõ attenta huiusmo-
di expulsione nullitèr facta, firmat *Gratian.
disceptat. 431. num. 1. & seqq. Card. Caualer.
decis. 501. nu. 1. & seqq. Rota decis. 284. nu. 14.
& seqq. par. 5.*

Et ità vtraquè parte informante fuit re-
solutum.

SVMMARIVM.

1 *Hostem infimæ quàmuis fortunæ, non esse con-temnendum, nec quemquam, vel omnium minimum, & contemptissimum non esse prouocandum. voluere Sapientes.*
Ratio refertur ex Pindaro. num. 2.

3 *Inimicus, quàmuis humilis timendus.*
Quia sæpissimè minima quoquè maximum nocumentum hominibus intulerunt.

4 *Adagium:* Musca splenem habet, & Formica bilem. *&*
Etiam capillus vnus habet vmbram suã.

5 *Brasidis fortissimi Lacedemoniorum Ducis dictum à Sorice morsi.*

6 *Animal omne, quàmuis minimum, se defendere tentat.*

7 *Pharaonem Regem, vt attereret Deus, Muscas, & Ranas immisit.*

8 *Incredulitas fallacium stratagemmatum, remedium.*
Non illis scilicet credere, sed vereri.

9 *Annibal de Capua Archiepiscopus Neapolitanus sedente in Sede Petri Gregorio XIII.*

10 *Fælix Tamburellus Episcopus Soranus, olim Vicarius Generalis Neapolitanus celebratur.*

11 *Ecclesiam, qui persequuntur, quandoquè obsequium se præstare Deo putant,*
Sed errant.
Quia Deum non nouerunt.

12 *Ius patronatus est seruitus in Ecclesia.*
Cùm sine patroni præsentatione prouideri illi non possit.

13 *Gratiæ, siuè dispensationes à Summo Pontifice data, an veritati nitantur, ad Ordinarios cognoscere spectat.*

14 *Paulus Apostolus Athenis seminiuerbius appellatus fuit.*
Et nouorum Dæmoniorũ annunciator. nu. 35.

15 *Ius patronatus tripliciter perpenditur.*
Hæreditarium, Gentilitium, siuè familiare.
Et ex pacto, & prouidentia.
Vel simpliciter.
Vel hæreditarium. & num. 18.
Quod mixtum Rota nuncupauit. nu. 19.

16 *Ius*

in fin. §. similiter quoq; patronatus. de reformat.

60 *Decretum* Sacri Tridētini Concilij sess. 25. cap. 9. in fin. §. similliter quoque patronatus *locum non habet, si semel ad illius formam idem cognitum fuerit.*

Multòq; magis, si pluries cognitum fuerit per institutiones subsequutas. num. 61.

Non enim ampliùs cognoscet, quàm quod cognitum fuit. num. 69.

62 *Litibus finem esse sacrę decreuere leges, sacriq; Canones.*

63 *Morti subijcimur omnes quotquot in hanc vitam per natiuitatem venimus.*

Nullusq; excipitur.

64 *Iura patronatuum, quæ legitima sunt custodiri Sacrum Tridentinum Concilių mandauit.*

Nec violari pias fidelium volnntates.

Et sat erit, semel ad præscriptum Sacri Concilij cognitum de eorum validitate fuisse. num. 95.

Vt Sacra declarauit Congregatio.

Quàmuis ex priuilegio concessa fuerint. num. 66.

Potissimùm verò, si in contractum concessio transisset. num. 67.

Ex causa videlicèt fundationis, siuè reędificationis, & dotis augmenti.

Multòq; magis, si ij, quibus concessio facta fuit, in possessione sint præsentandi, eorumq; successores. num. 68.

70 *Litium calore pax peruertitur cordium.*

Orat proindè quotidiè Ecclesia, vt illa extinguatur.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus pro se, suisq; hæredibus, & successoribus, primogenitis reseruatum, & in defectu primogenitorum alij succedere debeant, si deficiat primogeniti, nùm finem videat, vt Ecclesia libertatem acquisierit? Vel verò ad hęredes transeat? Quid verò ius patronatus sit hæreditarium, quid gentilitium, siuè familiare; & quid ex pacto, & prouidentia, siuè simplex, siuè hæreditarium, siuè mixtum; secundùm Rotam? Ius patronatus quibus modis trāsferri possit? Quid verò, si in proximè successurum donatione transferatur, nùm assensus perquiratur Ordinarij? De subreptione an dici possit gratię iàm exequutæ, verificatis, iustificatisq; expositis. Et post multa tempora? Hanc ob causam de decreto agitur *Sacri Tridentini Concilij sess. 25. cap. 9. in fin. §. similitèr quoq; patronatus. de reformat.* Gratia Papæ semel iustificata, paratam obtinet executionem, nequè contra illā opponi ampliùs potest. De iure patronatus ad *Sacri Tridentini Concilij* præscriptū semel cognitum fuisse sufficit, nequè noua exquiritur cognitio. Litibus finem esse sacræ decreuere leges, sacriq; Canones.

RESPONSIO CIV.

1 HOstem, quàmuis infimæ fortunæ,
non esse contemnendū; nec quemquam, vel omnium minimum, &
contemptissimum esse prouocandum: Sapientess dixerunt. Vt .n. Pindarus *Isthm. 4.*
2 profert: *Est quandoq; incertitudo fortunæ, vel hominum strenuè pugnantium, donec ad summum finem perueniant: his enim qualemcunq; vult finem dat fortuna: & meliora interdū deterioribus hominibus præmuntur, & supplantantur.*
3 Dixit proindè, cautèq; admonuit in Mimis Publius
Inimicum quàmuis humilem, docti est metuere.
Neq; profectò nouum est, quàm sæpissimè minima quoq; maximum nocumentum
4 hominibus intulisse. Cùm verum sit etiam Adagium: *Et Musca splenem habet; & Formica bilem.* & quod in sententijs Publius Mimus protulit:
Etiam Capillus vnus habet vmbram suam.
5 nec extrà rem Plutarcus de Braside fortissimo Duce Lacedęmoniorum refert: Cùm

ſicus legentem Sorex momordiſſet: *O bone*
6 *Iuppiter* (inquit) *nullum eſt tam minimum*
animal, quod ſui defendendi, aut periculum vi-
tandi, cùm ſit opus, occaſiones non perquirat.
7 Muſcas, & Ranas omnipotẽs Deus, qui to-
tum nutu tremefaciat Olimpum, vt Regem
Pharaonem attereret, immiſit. Timet nunc
igitur, & ſapienter Clericus Ioannes Cop-
pula, in cauſa, quam obtinet, à quocunquè
ſiuè magno, ſiuè paruo, nè ſibi inſidiæ pa-
rentur; neuè ſtratagẽmatibus, doloſis for-
8 talsè, & callidis, ſuperetur. Hoc proindè
adhibet remedium, *Incredulitatem*, nè di-
ctis, factiſq; credat eorum, qui ſe iuribus
opponunt eius. vti *Polyænus ſtratagemmatũ*
lib.7. in prologo aduertit. Factum autẽ, quod
proponitur ſic ſe habet, vt obiectionibus
poſtmodùm iure reſpondeamus.

Anno Incarnationis Dominicæ 1580. de-
cimo Kalendas Decẽbris Pontificatus San-
ctiſſimi in Chriſto Patris Gregorij XIII.
anno eius quinto per Apoſtolica ſcripta,
quæ ad Archiepiſcopum Neapolitanum,
tunc temporis exiſtentem, direxit: gratiã
Ioanni Baptiſtæ Berlingerio per Sanctitatẽ
ſuam datam, exequendã mandauit. Eidem
itaquè Ioanni Baptiſtæ Berlingerio laico
Neapolitano indulſit: vt quandocunq; Ec-
cleſiam Sancti Baſilij de Pauſilippo nuncu-
patam in monte Pauſilippi Neapolitanæ
diœceſis, ſine cura, quæ ſic diruta erat, vt
eius veſtigia vix apparerent, quam in titu-
lum ſimplicis beneficij Iulius Cæſar Ber-
lingerius Clericus Neapolitanus, eiuſdem
Ioannis Baptiſtæ natus tunc obtinebat, cu-
ius redditus ducatos triginta monetæ Re-
gni Neapolitani ſolummodò erant, ſuper
quodam territorio (*Capuello*) nuncupato,
ita denuò erigeret, vt in ea celebrari poſ-
ſet, eiuſq; in reædificationem ducatos du-
centos impenderet, atq; paramentis neceſ-
ſarijs ad ſacra in illa facienda, inſtrueret,
& dotem in alijs ducatis viginti augeret,
Ius patronatus & præſentandi ex dotatione, &
fundatione pro ſe, ſuiſq; hæredibus, & ſucceſſo-
ribus, videlicèt primogenitis; & in defectu pri-
mogenitorum, alij ſuccedere deberent. Et ceſ-
ſantibus maſculis, proximior, ſeù propinquior
de domo, ſeù familia Berlingeriorũ, obtineret.
9 Archiepiſcopus Neapolitanus tũc tem-
poris Illuſtriſſimus Dominus Annibal de
Capua ſupplicata recognoſcens, eaq; veri-
tate niti experientia magiſtra videns, exe-
quutioni dedit; reſeruato iure patronatus,
& præſentandi prædicto Ioanni Baptiſtæ
Berlingerio, ſuiſq; hæredibus, & ſucceſſo-
ribus. vt in ſuperioribus.

Vacante demùm beneficio præfato anno
1638. per ſupremũ diem Petri Iacobi Cop-
pula, præſentatus ad illud fuit per Emiliã,
& Iſabellam Berlingerio hæredes, ac ſoro-
res quondã Doctoris Iulij Berlingerij, Cle-
ricus Ioannes Coppula, qui per Illuſtriſſi-
10 mum Fœlicem Tamburellũ, nunc Epiſco-
pum Soranum digniſſimum, tunc autem
Generalem Vicarium Eminentiſſimi, & Re-
uerendiſſimi Dñi Franciſci Cardinalis Bon-
compagni nuncupati Archiepiſcopi Nea-
politani, inſtitutus fuit. Nouiſſimè autem
diebus hiſce, Emilia iam ex humanis ſu-
blata, Iſabella, quæ vna ſuperſtes eſt, libera-
litatem exercere cum eodem volens Cleri-
co Ioanne ex alia ſorore nepote, eidem ius
præfatum patronatus, & præſentandi dono
dedit, liberèq; ceſſit, publico donationis,
atq; ceſſionis præfatæ inſtrumento confe-
cto. Hic apud Curiam Archiepiſcopalem
comparens ſuper donatione prædicta con-
ſenſum præſtari depoſcit. Obnititur tamẽ
quiſpiam, putans obſequium ſe præſtare
11 Deo: vt Apoſtolos quandoquè admonuit
Ioannis 16. 2. Chriſtus Dominus noſter di-
cens: *Abſq; Synagogis facient vos; ſed venit*
hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur ob-
ſequium ſe præſtare Deo. & hæc facient vobis,
quia nõ nouerũt Patrem, neq; me. ſic Chriſtus.

Opponit hic profectò, ius hoc patrona-
tus extinctum eſſe: libertatem proindè ac-
quiſiuiſſe, liberæ propterea collationis fa-
ctum fuiſſe. Cùm primùm poſtmodùm va-
cauerit, poſſe conferri, nec ampliùs iuris
12 præſentandi ſeruituti ſubiacere. Eſt quip-
pè ſeruitus in Eccleſia ius patronatus, &
præſentandi; cùm ſine patroni conſenſu, &
præſentatione prouideri minimè illa poſ-
ſit. ex Concilio Toletano 9. in *can. decerni-*
mus 32. ibiq; *Archidiac.* 16. *quæſt.* 7. & Inno-
centius III. Iudici Sabinen in *cap. ſignifica-*
uit nobis 41. *de teſtib. & atteſtat.* odioſum
proindè *Abb. conſ.* 59 *num.* 3. *lib.* 2. *Marc. Man-*
tua conſ. 55. *nu.* 10. & 20. *lib.* 2. *Rota in Lucana*
Iuris patronatus 10. *Ianuarij* 1645. coràm
Ghiſilerio deciſ. 143. *num.* 26. in nouis additis
ad *praxim Viuiani de iure patronat.*

Nec obmuteſcit præterea, ſed loquitur,
obmurmuratq; Bullas Apoſtolicas Ioanni
Baptiſtæ olim per ſanctæ memoriæ Grego-
rium XIII. reſeruationis iuris patronatus
13 indultas, ſubreptitias fuiſſe. Spectare pro-
indè ad Ordinarium cognoſcere, ſi preces
veritati nitantur. ex Sacroſancta Tridenti-
na Synodo *ſeſſ.* 22. *cap.* 5. *de reformat.* ad In-
nocentij III. textũ in *cap. cùm veniſſent* 12.
ibiq; plenè *Gloſſ.* verbo *indicari. de iudic. ex-*
trà. Rota apud *Coccinum deciſ.* 346. *num.* 5. 6.
& 7. *Garſ. de benefic. par.* 9. *cap.* 2. *nu.* 142. *Bar-*
boſa in collect. ad d. cap. 5. *Sacri Concilij nu.* 2.

Fit itaq; cauſæ ſtatus: ſit ne deferendum
his, quæ ſeminiuerbius hic deferebat, vel
14 verò diffitenda? Sic enim de Paulo, cùm
Athenis eſſet, & de Chriſto IESV, eiuſq; lo-
queretur reſurrectione, Epicurei quidam,
& Stoici Philoſophi (*Actuum* 17. 18.) cùm
ea, quæ dicebantur, non caperent, dicebãt:
Quid

Quid vult feminiuerbius hic, dicere? Diffitenda vtiquè, nihilq; firmum habere, respondendum censuimus.

Præstamus autē, sic philosophantes. Ius hoc patronatus pro Ioāne Baptista, eiusq; hæredibus, & successoribus primogenitis reseruatum; ex pacto, & prouidentia hæreditarium fuit.

15 Tripliciter namq; ius patronatus prætēditur, vel enim hæreditarium dicitur; vel familiare, siuè gentilitium; vel ex pacto, & prouidentia hæreditarium. Hoc verò ius patronatus pro Ioanne Baptista reseruatū, ex pacto, & prouidentia reseruatum fuit: pro se vtiq; suisq; hæredibus, & successoribus, primogenitis; & in defectu eorum, alij
16 succedant. Ius quippè patronatus, quòad successionē, ex natura dirigitur feudi, siuè emphyteusis. ex *Card. in clem. 1. col. fin. nu. 8. de iure patronat. Rocch. de Curte de iure patronat.* verbo *ipse, vel is, nu. 72. Molina de Hisp. primog. lib. 4. cap. 11. num. 36.* Rota apud *Coccinum decis. 232. num. 4.* quæ est etiam in impressis apud *Viuian. decis. 105. num. 4. in praxi iuris patronatus. Gratian. forens. par. 3. cap. 521. num. 32. Rota decis. 155. num. 8. par. 1. in recentior.* diximus *respons.* nostra 74. *num. 35. 36. & 37. par. 3. & respons. 66. nu. 17 par. 4.*

17 Quemadmodùm autem feudum, ex pacto, & prouidētia simplicitèr perpenditur; & ex pacto, & prouidentia hęreditarium: quia vtraq; qualitas requiritur; si vtiq; de primogenitis ad primogenitos trāsire debebit, illosq; hæredes; & primogenitos eos esse oportebit, atq; hæredes, vt vnum sine
18 altero, non sufficiat. Ità per æquè, ius patronatus, aliud simplicitèr inuenitur ex pacto, & prouidentia Fundatoris; aliud verò ex pacto, & prouidentia eiusdem, non simplicitèr, sed hæreditarium, vtputà (in casu hoc nostro) pro hæredibus, & successoribus primogenitis. illis autē deficientibus, pro hæredibus, & successoribus proximioribus. tradit plenè *Surd. cons. 63. num. 10. ad 14. lib. 1. Scipio Rouitus in cons.* impresso per Regentem *de Ponte decis. 11. num. 41. & seqq.* deduximusq; Nos alios referentes dicta *respons.* nostra 74. *nu. 36. par. 3.* Quod sanè
19 ius patronatus mixtū nuncupauit, sanguinis videlicèt, & hæreditariū; Rota in *Neapolitana iuris patronatus 27. Ianuarij* 1644. coràm *Otthobono decis. 136. num. 3.* in nouis additis ad *Viuian. in praxi iuris patronatus.* Vt qualitas requiratur vtraquè sanguinis, atquè hæredis.

20 Est itaq; hoc ius patronatus pro Ioanne Baptista Berlingerio reseruatū; & ex pacto, & prouidētia ipsius, pro se, suis hæredibus, & successoribus, primogenitis; & hæreditarium. Illisq; deficiētibus pro hæredibus, & successoribus proximioribus. Quàmuis ergo primogeniti non adsint; & masculi quoq; omnes mortē obierint, interitumq; viderint: sunt tamen ex familia fœminæ Emilia, & Isabella, quæ hęredes fuere Doctoris Iulij Berlingerij earum fratris. Ad illas proindè ex pacto quoquè, & prouidentia peruenit ius hoc patronatus Fundatoris Ioannis Baptistæ, atq; ad vnam Isabellam, postquàm fati diem vltimum Emilia vidit. Non ergo extinctum ius patronatus
21 hoc fuit, vt perperàm dixere oppositores; quod sanè in *perpetuum*, ex fundatione, & dotatione reseruatum fuit. Sicuti neq; extinctum erit cùm Isabella mortem, & ipsa
22 Adæ filia, & Euæ, oppetierit. Neq; profectò taxatiuè tantùm pro illis reseruatum fuit, sed pro hæredibus, & successoribus
23 proximioribus. Iuris verò communis dispositione hæredis nomine, omnes cōprehendūtur, qui hæredes fuerint, siuè masculi, vel fœminæ; siuè proximi, siuè remotiores. ex Vlpiano lib. 72. ad Edictum in *l. hæredis appellatio 65.* & lib. 33. ad Sabinum in *l. hæredis appellatione 170. ff. de verbor. signif.* sic nempè Vlpianus ad Sabinum fatur: *Hæredis appellatione omnes significari successores credendum est, & si verbis non sint expressi.*
24 siuè primi, siuè vlteriores. ex *Gloss.* ibidem. *Fusar. de substit. quæst. 111. nu. 98. & nu. 104. & quæst, 342. num. 1.* diximus *respons.* nostra 22. *num. 64. par. 3.* & ad rem hanc nostram notat *Paris. cons. 48. num. 6. & s. qq. lib. 4.* sequntaq; fuit *Rota* apud *Card. Seraphin. decis. 364. num. 3. 4. & seq. Gratian. d. cap. 521.*
25 *num. 53. & 54. par. 3.* Ea potissimùm ratione: Quia hominis prouisio, legis prouisionem non deturbat, quin eam ipse sequi videtur; ni verbis fortasè id expresserit ho-
26 mo, quid ipse voluerit. Lex est enim hominis voluntas. ex Iustiniano in *§. disponat. in authent. de nupt. collat. 4.* in ijs, quæ de suis
27 disposuerit rebus. Iuris verò patronatus, (hæreditarij præsertim) hoc est proprium, vt ad hæredes, extraneos quoq; deriuetur. notat *Gloss. in can. considerandum 35.* verbo *cohæredes. 16. quæst. 7.* ibiq; *Glossella* marginalis. *Abb. in cap. 1. num. 2. & seqq. de iure patronat. Cardin. Ancharan. & Imol. in clem. 2. de iure patronat. Couar. variar. resol. lib. 2. cap. 18. num. 6.* Rota apud *Seraphin. d. decis. 364. sub num. 2. vers. his tamen non obstantibus, & nu. 3.* & coràm *Robusterio par. 1. diuers. decis. 383. num. 4. & seq & num. 13. & 17.* & apud *Coc-*
28 *cinum decis. 250. num. 2.* fœminas quoq; ex *Abbate cons. 54. num. 4. in fin. par. 1. Claudius Tutius de iure patronat. quæst. 3. & quæst. 13.*
29 præsertim verò, atq; cum primis, si fœmina hæres nūcupata fuerit. *Riccius* Vici Episcopus *in praxi par. 1. resolut. 175.* & *Viuian. in praxi iuris patronatus par. 1. lib. 4. cap. 2. num. 48. & 49. Rota in Rhegien iuris patronatus 27. Aprilis 1640.* coràm *Ghisilerio decis. 126. num. 20. in nouis additis ad dictam pra-*

30 *xim Viuiani de iure patronatus*. Rationem
reddit *Rota* apud *Coecinum decis. 464. nu.6.*
Quia per generalem institutionem hęredis
ius patronatus hæreditarium acquiritur.
Velut etiã donatione. ex Bonifacio VIII.
in *cap. vnic. de iure patronat. in 6.* & ex Ale-
xandro III. Eboracen Archiepiscopo in
*cap. quod autem 5. §. de cętero. de iure patronat.
extra*, & *Gloss. in cap. cùm seculum 13.* verbo
emptorum in fin. eodem de iure patronat.
31 Hanc proindè fit ob causam, vt relictum
ius patronatus filio, & descendentibus: si
moriatur ille, atquè sine liberis vita exces-
serit, neq; propterea extinctum ius ipsum
patronatus videbitur, quia profectò ad hę-
32 redes pertransibit, nisi taxatiuè reseruatũ
fuerit. vt dictum fuit coràm *Robusterio d.
decis. 385. num. 4. & seqq. per tot. d. par. 1. di-
uersor.* & coràm *Card. Seraphino d. decis. 364.
nu. 2. & 3.* Episcopus *Genuens. in praxi Epi-
scopali cap. 101. num. 1.* impressione Romana
anni 1609. qui sic ipse ad rem loquitur no-
33 stram: *Ius patronatus relictum familiæ, seù
illis de familia; extinctis illis, non extinguitur,
sed transit ad hæredes vltimi de illa familia;
nisi ex verbis Fundatoris appareat, illum limi-
tare voluisse ius patronatus, vt ad alios non
transiret, quàm ad expressos, &c.* ità Genuen-
sis. eumq; sequitur *Garsias de benefic. par. 5.
cap. 9. num. 66.* & dictum fuit in *Rota* apud
*Card. Seraphin. decis. 378. num. 2. & seqq. per
totam.* & in *Lucana iuris patronatus 20. Iunij*
1602. coràm *Card. Mellino decis. 12. num. 1.*
apud *Viuianum.* & in dicta *Rhegien iuris pa-
tronatus* coràm *Ghisilerio decis. 126. num. 20.*
apud eundem *Viuianum. Ricc. in praxi par. 1.
resolut. 187. num. 5.*
34 Errauerunt proindè ab vtero: loquuti
sunt falsa, (sicuti Dauid contestatur Rex
Psalm. 57. 4.) qui extinctum iàm hoc volue-
re ius patronatus, & ità pertinacitèr asser-
uerunt. Nùmquid nouorum dęmoniorum
35 annuntiatores hi sunt; sicuti Athenis Pau-
lo quidam dixere? *Actuum 17. 18.* quia
noua quædam auribus inferũt nostris? Re-
seruatum quippè illud fuit: *Ioanni Baptistę,
eiusq; hæredibus, & successoribus, videlicet pri-
mogenitis: ità quòd in defectu primogenitorum
alij succedere debeant. Cessantibus verò mascu-
lis, proximior, siuè propinquior de domo, seù
familia Berlingeriorũ succedat perpetuò.* Hoc
autem in assertiua Ioannis Baptistæ. In
dispositiua verò Papæ concedentis: *Qua-
tenus eidem Ioanni Baptistæ, eiusq; hæredibus,
& successoribus prædictis ius patronatus, &
præsentandi personam idoneam ad dictam Ec-
clesiam Sancti Basilij, quotiès illam vacare con-
tingerit. vt præfertur, denuò reseruare, &c.*
Est itaq; ius hoc patronatus hęreditariũ
ex pacto, & prouidentia, quia certis perso-
nis ordine successiuo, & hæredibus reser-
36 uatum simplicitèr fuit, ac *perpetuò*, non sa-
nè taxatiuè. Perpetuum namquè dicitur,
quod præfinitum nullũ habet tempus. pro
omni idcircò tempore accipitur, ac simpli-
citèr. ex Claudio Cæsare in *l. falsò 2. C. de
diuers. rescript.* ibiq; *Gloss.* verbo *perennium.*
id est, sine fine, exprimit. & *Gloss. in can. ex
enim 2. §. perpetuò quoquè 10. quæst. 11.* ver-
bo *perpetua*. ex Innocentio III. in *cap. ex
litteris 11. de constitut.* ibidemq; *Gloss.* verbo
in perpetuum. quæ verbum illud *(in perpe-
tuum)* tempus denotare non definitum ad-
uertit, & pro omni tempore accipi, ac sim-
plicitèr. Nec diffitetur Alexander III. in
*cap. clericos in sacris 3. de cohabitat. clericor.
ac mulier.* ibiq; etiam adnotat *Gloss.* verbo
37 *perpetuum*. Comprehendit enim omne
tempus, quàmuis futurum. *Paris. cons. 26. nu.
46. lib. 3. Rota* apud *Card. Cavaler. decis. 293.
num. 3. & decis. 454 sub num. 10. & seqq.*
Iure propterea, nec sanè iniuria ad Emi-
liam, atq; Isabellam Berlingerio de fami-
lia, & hæredes quondã Doctoris Iulij Ber-
38 lingerij earum fratris, ius pertransijt hoc
patronatus. De familia equidèm & ipsæ
sunt. ad Pauli sensum lib. 26. ad Edictum
in *l pronunciatio 195. §. familiæ appellatio.* &
Caio lib. 12. ad Edictum in *l. familiæ appel-
latione 296. ff. de verbor. signific.* diximus *re-
spons. 74. num. 32. par. 3.*
Nequè sanè iniuria, post suprema Isabel-
læ funera, quæ sola vitæ superstes est, ad
Ioannem pertransibit Copp{u}lam ex sorore
39 nepotem, atq; proximiorem de domo, de
agnatione videlicèt. ex eodem Paulo *d. l.
pronunciatio 195. §. familiæ appellatio. de ver-
bor. signific.* diximus *respons.* nostra 20 *num. 6.*
40 *& 9. par. 3.* Sat quippè illi fuerit, in gradu
esse successibili. vt perpendit, per quam
diffusè *Tiraquell. de retract. lignag. §. 11. gl. 1.
num. 4. & 5.* & *Rota* apud *Cocein. d. decis. 250.
num. 4.* & apud *Card Cavaler. decis. 395. nu. 1.*
41 Eò potissimùm, quòd nullus sit alius, qui
Ioannem proximitate præcedat. vt eadem
perpendit *Rota* apud *Coecinum. d. decis. 250.
num. 4.*
42 Hanc proindè ob causam fit, cùm inter
compatronos agnoscatur Ioannes; in spe
saltim, ob futuram successionem, vt nullus
requiratur Ordinarij consensus ob dona-
tionem interim eidem per Isabellam factã.
Quod enim futurum est, illa præuenit. Ex
decreto Syluestri Papæ in *can. nemini regum
40. 16. quæst. 7.* ibiq; *Gloss.* verbo *nemini. in
fin.* ex Alexandro III. in *cap. ex insinuatione
14. in fin. de iure patronat.* ibidemquè *Gloss.*
verbo *liberalitèr contulisset*. quæ rationem
satis refert adæquatã. *Quia* (dicens) *vterq;
43 istorum fratrum erat patronus insolidum.* me-
liùsq; *Gloss. in cap. illud prætereundum 8. in
fin.* verbo *contulerit. eodem de iure patronat.*
quæ ex eodem *text. in d. cap. ex insinuatione*
14. sic rationẽ defert. *Vincentius dixit, quòd*

44 *sic*

44 *sic arg. infrà eodem ex insinuatione. sed ibi non fuit donatio. sed fratri ius suum, seù renunciauit ei quantum ad se, ius præsentãdi, & ideò non fuit donatio, cùm ipse insolidum esset patronus, vt ibi dicitur* sic Glossa. Iure proindè merito Episcopi consensus,& assensus non perquiritur. sequiturq; *Abb. d. cap. ex insinuatione 14. num.4. Caputaq. decis.131.nu.1. par.2. Rota* apud *Coccin. decis.464.num.8.* & apud *Duranum decis.87. num.15.par.1.* quæ est etiã in impressis apud *Viuian. decis.110. nu.14.& 15. in praxi iuris patronatus.* & in recentiorib.par.1.decis.707.num.4.Gratian.forens. par.3. cap.577. num. 37. *Maceraten variar.resolut. lib.1. resolut.87. num.25. vers.&*
45 *licèt patronus.* Rationem & ipse reddens;
Quia nullum ex hoc Ecclesiæ intrat damnum, cùm in eum fiat donatio, qui ad ius idem vocatus est. Et apud quẽ insolidum est ius patronatus. vt ex *Gloss.* paulò antè perpendi-
46 mus. Et ipsa spes,quæ certò certiùs ex cõtractu exitura est,in rebus nostris esse dicitur.ex Pomponij sensu in *l.verbũ illud 181. in fin. ff. de verbor. signif.* lateq; deduximus *respons.* nostra 5. *num.3. cum seq.per totam, part. 3.*

Neq; profectò difficultatem facit, quòd masculis præseruatum ius patronatus fuit, illisq; primogenitis,& in defectu primogenitorum,quòd alij succedere debeant,

Cùm, quòd reseruatio taxatiuè non disponit. vt in superioribus perpendimus. Tùm quòd verba illa:alij succedere debẽt, non vtiquè de primogenitis exaudiri possunt, qui iàm cessauerunt, nàm in defectu eorum alij suffecti sunt,non vtiquè primogeniti. Tùm prætereà, quòd expressè dispositum fuit: *Cessantibus verò masculis,proximior, seu propinquior de domo, seù familia.* Propinquiores,seù proximiores de domo, seù familia,Emilia, atq; Isabella fuere,Doctoris Iulij Berlingerij sorores,& hæredes.
47 Iure proindè vti vocatæ,& de familia,masculis extinctis, atque cessantibus, admissæ fuere, vti de familia Berlingerio, vt suprà diximus,& hæredes Iulij. Ex pacto itaquè, & prouidentia Fundatoris ipsæ venere, ex Alexãdro Cæsare in *l.voluntas patris 4.* ibidemq; *Gloss.* verbo *non videtur, C. de fideic.* sequutaq; fuit *Rota par.1.in recentior. decis. 587.nu.8.& par.2.in eisdem decis.282. nu.1. & seqq per totam.*& apud *Card.Seraphin.decis.1438.num.2.* & apud sanct.memor. *Gregorium XV.decis.293.num.14.& seqq.ad finẽ,* ibidemq; *Beltramin.* addens *num.23.& decis.464.num.1.& seqq.Gabriel.cons.195.nu.3. lib.1.Surd.cons.140.num.67.vol.1.*
48 Nullo propterea iure retineri Isabella potuit, quæ sola ex familia superstes erat, Berlingerio,quin Ioanni ex sorore nepoti, consequenterq; de domo, cognatione videlicet, vt vidimus, & vti proximiori successuro iuris patronatus donationem faceret. Verba damus Alexandri Cæsaris in *d. l. voluntas patris 4. C. de fideicommiss.* satis namquè ad rem concinnè nostram de fideicommisso decernentis, sedent: *Voluntas patris* (Alexander loquitur) *prohibentis liberos fundos extrà familiam vendere,vel pignori dare: fratrem sorori donare prohibuisse,*
49 *non videtur.* Quia nimirùm sub familię nomine propinqui omnes comprehẽduntur, ni alitèr disponens decreuerit. vt Iustinianus Augustus respondit in *l. Sugestioni Illiricianæ 5.* aliàs *fin. C.de verb.signif.*& *Glos. in d.l. voluntas 4.* verbo *familiam*. animaduertit.Non vtiq; infandam attentauit rem Isabella (vt opponentes putant: sed falsò) cũ Ioanni ius donauit patronatus,qui post illam, fato ipsa perempta,vti proximior,& de domo, atq; familia propinquior succes-
50 surus erat. Et planè transfundi in eum ius patronatus per successionẽ poterat: & donatione non potuit? Inter modos verò, quibus ius patronatus trãsit successio,atq; computatur donatio. ex *Gloss. in d.cap cùm seculum 13.* verbo *emptorum. de iure patronatus.* dicente;

Ius patronatus transire facit nouus hæres,
Res permutata, donatio,venditioque.

potuit ergo & per donationem ius patronatus in Ioannem transferri,sicuti per successionẽ transferri valebat. Perpetuò namque in Isabellam translatũ fuit, sicuti *perpetuò* Ioanni Baptistę ex fundatione,& dotatione reseruatum fuerat, atquè *perpetuò*, masculis deficientibus, in proximiores de-
51 uoluendum erat. Non mirùm proindè si mutata natura ex pacto,& prouidentia hæreditarij, simplex factum fuit hæreditariũ.
52 Hac nempè præditum natura est ius patronatus hæreditarium, vt ad hæredes, & successores pertranseat,profluaturq;,etiam extraneos, etiam fœminas, hæredes modò sint. ex Gregorio in *d.can. considerandũ 35.* ibiq; *Gloss.* verbo *cohæredes 16.quæst.7. Abb. cons.54.num.4.par.1. Rocchus de Curte de iure patronat.* verbo *ipse,vel à quo. nu.17. q. 8.* per quam optimè *Rota* apud *Card.Seraphin. d.decis.378.num,1,2.& seqq.per totam. Garz. de benefic.par.5.cap.9.num.66.& seqq. & nu. 143. Marius Antoninus Maceraten variar.resolut.lib.1.resol.60.nu.1. Claudius Tutius q.4. de iure patronat. num.6. Rota in Rhegien iuris patronatus* corã *Ghisilerio d.decis.126.nu.20.* apud *Viuian.in nouis additis.*deduximus*responsf.*nostra 83.*n.29.par.3.*potissimũ verò,si
53 nulla taxatiua dispositione concessio reprimatur. vt in superioribus perpẽdimus, aduertimusq;.

Abeant idcircò, propellanturq; oppositores,qui vt obstaculum Ioanni faciant,de obreptione obijciunt, atquè subreptione concessionis per sanct.mem. Gregorium XIII.

XIII. Ioanni Baptistæ factæ.vt nunc dicat.
54 recordati sumus.Quia sicuti quondã Prin-
cipes Sacerdotum, & Pharisei post Para-
sceuen conuenerunt ad Pilatum *(Matthæi
27.63.)* sepulto iam Domino, dicentes: *Do-
mine recordati sumus, quia seductor ille dixit
adhùc viuens: Post tres dies resurgam. Iube
ergo custodiri sepulchrum vsq; ad diem tertiũ:
nè fortè veniant Discipuli eius, & furentur
eum, & dicant plebi: Surrexit à mortuis: &
erit nouissimus error peior prioribus.* Recor-
55 dati profectò fuerunt, vt ex eorũ versutia,
positis custodibus, certius mysterium red-
deretur Resurrectionis.

Quia profectò Bullæ Apostolicæ prædi-
ctæ Illustrissimo tũc Neapolitano Archie-
56 piscopo directæ fuere, atque apud eum iu-
stificatæ,& per eundem debitæ demandatę
executioni,veritate cognita impetratorũ.
Ex tunc nempè gratia paratã,expeditamq;
obtinet exequutionem ad instar *l. fin. C.de
edicto diui Hadriani tollendo.*cùm iustificata
fuerit.ex Innocentio III.Episcopo Helien
in *cap.pastoralis* 28 *§.quia verò, in fin.* ibiq;
Gloss. verbo *tenetur, de offic.deleg.* & Bonifa-
cio VIII. in *cap. si capitulo* 5. & ibidem
Gloss. verbo *exequatur, de concess.præb. lib.6.*
Rota apud *Coccin. decis.*373. *num.*2. & apud
*Card.Caualer. decis.*148. *num.*1.*& decis.*363.
*num.*3.*& decis.*639.*num.*1.& in *recent. par.*2.
*decis.*625.*num.*2.& apud sanct.mem. *Grego-
rium XV. decis.*121. *num.*2. diximus *respons.*
nostra 45. *num.*5. *par.*3.*& respon.*100. *nu.*7.
part. 4.

57 Qui dicunt nunc de subreptione,ipsi suã
probatione firmẽt intentionem.*Rota* apud
sanct.mem.*Gregorium XV. decis.*108.*num.*1.
ibidemq; *Beltramin. num.*12. & apud *Card.
Seraphin. decis.*857.*nu.*15. & apud *Coccinum*
58 *decis.*89.*num.*1. *&* 2. vbi infert, talem pro-
bationem concludentem esse debere. *Rota
par.*1.*in recentior.decis.*418.*nu.*1. & in *Pacen
pensionis* 1609. coràm *Mareomontio dec.*275.
*num.*6.*post* 2.*volum.consilior.Farinae.Paris.de
resignat.lib.*10.*quæst.*2.*num.*7.*cum seqq.*

59 Quam ob causã nec faciebat, quod ipsi
ex Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi decre-
to *sess.*25.*cap.*9.*in fin. §.similitèr quoq; patro-
natus,de reform.* firmitèr opponebant:posse
Ordinarios de patronatibus,etiam tanquã
Sanctæ Sedis Apostolicæ Delegatos,à qua-
draginta annos citrà,seu ex augmento do-
tis, seu ex noua constructione, seu ex alia
simili causa, etiam authoritate Sedis Apo-
stolicæ cognoscere.

60 Quia nimirùm,cùm Bullæ concessionis
huiusmodi Ordinario Neapolitano tunc
existenti directæ fuerint, & ab eo recogni-
tæ,& exequutæ, nulla noua perquiritur co-
gnitio. neq; decretum præfatũ Sacri Con-
61 cilij intrat, nec locum sibi facit.*Barbosa in
collectan. ad d.cap.*9.*num.*85. Tum præterea,
quòd post ipsam primam erectionem vigo-
re Bullarum prædictarum Gregorij XIII.
non semel,sed bis etiam, ac ter de eodem
beneficio cognitio habita fuit per Emine-
tissimos Dominos S.R.E. Cardinales Ar-
chiepiscopos Neapolitanos, qui vacante
hoc beneficio,ad patronorum præsentatio-
nem præsentatos instituere. vt nouissimè
idemmet Clericus Ioannes Coppola insti-
tutus fuit. Cognouerunt vtiq; ad eiusdem
Sacri Tridentini Concilij terminos de iu-
re patronatus prædicto, ac præsentandi,
vndè in possessione reperiuntur ex tot an-
nis,non solùm quadraginta, sed sexaginta
annorum Ioannis Baptistæ descendentes,
& successores præsentandi. Quid ergo am-
62 pliùs cognoscere debebunt? Ni litibus fi-
nem nullũ esse amauerint, sacrorumq; ca-
nonum, legumq; sacrarum mentem viola-
re, quæ finem litibus esse denunciauere. ex
Innocentio III. in *cap.finem litibus* 5. *de do-
lo,& contumacia extrà.* & Philippo Cæsare
in *l. fratris tui filiis* 10. & Diocletiano, &
Maximiano Augustis in *l.causas,vel lites* 16.
*C.de transact.*meminimusq; *respons.* nostra
80.*num.*5.6.*&* 7.*par.*3. Neq; porrò inferio-
ris gradus, & alij erunt Eminentissimi Or-
dinarij, quin cognitione perlustrare illud
63 nõ valeant, quãdo morti subijcimur quot
quot in hanc vitam per natiuitatem veni-
mus. Nàm

Omnibus est eadem lethi via, non tamen vnus
Est vita cunctis, exituq; modus.
Hac pueri,atq; senes paritèr,iuuenesq; feruntur.
Hac par diuitibus pauper egenus erit.

vti Cornelius Gallus cecinit. In infinitum
64 ergo negotiũ abibit. & ipsamet Sacri Tri-
dentini Concilij mens *d.cap.*9. *sess.*25. elu-
deretur, quod æquum non æstimauit legi-
tima patronatuum iura tollere,piasq; fide-
lium voluntates in eorum constitutione
violare.

65 Et sat, superq, est, semel ad eiusdem Sa-
cri Tridentini terminos de veritate cogni-
tum fuisse iuris ipsius patronatus. vt Sacra
declarauit Congregatio Eminentissimorũ
Dominorum Sacri Tridentini Concilij In-
terpretum. & sequuta fuit *Rota par.*1. *in re-
centior. decis.*195. *num.*4 *& par.*2. *in eisdem
decis.*4.*num.*4. quin pluriès aliàs decisum
fuisse refert *Garz. de benefic. par.*5. *d. cap.*9.
*num.*124.125.*&* 126. *Barbosa ad d.cap.*9.*Sa-
cri Concilij in collectan.num* 85.*Gonzal.ad re-
gul.*8.*gloss.*18.*num.*26. & sequuta fuit quoq;
Rota *in vna Comen Parochialis* 27. *Aprilis*
1640. coràm *Pirouano decis.*125. *nu.*7. *in no-
uis additis ad praxim Vtiuani de iure patro-
natus.*

66 Tùm demũ,quòd Sacri Tridentini Con-
cilij dispositio locum obtinet, vt cognosci
semel possint beneficia, quæ per priuilegiũ
ex solo dotis augmento concessa fuere,
vel in

vel in posterùm concedentur. Secus verò in ijs, quæ per Sanctam Sedem Apostolicã ex fundatione, & dotatione indulta fuere; & quorum concessio in contractum pertransijt, vt in facto hoc est, quod in cõtrouersiam nunc agitur. Namq; Ecclesia hęc Sancti Basilij iàm in ruinam abierat, atquè corruerat, vt in illa sacrificia Deo Altissimo non ampliùs fierent, concessit idcircò illam Ioanni Baptistæ Sanctissimus Gregorius XIII. vt Beneficium hoc ius patronatus eius, & successorum suorum *in perpetuũ* esset, modò tamen Ecclesiam prædictam reędificaret, eiusquè in ædificium biscentum aureorum impéderet, reædificatamq; Ecclesiam omnibus necessarijs ad offerendum restauraret, instrueretq;, dotemq; eius in annuis ducatis viginti monetæ Regni augeret. essetquè propterea ius patronatus eius, atquè successorum suorm *in perpetuum* ex fundatione, & dotatione. In
67 contractum proindè concessio hæc pertransijt. idcircò seruanda. plenè *Tiraquell. in l. si vnquàm. verbo donatione. largitus. nu. 13. & 14. C. de reuocand. donationib. Horat. Mandos. de priuileg. ad instar. gloss. 15. num. 17. & 19. Sanchez de matrim. lib. 8. disput. 33. à num. 1. cum seq. & num. 8. Rota* apud *Duranum decis. 291. num. 38. part. 2.* deduximus *in secundo nostro Apologetico pro Iuribus Ecclesiæ, Romæ presso num. 123. & respons. 2. num. 96.* ibidem. Hoc ipsum in totum Ioannes Baptista præstitit, & apud Archiepiscopalem Curiam Neapolitanã cognoscendum deduxit, quæ cognouit, gustauit, & vidit, quia bona est negotiatio eius. Vn-
68 dè litteris Apostolicis, iustificatis iàm, executionem præstitit, & in hac possessione Ioannes Baptista, eiusquè successores fuerunt, & sunt. vt perpendit *Rota par. 1. in recentioribus decis. 707. num. 2. & part. 2. d. decis. 4. num. 5. in eisdem recentioribus.* Quid
69 igitur noui cognoscere poterit Ordinarius Neapolitanus, nisi quod iàm cognitũ fuit à *Rota* apud *Card. Seraphinum decis. 499. num. 4. & d. decis. 4. num. 4. par. 2. in recentior.* pluraq; refert *Beltramin. ad decis. 397. nu. 6. Gregor. XV. Barbosa ad d. cap. 9. Sacri Concilij num. 85. Rota in dicta Rhegien iuris patronatus decis. 126. nu. 913. & per totam* apud *Viuianum*. Nihil igitur aliud superest, quod cognoscat Ordinarius. Iure proindè ius ipsum patronatus in Ioannem translatum fuit. Cautè ergo aduersus Oppositores se gerit, sua tuendo iura, vt actorum verita-
70 tem ostendat, litiumq; extinguat calorem, quo cordium pax peruertitur. vndè orat quotidiè Ecclesia:

Extingue flammas litium,
Aufer calorem noxium,
Confer salutem corporum,
Veramq; pacem cordium.

Quod præstare nobis Pater dignetur omnipotens, vt illi ex totis præcordijs seruiamus.

Atquè ità ex his, quæ Aristarchi iudicio lubentèr subijcimus, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

Nullam postmodùm aliàs passus est repugnantiam Ioannes. fortassè cessauere Oppositores.

SVMMARIVM.

1 *Christum, qui sequi volunt, sua omnia vt relinquant, opus est.*
2 *Locus Genesis 12. 1.* Egredere de terra tua, &c. *expenditur, & num. 6.*
3 *Mulier Cananea è finibus Tyri, et Sidonis egressa, Christum agnouit, & filiæ sanitatem obtinuit.*
4 *Manna non priùs Populo Dei pluit, quàm quæ ex Ægypto secum tulerunt, defecerunt.*
5 *Experientia efficax rerum magistra est.*
7 *Constitutio Sixti V. de non admittendis ad habitum, neq; professionem, criminosis, vel suspectis, aut ære alieno, vel rationibus reddendis obligatis.*
Alioquin sit eorum professio nulla, & eijciantur.
Quæ expenditur. num. 38. & num. 47.
Eamq; cõfirmauit Clemẽs Papa VIII. n. 41.
8 *Constitutiones nouæ Sacri Ordinis Camaldulensium à sanctæ memoriæ Vrbano Papa VIII. approbatæ fuere.*
Inter eas est, vt qui morbum aliquod graue, vel incurabile, vel contagiosum secum attulerit, & reticuerit, vel qui nouitij alterius Religionis fuere, detecto impedimento possint eijci, & expelli.
9 *Professio contractus est vltrò, citròq; obligatorius, quia vtrinq; obligat, & Religionem profitenti, & profitentem Religioni.*
Estq; duorum contractus. & ex vtriusquè proficiscitur consensu. num. 10.
Ex vnius ergo cõsensus defectu claudicabit. num. 11.
Attendenda proindè ratio erit cõtractus, sub qua cum profitente Religio contrahit.
Alioquin nõ minimè Religio læditur. nu. 21.
11 *Contractus ex duorũ consensu perficitur, vnius ergo si desit, consensus mancus erit, atquè deficiet. quia materialitèr tantùm contractus habetur, non formalitèr, vndè obligationem non parit. num. 39.*
13 *Pactis stare contrahentem oportet. ità etiam profitentem.*
14 *Fidei humanæ nihil tàm congruit, quàm ea, quæ placuere, custodiri.*

15 *Deus*

15 *Deus ipse pactis initis obfirmatur.*
Declara. num.17.
Deus fidelis est in omnibus vijs suis, & Sanctus in omnibus operibus suis. *Psalm.144.1.*
18 *Pacta inita, quando illa legibus aduersa non fuerint, homo transgredi non debet.*
Præsertim verò, si Deo promittantur.
Calcari enim impunè minimè possunt. n.20.
19 *Religioni, quæ promittuntur pacta, Deo, qui in Religione colitur, promissa videntur.*
21 *Morbo necessaria necarri medela debet.*
Et resecanda putrida carnes.
Vt abscissione reliqua carnis saluti consulatur, occurraturq́;. num.24.
23 *Ouis morbosa è caulis repellenda, nè omnia pecora inficiantur.*
25 *Professio, materialitèr tantū professio, non formalitèr, effectum non producit.*
Claudicat enim ex defectu consensus, & Religionis, & profitentis.
26 *Non enim procedit professio sine consensu, & voluntate vtriusq́;, Religionis videlicèt, & profitentis.*
Neque sola materialitas monachum facit, num.27.
Est enim contractus, qui voluntate perficitur. num.28.
Nulla est ergo professio, & professus, vt nouitius adhùc habetur. num.31.
Expelli proindè poterit.
Quia professionis effectum non producit. num.39.
Neq; incorporatio facta fuit.
27 *Monachum non facit habitus, sed professio regularis formalitèr, non materialitèr.*
29 *Matrimonium sine vtriusq; contrahentis consensu firmum non est.*
Ità nec spirituale matrimonium.
Interim proindè concubini dicentur, nō coniuges. num.34.
Quia neuter eorum in alterius corpus potestatem accepit.
30 *Morbum gallicum qui in Religionem aduexerit, si constitutio in Religione sit, quòd non fateadit illum recipere, & detecto morbo expellere. expelli vtiq; poterit.*
32 *Nouitij completo probationis anno, si habiles sunt, retinendi, sin minus eyciendi.*
33 *Probationis spatium in subsidium fragilitatis humanæ institutum est, & profiteri volentiam, & Religionis.*
Ad experiundum namq; conceditur.
35 *Iure suo, qui vtitur, iniuriam facit nulli.*
Quia secundùm præcepta legis operatur.
Ergo benè.
37 *Nemini denegari debet, nè id faciat, quod iure id permittente sibi competit.*
40 *Professus per professionē legitimè emissam incorporatur Religioni.*
Et ex incorporatione vltrò, citròq; obligatio oritur.
Quàmuis interiùs defectus aliquis ex parte profitentis intercedat, qui sanè sit occultus. num.45.
Et si de nullitate dicere valeat.
42 *Consensus conditionalis, & matrimonio carnali, & spirituali obest, non sequuta conditione.*
43 Tex. Sacri Tridentini Concilij sess.25.cap. 19. de regularib. *perpenditur ad rem.*
Loquitur de eo, qui de nullitate dicere professionis intendit.
Non igitur locum habet, si ob aliquod defectum tacitum, Religio ex Constitutionibus approbatis, protestata fuerit, se nolle consentire, atq; impedimento, vel defectu detecto expellere velle. num.46.
Loquiturq; de nullitate professionis ex iure communi, non verò ex statutis Religionis approbatis. num.49.
50 *Constitutio Papæ Vrbani VIII. de Nouitijs receptis, vel qui professionem fecerunt in Conuentibus non designatis, iuxtà Constitutionem Clementis VIII. denuò ad professionem admittendis.*
In re hac nostra non exauditur.

ARGVMENTVM.

Professione existente nulla ob tacitum impedimentū infirmitatis contagiosæ, ob morbum gallicum, ex vi Constitutionū Religionis, cùm non aliàs consensum Religio præstiterit, nequè professus, an iure eijci sic professus potuerit: & nùm locum habeat dispositio ***Sacri Tridētini Concilij sess. 25. cap. 19. de regularib.*** ad interpretationem, & mentem Constitutionis Sixti Papæ V. ***Cùm de omnibus Ecclesiasticis***. & nùm materialitèr professio, nō formalitèr effectū producat? an verò Nouitius adhùc perseueret? Et nùm Vrbani Papæ VIII. Constitutio anno 1631. edicta in hoc casu locum habeat?

RESPON-

RESPONSIO CV.

1 QVI Christum sequi volunt, sua om-
nia vt relinquant, opus est. *Egredere*
2 (dixit Dominus Deus ad Abram,
Genes.12.1.) *de terra tua, & de cognatione
tua, & de domo patris tui, & veni in terram,
quam mostrauero tibi.* de terra tua, hoc est *de
terreno homine*; & de cognatione tua *vitio-
rum*, & de domo patris tui *Diaboli*. & obli-
uiscere populum tuũ, & domus patris tui,
Psal.44. *Glos. interlinearis* ibidem aduertit.
Additq; Ambros.lib.1.de Abrahã Patriar-
cha cap.2. *Consideremus* (inquiens) *nè fortè
hoc sit exire de terra tua, de huius terra, hoc est
de corporis nostri quadam commoratione egre-
di*, de qua exiuit Paulus, qui dixit: *Nostra
autem conuersatio in Cœlis est*. Non nè ex fini-
3 bus Tyri, & Sydonis mulier Cananea egres-
sa fuit (*Matth.15.22.*) vt filiæ sanitatẽ im-
petraret? *Et ecce mulier Cananea à finibus il-
lis egressa, clamauit, dicẽs ei* (IESV videlicèt)
*Miserere mei Domine fili Dauid: filia mea ma-
lè à Dæmonio vexatur*. Quo loco Hieron.
lib.2. comment. *Indè nouit* (inquit) *vocare
filium Dauid, quia egressa iàm fuerat à finibus
suis, & errorem Tyriorum, atq; Sydoniorum lo-
ci, ac fidei commutatione dimiserat*. Postquàm
4 enim defecerũt populo Israel, quæ ex Ægy-
pto secum tulerant, vt comederent, tunc è
Cœlo pluit eis Dominus Manna. vndè di-
xerunt *Manhù? quod significat, quid est hoc?*
5 Exod.16.15. Experientia namq; ipsa, quæ
rerum efficax magistra est, vt Gregorius X.
in Generali Concilio Lugdun. in *cap. quàm
sit 6. in princ. de elect. lib.6.* dixit, sequiturq;
Glos. in can.1. § fin. verbo *experimento. de pæ-
nit. dist.5.* quotidiè experimur, quòd ij, qui
non relictis omnibus è seculo ad Religio-
nem transeunt, corpore quidèm Mundum
6 relinquunt, sed non mente & voluntate; q̃d
sanè erat, quod Abram Dominus Deus ex-
quisierat; *Egredere de terra tua, & de cogna-
tione tua, & de domo patris tui, & veni in ter-
ram, quam monstrauero tibi*. vt etiam de me-
moria Mundi exeamus, ei renunciantes, vt
possimus cum populo Dei dilatari, & in
Terram promissionis cœlestis, cùm tempus
venerit, introduci. vt *Lyran. d. cap.12. Genes.*
7 adnotat. Hanc proindè ob causam Sixtus
Papa V. Constitut. sua, quæ incipit; Cùm
de omnibus Ecclesiasticis ordinibus. quã
edidit anno 1587. 6. Kalend. Decembris,
Quaranta in summa Bullar. verbo *Monaste-
ria, & Conuentus. fol. mihi 307. & fol. 310.*
præcepit: Omnes, & quoscunq; criminosos,
vel suspectos, aut æri alieno, vel rationibus
reddendis obligatos, ad Religionem inha-
biles perpetuò esse. addiditq;: *Vt si qui eo-
rum contra præsentem nostram Constitutionem
temerè admittentur; tàm susceptionem habitus,
quàm professionem, & indè sequuta ex nunc,
proùt ex tunc, pari modo irritamus, & annul-
lamus, viribusq;, & effectu carere decernimus;
ac iubemus, eos, qui sic de facto recepti erunt,
habitu spoliari, & à Religione expelli*. Quam
sanè Constitutionem etiam per Regulas
nonnullæ Religiones inuiolatè seruant. Et
8 in Religione Sacri Ordinis Camaldulen-
sium ex Constitut. etiam à sanct. mem. Papa
Vrbano VIII. sub annũ Domini 1639. vj.
Aprilis, anno Pontificatus sui 16. appro-
batis, cap.58. §.4. sub hisce verbis consti-
tutum, atq; sancitum est:

*Se qualcheduno si riceuerà, che non habbia
palesato, d'essere stato Nouitio d'altra Religio-
ne, ò taciuto c'habbia alcuna infermità graue,
& incurabile, ò cõtagiosa, ancorche facesse pro-
fessione, si dichiara, tale professione nulla, come
fatta contro la volontà, e consenso di quelli, che
l'hanno riceuuto: E s'ordina, che subito sia man-
dato via; il che s'intende, quando da Padri sarà
stato interrogato; & intimato, che la sua profes-
sione sarà nulla, s'haurà negato alcuna delle
sodette cose nel Capitolo, nel quale s'ammette
all'habito, & alla professione. Le quali intima-
tioni, e proteste sempre siano registrate dallo
Scriba nel solito libro de gli Atti Capitolari
dell'Eremo*. Sic Constitutiones.

Accidit igitur hisce diebus, quòd quidã
Frater Agnellus in Hæremo S. Mariæ In-
coronatæ Beneuentanæ Diœcesis ad habi-
tum receptus, & interrogatus super his
omnibus, negauit: & antequàm profitere-
tur, iterũ interrogatus, protestationibusq;
iuxta propositum ordinem sibi factis, ne-
gauit, occulitq; quibus vexabatur, infirmi-
tates antequàm Religionem ingrederetur.
Laborauerat quippè morbo gallico. Rede-
untibus proindè malis ex antecedentis
morbi infectione, cùm celare malum non
posset, stimulis agitatus conscientiæ ex He-
remo Turris Octauæ, in qua ob remedia
recipiendã deputatus fuerat, noctu profu-
git; perquisitus verò, & inuentus; quarè
profugisset interrogatus, rem omnem ape-
ruit. propter hanc causam proindè Iuris
ordine seruato iuxtà Cõstitutionum enar-
ratam sãctionem ab Ordine dimissus fuit.
Abiens verò, ad Sacram Congregationem
dato supplici libello, nec veritate in omni-
bus expressa, recursũ habuit. Quæ ad Emi-
nentissimum Dominum Cardinalem Phi-
lamarinum Archiepiscopum Neap. literas
dedit, vt eiectum ad habitum restitueret in
eodem hæremo, causamq; cognoscendam
susciperet, & interim Priorem ob temerè
factam eiectionem suspenderet; quod iuxtà
Sacrosanctæ Tridẽtinæ Synodus decretum
sess.25. c.19. de regular. nõ processisset, actaq;
ad ipsam Sacram Congregationem trans-
mitteret. Fit proindè causæ status: proces-
serit, nè ritè Religio, dictũ Fratrem Agnel-

lum ex præfatis causis ab Ordine dimittẽdo, ob præcedens Constitutionum statutũ; & nùm Sacr. Trid. Conc. dispositio *d. c. 19.* locum in hac re habeat, vt temerè Priorẽ prædictũ processisse, dici valeat? Iure, nec sanè temerè Religionem processisse, nec Sacr. Trid. Concil. dispositionem in hac re locũ habere, respondendũ videtur. Quod vt præstemus, supponendum censemus.

9 Professionem contractum esse vltrò, citròq; obligatorium, quia vtrinq; obligat, & Religionem profitenti ad retinendum illum, & Profitentem Religioni ad conuiuendũ in ea, iuxtà Religionis regulas, atq; ordinationes. ex Clemente III. in *cap. porrectum 13.* & Innocentio III. in *cap. ad Apostolicam 16. de regular. & transeunt. ad relig. Nauar. consf. 26. n. 1. lib. 3. de regular. Io. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 12 c. 4. q. 5. in fin. Sanch. de matr. lib. 7. disp. 25. nu. 12. in fin. Decian. cons. 18. nu. 9. lib. 3. Gerius Spin. cons. 1. num. 1. Rota* apud *Farinac. post 2. vol. consil. decis. 346. n. 3.* diximus *resp.* nostra *38. nu. 24. par. 2. & resp. 54. nu. 11. par. 3. & resp. 36. nu. 26. & resp. 69. nu. 1. par. 4 Petr. Vnadign.* è Societate IESV *de contract. disp. 1. dub. 5. n. 4. Vinc. Tancred.* ex eadẽ Societate *de matr. tom. 2. lib. 7. disp. 25.*
10 *nu. 4.* Est igitur duorũ contractus professio, Religionis vtiquè, & profitẽtis, ex vtrinsq; proindè perficitur cõsensu, sicuti & reliqui contractus. ex Pomponio lib. 36. ad Q. Mutium in *l. in omnibus negotijs 65. ff. de action. & oblig. & eod. tit.* ex Iaboleno lib. 12. epistolarum in *l. in omnibus rebus 54.* atquè ex Diocletiano, & Maximiano Augustis in
11 *l. sicut initio 5. C. de act. & oblig.* Vnius propterea si deficiat consensus, claudicabit contractus, nequè firmus habebitur. ex Vlpiano lib. 4. ad Edictum in *l. 1. ff. de pact.* ex finitione, quam ipse pactionis ibidẽ tradit, atq; etiam ex ratione, quam *§ adeò autem in fin.* subnectit: *Nàm stipulatio* (inquiens) *quæ verbis fit, nisi habeat consensum, nulla est.* Quia nimirùm, cùm in se stipulatio naturale, nedùm ciuile vinculum habeat, quo vnum alteri colligat, necesse est, vt consensu perficiatur. vt *Glos.* ibidem verbo *consensum*, nõ inperpensè aduertit.

12 Hoc ità supposito. Ratio, sub qua cum Fr. Agnello Religio contraxit, fuit, vt si habitum suscipere vellet, atq; in Religione profiteri, manifestare deberet, vel si in alia Religione Nouitius fuisset, vel si aliquo detinetur morbo, vel graui, vel incurabili, vel etiam cõtagioso; sin verò, nullo pacto eum Religio suscipere vellet; sed quãuis professionem emisisset, illam esse nullam, eumq; emittere, atq; eijcere posse, & debere. Hanc autem voluntatem eidem protestata fuit, atq; ità Patres consensũ præstauere, & non alitèr; ipse verò sic contraxit, sed defectus
13 reticuit. Contraxit proindè sub hoc pacto. pacto ergo eum stare oportet. ex Africano Concilio in *cap. 1. de pact.* & Vlpiano *d. l. 1. ff. de pact.* Siquidẽ nihil tàm fidei con-
14 gruit humanæ, quàm ea, quæ placuere custodiri. vti Diocletianus, & Maximianus edixere Cæsares in *l. non minorem 20. C. de*
15 *transact.* vt ipse quoquè Deus pactis initis obfirmetur; sic .n. ipse *Genes. 9. 9* ad Noè, & ad filios cum eo, dixit: *Ecce ego statuã pactum meum vobiscum, & cũ semine vestro post vos, & ad omnem animam viuentem, quæ est vobiscum, tàm in volucribus, quàm in iumentis, & pecudibus terræ cunctis, quæ egressa sunt de arca, & vniuersis bestijs terræ. Statuam pactũ meum vobiscum, & nequaquàm vltrà interficietur omnis caro aquis diluuij, neq; erit deinceps diluuium dissipans terram.* & ad Abrahã Genes. 17. 7. *Et statuam pactum meum inter me, & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis fœdere sempiterno, vt sim Deus tuus, & seminis tui post te.* & paulò post: *Dixit iterùm Deus ad Abraham: Et tu ergo custodies pactum meum, & semen tuum in generationibus suis. Hoc est pactum meum, quod obseruabis.* & Leuit. 26. 9. *Respiciam vos, & crescere faciam: multiplicabimini. & firmabo pactum meum vobiscum.* & Num. 15. *Quòd si nõ audieritis me, nec feceritis omnia mãdata mea, si spreueritis leges meas, & iudicia mea contẽpseritis, vt non faciatis ea, quæ à me constituta sunt, & ad irritum perducatis pactum meum: Ego quoq; hæc faciam vobis.* & Deuteron. 7. 9. sic testatur Moyses: *Et scies, quia Dominus Deus tuus ipse est Deus fortis, & fidelis, custodiens pactum, & misericordiam diligentibus se, & his, qui custodiunt præcepta eius in mille generationes:* & num. 12. *Si postquàm audieris hæc iudicia, custodieris ea, & feceris, custodiet & Dominus Deus pactum tibi, & misericordiã, quam iurauit patribus tuis.* Isaiæ quoq; 55. 3. *Inclinate aurem vestram. & venite ad me: audite, & viuet anima vestra, & feriam vobiscũ pactum sempiternum, misericordias Dauid fi-*
16 *deles.* Est enim *fidelis Dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in operibus suis.* ipse testatur Dauid *psalm. 144. 1. 3.* Non sanè quòd
17 Deus efficiatur simpliciter debitor nobis, sed sibi ipsi, in quantum debitum est, vt sua ordinatio impleatur. *S. Thomas* vt docet *1. 2. quæst. 114. art. 1. ad 3.* & Nos diximus *respons.* nostra *52. nu. 42. 43. et seq. par. 2.* Deus
18 itaquè pactis tenetur; homo verò ea transgredi audebit, quando illa legibus aduersa non fuerint? nequaquàm. vti Caius docet Iureconsultus in *l. sodales 4. siuè fin. ff. de collegijs illicitis.* præsertim verò, si Deo ipsi pa-
19 cta promittantur. Nàm quæ Religioni pacta promittũtur, Deo, qui in Religione colitur, promissa videntur. Si humana ergò
20 pacta non possunt impunè calcari; quid eos manebit, qui corruperint fœdera Diuini Sacramenti? Leo Papa loquitur in *can.*

puella 8.

puella 8. in fin. 20.quæst.1. Nec enim mini-
21 mi Religio læditur, vt morbosum hominē,
in ipso flore ætatis suæ, quando Religioni
deseruire eum oporteret, remedijs curet, &
foueat, morbo ipso in visceribus interno,
infixo, atq; insito, vt toto penè vitæ suæ tē-
22 pore remedijs eum insistere oporteat, ne-
cessaria medela morbo occurrendo. iuxtà
Innocentij IV. sensum in *cap. legitima 2. §.
volentes. de appell. lib.6.* Sed resecandæ sunt
23 putridæ carnes, & morbosa ouis è caulis
repellenda, nè tota domus massa, corpus, &
pecora ardeant, corrumpantur, putrescant,
intereant. vt Hieronymi loquamur verbis
24 in *can. resecandæ 16. 24 quæst.3.* Neq; porrò
morbo pestifero, cui congrua est adhiben-
da medela. ex Vrbano IV. in *extrauaganti
sanè 1. § nos igitur. de simonia inter communes,*
modo alio occurri poterit, nisi abscissione;
nè reliquæ carnis salutem putredinis suæ
contagione corrumpat. ex Prospero de vi-
ta contemplatiua cap.7. in *can. Ecce autem
18. circ. à fin. 24 quæst. 3.* Iure ergo, nec sanè
iniuria fecit Religio, quæ iuxtà inita pacta
morbosum hunc hominem, quem videlicèt
morbosam, nè tota domus massa malo ar-
deret exemplo, eijecit, expulit, è Domini
caula abijecit,
. Neq; enim professio, quāuis emissa, im-
pedimento illi fuit, nè iure abijceretur.
25 Nam professio materialitèr tantū profes-
sio fuit, & denominatiuè, per denomina-
tionem extrinsecam, non formalitèr: clau-
dicauit nempè vtriusq; cōsensu, & Religio-
nis, quæ sub illa formalitate eum recepit;
quatenùs nullo detineretur morbi antece-
dentis impedimento, eoq; detecto, vt illum
abijcere statim valeret: & ipsius, qui profes-
sionem emisit, qui præcedētes protestatio-
nes audiuit, atq; secundùm illas assensum
præstitit, vt detecto impedimento expelle-
26 retur. Sine consensu autem, atq; libera vo-
luntate vtriusq; contrahētis, & Religionis,
quæ profitentem admittit, & profitētis, qui
se Religioni addicit, professio non proce-
dit. ex Innocentij III. sensu *d. cap. ad Apo-
stolicam 16. de regular.* illis præsertim verbis:
Ideòque obligatur per professionem emissam
(spontè sua scilicet) *paritèr & acceptam, ad
obseruantiam regularem, & verè monachus est
censendus.* & eodem in *cap. sicut nobis 17. eod.
tit.* illis verbis: *Fraternitati tuæ talitèr respō-
demus; quòd si regularem habitum se postulan-
te suscepit, & ad obseruationem Religionis ca-
nonicè, sua se professione ligauit, ad resumendū
habitum Ecclesiastica est districtione cogendus.*
27 Alioquin sola ipsa materialitas, sicuti sola
habitus gestatio, Monachū facit minimè.
28 Quia contractus est, qui voluntate perfici-
tur. ex Clemente III. *d. cap. porrectum 13. de
regular.* cuius verba damus, firmant quippè
propositionem hanc nostram, vt alium que-
rere testem non oporteat: *Inquisitioni tuæ
talitèr respondemus,* (inquit) *quòd cùm Mo-
nachum non faciat habitus, sed professio regu-
laris, ex quo à conuertendo votū emittitur, &
recipitur ab Abbate, talis, vt fiat Monachus, et
reddat Domino, quæ promisit, erit vtiq; compel-
lendus.* sic Clemens. & notat *Gloss.* ibidem
verbo *non facit habitus.* & verbo *professio.* se-
quiturq; *Gloss d. cap. sicut nobis 17.* verbo *sua
se professione.* ex Concilio Toletano 10. c.4.
in *can. vidua 16.* aliàs *fin. 20.q.1* & ex eodē
Cōcilio Toletano in *cap. vt clerici 3.* & Ho-
norio III. in *cap. ex parte tua 22. eod. tit. de
regular.* & ex Alexandro III. in *cap. consul-
uit nos 3. qui clerici, vel vouentes.* Rota ad
rem in *Brixien. Parochialis 20. Martij 1620.*
coràm *Vbaldo decis. 60. nu. 14.* apud *Viuianū
ad praxim iuris patronatus. Nauar. consil. 16.
num. 1. lib.3. de regular.*
29 Nàm quemadmodùm sine vtriusq; con-
trahentis consensu, eoq; expresso carnale
matrimonium non contrahitur, vt firmum
sit; ità nec spirituale. ex Nicolao Papa in
cap. 2. de desponsat. impub. & Alexandro III.
in *cap. cùm locum 14. de sponsal.* & S. Ioan-
ne Chrysostomo in *can. matrimonium 1.* &
Nicolao Papa in *can. sufficiat 2. 27. q. 2.* & ex
prophanis Vlpianus lib. 24. ad Sabinum in
*l. nuptias 31. ff. de regul. iur. Nauar. d. cons. 26.
num. 1. de regular.* diximus *respons.* nostra 94.
nu. 25. par. 4. & hanc sequuntur sententiam
*Sanch. de matr. lib.7 disp 18. nu. 21. & disp. 37.
nu. 30. Tancred. de matr. d. lib. 7. disp. 18. nu. 10.
et seq. & disp. 37. q. 1. nu. 4 & seq. P. Thesaur. in
praxi de pœnis Ecclesiast. par. 2.* verbo *profes-
sio cap. 3.* præsertim *§. verum est. Lezana in
summa qq. regular. par 4* verbo *professio regu-*
30 *laris. n. 18* & in his nostris terminis de mor-
bo gallico *Diana p. 4. tract. 4. resol. 188.* alijq;
per eos, ac præsertim *Nauar. cons. 48. de re-
gular.* quē sequitur *Sà* verbo *Religio. n. 34.* &
hanc tuetur sententiā *Francisc. Cespedes* or-
dinis Theatinorum *tract. de exempt. regular.
cap. 3. dub. 48. per tot.* præsertim *num 3. & 4.*
31 Perindè ergo se habet hic Fr. Agnellus, ac
si professionē nō emisisset, quia formaliter
illam non emisit, vtriusq; consensu deficiē-
te, consequenterq; Nouitius adhùc erat.
32 Sicuti verò potest iure Nouitius, si Reli-
gioni proficuus haud sit, expelli, ex Sacro-
sanctæ Tridentinæ Sinodi decreto *d. sess. 25.
cap. 16. de regular.* illis sanctissimis verbis:
*Finito tempore Nouitiatus, Superiores, Noui-
tios, quos habiles inuenerint, ad profitendū ad-
mittant, aut Monasterio eos eijciant.* & dixerat
per priùs Innocentius III. Prior Sācti Fri-
gidiani scribēs in *cap. cùm causam 27. §. fin.
de elect.* pari quoq; modo, & hic Fr. Agnel-
lus, qui non detecto, quo detinebatur mor-
bo, se regulæ dispositioni subiecit, vt ma-
nifestato illo, iure, nec sanè iniuria, expelle-
retur, atquè à Religione dimitteretur. vt

præcitati quoquè firmant DD. optimèq;
Pater Tancred. d.dispnt.25.nu.4 & d disp.37.
q. 1. nu.4. & seq. & nu 8. Non dissimilitèr
enim hoc se habuit tempus, quo morbo
ignorato in Religione fuit per bienniū, ac
si in Nouitiatu fuisset. Ad experiundum
33 enim hoc sibi tempus indultū fuit, vt de-
tegeretur; esset nè verum, quod affirmarat,
se nullo detineri impedimento, vt illo in
palàm facto, eijceretur. Sicuti in subsidium
fragilitatis humanæ spatium probationis
est regularitèr institutū. vt Innocētius III.
inquit *d.cap.ad Apostolicam 16. in fin. de re-*
gular.& Alexander IV. in *cap.non solùm 2.de*
34 *regular.lib* 6. Quemadmodùm mulier, qua
cum in matrimonium consensum non fuit,
concubina, non vxor manet; & vir, in quē
in matrimonium consensus nō intercessit,
concubinus, non maritus perseuerat, cùm
solo consensu vir, & vxor perficiantur. ex
S.Ioanne Chrysostomo *d can.matrimoniū* 1.
& seq. & can.omnis res 4. & Augustino in
can.coniux 9. ac per totam illam quæstionē
27.*q.*2. quia nimirū neuter in alterius cor-
pus potestatem accepit. notat *Pater Vuadi-*
gnus d. disp 1.dub.5.nu.3.& 4. Iure itaq; suo
vsa fuit Religio dictum Fr. Agnellum ex-
pellendo, cùm ità ex regulis, quas etiā (ma-
terialitèr tantùm) professus fuerat, defini-
35 tum fit. Nulli autē facit iniuriam, qui iure
vtitur suo. Quia quidquid benè gestū fue-
rit, & secundum præcepta legalia custodi-
tum non poterit facientibus deperire. In-
nocentius Papa loquitur in *can. deindè po-*
netur 3.in fin.§.aspiciamus gentilem hominem.
36 *dist.*26. Si iure, ergo iustè, benè proindè. ex
Augustino *can. quid dicam* 11. *in fin.* 14.*q.* 1.
37 Neque porrò denegandum cuiq; est, nè id
faciat, quod iure id permittente, sibi com-
petit. ex Cōcilio Toletano 2. cap.1.in *can.*
ac ijs, quos voluntas 5. *in fin.*ibiq; *glos.* verbo
*auferre.d.dist.*27.& ex Vlpiano lib.58.ad Edi-
ctum in *l. si se non obtulit* 4. *§.condemnatum.*
ff.de re iud. §.sed hoc quia.in auth.de nupt. col-
38 *lat.*4 Firmamq; perpensionem hāc reddit
ipsamet Sixti Papæ V. dispositio, de qua in
superioribus memoriam fecimus, illis ver-
bis: *Quam professionem, & indè secuta, ex*
nunc, prout ex tunc pari modo irritamus, et an-
nullamus, viribusq;, & effectu carere decerni-
mus: & iubemus, eos, qui sic de facto recepti
erunt, habitu spoliari, & à Religione expelli.
39 Fuit proindè horum professio, & ad habi-
tum susceptio, susceptio quidèm, & profes-
sio; sed materialitèr tantùm, non formali-
tèr, quia professionis effectum non produ-
xit. Vndè est, quòd neq; profitens Religio-
ni obligatus manet, neq; profitēti Religio;
quapropter cōtractus quidèm fuit, sed ma-
terialitèr, & denominatiuè, non formalitèr:
ex quo formali contractu vtrinq; obliga-
tio oritur, non ex materiali tantum; quia
defecit Religionis formalis consensus, atq;
etiam profitentis, qui impedimēta reticuit,
neq; alitèr ad professionem consentire va-
luit, quàm secundùm Constitutionis præfa-
tę tenorem. quam peramplè perpēdit *Bar-*
*bosa voto 15 lib.1.per tot.*præsertim *nn.44.&*
seq. ad 50. Tancred.d.disp 25 n.4.& 5.per tot.
Fuit proindè mancus vtriusquè consensus,
atquè conditionalis, & Religionis, & profi-
tentis; propter quam causam, ex consensus
ipsius defectu, incorporatio Religioni sub-
sequuta minimè fuit.
40 Porrò incorporatur profitens Religioni
per professionē legitimè in manibus veri,
atq; legitimi Religionis Superioris emis-
sam, per quam incorporationem vltrò, ci-
tròq; obligatio nascitur. vt in supposito
fundauimus. ad *text. d.cap.porrectum* 13. *&*
d.cap.sicut tenor 15. *& cap. ad Apostolicā* 16.
de regular.& d c.2. & cap fin.de regular.in 6.
Nauar. d.cons.26.nu.1.& cons.38.& cons.40.
n.2.de regul.& in *cōment.4.in can.non dicatis.*
de regular.nu.74. Io. Azor.par.1.lib.12.cap.5.
*q.3.*Nos *resp.*nostra 69.*nu.3.par.4. Rota in d.*
*Brixien Parochialis decis.60. nu.*10. Et hanc
41 Sixti Constitutionem approbauit quòquè
sanct. mem. Clemens Papa VIII. in decre-
to super reformatione recipiēdi Nouitios
Regularium ad habitum, & professionem,
quod refert *Quar[illegible]* d. verbo *Monasteria,*
& Conuentus. fol.mihi 320. Fuit igitur Fra-
tris huius Agnelli materialitèr tantū pro-
fessio. & denominatiuè, non formalitèr.
Quia Religio sub hac eum conditione re-
cepit, vt si aliquod ex protestatis ridem se-
cundùm Cōstitutiones, detegeretur impe-
dimentum, esset professio nulla, atq; statim
eijci, & expelli posset. Et ipsemet sub hac
forma professionem emisit, vndè fuit eius
quoquè consensus conditionalis. Detecto
proindè morbo, quem ab seculo secum du-
xit, vt ipsemet confessus fuit; iurè, nec sanè
iniuria eijci, & expelli potuit, ac si Noui-
tius esset, nec aliquo modo professus, cùm
materialitèr tantum professionē emiserit,
42 non formalitèr. vti de consensu conditio-
nali satis aptè in matrimonio carnali de-
ducit *Sanchez d.lib.7 d.disp.18 nn.18.19.20.*
& 21. sequiturq; *Peyrinus* paulò infrà refe-
rendus.
43 Neq; impedimentū facit, quod ex *d.c.19.*
Sacri Tridentini Concilij sess 25. de regularib.
obijciunt: Debuisse Religionē, non de fa-
cto, sed coràm Superiore, & Ordinario loci
has causas deducere. non seruauit decretū
hoc Sacri Concilij. fuit proindè nulla eie-
ctio, & expulsio, quin temeraria.
24 Quia profectò in hoc nostro facto Sacrū
Conciliū nihil disponit: loquitur verò de
professo, qui de nullitate vult professionis
ipse dicere, vel per vim, vel metum, vel antè
ætatem legitimam professum fuisse, vel alia
quacunq;

quacunq; ex causa: *is non audiatur, nisi intrà quinquenniũ tantùm à die professionis: & tunc non aliter: nisi causas, quas praetendit, deduxerit coràm Superiore suo, & Ordinario.* Satis nempè diuersi sunt termini. In hoc enim
45 per professionem, (saltim in foro fori) voluntariè emissam in manibus legitimi Superioris, incorporatio intercessit in Religionem, & consensus Religionis, & profitentis, apparẽtèr saltim; quam ob causam, cùm in iudicium Religionem ipse vocet, de nullitate dicens, vt ex illa exire valeat, atq; ad seculum transire, & in terram Ægypti reuerti, vt cępas comedat, & allia; hoc iudicium coràm Superiore suo, & Ordina-
46 rio dicere debet. In nostro verò facto, ob protestationes pręmissas à Religione, quòd non intendit profitentem recipere, nequè ad professionẽ admittere, nisi sub illa conditione: si nullum in posterùm detegatur impedimentũ, ipsoq; detecto, quòd expellere illum possit; & ipse, qui profitetur in hoc consensum quoq; præstitit, contractus vtiq; mancus fuit, & professio materialitèr tantùm, & denominatiuè, non formalitèr. propter quam causam in sua libertate remanet Religio, professum, detecto iàm impedimento, emittendi, atquè ex Ordine expellendi, tanquàm non professum, sed veluti Nouitiũ, sicuti ex ipsamet Sixti Papæ V. iàm allata Cõstitutione apertissimè patet, posse Religionẽ iure proprio sic materialitèr professũ, detectis impedimẽtis, eijcere, expellereuè, atquè à Religione dimittere: *Eos* (inquiens) *qui sic de facto recepti erunt,*
48 *habitu spoliari, & à Religione expelli.* Dixisset vtiq; Sixtus Papa, impedimentis coràm Superiore suo, & Ordinario deductis, sed non dixit, neq; nos dicere debebimus, nequè poterimus. ex *can. consuluisti 20. §. & quod Sanctorũ Patrum. & can. Monomachiam 22. 2. q. 5. cap. 2. nè sede vacante. l. dissentientis 5. C. de repud. l. illã 19. C. de collat.* & ità rem hanc exaudiri, ex *Peyrino tom. 1. de subdito Religiosi. quaest. 1. de obedient. cap. 25. §. 4. Lezana in sũma qq. regular. cap. 2. nu. 7. par. 1.* sequitur *Barbosa in collect. ad d. cap. 19. Sacri Concilij num. 6. §. vtrum autem an procedat ex parte Religionis. Peyrinum* sequitur *Cespedes d. cap. 3. dub. 48. nu. 3. & 4. & seq.* & *P. Francisc. Pellizzar. è Societate IESV in man. praelator. tract. 3. cap. 5. sect. 2. q. 11. nu. 48. tom. 1. & tract. 2. cap. 3. q. 15. nu. 28. 29. &* 30. qui subnectit, Sacrum Tridentinum loqui de professione irrita iure communi, non vero de irrita ex Statutis Religionis, à Sancta Sede Apostolica approbatis. Et ità passim seruari videmus in omnibus Religionibus, in quibus ex Cõstitutionibus approbatis per Sanctam Sedem, tale viget decretum.

50 Neq; obstaculũ vllum faciet, quod fortasse obijciunt ex nouissima Constitutione sãctæ, & gloriosæ memoriæ Papæ Vrbani VIII. die 2. Aprilis anni 1631. motu proprio, & ex certa scientia edita. Quia profectò in satis diuersis terminis disponit, in ijs videlicèt, qui contra formam Constitutionis Clementis VIII. recepti, aut professi sunt in Conuẽtibus non designatis. vt perpendit optimè, atq; obiectioni respondet, facitq; satis *Pater Pellizzar. d. tract. 2. cap. 1. q. 18. nu. 25. 26. & seq. & d. cap. 3. q. 15. nu. 30.*

Iure proindè, non temerè processit Sacer Camaldulensium Ordo cùm ex praenarratis causis Fratrem Agnellum ex Ordine dimisit, eumq; expulit, & eijcit, excusso Regulari habitu.

Atquè ità ex his, quę iudicio subijcimus acriori, saniorique, neq; Aristarchi virgam, superciliumq; abijcimus, quin expetimus, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Confusa, quae sunt, & aequiuoca distinguenda sunt priùs, vt ex distinctione haberi certa rerum possit notitia.*
2 Distingue tempora, & concordabit scriptura. *Augustini dictum explicatur.*
Nàm ex causa, & persona, ex loco, & tempore cõsideranda sunt. ex *Isidoro. num. 3.*
Alitèr agendo error sequitur.
Non igitur antè iudicandum, quàm omnia distinguantur.
Quod inciuile est. num. 4.
Nisi tota lege perspecta iudicare. num. 5.
6 *Professio facta ab eo, qui tunc temporis morbo est affectus gallico, vt vocãt, nulla est, si id ex Constitutionibus Religionis habeatur, à Sãcta Sede Apostolica confirmatis, vndè expelli poterit.*
Ratio affertur. num. 13.
Atquè Sacra Congregationis affertur declaratio. num. 2[illegible].
Neq; locum habebit in eo Sacr. Trid. Conc. decretum sess. 25. cap. 19. de regular.
Sufficit autem habere morbũ in causa. nu. 35.
Mortaliq; se culpa inficit, morbum tacens, vt propter hoc vnum expelli mereatur. nu. 42. & num. 52.
Quia maximum infert Religioni detrimentum, & Religionem decipit. nu. 48.
Et in peccato professionem emittit. nu. 52.
Dolosè enim facere videtur, & contra conscientiam, & contra bonam fidem. nu. 60.
Et damnum Religioni infert. nu. 61.
Vndè ad restitutionem tenetur. nu. 62. & 64. & num. 84.

Professio

Professio post 16. annum emißa, etiam in Religione, quę maiorem exquirat ætatem, valida est. vt declarauit Sacra Congregatio. num. 7.
Sufficit enim, ætatem habere à Sacro Tridentino Concilio statutam. num. 8.
Nisi illam professionem emissam annullaret. num. 9.
Et potest quis fauori suo renunciare in hoc. num. 12.
10 Consequentia à separatis non iure infertur.
Quia termini debent esse constantes.
Nec variari suppositio. num. 11.
12 Religionis interest, non habere morbosas oues, atque ad profitendum nō admittere morbo infectos.
14 Monachus non docentis, sed plangentis habet officium, qui se vel Mundum lugeat, & domini pauidus præstoletur aduentum. ex *Hieronymo*.
15 Christum multi non propter ipsū, sed propter interesse quærunt.
16 Damnum nè quis patiatur, subueniri debet, non ei, qui lucrum alterius cum damno captat. & num. 77.
Maioribus quoquè nè damnum patiantur. num. 17.
18 Nouitius intrà nouitiatus annum libertate potitur, quando voluerit, discedendi.
Nouitiatus enim annus ad experiundum datur Religionem. num. 19.
Itā pariq; modo Religio Nouitium non aptū emittendi.
20 Religis liberè expetere potest à Nouitio antequàm ad professionem admittatur, an aliquo laboret morbo, vel defectu graui.
Eiq; protestari, si tacuerit, quod non intendunt recipere.
Morboq., vel defectu postmodùm manifestato, etiàm post professionem, quod eum expellent.
Vti materialitèr, ac denominatiuè professum non formalitèr.
Consequentèrq; Nouitium. & num. 75. & num. 91.
21 Professio contractus est vltrò, citròq; obligatorius.
Et ex vtriusq; consensu perficitur, profitentis, & Religionis. & num. 82.
Conditionali proindè consensu cōtracta, nulla est. num. 24. & num. 75.
Diciturq; materialitèr professio, & denominatiuè, non formalitèr. nu. 75. & nu. 91.
22 Monachum non facit habitus, sed professio regularis.
23 Iure quod fit, benè fit, ac sine iniuria. ex *Augustino*.
Ergo iustè.
24 Matrimonium conditionali consensu contractū est nullum.
Itā etiam spiritualе per professionem.
27 Sacr. Trid. Conc. decretum sess. 25. cap. 19. de regularibus. exauditur, vbi quis iure communi impedimentum opponit, & de nullitate dicit emissæ professionis.
Quarè non habet locum, si Religio ex regulis à Sancta Sede Apostolica approbatis, professum cum impedimento ex protestatis emittit, eijcitq;. num. 28.
Oppositum dicere in graue cedit Religionis detrimentum. num. 29.
Ratio affertur. num. 30.
Et nè inutilis sit facultas Religioni data. num. 76.
Expressiùsq;. num. 89.
Et in hoc Bordoni refellitur sententia. num. 90. & 91.
Decretum præfatum Sacr. Trid. Conc. in leuamen emanauit eorum, qui malè professi fuere. num. 95.
Non extendendum ad casum, de quo non loquitur. num. 96.
30 Professio ab eo excepta, qui facultatem non habet incorporandi, nulla est. nec tenet.
31 Pilatus videns, quòd tumultus fieret in Populo, nec posset IESVM liberare, accepta aqua lauit manus suas coràm populo.
Sed non coràm Deo.
Ideò flagellatum tradidit Iudæis, vt crucifigeretur. num. 34.
32 Christus innocens, & iustus à Pilato declaratus fuit.
33 Hierusalem destructa fuit à Tito Vespasiano, ob Christi necem.
36 Causa effectum producit, & sine causa effectus non est.
Ex effectu igitur causam arguimus.
Causa naturalitèr prior effectu est. num. 40.
Et potior.
37 Hæredem quis priùs sibi describere debet, vt filio postmodùm hæredem substituat.
38 Homicidij crimen sine voluntate nocendi, non contrahitur.
39 Effectus producentem indicat causam.
Et sine causa effectus esse non potest. nu. 41.
43 Genus species omnes sub se complectitur.
Et de omni specie prædicatur.
44 Deus non irridetur.
Non itaq; errandum.
Quia vindex est Dominus de his omnibus. num. 55.
49 Saul à Deo prostratus, apertis oculis surgens, nihil videbat.
46 Cæcus à natiuitate, quem Dominus illuminauit, ætatem habebat.
Ideò pro se rationem Iudæis reddidit.
47 Christus Dominus palàm loquutus fuit Apostolis, nec prouerbium vllum dixit.
49 Deus veritas est infallibilis.
Et vnus est. num. 65.
50 Pactis initis quisq; stare tenetur.
Quod nihil magis humanæ congruit fidei.
51 Arbor mala bonos fructus ferre non potest.
Ex fructibus ergo arbor dignoscitur.

53 *Corpus Domini manducãs, & bibens indignè, iudicium sibi manducat, & bibit, nō dyiudicans Corpus Domini.*
Hoc est cum conscientia peccati accedens.
Quia malus malè accipit quod bonum est, ex Augustino. num.54.
56 *Bona fides cum mali conscientia esse nō potest. Nàm sunt inuicem sibi contraria, bona, & mala fides, num.58.*
57 *Locus Apostoli ad Romanos* 14.23. Omne q. non est ex fide, peccatū est. *expenditus. Ex fide, hoc est ex conscientia, quod contra conscientiam fit.*
58 *Contraria, siuè etiam cōtradictoria, simul stare non possunt in eodem subiecto, eodem tempore.*
Nec etiam in vno instanti. num.59.
62 *Damnum, qui infert alteri, ad restitutionem tenetur damnorum.*
Siuè auferat, siuè iniustè detineat. nu.63.
Præsertim si ex contractu eueniat. nu.64.
65 *Veritas vna est.*
Quia Deus vnus est, qui Veritas est.
Semperq; splendescit in lumine.
66 *Confessio iuramento firmata vna est, & indiuidua.*
67 *Denominatio extrinseca, rem in veritate non ponit, nec formalitèr, sed nomine tantùm, Sicut Rex denominatur in scena mimum.*
68 *Confessio proprij oris omnium est probationum potissima.*
Reiq; iudicatæ obtinet pondus. num.69.
70 *Hieronymus Pecorarius ex Societate IESV celebratur.*
71 *Peritos consulens, munesi suo fecisse satis videtur.*
72 *Ius in causa, hoc est, in facto, positum videtur.*
73 *Aspides vocem incantantium nè audiant, suas obturant aures.*
74 *Possidentis melior est conditio.*
Vndè manutenendus in possessione, qua sperit.
75 *Consensus sub conditione datus, conditione non existente deficit, nec datus præsumitur.*
76 *Quod in gratiam, & fauorē indultū est alicui, eius in damnū retorqueri minimè debet.*
78 *Actor dicitur qui prior ad iudicium aliū prouocat.*
Actos est, qui petit Capellaniam sibi adiudicari. num.79.
Actoris conditio Rei cōditione deterior æstimatus. num. 80.
Quia probandi onere premitur.
Vt actore non probante, reus, & si nihil ipse præstiterit, absolui debeat.
Quia solùm ius actoris considesatus. nu.81.
83 *Fraus nemini, nec dolus patronus esse debet, vt ille ex fraude, & dolo commodū ferat.*
Quod naturæ principium suadet.
84 *Conscientiæ vermis non moritur, sed cor assiduè perrodit.*
Et eodèm Iudice ipsa testis est.
85 *Grauamen qui infert alteri, peccat.*
In se graui præsertim.
86 *Nicodemo dixit Dominus:* Tu es Magister in Israel, & hæc ignoras.
87 *Herodes Rex quia placere voluit Iudæis, Petrum misit in carcerem, sic qui alijs placere volunt.*
92 *Correlatiuorum regula locum non vtiq; habet in contractibus.*
Præsertim verò in ijs, quæ ex pacto conuenta sunt. num.94.
Est enim regula patium. num.93.
Quacunq; id disparitas illam remouet.
97 *Sacri Tridentini Concilij decreta declarare ad Sacram spectat Congregationem Sanctissimi D. Papa nomine ad id suffectam.*
98 *Delegatus non potest suæ delegationis terminos excedere.*
99 *Iudici, qui extrà territoriū (sine iurisdictione) ius dicit, non paretur impunè.*
Quia non iure decernit, cùm Iudex non sit.
Quin peccat. num.100.
Et nullitèr agit.

ARGVMENTVM.

Eadem materia dilucidiùs declaratur, respondeturq; Aduersariorum oppositionibus. & quomodò quis denominatiuè, & materialitèr professus dicatur, non formalitèr, vt pro Nouitio, non verò Professo habeatur. Decretumq; *Sacri Tridentini Concilij sess.25.cap.19. de regularibus* ad cognitionē refertur ex Sacræ Congregationis declaratione. & eadem *sess. cap.*15. de eisdem Regularibus. Peccat verò Professus, qui morbo laborat, nec interrogatus, aperit. vndè graue Religioni infert damnum, vt ad restitutionem teneatur, Reus quis nàm dicatur, quisq; actor? Et quid ampliùs actor præstare debeat, quàm actor? Correlatiuorum regula expēditur.

RESPON-

RESPONSIO CVI.

1 QVæ confusa sunt, atq; obuoluta,
distinguenda sunt priùs, vt ex di-
stinctione haberi rerū certa pos-
sit notitia. sicuti Augustinus do-
cuit sermone 16. de verbis Dñi, relatus per
Gratianum in *can. si peccauerit 19. §. ergo ip-
sa corripienda 2. q. 1.* illis verbis dicens: *di-*
2 *stingue tempora, & concordabit scriptura.*
Nàm ex tempore, loco, & persona debe-
mus concordare canones. vti *Gloss.* loqui-
tur. ex eodem Augustino in *can. si Ecclesia
42. §. quod autem dicunt.* verbo *temporibus.*
23. quæst. 4. ex Isidoro in *can. sciendum est 1.
dist. 29.* verba damus Isidori, qui ad rem lo-
3 quitur nostram: *Sciendum est, quòd pleraq;
capitula ex causa, ex persona, ex loco, ex tem-
pore consideranda sunt; quorum modi, quia me-
dullitùs non indagantur; in erroris labyrinthū
nonnulli intricando impinguntur, cùm antè iu-
dicant, quàm intelligant; antè inculpant, quàm*
4 *iterando lecta perquirant.* Quod sanè inci-
uile est. vt gloss. ibidē verbo *perquirant,* ad-
notat. ex Celso lib. 9. digestorum in *l. inci-
uile est 24. ff. de legib. & Senatusconsultis.* di-
5 cente: *Inciuile est, nisi tota lege perspecta, vna
aliqua eius particula perspecta, iudicare, vel
respondere.*
Inciuile itaq; fuit, quòd, qui pro Fratre
Agnello scripsere, non tota lege perspecta,
neq; iterùm nostris scriptis perlectis, dam-
nare ea voluere, quæ nos pro Sacra Reli-
gione Camaldulensium respondentes, di-
ximus. Distinximus nàmq; definiuimus,
argumentati sumus, nō in dictis confusio-
nem fecimus; vt ipsi sine distinctione tem-
porum, locorum, personarum, & rerum, nec
rectè argumentando, inuolutè confusionē
fecerunt, respondendo.
Principio verò, vt se solos sciolos osten-
dant, alios verò, quòd Sacræ Congregatio-
nis decreta non viderunt, damnant, sic pro-
ponunt: *Circà Primum dicendum est, quòd*
6 *professio facta per eum, qui habet tunc temporis
morbum gallicum, illumq; tacuit, potest annul-
lari per Religionem secundùm vnam opinionē,
quam tenent illi, qui Sacræ Congregationis de-
creta non viderunt, qui dicunt, quòd potest, si
Religio habet statutum confirmatum à Papa,
quòd prædictam annullet professionem.* referūt
Nauarr. Rodriquez, Sorbum, Vegam, San-
chez, Peyrinum, Dianam, quos Nos etiam
in nostris scriptis retulimus. Sequuntur: vt
Sacræ Congregationis deducant declara-
tiones, quas non vidimus, vt ipsi volūt. *Sa-*
7 *cra tamen Congregatio Episcoporum, & Regu-
larium* (dicentes) *in simili quæstione de Reli-
gionibus statutum confirmatum à Pontifice, vt
professio non valeat, facta post decimumsextum
annum, &c. nàm Sacra Congregatio pluriès
decidit, valuisse professionem.* referunt *Barbos.
ad Sacrum Tridentinum sess. 25. de regularib.
cap. 15. nu. 13. de iure Ecclesiast. lib. 1. cap. 42.
num. 142. de potest. Episc. allegat. 101. nu. 15.
& in summa Apostolicarum decisionum colle-
ctan. 631, num. 9. & 10.* est verò *collectan. 612.*
verbo *professio regularis. num. 9. & 10.* Ratio
8 verò esse potest: Quia in hoc satis, superq;
est, vt professio firma sit, vt qui illam emit-
tit, natus sit annos sexdecim: ætatem scili-
cet, quam Sacrosācta Synodus ad profiten-
dum legitimam æstimauit, sexdecim vide-
licèt annorum completorū. refert *Peyrin.*
qui dilatè satis rem examinat *tom. 2. de Præ-
lato religioso quæst. 3. cap. 1. §. 6. à nu. 157.* præ-
sertim verò *nu. 178. & 179.* sequiturq; *Pel-
lizzar. in manual. regular. tom. 1. tract. 3. cap. 1.
quæst. 18. nu. 36. & 37. Barbosa de offic. & po-
test. Episc. d. alleg. 101. num. 15.* qui sic infert:
Ego dicendum credo, validam esse professionem
9 *contra prohibitionem prædicti statuti, non an-
nullantis, aut irritantis factam. arg. tex. in cap.
ad Apostolicam. de regular.*
Satis verò differt hoc à facto, quod con-
10 trouertitur, nec à diuersis, & separatis iure
infertur illatio. ad *text. in can. proposuisti 2.
§. sed ea planè. dist. 82.* & ex Vlpiano in *l. Pa-
pinianus exull 21. ff. de minorib.* Deduximus
11 *respons.* nostra 80. *nu. 3. par. 4.* debent enim
termini constantes esse, nec variari suppo-
sitio, vt Philosophi docent. In hoc siqui-
dèm ætatis facto, sufficit profitentem æta-
tem habere à Sacrosancta Tridētina Syno-
do statuta generalitèr pro omnibus profi-
12 tere volentibus. & potuit profitens priui-
legio pro se inducto ex Religionis Consti-
tutionibus, vt in ætate prouectiori profi-
teatur, nuncium mittere: vt perpendit etiā
*Peyrin. d. §. 6. cap. 1. quæst. 3. de Prælato religio-
so. num. 169.* In nostro verò non itidem.
13 Quia nimirùm interest quàm maximè Re-
ligionis, non habere morbosam ouem, vt
quotidiè remedijs insistere debeat, cumq;
qui à seculo morbum intulit, in Religione
quotidiè curare oporteat, qui ad seruien-
dum Domino venit; & vt sua, aliorumquè
14 peccata plangeret. Nàm *Monachus non
docentis, sed plangentis habet officium, qui vel
se, vel Mundū lugeat, & Domini pauidus præ-
stoletur aduentum.* verba sunt Hieronymi
ad Riparium in *can. Monachus 4. 16. q. 1.* vt
dicatur de eo magis, quod Christus Domi-
15 nus *Ioan. 6. 8.* Turbis dixit: *Quæritis me,
non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex
panibus, et saturati estis.* Et qui Religioni ser-
uire debet, ipsi contrà seruiatur, ipsiq; mi-
nistretur, qui ministrare tenetur: Neq; ob
hoc sit in damno Religio, ille verò in vtili-
16 tate, & commodo: vt subueniri Religio-
nibus oportuerit, quæ de damno agūt eui-
tando, quā illis, qui de lucro captando. ex
Vlpiano lib. 25. ad Edictū in *l. at si quis 14.
§. sed,*

6 sed, & si res legata. ff. de relig. & sumpt. fu-
ner. verba excipe Vlpiani: *Melius est, lega-*
tarium non lucrari, quàm emptorem damno af-
ci. nec dissimilitèr sentire visus est Paulus
lib. 12. ad Edictum in *l. sciendum est 18. ff. ex*
quib. caus. maior. in integr. restituant. sequenti-
bus nempè, nec ineruditè Paulus fatur:
17 *Sciendum est, quòd in ijs casibus restitutionis*
auxilium maioribus damus, in quibus res dùm-
taxat persequendæ gratia queruntur, non cùm,
& lucri faciendi causa ex alterius pœna, vel
damno auxilium sibi impartiri desiderant. Suc-
curritur quippè illis, nè damnũ patiantur,
non verò, vt in lucro cum alterius sint de-
trimento. deduximus Nos latè *respons.* no-
stra 82. *num. 29. par 4.* Cæteroquin, si hac
aperietur via; morbosis hominibus Reli-
giones implebuntur; quòd in Religione
remedijs fouebuntur; nec seruient, nequè
ministrabunt, sed ministrabitur eis. *vt quid*
igitur *perditio hæc?* Matthæi 26. 8. poterat
enim. Idcircò Religiones ità damno pro-
spexerunt, protestando se, neq; consensum
eorum præstando professionibus, nisi con-
ditionalem, ex approbatione à Sancta Sede
18 Apostolica. Et quidèm sicut libertas ma-
net Nouitio intrà nouitiatus annũ, quan-
do voluerit, discedendi, atq; ab aratro ma-
num retrahere: ita, pariq; modo, & Reli-
gioni libertas manebit Nouitium dimittẽ-
di, si ille pro Religione non sit. Indè quip-
19 pe nouitiatus annus cõceditur, vt ille Re-
ligionis experiatur interim austeritates;
atquè vicissim eius mores Religio; & si sit
aptus eius ferre austeritates. ex Innocen-
tio III. *d. cap. ad Apostolicam 16. in fin. de re-*
gularib. extrà. & Alexandro IV. in *cap. non*
solùm 2. de regularib. in 6. atq; ex Sacrosan-
cta Tridentina Synodo *sess. 25. cap. 16. de re-*
gularib. dùm in fine ita sanxit: *Finito tem-*
pore nouitiatus Superiores Nouitios, quos ha-
biles inuenerint, ad profitendum admittant, aut
Monasterio illos eijciant. nec effugerat antè
eundem Innocentium III. in *cap. cùm cau-*
20 *sam 27. in fin. de elect.* Liberum itaquè erit
Religioni, ab ipso expetere Nouitio, si ali-
quo laboret morbo graui, & incurabili, &
protestetur eidem; se nullo modo eum re-
cipere, consequentèrq; Religioni eum non
incorporare; vt quandocunquè resciatur,
eum tacuisse, vti non incorporatum, nequè
de corpore factum, illum expellere possit,
atq; deijcere, vti Nouitium, & nullitèr pro-
fessum, sed materialitèr tantũ, ac denomi-
natiuè, non verò formalitèr, atq; realitèr.
21 Professio namq; cùm sit contractus vltrò,
citròq; obligatorius, ex vtriusquè contra-
hentis consensu pendet. hìc verò neutrius
consensu professio vallata fuit: nõ Religio-
nis, quia expressè ipsa protestata fuit, non
præstare cõsensum, quatenùs aliquod adsit
ex protestatis impedimentũ, atq; proindè
materialitèr admissam professionem, non
esse professionem; neq; Religioni ità pro-
fessum incorporari: non profitentis, quia
& ipse secundùm protestationes assensum
præstitit, vt existente impedimento, illoq;
detecto, non sit professus. Ex vtraq; igitur
parte sine assensu, consensuq; fuit. non er-
go contractus. Neq; ex parte ipsius igitur,
nequè ex Religionis parte obligatio inter-
cessit. nullo itaq; modo professio dici po-
terit. Ius itaquè mansit liberum Religioni
eum, vti Nouitium, non verò Professum. ne-
què Religioni idoneum, nequè incorpora-
tum dimittendi. ex eadem Tridentina Sy-
nodo *d. cap. 16. sess 25. de regular.* & his in
terminis nos locuti fuimus, atq; Philoso-
phati, Doctores afferentes, qui hanc tuen-
tur sententiam, ex ratione, quam ex Ale-
xandro III. in *cap. porrectum 11. de regula-*
rib. venati fuimus, non nostro Marte pro-
22 tulimus: *Quòd monachum non facit habi-*
tus, sed professio regularis. Quæ sanè pro-
fessio regularis, cùm neutrius consensus
intercesserit, hìc non fuit. Solus proindè
huic mansit Fratri Agnello habitus, qui
professionem non facit, nequè monachum,
non igitur monachus fuit, nisi denomina-
tiuè, non formalitèr. potuit proindè iure,
nec sanè iniuria, vti Nouitius, neq; Religio-
ni idoneus, neq; incorporatus, dimitti. nõ
itaq; temerè Pater Prior processit, sed iure
permittente, atquè ex pacto expresso, vt
expelleretur, detecto aliquo ex protestatis
23 impedimentis. Si iure. ergo benè, ergo iu-
stè, ac sine iniuria. ex Augustino *can. quid*
dicam 11. in fin. 14. quæst. 4. & Gregorio in
can. ad eius verò 4. §. si igitur benè. distinct. 5.
hanc verò sententiam probauit apertissi-
mè *Martinus* ille ab Azpiqueta *Nauarrus*
cons. 26. orta sunt grauia. num. 1. & num. 14.
& seqq. & cons. 87. per totum. lib. 3. de regular.
& cons. 48. primò quæritur. col. de regularib.
sequiturq; per quam optimè *Sanchez de*
matrim. lib. 7. disput. 18. num. 21. & melius *di-*
sputat. 37. num. 30. & seq. Tancredus ex Socie-
tate IESV *de matrim. lib. 7. disput. 18. nu. 10.*
24 *& seq.* de matrimonio conditionali con-
tracto consensu, quòd nullum sit, atquè de
professione consensu conditionali emissa.
disput. 37. quæst. 1. num 4. & seq. Emanuel Sà
in Aphorism. verbo *Religio. num. 34 Bartholo-*
meus à Vecchis in praxi Nouitiorum. disp. 13.
dub. 15. nu. 8. Peyrin. tom. 1. de subdito. quæst. 1.
cap. 25. §. 3. & §. 4. referens ad rem, Consti-
tutionem Leonis X. anno 1516. 15. Martij
editam, quæ incipit: Cùm sicut nobis. *Le-*
zana in summa qq. regular. par. 1. cap. 24. nu.
26. & par. 4. verbo *professio regularis. nu. 18.*
Thesaur. in praxi pœnarum. par. 3. verbo *pro-*
fessio. cap. 3. vers. verum est. Pater Diana p. 4.
tract. 4. miscellan. resolut. 188. Francisc. Cesped.
tract. 4. de exempt. regular. cap. 3. dub. 48. nu. 3.

& 4. Petr. Vuadign. è Societate IESV *de con-
tractib. disput.1.dub.5.§.2.nu.3.vers.dices ter-
tiò*. & in his terminis de lue Gallica *Na-
uar.d.cons.48.de regular. Sà, de Vecchis, Dia-
na* locis paulò antè relatis. Atquè nè desit
25 Sacræ Congregationis declaratio, cuius
fortasse notionem non habuere Aduersa-
rij, vel noluere habere, illam, quæ contra
eos pugnat, sic describimus.

*Sacra Congregatio Cardinalium Episcopo-
rum, & Regularium negotijs præposita, audito
super pr̨emissis Procuratore Generali Carthu-
sianæ Religionis, & præcipuè super professione
ab Oratore nullitèr emissa, ob occultationē mor-
bi incurabilis, quo de tempore sui ad habitum
præfati Ordinis receptionis afficiebatur, & ob
non iuridicam ad interrogata super huiusmodi
morbo responsionem contra formam à Statutis
dictæ Religionis præscriptam. visoq; processu à
Visitatoribus Prouinciæ Tusciæ desuper fabri-
bricato, sententiaq; indè secuta; ipsius Orato-
ris postulato benignè annuit, eumq; à Religio-
ne prædicta, non solùm posse, sed omninò abire
debere decreuit, atq. præsentium tenore decer-
nit. 20. Decembris 1637.*

F. Antonius Card. S. Honuphrij.

Locus ✝ Sigilli.

C. Fachinettus Secretarius.

*Bononiæ, Typis Clementis Ferronis, Supe-
riorum permissu.*

Instabat hic, qui professionem non iure
emiserat, & à Religione nec iniuria pulsus
fuerat; iustè se eijectum declarari. Sacra
26 tamen Congregatio nō respondit, debuis-
se illū coràm Superiore Religionis, & Or-
dinario loci de nullitate dicere, ad Sacri
Tridentini Concilij decretorum præscri-
ptum *sess.25. cap.19. de regular.* sed senten-
tiam probauit Religionis, eumq; non so-
27 lùm posse, sed omninò abire debere. De-
cretum namquè præfatum Sacri Concilij
exauditur in terminis, de quibus loquitur,
vbi quis impedimentum de iure communi
opponit ad nullitatem dicendam emissæ
28 professionis; secus verò, si ex iure speciali
Statutorum Religionis cum expressa pro-
testatione, quòd non alitèr intendat profi-
tentem ad professionem admittere, de nul-
litate sancitū fuerit; sitq; Statutum à San-
cta Sede Apostolica approbatum. vt post
Nauar.d.cons.48.de regular. sequitur expres-
sissimis verbis *Sanchez d.lib.7.disput.37. nu.
31.32 & seq* addens *num.32.* Quòd nimirū
29 oppositū in graue Religionis cederet de-
trimentum.

Cogeretur enim effectos inhabiles per
sua Statuta à Pontifice confirmata retine-
re nec discedit *Feyrin. de subdito d. quæst.1.
cap.25.§.4. Diana d.resolut.188.par.4.tract.4.
Csped.d.cap.3.dub.48.num.2.& seqq. Pelliz-
zar.tom.1.tract.3.cap.1.quæst.26.num.66.* ra-
tionem nec inadæquatam reddens: Quia
30 prohibente id Religione ex Statuto à Pa-
pa approbato, nulla adest facultas, atq; po-
testas in admittente. Professio verò ab eo
admissa, qui potestatem non habet incor-
porandi in Religionem, nulla est, ex defe-
ctu potestatis, & consensus.

Non itaquè potuit Pater Prior, quando
huius professionem recepit, ex potestatis
defectu, eum Religioni incorporare. Non
itaq; Professus, sed Nouitius permansit. Iu-
re igitur, nequè iniuria eijci, expelliq; po-
tuit, qui Religioni incorporatus non fue-
rat, neq; Professus, sed merè Nouitius, ne-
què Monachus, sed solo habitu.

Sentientes proindè Aduersarij perpen-
sionis huiusce pondus, & quòd nihil profi-
cerent, magis autem tumultus in eorum
fieret ponderationibus. sicut olim Matthęi
27. 24. *Videns Pilatus, quòd nihil proficeret,
31 sed magis tumultus fieret in Populo: accepta
aqua lauit manus suas coràm Populo dicens:
32 Innocens ego sum à sanguine iusti huius, vos
videritis*. & quid non viderūt; quando Ti-
33 tus Vespasianus Hierusalem destruxit, vt
non remanserit in ea lapis super lapidē? &
ipse iustum illū damnauit: & *tunc dimisit il-
34 lis Barabam. IESVM autem flagellatum tra-
didit eis, vt crucifigeretur*. Quid illi profuit,
quòd manus suas lauit coràm Populo, sed
non coràm Deo? videte quam inuenere
viam, vt Religionis Constitutiones à San-
cta Sede Apostolica approbatas eluderent.
sic dicentes:

Primò enim loquuntur, (Constitutiones
scilicet) *quando habet tēpore professionis mor-
bum contagiosum, quod non est in casu nostro.*

*Secundò, Constitutio loquitur de morbo con-
tagioso, vel incurabili, at Gonorrea, & Bubonee
ex Medicorum iudicio sunt in prima specie, nō
morbi contagiosi, & incurabiles. ergo nullo mo-
do est contra Constitutiones prædicta probatio.*

Verùm respondemus eis: protestationes
has fieri à Raligione, & quando recipitur
ad habitum, & postmodùm quādo ad pro-
fessionem admittitur, vt nullo modo excu-
sabilis efficiatur, qui sic cōditionalitèr ad-
mittitur, nec aliàs, nec alio modo.

35 Sat verò fuerat illum in causa morbum
adhuc in ossibus, atq; visceribus infixū re-
36 tinere. Causa est nēpè, quæ producit effe-
ctum. neq; sine causa effectus esse potest. Eò
ipsò igitur, quòd effectum conspicimus, &
causam in promptu adesse aduertimus. ex
Vlpiano lib.11. ad Sabinum in *l. moribus in-
troductum est 2. §. priùs autem sibi. ff. de vul-
gari, & pupillari*. quatenùs haber: priùs
37 quemq; sibi hæredem scribere debere, vt
filio hæredem substituat: quia nimirùm
substitutio, quasi institutionis effectus est,

& veluti

& veluti à causa affectus pender. facitq; ad
rem Antonini Cæsaris sēsus in *l.2. C.ad le-*
38 *gem Cornel.de Sicar.* quatenùs disponit: ho-
micidij crimen contrahi, si voluntas no-
cendi intercesserit, vt sit volūtas quasi cri-
39 minis causa, & ab illa dependeat. Effectus
itaq; producentē indicat causam. ex *Baldo
cons. 344. super eo, quod quæritur, post princ.
lib.1.* effectus ergo, quos produxit causa,
fuerunt Gonorrea, & Bubones in homine
hoc. Latebat idcircò in visceribus eius
causa, nec fuerunt Bubones absq; eo, quod
intrinsecùs latebat. *(Ex Canticorum 4. 1.)*
Effectus planè causæ, quæ intrinsecùs ade-
rat, latebatq;. Aderat proindè causa. Quia
40 profectò causa naturalitèr prior effectu
est. & *S.Thoma 1. 2. quæst.1.art.1.in 1.argu-
mento.* estquè potior effectu. ex *eodem 2. 2.
quæst.26. art.3. in 1. argumento.* Si effectus
igitur ità hominem hunc deduxerunt, vt
penè claudus remaneret, qualis & causa
fuit, quæ tunc aderat, & intrinsecùs late-
41 bat, & operabatur? Quia sine causa effe-
ctus esse non potest. Hoc autem ipse cela-
uit, occulit, nō manifestauit, timens, si pro-
palaret, minimè reciperetur, dimitteretur,
expelleretur. decipit proindè Patres; qui si
sciuissent, non eum vtiquè admisissēt. pru-
dens ergo, volensq; tacuit. fuit igitur in
42 culpa, atq; mortali se famine fœdauit. vt
propter hoc vnum expelli meruerit, vt ipse
docuit *Nauar.d.cons.58.nu.3.de regular.* Ma-
ximum enim ex hoc detrimentū Religio-
ni sequitur; nec illa in damno esse debet,
quod iste in lucro reperiri tentat, atq; suo
ex delicto commodum reportare. ex Inno-
centio III. Altisidorensi Episcopo in *cap.
tua fraternitatis 12.in fin.de cler. non resident.*
sequiturq; *Sanchez de matrim. d. disput.37.
num.32.lib.7.* idemq; *Peyrin.de subdito.d.q.1.
cap.25.§.4.vers.ex quibus colligitur.*

Non itaq; ex prima specie tunc semel in
homine hoc Bubones apparuerunt, qui in
visceribus intrinsecùs genus retinebat ge-
neralissimùm specierum omnium Galliæ
luis. Habebat proindè in se vno species
43 omnes comprehensas. Genus quippè spe-
cies omnes sub se comprehendit, & inclu-
dit. & de omni specie prædicatur. ex *Ari-
stotele 1. topicorū 4.* & ex nostratibus, ex Ve-
nuleio lib.6. stipulationum in *l.si duo 52. in
fin. ff.de administrat.& perit.tutor.* & Anasta-
sio Cæsare in *l.omnes 4.* ibiquè *Angel. C.de
præscript.30. vel 40.annor.* & Gratiano in
summa. & Isidoro *can.1. dist.1. Barbosa axio-
mate 107.num.29.* Ludere igitur, vel magis
illudere nostri volunt Aduersarij, qui sic
44 loquuntur. Sed *Nolint errare. Deus non ir-
ridetur.* Apostolus inquit Doctor Gentiū,
ad *Galatas 6. 7.*

Vt verò hoc perspiciant, apertisq; ocu-
45 lis videant; non sicut Saulus, qui à Domi-
no prostratus *surrexit de terra, apertisq; ocu-
lis nihil videbat.* Actuum 9. 8. depositionē
ipsā nos describimus Fratris huius Agnelli,
quam coràm Adm. Reu. Patre Priore San-
ctæ MARIÆ Incoronatæ Sacramento fir-
mauit. Sic enim ipse factum ex se narrans,
cùm ætatem haberet, & ipse pro se loque-
retur (sicut parentes cœci illius nati, quem
46 Dominus illuminauit *Ioan.9.22.* Pharisæis
responderunt: *Ipsum interrogate: ætatē ha-
bet, ipse de se loquatur.)* prosequutus fuit.

*Qualmēte nell'anno quaranta gli fù imme-
scato il mal francese, per lo quale fù astretto da
Medici di pigliare trenta sciroppi di salza, e
trenta stufe, del quale male me ne guarij. E
dopoi circa sei mesi, prima ch'io entrassi nella
Religione, me si scouerse vn trauongello, per lo
quale presi alcuni medicamenti con purgarmi,
e fattolo tagliare, e purgare molto bene per spa-
tio di detti sei mesi, di modo che circa otto gior-
ni prima, ch'io pigliassi l'habito, si serrò. e dopò
sei mesi d'hauere preso l'habito, mi sopraginnse
vn dolore nella gamba dritta; & io m'andauo
sempre mortificando per celare detto male, per
dubio che nō ne fusse mandato dalla Religione.*

Palàm igitur hic loquitur, & prouerbiū
47 nullum dicit: sicut Christo Domino *Ioan.
16.29.* Discipuli dixerunt: *Ecce nunc palàm
loqueris, & prouerbium nullū dicis.* quòd sex
post menses gallicæ luis, vel sex menses an-
te quàm ad Religionem accederet, Bubo-
nes ei apparuerunt. treguam proindè, non
pacem cum eo morbus hic pessimus, luesq;
fœtidissima, & incurabilis inierat; vndè ex
causa, quæ intus aderat, effectus postmodū
apparuere pessimi. Bubonum, atq; Gonor-
rearū. Erant itaq; hi species generis, quod
intus latebat in visceribus, luis gallicæ. In-
dè dolores quoq; suscitati fuere in tibia.
Nàm, quo tempore Religionem ingressus
fuit, Bubones quàmuis recisi, clausi non
erant. vndè post sex menses dolores in ti-
bia iterùm apparuere, & manifestati sunt.
Vndè ipse, nè foras pelleretur, tacebat,
morbumq; occultabat, seq; mortificabat,
48 nè morbosus appareret. Quis vereatur igi-
tur, ipsum Religionē decepisse; vt propter
hoc vnum expelli debuerit? vt ex *Nauar.
d.cons.48. num.3.* in superioribus diximus.
Vt deciperet igitur ad Religionem venit,
non vt Deo in Sacra humilitate seruiret.
Audias (quæso) ipsū, quid dicat de se ipso,
cùm in Heremo Turris esset, & ex Medico-
rum cōsilio remedijs insisteret: *Ma dopò per
qualsiuoglia tempo me ritornò il dolore della
gamba à rinouare: per lo che stimolato dalla
conscienza, me risolse d'andare in Napoli per
consultarmi, e pigliare risolutione à fatti miei.*
Hæc sanè omnia occulta fuerunt, & ipse
solus nouerat, factorum suorum conscius.
49 stimulante verò consciētia, Deoq; ità per-
mittēte, qui veritas est infallibilis. ex Gre-

15 *Deus ipse pactis initis obfirmatur.*
Declara. num.17.
Deus fidelis est in omnibus vijs suis, & Sanctus in omnibus operibus suis. *Psalm.144.1.*
18 *Pacta inita, quando illa legibus aduersa non fuerint, homo transgredi non debet.*
Præsertim verò, si Deo promittantur.
Calcari enim impunè minimè possunt. n.20.
19 *Religioni, quæ promittuntur pacta, Deo, qui in Religione colitur, promissa videntur.*
22 *Morbo necessaria occurri medela debet.*
Et resecandæ putridæ carnes.
Vt abscissione reliquæ carnis saluti consulatur, oscarraturq;. num.24.
23 *Ouis morbosa è caulis repellenda, nè omnia pecora inficiantur.*
25 *Professio, materialitèr tantù professio, non formalitèr, effectum non producit.*
Claudicat enim ex defectu consensus, & Religionis, & profitentis.
26 *Non enim procedit professio sine consensu, & voluntate vtriusq;, Religionis videlicèt, & profitentis.*
Neque sola materialitas monachum facit. num.27.
Est enim contractus, qui voluntate perficitur. num.28.
Nulla est ergo professio, & professus, vt nouitius adhùc habetur. num.31.
Expelli proindè poterit.
Quia professionis effectum non producit. num.39.
Neq; incorporatio facta fuit.
27 *Monachum non facit habitus, sed professio regularis formalitèr, non materialitèr.*
29 *Matrimonium sine vtriusq; contrahentis consensu firmum non est.*
Ità nec spirituale matrimonium.
Interim proindè concubini dicentur, nō coniuges. num.34.
Quia neuter eorum in alterius corpus potestatem accepit.
30 *Morbum gallicum qui in Religionem aduexerit, si constitutio in Religione sit, quòd non intendit illum recipere, & detecto morbo expellere. expelli vtiq; poterit.*
32 *Nouitij completo probationis anno, si habiles sunt, retinendi, sin minus ejciendi.*
33 *Probationis spatium in subsidium fragilitatis humanæ institutum est, & profiteri volentium, & Religionis.*
Ad experiundum namq; conceditur.
35 *Iure suo, qui vtitur, iniuriam facit nulli.*
Quia secundùm præcepta legis operatur.
Ergo benè.
37 *Nemini denegari debet, nè id faciat, quod iure id permittente sibi competit.*
40 *Professus per professionē legitimè emissam incorporatur Religioni.*
Et ex incorporatione vltrò, citròq; obligatio oritur.
Quàmuis interiùs defectus aliquis ex parte profitentis intercedat, qui sanè sit occultus. num.45.
Et si de nullitate dicere valeat.
42 *Consensus conditionalis, & matrimonio carnali, & spirituali obest, non sequuta conditione.*
43 Tex. Sacri Tridentini Concilij sess.25.cap.19.de regularib. *perpenditur ad rem.*
Loquitur de eo, qui de nullitate dicere professionis intendit.
Non igitur locum habet, si ob aliquod defectum tacitum, Religio ex Constitutionibus approbatis, protestata fuerit, se nolle consentire, atq; impedimento, vel defectu detecto expellere velle. num.46.
Loquiturq; de nullitate professionis ex iure communi, non verò ex statutis Religionis approbatis. num.49.
50 *Constitutio Papæ Vrbani VIII. de Nouitijs receptis, vel qui professionem fecerunt in Conuentibus non designatis, iuxtà Constitutionem Clementis VIII. denuò ad professionem admittendis.* 3
In re hac nostra non exauditur.

ARGVMENTVM.

Professione existente nulla ob tacitum impedimentū infirmitatis contagiosæ, ob morbum gallicum, ex vi Constitutionū Religionis, cùm non aliàs consensum Religio præstiterit, nequè professus, an iure eijci sic professus potuerit: & nùm locum habeat dispositio ***Sacri Tridentini Concilij sess. 25. cap. 19. de regularib.*** ad interpretationem, & mentem Constitutionis Sixti Papæ V. ***Cùm de omnibus Ecclesiasticis.*** & nùm materialitèr professio, nō formalitèr effectū producat? an verò Nouitius adhùc perseueret? Et nùm Vrbani Papæ VIII. Constitutio anno 1631. edicta in hoc casu locum habeat?

(Right-margin numbers beside the Argumentum: 4 at "Professione existente nulla ob ta-", 5 at "gallicum", 6 at "cum habeat", 7 at "formalitèr".)

RESPON-

RESPONSIO CV.

1 QVI Christum sequi volunt, sua om-
nia vt relinquant, opus est. *Egredere*
2 (dixit Dominus Deus ad Abram,
Genes. 12.1.) *de terra tua, & de cognatione*
tua, & de domo patris tui, & veni in terram,
quam mostrauero tibi. de terra tua, hoc est *de*
terreno homine; & de cognatione tua *vitio-*
rum, & de domo patris tui *Diaboli*. & obli-
uiscere populum tuũ, & domus patris tui,
Psal. 44. *Glos. interlinearis* ibidem aduertit.
Additq; Ambros. lib. 1. de Abrahã Patriar-
cha cap. 2. *Consideremus* (inquiens) *nè fortè*
hoc sit exire de terra tua, de huius terra, hoc est
de corporis nostri quadam commoratione egre-
di, de qua exiuit Paulus, qui dixit: *Nostra*
autem conuersatio in Cœlis est. Non nè ex fini-
3 bus Tyri, & Sydonis mulier Cananea egres-
sa fuit (*Matth. 15.22.*) vt filiæ sanitatẽ im-
petraret? *Et ecce mulier Cananea à finibus il-*
lis egressa, clamauit, dicẽs ei (IESV videlicèt)
Miserere mei Domine fili Dauid: filia mea ma-
lè à Dæmonio vexatur. Quo loco Hieron.
lib. 2. comment. *Indè nouit* (inquit) *vocare*
filium Dauid, quia egressa iàm fuerat à finibus
suis. & errorem Tyriorum, atq; Sydoniorum lo-
ci, ac fidei commutatione dimiserat. Postquàm
4 enim defecerũt populo Israel, quæ ex Ægy-
pto secum tulerant, vt comederent, tunc è
Cœlo pluit eis Dominus Manna. vndè di-
xerunt *Manhù? quod significat, quid est hoc?*
5 Exod. 16. 15. Experientia namq; ipsa, quæ
rerum efficax magistra est, vt Gregorius X.
in Generali Concilio Lugdun. in *cap. quàm*
sit 6. in princ. de elect. lib. 6. dixit, sequiturq;
Glos. in can. 1. § fin. verbo *experimento. de pæ-*
nit. dist. 5. quotidiè experimur, quòd ij, qui
non relictis omnibus è seculo ad Religio-
nem transeunt, corpore quidèm Mundum
6 relinquunt, sed non mente, & voluntate; q̃
sanè erat, quod Abram Dominus Deus ex-
quisierat: *Egredere de terra tua, & de cogna-*
tione tua, & de domo patris tui, & veni in ter-
ram, quam monstrauero tibi. vt etiam de me-
moria Mundi exeamus, ei renunciantes, vt
possimus cum populo Dei dilatari, & in
Terram promissionis cœlestis, cùm tempus
venerit, introduci. vt *Lyran. d. cap. 12. Genes.*
7 adnotat. Hanc proindè ob causam Sixtus
Papa V. Constitut. sua, quæ incipit; Cùm
de omnibus Ecclesiasticis ordinibus. quã
edidit anno 1587. 6. Kalend. Decembris,
Quaranta in summa Bullar. verbo *Monaste-*
ria, & Conuentus. fol. mihi 307. & fol. 310.
præcepit: Omnes, & quoscunq; criminosos,
vel suspectos, aut æri alieno, vel rationibus
reddendis obligatos, ad Religionem inha-
biles perpetuò esse. addiditq;: *Vt si qui eo-*
rum contra præsentem nostram Constitutionem
temerè admittentur; tàm susceptionem habitus,
quàm professionem, & indè sequuta ex nunc,
prout ex tunc, pari modo irritamus, & annul-
lamus, viribusq;, & effectu carere decernimus;
ac iubemus, eos, qui sic de facto recepti erunt,
habitu spoliari, & à Religione expelli. Quam
sanè Constitutionem etiam per Regulas
nonnullæ Religiones inuiolatè seruant. Et
8 in Religione Sacri Ordinis Camaldulen-
sium ex Constitur. etiam à sanct. mem. Papa
Vrbano VIII. sub annũ Domini 1639. vj.
Aprilis, anno Pontificatus sui 16. appro-
batis, cap. 58. §. 4. sub hisce verbis consti-
tutum, atq; sancitum est:

Se qualcheduno si riceuerà, che non habbia
palesato, d'essere stato Nouitio d'altra Religio-
ne, ò taciuto c'habbia alcuna infermità graue,
& incurabile, o cõtagiosa, ancorche facesse pro-
fessione, si dichiara, tale professione nulla, come
fatta contro la volontà, e consenso di quelli, che
l'hanno riceuuto: E s'ordina, che subito sia man-
dato via: il che s'intende, quando da Padri sarà
stato interrogato; & intimato, che la sua profes-
sione sarà nulla, s'haurà negato alcuna delle
sodette cose nel Capitolo, nel quale s'ammette
all'habito, & alla professione. Le quali intima-
tioni, e proteste sempre siano registrate dallo
Scriba nel solito libro de gli Atti Capitolari
dell'Eremo. Sic Constitutiones.

Accidit igitur hisce diebus, quòd quidã
Frater Agnellus in Hæremo S. Mariæ In-
coronatæ Beneuentanæ Diœcesis ad habi-
tum receptus, & interrogatus super his
omnibus, negauit: & antequàm profitere-
tur, iterũ interrogatus, protestationibusq;
iuxta propositum ordinem sibi factis, ne-
gauit, occulitq; quibus vexabatur, infirmi-
tates antequàm Religionem ingrederetur.
Laborauerat quippè morbo gallico. Rede-
untibus proindè malis ex antecedentis
morbi infectione, cùm celare malum non
posset, stimulis agitatus conscientiæ ex He-
remo Turris Octauæ, in qua ob remedia
recipiendã deputatus fuerat, noctu profu-
git; perquisitus verò, & inuentus; quarè
profugisset interrogatus, rem omnem ape-
ruit. propter hanc causam proindè Iuris
ordine seruato iuxtà Cõstitutionum enar-
ratam sãctionem ab Ordine dimissus fuit.
Abiens verò, ad Sacram Congregationem
dato supplici libello, nec veritate in omni-
bus expressa, recursũ habuit. Quæ ad Emi-
nentissimum Dominum Cardinalem Phi-
lamarinum Archiepiscopum Neap. literas
dedit, vt eiectum ad habitum restitueret in
eodem hæremo, causamq; cognoscendam
susciperet, & interim Priorem ob temerè
factam eiectionem suspenderet; quod iuxtà
Sacrosanctæ Tridentinæ Synodus decretum
sess. 25. c. 19. de regular. nõ processisset, actaq;
ad ipsam Sacram Congregationem trans-
mitteret. Fit proindè causæ status: proces-
serit, nè ritè Religio, dictũ Fratrem Agnel-

lum ex præfatis causis ab Ordine dimittẽdo, ob præcedens Constitutionum statutũ; & nùm Sacr. Trid. Conc. dispositio *d. c.* 19. locum in hac re habeat, vt temerè Priorẽ prædictũ processisse, dici valeat ? Inre, nec sanè temerè Religionem processisse, nec Sacr. Trid. Concil. dispositionem in hac re locũ habere, respondendũ videtur. Quod vt præstemus, supponendum censemus.

Professionem contractum esse vltrò, citròq; obligatorium, quia vtrinq; obligat, & Religionem profitenti ad retinendum illum, & Profitentem Religioni ad conuiuendũ in ea, iuxtà Religionis regulas, atq; ordinationes. ex Clemente III. in *cap. porrectum* 13. & Innocentio III. in *cap. ad Apostolicam* 16. *de regular. & transeunt. ad relig. Nauar, cons.* 26. *n.* 1. *lib.* 3. *de regular. Io. Azor. instit. moral. par.* 1. *lib.* 12 *c.* 4. *q.* 5. *in fin. Sanch. de matr. lib.* 7. *disp.* 25. *nu.* 12. *in fin. Decian. cons.* 18. *nu.* 9. *lib.* 3. *Gerius Spin. cons.* 1. *num.* 1. *Rota* apud *Farinac. post* 2. *vol. consil. decis.* 346. *n.* 3. diximus *resp.* nostra 38. *nu.* 24. *par,* 2. *& resp.* 54. *nu.* 11. *par.* 3. *& resp.* 36. *nu.* 26. *& resp.* 69. *nu.* 1. *par.* 4 *Petr. Vuadign.* è Societate IESV *de contract. disp.* 1. *dub.* 5. *n.* 4. *Vinc. Tancred.* ex eadẽ Societate *de matr. tom.* 2. *lib.* 7. *disp.* 25.

10 *nu.* 4. Est igitur duorũ cõtractus professio, Religionis vtiquè, & profitẽtis, ex vtriusq; proindè perficitur cõsensu, sicuti & reliqui contractus. ex Pomponio lib. 36. ad Q. Mutium in *l. in omnibus negotijs* 65. *ff. de action. & oblig. & cod. tit.* ex Iaboleno lib. 12. epistolarum in *l. in omnibus rebus* 54. atquè ex Diocletiano; & Maximiano Augustis in

11 *l. sicut initio* 5. *C. de act. & oblig.* Vnius proptereà si deficiat consensus, claudicabit contractus, nequè firmus habebitur. ex Vlpiano lib 4. ad Edictum in *l.* 1. *ff. de pact.* ex finitione, quam ipse pactionis ibidẽ tradit, atq; etiam ex ratione, quam *§ adeò autem in fra.* subnectit: *Nàm stipulatio* (inquiens) *quæ verbis fit, nisi habeat consensum, nulla est.* Quia nimirùm, cùm in se stipulatio naturale, nedùm ciuile vinculum habeat, quo vnum alteri colligat, necesse est, vt consensu perficiatur. vt *Glos.* ibidem verbo *consensum,* nõ inperpensè aduertit.

12 Hoc ità supposito. Ratio, sub qua cum Fr. Agnello Religio contraxit, fuit, vt si habitum suscipere vellet, atq; in Religione profiteri, manifestare deberet, vel si in alia Religione Nouitius fuisset, vel si aliquo detinetur morbo, vel graui, vel incurabili, vel etiam cõtagioso; sin verò, nullo pacto eum Religio suscipere vellet; sed quãuis professionem emisisset, illam esse nullam, eumq; emittere, atq; eijcere posse, & debere. Hanc autem voluntatem eidem protestata fuit, atq; ità Patres consensũ præstauere, & non alitèr; ipse verò sic contraxit, sed defectus

13 reticuit. Contraxit proindè sub hoc pacto. pacto ergo eum stare oportet. ex Africano Concilio in *cap.* 1. *de pact.* & Vlpiano *d. l.* 1. *ff. de pact.* Siquidẽ nihil tàm fidei con-

14 gruit humanæ, quàm ea, quæ placuere custodiri. vti Diocletianus, & Maximianus edixere Cæsares in *l. non minorem* 20. *C. de*

15 *transact.* vt ipse quoquè Deus pactis initis obfirmetur; sic *.n.* ipse *Genes.* 9. 9. ad Noè, & ad filios cum eo, dixit: *Ecce ego statuã pactum meum vobiscum, & sũ semine vestro post vos, & ad omnem animam viuentem, quæ est vobiscum, tàm in volucribus, quàm in iumentis, & pecudibus terræ cunctis, quæ egressa sunt de arca, & vniuersis bestijs terræ. Statuam pactũ meum vobiscum, & nequaquàm vltrà interficietur omnis caro aquis diluuij, neq; erit deinceps diluuium dissipans terram.* & ad Abrahã Genes. 17. 7. *Et statuam pactum meum inter me, & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis fœdere sempiterno, vt sim Deus tuus, & seminis tui post te.* & paulò post: *Dixit iterùm Deus ad Abraham: Et tu ergo custodies pactum meum, & semen tuum in generationibus suis. Hoc est pactum meum, quod obseruabis.* & Leuit 26. 9. *Respiciam vos, & crescere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiscum.* & Num. 15. *Quòd si nõ audieritis me, nec feceritis omnia mãdata mea, si spreueritis leges meas, & iudicia mea contẽpseritis, vt non faciatis ea, quæ à me constituta sunt, & ad irritum perducatis pactum meum: Ego quoq; hæc faciam vobis.* & Deuteron. 7. 9. sic testatur Moyses: *Et scies, quia Dominus Deus tuus ipse est Deus fortis, & fidelis, custodiens pactum, & misericordiam diligentibus se, & his, qui custodiunt præcepta eius in mille generationes:* & num. 12. *Si postquàm audieris hæc iudicia, custodieris ea, & feceris, custodiet & Dominus Deus pactum tibi, & misericordiã, quam iurauit patribus tuis.* Isaiç quoq; 55. 3. *Inclinate aurem vestram, & venite ad me: audite, & viuet anima vestra, & feriam vobiscũ pactum sempiternum, misericordias Dauid fi-*

16 *deles.* Est enim *fidelis Dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in operibus suis.* ipse testatur Dauid *psalm.* 144. 1. 3. Non sanè quòd

17 Deus efficiatur simplicitèr debitor nobis, sed sibi ipsi, in quantum debitum est, vt sua ordinatio impleatur. *S. Thomas* vt docet 1. 2. *quæst.* 114. *art.* 1. *ad* 3. & Nos diximus *respons.* nostra 52. *nu.* 42. 43. *et seq. par.* 2. Deus

18 itaquè pactis tenetur; homo verò ea transgredi audebit, quando illa legibus aduersa non fuerint ? nequaquàm. vti Caius docet Iureconsultus in *l. sodales* 4 *sinè fin. ff. de collegijs illicitis.* præsertim verò, si Deo ipsi pa-

19 cta promittantur. Nam quæ Religioni pacta promittũtur, Deo, qui in Religione colitur, promissa videntur. Si humana ergò

20 pacta non possunt impunè calcari; quid eos manebit, qui corruperint fœdera Diuini Sacramenti ? Leo Papa loquitur in *can. puella* 8.

puella 8. in fin. 20. quæst. 1. Nec enim mini-
21 mi Religio læditur, vt morbosum hominē, in ipso flore ætatis suæ, quando Religioni deseruire eum oporteret, remedijs curet, & foueat, morbo ipso in visceribus interno, infixo, atq; insito, vt toto penè vitæ suæ tē-
22 pore remedijs eum insistere oporteat, necessaria medela morbo occurrendo. iuxtà Innocentij IV. sensum in *cap. legitima 2. §. volentes. de appell. lib. 6.* Sed resecandæ sunt
23 putridæ carnes, & morbosa ouis è caulis repellenda, nè tota domus massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant. vt Hieronymi loquamur verbis
24 in *can. resecandæ 16. 24 quæst.* 3. Neq; porrò morbo pestifero, cui congrua est adhibenda medela. ex Vrbano IV. in *extrauaganti sanè 1. § nos igitur. de simonia inter communes*, modo alio occurri poterit, nisi abscissione; nè reliquæ carnis salutem putredinis suæ contagione corrumpat. ex Prospero de vita contemplatiua cap. 7. in *can. Ecce autem 18. circa fin. 24 quæst.* 3. Iure ergo, nec sanè iniuriā fecit Religio, quæ iuxtà inita pacta morbosum hunc hominem, ouem videlicèt morbosam, nè tota domus massa malo arderet exemplo, eijecit, expulit, è Domini caula abijecit,

Neq; enim professio, quāuis emissa, impedimento illi fuit, quò iure abijceretur.
25 Nam professio materialitèr tantū professio fuit, & denominatiuè, per denominationem extrinsecam, non formalitèr: claudicauit nempè vtriusq; cōsensu, & Religionis, quæ sub alia formalitate eum recepit; quatenùs nullo detineretur morbi antecedentis impedimento, eoq; detecto, vt illum abijcere statim valeret: & ipsius, qui professionem emisit, qui præcedētes protestationes audiuit, atq; secundùm illas assensum præstitit, vt detecto impedimento expelle-
26 retur. Sine consensu autem, atq; libera voluntate vtriusq; contrahētis, & Religionis, quæ profitentem admittit, & profitētis, qui se Religioni addicit, professio non procedit. ex Innocentij III. sensu *d. cap. ad Apostolicam 16. de regular.* illis præsertim verbis: *Ideòquè obligatur per professionem emissam* (spontè sua scilicet) *paritèr & acceptam, ad obseruantiam regularem, & verè monachus est censendus.* & eodem in *cap. sicut nobis 17. eod. tit.* illis verbis: *Fraternitati tuæ talitèr respōdemus; quòd si regularem habitum se postulante suscepit, & ad obseruationem Religionis canonicè, sua se professione ligauit, ad resumendū habitum Ecclesiastica est districtione cogendus*.
27 Alioquin sola ipsa materialitas, sicuti sola habitus gestatio, Monachū facit minimè.
28 Quia contractus est, qui voluntate perficitur. ex Clemente III. *d. cap. porrectum 13. de regular.* cuius verba damus, firmant quippè propositionem hanc nostram, vt alium quęrere testem non oporteat: *Inquisitioni tuæ talitèr respondemus,* (inquit) *quòd cùm Monachum non faciat habitus, sed professio regularis, ex quo à connertendo votū emittitur, & recipitur ab Abbate, talis, vt fiat Monachus, et reddat Domino, quæ promisit, erit vtiq; compellendus.* sic Clemens. & notat *Gloss.* ibidem verbo *non facit habitus.* & verbo *professio.* sequiturq; *Gloss d. cap. sicut nobis 17.* verbo *sua se professione.* ex Concilio Toletano 10. c. 4. in *can. vidua 16.* aliàs *fin. 20. q. 1* & ex eodē Cōcilio Toletano in *cap. vt clerici 2.* & Honorio III. in *cap. ex parte tua 22. eod. tit. de regular.* & ex Alexandro III. in *cap. consuluit nos 3. qui clerici, vel vouentes.* Rota ad rem in *Brixien. Parochialis 20. Martij 1620.* coràm *Vbaldo decis. 60. nu. 14.* apud *Viuianū ad praxim iuris patronatus. Nauar. consil. 16. num. 1. lib. 3. de regular.*

29 Nàm quemadmodùm sine vtriusq; contrahentis consensu, eoq; expresso carnale matrimonium non contrahitur, vt firmum sit; ità nec spirituale. ex Nicolao Papa in *cap. 2. de desponsat. impub.* & Alexandro III. in *cap. cùm locum 14. de sponsal.* & S. Ioanne Chrysostomo in *can. matrimonium 1.* & Nicolao Papa in *can. sufficiat 2. 27. q. 2.* & ex prophanis Vlpianus lib. 24. ad Sabinum in *l. nuptias 31. ff. de regul. iur. Nauar. d. cons. 26. num. 1. de regular.* diximus *respons.* nostra 94. *nu. 25. par. 4.* & hanc sequuntur sententiam *Sanch. de matr. lib. 7. disp 18. nu. 21. & disp. 37. nu. 30. Tancred. de matr. d. lib. 7. disp. 18. nu. 10. et seq. & disp. 37. q. 1. nu. 4. & seq. P. Thesaur. in praxi de pœnis Ecclesiast. par. 2.* verbo *professio cap. 3.* præsertim *§. verum est. Lezana in summa qq. regular. par 4* verbo *professio regu-*
30 *laris. n. 18* & in his nostris terminis de morbo gallico *Diana p. 4. tract. 4. resol. 188.* alijq; per eos, ac præsertim *Nauar. cons. 48. de regular.* quē sequitur *Sà* verbo *Religio. n. 34.* & hanc tuetur sententiā *Francisc. Cespedes* ordinis Theatinorum *tract. de exempt. regular. cap. 3. dub. 48. per tot.* præsertim *num 3. & 4.*
31 Perindè ergo se habet hic Fr. Agnelius, ac si professionē nō emisisset, quia formaliter illam non emisit, vtriusq; consensu deficiēte, consequenterq; Nouitius adhùc erat.
32 Sicuti verò potest iure Nouitius, si Religioni proficuus haud sit, expelli, ex Sacrosanctæ Tridentinę Sinodi decreto *d. sess. 25. cap. 16. de regular.* illis sanctissimis verbis: *Finito tempore Nouitiatus, Superiores, Nouitios, quos habiles inuenerint, ad profitendū admittant, aut Monasterio eos eijciant.* & dixerat per priùs Innocentius III. Prior Sācti Frigidiani scribēs in *cap. cùm causam 27. §. fin. de elect.* pari quoq; modo, & hic Fr. Agnelius, qui non detecto, quo detinebatur morbo, se regulæ dispositioni subiecit, vt manifestato illo, iure, nec sanè iniuria, expelleretur, atquè à Religione dimitteretur. vt

præcitati quoquè firmant DD. optimèq; *Pater Tancred. d. disput. 25. nu. 4. & d. disp. 37. q. 1. nu. 4. & seq. & nu 8.* Non dissimilitèr enim hoc se habuit tempus, quo morbo ignorato in Religione fuit per bienniũ, ac si in Nouitiatu fuisset. Ad experiundum
33 enim hoc sibi tempus indultũ fuit, vt detegeretur; esset nè verum, quod affirmarat, se nullo detineri impedimento, vt illo in palàm facto, eijceretur. Sicuti in subsidium fragilitatis humanæ spatium probationis est regularitèr institutũ. vt Innocẽtius III. inquit *d. cap. ad Apostolicam 16. in fin. de regular.* & Alexander IV. in *cap. non solùm 2. de*
34 *regular. lib 6.* Quemadmodùm mulier, qua cum in matrimonium consensum non fuit, concubina, non vxor manet; & vir, in quẽ in matrimonium consensus nõ interceſſit, concubinus, non maritus perseuerat. cùm solo consensu vir, & vxor perficiantur. ex S. Ioanne Chrysostomo *d can. matrimoniũ 1. & seq. & can. omnis res 4.* & Augustino in *can. coniux 9.* ac per totam illam quæstionẽ 27. q. 2. quia nimirũ neuter in alterius corpus potestatem accepit. notat *Pater Vuadingus d. disp 1. dub. 5. nu 3 & 4.* Iure itaq; suo vsa fuit Religio dictum Fr. Agnellum expellendo, cùm ità ex regulis, quas etiã (materialitèr tantùm) professus fuerat, defini-
35 tum sit. Nulli autẽ facit iniuriam, qui iure vtitur suo. Quia quidquid benè gestũ fuerir, & secundùm præcepta legalia custoditum non poterit facientibus deperire. Innocentius Papa loquitur in *can. deindè ponitur 3 in fin. §. aspiciamus gentilem hominem,*
36 *dist. 26.* Si iure, ergo iustè, benè proindè ex Augustino *can. quid dicam 11. in fin. 14. q. 2.*
37 Neque porrò denegandum cuiq; est, nè id faciat, quod iure id permittente, sibi competit. ex Cõcilio Toletano 2. cap. 1. in *can. ne ijs, quos voluntas 5. in fin.* ibiq; *glos.* verbo *auferre. d. st. 27.* & ex Vlpiano lib. 58. ad Edictum in *l. si se non obtulit 4. §. condemnatum, ff. de re iud. §. sed hoc quia, in auth. de nupt. col-*
38 *lat. 4* Firmamq; perpensionem hãc reddit ipsamet Sixti Papæ V. dispositio, de qua in superioribus memoriam fecimus, illis verbis: *Quam professionem, & indè secuta, ex nunc, prout ex tunc pari modo irritamus, et annullamus, viribusq; & effectu carere decernimus: & iubemus, eos, qui sic de facto recepti erunt, habitu spoliari, & à Religione expelli.*
39 Fuit proindè horum professio, & ad habitum susceptio, susceptio quidèm, & professio; sed materialitèr tantùm, non formalitèr, quia professionis effectum non produxit. Vndè est, quòd neq; profitens Religioni obligatus manet, neq; profitẽti Religio; quapropter cõtractus quidèm fuit, sed materialitèr, & denominatiuè, non formalitèr: ex quo formali contractu vtrinq; obligatio oritur, non ex materiali tantùm; quia

defecit Religionis formalis consensus, atq; etiam profitentis, qui impedimẽta reticuit, neq; alitèr ad professionem consentire valuit, quàm secundùm Constitutionis præfatę tenorem. quam peramplè perpẽdit *Barbosa voto 15 lib. 1. per tot.* præsertim *nu. 44. & seq. ad 50. Tancred. d. disp 25 n. 4. & 5. per tot.* Fuit proindè mancus vtriusque consensus, atque conditionalis, & Religionis, & profitentis; propter quam causam, ex consensus ipsius defectu, incorporatio Religioni subsequuta minimè fuit.
40 Porrò incorporatur profitens Religioni per professionẽ lcgitimè in manibus veri, atq; legitimi Religionis Superioris emissam, per quam incorporationem vltrò, citròq; obligatio nascitur. vt in supposito fundauimus. ad *text. d. cap. porrectum 13. & d. cap. sicut tenor 15. & cap. ad Apostolicã 16. de regular. & d c. 2. & cap fin. de regular. in 6. Nauar. d. cons. 26. nu. 1. & cons. 38. & cons. 40. n. 2. de regul.* & in *cõment. 4. in can. non dicatis. de regular. nu. 74. Io. Azor. par. 1. lib. 12. cap. 5. q. 3.* Nos *resp.* nostra *69. nu. 3. par. 4. Rota in d. Brixien Parochialis decis. 60. nu. 10.* Et hanc
41 Sixti Constitutionem approbauit quoquè sanct. mem. Clemens Papa VIII. in decreto super reformatione recipiẽdi Nouitios Regularium ad habitum, & professionem, quod refert *Quar[illegible]* d. verbo *Monasteria, & Conuentus. fol. mihi 320.* Fuit igitur Fratris huius Agnelli materialitèr tantũ professio. & denominatiuè, non formalitèr. Quia Religio sub hac eum conditione recepit, vt si aliquod ex protestatis ridem secundùm Cõstitutiones, detegeretur impedimentum, esset professio nulla, atq; statim eijci, & expelli posset. Et ipsemet sub hac forma professionem emisit, vndè fuit eius quoque consensus conditionalis. Detecto proindè morbo, quem ab seculo secum duxit, vt ipsemet confessus fuit; iurè, nec sanè iniuria eijci, & expelli potuit, ac si Nouitius esset, nec aliquo modo professus, cùm materialitèr tantùm professionẽ emiserit,
42 non formalitèr. vti de consensu conditionali satis aptè in matrimonio carnali deducit *Sanchez d. lib. 7 d. disp. 18 nu. 18. 19. 20. & 21.* sequiturq; *Peyrinus* paulò infrà referendus.
43 Neq; impedimentũ facit, quod ex *d. c. 19. Sacri Tridentini Concilij sess 25. de regularib.* obijciunt: Debuisse Religionẽ, non de facto, sed coràm Superiore, & Ordinario loci has causas deducere. non seruauit decretũ hoc Sacri Concilij. fuit proindè nulla eiectio, & expulsio. quin temeraria.
24 Quia profectò in hoc nostro facto Sacrũ Conciliũ nihil disponit: loquitur vtrò de professo, qui de nullitate vult professionis ipse dicere, vel per vim, vel metum, vel antè ætatem legitimam professum fuisse, vel alia

quacunq;

quacunq; ex causa: *is non audiatur, nisi intrà quinquenniū tantùm à die professionis: & tunc non alitèr, nisi causas, quas prætendit, deduxerit coràm Superiore suo, & Ordinario.* Satis nempè diuersi sunt termini. In hoc enim
45 per professionem, (saltim in foro fori) voluntariè emissam in manibus legitimi Superioris, incorporatio intercessit in Religionem, & consensus Religionis, & profitentis, apparētèr saltim; quam ob causam, cùm in iudicium Religionem ipse vocet, de nullitate dicens, vt ex illa exire valeat, atq; ad seculum transire, & in terram Ægypti reuerti, vt cępas comedat, & allia; hoc iudicium coràm Superiore suo, & Ordina-
46 rio dicere debet. In nostro verò facto, ob protestationes pręmissas à Religione, quòd non intendit profitentem recipere, nequè ad professionē admittere, nisi sub illa conditione: si nullum in posterùm detegatur impedimentū, ipsoq; detecto, quòd expellere illum possit; & ipse, qui profitetur in hoc consensum quoq; præstitit, contractus vtiq; mancus fuit, & professio materialitèr tantùm, & denominatiuè, non formalitèr. propter quam causam in sua libertate remanet Religio, professum, detecto iàm impedimento, emittendi, atquè ex Ordine expellendi, tanquàm non professum, sed veluti Nouitiū, sicuti ex ipsamet Sixti Papæ V. iàm allata Cōstitutione apertissimè patet, posse Religionē iure proprio sic materialitèr professū, detectis impedimētis, eijcere, expellereuè, atquè à Religione dimittere: *Eos* (inquiens) *qui sic de facto recepti erunt,*
48 *habitu spoliari, & à Religione expelli.* Dixisset vtiq; Sixtus Papa, impedimentis coràm Superiore suo, & Ordinario deductis, sed non dixit, neq; nos dicere debebimus, nequè poterimus. ex *can. consuluisti 20. §. & quod Sanctorū Patrum. & can. Monomachiam 22. 2. q. 5. cap. 2. nè sede vacante. l. dissentientis 5. C. de repud. l. illā 19. C. de collat.* & ità rem hanc exaudiri, ex *Peyrino tom. 1. de subdito Religioso. quæst. 1. de obedient. cap. 25. §. 4. Lezana in sūma qq. regular. cap. 2. nu. 7. par. 1.* sequitur *Barbosa in collect. ad d. cap. 19. Sacri Concilij num. 6. §. vtrum autem an procedat ex parte Religionis. Peyrinum* sequitur *Cespedes d. cap. 3. dub. 48. nu. 3. & 4. & seq.* & *P. Francisc. Pellizzar. è Societate IESV in man. prælator. tract. 3. cap. 5. sect. 2. q. 11. nu. 48. tom. 1. & tract. 2. cap. 3. q. 15. nu. 28. 29. & 30.* qui subnectit, Sacrum Tridentinum loqui de professione irrita iure communi, non verò de irrita ex Statutis Religionis, à Sancta Sede Apostolica approbatis. Et ità passim seruari videmus in omnibus Religionibus, in quibus ex Cōstitutionibus approbatis per Sanctam Sedem, tale viget decretum.
50 Neq; obstaculū vllum faciet, quod forsàn obijciunt ex nouissima Constitutione sāctæ, & gloriosæ memoriæ Papæ Vrbani VIII. die 2. Aprilis anni 1631. motu proprio, & ex certa scientia edita. Quia profectò in satis diuersis terminis disponit, in ijs videlicèt, qui contra formam Constitutionis Clementis VIII. recepti, aut professi sunt in Conuētibus non designatis. vt perpendit optimè, atq; obiectioni respondet, facitq; satis *Pater Pellizzar. d. tract. 2. cap. 3. q. 18. nu. 25. 26. & seq. & d. cap. 3. q. 15. nu. 30.*

Iure proindè, non temerè processit Sacer Camaldulensium Ordo cùm ex prænarratis causis Fratrem Agnellum ex Ordine dimisit, eumq; expulit, & eijcit, excusso Regulari habitu.

Atquè ità ex his, quę iudicio subijcimus acriori, saniori; neq; Aristarchi virgam, superciliumq; abijcimus, quin expetimus, respondendum censuimus.

Carolus Maranta V.I.D.
Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Confusa, quæ sunt, & æquiuoca distinguenda sunt priùs, vt ex distinctione haberi certa rerum possit notitia.*

2 Distingue tempora, & concordabit scriptura. *Augustini dictum explicatur.*
Nàm ex causa, & persona, ex loco, & tempore cōsideranda sunt. *ex Isidoro. num. 3.*
Alitèr agendo error sequitur.
Non igitur antè iudicandum, quàm omnia distinguantur.
Quod inciuile est. num. 4.
Nisi tota lege perspecta iudicare. num. 5.

6 *Professio facta ab eo, qui tunc temporis morbo est affectus gallico, vt vocāt, nulla est, si id ex Constitutionibus Religionis habeatur, à Sācta Sede Apostolica confirmatis, vndè expelli poterit.*
Ratio affertur. num. 13.
Atquè Sacræ Congregationis affertur declaratio. num. 27.
Neq; locum habebit in eo Sacr. Trid. Conc. decretum sess. 25. cap. 19. de regular.
Sufficit autem habere morbū in causa. nu. 35.
Mortaliq; se culpa inficit, morbum tacens, vt propter hoc vnum expelli mereatur. nu. 42. & num. 52.
Quia maximum infert Religioni detrimentum, & Religionem decipit. nu. 48.
Et in peccato professionem emittit. nu. 52.
Dolosè enim facere videtur, & contra conscientiam, & contra bonam fidem. nu. 60.
Et damnum Religioni infert. nu. 61.
Vndè ad restitutionem tenetur. nu. 62. & 64. & num. 84.

Professio

53 *Corpus*

53 *Corpus Domini manducās, & bibens indignè, iudicium sibi manducat, & bibit, nō dyudicans Corpus Domini.*

Hoc est cum conscientia peccati accedens.

Quia malus malè accipit quod bonum est, ex Augustino. num.54.

56 *Bona fides cum mali conscientia esse nō potest.*

Nàm sunt inuicem sibi contraria, bona, & mala fides. num.58.

57 *Locus Apostoli ad Romanos 14.23.* Omne quod non est ex fide, peccatū est. *expenditur.*

Ex fide, hoc est ex conscientia, quod contra conscientiam fit.

58 *Contraria, siuè etiam cōtradictoria, simul stare non possunt in eodem subiecto, eodem tempore.*

Nec etiam in vno instanti. num.59.

62 *Damnum, qui infert alteri, ad restitutionem tenetur damnorum.*

Siuè auferat, siuè iniustè detineat. nu.63.

Præsertim si ex contractu eueniat. nu.64.

65 *Veritas vna est.*

Quia Deus vnus est, qui Veritas est.

Semperq; splendescit in lumine.

66 *Confessio iuramento firmata vna est, & indiuidua.*

67 *Denominatio extrinseca, rem in veritate non ponit, nec formalitèr, sed nomine tantùm.*

Sicut Rex denominatur in scena mimum.

68 *Confessio proprij oris omnium est probationum potissima.*

Reiq; iudicatæ obtinet pondus. num.69.

70 *Hieronymus Pecorarius ex Societate IESV celebratur.*

71 *Peritos consulens, muneri suo fecisse satis videtur.*

72 *Ius in causa, hoc est, in facto, positum videtur.*

73 *Aspides vocem incantantium nè audiant, suas abturant aures.*

74 *Possidentis melior est conditio.*

Vndè manutenendus in possessione, qua reperitur.

75 *Consensus sub conditione datus, conditione non existente deficit, nec datus præsumitur.*

76 *Quod in gratiam, & fauorē indultū est alicui, eius in damnū retorqueri minimè debet.*

78 *Actor dicitur qui prior ad iudicium aliū prouocat.*

Actor est, qui petit Capellaniam sibi adiudicari. num.79.

Actoris conditio Rei cōditione deterior æstimatur. num. 80.

Quia probandi onere premitur.

Vt actore non probante, reus, & si nihil ipse præstiterit, absolui debeat.

Quia solùm ius actoris consideratur. nu.81.

83 *Fraus nemini, nec dolus patronus esse debet, vt ille ex fraude, & dolo commodū ferat.*

Quod naturæ principium suadet.

84 *Conscientiæ vermis non moritur, sed cor assiduè perrodit.*

Et coràm Iudice ipsa testis est.

85 *Grauamen qui infert alteri, peccat.*

In re graui præsertim.

86 *Nicodemo dixit Dominus:* Tu es Magister in Israel, & hæc ignoras.

87 *Herodes Rex quia placere voluit Iudæis, Petrum misit in carcerem, sic qui alijs placere volunt.*

92 *Correlatiuorum regula locum non vtiq; habet in contractibus.*

Præsertim verò in ijs, quæ ex pacto conuenta sunt. num 94.

Est enim regula parium. num.93.

Quæcunq; ità disparitas illam remouet.

97 *Sacri Tridentini Concilij decreta declarare ad Sacram spectat Congregationem Sanctissimi D. Papæ nomine ad id suffectam.*

98 *Delegatus non potest suæ delegationis terminos excedere.*

99 *Iudici, qui extrà territoriū (siue iurisdictione) ius dicit, non paretur impunè.*

Quia non iure decernit, cùm Iudex non sit.

Quin peccat. num.100.

Et nullitèr agit.

ARGVMENTVM.

Eadem materia dilucidiùs declaratur, respondeturq; Aduersariorum oppositionibus. & quomodò quis denominatiuè, & materialitèr professus dicatur, non formalitèr, vt pro Nouitio, non verò Professo habeatur. Decretumq; *Sacri Tridentini Concilij sess. 25. cap. 19. de regularibus* ad cognitionē refertur ex Sacræ Congregationis declaratione. & eadem *sess. cap. 15.* de eisdem Regularibus. Peccat verò Professus, qui morbo laborat, nec interrogatus, aperit. vndè graue Religioni infert damnum, vt ad restitutionem teneatur, Reus quis nàm dicatur, quisq; actor? Et quid ampliùs actor præstare debeat, quàm actor? Correlatiuorum regula expēditur,

RESPON-

RESPONSIO CVI.

1 QVæ confusa sunt, atq; obuoluta,
distinguenda sunt priùs, vt ex di-
stinctione haberi rerũ certa pos-
sit notitia. sicuti Augustinus do-
cuit sermone 16. de verbis Dñi, relatus per
Gratianum in *can. si peccauerit 19. §. ergo ip-
sa corripienda 2. q. 1.* illis verbis dicens: *di-*
2 *stingue tempora, & concordabit scriptura.*

Nàm ex tempore, loco, & persona debe-
mus concordare canones. vti *Gloss.* loqui-
tur. ex eodem Augustino in *can. si Ecclesia
42. §. quod autem dicunt.* verbo *temporibus.
23. quæst. 4.* ex Isidoro in *can. sciendum est 1.
dist. 29.* verba damus Isidori, qui ad rem lo-
3 quitur nostram: *Sciendum est, quòd pleraq;
capitula ex causa, ex persona, ex loco, ex tem-
pore consideranda sunt: quorum modi, quia me-
dullitùs non indagantur; in erroris labyrinthũ
nonnulli intricando impinguntur, cùm antè iu-
dicant, quàm intelligant; antè inculpant, quàm
4 iterando lecta perquirant.* Quod sanè inci-
uile est. vt gloss. ibidẽ verbo *perquirant*, ad-
notat. ex Celso lib. 9. digestorum in *l. inci-
uile est 24. ff. de legib. & Senatusconsultis.* di-
5 cente: *Inciuile est, nisi tota lege perspecta, vna
aliqua eius particula perspecta, iudicare, vel
respondere.*

Inciuile itaq; fuit, quòd, qui pro Fratre Agnelio scripsere, non tota lege perspecta, neq; iterùm nostris scriptis perlectis, damnare ea voluere, quæ nos pro Sacra Religione Camaldulensium respondentes, diximus. Distinximus nàmq; definiuimus, argumentati sumus, nõ in dictis confusionem fecimus; vt ipsi sine distinctione temporum, locorum, personarum, & rerum, nec rectè argumentando, inuolutè confusionẽ fecerunt, respondendo.

Principio verò, vt se solos sciolos osten-
dant, alios verò, quòd Sacræ Congregatio-
nis decreta non viderunt, damnant, sic pro-
ponunt: *Circà Primum dicendum est, quòd
6 professio facta per eum, qui habet tunc temporis
morbum gallicum, illumq; tacuit, potest annul-
lari per Religionem secundùm vnam opinionẽ,
quam tenent illi, qui Sacræ Congregationis de-
creta non viderunt, qui dicunt, quòd potest, si
Religio habet statutum confirmatum à Papa,
quòd prædictam annullet professionem.* referũt
Nauarr. Rodriquez, Sorbum, Vegam, San-
chez, Peyrinum, Dianam, quos Nos etiam
in nostris scriptis retulimus. Sequuntur: vt
Sacræ Congregationis deducant declara-
tiones, quas non vidimus, vt ipsi volũt. *Sa-*
7 *cra tamen Congregatio Episcoporum, & Regu-
larium* (dicentes) *in simili quæstione de Reli-
gionibus statutum confirmatum à Pontifice, vt
professio non valeat, facta post decimumsextum
annum, &c.* nàm *Sacra Congregatio pluriès
decidit, valuisse professiones.* referunt *Barbos.
ad Sacrum Tridentinum sess. 25. de regularib.
cap. 15. nu. 13. de iure Ecclesiast. lib. 1. cap. 42.
num. 142. de potest. Episc. allegat. 101. nu. 15.
& in summa Apostolicarum decisionum colle-
ctan. 631, num. 9. & 10.* est verò *collectan. 612.*
verbo *professio regularis. num. 9. & 10.* Ratio
8 verò esse potest: Quia in hoc satis, superq;
est, vt professio firma sit, vt qui illam emit-
tit, natus sit annos sexdecim: ætatem scili-
cet, quam Sacrosãcta Synodus ad profiten-
dum legitimam æstimauit, sexdecim vide-
licèt annorum completorũ. refert *Peyrin.*
qui dilatè satis rem examinat *tom. 2. de Præ-
lato religioso quæst. 3. cap. 1. §. 6. à nu. 177.* præ-
sertim verò *nu. 178. & 179.* sequiturq; *Pel-
lizzar. in manual. regular. tom. 1. tract. 3. cap. 1.
quæst. 18. nu. 36. & 37. Barbosa de offic. & po-
test. Episc. d. alleg. 101. num 15.* qui sic infert:
*Ego dicendum credo, validam esse professionem
9 contra prohibitionem prædicti statuti, non an-
nullantis, aut irritantis factam. arg. tex. in cap.
ad Apostolicam. de regular.*

Satis verò differt hoc à facto, quod con-
10 trouertitur, nec à diuersis, & separatis iure
infertur illatio. ad *text. in can. proposuisti 2.
§. sed ea planè. dist. 82.* & ex Vlpiano in *l. Pa-
pinianus exuli 21. ff. de minorib.* Deduximus
11 *respons* nostra 80. *nu. 3. par. 4.* debent enim
termini constantes esse, nec variari suppo-
sitio, vt Philosophi docent. In hoc siqui-
dèm ætatis facto, sufficit profitentem æta-
tem habere à Sacrosancta Tridẽtina Syno-
do statuta generalitèr pro omnibus profi-
12 tere volentibus. & potuit profitens priui-
legio pro se inducto ex Religionis Consti-
tutionibus, vt in ætate prouectiori profi-
teatur, nuncium mittere: vt perpendit etiã
*Peyrin. d. §. 6. cap. 1. quæst. 3. de Prælato religio-
so. num. 169.* In nostro verò non itidem.
13 Quia nimirùm interest quàm maximè Re-
ligionis, non habere morbosam ouem, vt
quotidie remedijs insistere debeat, eumq;
qui à seculo morbum intulit, in Religione
quotidiè curare oporteat, qui ad seruien-
dum Domino venit; & vt sua, aliorumquè
14 peccata plangeret. Nàm *Monachus non
docentis, sed plangentis habet officium, qui vel
se, vel Mundũ lugeat, & Domini pauidus præ-
stoletur aduentum.* verba sunt Hieronymi
ad Riparium in *can. Monachus 4. 16. q. 1.* vt
dicatur de eo magis, quod Christus Domi-
15 nus *Ioan. 6. 8.* Turbis dixit: *Quæritis me,
non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex
panibus, et saturati estis.* Et qui Religioni ser-
uire debet, ipsi contrà seruiatur, ipsiq; mi-
nistretur, qui ministrare tenetur: Neq; ob
hoc sit in damno Religio, ille verò in vtili-
16 tate, & commodo: vt subueniri Religio-
nibus oportuerit, quæ de damno agũt eui-
tando, quã illis, qui de lucro captando. ex
Vlpiano lib. 25. ad Edictũ in *l. at si quis 14.
§. sed,*

6 sed, & si res legata. ff. de relig. & sumpt. funer. verba excipe Vlpiani: *Melius est, legatarium non lucrari, quàm emptorem damno affici*. nec dissimilitèr sentire visus est Paulus
lib. 12. ad Edictum in *l. sciendum est 18. ff. ex quib. caus. maior. in integr. restituant.* sequentibus nempè, nec ineruditè Paulus fatur:
17 *Sciendum est, quòd in ijs casibus restitutionis auxilium maioribus damus, in quibus rei dùmtaxat persequendæ gratia queruntur, non cùm, & lucri faciendi causa ex alterius pœna, vel damno auxilium sibi impartiri desiderant.* Succurritur quippè illis, nè damnũ patiantur, non verò, vt in lucro cum alterius sint detrimento. deduximus Nos latè *respons.* nostra 82. *num. 29. par 4.* Cæteroquin, si hæc aperietur via; morbosis hominibus Religiones implebuntur; quòd in Religione remedijs fouebuntur; nec seruient, neque ministrabunt, sed ministrabitur eis. *vt quid igitur perditio hæc?* Matthæi 26. 8. poterat enim. Idcircò Religiones ità damno prospexerunt, protestando se, neq; consensum eorum præstando professionibus, nisi conditionalem, ex approbatione à Sancta Sede
18 Apostolica. Et quidèm sicut libertas manet Nouitio intrà nouitiatus annũ, quando voluerit, discedendi, atq; ab aratro manum retrahere: ita, pariq; modo, & Religionis libertas manebit Nouitium dimittẽdi, si ille pro Religione non sit. Indè quip-
19 pè nouitiatus annus cõceditur, vt ille Religionis experiatur interim austeritates; atque vicissim eius mores Religio; & si sit aptus eius ferre austeritates. ex Innocentio III. *d. cap. ad Apostolicam 16. in fin. de regularib. extrà.* & Alexandro IV. in *cap. non solùm 2. de regularib. in 6.* atq; ex Sacrosancta Tridentina Synodo *sess. 25. cap. 16. de regularib.* dùm in fine ità sanxit: *Finito tempore nouitiatus Superiores Nouitios, quos habiles inuenerint, ad profitendum admittant, aut Monasterio illos ejiciant.* nec effugerat antè eundem Innocentium III. in *cap. cùm cau-*
20 *sam 27. in fin. de elect.* Liberum itaquè erit Religioni, ab ipso expetere Nouitio, si aliquo laboret morbo graui, & incurabili, & protestetur eidem; se nullo modo eum recipere, consequentèrq; Religioni eum non incorporare; vt quandocunquè resciatur, eum tacuisse, vti non incorporatum, nequè de corpore factum, illum expellere possit, atq; deijcere, vti Nouitium, & nullitèr professum, sed materialitèr tantũ, ac denominatiuè, non verò formalitèr, atq; realitèr.
21 Professio namq; cùm sit contractus vltrò, citròq; obligatorius, ex vtriusquè contrahentis consensu pendet. hìc verò neutrius cõsensu professio vallata fuit: nõ Religionis, quia expressè ipsa protestata fuit, non posse se cõsensum, quatenùs aliquod adsit ex protestatis impedimentũ, atq; proindè materialitèr admissam professionem, non esse professionem; neq; Religioni ità professum incorporari: non profitentis, quia & ipse secundùm protestationes assensum præstitit, vt existente impedimento, illoq; detecto, non sit professus. Ex vtraq; igitur parte sine assensu, consensuq; fuit. non ergo contractus. Neq; ex parte ipsius igitur, nequè ex Religionis parte obligatio intercessit. nullo itaq; modo professio dici poterit. Ius itaquè mansit liberum Religioni eum, vti Nouitium, non verò Professum, nequè Religioni idoneum, nequè incorporatum dimittendi. ex eadem Tridentina Synodo *d. cap. 16. sess 25. de regular.* & his in terminis nos locuti fuimus, atq; Philosophati, Doctores afferentes, qui hanc tuentur sententiam, ex ratione, quam ex Alexandro III. in *cap. porrectum 11. de regularib.* venati fuimus, non nostro Marte pro-
22 tulimus: *Quòd monachum non facit habitus, sed professio regularis.* Quæ sanè professio regularis, cùm neutrius consensus intercesserit, hìc non fuit. Solus proindè huic mansit Fratri Agnello habitus, qui professionem non facit, nequè monachum, non igitur monachus fuit, nisi denominatiuè, non formalitèr. potuit proindè iure, nec sanè iniuria, vti Nouitius, neq; Religioni idoneus, neq; incorporatus, dimitti. nõ itaq; temerè Pater Prior processit, sed iure permittente, atquè ex pacto expresso, vt expelleretur, detecto aliquo ex protestatis
23 impedimentis. Si iure. ergo benè, ergo iustè, ac sine iniuria. ex Augustino *can. quid dicam 11. in fin. 14. quæst. 4.* & Gregorio in *can. ad eius verò 4. §. si igitur benè. distinct. 5.* hanc verò sententiam probauit apertissimè *Martinus* ille ab Azpiqueta *Nauarrus cons. 26. orta sunt grauia. num. 1. & num. 14. & seqq. & cons. 87. per totum. lib. 3. de regular. & cons. 48. primò quæritur. col. de regularib.* sequiturq; per quam optimè *Sanchez de matrim. lib. 7. disput. 18. num. 21.* & melius *disputat. 37. num. 30. & seq. Tancredus* ex Societate IESV *de matrim. lib. 7. disput. 18. nu. 10.*
24 *& seq.* de matrimonio conditionali contracto consensu, quòd nullum sit, atquè de professione consensu conditionali emissa. *disput. 37. quæst. 1. num 4 & seq. Emanuel Sà in Aphorism.* verbo *Religio. num. 34 Bartholomeus à Vecchis in praxi Nouitiorum. disp. 13. dub. 15. nu. 8. Pey. in. tom. 1. de subdito. quæst. 1. cap. 25. §. 3. & §. 4.* referens ad rem, Constitutionem Leonis X. anno 1516. 15. Martij editam, quæ incipit: Cùm sicut nobis. *Lezana in summa qq. regular. par. 1. cap. 24. nu. 26. & par. 4.* verbo *professio regularis. nu. 18. Thesaur. in praxi pœnarum. par. 3.* verbo *professio. cap. 3. vers. verum est. Pater Diana p. 4. tract. 4. miscellan. resolut. 188. Francisc. Cesped. tract. 4. de exempt. regular. cap. 3. dub. 48. nu. 3.*

& 4. Petr.Vuadign. è Societate IESV *de con-
tractib. disput.1.dub.5.§.2.nu.3.vers.dices ter-
tiò*. & in his terminis de lue Gallica *Na-
uar.d.cons.48.de regular. Sà, de Vercbis, Dia-
na* locis paulò antè relatis. Atquè nè desit
25 Sacræ Congregationis declaratio, cuius
fortasse notionem non habuere Aduersa-
rij, vel noluere habere, illam, quæ contra
eos pugnat, sic describimus.

*Sacra Congregatio Cardinalium Episcopo-
rum, & Regularium negotijs præposita, audito
super premissis Procuratore Generali Carthu-
sianæ Religionis, & præcipuè super professione
ab Oratore nullitèr emissa, ob occultationē mor-
bi incurabilis, quo de tempore sui ad habitum
præfati Ordinis receptionis afficiebatur, & ob
non iuridicam ad interrogata super huiusmodi
morbo responsionem contra formam à Statutis
dictæ Religionis præscriptam. visoq; processu à
Visitatoribus Prouinciæ Tusciæ desuper fabri-
bricato, sententiaq; indè secuta; ipsius Orato-
ris postulato benignè annuit, eumq; à Religio-
ne prædicta, non solùm posse, sed omninò abire
debere decreuit, atq; præsentium tenore decer-
nit. 20. Decembris 1637.*

F. Antonius Card. S. Honuphrij.

Locus ✝ Sigilli.

C. Fachinettus Secretarius.

*Bononiæ, Typis Clementis Ferronis, Supe-
riorum permissu.*

Instabat hic, qui professionem non iure
emiserat, & à Religione nec iniuria pulsus
fuerat; iustè se eijectum declarari. Sacra
26 tamen Congregatio nō respondit, debuis-
se illū coràm Superiore Religionis, & Or-
dinario loci de nullitate dicere, ad Sacri
Tridentini Concilij decretorum præscri-
ptum *sess.25. cap.19. de regular.* sed senten-
tiam probauit Religionis, eumq; non so-
27 lùm posse, sed omninò abire debere. De-
cretum namquè præfatum Sacri Concilij
exauditur in terminis, de quibus loquitur,
vbi quis impedimentum de iure communi
opponit ad nullitatem dicendam emissæ
28 professionis; secus verò, si ex iure speciali
Statutorum Religionis cum expressa pro-
testatione, quòd non alitèr intendat profi-
tentem ad professionem admittere, de nul-
litate sancitū fuerit; sitq; Statutum à San-
cta Sede Apostolica approbatum, vt post
Nauar.d.cons.48.de regular. sequitur expres-
sissimis verbis *Sanchez d.lib.7.disput.37. nu.
31.32 & seq* addens *num.32.* Quòd nimirū
29 oppositū in graue Religionis cederet de-
trimentum.

Cogeretur enim effectos inhabiles per
sua Statuta à Pontifice confirmata retine-
re. nec discedit *Peyrin. de subdito d. quæst.1.
cap.25.§.4. Diana d.resolut.188.par.4.tract.4.
Cesped.d.cap.3.dub.48.num.2.& seqq. Pelliz-
zar.tom.1.tract.3.cap.1.quæst.26.num.66.* ra-
tionem nec inadæquatam reddens: Quia
30 prohibente id Religione ex Statuto à Pa-
pa approbato, nulla adest facultas, atq; po-
testas in admittente. Professio verò ab eo
admissa, qui potestatem non habet incor-
porandi in Religionem, nulla est, ex defe-
ctu potestatis, & consensus.

Non itaquè potuit Pater Prior, quando
huius professionem recepit, ex potestatis
defectu, eum Religioni incorporare. Non
itaq; Professus, sed Nouitius permansit. Iu-
re igitur, nequè iniuria eijci, expelliq; po-
tuit, qui Religioni incorporatus non fue-
rat, neq; Professus, sed merè Nouitius, ne-
què Monachus, sed solo habitu.

Sentientes proindè Aduersarij perpen-
sionis huiusce pondus, & quòd nihil profi-
cerent, magis autem tumultus in eorum
fieret ponderationibus. sicut olim Matthęi
27. 24. *Videns Pilatus, quòd nihil proficeret,
31 sed magis tumultus fieret in Populo: accepta
aqua lauit manus suas coràm Populo dicens:
32 Innocens ego sum à sanguine iusti huius, vos
videritis*. & quid non viderūt; quando Ti-
33 tus Vespasianus Hierusalem destruxit, vt
non remanseriit in ea lapis super lapidē? &
ipse iustum illū damnauit: & *tunc dimisit il-
34 lis Barabam. IESVM autem flagellatum tra-
didit eis, vt crucifigeretur*. Quid illi profuit,
quòd manus suas lauit coràm Populo, sed
non coràm Deo? videte quam inuenere
viam, vt Religionis Constitutiones à San-
cta Sede Apostolica approbatas eluderent.
sic dicentes:

Primò enim loquuntur, (Constitutiones
scilicet) *quando habet tēpore professionis mor-
bum contagiosum, quod non est in casu nostro.*

*Secundò, Constitutio loquitur de morbo con-
tagioso, vel incurabili, at Gonorrea, & Bubones
ex Medicorum iudicio sunt in prima specie, nō
morbi contagiosi, & incurabiles. ergo nullo mo-
do est contra Constitutiones prædicta probatio.*

Verùm respondemus eis: protestationes
has fieri à Raligione, & quando recipitur
ad habitum, & postmodùm quādo ad pro-
fessionem admittitur, vt nullo modo excu-
sabilis efficiatur, qui sic cōditionalitèr ad-
mittitur, nec aliàs, nec alio modo.

35 Sat verò fuerat illum in causa morbum
adhuc in ossibus, atq; visceribus infixū re-
36 tinere. Causa est nēpè, quæ producit effe-
ctum. neq; sine causa effectus esse potest. Eò
ipsò igitur, quòd effectum conspicimus, &
causam in promptu adesse aduertimus. ex
Vlpiano lib.11.ad Sabinum in *l.moribus in-
troductum est 2. §. priùs autem sibi. ff. de vul-
gari, & pupillari.* quatenùs habet: priùs
37 quemq; sibi hæredem scribere debere, vt
filio hæredem substituat: quia nimirùm
substitutio, quasi institutionis effectus est,
& veluti

& veluti à causa affectus pendet. facitq; ad
rem Antonini Cæsaris sēsus in *l.2. C.ad le-*
38 *gem Cornel.de Sicar.* quatenùs disponit: ho-
micidij crimen contrahi, si voluntas no-
cendi intercesserit, vt sit volūtas quasi cri-
39 minis causa,& ab illa dependeat. Effectus
itaq; producentē indicat causam. ex *Baldo*
conf. 344. super eo, quod quæritur, post princ.
lib.1. effectus ergo, quos produxit causa,
fuerunt Gonorrea, & Bubones in homine
hoc. Latebat idcircò in visceribus eius
causa,nec fuerunt Bubones absq; eo,quod
intrinsecùs latebat. *(Ex Canticorum 4.1.)*
Effectus planè causæ, quæ intrinsecùs ade-
rat,latebatq;. Aderat proindè causa. Quia
40 profectò causa naturaliter prior effectu
est. & *S.Thoma 1. 2. quæst.1.art.1.in 1.argu-*
mento. estquè potior effectu. ex *eodem 2. 2.*
quæst.26. art.3. in 1. argumento. Si effectus
igitur ità hominem hunc deduxerunt, vt
penè claudus remaneret, qualis & causa
fuit, quæ tunc aderat, & intrinsecùs late-
41 bat, & operabatur? Quia sine causa effe-
ctus esse non potest. Hoc autem ipse cęla-
uit, occuluit, nō manifestauit,timens,si pro-
palaret, minimè reciperetur, dimitteretur,
expelleretur. decipit proindè Patres; qui si
sciuissent,non eum vtiquè admisissēt. pru-
dens ergo, volensq; tacuit. fuit igitur in
42 culpa, atq; mortali se famine fœdauit. vt
propter hoc vnum expelli meruerit,vt ipse
docuit *Nauar.d.conf.58.nu.3.de regular.* Ma-
ximum enim ex hoc detrimentū Religio-
ni sequitur; nec illa in damno esse debet,
quod iste in lucro reperiri tentat, atq; suo
ex delicto commodum reportare.ex Inno-
centio III. Altisidorensi Episcopo in *cap.*
tua fraternitatis 12.in fin.de cler.non resident.
sequiturq; *Sanchez de matrim. d. disput.37.*
num.32.lib.7. idemq; *Peyrin.de subdito.d.q.1.*
cap.25.§.4.vers.ex quibus colligitur.
Non itaq; ex prima specie tunc semel in
homine hoc Bubones apparuerunt, qui in
visceribus intrinsecùs genus retinebat ge-
neralissimùm specierum omnium Galliæ
luis. Habebat proindè in se vno species
43 omnes comprehensas. Genus quippè spe-
cies omnes sub se comprehendit, & inclu-
dit. & de omni specie prædicatur. ex *Ari-*
stotele 1. topicorū 4. & ex nostratibus,ex Ve-
nuleio lib.6.stipulationum in *l.si duo 52. in*
fin. ff.de administrat.& perie.tutor. & Anasta-
sio Cæsare in *l.omnes 4.* ibiquè *Angel. C.de*
præscript.30. vel 40.annor. & Gratiano in
summa. & Isidoro *can.1. dist.1. Barbosa axio-*
mate 107.num.29. Ludere igitur,vel magis
illudere nostri volunt Aduersarij, qui sic
44 loquuntur. Sed *Nolint errare. Deus non ir-*
ridetur. Apostolus inquit Doctor Gentiū,
ad *Galatas 6. 7.*
Vt verò hoc perspiciant, apertisq; ocu-
45 lis videant; non sicut Saulus,qui à Domi-
no prostratus *surrexit de terra, apertisq; ocu-*
lis nihil videbat. Actuum 9. 8. depositionē
ipsā nos deserimus Fratris huius Agnelli,
quam coràm Adm.Reu. Patre Priore San-
ctæ MARIÆ Incoronatæ Sacramento fir-
mauit. Sic enim ipse factum ex se narrans,
cùm ætatem haberet, & ipse pro se loque-
retur (sicut parentes cœci illius nati,quem
46 Dominus illuminauit *Ioan.9.22.* Pharisęis
responderunt: *Ipsum interrogate: ætatē ha-*
bet,ipse de se loquatur.) prosequutus fuit.
Qualmēte nell'anno quaranta gli fù imme-
ficato il mal francese,per lo quale fù astretto da
Medici di pigliare trenta sciroppi di salza, e
trenta stufe, del quale male me ne guarij. E
dopoi circa sei mesi, prima ch'io entrassi nella
Religione, mi si sconerse vn trauongello, per lo
quale presi alcuni medicamenti con purgarmi,
e fattolo tagliare,e purgare molto bene per spa-
tio di detti sei mesi,di modo che circa otto gior-
ni prima,ch'io pigliassi l'habito,si serrò. e dopò
sei mesi d'hauere preso l'habito,mi sopragiunse
vn dolore nella gamba dritta; & io m'andauo
sempre mortificando per celare detto male, per
dubio che nō ne fusse mandato dalla Religione.
Palàm igitur hic loquitur, & prouerbiū
47 nullum dicit: sicut Christo Domino *Ioan.*
16.29. Discipuli dixerunt: *Ecce nunc palàm*
loqueris,& prouerbium nullū dicis. quòd sex
post menses gallicæ luis, vel sex mēnses an-
te quàm ad Religionem accederet, Bubo-
nes ei apparuerunt. tregnam proindè,non
pacem cum eo morbus hic pessimus,luesq;
fœtidissima,& incurabilis inierat; vndè ex
causa,quæ intus aderat, effectus postmodū
apparuere pessimi.Bubonum, atq; Gonor-
rearū. Erant itaq; hi species generis,quod
intus latebat in visceribus,luis gallicæ. In-
dè dolores quoq; suscitati fuere in tibia.
Nàm, quo tempore Religionem ingressus
fuit, Bubones quàmuis recisi, clausi non
erant. vndè post sex menses dolores in ti-
bia iterùm apparuere, & manifestati sunt.
Vndè ipse, nè foras pelleretur, tacebat,
morbumq; occultabat, seq; mortificabat,
48 nè morbosus appareret.Quis vereatur igi-
tur, ipsum Religionē decepisse; vt propter
hoc vnum expelli debuerit? vt ex *Nauar.*
d.conf.48. num.3. in superioribus diximus.
Vt deciperet igitur ad Religionem venit,
non vt Deo in Sacra humilitate seruiret.
Audias (quæso) ipsū,quid dicat de se ipso,
cùm in Heremo Turris esset,& ex Medico-
rum cōsilio remedijs insisteret: *Ma dopò per*
qualsiuoglia tempo me ritornò il dolore della
gamba à rinouare: per lo che stimolato dalla
conscienza, me risolse d'andare in Napoli per
consultarmi, e pigliare risolutione à fatti miei.
Hæc sanè omnia occulta fuerunt, & ipse
solus nouerat, factorum suorum conscius;
49 stimulante verò cōsciētia, Deoq; ità per-
mittēte,qui veritas est infallibilis. ex Gre-

gorio in *can. fraternitatis* 1.35.*quæst.* 10. ve-
ritatem propalare coactus eit, vt propala-
uit. Quid ergo dicemus ad hæc? Non ne
pacto cum Religione cõuenit, vt si morbus
deregeretur, foras mitteretur? Cur ergo
50 nunc à pactis initis resilire tentat: quando
nihil magis humanæ congruit fidei, quàm
ea, quę placuere, custodiri? vti Vlpianus in
l. 1. *ff de pactis* prosequitur. atq; Concilium
Africanum definiuit in *cap* 1. *de pactis.* Sed
iure suo vsa Religio fuit, eum expellendo.
Quid igitur de Religione conquęritur, as-
serens, se in bona fuisse fide? Cùm ipse in
eadem sua depositione Sacramento firma-
ta, dicat:

Io mi consultai col Medico, che mi haueua medicato il trauonrello, e mi disse, che il dolore della gamba procedeua dal detto primo male del trauoncello. En bubo ex gallica lue. erat
igitur in eo gallici morbi causa, quæ hos
51 producebat fructus. Nec enim *potest arbor
mala bonos fructus facere. Omnis ergo arbor,
quæ non facit fructus bonos, excidetur, & in
ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum co-
gnoscetis eos.* Dominus, ac Magister noster
nos docuit. *Matthæi* 7.18. & 19. Iure ergo
quàm meritissimo Patres hunc è Religio-
ne exciderunt, qui tales produxit fructus.
Nàm ex fructibus arborem, vel bonam, vel
malam cognoscimus, & ex fructibus mor-
bo gallico affectum (vt dixit) cognouerũt
eum. Et nè ignorantiam supponeret ali-
quam, interrogatus de protestationibus
sibi factis, respondit: *Ch'è vero, che li fù mostrato tutto il sopradetto contenuto nella Constitutione quattro volte, cioè prima nell'essere ammesso alla proua delli quaranta giorni. la seconda, in tempo, che li fù conceduto, e vestito l'habito della Religiene. la terza, in tempo, che dal Capitulo Conuẽtuale fù ammesso alla Professione. la quarta, nell'istesso tempo, che sopra l'Altare sottoscrissi la Professione in Chiesa publicamente.*

Magna itaquè cum cautela processerunt
Patres toties illũ de Constitutionibus Re-
ligionis admonendo. Ipse verò cum dolo
semper morbum, quo detinebatur, occulit.
52 Peccauit igitur mortalitèr. vt ex *Nauarro*
d. cons 48. *num.* 3. diximus. In peccato ergo
professionem emisit. & in peccato Eucha-
ristiæ Sacramentum suscepit. atq; toties sa-
crilegium commisit, & iudicium sibi man-
53 ducauit, & bibit, non dijudicans Corpus
Domini, qui cum conscientia peccati mor-
talis manducauit: *Qui enim manducat, &
bibit indignè, iudicium sibi manducet, & bibit,
non dijudicans Corpus Domini.* vt Apostolus
contestatur 1. *ad Corinthios* 11. 29 & Augu-
stinus *can. per Esaiam* 98. §. *sacrificia* 1. *q.* 1.
ponderans: *(non ait alij, sed sibi.) & can.
fortè in populo* 11. *in fin.* 23. *quæst.* 4. sibi non
tibi. perpendens. Rationemq; reddit *can.
& Sancta* 66. *de consecrat. dist.* 2. dicens: *Non
54 quia res illa mala est: sed quia malus malè ac-
cipit, quod bonum est.* & Sanctus Thomas in
sequentia.

Mors est malis, vita bonis. vide paris sumptionis. quàm sit dispar exitus.

Et in peccato in Religione perseuera-
uit, & perseuerat. Et hunc in bona fide fuis-
se Aduersarij perfricata fronte contestan-
tur, quasi non sit vindex Dominus de his
55 oĩbus? vt idẽ Apostolus 1. *ad Thessolonicē-
56 ses* 4.6 edicit. Neq; porrò bona fides cum
mali conscientia esse potest. ex Innocen-
ti III. in *cap. si diligenti* 17. *in fin.* & in Cõ-
cilio Generali in *cap. quoniam omne* 20. *sub
fin. de præscript.* ea ratione: *quoniam omne,
quod non ex fide est, peccatum est.* ex fide, hoc
est ex *conscientia*, vt ibidẽ *gloss.* exponit, qui
57 locus est ex Paulo exceptus ad *Romanos*
14. 23. sequiturq; Gratianus ex Augustino
in *can. quærat hic aliquis* 44. §. *ad detestationẽ
ergo criminis. de pœnitent. dist.* 3. dicens: Om-
ne, quod non est ex fide (idest omne, quod
58 fit contra conscientiam) peccatũ est. Sunt
enim sibi inuicem contraria, nè contradi-
ctoria quidèm, bona, & mala fides, quæ ab
inuicem se contrudũt, nec stare simul pos-
sunt. bonum, & malum. Sicuti ex Papinia-
no lib. 7. responsorum colligitur in *l. Titia
si non nupserit* 99. *ff. de condit. & demonstrat.*
qui: *Ridiculum est enim* (inquit) *eandem, &
viduam, & nuptam admitti.* Quia contraria,
siuè etiam contradictoria sunt, vt *gloss.* ibi-
dem finalis commentum agit. ex Celso li-
bro 17. responsorum in *l. vbi repugnantia*
149. *ff. de regul. iur.* ex Innocentio III. Me-
diolanen Archiepiscopo in *cap. inter dile-
ctos* 6. §. *cęterùm memorati Henrici. de fide
instrumentor. S. Thom.* 2. *par. quæst.* 77. *art.* 1. *in*
2. *argumento. Barbosa axiom.* 58. *num.* 3. Nè
59 quidèm eodem tempore, sed nec etiam
in vno instanti. ex Eminentiss. Cardin. de
Lugo de iustit. & iure tom. 1. *disput.* 2. *tit.* 2. *nu.*
26. diximus *respons.* nostra 15. *nu.* 58. *par.* 4.
60 Dolosè igitur fecit, qui contra conscien-
tiam, & contra bonam fidem operatus est.
ex *Crauetta cons.* 142. *num.* 14. *Barbosa axio-
61 mate* 37. *num.* 3. *in fine.* Multòq; magis in
peccato permanet, quod Religioni sua ex
lue, quam ex Ægypto detulit, damnum in-
tulit, infertq; Medicorum, ac medicamen-
torum, & expensarum, nequè Religioni di-
62 seruiuit, neque deseruit. Ad restitutionẽ
proindè tenetur damnorum. Perindè enim
se habet, ac si furto abstulisset. ex Innocen-
tio III. in *cap. sæpè contingit* 18. *de restitut.
spoliat.* ibiq; *gloss.* verbo *iniustè detinere.* quæ
63 sic adnotat. *Nota, quòd iura pro eodem re-
putant, auferre, & detinere iniustè.* ideniquè
sensus percipitur ex Alexandro Tertio in
cap. de cętero 11. *de homicid.* ibiquè *gloss.* quã
singularem appellat *Nauar. cons.* 4. *num.* 1.
lib. 5.

lib. 5. de iniurijs, & damno dato. ex Augusti-
no in *can. de occidendis hominibus* 8 23. q. 5.
ex mente *S. Thomæ* 2. 2. *quæst.* 62. *artic.* 8. *in*
corpore. ibique *Caietan.* sequiturq; *Nauar.*
in gloss. 3. *sum. de pœnitent. distinct.* 5. *num.* 22.
Couar. in regula peccatum. in 2. *par. relect.* §. 3.
num. 5. *Ludouic. à Beia responsionum casuum*
conscientiæ par. 2. *casu* 28. *versic. tùm quia, vt*
quis teneatur. *fol. mihi* 469. ex *Soto de instit.*
& iure quæst. 7. *concl.* 4. deduciтq; latè Emi-
nentiss. Card. *de Lugo de instit. & iure tom.* 1.
64 *disput.* 8. *sect.* 6. *num.* 75. *& seq.* Damnū enim
hoc ex contractu fuit; tenebatur quippè
ipse impedimentum morbi illius manife-
stare, prudensq;, ac volens cęlauit. dam-
num proindè intulit, nec leue, vndè mor-
talitèr peccauit, vt diximus. Ad resarcien-
dum idcircò illud tenetur: *Trullenk in mo-*
ralib. tom. 2. *lib.* 7. *cap.* 6. *dub.* 3. *nu.* 2. *& seqq.*

Quòd verò dicant; nos diuidere con-
fessionem Fratris Agnelli; decipiūtur pla-
nè; namq; ne dùm illam non diuidimus,
sed ad verbum hìc inseruimus, vt veritati
65 deseruiremus, quæ vna est: quia Deus vnus
est, qui veritas summa est, semperq; splen-
descit in lumine. ex Innocentio Papa in
can. graue 7. 35. *quæst* 9. Ipse verò vel non
volens, veritatem tunc aperuit, luem hanc
gallicam ex seculo attulisse, & priusquàm
ad Religionem accederet, ex eadē lue pe-
stifera bubones habuisse: quam ergò diui-
sionem in eius nos facimus confessione,
cùm ipse apertissimè hoc asseruerit iure
66 iurando? Quod sicut vnum fuit, vnam
quoquè suam fecit confessionem, & indi-
uiduam. ex *gloss.* recepta in *cap. in nostra*
præsentia 32. verbo *aduersa. in princ. de testi-*
bus. sequiturq; *Baldus in l. fin. num.* 18. *C. de*
edicto Diui Hadriani tollendo. ex Augustino
in *can. si ad Scripturas Sanctas* 7. *distinct.* 9.
luem scilicèt hanc ex Ægypto attulisse, nec
propalasse, timens si aperiret, quòd eijce-
rent eum Patres. Hæc itaquè formalitas
est huius facti, non aperuisse morbum, nè
reijceretur. Nec aliqua alia perquirebatur
probatio. Cùm sat, superq; fuerit ex eius
ore resciuisse Religionem, vt suo vteretur
iure eijciendi illū, qui nunquàm professus
67 fuerat, sed materialitèr dùmtaxat, & per
extrinsecam denominationem. Sicuti Rex
denominatur in scęna Mimus, qui Rex
nunquàm fuit, nec est.

Grex agit in scęna Mimum; Pater ille vocatur,
Filius hic, nomen diuitis ille tenet.
At vbi ridendas inclusit pagina partes,
Vera redit facies, dissimulata perit.

Et quid sanè est, quod proprij oris op-
68 ponatur confessioni, cùm omnium sit pro-
bationum potissima? ex Alexandro Cæsa-
69 re in *l. cùm te* 5. *C. de transact.* Reiq; iudica-
tæ obtineat pondus. ex Imperatore Anto-
nino in *l. vnic. C. de confessis*. latèq; Nos de-
duximus *respons.* nostra 10. *num.* 11. 12. 13.
& seq. part. 4. Et nihilominùs quantum ad
rem attinebat, sufficiebat informationem
instituisse, vndè eius Sacramento firmatam
confessionem, suaq; manu subscriptam re-
ceperunt, & in actis reduxerunt; peritosq;
consuluerunt, Patres ex Societate IESV.
Romæ Patrem Thesaurum. Neapoli Patrē
70 Hieronymum Pecorarium, Viros Theolo-
gos, & Sacrorum Canonum peritissimos.
71 Sat nimis itaq; muneri fecere suo. ex Cle-
mente III. in *cap. capellanus tuus* 4. ibiquè
glos. fin. ff. de ferijs. & Panormitanus ibidem
Nauar. cons. 29. *num.* 3. *& cons.* 69. *num.* 1 *lib.* 5.
de simonia. & ex Nicolao Tertio *in cap. cu-*
pientes 16. *post principium*, ibiquè *glos.* verbo
notitiam, de electione lib. 6. *Decianus cons.* 29.
num. 1. *lib* 1. *Rota in Aretina confidentiæ* 1595.
coràm *Litta decis.* 1?1. *num.* 3. *post* 1. *volum.*
consilior. Fariaac. ibiq; *Centolinus addens.*

Suo verò marte factum sibi confixerunt
Aduersarij, vt concinnam suo modo face-
72 rent responsionē. Cùm in causa, (hoc est)
in facto ius sit. ex Alpheno in *l. in plagis* 53.
ff. ad legem Aquiliam. & Paulo lib. 1. quęstio-
num in *l. Nesennius* 36. *ff. de negotijs gestis*.
illis verbis: *Respondi. hæc disceptatio in fa-*
cto consistit. An quia putauerunt eorum
verba incantationes esse? nos verò non
73 exaudire eorum incantationes; *sicut Aspi-*
dis surda, & obturantis aures suas.

Quæ non exaudiet vocem incantantium, &
venefici incantantis sapientèr. Vt Regius
psaltes Dauid *Psalm* 67. 6. cecinit. Sed to-
to aberrant Cœlo. Vndè existimauerunt,
Fratrem Agnellum manutenendum esse in
possessione, qua reperitur. Et quidèm gal-
licæ luis libentèr. manuteneatur vtiquè, in
qua reperitur possessione, & in hoc Ædepol
74 sentiet, quòd melior est conditio possidē-
tis. ex regula in *pari causa* 62. *de regulis iuris*
in 6. *& l. in pari* 170. *ff. de regul. iur. Sanchez*
de matrim. lib. 2. *disput.* 41. *num.* 12. diximus
respons. nostra 32. *nu.* 81. *part.* 4. Si verò hoc
existimant de professione. Hoc (nos dici-
mus) in disceptationem venit; cùm ipse
professus nunquā fuerit, nisi materialitèr,
& denominatiuè dùmtaxat; cùm Religio-
ni incorporatus nunquàm fuerit, vtputà
non receptus, nisi conditionalitèr, & à non
habente facultatem, vt ex Pellizzario in
75 superioribus aduertimus. Conditione ve-
rò non existente, cùm detectus fuerit mor-
bus, illeq; insanabilis, grauis, & contagio-
sus, defecit cōsensus. vti apertissimè tuen-
tur *Nauar. d. cons.* 26. *num.* 1. *& cons.* 48. *de re-*
gularib. & Peyrin. de subdito. d. quæst. 1. *cap.* 25.
§. 4. alijq; suprà relati Doctores. & *Vuadign.*
de contractib. d. disput. 1. *dub.* 5. §. 2. *num.* 3. vt
eijci, expelliq; iure potuerit, vt expulsus,
eiectusq; fuit. Suoq; iure Religio vsa fue-
rit, vt manuteneri ipsa debeat in sua, qua

ex ap-

ex approbatione Apoſtolica reperitur poſ-
ſeſſione, huiuſmodi homines deceptores
eijciendi.
76 Cœteroquin indulta Religioni facultas
à Sācta Sede inutilis erit, & in eius vertere-
rur detrimentum, contra id, quod Theodo-
ſius, & Honorius decreuere Cæſares in
*l. quod fauore 6. C. de legibus, & Senatuſcon-
ſultis*. & Bonifacius VIII. in *regula quod ob
gratiam 61. de regulis iuris in 6.* & Modeſti-
nus in *l. nulla iuris 14. ff. de legibus*. ſequi-
turq; *Sanchez de matrimonio lib. 7. diſput. 37.
num. 32. Peyrinus d. quæſt. 1. cap. 25. §. 4. de
ſubdito. Pellizzar. tract. 3. cap. 5. ſect. 2. quæſt.
11. num. 48.* Et ſanè reſpondeant nobis Ad-
uerſarij) ſi Agnellus manuteneri, ſecundū
eos, debet in poſſeſſione, in qua nunquàm
fuit; cur (quæſo te) manuteneri non ma-
gis debeat Religio in ſuæ libertatis poſſeſ-
ſione, hunc eijciendi, qui profeſſus nun-
quàm fuit, ſed perdurat adhùc Nouitius,
cùm inutilis, & ineptus Religioni, quin
magis ſit damnoſus? ex Sacro Tridentino
d. cap. 16. ſeſſ. 25. de regularibus. Eoquè ma-
77 gis, quòd Religio de damno agit vitan-
do, ille verò de lucro captando, vt in Re-
ligione ſit, remedijſq; foueatur, qui nun-
quàm ſeruiuit, neque ſeruire poteſt, & bo-
na comedat pauperum. Vt Religioni ſuc-
currendum ſit potiùs, non huic deceptori.
vti ſuprà quoquè perpendimus. Perbellè
verò ſatis dicunt, hunc reum eſſe, Religio-
nem verò actricem, quando ipſe edicto
cauſam præſtirit, qui noctis tempore è Sa-
cra Turris Octauæ Heremo profugiens, in
qua ob remedia percipienda, cùm id Re-
ligio ignoraret, poſitus fuerat; perquiſi-
tuſq; cauſam manifeſtauit, quam ob cau-
ſam eiectus, non verè Profeſſus, ſed No-
uitius adhùc, iure fuit. Ipſeq; ad Sacram
Congregationem aduerſus Religionē re-
curſum habuit. vt Religio actrix, ipſe verò
78 reus dicatur. Cùm is actor agnoſcatur,
qui prior ad iudicium alium prouocauit.
ex Paulo lib. 8. ad Paulutium in *l. qui prior
29. ff. de iudicijs*. Pauli verba ſunt: *Qui prior
appellat, prior agat*. id eſt actoris partes
agat. vti *gloſſ.* ibidem verbo *qui prior ap-
pellat.* commentum agit. ſequiturq; *Neui-
zan. conſ. 80. num. 36.* ipſeq; malè ſe eiectū,
ac temerè propoſuit. Ipſe igitur actor, nō
Religio fuit.
79 Sicuti actor eſt, qui petit ſibi Capella-
niam adiudicari. vt dixit *Rota in Gerun-
den. Capellaniæ 4. Iulij 1646.* coràm *Bichio
deciſ. 150. num. 6. & 7. in notis additis ad pra-
xim Viuiani de iure patronatus*. Ipſeq; lit-
teras à Sacra Congregatione ad Eminen-
tiſſimum Dominū Cardinalem Philama-
rinum Archiepiſcopum Neapolitanum
obtinuit, illaſquè præſentauit. Actor, igi-
tur ipſe fuit, non Reus, ſed fugit hoc ipſe:
80 Quia nimirùm Actoris conditio multò
deterior eſt; atquè difficiliòr, quàm
ſit rei; cùm ille probandi grauetur onere,
hic verò Actore non probante, & ſi nihil
ipſe præſtiterit, abſoluatur. ex Diocletia-
no, & Maximiano Auguſtis in *l. actor 23.
C. de probationibus*. & Imperatore Antoni-
no in *l. qui accuſare 4. C. de edendo*. quæ lex
actor inter ſacros relata canones à Gratia-
no fuit in *can. accuſator 2. 6. quæſt. 5.* ex In-
nocentio Tertio ad Mediolanen Archiepi-
ſcopum in *cap. vnic. §. cùm enim iuris ſit ex-
plorati*. ibiquè *gloſſ.* verbo *actore non pro-
bante. vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminu-
tione conferantur*. & in *cap. cùm Eccleſia Su-
trina 3. §. verùm. in fin. de cauſa poſſeſſionis,
& proprietatis*. deducitq; per quam optimè
ad rem noſtram *Matth. Colerus deciſ. Ger-
maniæ 67. num. 27. & 28. Viuius deciſ. 70.
num 9. Rota* apud *Cardin. Manticam deciſ. 68.
num. 1.* & apud *Duranum deciſ. 381. num. 1.
part. 2.* & apud *Coccinum deciſ. 215. num. 3.*
& apud *Cardin. Caualerium deciſ. 98. num. 2.
& deciſ. 523. num. 1.* Ratione illa non ina-
dæquata, quam *Verall. deciſ. 11. num. 2. par. 1.*
81 reddit: Quia ſolùm ius actoris conſidera-
tur. quod ſi fundatum non fuerit, non vti-
què releuabit. deduximuſq; *reſponſ.* noſtra
97. num. 28. & 29 part. 4. Videat igitur ipſe,
videant & doctiſſimi Aduerſarij, qui alios
docent, ſi profeſſionem ex vtriuſquè con-
ſenſu conſtantem probauerint; vt firma
82 eſſe valeat: Cùm, vt diximus, contractus
ſit vltrò, citròq; obligatorius, hinc ſcilicet,
& indè: & Religionis recipientis, & pro-
fitentis, qui in Religione admittitur, & in-
corporatur: ſi in ipſa incorporatus Reli-
gione fuit; cùm illa ſuam ſponte Sacra-
mentoq; firmatam teneat confeſſionem:
Se, cùm ad Religionem tranſijt, gallica in-
fectum lue fuiſſe, nec reuelaſſe timore per-
culſum, nè expelleretur, & retrorſum redi-
83 re cogeretur. vndè Religionem decepit;
vt ex ſua nunc fraude, & dolo ferat emo-
lumentum, contra id, quod naturæ ipſum
principium ſuadet. ex *cap. intelleximus 7.
de iudicijs. cap. officij 14. §. ſi verò conſtiterit. de
teſtament.* & Paulo lib. 11. ad Edictum in
l. nè ex dolo 13. ff. de dolo. & Vlpiano lib. 2.
reſponſorum in *l. 1. ff. de natalibus reſtituen-
dis*. diximus *reſponſ.* noſtra 82. *num. 17. & 18.
part. 4.* Et ſanè, ſi tutus ipſe in conſcientia
erat, quòd morbum non habebat, qui re-
medijs abierat adhibitis: Cur (quæſo te)
timebat, verebaturq;, ſi reſciretur, nè pel-
leretur, nè eijceretur, nè ad ſeculum, vndè
tali infectus lue venerat, redire cogeretur?
Signum equidem à poſteriori eſt, quod
84 conſcientia ei obmurmurabat, vermiſq;
ille, qui non moritur, cor perrodebat eius,
nè ſecurus eſſet. ex *Marco 9. 45.* dicente
Domino, vbi vermis eorum non moritur.
in ge-

in gehenna scilicèt ob peccati memoriam. Ipsa enim conscientia coràm Iudice testis est. vt Augustinus inquit *can. custodi intus 54. in fin. 11. quæst. 3.* vndè (vt ex Nauarro diximus) mortali, in re graui, ob Religionis damnum, se macula fœdauit. & in eodem statu permanet in peccato, ob conti-
85 nuum, quod Religioni grauamen infert. argumento *text. in §.atrox iniuria. Instit. de iniurijs.* ibiquè *Gloss.in can. duo mala* 1. verbo *duplici. distinct.* 13. *& Gloss.in can. si quis autem* 2. verbo *sed multorum. distinct.* 94. ex Claudio lib. de singulis pœnis in *l. aut facta 16. §.quantitas discernit furem.ff.de pœnis.* & Paulo lib. 54. ad Edictum in *l. Pedius 4. §.Dinus Pius. ff.de incendio, ruina, & naufragio.* Videant itaquè ipsi Aduersarij, qui magistri sunt aliorum, si hæc ignorant, & in terminis ipsis errauerint, quis actor, quisuè reus sit. vt cadat iure in eos, quod
86 Nicodemo dixit quandoquè Dominus: Io.3.10.*Tu es Magister in Israel,& hæc ignoras? Amen, amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis.* An quia placere voluerunt, hæc dixerunt, & in tot di-
87 sparata dederunt? Sicuti quondam Herodes Rex. Actuum 12.2. *Videns,quia placeret Iudæis, apposuit,vt apprehenderet,& Petrum. Quem cùm apprehendisset, misit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum custodiendum, volens post Pascha producere eum populo.*

Et ex hoc ipso principio processit,quòd ipsi non intelligentes, vel intelligere no-
88 lentes, perstiterunt in eo; quòd Religio nullitates proposuerit professionis dicti Fratris Agnelli, vel proponere debuisset: cùm Religio ex Constitutionibus à Sancta Sede Apostolica approbatis suo vsa iure fuerit, dictum Agnellum non professum, sed adhùc formalitèr Nouitium, emittendo, eijciendo, expellendo. Quod facere ex se potuit iure suo.

89 Nec vllo modo egebat, vt coràm Ordinario compareret, & de nullitate diceret professionis; quæ hanc facultatem propria illum emittendi, eijciendiq; authoritate, ex Constitutionibus à Sāctа Sede Apostolica approbatis, sibi reseruauerat. vt pactis staret eum Fratre Agnello initis, eum detecto aliquo ex impedimentis protestatis, vti non professum,eijciendi, expellendiuè. Cùm Sacri Tridentini Concilij dispositio *d.cap.19. sess.25. de regularibus* in hoc casu minimè loquatur. vti expressissimè sequitur *Sanchez de matrim. lib.7.disput.37. num. 31. 32. & seq. ad finem vsquè.* quem sequitur etiam *Peyrin. de subdito.d.quæst.1.cap.25. §. 4. Lezana in summa quæst. regular. part.1. cap.2. num.7. Barbosa ad d.cap.19. Sacri Tridentini. num.6.vers.vtrum autem idem procedat. Diana dict.resolut.188. tract.4. miscellan. part.4.Pellizzar. d.tract.3. cap.5. sect.2. q.11. num.48.*magisq; strictiùs ad rem nostram *tract.2.cap.3.quæst.15.num.28.& 29.Cespedes d.cap.3.dub.48.num.3.4.& seq.*

90 Nec sequitur ratio, quam ex Bordono nostri referunt Aduersarij, quòd correlatiua non debent ad imparia iudicari. sunt verò relatiua, siuè correlatiua Religio, & Professus,quādo vnus alteri obligatur, obstringiturq;. vt in superioribus nos quoq; docuimus.

91 Quia nimirùm in hoc correlatiua non sunt, neq; habentur. Nequè enim ille,qui contra Statuta Religionis à Sancta Sede Apostolica confirmata, approbataq; receptus est, cùm sit conditionalitèr receptus, atquè proindè sine Religionis consensu,ac sine authoritate recipientis, professus verè est, sed materialitèr dumtaxàt, atquè per extrinsecam denominationem.vt suprà diximus. ex *Nauar. consil.26. & 48. de regular.* alijsq; relatis. Cùm itaq; professus non sit, non erit Religionis correspectiuus, nequè vt correlatiuum habebitur. Quia contractus ex vtriusquè contrahentis consensu claudicat. vt in prioribus nostris seri-
92 ptis ostendimus. In contractibus verò correlatiuorum regula non habet locum. Nàm dispositio in vno ex correlatiuis,non sibi vēdicat locum in alio. *Decius consil.212. visis,quæ accurate. num.3. Anton. Gabriel tit. de legibus. conclus.3. num.52. Cardin. Tuscus tom.2 littera C. conclus.1041. num.15. & seq.*

93 Correlatiuorum autem regula, est regula parium. ex *Bald.in l.cùm te in Gallia 9. C. si certum petatur.* Sufficit verò, ni locum habeat, si disparitas intercedat. argumento *text. in l. curatorem 6. C. de interdicto matrimonio inter pupillum, & tutorem.* ibiq; *Bart. Salycet.* alijq; Doctores. sequiturq; *Matth. Coler. d. decis. Germaniæ 67. num 25. 26. 27. 28. Gometius Bayo. in praxi Ecclesiastica, & seculari. lib.3.In alphabetica collectanea lit.C. num.117. Card.Tuscus conclus.1042.d.lit.C.*
94 reprimens, præsertim in ijs, quæ ex pacto conuenta sunt. eumquè sequitur *Barbosa axiom.61. num.3.& 4* Ex pacto verò cum hoc prætenso professo Religio conuenit; vt si morbus, ex protestatis, agnosceretur, eijceretur,expelleretur uè. Non igitur cum eo regula locum habebit correlatiuorum; cùm maxima sit inter ipsum non professū, & Religionem disparitas, habitu solùm Monachum, non professione.

95 Nequè præterea ad imparia iudicantur: Quia lex Sacri Tridētini Concilij *d.cap.19. sess.25. de regularibus.* in leuamen eorum, qui per vim, vel metū, vel aliam quamcunquè causam contra propriam voluntatem professi fuissent, formam tradidit, secundū quam ad nullitatem dicendum professio-

nis

nis procederetur in illo casu, & non in
96 isto. Non itaquè extendenda dispositio dicti Sacri Concilij ad casum, de quo non loquitur. vt *Sanchez, alijq;* paulò antè relati *Doctores* satis apertè profitentur.

Neq; proficit, nouissimè, quod ipsi asserunt, quin glorientur: per Vicarium Generalem pro Fratre Agnello decretū fuisse contra sententiam Patris Prioris.

Vel enim Dominus Vicarius, vti Vicarius processit; vel vt Delegatus Apostolicus; vel deniquè vti Doctor. si vt Doctor, nihil ad rem, cùm contra eum tot sint probatissimi Theologi, qui Concilium Tridentinum in hoc non loqui asserunt, quos suprà retulimus, vt illis standum sit, non huic vni. Si verò vti Vicarius; non hoc potuit, cùm ipse Ordinarius loci professionis non esset. contra decretum igitur Sacri Tridentini decreuit. Nequè eius erat declarare: locum haberet decretum Sacri
97 Concilij, nec nè. Hoc nempè ad Sacram Congregationem à Sanctissimo D. Papa suffectam spectat, non ad homines pri-
98 uatos. Si demùm vti Delegatus Apostolicus; hoc in commissis non habebat. ex Gregorio IX. Abbati Sanctæ Genouefæ in *cap. P. & G. 40. de officio Iudicis delegati*. Rota apud *Coccinum decis. 348. num. 1. & 2.* & apud sanctæ memoriæ *Gregorium XV. decis. 34. num. 1. & 2.* & in nouis additis ad *praxim Vimani de iure patronatus* coràm *Peutigero decis. 138. num. 3.* Namquè facultas data fuerat; informationem iudicialem instituendi; *e transmettere à suo tempo il processo all'Eminenze loro*. Sine iurisdictione itaquè processit, quin imò post auocatam ab eo causam. ergo nullitèr. Iudici
99 verò extrà territorium ius dicenti (sine iurisdictione videlicèt) non paretur impunè. Quia non iure decernit, cùm Index non sit. ex Paulo lib. 1. ad Edictum in *l. fin. ff. de iurisdict. omnium Iudicum*. & Bonifacio VIII. in *cap. 2. in fin. de constitut. in 6* quin
100 peccat Iudex sine iurisdictione iudicās. *S. Thom. 2. 2. quæst. 66. artic. 1 in corpore. Nauarr. consil. 77. Quæ non primo. num. 2. de regularibus.* & in *manuali cap. 12. num. 71 vers. 2. qui habens tantùm potestatem.* diximus *responsi.* nostra *53. num. 2. part. 4. & respons. 78. num. 5. part. 3.* nullitèr igitur. Nihil proindè ad rem.

Atq; ità ex his, quæ Aristarchi supponimus supercilio respondendum censuimus.

Carolus Maranta V. I. D.
Episcopus Iuuenacen.

Post multa tandèm cùm Romam petijsset hic prætēsus Frater, atq; à peritis Theologis consilium habuisset, reuersus habitū exeussit, & recessit, abijtq;.

F I N I S.



INDEX



EXACTA NIMIS, ATQ; NON COECVTITA, quin accurata rerum omnium, verborumq;, ac ditionum, quæ hac in Parte V. Responsionum continentur, comprehenduntur; Litteraria Synopsis.

Affectus

INDEX.

INDEX.

Apostata.

Apostoli.

Appellatio.

Arbiter.

Arbor.

Archidiaconus.

Archipresbyter.

Argumentum.

Argu-

INDEX.

teria

Qui

I N D E X.

Captare

Vndè

ladi

INDEX.

Et se

Concordia.

Concupiscentia.

Conditio.

Conductor.

Confessarius.

Confessio

INDEX.

Consuetudo.

Contemnitur.

Contractus.

Quia

Corre-

INDEX.

Decisio

INDEX.

Diuina-

INDEX.

Donatio

Beni-

Epulo.

Equites Hierosolymitani.

Error, Errans.

Erubescentia, Erubescere.

Esau.

Essentia.

Eucharistia.

Euictio.

Etiam

Et in

Factum

Quàm-

Forma.

Formica.

Fortuna.

Forum.

Fouea.

Funus

Alioquin

Stateras

INDEX.

Incerta

I N D E X.

Nàmquè

Limita

I N D E X.

Ius pa-

I N D E X.

Sacrum

I N D E X.

Secus

Locus

Atque

M

Magia.

Datur

Mona-

Nascen-

Nequè

Nemini

Orare

Qui

Patroni

Pensio

Posses-

Præscri-

Quàm-

Præsidens

Neq;

Prohibitio.

Promissio.

Pronomen.

Propositio.

Proprietas.

Protector.

Protestatio.

Protocollum.

Prouerbium.

Publi-

Non

Quia

Aaaaa *Quàm*

Idem

Et re-

Adiun-

INDEX.

Species

INDEX.

Et te-

Illo

INDEX.

Text.

Verisi-

INDEX.

INDEX.

Volun-

Vocatus

Volun-

Et in

Supremo sint Numini laudes. Finis enim venit.

Verisi-

I N D E X.

Vocatus

INDEX.

Et in

Supremo sint Numini laudes. Finis enim venit.